AZONIS

AD SINGVLAS LEGES

[illegible]

IVSTINIANEI,

[illegible]
tus, nunc primùm in lucem editus.

[illegible]

ACCESSERVNT SVMMARIA COPIOSISSIMA

[illegible]
*ſupremo Pariſienſi ſenatu aduocati, in ſingulos titulos
atque leges eiuſdem commentary.*

[illegible]

TRACTANT FABRILIA FABRI.

[illegible]
Iacobi Stœr, & Franc. Fabrj Lugdunenſis.

M. D. XCVI.

CLARISSIMO VIRO D. IOANNI VOESIO SENATVS PARISIENSIS SENATORI AMPLISsimo & doctiss. Ant. Contius.

S. P. D.

QVi vitas nobis scripto mandarunt Italorum iuris interpretum (Senator amplissime) hi parũ diligentem in eorum libris recensendis inquisitionem videntur adhibuisse: quod vel ex hoc Azonis commentario liquebit. Scribunt enim omnes Azonem Summã modò in Codicem, & in Digestum vetus apparatus magnos cõscripsisse, ac nihil his amplius. De hoc vero ad singulas leges Codicis apparatu mirum interim silentium apud omnes, quem tamen Azonis proprium nec subdititium esse partum, partim ex glossarũ Codicis comparatione, partim ex ipsius Azonis stilo & opinionibus, partim ex optimo eius assertore qui operi suam auctoritatis epistolam prætulit, liquidò cognoscitur. Hunc librum dudũ in fimo equino & stabulo sepultum ex vrbe Aurelianensium ante xx. annos in lucem reduxi ac detersi, dignum (meo quidem iudicio) qui iterũ inter homines conuersaretur, & postliminij iure vteretur. Qui hodie in manibus studiosorum versatur in Codicẽ apparatus, Accursio tribuitur quidem, propterea quòd is ex vetere hoc quem nunc edimus, multa arbitrio suo resecauit, multa addidit, pleraque mutauit, nonnulla correxit: cæterùm præcipuum ipsum apparatus corpus, totum est Azonis, vt ex huius libri collatione facile lector animaduertet. Quin & Codices aliquot manuscriptos habeo, habent & alij, in quibus me-

rus tantum hic apparatus descriptus est, nisi quod hîc plura habétur. quod de Codice diximus, id & de Digesto vetere dictú accipi velim. Non igitur soli Accursio (vt stultè quidam putant) illustrati glossis Iustianei iuris tota laus deferéda est, sed in multò maximam eius partem & societatem vocandus Azo, atque Rogerius qui in Infortiatum primus glossas scripsit, ac præter illos Martinus, Ioannes Bosianus, Bulgarus, Yrnerius, Placentinus, Hugolinus, Petrus, Iacobus, ac post illos Dynus, non vt est flagitiosè & corruptissimè editus, sed vt in membranis reperitur descriptus ac fere totus ab Alberico recitatus, qualem forte posthac sum editurus, si ex huius libri emissione id gratum fore studiosis præsensero, nec diutius etiam patiar priuata bibliotheca contineri Summam Azonjs cum additionibus Odofredi doctissimis nunquam in lucem editis, quásque raris in bibliothecis reperiri monent, qui rationem dicendi iuris olim scripto reliquerút. De vsu & fructu quem ex hoc libro studiosi percepturi sunt superuacuum puto admonere, ipsa lectio libri per se satis monebit: vnum aut alterum prædicam, ex multis qui in Codicem scripserunt, qui prolixè adeò omnia tractauerit, nos habere neminem: denique nullius alterius libri ope, glossæ, quæ quotidie prodeunt, vitio chalcographorum hominibus ignaris vtentium, inemendatissimæ, sarciri & emendari possunt, quàm huius commentarij. Quæ omnia tibi misi vir amplissime, sempérque mihi carissime, non quòd his libris egeas, aut eorú lectione quidquam ad summam quam nactus es iuris cognitionem accedere possit: sed quò in bibliotheca tua reconditum habeas memoriæ & veteris nostræ amicitię vas atque monumentum. Vale.

Vir-

VIRTVTIBVS OMNIBVS, SIMVL ET LITERIS ORNATISSIMO VIRO D. IACOBO A BVRGO, IN PRÆFECTVRA RYONENSI apud Aruernos præsidi clarissimo, Anton. Fontanonus Aruernus. S.

*NON temerè à sapientissimis viris dictum est (præ-
se[illegible] integerrime) neminem debere quid facturus sit
[illegible]l non facturus, pro certo pronunciare: nam id &
[illegible]se verissimum esse de me superioribus annis cogno
ui. Cum enim vix salutatis per me literarum hu-
maniorum foribus, ad fori contentionem transitum
fe[illegible]ssem, & in [illegible]nsi puluere totos fere duodecim annos, tum Ryo-
ny, tum Pari[illegible]dando tyrocinium exercens meum vsque adeò oc-
caluissem, vt [illegible]onis literis ne amplius cogitarem quidem: rebus tunc
pr[illegible]e de[illegible]eratis, noua [illegible]ubiit opin[illegible]o mihi, quæ me è foro contentioso ad
iu[illegible] un[illegible] ac po[illegible]us[illegible]rem literarum & artium cognitionem abduce-
ret. In [illegible]ua [illegible]erarum humaniorum cognitione, mediocriter cum me ver
satum [illegible]utarem ad sacra iuris ciuilis penetralia deuotus religiosè pere-
grin[illegible]ndo me [illegible]. Quid multa? in horum gratissima & sedula con-
templatione, [illegible]anta tamque cœlesti fruitus sum voluptate, vt nihil vn-
quam iucundius, nihil suauius aliunde mihi contingere posse facilè cre-
derem, eo[illegible]ue magis qu[illegible]d ex eo tempore cœpi tacitus apud me, de mu-
nere quodam literario tibi offerendo, cogitare: sed tacito vt hoc me pro-
m[illegible]rarem, tardior fuit occasio quàm optaueram. Tandem Pari-
s[illegible]uersus, vt hæc legitima studia, quæ me tantopere oblectarant, ex-
col[illegible]m diligentius, & si quid in his possem, id vt ad vsum forensem to-
tum [illegible]uo[illegible]arem: cum in hanc rem totus incumbo, ecce beneficio Clarissi-*

mi uiri D. Ant. Contij, in schola Biturigum Antecessoris acutissimi, verè nostri huius seculi Papiniani, & mei præceptoris clarissimi, incidit in manus meas AZONIS, *in singulas leges duodecim librorum Codicis antiquus Commentarius manuscriptus nondum hactenus excusus, sed iam primùm vt excuderetur, ad Typographum huc missus. Huius, quia euoluendi & relegendi, commissa mihi cura fuit: cœpi mecum statim dicere, datam inde mihi occasionem testifi andi vtcunque animi erga te mei, & interea dum tam preciosum opus reuoluo diligenter, simul etiam de meo adid, vt seorsim aliquid ornatius adderem visum est. Itaque quò facilior lectori ad Azonis lectionem via esset, Azonē ipsum summariis decorandum, eúmque tuo nomini dicandum putaui. Libri commendationem multis verbis non persequar, per se enim satis ipse loquitur, nec eget commendatione tanti viri auctoritas. Multa fortasse desiderabuntur adhuc, quæ ex ipso manuscripto multis in locis deprauato contingere possunt: curauimus tamen quoad eius fieri potuit, vt emendatiùs ederetur. In margine adscripsimus notas, quibus locos ferè omnes in manuscripto corruptos, lector facilè agnoscere poterit. Varia insuper initia legum adnotaui, eásque certo numero secundùm vulgatos codices circumscripsi: nec quicquam ob venerandam antiquitatem temerè immutari passus sum, sed omnia exprimi quemadmodum in manuscripto erant, curaui: ne plus quàm decet in alienis scriptis curiosus essem. Hoc igitur munusculum veluti præludium aliquod studiorum meorum ad te mitto, vt interea dum maius quicquam & tuo fauore dignum meditor, sit hoc pignus & tessera deuoti perpetuò erga te animi mei, læta rogamus excipias fronte. Vale.*

D. AZO-

D. AZONIS BONONIENSIS I.C.

Vita. Per Ioannem Fichardum Francofurtensem.

AZO Bononiensis fuit. Præceptorem habuit Ioannem Bosianum. Iurisprudētia reliquis ætatis suæ iureconsultis lōge præstitit: quam publicè Bononiæ primùm professus est. Inde vero æmulorū inuidiæ cedens, ad Mōtem-pessulanum se contulit, ibidémque non minori cum gloria, cùm illum optimus atq. studiosissimus quisque eruditionis caussa sequeretur, quasi priuatim docuit. Verùm cum in dies magis ac magis nomen ipsius celebraretur, virtute inuidiam superāte, Bononiam est reuocatus, magnóque deinceps in precio fuit. Multos claros viros erudiuit. Summam in omnes titulos Codicis cōscripsit elaboratissimam, doctorúmque omnium calculis primo loco receptam. Conscripsit etiam magnos apparatus super Dig. veteri. Hunc Baldus (non imperitus ingeniorum iudex) plus semel, tamquam fontem legum & vas electionis prædicat. De morte tanti viri nescio quæ ex maiorum relatione per quosdam feruntur, quibus tamen, quando eius rei nullum ex historiis aliorumue scriptis iudicium habetur (quod ego quidem sciam) fidem hactenus habere non potui. Nihilominus tamen hac de re ita Alciatus παρεργ. lib. 9. cap. vlt. Is (inquit) vt etiamnum Bononiæ durat fama, cùm in disputatione ab antisophista quodam suo prouocatus, cultro eū appetisset, in carcerem pertractus, & capitalis criminis dānatus dicitur. Cumque exclamaret, Ad bestias, ad bestias, semper huius principij legem adducens, quapropter artis excellentiam relaxari sontibus nouissimam meritis pœnam

allegabat, iudices se ab eo tanquam bestias insimulari credentes, idcirco irati non destiterunt, donec summo supplicio afficeretur. Quod tamé (inquit idem Alciatus) mihi admodum verisimile non fit. Monumentum sanè quod ei mortuo positum est, & nunc ad viam publicam prope turrim sancti Seruatij videtur, etsi non ornatú sit, honorificú tamen est cum primis. Hanc enim habet inscriptionem:

[illegible]

Azoni I[illegible]

[illegible]

Anno [illegible]

[illegible]

[illegible]

Ac inter [illegible]

Io. Franciscus Aldrouandus

[illegible]

Et Consules [illegible]

P. Impensa

Concin[illegible] Memoriam

[illegible]

Anno Salutis M[illegible]

V. [illegible]

Nihil itaque verisimilius est, quàm citra notam vita defunctum esse eum virum, cuius memoriam summi magistratus sacram habuere, & ab interitu asserendam vltrò sibi sumpsere. Ex Epitaphio tempora vitæ colligi possunt

INCIPIVNT

INCIPIVNT

AZONIS IN LIBROS XII. CODICIS DN. IVSTINIANI COMMENTARIA.

Ab Alexandro de Sancto Egidio ipsius auditore collecta.

PRÆFATIO.

IVSTINIANÆ *sanctionis thesaurarium, & iuris peritorum eximium Azonem, cui fœcunda Bononia originem contulit, & vena ingenij facundiam magistrandi, Ego Alexander de sancto Egidio in legalibus disciplinis audiui, & suum legendi modum: expositiones & glossas super totum Codicem memoriæ commendaui. verum quoniam ad auaritiam pertinere sine dubio videretur, si talentum creditum absconderem, & communem vtilitatem ex aliqua infidelitate vel negligentia impedirem: ideò prædicta in hoc volumen redegi. & licet verba transposita idem significare dicantur, & lex referat, quòd scire leges sit vim & potestatem habere earum, non tamen super auditis fines magistralis relationis excessi, sed quæque singula non mutatis etiam dictionibus compilaui.*

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, Codicis domini Iustiniani perpetui Augusti, sacratissimi Principis, repetitæ prælectionis,

LIBER PRIMVS.

AD TITVLVM DE NOVO CODICE faciendo.

SVMMÆ.

1. *Iustinianus à iustitia dicitur.*
2. *Iustinianus Constantinum patrem habuit.*
3. *Antiquitus quædam actiones*

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, &c. Inuocato Christi nomine incipit opus suum Iustinianus, sicut dicit l.1.de offic.præf. Aphr. *In nomine Domini.* Domini, hoc dicit ad differẽtiam magni Domini. Et dicitur *Iustiniani*, Id est, † à iustitia, quam semper coluit, & subditis conseruandam iniunxit. Vel à Iustino patre suo, vt instit. de do nat. §. est & aliud. & in auth. de priuileg. de hæretic. mulie. collat. 8. circa princ. licet quidam Decretistæ contradicant. Dicunt enim eũ habuisse patrem † Constantinum, sed nos dicimus quòd vocatur suus pater, quia successit ei. *Perpetui.* non quòd semper duret, sicut antiquitus † dicebantur quædam actiones perpetuæ, quia durabant vsque in finem seculi, hodie certos habent fines. Intellige ergo perpetui, id est, generalis. Dicit enim diuina scriptura, quòd omnis anima subiecta sit principi. *Augusti.* Ab Augusto † nepote Cæsaris sic dictus, quia huius propositi semper esse debet, vt augeat imperium: sic in definitione iustitiæ, sic & in matrimonio. *Sacratissimi.* quia † sacra dat, id est, leges, quæ sunt sacratissimæ, vt j. de legibus. l. leges. vel quia sacratur in regem vel Imperatorem. *Repetita prælectionis.* Ideò dicit, quia compositus fuit iste liber & lectus: post dissolutus, vt dicit in 3. constitut. Vel est ibi figura, sicut cùm dicitur de dote prælegata: quia † nihil operatur hic [præ] sicut, ibi.

HÆC. Respicit corrigenda, non correcta: & loquitur Imperator anthypophoricè, sed respondendo tacitæ obiectioni. Posset enim aliquis dicere Imperatori, quòd non est audax. Et respondet quòd imò est, quia tale quid aggreditur, quod nullus aliorum ausus fuit aggredi. *Rebus donare communibus.* Id est, ciuitatibus. Vel dic quòd talia tradit in libro isto, quæ ita esse communiter interest, vt quòd aliquis re sua benè vtatur & similia. *Tanto fastigio.* Id est, altitudini.

Exquæ-

7 *Ex quaestore.* Exquæstor † dicebatur ille à quibusdam, qui fuit Quæstor, sed desiit esse. Io. visum fuit quòd esset quædam dignitas in Republica, vt j. de aduocat. diuers. iudic. l. petitionem. *Patricium.*
8 Quædam est † dignitas in Republica, vt per legem supradictam, Petitionem. *In hac alma vrbe.* Scilicet Constantinopolitana. Legentibus enim ibi, datur priuilegium, non aliis, vt hîc notari potest, & in
9 constitutione Digest. §. hæc autem tria. Et illi tantùm possunt dici † veri legum professores, cùm illi ciuitati quæ ædificata fuit à Constantino, datum esset tale speciale priuilegium: & idem Bononiæ datum esset tale speciale priuilegium & idem Bononiæ datum fuit,
10 quam † dicunt condidisse Imperatorem Theodosium. Quare illi soli Doctores habent priuilegium non alij: vt s. dixi, & probatur ff. de excusat. tut. sed & reprobari, §. vlti. *Dioscorum & Præsentinum.* Qui cum supradictis fuit decem. In Institutionibus autem permissum fuit tribus, vt in Procemio Institutionum. §. cúmque. In Digest. fuerunt xix. vel xx. sicut j. dicit de veter. iure enucl. l. 2 §. quę omnia. In
11 xii. tabulis, x. vt ff de origin. iur. l. 2. §. exactis. *Togatos.* Aduocati † dicebantur togati, a genere vestis quam deferebant. *Specialiter.* Benè dicit specialiter, quia istam habebant prærogatiuam isti soli. *Permisimus.* In sequenti constitutione dicit præcipimus: vnde intellige
12 permitti præcipiendo, præcipit † enim quòd componant: permittit vt corrigant & adiiciant. Vnde ab illo §. ideóque. vsque ibi, ita tamen, &c. Pręcipit, ab inde permittit vt corrigant & adiiciant. *Super-*
13 *uacuis quan. ad leg. solid. pert. præf.* Quæ † oportet resecari: non tamen †
14 semper resecantur: vt ff. si certum petat. l. 1. & ff. de origin. iur. l. 1. *Præterquam, &c.* istud præter, non respicit (*contrarius*) sed (*similibus*)
15 quia contraria † potius tolluntur legis diuisione, quàm inuentur. *Adinuenientur.* vt ff. famil. erciscund. cùm putarem. *Illis etiam quæ in*
16 *desuetudinem.* Scilicet, resecatis. Tollitur † enim lex per desuetudiné, sicut & fit per consuetudinem: vt ff. de legibus. & constitut. l. de quibus. in fine. *Certas.* In respôsionibus suis. Et hoc fallit in dissen-
17 sionibus, & in quibusdam responsionibus Scæuolæ, † qui quandoque obscure respondet. *Et breui sermone.* Fallit in legibus Iustiniani,
18 quæ non sunt breues. *Imo* pro & quandoque ponitur † aduersatiuè, siue correctiuè: vt cum dicitur, Imò Sempronius heres esto: vt ff. de heredib. instir. l. si ita scriptum. *Mutantes verba earum.* Non omnino,
19 sed vbi, &c. *Sanctionem.* Sanctio tribus † modis dicitur: vno [modo] Imperialis constitutio, vt hîc. Alio, ea specialiter quæ pœnam imponit: vt Institut. de rerum diuisione. §. ideò autem. Tertio totius iuris compositio: vt in constitutione. ff. in princip. Omnem Reipublicæ
20 sanctionem, &c. *Dispersi sunt &c.* Hic enim † quælibet lex perfecta est in se, nec cum alia commixta, sicut sæpè fit in Digest. *Posterioribus vero in secundo.* Sicut patet in sequenti constitutione, quia cùm facta esset post compositionem c. poni debet post compositionem ipsius: quod falsum patet per seriẽ iuris. *Nulláq; dubietate super generali earũ*

robore ex hoc oriunda. Hic reddit docilem, & adsignatur contraria, ͞j. de diuersis rescriptionibus si qua. Solutio. Hic loquitur de his quæ in hoc Codice positæ sunt: secus in beneficiis quæ extra hanc compositionem continentur, non enim † valent sine die & Consule. Sed 21 ibi, *Quæ ad certas personas, &c.* adsignatur contrà ͞j. de legibus. & constitution. l. 3. Ibi enim dicit legem non esse generalem, † nisi Impe- 22 rator dicat quòd inseratur edicti vocabulum. Sed hic loquitur de legibus quæ in compositione ista continentur: ibi de extrauagantibus quas mittit Imperator ad certas personas, sicut & Papa facit tota die. Et si vocet Imperator talem legem, vel Papa Decretalem, & dicat generalem, benè est: quia erit alioquin contrà, nisi aliud de intentione sua appareat. *Vt scia:is quanta nobis diuturn.* Hic reddit beneuolos & attentos. *Ad citiores, &c.* Citius enim determinatur quàm olim, & ita notat effectum huius compositionis. *Fiat iudiciis.* Et ita vides quòd istud vicem obtinet præfationis & constitutionis quia quædam hîc statuit, alia dicit ad præfationem.

DE IVSTINIANO CODICE confirmando.

SVMMÆ.

1 *Constantinus patricius.*
2 *Armorum & legum vis & potestas.*
3 *Leges Digestorum per codicem corriguntur, non è conuerso.*
4 *Pragmatica sanctio quid.*
5 *Indictio quid.*

Depravata lectione visus Azo hac communis ... est hodie lectio sua integritati restituta est.

EX PRÆCEPTO. Diuino: vel dic, ex præcepto Constantini. Et primò, sic leges. Ex præcepto diuino summa Reipublicæ tuitio huius almæ vrbis Constantini † pa- 1 tricij. Tuitio dico veniens de stirpe duarum rerum, armorum, & legum, & vim † suam exinde muniens efficit ista tuitio 2 sic munita felix genus Romanorum omnibus anteponi nationibus, omnibúsque imperio dominari tam præteritis temporibus, quàm Deo propitio efficiet in æternum. *Istorum etenim, &c.* Ante dixerat de stirpe duarum rerum venit, Istorum etenim, &c. *Armorum podio, &c.* Aliàs præsidio. *Ad primam communium rerum sustentationem.* Scilicet, armorum præsidium *Tribus.* Agminibus. *Sine nouis expensis publicis.* Antiquitus enim fiebat expensa publica in agmine militum. Et vidit Imperator, quòd cum expensa illa plures poterant esse in agmine militum: vnde nouum agmen adiecit veteri, sine nouis expensis publicis. *Nos edidimus.* Aliàs, ereximus, *Sub certis finibus.* Id est sub certa forma colligi præcepimus. Suprà in alia dixit, Permisimus talem quòd eam præfat. &c. vt ͞s. in alia constitutione ibi, Resecatis

tamen

tamen, &c. *Vacuata sunt.* Si hodie ita fieret, multæ tollerentur abrogatæ c[illegible]tiones, quæ scriptæ ducant, sed non ita fit, licet ipse præcepit heri. *[illegible] similibus etiam.* Scilicet, tollendis. *Prater ea.* Scilicet, similia, vt s[illegible] in alia constitutione ibi, Resecatis tamen superuacuis, &c. *Aliis [illegible] super.* Tollendis. *Iisdem, &c.* Datiui casus. *Animum.* Id est, suu[m] præbuit assensum. Hoc patet per ea quæ fecit. *Moderatáque.* A[ntiqu]as, Immoderata, & ponitur In, augmentatiuè, vt ff. de liberis & postumis. l. Gallus. *Indifficilis.* Id est, valdè difficilis. *Falsi criminis sub[i]endis.* Tenetur enim lege Cornelia de fals. vt j. ad leg. Cornel. de fals. l. vltima. *Veterum iuris interpretatorum laboribus.* Id est, ea quæ sunt in Digest. vt tunc teneant, &c. Refert per se hoc quod dicit, vt tunc teneant ad leges Digest. Illæ enim tunc tenent, cùm non aduersantur legibus e[d]itis. Corriguntur † enim per C. non econuerso. Vel dic quòd loquitur de constitutionibus quæ extra hoc corpus fuerunt, vt tunc teneant, cùm non contradicunt hîc scriptis, id est, concordant, vel idem dicunt: & tenent ideò, quia idem continetur in scriptis, non ratione sui, cùm sint extra hoc corpus. *Si quæ verò pragmaticæ sanctiones.* Quid sit † pragmatica sanctio, dic vt j. de diuersis rescript. l. vltima. *Praespimus.* Quia in illis capitulis obtinent, non in aliis. *Subnotatione.* Id est, sigillo vel subscriptione. *Præsentis septimæ indictionis.* Assignatur contra j. de veter. iure enucl. l. 2. §. vlt. Solutio Hîc loquitur post compositionem Codicis tantùm, & Digest. & Institut. Et fortè in compositione illorum librorum laboratum fuit per triennium: in diuulgatione per duos annos, & ita habes XII. indictiones: & erat ibi in tertio consulatu post compositionem illam: in quarta post emendationem sicut dicit in sequenti constitutione circa finem. Est autem † indictio, quia Romani cùm essent domini, indicebant vt in primo lustro afferrent aurum, in secundo argentum, in alio ferrum: & ita extendebatur vsque ad XII. Hîc autem loquitur quando erat in septima, ibi in XII.

(Margin numbers: 3, 4, 5.)

DE EMENDATIONE IVSTINIANI Codicis, & secunda editione.

SVMMÆ.

1. *Julius Cæsar tertius fuit ab Aenea, à quo omnes vocantur Aeneides.*
2. *Cur Iustinianus Flauius, Alemannicus, & Pius dicatur.*
3. *Cur felix, Inclytus, Victor, Triumphator, & semper Augustus.*
4. *Permissio aliquando continet necessitatem.*
5. *Natura tota die nouas formas edit.*

IMPERATOR CÆSAR. A primo ſcilicet Iulio Cæſare, qui † tertius fuit ab Ænea, à quo omnes vocantur Æneides: vt in authentic. vt præponatur nomen Imperatoris, in 5. collat. *Flauius*. Quia talis coloris erat. *Iuſtinianus*. Expone vt s. in cõſtitutione. in princ. *Alamanicus*. Quia teos deuincit, & ſequentes. *Pius*. A Pio Antonino: vt in authẽtic. vt liber. de cetero, &c. §. facimus autem. *Felix*. A virtute animi. *Inclytus*. A geſtis magnificis. *Victor*. In fugando hoſtes. *Triumphator*. Poſt † victoriam, vel in capiendo. *Semper Auguſtus*. Expone vt s. conſtitutione 3. in princip. *Cordi nobis eſt Patres conſcripti*. Loquitur Senatoribus, & expone quod dicit, Patres conſcripti, ſicut notaui j. de abolit. indulgentia. *Cum vetus ius, &c*. Quod in tribus Codicibus, vel in Digeſt. *Conſtitutiones iuris decerpere*. Id eſt, auferre quæ videntur auferenda. *Permiſimus*. Iſta permiſſio † continet neceſſitatem, ſicut & de ſimili permiſſione habes, ff. de nou. oper. nuntiatio. l. 1. circa princip. *Plenum iubar*. Id eſt, lumen. *Nullam penitus*. Scilicet, materiam. *Quærentibus*. Id eſt, petentibus. *Quarti noſtri felic. conſulatus*. Quia quandoque Imperator aſſumit conſulatum, j. auth. de conſul. in fin. Adſignatur contrà j. de veter. iur. enucl. l. 2. §. leges. Solutio. Hîc loquitur poſt emendationem Cod. vbi erat in quarto Conſulatu: illa habet locum poſt compoſitionem Cod. Digeſt. & Inſtit. ſed ante emendationem Cod. vbi erat in tertio Conſulatu. *Natura aliquid nouum*. Natura † enim tota die nouas edit formas: vt j. de veter. iur. enucl. l. 2. §. ſed quia diuinæ. & aliarum congregatione refertur. Hinc argument. ſumit Yrnerius quare liber ille, id eſt authenticum, ſit repudiandus: eius enim ſtilus cum ceteris Iuſtiniani conſtitutionibus nullo modo concordat, ſed omnimodò inter ſe diſcrepant. Item eius libri principium nullum, nec finem nec ordinem habet. Item nouellæ iſtæ conſtitutiones de quibus hîc loquitur, non promittunt, niſi de nouis negotiis, & non legum laqueis innodatis. Sed ſalua gratia domini Yrnerij, dominus meus dicit contra, nec enim liber ille inutilis eſt, cùm ſit approbatus ex interpretatione prudentium, & ex conſuetudine.

Id eſt, Azo cuius viua vocis interpretationem hic collecta recitat fideliter, vt in præfatione dixit.

DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE catholica.

TITVLVS I.

SVMMÆ.

1 *Clementia quid ſit.*
2 *Religio quid.*
3 *Chriſtiani cur ita dicantur.*
4 *Hæretici à teſtimonio repellũtur.*
5 *Probationum facultas anguſtari non debet.*
6 *Deus leges promulgauit per ora principum.*
7 *A patre & filio proceſſit Spiritus ſanctus.*
8 *Opida ab ope dicta.*
9 *Eruptio factioſa quid.*

10 *Ad*

10 *Ad doctrinam cuilibet disputare licet.*
11 *Chalcedone ipse concilium.*
12 *Imperator Papa maior in secularibus.*
13 *Papa maior est Imperatore.*
14 *Iustus septies in die cadit.*
15 *Nicenum concilium, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense.*

L. 1.

CVNCTOS POPVLOS QVOS CLEMENTIÆ. Clementia est† species modestiæ, & est clemens Imperator, & seuerus quandoque. *In tali volumus religione.* Religio est† ius quoddam superioris naturæ, quæ curam cerimoniamque, id est, sinceritatem nobis affert. *Quam.* Pro, Qualem. *Apostolicæ sanctitatis.* Non quòd esset Apostolus, sed Apostolicæ sanctitatis. *Sub pari maiestate.* Quia æqualis est Pater Filio Spiritui sancto. *Christianorum.* Christiani dicuntur, † quia sequuntur Christi fidem. *Dementes.* Quia non habent sanam mentem, aut quia sunt sine mente. *Hæretici dogmatis.* Consueuerunt enim hæretici esse in malis dogmatibus siue interpretationibus & studiis. Ipsi enim verba nostræ fidei male interpretantur, & in hoc multùm student, vnde multùm habent mentis verba euangeliorum. *Infamiam.* Videtur ergo per duas leges quòd hęretici † à testimonio repellantur, quia infames sunt, vt hîc & ideò in testimonio non admittendi: vt ff. de testib. l. 3. Sed contradicit l. ȷ̃. de hæretic. quoniam multi. Respond. Quia hic loquitur de infamia facti, infames enim reputantur penes populum. Aliud in infamia iuris, quæ ipso iure fit, vel per sententiam, vel ex genere pœnæ: vt in ff. Vel distingue quòd quidam sunt qui tanta mala consueuerunt prædicare, vt Ascrodogitæ, Borboritæ, quòd non admittentur ad testimonium. Alij sunt qui non tantùm mala consueuerunt prædicare, & illi admittuntur in testamentis, & similibus, non autem in iudiciis, ne probationum facultas† angustetur, sicut ibi dicit, & hoc verior solutio. *Quem ex cælesti.* Id est, sicut Deus nobis *ministrabit.* Deus† enim leges promulgauit per ora principum. *Arbitrio.* Per hoc videtur quòd hæc pœna quæ in hereticos statuitur, sit extraordinaria, & non in lege comprehensa, sed falsum est, imò tractatur in lege de tali pœna, ȷ̃. de hæretic. per totum. Vel dic, quòd ideò dicit, quia non definitum erat de tali pœna, sed postea definiuit, sicut Deus ei ministrauit: loquitur ergo ante tempus illud quàm definita esset pœna.

Vide Christiane lector non esse nouum ut hæretici perpetuò iactent in ore, Euangelium, Euangelium.

Legendum ministrauit.

L. 2.

NVLLVS HÆRETICIS. *Et catholica.* Id est, vniuersalis. *Vno nomine confitentur.* Quia Pater est Deus, Filius est Deus. *Quem ex summo rerum parente.* Argument. quòd à patre tantùm processerit Spiritus sanctus, sed nos contrà. Græci ita: nos enim dicimus quòd† à Patre & Filio processit. *Speramus.* Per fidem. *Et accepimus.* Per gratiam. *Negando non violat.* Catholicā fidem. *Quæ Græco vocabulo Vsion.* Id est, indiuisa substantia, & rectè credentibus dicitur. *Religionis nomē.* Vnde nullus debet eos appellare bonos homines vel religiosos. *Denotentur.* Quia debent excōmunicari, vt ȷ̃. auth. de interd. colle.

al. Iuxta oppida, in exemplari.

hæret. coll. 9. *Intra opida.* Subaudi maximè. Ab op† dicta, quòd eius 8 rei causa mœnia sunt constituta; vt ff. de verbor. signific. l. pupillus. §. opidum. *Eruptio factiosa.* Factio † est hominum collectio in malum. 9 *Extermmato furore.* Quia ipsi hæretici tanquam furiosi intrauerunt.

L. 3. NEMO TVRBIS COADVNATIS, &c. Quia inuenit occasionem perfidiæ, & ideò pœnam patitur: sed ad doctrinam † benè 10 potest quilibet disputare, vt sciat reprobare opiniones hæreticorū, sicut fecit Fabianus. ꝯ. de episcopis. Quoniam venerabilis. *Qui Chalcedone.* Inde dicitur † Chalcedonense concilium. *In hac regia vrbe.* 11 Inde Constantinopolitanum: *Profanant.* Id est, quantum ad se, deturpare videntur. *Seueriss. animaduer.* Id est, vltimo supplicio. *Gloriosissimo & clementissimo filio Iustiniano A. Ioannes vrbis Romæ.* Præmittit nomen Imperatoris Papa. quare maior videtur Imperator Papa, Et dic quòd maior † est in secularibus, Papa in spiritualibus. Sed 12 quia spiritualia meliora & maiora sunt simpliciter temporalibus, concedendum est simpliciter quòd Papa maior † sit & pro maiori de 13 beat haberi quàm Imperator.

Ad l. 1. C. de sum. trin.

L. 4. INTER CLARAS, &c. Sequens constitutio primò facta fuit: sed compositor libri ita posuit eas. *Quàm vera religio.* Prout accipitur in genere, nam iustitia est constans & perpetua voluntas, &c. Iustus † tamen septies in die cadit. *Vtraque respiciant.* Id est, fides & re 14 ligio. *Defectus* Prout consideratur fides & religio in genere, vt s. notaui. *Auctorem facti.* Id est, eum qui conseruat pacem ecclesiæ, & vnitatem religionis. *Textus autem epistolæ.* Scilicet, quam misit Imperator Papæ, de qua s. fecit mentionem. *Victor Iustinianus. pius, felix,* &c. Verba ista eodem modo possunt exponi, sicut notaui. s. de emend. Iustin. Cod. in princ.

L. 5. REDDENTES HONOREM, &c. *Hominem factum.* Repete, denegantes. *Archimandrita.* Id est, principes ouium, hoc est Abbates: ab Archos, quod est princeps: & mandros, quod est ouis. *In vltimis diebus.* Id est, in hac vltima ætate. *Vsion.* Id est, indiuisa substantia, vt notat. s. eodem. Nullus. *Qui in Nicena congregati sunt.* Quod fuit Nicenum † concilium. *In hac regia vrbe.* Constantinopolitanū. 15 *Qui in Ephreso.* Ephesinum *Qui in Chalcedone.* Chalcedonense. Et ita habes quatuor consilia quæ recipiuntur. *Quæ à quibusdam paucis monachis.* Quos debes intelligere exiuisse de monasterio, & ita in principio casum. *Malè.* Sicut & sæpè contingit in monachis qui malè faciunt.

Parcendum est Azoni si in lingua si bi ignota balbutit, nā μανδρα significat septum, vel locum abditum.

L. 6. & vl. LIQVET IGITVR GLORIOSISSIME IMPERATOR, &c. Hæc sunt verba Papæ, & continua cum alijs suis verbis in superiore constitutione, Inter claras. *Colles.* Id est, inferiores animæ.

DE SA-

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS, & rebus & priuilegiis earum.

TITVLVS II.

SVMMÆ.

1 *Concilium & conciones vnde dicantur.*
2 *Collegia non capiant, nec eis relinqui potest.*
3 *Omne collegium præsumitur illicitum, nisi probetur contrarium.*
4 *Collegium religiosum licitum.*
5 *Hæc verba* (liber sit stilus) *quomodo intelligenda.*
6 *Hominis voluntas ambulatoria vsque ad mortem.*
7 *Vltima voluntas pro lege habetur.*
8 *Clerici non debent morari in choro clericorum dum celebratur diuinum officium.*
9 *Cùm specialis pœna in lege non est statuta extraordinaria imponi debet.*
10 *Olim multi erant decani in ecclesia Constantinopolitana.*
11 *Cur Decani Corporati dicebantur.*
12 *Munerum distinctio & distributio.*
13 *Angaria & Parangaria quid.*
14 *Felicis embolæ transuectio.*
15 *Canonica vel regularis illatio.*
16 *Pœna circa priuilegia alienationis.*
17 *Munera iniuncta domibus ecclesiasticis.*
18 *Sub prætextu liciti, illicitum non committendum.*
19 *Coronam habens non ideo Canonicus.*
20 *Falsus Canonicus expellendus.*
21 *Annus embolismus.*
22 *Ecclesia quandoque propter delictum personæ aut negligentiam patitur damnum.*
23 *Delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ.*
24 *Diaconissa ministra sacerdotis.*
25 *Speciale quandoque præcedit & supponitur generale.*
26 *Codicilli sine scriptis.*
27 *Monasterium est tantùm monachorum.*
28 *Dedicare quid sit.*
29 *Nomen testamenti generale.*
30 *Testator dominus esse debet rerum de quibus disponit.*
31 *Monasterium loco filij accipitur.*
32 *Pater filio substituere potest quamuis dominus non sit.*
33 *Fauorabilior est ecclesia quàm liberi.*
34 *Localis lex.*
35 *Annonæ ciuiles quæ dicantur.*
36 *Pronocatio ad iudicium communi diuidundo à quibus & quando fieri potest.*
37 *Minor pronocare non potest ad iudicium communi diuidundo.*
38 *Sacrilegium quando committitur.*
39 *contra factum suum venire ne-*

HABEAT

HABEAT VNVSQVISQVE. Decedens, vt ponit infrà. *Concilio*. Id est, collegio, quia vocabantur Episcopi & Abbates: & volebat illi vniuersitati quæ appellatur concilium, relinquere: potest enim. Et dicitur concilium, quia conciti sunt vt veniant. Inde dicuntur † conciones. Siue ergo vni clerico relinquitur, vel singulis, siue collegio, seu ecclesiæ, tenet. *Bonorum quod optauit.* Illud scilicet bonorum quod, &c. *Relinquere.* Id est, relinquendi. Et videretur contra, quia collegia † non capiunt, & eis non potest relinqui, nisi aliquo gaudeant speciali priuilegio, vt infra, de heredibus instituend. collegium. Et est ratio, quia omne collegium † præsumitur illicitum, nisi probetur in contrarium, vt ff. de rebus dub. l. Senatus. Sed hic loquitur de religioso, † & ideò licito: quare ei relinqui poterit quod vnusquisque decedens optauerit, vt dicit. *Et non sunt cassa iudicia.* Ideò scilicet, non debent esse cassa, quia relinquuntur tali concilio, vel collegio tali. Sed quidam voluerunt intelligere non esse cassa etiamsi testatus sit non solemniter. Domino meo in contrarium visum est, quia exiguntur septem testes, & alia solemnitas: vt probatur infrà, eodem. Generali. *Liber sit stilus.* Suprà † patet quòd constituit aliquid fauore eius cui relinquitur, vt concilio: nunc dat fauorem personæ relinquenti. Et per hoc quòd dicit stilus, intellige quando in scriptis testatur, & scribit cum stilo in tabulis, & subaudias ibi, liber sit stilus, scilicet, & sequendus, postquàm aliud velle non possunt: quia ante dum viuunt, non esset omnino sequendus, cùm posset mutare, & aliud velle: est enim ambulatoria † defuncti voluntas vsque ad supremum vitæ exitum: vt ff. de donationibus inter virum & vxor. l. cùm hic status. paragrapho, pœnitentium. *Et licitum.* Per hoc videtur quòd generaliter voluntas cuiuslibet defuncti sit seruanda. Sed fallit, vt si non secundum leges voluit testari: vt ff. de condition. institution. Quidam. & de legation. 1. nemo potest. sed secundum regulam potest seruari vltima voluntas omnium, & pro † lege habetur: vt infrà, authentic. de nuptiis. in prima colum. *Quod iterum non redit arbitrium.* Id est, quia post non potest testari. Vel ideò dicit non redit, quia non potest de cetero mutare quod fecit.

NEMO. *Existimet esse concessum.* Fortè vt ibi sepeliantur, vel habitent. Vel ideò dicit, quia laici non debent morari † in choro clericorum, dum celebratur diuinum officium.

NEMO MARTYRES. Hæc lex & superior loquitur generaliter, nec aliquam pœnam statuunt, si contra eas fiat. Vnde cùm

non sit† specialis pœna in lege statuta, extraordinaria debet imponi: vt ff. de pœnis. sanction. & recurritur ad legem generalem, infrà, de legibus. Non dubium. Vbi dicit, quid si contra legem fiat. 9

L.4. NON PLVRES QVAM NONGENTI, &c. Ideò dicit, quia olim † tot erant in ecclesia Constantinopolitana Decani, quòd res ecclesiasticæ non sufficiebant. *Decani*. Id est, Canonici. *Huius ampl. vrbis*. Constantinopolitanæ. *Vel in defunctis locum* Purà si antequàm fieret hæc constitutio, erant ibi duo milia, & facta ea aliquis eorũ moriatur, non substituitur in locum eius aliquis donec tot mortui fuerint, quòd ad istum numerum perueniant, tunc enim fiet substitutio. *Nulli alij corpor*. Id est, Nulli alij qui sit de corpore illo, præter dictum numerum. Et dicuntur corporati † quia Decani & tales personæ ecclesiasticæ maxima consueuerunt habere corpora & ventres. *Omni nouationi*. Id est, ei qui de nouo adderetur vltra supradictum numerum. Simile ĵ. de aduoc. diu. iud. petitioni. in illo vers. consortio, &c. *Similia*. Priuilegia, *His*. s. priuilegiis. 10 11

L.5. PLACET RATIONABILIS. *Ne prædia vsibus cele*. &c. Adsignatur contrarium, infrà, de exactionibus. Si diuina. Respond. Quia hîc loquitûr in prædiis specialiter destinatis ad hoc, vt ex his celebretur Eucharistia, hoc est, Corpus Christi: secus in aliis, vt ibi. Vel aliter, quia hîc loquitur de sordidis muneribus non tributis, in quibus est aliud, vt ibi. Præstat ergo ecclesia tributa de prædiis: & hæc est canonica illatio. Præstat etiam repentinæ necessitatis sarcinam, vt ĵ. eodem. Iubemus. Et potest hîc adhiberi distinctio† munerũ: quia alia sunt sordida, alia honesta. Aut sunt ordinaria, aut extraordinaria. Ordinaria, aut† angaria, aut parãgaria, aut rerũ. Angaria vel parangaria nõ præstat, vel superindictũ. Rerũ tributa præstat: vt ĵ. de exaction. tribut. l. vltim. & ĵ. authentic. vt iud. sine quo. suff. §. quod autẽ primitus. Extraordinaria verò præstat duobus casibus, si respiciant ad pietatem vel publicam vtilitatem, puta ad transuectionem publicarum specierum, vel † fœlicis embolæ, vt infrà, eodem. Ad instructionem. & l. iubemus. *Præter canonicam illat*. Id est, ordinariam, quæ est in præstatione tributorum, vt suprà, eodem. notaui. *Quam aduent. &c.* Hoc videtur obstare prædictis, quia non est canonica† vel regularis illatio, quæ scilicet dari consueuit, ergo non est repentina. Et ideò dominus Yrnerius subaudiuit præter, & sic exposuit, præter canonicam illationem, quia tunc contradiceret. Et est similis expositio ff. de adoptatio. si arrogator. *Acrimoniam*. Ideò dicit, quia à gremio ecclesiæ remouentur & excommunicantur. 12 13 14 15

L.6. *Perpetua deport*. Ergo isti tales debent deportari, sed videtur contra. infrà, eodem. Iubemus. Sed dic quòd ibi pœnam statuit circa† priuilegia alienationis, hic circa priuilegia munerũ. Aliud adsignatur contra. infrà, de episcopis & clericis. Si ecclesiæ. Sed illa loquitur generaliter statuendo pœnam, hæc autem specialiter. Vel ibi 16

ciui-

ciuiliter,hic criminaliter.

Functionibus. Id est,solutionibus.

OMNI VIRI REVERENDISSIMI. Id est, Papæ, sic ff. de prætor. stipulatio.l.penultima. L.6.

17 AD INSTRVCTIONEM. Hic sunt † munera iniuncta domibus ecclesiasticis,siue venerabilibus. L.7.

SACROSANCTA. *Propria.* Per hoc quod hîc specialiter concessum est isti ecclesiæ, argumentatus est Placentinus, quod aliæ non releuantur à tributis .*Capitationis.* hoc est, quia non præstat tributa,& illi specialiter indultum erat. *Ecclesiastici nominis abusiuè.* Nisi dicat aliquis se esse de ecclesia illa, qui non est: & ita velint eos à tributis releuare: læderent enim in hoc Rempubl. L.8

QVI SVB PRÆTEXTV DECANORVM. Qui dicunt se Canonicos,&ferunt cappam regularem,sed non sunt Canonici. Et ita sub tali prætextu volebant se muneribus subtrahere. *Cùm id munus non impleant.* Quia non sunt Canonici nisi ficti. *Eorum frau.cred.ob.* Non 18 enim sub† prætextu liciti est illicitum committendum: vt ꝭ. qui legi. pers.l.vltim.& ff de iureiurand. l. si duo.§. idem.& de offic.præsid. illicitas.§.illicita.& §.ne. L.9.

Qui dici tantùm. Id est,nomine tantùm sunt,non re. *Ideò si quis eorum,&c.* Modò ponit causam eorum quæ dixerat.

19 *Sub nuda appellationis.* Quia ita fecit se appellari,& coronam† habebat,sed non erat Canonicus. *Sciat pro se.* Id est,in loco suo:& ipse 20 expelletur† qui est falsus Canonicus,& supponetur verus. *Memorατorum.* Id est, illorum fictorum Canonicorum. *Primatum.* Id est,maiorem. Debet enim submitti cum consensu prioris eius qui submittitur.

IVBEMVS NVLLAM NAVIM. eccl. siæ. *Ante felix embo.* Felix embola dicitur felix excrescens iuuentus Romanorum, sicut & 21 annus† embolismus. *Nec si celeste.* Contra hoc scilicet quod dixi infra de transuectione felicis embolæ.vt publicarum specierum. *Excusare debebu.* Id est quia non ob hoc lex ista tolletur,est in omnibus causis obseruanda,vt subiungit. *Publicatione corrigimus.* Ergo eccle-22 sia† patietur damnum propter delictum personæ quandoque etiam patitur propter negligentiam, vt infrà authentic.vt cum de appellat.cog.& alius casus ponitur infrà authentic. de episcopis §.vltim. 23 vel penultim.licet contradicat Canon: quia† delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ, sed si clerici omnes consentiant in delicto, bene redundat.si vnus non, vt dicit Canon. 1. Vel non dicitur redundare, si ex bonis eorum quorum culpa hoc factū est.possit satis fieri ecclesiæ:argumen.infra de iudi properandum in fin.ita est in delictis aliud si homines consentiant in electione,alienation.:vt ꝭ.eo.iubemus. L.10.

NEMINEM. Possessiones pertineant nec enim excusabuntur eo tempore. L.11

L.12. PRIVILEGIA. *Quæ contra canones.* Conciliorum, vel canones ecclesiasticos. & appellat auctoritates apostolorum. nam quælibet decretalis quæ emanauerit de curia domini papæ, non vacuaret eas.

L.13. GENERALI. *Siue† diaconissa.* Olim enim erat ministra sacerdotis. hodie non est consuetum. *Vel dignitatis fœmina.* forte abbatissa aut priorissa. *Vel codicillo.* ponitur singulariter: sed plerumque solet poni in plurali: vt ff. de verborum significationib. non est sine liberis. *Quod tamen aliàs omni.* &c. Recordare de eo quod notaui supra, eodem. l. 1. *Vel martyrio.* Vbi sunt reliquiæ martyrum positæ vel conditæ. *Vel clero.* Vbi morantur cleri. *Vel monachio.* Vbi monachi. Et not. quia primò generale ponit nomen post specialia. Quandoque † speciale præcedit, & supponitur generale: vt ff. ad legem Aquil. si seruus seruum. paragrapho, inquit lex. *Siue non scripta.* Ergo † codicilli sunt sine scriptis: quod est contra quosdam, vt notaui infrà, de bon. liber. l. 3. *Relinquendum.* Hodie non possunt testari: vnde hoc corrigit authen. Ingressi. & hanc primò legas, post aliam, si qua mulier, & ita continua, quia hic loquitur de eo qui intrauit monasterium, nec habet liberos, quid autem sit quando habet liberos, dicit illa, & sic determinatur per illam. 24 25 26

AVTHENTICA. *Ingressi.* Non ad tempus, sed vt in perpetuum ibi sint: alioquin nec se nec sua Deo dedicarent: vt argument. sim. ff. de pignoribus debitor. & titu. sequent. in prædiis, paragrapho videndum &. probatur infrà, authentic. de monach. paragrapho, illis quoque. *Monasteria.* Diceres ne idem in capella seculari, quòd postquàm aliquis ingressus fuerit, non liceret testari? Et certè non, cùm acquisita Episcopo ex cognatione vsque ad quartum gradum, licet sibi cuicunque voluerit transmittere, & in his testari. Vnde fac vim in monasterio, & in capella: quia† monasterium est tantùm monachorum, quamuis Vltramontani indifferenter omnem ecclesiam appellent monasterium. *Dedicant.* Impropriè dicitur dedicatio, quia oportet interesse Episcopum, vt in rebus sacris, & talibus vt Institution. de rebus diuin. paragrapho, nullius. Hîc autem appellatur † dedicare, cùm aliquis se & sua dedicat ad seruitium Dei: nec exigitur ibi Episcopus vt consecret ipsum: nec dicitur ager suus consecratus ipso ingressu. *Nec ergo testantur.* Nomen † testamenti generale est, vt Instirut. de testamentis. Vnde cum prohibeat testari, prohibet & codicillos facere. *Vtpote nec domini rerum.* Est ergo generale, † quòd testator debet esse dominus rerum de quibus disponit, vt hîc dicit, & ff. de iure codicill. conficiuntur. §. si post. fallit tamen in duobus casibus, vt Institut. de pupil. substitut. paragrapho, non solùm. & ff. de legat. 3. si quis in principio. paragrapho, miles. Nam bona damnatorum antiquitus publicabantur 27 28 29 30

vt ff.

vt ff. de pœnis. quod ad statum. & l. qui vltimo. hodie distinguitur, vt dicit authen. j. de bonis damnat.

AVTHENTICA, *Si qua mulier aut vir.* Præmittit mulierem: vnde ponit frenum à cauda. *Antequam de rebus suis inter eos dispo.* Quid dices, si priusquam intret monasterium testatus sit, & omnia filiis suis reliquerit, non cogitans fortè tunc de monasterio? rumpe úrne testamentum si post ingrediatur? Videtur quòd non, imò quòd confirmetur, cùm pro mortuo reputetur: vnde videntur filij succedere. Hoc tamen non 31 puto, quia † monasterium loco filij accipitur. Vnde sicut postumus post natus rumpit testamentum, ita & monasterium: vt probantur hæc omnia infrà, ad Trebellian. authentic. nisi rogati, & Institut. quibus modis testament. infirmi. in princip. & ff. de iniust. rup. testament. l. postumorum. Si ponas quòd cogitauerit de monasterio, & ita reliquit ei decem libras, non rescinditur, cùm postumus non rescinderet, quia inuenit se in aliquo institutum: vt ff. de liberis & postumis. §. si Titius 7. Dicas quòd non habetur pro mortuo quo ad vsumfructum: imò licet ei diuidere, quia bonum opus operatus est. Seruire enim Deo, regnare est: vnde non amittit. Loquitur ergo illa lex quæ dicit pro mortuo reputari, quo ad dotem, & alia quæ ibi ponuntur: sed propter deportationem, vel maximam capitis deminutionem amittitur, cum ea non sit pia causa: contingit enim propter delictum quid in filiis retineri, ne in potestate videatur, quod non fuit potestatis, licet quædam authentic. videatur contradicere. Sed quidam dixerunt illud notum esse. *Postea inter eos diuidere.* Posset quæri, verum illa diuisio sit testamentum. P. dixit quòd non: quia post ingressum monasterij non licet eis testari, sed magis diuidere. Nec est tantùm in nomine differentia, sed etiam iure: quia in testamento septem exiguntur testes, in diuisione duo sufficiunt. Dominus meus illam diuisionem appellat testamentum: quamuis etiam non sit dominus post ingressum: sicut & dicitur de patre postquam instituit filium heredem, 32 quia potest † ei substituere, quamuis dominus non sit: vt Institut. de pupil. substitutio. & sic video in milite. ff. de donation. inter virum & vxor. cum hic status. paragrapho, si miles. & ff. de iniust. rupt. te. si quis. *Partem sibi retin.* Id est, Vt sibi retineat quantum vnus ex filiis habebat. Ita dicit Albet. Io. id est, quantum necesse habebat dare vnicuique. *Legitimam* scilicet quartam antiquitus, & monasterium habebit alias tres partes. 33 *Reliqua substantia monasterio competente.* Et ita † fauorabilior est ecclesia quam liberi, nec est contra. infrà, de episcopis. Nunc autem quia hæc posterior, & corrigit illam. Et expone, cessante, id est, si cessauerit, licet ei diuidere, vt dictum est. Et videtur contra authentic. vt nulli iudic. §. siquando. quia dicit liberis duas partes

dari,monasterio tertiam,hic è conuerso. Sed dic quòd hæc corrigit illam, vel hic ingressus fuit spontanea voluntate, vt seruiret Deo, ibi loquitur de adultera quæ velit nolit intrauit.

L.14. IVBEMVS,&c. Quia antiquitus multi clerici solent esse in ecclesia Constantinopolitana,vt s.eodem. Non plures.ideò prouidet eis in rebus ecclesiasticis ne liceat alienare. Et est antiquitus notatum hic, quòd † localis est lex ista,habet enim tantùm locum in ecclesia 34 Constantinopolitana,&prohibet in princip.vsque ad illum §.sanè. *Cui res ecclesiastica*,&c.Hæc videtur definitio œconomi, addito hoc auctoritate episcopi, vt j.de episcopis. Omnes.§.hoc nihilominus. *Gubernanda*.& suscipiunt actiones:quod dic vt notaui j.de episcop. authent.hodie. *Fundos*. Hoc est nomen generale, & solet dici quod continet vniuersitatem prædiorum:vt ff.de verbor.significat.Questio.*Colon.aut mancip.consti*.Istaquamuis sint mobilia,pro immobilibus tamen debent haberi:vt j.notaui de seruis fugitiuis.l.1.& probatur.ff.de diuers.tempor.præscript.Longæ.&authent.de non alienand.rebus.§.hæc ergo. *Annonas ciuiles*. Scilicet, reditus à ciuibus sibi constitutos, appellantur † enim præbendæ de publico constitutæ,de quibus habes s.eodem.Priuilegia. *Sub cuiuscunque alienationis specie*. Prohibet ergo pignorare,obligare, & ne vsusfructus constituatur,vt j.de rebus alienand.l.vlt. *Sed ea prædia diuidere*. Quidam 35 ita intellexerunt,scilicet si prouocantur†ad iudicium communi diuidundo, vt quia habent rem communem, & quòd etiam ipsi possunt prouocare, & ita diuidere. Sed primo modo,s.quando prouocantur ab aliis vt diuidant rem communem,benè est concedendum quòd possunt diuidere: est enim necessaria talis diuisio: sicut j. de fund. dot. l.2. Secundo modo non puto eos posse diuidere, vt ipsi 36 prouocent. Sicut † enim minor ad iudicium communi diuidundo 37 prouocare non potest,sed prouocari: vt j.de prædiis minorum.l.inter omnes. Ita nec ecclesia poterit prouocare. Vel intellige de diuisione quæ fit gratia culturæ, non alienationis: puta si magnus est ager,possunt facere fossam,vt melius aqua deriuetur, & de simili diuisione loquitur,vt ff.de legat.2.l.Gaius,§.1.*Verum* &c. Hic debet esse §.vel versiculus. Suprà enim dixit quòd ecclesia non potest donare,vel alio modo alienare:sed in necessitate ipsi potest donari,vnde non ponas verum aduersatiuè, sed pro veritate. *Conseruent*. Clerici.*Beneficij colorati*. Dicentes,quia fortè homo ille multùm seruiuit ecclesiæ: & ideò nolebant dare vel vendere: quia tenentur ad antidora:& fortè seruierat,& erat verus color beneficij: vel si non fecerat fictus,vnde coloratū dici potest verè vel falsò. *Alienatione consentiant*. Aliud in delictis, vt notaui s.eodem.l.iubemus. *Vel posthac*.Id est,De cetero.*Sanè si hac*,&c. Hic punit vsque ad illum §.sanè.*Mente sacrilega*. Quasi sacrilegium † enim committit, qui sacra vendit, 38 quoniam Deo dedicata sacra sunt: vt notaui s. eod. auth. ingressi. *Nunc statuemus*.j.ead.l.§.sanè.*Et munera*.Id est,arras,vel si dedit aliquod

quod munus alicui, vt faceret sibi rem alienari. *Adquiri*. Scilicet, de iure ciuili, aliud secundum canones: quia ecclesia non debet locupletari, cum aliena iactura, sed alius de iure ciuili habebit actioné contra œconomum, cum fructibus perceptis & percipiendis sit malæ fidei possessor, qui contra leges mercatur: vt ị.de agricolis. Quémadmodum.in fine. Vel fortè quia est ecclesia, sufficit ei si habeat illos tantùm quos percepit ratione æquitatis. & est argum. quòd hic dicitur ad rem quæ metus causa venditur, quòd cum fructibus medij temporis restituitur: vt ị.quod metus cau. si vi. *Vendicentur*. Ne reuocaretur ille œconomus qui alienauit rem & certè non videtur, 39 quia veniret contra factum suum: quod † non licet: vt ff.de adoptio. post mortem. Sed alia sunt contraria argu ș.quòd liceat venire: vt 40 ị.de libera.cau.l.1.& l.filium. Sed dic quòd cum fiat † hic alienatio contra legem, ipso iure non valet. Vnde œconomus qui vendidit, poterit venire contra, cum à principio non valuit: vt ị. de agrico. quemadmodum in fi. Nec est contra quod dicit ị. ea.l.quòd œconomus priuetur administratione quia gloss.lui.ș per sententiam, non ipso iure.tunc enim non posset reuocare: vt si non reuocetur ab œconomo, dic quòd reuocari poterit à parochianis, vel ab episcopo: vt ị.de decurion.l.generali. & ị.autheu.de alienatio.& emphyteu. *Imo*. Pro vel aliter. ș. de nouo codice faciendo. *Passus fuerit*. Nota 41 quòd punitur quis † propter patientiam. sic ff. de his qui notan. infam.l.liberorum.§.vlt.& ị.de commerciis l.2. *Priuetur*. Per sententiam, non ipso iure argum. ị. de hæreticis quicunque §. quòd si fecerint & ị.de apostatis.l.1. Alij dixerunt, ipso iure.arg. pro eis ị.locati.l. vlt. nec huic. l. contra. est ị.de episcopis.si venerabilis.quia ibi loquitur in alus priuilegiis ecclesiæ: & ideo alia statuitur pœna. 42 *Ab ecclesiasticis*. sc. personis. *Irreuocabilis exilij*. Nota quia † cum tabellio scripsit aliquid contra legem, plectendus est exilio. Vnde cum volunt tabelliones aliquid contra legem scribere, ponunt alium qui scribat. *Vel ius gestorum*, &c. Quia habebant potestatem scribendi ea quæ apud se agebantur, & in actis redigebantur: vnde erant iudices, & tabelliones, quales consueuerunt esse in Tuscia. Vel legas impropriè. *Confecerint*. Id est confici fecerint: vt ị.authentic. de non alie.reb.eccle.col.2.§. ad hæc, & est similis expositio ff. de his qui not.inf.l.furti.§.mandati. Poterant ergo præstare auctoritatem facienti. Et dicuntur tales iudices ordinarij.nó tamen necesse habebát præstare. & hoc multi iudices impetrant ab Imperatore, vt tanquam sub ordinariis causæ coram eis agantur: & sic habent iurisdi- 43 ctionem † sine administratione. De eo ergo loquitur qui fuit tabellio, vel qui tabellioni in faciendo præstitit auctoritatem, quia passus est fieri penes se. Et hæc expositio est Io. sed melius videtur vt *confecerint*, exponatur propriè: quia de hoc loquitur in §. superiori.

§ SANE NE OMNIS, &c. Hic permittit: & pone casum quando aliquis habebat prædium fructuosum, & dixit his qui sunt de §.Sane.

ecclesia,quòd si darent ei in aliquo suorũ prediorum vsumfructum, quòd ipsi restitueret ambos ecclesiæ post mortem suam vel statuto aliquo ab eis tempore,pone per xx.annos,vel simile.& hoc permittir facere,vt hîc continetur vsque in fine: *Pro ipsius petitione.* Vnde ita solet poni in instrumentis quæ de emphyteutico contractu conficiuntur.petitionibus emphyteuticariis annuentes & placitum rem porum redditum in vsumfructum. *Ve currente.* Scilicet quantum ad fructum.nam proprietas non redit,cùm semper eam habuerit,mox transferendo proprietatem:vt j.de authen. de alien.emphyteu. Nõ intellige quòd delinquat in vltima voluntate,quod videtur seruare verbum ff.de tab.exhib.l.1.vel 2.hic discerne authen.

Avthentica hoc ivs Porrectvm, &c. Ista enim primò est legenda post, *Sicut alienatio.* post, *Multo magis*, *Quibuslibet modis.* Et istæ prohibentur. hic etiam videretur & prohibere & permittere Concorda ergo sic authent. cum lege. Dixerat enim in lege,non licere alienare res ecclesiæ Constantinopolitanæ: nec de aliis locutus fuerat.vnde porrigit authen.idem ius ad omnia alia loca venerabilia. *Actio pia.* Id est,actus pius. Nec enim hic sumitur actio sicut instit. de actionibus.magis enim facti†est actio quàm iuris.& de simili loquitur ff.de donar.int.vir.& vxo.l.3. *Vt nec pignorentur.* Non sufficiebat ei generaliter prohibuisse alienationem. *Et perpetuo.* Id est sine aliqua exceptione.seruatur enim in his immobilibus quæ ab imperatore ecclesiæ præstantur semper nullo excepto, etiam si clerici omnes fame mórerentur, & idẽ est in quibusdã aliis casibus vt si ita dedi ecclesiæ,ne liceat alienare: quia fortè ad luminaria,vel similia.tunc enim nullo modo licet:vt j. authent.de alien. & emphyt.§. sanctiss.& idem in aliis casibus qui sunt in auth.super legẽ istam signatis & in summa §. item alien. est enim speciale in 4. aut 5.casibus ne res ecclesiasticas liceat vnquã alienare. *Non valet.* Subaudi commode.nec enim venduntur cucullæ vel libri ecclesiæ vel alia necessaria,debemus enim intelligere†id posse, quod cõmodè possumus:vt ff de verbor.significat.Nepos. *Specialiter sed videtur.* Quòd & generaliter:vt auth.de alienand. rebus.collatio.2.§.si verò. Nec dicas hanc abstractam ab illa de non alienãd. sed dominus Yr. tanquam vir subtilis posuit quædam de auth.illa in istã,& ita ex prędictis duabus authenticis,hanc compilauit : vnde & generaliter & specialiter posuit hypothecæ dare. & ideò subaudit hîc dominus meus etiã tam in sortẽ. Sed primò†debet fieri computatio in vsura quàm in sorte,vt ff. de solution.l.1.& l.in his.§. vltimo. & j.de solution.l.1. *Vsque ad quartam centesimam.* Centesima†vsura est quæ in capite anni comparatur sorti,ergo quarta centesimæ erat quarta pars sortis. *Ordinator domus.* Ergo in tali ordinatione oportet interesse Episcopũ & Archiepiscopum cum maiore parte ibidem deseruientium.Sed cùm Archiepiscopus alienat,duo Episcopi de synodo sua debent interuenire,vt j.authent.vt nullus fabricet. collat. 5.§. vlti. *Sine*

44 45 46 47

Fallitur A [illegible] hac in re [illegible] omnes illius seculi.

Sine dispen. Debet enim fieri instrumentum alienationis sine expensis ecclesiæ: nec tabellio debet aliquod pretium accipere, vt ĵ. auth. de alien. emphyt. §. si quis. *Maiorem.* Appellat† autem maiorem partem secundum dignitates, sicut & in creditoribus dicitur. ff. de pactis. maiorem. *Ibidem deseruien.* Ideò dicit, quasi ecclesia illa multos haberet clericos, & dispersos per diuersas prouincias: nõ omnes debent cõuocari, sed sufficiunt illi qui ibi sunt. *Pretium omnibus modis prode.* Debet enim dari illud quod ex alienatione percipitur, debitori illius ecclesiæ propter quem fit alienatio, siue sit priuatus, siue fiscus. Aliter tamen dicitur obseruandũ in fisco quàm priuato: vt ĵ. auth. de eccles. im nobil. rer. alien. collat. 3. §. nuper, Vel dic ita obseruandu in alienatione rei ecclesiasticæ, sicut dicit l. in re minoris. ff. de rebus eorum. l. magis. *Decima.* Quidã† voluerũt sic intelligere, vt si res valeat IX. detur pro X. sed hæc potius est nona pars quam decima. Vnde Io. intelligit, vt si res valeat X. detur pro XI. & sic adiicietur pars decima. *Mediocris.* Argum. quod mediocritas est spectanda: & est quoddã generale quòd dicit mediocritatẽ spectandã esse. aliàs contra. quia in† obscuris quod minimum est spectamus, sicut dicit regula iuris, & ff. de legat. 3. nummis indistinctè legatis. *Et is creditor, &c.* Patet ergo quod oportet creditorem probare versum esse in vtilitatem domus. Sed si numerauit capitulo, non oportet probare. capitulum etiam bene potest facere deteriorem conditionem ecclesiæ. Secus si omnes in alienatione consentiant, vt notat. s. eodem. iubemus nullam & hoc maximè si Abbas illius capituli diligens homo est, tanquam bonus paterfamiliàs consueuit administrare: vt argum. ff. de re milit. non omnes. §. à barbaris. Difficillimum enim esset probare versam pecuniam in vtilitatem esse, quia probaret expensum esse in vestimentis monachorũ, in victu, & similibus. Quare non erit necessarium, sicut & aliàs dicitur in eo qui credit magistro nauis. Non enim probat propter talem† difficultatem: vt ff. de exercit. l. vltim. Intellige ergo quod hìc dicit, quando vni numerauit, tunc enim oportet versum in vtilitatem: præterea quando non confiteretur ecclesia versum in vtilitatem: si enim confiteretur, non oportet aliud probare, & est idem in creditore ciuitatis: vt ff. si cert. petat ciuitas. Præterea sciendum est, quòd talis & tanta solemnitas seruatur de iure in re ecclesiastica alienanda, sed cõsuetudo contraria est fere per totam† Italiam, quia difficillimè res ecclesiasticæ alienarentur, & vix inueniretur qui vellet credere ecclesiæ: vnde & si consensu maioris partis fiat, siue sit debitum, siue non valet alienatio: nec creditor probat versum in vtilitatem. Sequitur alia auth.

SICVT ALIENATIO, &c. *Veluti nomine fiscalium.* Hoc intellige antequam fieret religiosum: tenetur enim ecclesia si post acquirat: vt ff. de publica. l. imperatores. & probatur ĵ. de alluuionibus. l. vlt. & penult.

AVTHENTICA, *Multo magis, &c.* AVTHENTICA, *Quibus-*

cunque modis,&c. *Interdicitur certis perso.* quia ex officio quod administrant, non licet eis emere: vt ff. de cont. empt. qui officij. & l. non licet. & potest hoc generale notari, quia non vt quilibet admittitur, vt j. de dolo. l. 1. Consequenter videndum est, natura quæ permittuntur: & primò. *Si quas ruinas*. id est, ruinosas domos. *Memorate domus*, scilicet, ecclesiæ. *In tertiam partem.* Quidam† voluerunt intelligere, quia si primò domo integra accipiebat XII. quòd modò accipiet IIII. Vel secundum nos si primò accipiebat XII. non accipiet nisi VIII. tertia enim diminuitur. Et sic intellige quod dicitur in authentica sequenti, de sexta parte diminuenda. *Aut primum eo readif.* &c. Hic loquitur quando non vult dare ab initio, scilicet re accepta in emphyteusim pensionum, sed cùm domum reædificauerit. antea loquitur quando ab initio voluit dare pensionem, non intellige totius temporis in perpetuum, sed primi mensis vel anni, sicut constitutū est: & sic† propter diuersitatem soluentium diuersa constituitur pēsio. *Ex additis illic pensionibus.* id est, dabit medietatem eius quod additur pensioni domus ipsa reædificata: hoc est, si reædificata domo, vel non ruinosa existente solebat accipere X. ipsa autem ædificata acciperet XX. medietatem eius pensionis quæ augmentatur propter refectionem. Præstat cum eo quod percipi poterat domo ruinosa existente, hoc est, dabit XV. quia V. est medietas augmenti domus per refectionem, id est, X. in quibus refecta domo augmentabatur pensio in plus quàm conduceretur ipsa ruinosa existente. *Detur religiosæ domui.* Subaudi, & quod dabatur domo ruinosa existente. *Nam priore casu.* Scilicet, quando ante ædificationem dedit pensionem.

53

54

AVTHENTICA. *Perpetua.* Per hoc corrigitur authentic. de non alienand. aut permutand. quòd non permittebat perpetuam† fieri alienationem in personam accipientis, & heredis primi, & viri & vxoris, hîc autem permittit perpetuò. Et voluerunt quidam intelligere quod duret vsque ad XXX. annos: alij per omnia secula seculorum, &c. Non determinetur dico quòd vsque ad finem seculi, si præstita fuerit pensio. *In his.* De quibus dixit. *Applicaretur.* i. applicata esset. *Pro constante nunc pensione.* Id est, pro ea pensione quæ nunc, id est, cùm est ob cladem deminuta, accipi potuit, & est intelligendum quando non statim voluit soluere pensionem. Aliud si statim, quia tunc deminueretur pars tertia eius quod accipi potuit domo existente: vt s. si quis ruinas. Sed quæ pensio fiat cùm hîc non determinetur, dic quòd talis, quæ spatij XX. annorum contineat pretium, vt j. authentic. de non alienand. in fine. AVTHENT. QVI REM. *Per biennium.* Aliud si non debeatur ecclesiæ, quia exigentur III. anni, vt j. de iure emphyteus. *Totius temporis.* Scilicet, præteriti, non futuri. Aliud si contra legem à principio accepit: vt s. habuimus. AVTHENT. *Sed.* & permutare, &c. AVTHENT. Sequitur alia auth. *Item prædium propter onus fiscalium*, Intellige antequàm fieret religiosum. Vltimò, *Hæc vsus præstatio. Quo finito.* Scilicet, tempore. Habes & aliud

55

& aliud authenticum signatum super §. illum œconomus qui res iam dictas, &c. *Nullam habeat actionem.* Quid si promisit, & adhuc non dedit, poteritne agere ecclesia? Videtur quòd non: quia † multa iuste retinentur, quæ peti non possunt. Sed alia ratione contra est, quia ĩ in eodem authent. Dicit quòd cùm emphyteuta soluat quod soluturus esset si iure contraxisset omnimodò denegandas, scilicet, ipso iure. Cùm enim dixerit ei dari actionem, hîc deneget, videtur quòd inefficaciter daretur: & si inefficaciter daretur, quia poterat per exceptionem repelli, videtur † quòd hîc ipso iure denegetur: sicut ff. de arbitris. l. si cum. §. vltim. Dicit enim actionem denegari, quod intelligitur ipso iure per hoc quod addit, aut except. tutum, &c.

DECERNIMVS. *Ac infirmatis.* Ac, pro id est, vel dic quòd noua dicuntur antiquari, id est, frequentari de cetero non debere. Sic ponitur ĩ de vsucapio. transfor. Infirmari dicuntur vetera. *Funditus.* Id est, ipso iure, non per exceptionem. *Facta sunt.* Ab aliquo qui vsurpauerat sibi imperium, cùm dominus Imperator in prouinciam isset causa Reipublicæ, & ille constituerat multa mala etiam contra fidem, & ecclesiis & aliis bonis locis abstulerat, vnde reuersus Imperator vult omnia restitui, & ad statum pristinum reuocari. *Matrem nostræ pietatis,* Id est, matrem secundam, vt ĩ. authent. de ecclesti. §. 1. est enim maior ecclesia post † Romam veterem, quæ est caput Christianorum, vt continetur in illo authent. *Et iure ante alios res.* Quæ scilicet priuilegia fregerat ille tyrannus Imperator qui imperium occupauerat nobis decedentibus ad aliquas nostras prouincias de ciuitate Constantinopolitana.

ILLVD QVOD EX VETERIBVS, &c. *Vetera iura.* Sed vbi est hoc ius vetus, ĩ. de donationib. sancimus. & l. penult. §. vlt. Antiquitus enim valebant donationes † sine scriptis vsque ad cc. aureos. Sed ibi dicit posse etiam valere vsque ad ccc. & ista lex dicit in ecclesia, vel in aliis piis causis vsque ad quingentos: vnde speciale inducit quoad vetus ius. Et voluerunt quidam amplius extendere illam prærogatiuam: quoniam cùm hodie valeat donatio inter priuatos, & sine scriptura † vsque ad quingentos solidos, vt Institut. de donationib. Dixerunt quòd in ecclesia valebit vsque ad septingentos vel octingentos solidos: vt sicut de veteri iure valebat vsque ad ducentos vel ccc. solidos inter priuatos, & in ecclesia vsque ad quingentos: ita hodie in ecclesia extendatur vsque ad septingentos vel octingentos solidos habita ratione à proportione numerorum, sed habeat subtilitatem nullo iure nixam, non concedit dominus meus. Dixerunt † etiam in infinitum dari posse ecclesiæ, & hoc moti ex eo quod dicitur ĩ authentic. de reb. ecclesiast. §. si minus. Dicit enim quòd optima est mensura datarum rerum ecclesiæ immensitas. Sed illud restringendum ad imperialem donationem, quamuis videatur loqui generaliter in illo authentico. *Vel in Xenodochium.* In quo pe-

c 3

regrini suscipiuntur. *Vel in nosocomium.* In quo ægri sanantur. *Vel in brephotrophium.* In quo pauperes & peregrini propter senectutem & infirmitatem solam imbecilles aluntur, curantur. *Vel in orphanotrophium.* In quo pueri vtroque parente orbati aluntur. *Vel in ipsos pauperes.* Si ponamus quòd aliquis vellet omnia bona sua dare pauperibus, & vocauit tabellionem, & fecit sibi scribi donationem sine hospitalario, vel simili persona, valebitne donatio in legatis vel fideicommissis? Certum est quòd non exigitur præsentia, vt ff. de legat. 2. cũ pater. Aliud in † donationibus locati & venditi, & ceteris, quia 62 semper oportet quòd inter præsentes fiant: vel si inter absentes, per epistolam vel nuncium. Hic verò nec missa fuit epistola, nec nũcius: & ideò nõ valet, cùm absens fuit hospitalarius, vel similis persona. Si enim aliquis vice pauperum præsens esset, benè teneret. Vnde nec si dicat, dono inter viuos valebit: cùm si diceret, vendo, non valebit. *Citra actorum confec. con.* Et in hoc non videtur hodie priuilegiata ecclesia, vt ✝. de donationibus. l. penultima. §. vl.

L. 17. SANCIMVS, &c. Hæc lex loquitur specialiter de calicibus vel vestibus pertinentibus ad ecclesiam, non de vino, frumento, & similibus: nam de his generaliter dixerat ꝯ. eodem. Iubemus. *Tã per relig. epi. quàm per æconom.* Not. quæ personæ debeant reuocare res alienatas. Et facit ad hoc quod notaui ꝯ. eodem. Iubemus. *Necnon sacrorum vasorum custod.* Id est, Thesaurarios qui dicuntur † Cimiliarchæ: vt ✝. de bon. auto. iudic. l. vlt. Vel etiam Apocrisarij, vt notaui ✝. de episcopis. authentic. sed hodie. *Relinquenda.* Contra ecclesiam, sed contra venditorem habent: vt ✝. auth. de non alienand. §. fin autem. Vel conflata sunt illa quæ fuerunt alienata. *Vel ad ipsa corpora.* Si extant. *Vel ad pretia eorum.* Si non extant. *Siue per in rem, &c.* Assignatur contrà, ff. de rei vindicatio. l. in rem. & l. quæ religiosis. Solut. Hic loquitur de rei vindicatione vtili, † ibi de directa. Vel hîc 64 vindicant clerici tanquam suas, quasi enim domini sunt earum, non tamen veri, sed quoad sustentationem, non enim relinquunt in his heredem: sed habet ea successor, quare vindicare possunt de iure canonũ. Vnde & † Episcopi & Abbates quotidie agunt in curia Roma 65 na pro rebus ecclesiasticis. Vel dic quòd non agetur rei vindicatio ne, sed cõdictione, vel in factũ, quia † quælibet disiuncta est vera, cu 66 ius altera pars est vera. *Condictione.* sine causa, vel incerti. *In multis & variis.* Datur † enim ex omni edicto, vt ff. de vi & vi armat. l. 1. & 3. & 67 Institutio. de interdict. & in contractibus innominatis: vt ff. de præscriptis verbis. Naturalis. & ex pacto incontinenti apposito: vt ✝. de pact. in bonæ fidei. Et vbicunque deficit actio vel exceptio: vt ff. de præscription. verb. quotiens. & ita in multis & variis causarũ figuris admittitur. *Animas hominũ.* Id est, corpora animata. Et hæc ratio inducit ad aliũ casum, in quo permittitur alienatio, † vt propter alimo 68 nias pauperũ, scilicet, si pauperes fame moriantur, vt quando maxima

ma est carissia. Et casus iste non inuenitur scriptus, sed ex interpretatione seu argumento istius legis est inductus. Nec dicat aliquis quod hic est speciale, & ideò non debet trahi ad consequentiã, quia verè est quod non ad omnia debet trahi: sed vbi est eadem ratio vel maior, dẽ ius debet statui, sicut dicit generale, & ff. ad leg. Aquiliã. illud. Alius etiã est casus in authent. quæ hic adsignatur Præterea.

69 *Excepta videlicet causa captiuit.* Ex† qua causa licet vendere prędia immobilia ecclesiæ. Et quamuis etiam suprà in authen. Hoc ius. dixerit si debitum vrget intellige similiter si vrgeat causa captiuitatis: vt infra, authentic. de alienation. emphyteut. §. antepenultimo. *Pendentibus.* Quæ scilicet adhuc pendent, & non sunt determinata.

AVTHENTIC. PRÆTEREA SI HABET, &c. *Locis venerabilibus.* Subaudi, venduntur non conflata.

SANCIMVS RES, &c. Hoc ius commune sciri debet antequã L. 18. perueniatur ad positionem casus: quia cùm aliquis curialis volebat donare aliquid de bonis suis siue in testamento, siue in codicillis, seu etiam inter viuos alicui personæ, non ecclesiæ, curia retinebat sibi de eo quartam partem, vt ĩ. quando & quibus quarta pars. l. 2. sed hic contradicit in ecclesia. *Vel Xenones,* &c. Hoc exposuimus s̃. eod. illud. *Liberas immunésque esse.* Hæc lex loquitur quando non intrat monasterium, sed donat monasterio & remanet in curia. Quid si velit ingredi monasterium, & ita dare? Tres partes retinebit curia, vt ĩ tit. prox. authentic. sed neque. *Pendentibus.* Hoc est nondum determinatis.

VT INTER DIVINVM PVBLICVNQVE IVS. L. 19. Totum hoc sumatur ab vna parte, maxima enim est similitudo inter hæc duo: vt infra, authent. de rebus eccles. non alienat. §. si minus. & licet alias publicum referatur ad ciuitatem Romanam: vt ff. de verborum significationibus eum qui vectigal. Hic intellige de qualibet. Aliud esset in iure publico Imperatoris, vt infrà, de fundis rei priuat. l. eum. *Xenonibus vel ptochiis.* Hæc exposui supra, eodem illud. *Longæua exactio.* Id est, longi temporis, vt C. de long. consuetudine. consuetudinis. *In infinitum.*

70 Nota† infinitatem esse vitandam, sic ff. de legat. 3. fideicommissa. §. si quis x. *Nisi certum annorum*, &c. Adsignatur contra infra, de præscription. xxx. ann. omnes nocendi. & ff. de diuers. temp. præscription. in omnibus. Quidam voluerunt dicere legem illam, In omnibus, corrigi per legem illam, Omnes. & l. omnes. quæ facta fuit à tempore Anastasij Imperatoris, correctã esse per istam Iustiniani, quæ vltimo tempore fuit facta. Vel aliter secundum Bulga-

71 rũ, quia lex illa, In omnibus, loquitur in fisco,† qui multò plura habet priuilegia quàm ciuitas, vnde in hoc casu circa prescriptionẽ si nõ habeat tãtum priuilegiũ, non est mirũ. Vel hic tractat de adqui-

rendo, quod non fuit suum: ibi de retinendo quod fuit suum. Sed hæc solutio non videtur multùm bona, quia non minor est virtus quàm quærere parta tueri. Melius ergo est quòd dicamus hîc esse speciale in rebus istis donatis & venditis: secus in aliis. *Sed etiam in rem.* Fortè vtilem, & ita est speciale quo ad rem venditam, non quo-ad legatum: nam & pro eo datur in rem & hypothecam, vt ĵ. commun. de lega. l. 1. aliàs pro re vendita † non daretur directa, vel vtilis rei vind. vt ĵ. de rei vind. seruum emptor. Vel dicas quòd pretium fuerit numeratum, vel aliter pro pretio satisfactum, & sic benè datur rei vindicatio: vt instit. de rer. diuis. §. venditæ. nec enim in iniuriam alicuius beneficia tribuere moris est Imperatoris: vt ĵ. de emancipat. nec auus. Sed quid si duabus ecclesiis vendidit, & secundæ tradidit, non primæ, quæ præferetur alij. Prima & vita vtilis præferetur directæ, sicut aliàs ff. de procur. in causæ. §. vlt. *Et hypotheca.* Hoc refert ad legata, non ad res donatas vel venditas, vt ĵ. commun. de leg. l. 1. *Centum metas annorum.* † Et hoc est quia clerici tota die legunt in libris ecclesiasticis, nec multùm curant de possessionibus suis, intenti diuinis: & idcò dat tantum spatium. *Deducti sunt.* Id est, existunt deducti. 72 73

AVTHENT. QVAS ACTIONES. *Tricennalis*, &c. In multis & ferè in omnibus libris antiquis inuenies quòd habetur ita scriptum, Quas actiones tricennalis præscriptio excludit. Nec faciunt mentionem de x. vel xx. Sed si ita haberes, sicut aliàs secluderet actiones xx. vel x. præscriptio, ita vel ecclesiæ, cùm hîc loquetur de xxx. tantùm: quare pone, decennalis vel vicennalis. *Quadraginta annis.* Scilicet, vbi aliàs xxx. xx. x. præscriptio secludebat. Sed hæc authentica nihil mutat in ciuitate. Videtur ergo quòd stare nō prohibeatur: vt ĵ. de testamentis. sancimus l. 1. & ĵ. de appel. l. 2. sed cùm immutetur in ecclesia, & ratione quia testes *non vsucap. quadri. præscrip.* hoc est de alio authent. quàm de eo quod superius est dictū. Sed quod dicit de † vsucapione quòd currat ecclesiæ, benè est verū: quia cùm det tantùm priuilegium in actionibus quas aliàs secludit x. xx. xxx. præscriptio, ergo quælibet minor poterit currere ecclesiæ, & sic vsucapio, & quadriennij præscriptio, vt hîc dicit: poterit ergo bos ecclesiasticus vel asinus vsucapi. *Obtinentibus.* Quidam habent ita consequenter in Authentico, *sola ecclesia Romana gaudente priuilegio centum annorum.* Sed hoc non placet, cùm corrigatur per aliud authenticum. Hæc constitutio innouat in 8. colla. corrigit enim illam, vt Romana ecclesia. collat. 2. Quamuis dominus Alb. diceret illam, Hæc constitutio, corrigere legem istam, non authenticum. Sed hoc non videtur secundum verba tit. Patet ergo quòd ecclesia Romana non habet prærogatiuam aliis. Et dicas hoc authenticum tractum ab illis duabus. Hæc constitutio, &c. & de eccl. tit. in colla. 9. possent durare tanto tempore: vt ĵ. auth. hæc constitutio. Eadem ratio immutabitur in ciuitate, cùm eadem ratio possit ibi habere locum, 74

Et ita hodie vulgati libri impressi habent. Cont.

locum, & in hospitalibus & similibus. & cum non remoueatur ecclesia nisi tanto tempore. quare si contra priuatum exigatur ei tantum tempus ad hoc vt possit præscribere, Respond. quòd non: quoniam cum sit priuilegium inductum ex liberalitate imperatoris, nō debet in læsionem eius torqueri, in cuius fauorem inductum est. Et ideo dixi ex liberalitate, quia aliud esset si ad postulationem: vt ff. quod quisque iuris l. iij & ita generaliter debet obseruari in omnibus ecclesiis siue venerabilibus, seu nominibus &c. Inuenio tamen speciale in ecclesia Nouantulana. habet enim priuilegium centum annorum. sed si præscripta fuerit ante priuilegium, curret secundū quod in aliis ecclesiis. si post, non nisi secundum indultum ei priuilegium, arg. ff. de fundo dota. si fundum. Et quamuis †ecclesia comparetur minori in quibusdam. in hoc tamen non ita est: quia minori †nulla currit præscriptio: vt ĵ. in quib. cau. in integ. rest. l. vlt. Posset etiam quæri vtrum tempus tantùm exigatur. ad hoc quòd vna ecclesia contra aliam præscribat. & certè bene habet idem priuilegium, licet alia sit priuilegiata: & potest prætendere priuilegium contra aliam priuilegiatam, sicut visum fuit magistro Alderico.

Dominum, fortè legendū vel nominibus.

75, 76

DE EPISCOPIS ET CLERICIS.

TITVLVS III.

SVMMÆ.

1 *Sanctio quid.*
2 *Collatio qui sit.*
3 *Collatores qui dicantur.*
4 *Verbum oportet non semper importat necessitatem.*
5 *Parangaria & Angaria quid.*
6 *Clerici tributa non præstant.*
7 *Prædia prouincialia & italica non differunt.*
8 *Prouinciales sunt tributarij.*
9 *Officiales curiæ dicebantur.*
10 *Officiales quando possunt irreuocabiliter transire ad clericatus honorem.*
11 *Officiales curiæ obligabantur.*
12 *Supplicij causa curiæ applicari quis non debet.*
13 *Pœna non debet habere emolumentum.*
14 *Episcopalis dignitas quid.*
15 *Affectus non punitur nisi sequatur effectus.*
16 *Presbyteri expertes personalium munerum.*
17 *Quilibet testis iurare debet.*
18 *Vacillans torqueri potest.*
19 *Falsi actio.*
De falso ciuiliter agi potest ibidem.
20 *Sine accusatore pœna imponi potest.*
21 *Electio episcopi aut similis personæ quomodo fieri debet.*
22 *Supposita persona.*
23 *Ordinatio de consensu Patroni ecclesiæ fieri debet.*

L. 1. IVXTA. Id est, secundum. *Sanctionem.* Factam à præcedentibus. Iustinianum in tribus codicibus, Hermoge. Greg. & Theodo. Vel loquitur de illa sanctione quæ est s. titu. 1. placet. & infra eo. de his. Et vere potest dici sanctio. l. illa, placet, quia † sanctio est id quod pœnam imponit pro ali 1 quo facto contra legem: vt Insti. de rer. diui. §. sanctæ. *Nouis collationibus.* Collatio est † quod præstabatur in publicum propter aliquam 2 necessitatem, vel seruitium. vnde tributarij † dicuntur collatores. vt 3 infra authen. vt iudi. sine quoquo suffra. in prin. vt infra auth. de collatoribus. & glo. nouis collationibus. id est exactionibus nouis: quia plures in his conferebant. nec dicit quòd non sint veteribus collationibus obligatæ ecclesiæ: quia sunt. sed nouas prohibet. *Obligabit.* Imò manebũt firma antiquitus data priuilegia ecclesiæ: vt supra tit. 1. priuilegia. & l. placet. *Neque hospites.* Milites arcarios, non intellige de pauperibus. tales enim tenentur suscipere, cum non sit turpe munus imò pium.

L. 2. OMNIS *istiusmodi strepitus. Conquiescat.* Non enim debent vocari ad aliquam præstationem, sicut negociatores. *Vel parcimoniæ.* Quia scilicet parcè viuunt. *Vel mercaturæ.* Quia scribebat aliquem librum in domo sua, vel simile honestum faciebat. *Oporteat.* id est, oportunũ est. † non imponit necessitatem. *Æstiment lucrum.* Hoc est contra 4 quosdam

quosdam qui dicunt debere vocari cū republica ad præstationem aliquā, quia ipsi habent fundos stationes vel ergasteria quæ conducunt debetur enim expendere in vsum pauperum. *Verum* &c. Hic est vers[illegible] eorūdem clericorum. *A prædictis*. Scilicet clericis. *Ad pa-*
5 *rangariam* Parangaria †est præstatio quæ fit cum expensis & labore per[illegible]. [illegible]ia quæ fit cum labore personæ sine expensis. *Vt con-iugia cleri*[illegible] erant cantores, lectores, & tales quibus licet.

De H[illegible] *clericis*. *Aliena iuga*. id est tributa. dixerunt enim quibusdā [illegible] quod venirent ad domos suas, & sub tali prætextu vo'e
6 bant eos a[illegible] here a præstatione tributorum. quia ipsi †clerici non præ[illegible]. [illegible] *a prædiis*. scilicet prædiis. *A ipsis*. scilicet clericis. *E*[illegible]*dem*. [illegible]s. *Persurgere*. scilicet statuet. *Duntaxat prouinciales*. Ex hoc in[illegible] prouinciales & dicunt quod idem est in Italicis & induc[illegible] de rerum diui 9. venditæ. dicunt enim quòd inter
7 præ[illegible]† prouinciali[illegible] & Italica nulla est differentia. vnde videtur qu[illegible] præstant tributa &-illa. Præterea pro eis est ℣. de vsucap. trans[illegible] & de [illegible] rerū mancip. i. Italiæ. & non mancip. id est prouinciæ. Sed [illegible] gratia prouincialiū non est verum. & respond. ad l. prim[illegible] quoniā non est differentia inter res Italicas & prouinciales q[illegible] materiam de qua tractat ibi: quia sicut vnius transfertur d[illegible] tradictionē, & ita alterius. & hoc est quod ibi dicitur. Videbatur enim quòd prouinciales non possent res suas alienare, vtpote nec domini rerum, sed contra. est ad aliam dicēdum, quoniā ibi auferr differentiam quo ad hoc, vt sicut vna potest per triennuū vsucapi, & ita alia. Videtur etiam facere pro prouincialibus ℣. fine cēsu vel reli. l. 2 dicit enim agnoscūt omnes. sed hoc intellige tantū de his de quibus verū est scilicet de prouincialibus. & hoc plerun-
8 que fert[illegible] salua gratia †prouincialiū ipsi erunt tributarij & eorū terra, non Italia, vel Italici. *Iubemus*. Nisi in quibusdam prouinciis quæ sortiuntur ius Italiæ, vt ff. de censib. l. vlt & pen. L. 5.

9 Officiales. Qui †erant in aliquo officio curiæ: & cum nōdum expletum esset illud officium, volebant se transferre ad clericatus honorem ita obligati curiæ. *Si exhibitione cursus*. id est non expletis adhuc illis officiis. *Ad priorem cond. retrahentur*. Videtur contra ℣. eod. quisquis emensis. Solutio. hic constabat non esse expletū officiu: & ideo interuersa ratione fiscali ad clericatus honorē non poterant transferri: vt hic dicit. ibi enim finitum erat, cum dicat emensis
1[illegible] stipendiis expleti[illegible]que &c. vnde poterunt †irreuocabiliter transire. se[illegible] tenentur respondere, vt dicit. Si opponatur de eo quod ibi dicit In fi. exceptis &c. respon. ibi loquitur quando finitum erat officiū, [illegible] & [illegible]igati †erant curiæ. *Si vero obnoxij ratiociniis vel necessitatibus non [illegible] sub notione iudicū*, &c. Vt hic dicit. Vel si dicas, sicut quidā, quia [illegible] loquitur de his qui ferebant primū pilum in acie, aliud in aliis, [illegible] rem habent vocē coram imperatore. nā illi si probabilis vita [illegible] postulauerint, & non sunt obnoxij, possunt ingredi, vt hic. L. 4.

ſed alij propter effuſionem ſanguinis, ſiue ſint obnoxij ſiue non ratiocinijs, ingredi prohibentur. *Si id.* ſcil cet ſtudium. *Poſtulauerit.* Palam non poſtea dicit quando poſtulauit id ſtudium probabilis vitæ ſecretò. *Liberis.* ſuis, ſi habent liberos. Adſignatur hic authent.

SED NEQVE CVRIALEM, &c. *Non prohibetur.* puta quia erat cantor vel lector. *Honore nudatus cur. f. r. prop. ciuit.* &c. Videtur contra ȷ̃ authen. de ſanctiſſ. epi. §. ſi mo. Solutio: prius in monaſterium reducendus eſt. ſi verò ibi non potuerit retineri, curiæ dabitur. Aliud eſt contra ȷ̃. de decur. ne quis. dicit quod quis † cauſa ſupplicij non debet curiæ applicari. Solutio ibi interdicit quo ad honorem vel emolumentum: hic autem reddit eum curię quo ad pœnam. vnde aliud eſt. pœnæ enim cauſa non prohibetur, quia † pœna non debet habere emolumentum: vt ff. depor. & rele. relegatorum §. vlt. & l. ſeq. AVTH. *Epiſcopalis ordo*, &c. Not. quod epiſcopalis † dignitas eſt ordo non ſolum preſbyteratus, diaconatus, & alij. vij. quod quidam dixerunt *A fortu. ſeruit. vel aſcrip.* & ideo dicitur penè ȷ̃ de bonis. l. vlt. quia epiſcopalis ordo & alia quæ enumerauit ȷ̃. de Lati. liber. præſtant ingenuum. 12 13 14

Hæc authe. in aliis & vulgatis, ponitur poſt l. ſeruiũ infra ord.

L. 5. SIQVIS NON DICAM. *Si attentare.* Nota circa illud generale, quia non punitur † affectus, niſi ſequatur effectus: vt ff. quod quiſque iuris l. iij. & ad leg. Corn. de fal. qui falſam. ſed hic ad aliquem actum proceſſit. non enim ſola cogitatione puniretur: vt ff. de pœnis l. cogitationis. eſt ergo actus aliquis neceſſarius: vt ȷ̃. ad leg. Iul. ma. l. pen. ad idem ff. de extraord. crim. l. j. *Capi. ſe. pœna.* & maiori ſi poſſit eſſe maior: vt ȷ̃. de rap. virgi. l. vna. 15

L. 6. PRÆSBYTEROS &c. Patet ergo quòd præsbyteri † & alij quos enumerat, ſunt expertes perſonalium munerum. 16

L. 7. NEC HONORE, NEC LEGIBVS. Vt ſi vellet inducere pro ſe leges quæ communiter dicunt de teſtimonio ferendo, & idẽ vellet dicere in epiſcopo: & ſic pro ſe inducit ȷ̃. de teſtib. ſi quando. *Item dixit.* ſcilicet imperator. *Adici.* vel admitti. *Excepta.* per priuilegium. AVTHEN. *Sed iudex* &c. *Ex ſuis miniſtris.* Fortè tabellionem vel talem. *Dicant quod noue.* pro vtraque parte, non pro producente tantùm. ita enim quilibet teſtis debet facere † & iurare. Non tamen iurent. ſic ȷ̃. de iudi. rem non nouam. 17

L. 8. PRÆSBYTERI, *Citra iniuriam quæſtionis.* Quia ex eo qui teſtis eſt, ſi liber, & non vacillet, non debet haberi quæſtio: vt ff. de quæſtionibus. ex libero. *Prout leges præcipiunt.* vnde ſicut quilibet priuatus, ſi videatur † vacillare, torqueretur: vt ff. de quæſtionibus l. vnius. & infrà, de abolit. fallaciter. *Salua tamen* &c. Hic verſiculus, vel. §. *Falſi actio.* Hic eſt punctum ſ. & ideo dicit falſi † actio, quia de falſo poteſt agi etiam ciuiliter. vt ff. ad leg. Cor. de fal. qui nomine infrà, de tranſact. ſi ex falſis. *Multò magis etenim pœna* &c. Quia omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto qui peccat, maior habetur. & eſt argum. contra ff. de quæſtionibus 18 19

ſtionibus capitalium. Sed ſimile eſt arg. ff. de pœnis, quædam. AVTHEN. Præsbyteri, diaconi &c.

NVLLA &c. AVTH. *Diaconiſſam* &c. *Veneris nuptias.* Aliud ſecundum decreta. AVTH. *Presbyterum.* Minus x. & octo. Aliud ſecundum decreta. L.9.

SIQVIS IN HOC. *Irruens.* Venit enim ad eccleſiam cum eſſet in prælatorio irruens in eos. *Sine confeſſos.* Vnde ſine accuſatore 20 pœna potetit imponi. ſic j. de proba. iubemus. & de reſti. nullum. & j. ad l. Iul. de adul. ſi cum crimine. & ff. de ſuſpec. tut. tutor. §. præterea. AVTH. *Sed nouo iure* &c. Aut, pro &: vt j. probatur. *Verberatus exilio* ergo traditur exilio & verberatur. L.10.

IN ECCLESIIS. Pone caſum. quando eccleſia eſt in poſſeſſione vel [illegible], & aliquis de clericis illis moritur vel transfertur ad aliã eccleſia &c. Sed ex eo &c. Idẽ, in prætore, quia de Romana ciuitate debet aſſumi. vt j. de offi præ. tres. *Ordinentur.* ſubaudi, ſi ſit ibi idoneus. alioquin pro non habito debet reputari, vt ff. quod cuiuſque vniuer. l. j. in fi. Debent ergo præferri illi qui de eodem vico ſunt alijs qui non ſunt eiuſdem vici. & eſt optimum arg. imò lex expreſſa 21 quod cum eligendus eſt † epiſcopus vel archidiaconus aut ſimilis perſona, de eadem eccleſia ſit accipienda, ſi ſit ibi aliquis idoneus: vt ff. de muneribus. vt gradatim. §. & ſi lege. *Propriæ capitationis.* Quia forte erant adſcriptitij vel ſimiles: vt hoc debent facere per 22 ſuppoſitam† perſonam: vt j. eo. quiſquis. *Pro magnitudine.* debent enim conſiderari facultates eccleſiæ, vt ſecundum illas iudicio epiſcopi certus clericorum numerus ordinetur, & etiam cum conſenſu & 23 iudicio Patroni † eccleſiæ debet fieri, cum ſit fundata in eius ſolo: vt probatur j. authent. de epiſcop. §. ſi quis ora. *Ordinetur.* in eadem eccleſia. L.11.

SI QVIS CVRIALIS. *Conuentione.* i. admonitione. *Manu mox iniecta.* & capto eo per capillos. *Legem.* antiquam, cuius men-24 tem ſtatim ponit. *Decuriones.* & ita eſt idem† curialis & decurio, quia in principio poſuit decuriali. L.12.

SI VENERABILIS ECCLESIÆ. Aſſignatur contra s. de ſac. eccl. placet. & l. iubemus nulli. Solutio, ibi loquitur de eo ſpecialiter qui violauit priuilegium ne res alienetur, vel eccleſia præſtet munera. & tales pœnæ ſunt imponendæ ſicut ibi dicit. Sed hîc lo-25 quitur generaliter: vnde derogatur ei quo ad illa: quia in toto iure† generi per ſpeciem derogatur. L.13.

QVICVNQVE. *Detruſus.* per electionem, quia fuit electus cum ante fuerit bonus homo. *Contra quietem publicam.* Quia tota die ponebat ſeditiones in ciuitate illa vnde erat epiſcopus. *Milius.* id eſt, miliaribus. *Careat.* Cum eſſent contra hanc l. *Eorum.* ſ. epiſcoporum. L.14.

CONVENTICVLAM ILLICITAM. Quia hæreticorum: vel quia quidam conueniebant, & ſtrepitum de illicito faciebant, ſic L.15.

quòd vicini non poterant dormire. *Etiam extra ecclesiam.* Ergo & multominus in † ecclesia non licet facere illicitam conuenticulam 26 ſiquàm hæretici & Gazari faciunt. Habent enim ſpecialiter domos ad hoc deputatas, in quibus faciunt ſectas ſuas & prædicationes & tales domos dicit publicari, & puniuntur illi qui faciunt: vt ℣. de hæreticis, quicunque. nec poteſt hic eſſe argum. à contrario ſenſu, extra eccleſiam non licet. ideo enim dicit extra eccleſiam, quia dubitabatur vtrum extra eccleſiam poſſent. de eccleſia enim non erat dubium. & dicit quòd non etiam extra eccleſiam vnde in litera debet eſſe, etiam & arg. à contrario ſenſu † fortiſſimum eſt: non tamen ſem 27 per tenet, niſi hæc dictio, ſi, notet cauſam. aliud ſi cōdicionem: vt ff. de offic. eius cui mand. l. 1. Proſcriptionis i. publicationis: vt ℣. de bon. damn.

L.16. QVISQVIS CENSIBVS. *Manſitare*. i frequenter manere. *Sub hac lege*. i. definitione vel condicione. *Per ipſum dominum.* Quia dominus coget ipſum. *Et quomodo.* Et, pro id eſt ruralibus &c. *Quo maluerit.* Scilicet fungi. *Indulta.* ſibi.

L.17. PLACET NOSTRÆ CLEMENTIÆ. *Cum publicis actionibus.* i. actibus ad curiam pertinentibus. Idem dicit in medicis, qui debet eſſe circa ægros tota die. *Publicum ſpectaculum.* Alagradicola. *Ex breuibus*. i. ſcriptis. erant enim ſcripti in chartis: & quilibet percipiebat ſalarium de publico. vnde ſi hoc violauerint, ex breuibus parabolani eximentur. Et dicuntur † parabolani, quia fortè multas habent pa 28 rabolas. quilibet enim poſtquam audiuit de phyſica per annum, habet multa & infinita verba. & gratiam eius quod hic dixit de clericis ne habeant communionem cum actibus pertinentibus ad curiam, dicit & de ludis. AVTH. Interdicimus &c. *Aut ſchemate.* Schema † eſt forma vel figura. 29

L.18. PARABOLANI. *Antiſtitis*. i. archiepiſcopi. *Excep. vide hono.* Quia illi debent poni. vel ſi poſiti fuerint exceptis illis. *Sacerdotis*. id eſt archiepiſcopi. Latæ legis ſuperioris proximæ.

L.19. EVM. *Qui probabilem. decolorare.* i. diffamari vel denigrari. *Sororiæ appellationis.* Quia appellat eas ſorores. *Septa*. i. clauſuras. Aliter diſtinguit authen. quomodo oporteat. §. non ingrediantur. *Sua conuerſatione fecerunt.* Et no. quia ex bonis † moribus vxoris fit vir bo- 30 nus, & econuerſo. AVTHEN. Multomagis &c. AVTHEN. Epiſcopos &c.

L.20. SI QVIS *Presbyter. vel vxor exstiterit.* Illa ſuccederet aliis deficientibus. *Deſtinatus*. i. ex quo erat præsbyter vel diaconus. *Legibus debentur.* Nota: AVTH. *Hunc autem* &c. AVTH. *Ceſſante* i. ſi ceſſauerit, poterat enim non ceſſare, quia poterat diuidere: vt ſuprà, ſi qua mulier. vel corrigitur, quia illa abſtracta eſt de tit. de monachis, hæc de epiſcopis.

L.21. AD. *Similitudinem.* vt ſ. eod. quiſquis. *Honorario titulo.* Erant primò curiales.

Si

SI QVA PER CALVMNIAM. scilicet præsumptam. pro episcopi [illegible] persona semper præsumitur: vnde alius videtur calumniari [illegible] præfect. præto. dicitur ff. de off. præfec. l. j. simile ꝫ. eo. [illegible] Vel dic proprie de calumnia, quia accusabat episcopum aliquis, nec probare poterat. calumniatur enim: vt ꝫ. de aduo. diuer. [illegible] e testi. l. iij. *Publicum calculum.* ideo dicit, quia computatur cum [illegible] pecunia fisci. *Qui etiam.* subaudi, sancimus. *Confugarum* [illegible]. *Sunt præstita* ꝫ. de his qui ad eccle. confu. præfe [illegible] *serua.* vt s. de sacrosan. eccle. priuilegia. *Puniuntur.* sed magis laici. & ita non punietur si eis fiat iniuria, sicut [illegible] auth. vt diffe. iud. in viij. coll. §. neque & ff. de iniu [illegible] In curia Romana exigitur, quòd cum vult exire [illegible] petat licentiam à papa. ad hoc est argu. infra de decurio. [illegible] *Nullus episcopus* &c. L.22.

QVONIAM VENERABILIS. *Vno ore damnaretur.* Crucifi [illegible]. Patet ergo quod de fide catholica† est licitum publicè disputare ad reprobandam prauam opinionem hæreticorum: vt hic, & no. ꝫ de sum. trin. l. iij. L.23.

IN QVOD PAVPERIBVS. *Firmúmque consistat.* vt ꝫ. eo. si quis ad d[illegible]dam. L.24.

CVM CLERICIS. *Episcopalis audientia.* i. archiepiscopalis. nã† omnis archiepiscopus, est episcopus, nõ è conuerso: vt s. patet in cõstitutione missa ad papã. *Clericibus.* q̃a si nollẽt, nõ esset ita. nemo enim cogitur litigare *Noluerit.* quia timet ne nimis diligat clericos: & ita habet eum suspectum, & vult eum conuenire sub præfecto præto. potest. vt ꝫ de epi. audi. decernimus. *Eminentissimæ tuæ sedis examen.* Loquitur præfecto præto. & est hodie hoc correctum, quia non debet conueniri sub seculari iudice: vt ꝫ de episco. omnes qui auth. clericus. & auth. causa. *Huius vrbis clericos.* ergo loquitur tantum de clericis Constantinopolitanæ ciuitatis. quod est notandum propter solutionem contrarij ꝫ. eo. omnes qui vbique. *Experiendum.* actor examen *Qui.* actor [illegible] scilicet actor ille qui ita conuenit clericos, vel etia[illegible]. *Qui sub vno.* Benedicit in his qui sub vno viro sũt &c. quia aliud in aliis qui de prouincia veniunt ad hanc ciuitatẽ, vt ꝫ. eo. omnes qui [illegible] notaui. *Sententiarũ.* hic appellat sententiã† interlocutoriã, qua scilicet peruenitur ad causam, nõ aliquid definitur de principali negotio. nec in scriptis fertur, sed interloquẽdo inter partes. aliud in diffinitiua, quia illa† terminus est causæ. licet q̃dã papa Vrbanus dixerit sententiã interlocutoriã oppositionẽ esse in adiecto. quia si est sententia, nõ est interlocutoria: quod nõ est verũ quia quicquid sentit & præcipit, est sentẽtia. sed vnũ maiorẽ vim habet quàm aliud. *Executoribus.* nec differt vtrũ executoribus dant fideiussores, an actori: quia ex pactis taliũ psonatũ bene datur actio vt [illegible] auth. hic generaliter. *Fideiussorẽ.* iudicio sisti pro se, vel [illegible]tũ solui pro procuratore: vt inst. de satisd. §. sed hodie. *Prabeãt.* L.25.

corrigitur dupliciter, quia † œconomus non potest illigari, & quia 37 sufficit si cautionem dederint clerici cum hypotheca rerū suarum: vt ȷ̄.authen.de epis.§.si quis autem pro pecuniaria.& §.alium. quidam tamen fecerunt vim in literā illa cum dicit, in talibus causis. vnde dixerunt quod in illis non debēt esse fideiussores, in aliis possunt, vt hic:scilicet caueant iudicio sisti. Aliud in illis causis quas enumerat, *Fideiussor futurus est*.arg. simile in authen. de sanctiss. epis. in prima columna.& ff.de edendo,si quis ex argentariis.non tamen semper sequitur,quod si creditur alicui pro alio, ergo pro se. *Quælis*.*Nemo*.*summam*.scilicet l.lib.auri. *Pro residua*. id est pro eo quod excedit l.lib. *Cautionem suam*. id est promissionem. *Sententiarum*.interlocutoria erat sententia,qua iussus erat venire.*Duos solidos*.id est aureos.*Vel pro institutione*.i. pro instituto procuratore & conuento dabit sportulas.non intellige quod pro ipsa institutione det duos solidos.*Officiis*.id est,officialibus.*Vt & litis*,i.officialibus.Determinat ergo lex ista clericis quid pro† sportulis dare debeant, qui duos so 38 lidos.sed authen.minuit. Dicit enim de quatuor siliquis: vnde habes hic authen. AVTHENT. *Sed hodie* &c. Et posset quæri, quid sit† siliqua. Quidam dixerunt siliquam esse quartam vnciæ, & ita 39 quadragesimam octauam partem assis. argu. pro eis de administra. leg.liberto.§.filium. Sed Io.dicit esse siliquam monetam apud prouinciales quam ita appellant selega,quæ tunc temporis frequentabatur.& sic exponimus l.de annuis legatis. Alij habent ibi aliam literam.scilicet silicum,non siliquam.debet ergo tantùm dare,nec etiam licebit amplius accipere:vt ȷ̄.eo.omnes. §.executoribus.& ita erit speciale,quòd aliquis non poterit renuntiare his quę pro se introducta sunt. *Assistria*.†Nescio quid sit.*Nihil præstat*. In eo ergo 40 speciale.*Actiones contra ecclesia*. No. qualiter debeat concipi† libel- 41 lus contra ecclesiam,quia siue contra ecclesiam,bene est,& respondebit œconomus. siue contra abbatem, siue contra monachos,& tunc similiter respondebit œconomus suscipientibus. & etiam agere† possunt pro ecclesia,vt notaui s̄.tit.1.iubemus.& l.sancimus.Idē 42 etiam fieri poterit per apocrisarios ab ypo quod est sub,& crisis quod est iudicium:vt ȷ̄.auth.quomodo opor.colla.1.§.& illud.Idem 43 per aduocatos ecclesiæ.AVTH. Generaliter autem iudex &c. & sic continua.quia dixerat in lege qualiter conueniendus sit clericus,& qualiter reus debeat satisdare.Hic autem dominus Yr.tanquam vir prudens assignauit auth.in quo dicit qualiter debeat satisdare.Præterea l.loquitur specialiter in clerico conuento, & satisdante. Hic autem ne dum in clerico, sed etiam in quolibet laico actore, vel etiam potes & debes auth. intelligere quòd loquatur de laicis tantū, cum hodie clerici conuenti† relaxentur à satisdatione: vt ȷ̄.auth.de 44 episcopis §.alium autem.& §.superiori.& notaui in l.ista,cum clericis. vnde & idem dicendum in actore clerico, ne satisdet. loquitur ergo.de laico tantum. *Sportu. ab eo non exigi nisi* &c. Præstat enim† 45 reus

Et mulier quæ in cætu monastica vita exercetur.

reus ſportulas: vt inſt. de act.§.tripli.quoniã & petuntur ab actore: ſicut notaui ĩ.de fruct.& lit.exp.l.vlt.& dicit quòd ab eo prius non
46 petuntur donec in libello comprehenderit ſe præſtare† fideiuſſorẽ iudicio ſiſti vſque in finem,& hoc periculo competentis officij. ille
47 enim tenetur exigere & cuſtodire fideiuſſorem: nec differt vtrum† publicæ perſonæ,hoc eſt executori,an reo caueatur:vt ff.rem pupil. ſal.fore.non quaſi.& notaui ĩ.de lit.conteſt.auth.libellum. *Confiten tem.* Iſtud eſt in corpore authen.& ſic dominus meus adiecit,& ſuas intentiones.Et hoc ſimiliter adiecit. *Decimam quantitatem.* Debet er
48 go†quantitas poni in libello,vt aduerſarius ſit certus, cedat,an con tẽdat.Nec intelligas hoc authen.tantũ loqui in quãtitate,ſ.pecunia:
49 quia nomen†quantitatis ad omnia refertur,& omnes continet ſub
50 ſpecies. vt ff.de leg.3.quiſquis. Ponetur etiam†cauſa in libello:vt ĩ. de anna.excep l.vlt.& de his plenius notaui.ĩ de ædil.act.Debet ergo comprehendere in libello de decima parte quantitatis pręſtanda reo,ſi conuictus fuerit calumnioſè litem mouiſſe.& hoc intelligas de
51 pœna†quæ præſtatur ratione calumniæ. nam aliam decimam non tenetur præſtare,quia fortè antiquitus iudici pręſtabatur:vt inſt.de pœna temere litigam.Intellige etiam quòd ſi reus tantum decimam expendit,decimam præſtabit.ſi verò plus,præſtabit amplius. & hoc taxatione iudicis,ſi inuenerit ſe plus expendiſſe,vt arg. ĩ.auth.1.de dila.quod fieri.Sed videtur ſuperflua cautio iſta ſ.fideiuſſoris vſque in finem litis per aliam authen.ĩ.de lit.conteſta.libellum.Reſpond. quia ibi cautionem exponit antequam iudex accipiat libellum. hic non.Vel dic vtrumque loqui antequam accipiatur libellus a iudice,
52 vel à reo. ſed illa†cautio eſt de lite inchoãda,hic autẽ de perficiẽda vel perſequẽda vſque in finẽ. *Iniuſtè mouiſ.* Sed qualiter probabitur iniuſtè litẽ mouiſſe? & certe hoc ipſo quòd victus eſt,ſicut dicitur in criminali cauſa ĩ.de aduo.diuer.iudi.l.1.Idẽ ergo dicendum in ciuili.& condemnatur in expenſis propter ignorantiam vel abſentiam, ſicut Ye.notauit in l.properandum. *Denarum.* i.x.& x.hoc eſt xx.nõ x. vt probatur ff.de leg.1.ſiquis teſtamento. & ff.de verb.oblig.ſtipu
53 latio iſta. *Iuraſſe ſe dare non poſ.* Subaudi,facilè:nam aliàs†ambitioſum eſſet ſacramentum, cum multotiens crederet ſe non poſſe dare,quod poſſet: vt ff.de in litem iurand.l. videamus. & ſimile habes ff.qui ſatiſd. cog.de die.§. vlt.& l.præcedenti. *Niſi cauſa mouetur ex conſenſu.* Propter hoc voluerunt quidam dicere quòd ea quæ dicta ſunt, non habent locum in arbitris, ſed in iudiciis tantum.vnde dicebant edi in arbitrio,nec alia obſeruari. Sed dic quòd non eſt ita intelligendum, imò referendum eſt tantum ad id quod dixit de fideiuſſore præſtando.hoc enim non habet locum in arbitriis.quoniã
54 ibi promittitur pœna ſi non venerit alter.cum ergo pœna†ſufficiat, ita ſatiſdatio non eſt neceſſaria.ſed cum non adiicitur pœna, bene eſt neceſſaria,cum multotiens reus decipi poſſet, qui magnas fortè faciat expenſas in veniendo,in ſalario aduocatorũ,& ſimilibus quę

exiguntur ad causam: vnde si alius tunc causam desereret, deciperetur vel etiam si vult reus, petet à iudice vt feratur sententia, & absoluatur à iudicij obseruatione, & alius condemnabitur in expensis. Sed qualiter conuenietur ex cautione illa, si victus fuerit† iniustè 55 mouisse litem, & antequam sit victus, causam deserat? & certè hic non dicit sed aliàs videtur lex velle quòd antequam condemnetur, conueniatur pro expensis j. de iudi. sancimus. & j. authen. de dilato. quod fieri. & j. authen. de sent. & interlo. qui semel. Ita est cùm est compromisso non agitur causa, sed vt 3. dixi. aliud si moueatur ex cõsensu vtriusque partis. Vnde sicut dixi, quidam dixerunt quod in arbitriis† non debet edi actio, vel libellus exigitur: sed hoc non dico, quia prius non dixerat de editione actionis, vel libelli oblatione 56 sed de quadam satisdatione, quam fieri vetat in arbitriis: & hoc ea ratione, quia ibi facit, quod in iudiciis satisdatio. Ergo in arbitriis† 57 actio edetur, & libellus offeretur, sed non satisdabitur: quia si per aliquem steterit, pœna committetur: vt ff. de arbitris. diem. vel dic quod si vult satisdare, admittitur, & licet ei in priuilegio renuntiare.

SVMMÆ.

1 *Monachorum nomen vnde dicatur.*
2 *Lex scripta.*
3 *Consuetudo lex non scripta.*
4 *Incertum legatum non valet.*
5 *Pauperes vel ecclesia possunt conuenire designatam personam, vt votum adimpleat testatoris.*
6 *Commissarius fit in pias causas.*
7 *Archiepiscopus.*
8 *Simonia.*
9 *Aurum res sacra.*
10 *Sanctitas non corrumpitur.*
11 *Flagitium.*
12 *A nemine pretium dari debet.*
13 *Orphanotrophium quid.*
14 *Tutores satisdare debent.*
15 *Plurale resoluitur in singulare.*
16 *Monachi ab aliis clericis distinguntur.*
17 *Abbas respondere debet de monacho.*
18 *Quomodo pater respondere debeat de filiofamil.*
19 *De castrensi peculio respondet filiusfamil.*
20 *Qualiter pupillus vel adultus conueniatur.*
21 *Syndici.*
22 *Damnum rei principalis.*
23 *Sine libello profertur sententia.*
24 *Causa liberalis.*
25 *Episcopus Iudex maior.*
26 *Praefectus praetorio.*
27 *Ab episcopo potest appellari ad praesidem.*
28 *Actio iniuriarum proponitur ciuiliter.*
29 *Crimen ecclesiasticum.*
30 *Scholares quando dant fideiussorem.*
31 *Defensor ecclesiae & oeconomus differunt.*
32 *Iuri suo non licet renuntiare.*
33 *Literatura consideranda.*
34 *Iurisdictio sine administratione.*

35 Di-

1 DECERNIMVS. *Monachorum nomen.* dicuntur enim† à monos, quod est vnus, & custodia, quasi vnius custos. Debent enim nomina rebus esse consequentia: vt instit. de dona. arg. tamen contra. est in tugurio ff. de verb. sig. tugurium. AVTH. Sed neque &c. L. 26. *Falsa etymologia.*

QVISQVIS EMERSIS. Aliàs emensis. & glo. 1. ex mensura vel computatione. assignatur contra ʒ. eod. officialis. dic vt ibi. L. 27.
2 *Aut† consuetudine.* l. non scripta, Vel lege† scripta. *Se consecrauit.* quo-
3 dammodo videtur se consecrasse: vt notaui s. de sacrosan. eccl. auth. ingress.

4 NVLLI LICERE &c. *Incertum esse legatũ.* quod si verum esset† non valeret: vt instit. de legatis §. incertis. *Exigendi licentiam.* Sed nũquid pauperes vel ecclesia possunt, conuenire designatam personã,
5 vt votum adimpleat testatoris? Respond. possunt, vtique† conditione ex hac l. vt ʒ. eo. l. 9. si autem. quia de nouo imponit l. ista necessitatem &c. & inducit obligationem, vel per officiũ iudicis. hîc arg. pro cõmissario quòd possit petere id quod relictum est, licet non sit heres. Si quaeras qua actione, dic vt s. dixi. Et ꝙ nõ sit heres sed ad- L. 28.

ministrator, probatur. ff. de leg. 2. si quis ita est cum in pias†causas 6 sit commissarius. Si verò vt distribuat parentibus pecuniam, non agi, arg. ff. ad Treb. Lucius & probatur ff de alimen. leg. alio. Sic ergo secundum legem istam videtur quòd episcopus non debeat se intromittere de illo legato, si fuerit delegata specialiter persona. Sed authen. dicit, quòd si ille fuerit admonitus. potest, & amittet si aliquid erat ei relictum. Praeterea†Archiepiscopus poterit, si episcopus fuit 7 negligens. licet testator interdixerit ei aliquod participium: vt ꝫ. authen. de eccle. titu. 2. 9. colla. & habes hic. *Qui autem semel.* & in alia. *licet* &c. *oritur*, ibi enim est forum suum, arg. ꝫ. de adop. in adoptione. & glossa, oritur. i. ortus est. sic ff. de regu. iur. l. nec ex solemni. in fi. & ff. de neg. gest. l. 3. §. haec verba. Alibi pro futuro ponitur. vt ff. de vsufruct. si fur decerpserit. ibi, submittitur. *Vt conueniens.* id est conueniens est.

L. 29. SI CONTRA QVAM *Ad episcop. gradum.* vel quālibet administrationem ecclesiasticam ꝫ. auth. 1. tit. §. neque Xeno. & §. sed neque clerici. *Esse poterit excusata.* à crimine†simoniae. *Sacra fames.* i. ex- 8 ecrata. vel dic propriò, quia quidam putant aurum†rem sacram, & 9 tenent in arca tanquam sacrum. *Sanctitas incorrupta.* i. illi qui debent sancti esse: quia†sanctitas non corrumpitur, nec corrumpi potest: 10 vt suprà de summa trini. inter claras. *Piacul. flag.* i. flagitium, †quod 11 sanguine debet puniri. *Non pretio.* Dato ab episcopo, vel ab alio. à nemine enim†pretium debet dari: vt ff. de calumnia. l. 2. & 3. & statui- 12 tur poena in authen. de sanctiss. episc. §. pro cōsuetu. nisi fuerit cōsuetudo, vt ibi dicit. tunc enim dari potest pretium. *Necessi. excusats.* Istud enim solum poterit dicere, Ego non sum dignus. *Inuitus.* si enim se offerat, habetur suspectus: vt ꝫ. ad leg. Cor. de Fal. vxori §. 1. Debet ergo in principio esse inuitus: sed post oportet eum consentire: vt probatur ꝫ. authen. quomodo oporteat. § sed etiam. & habes simile in pupillo. ff. de tutel. l. 3. *Similis poena committetur.* argu. contra ꝫ de haereticis, quicunque in fi. & ꝫ. de mathematicis. Quidam habent hîc authentic. talen. Qui contra ordinatus fuerit, ipsius ecclesiae seruus efficiatur. sed falsa est, quia alia poena non ista statuitur in illa auth.

L. 30. ORPHANOTROPHOS. Orphanotrophium erat quidam†lo- 13 cus in quo pueri relicti lactabantur. ille autem qui huic loco praeest, vocatur orphanotrophus. & fac ita constructionem: orphanotrophus eorum qui pupilli sunt huius inclitae vrbis. *Nulla subtili* &c. *Huius inclitae vrbis.* & aliarum omnium: vt ꝫ. authenti. de eccle. tit §. vlt. Idem enim est, in pupillis cuiuslibet alterius ciuitatis, vt ibi dicit. *Sine vllo fideiuss. grauat.* Alij tutores†satisdant rem pupilli saluam 14 fore. & quòd alij satisdent, legitur ꝫ de administ. tut. l. vlti §. defensionem. & instit. de satisdationibus. Aliud speciale est in his, quia licet sine decreto alienare. aliis non: vt ꝫ. de administ. tut. l. tutores. Aliud etiam est speciale, quia non tenentur de administratione. sed aliud

liud in œconomo: vt ꝟ. de sacrosan. eccles. iubemus nulli. & ita in his multa inueniũtut specialia. *Tabularius*. ergo duo sunt necessarij.
25 Vel dic quòd† plurale resoluitur in singulare, sicut actio nego. gest. & similia. *Habita æstima.* expediat vel non. *Inire contractus*. Fortè cùm decreto: imò & sine decreto: vnde speciale est, vt supra dixi.

OMNES QVI VBIQVE SVNT &c. Primò ponit vnum casum, postea alium, tertiò redit ad primum, quartò ad secundum, quintò de vtroque, sextò de primo septimo, & octauo. De secundo, nono & decimo & 11. & 12 de vtroque. *Monachi quoque &c.* Non di
16 stinguit monachos ab aliis clericis, sed† authen. distinguit. AVTH. *Causa quæ* &c. *Cùm monacho.* Ergo libellus potest concipi in persona monachi. & si conquerar de ecclesia, quia monachus expulit aliquē de possessione. & ita ecclesia detinet possessionem suæ rei. Potest & concipi in persona abbatis vel conuentus. Si tamen conquerar de
17 monacho, abbas† debet respondere. Sic & dicendum in filiofa. si con
18 ueniam [illegible] mf. debet enim pater respondere. Distingue verum† de profect[illegible] conueniam ipsum: & tunc in persona patris concipiēdus est libel[illegible]s. an de aduenticio, & tunc in persona filij potero. Si ve-
19 rò† de castrensi, respondebit filius: vt ꝟ. de bo. quæ lib. l. vlt. Qualiter
20 autem conueniatur† p[illegible]pillus vel adultus, vtrum ipse, vel eius tutor seu curat[illegible]r, dic vt dicit[illegible] ff. de administ. tut. l. 1. §. penult & vlt. *Qui de præsentia perso[illegible]næ.* Quia faciet præsentari abbatem, & ille respondebit pro monacho. Si enim intelligeres quòd monachum tantum deberet repræsentare, cum sententia lata contra ipsum non præiudicaret ecclesiæ, non est ita dicendum. intellige ergo de præsentia
21 abbatis. Sed & solent ordinare† syndicos, qui quandoque minus cognoscunt de facto. nec iurabit de calumnia, sed abbas: vt ꝟ. de iuta. calum. l. 2. sed abbas potest tamen dici quòd monachus admittatur ad sacramentum de veritate dicenda, sicut in pubere dicitur. *In locis decanicis.* Loca sunt deputata ad hoc vt accusati ibi ponerentur: vt in corpore authen. apud quos opor. mo. cau dic. §. vlt. AVTHEN. CLERICVS QVOQVE &c. *Sine damno.* quomodo potest esse damno? nonne semper alteram partem oportet condemnari? & ita qualiter
22 erit sine damno? Resp. non intelligas sine damno† rei principalis. nā in hoc bene erit damnum alterius partis, vt dixi. Nec intelligas de sportulis, quia illi debent præstari: & determinatum est, quæ: vt sup. l cum clericis & authē. sed hodie. dic ergo de damno gestorum seu scripturæ. in his enim nullam facit expensam: sicut in alienatione habes suprà tit. 1. authen. hoc ius. ita erit ergo in examinatione cē si scribantur confessiones partium, vel dicta testium, & similia. *Et si-*
23 *ne scriptis* Et sic speciale est quòd sine† libello vel non in scriptis profeatur sententia: vt no. ꝟ. de senten. ex peric. l. vlt. *Natum esse.* Quidam voluerunt dicere quòd causa† erat liberalis, & ideo remittendi erant ad præsidem tantum: vt ꝟ. de peda. iudic. placet. & ff. de arbit. non distinguemus. *Maiores enim iudices.* exposcit causa illa, vt

L. 31.

ibi dicitur. sed videtur episcopus † maior iudex vt j. de episc. aud. episcopale. Sed dic quòd secundum leges illas maior erat iudex etiam † præfectus prætorio: sed iure authen. non. vnde dicit. l. quòd ab episcopo † potest appellari ad præsidem. j. de epi. aud. si qui ex consensu. Vel dic quòd episcopus fuerat in causa illa aduocatus: vnde in eadem non potest iudex. vt ff. de iurisdic. om. iu. l. prætor. Vel dic quòd actio † iniuriarũ proponebatur ciuiliter: vnde nõ debet esse iudex, quia erat fortè de cognatione eorũ qui fecerunt iniuriam: vt ff. de iniuriis l. Cornelia. Vel dic quia est infirmus. *Neque mora &c.* Neque enim spectabitur hic triennium, sicut in l. illa, properãdum, sed duos menses tantum, sicut statim dicit. *Menses.* aliter 9. vt in corpore authent. *Spolietur.* Cognoscet tamen ante episcopus vtrũ iustè fuerit condemnatus, an non. si iustè, spoliabit: alioquin contra. vt in authen. vt clerici apud proprios epis. & de episcopis. poterat ergo sine conscientia episcopi absoluere, sed non condemnare: sic j. vbi sena. vel cla. l quotiens. *Si crimen sit ecclesiasticum.* vt quia † accusatur de simonia, vel quia pertinet ad viros ecclesiasticos. Si verò ecclesiasticum sit crimen, & de eo conueniatur Lucius, debent esse duæ personæ in cognitione: vt in authen. de manda. prin. coll. 3. §. neque occasione. in fi. Redeamus ad legem. *Pretorij.* i. vbi redditur ius. aliàs dicitur locus patrissa. vt ff. de vsu & habita plenum. *Intentio calumniosa.* Præsumptione: vt notaui s. eo. siqua. Nisi in tuæ sublimitatis &c. Loquitur præfecto prætorio, vel archiepiscopo: vt s. eo. cum clericis. *Et oratorum.* i. aduocatorũ, qui orant pro clientulis. *Præterea cum in prouinciis.* modo redit ad primũ casum. *Interlocutione.* Sentẽtia interlocutoria. *Fideiussores præbeãt.* Hoc correctũ est: vt no. s. eo. cũ clericis. *In hac autem vrbe.* Modo redit ad secundum casum. *Vicariis fideiuss.* Quia vnus pro alio fideiubebat. & est arg. pro scholaribus † cum petitur ab eis Bononiensis pro fideiussore, & ipsi non possunt dare. debent enim dare conscholaré. *Quem tamen.* œconomum. *Defensorem ecclesiæ.* Ergo apparet alium esse † defensorem ecclesiæ, & alium œconomum. & dic defensorem ecclesiæ, aduocatum ecclesiæ. *In minoribus iudiciis.* Hoc est in prouincia. Semissem i. dimidiũ aureũ. *Aut etiam audent accipere.* Et sic non licet, † renunciare iuri suo, vt notaui j. de pac. l. vlt. *Diuersa ratione remittimus.* Vt hi qui sunt in maxima dignitate, & propter ætatem, & propter morbum: vel quia est professor artium vel doctor legum, vel portentuarius: vt j. de excusa. munerum l. maximarũ. & l. vlt. j. qui ætate. l 1. qui morbo. de professo. & medi. l. medicos. & de suariis l. 1. *Sopitis clamoribus.* i. lata sententia, & facta restitutione expensarum. *Magistra &c.* i. nobis imperantibus, qui sumus magistri.

25 26 27 28 29 30 31 32

L. 32. SACROSANCTÆ. *Diaconi.* idem in lectoribus, cantoribus, & similibus: vt j. eo. authen. presbyteros. *Probatis moribus.* debet enim cõsiderari mores, & etiã † literatura vt j. auth. quomo. oport. epi. & cle. cæteros. *Si ad eorum filios.* quos ante habuerũt quã essent in dignitate. 33

gnitate. AVTH. *Licentiam habeat episcopus. Probatus.* fac vim in eo quod dicit probatus, quia præsumitur de bonis ecclesiæ fuisse, nisi probetur cõtra. idẽ in vxore. ff. de donatio int. vir. & vxor. *Ad quartũ gradum* ideo dicit, quia vsque ad gradum illũ videtur potius ratione sanguinis ad eũ peruenisse, quã ratione administrationis. sed si vlterius aliquid ad eũ perueniat, præsumitur peruenisse propter bona ecclesiæ. Idem in administratione rerum capellæ alicuius. Secus si 34 habeat† iurisdictionem siue administrationem: quia tunc potest facere testamentum de rebus suis pro volũtate sua, sicut video in Canonicis beati Petri qui habent prebendas, non tamen res ecclesiasticas administrant: vnde video in deo quod tota die vendunt & emũt tanquam propria habeant ea. AVTH. *Sed dignitas episcopalis &c. Et* 35 *præfectura magistrorum, &c.* Sunt & aliæ multæ dignitates† qui liberãt à patria potestate. vt ĩ. de decur. l. vlt. *Cum hoc.* cingulum. *Honoratis.* illo sc. cingulo. *filij recedant, &c.* fallit ergo in dignitate ista quod aliàs dicitur, quia filius patre viuente exit de potestate ipsius: quo mortuo filij non recidunt in patris potestatem: vt ff. de adopt. si patre filium. & instit. quib. mo. ius pat. potest. tol.

OMNIA *priuilegia. Liberalitatibus.* ratione alimentorũ pręstandorum pauperibus. *aut ptochiis.* vbi peregrini reperiuntur. *xenodo-* 36 *chiis,* vbi infirmi. Qui prius huiusmodi, &c. Ille enim† primus fuit hospitalarius. *Decernimus.* Idem in rebus alterius ecclesię: vt ĩ. auth. de ecclesiast. tit. §. vlt. & notaui. s̃. eo. orphanotrophos. L. 33.

IVBEMVS. *Modis omnibus prohibemus.* Patet ergo pro hoc quod 37 hic dicitur, quod aliud sit in seruis quam in adscriptitiis. vnde† adscriptitius non est seruus, imò liber homo est: & quod acquirit, sibi acquirit. nõ tamẽ liceat eis de fundo recedere. vnde in multis habẽt similitudinẽ cũ seruis, in quibusdã dissimilitudinẽ. possũt enim ferre 38 testimoniũ, sed nõ pro dominis, quia domesticũ† esset testimoniũ: vt ĩ. de his qui ad ecclesiã. præsenti. & de bonis suis facere testamẽta, cũ sint liberi homines. nec contr. e. ĩ. quibus causis cens. l. i. xj. l ij. est enim intelligẽdũ quod ibi dicitur, quãdo nõ præstitit seruitiũ. tunc enim ipsũ & sua poterit vẽdicare. sua enim sũt domino obligata ad 39 hoc vt sibi pręstet† seruitiũ. Vnde nõ intelligas quod sua sint, sed sibi obligata propter seruitiũ. *Sẽtẽtiis.* interlocutoriis. *Decernimus.* correctũ est in auth. clericus. *Penitus imponẽda.* quia iudex debet sedere, nõ ire ad eos: vt ff. de iudi. si quis ex aliena. & quis ordo in bon. poss. l. j. §. dies. AVTH. *Adscriptitios, &c.* Et quod dicit auth. nõ corrigit. l. sed determinat, quia intelligẽda est quãdo volũt esse clerici in locis quibus sunt adscripti: sed in aliis locis clerici fieri nõ possũt sine dominorum voluntate. *Adimpleãt.* si per alios: vt s̃. eo. quisquis nexib᷑. & l. ad similitudinẽ. si in faciẽdo cõsistat: vt ĩ. de cadu. toll. §. sĩcim᷑. AVTH. *Si seruus sciẽte domino.* Liber *& ingenuus est.* Nota cõsciẽtiã cõ- 40 sensui† comparari libertatis fauore. sic ff. ad municip. l. quotiens. *Ignorante domino.* quod præsumitur: vt qui milita. non pos. super seruis. *Seruilem fortunam proba.* id est, probet à se fugisse, & ita quod L. 34.

possedit eum vt seruum.fugitiuus†enim possidetur: vt ff.de acqui. pos.l.j.§.per seruum. & ita probat se possidere in ingressu. alioqui male ageretur cum eo si statim ad onus probandi laboraret. *Contra datur.* aliàs redditur curiæ.sed in libero loquitur,vt notaui §. in authen.sed neque curialem. 41

L.35. SERVIS,*si dominorum.* hic loquitur de seruis qui ad† solitariam vitam volebant transire supra proximo ad monasterium:& sic videtur consonare l.ista cum authen.si seruus.*Non denegetur.* Sed cum dubitas de alicuius condicione, debet esse in probatione per tres annos.non statim debet ei abbas imponere†cucullam.& sic habes authen.verum & si legitimo,&c.& eius sententiam plenè potes videre in corpore authen. 42 43

L.36. REPETITA.*Præter.mag.cen.compe.* Correctum est per authen.j̃.de test.testamenta.*forensium.* intellige in foro seculari,siue in curia†communitatis.nam aliud in curia episcopi.Ibi enim possunt & leges allegare,cum sit opus pietatis, & sacratissimæ leges ab omnibus intelligi debeant. 44

L.37. SIQVIS *ad declinandam. Eos ipsos cap.scrip.her.* quid si dominum Iesum Christum?& ita fecit quidam clericus. Videtur quod distribui debeat pauperibus quod eis donatur à deo: & valet testamentum, nec detrahitur falci.sicut hîc:vt j̃.authen.de ecclesiast. tit.§.si quis autẽ vniuersorũ.*Qui pauperior esse dignoscitur.* Nota quòd prodest† pauperiorem esse,& prodest esse deteriorem.ff.qui & quib. manu.l. si quis habens creditorem.AVTH. *Si captiuus alicuius* &c.Ex quo multa mirabilia insurgunt.primum,vt rumpatur testamentum propter negligentiam.Aliud est,quòd rumpitur quo†ad institutionem, non tamen quo ad legata,quod est contra regulam j̃. de fideicom. eam quam.& notaui j̃.de lib. Præter authen.ex causa. Aliud est, quodquod ab†indigno aufertur,ecclesiæ applicatur. aliàs enim fisco applicaretur:vt j̃.de his quibus vt indign. & ff. de inoff. testa. Papi. §. meminisse. Aliud est quòd excipitur†minor x.& 18. annis ab hoc delicto.aliàs delinquit minor etiam xxiiii.annis: vt instit. de oblig. quæ ex quasi delic. §. penul. Aliud est quia quis beneficio fit heres & alienat,licet non habeat dominium. Aliud est quòd minor xxv. annis.maior tamen xviii.annis potest in tali casu rectè † contrahere:nec restituitur.aliàs restitueretur: vt ff.de mino.l.1.2.& 3. Aliud est,quia sine decreto alienat immobilia. alias contra j̃. de prædiis minorum. 45 46 47 48 49

Hac de re extat hodie Græca constitutio de eo qui Iesum Christum heredem instituit.

L.38. CVM LEGE LEONIANA.*Peculiũ habere.* Corrigitur in episcopo, quia fit†hodie suæ potestatis:vt s̃.eo.authen.episcopalis.& sic non potest habere peculium,quia eis concessum est qui sunt in alterius potestate:vt j̃.de inoff.testa.l.vlt.*Testari possunt.* Quod speciale est: quia aliàs qui est in alterius potestate,non potest † testari, vt instit.quib.non est permis.fac.test.secundum leges. Nota quòd Leoniana &c.vt s̃.eo.sacrosanctæ. AVTH. *Presbyteros,* diaconos &c. & 50 51

supplet

supplet in eo quod addit de lectoribus cantoribus corrigit in id quod dicit dari filiis legitimam, aut his non extantibus, parentibus, rumpunt enim in totum testamentum. Vel dic quòd eis detur con-
52 dictio† ex lege ad partem legitimam. *Quolibet modo*. dum tamen non sint de ecclesia: vt j. auth s. eo. licentiam.

SI QVIS IN CONSCRIB. *Propter sacer. prerog.* Vel propter L. 39. prærogatiuam scholasticam. *Aduersus sua pacta venire.* Vt ff. de pact. iure gentium. §. prætor. assignatur contra s. ff. de iurisdic. om. iud. si conuenerit. Quidam dixerunt quòd hic loquitur quando in scriptis
53 conuenit. scriptum enim † maioris est potestatis multotiens, quàm testes: vt j. de non num pecu. generaliter. & si mi. se ma. dixe. l vlt. Aliquando sine scriptis: quia sola conuentio non arctaret eos, vt ibi. sed eis contradicit lex j. de pact. pactum quod bona fide. & ideo solutio illa non placet. Alij dixerunt quod ibi loquitur in actore cui
54 non licet. aliud in reo, vt hic. sed his contradicit regula iuris. Non† debet actori nocere quod reo non licet. vnde solue alio modo, & melius, quia ibi loquitur quando fecerunt pactum vt possent conueniri sub non suo iudice. tunc enim non possunt. Verbi gratia duo Bononienses fecerunt pactum vt conueniri possent sub iudice Mutinensi hoc non preiudicat nisi post aditionem. imò mutare possunt vt ibi aliud quando sub suo iudice ordinario: veluti si sub præside paciscitur quis posse conueniri, vt est in scholari qui priuilegium habet ne conueniatur nisi sub magistro suo, clericus sub episcopo:
55 isti priuilegio bene† possunt renunciare, vt conueniātur sub potestate, sicut hic dicit. *Renuntiare.* Vt ff. de pactis. pactum. Fallit tamen, vt notaui j. de pactis l. penult.

Licere legem dum, eft.

GENERALITER *Licet non sunt clerici.* Ideo dicit, quia potest quòd L. 40. monachus sit clericus, & potest esse quòd non. *Ipso iure.* i. sine excusatione. in alijs hominibus oportet quòd intra L. dies excusentur. *Expertes* i. extra partes. *Inhæreant ministris.* Vnde si hoc cessaret, cessaret e[illegible]. Simile j. de restit. mili. l. vlt Habes hic authen. AVTH. *Presbyter, diaconus* &c. *Iure cognationis.* ideo dicit, quia in testamento datus vel decreto non admitteretur. *Præiudicium patiatur.* Videbatur enim quòd si alia tutela deferretur ei intra illud tempus. si qua-
56 tuor mensium. quòd sibi† præiudicaretur. sed contra. est quia ita legitur j. de excusa. tut. voluntariæ tutelæ &c. Dominus tamen P. voluit intelligere quod hic dicitur, quia si declarauit hoc se suscepisse intra quatuor menses, non prejudicat alioquin contra. Sed dominus meus non ita dicit, nec exponit: imò ita intelligendum est, si quis hoc fecerit i. si susceperit. non sicut P. i. si declarauerit. Sed in hoc auth. nihil dicitur de episcopo vel monacho: quamuis hic in l. veteri dicat. quid ergo erit in eis? & dic quòd ipsi vel monachi non potuerunt etiam iure cognationis, vel aliquo modo: vt dicit in corpo-
57 re auth. §. deo amabiles. lectores & † cantores bene possunt: quia habuimus s. quòd libere possunt matrimonium contrahere: vnde & ad

tutelam siue cognatione siue aliquo modo sicut alia quælibet persona possunt vocari.

L.41. RAPTORES.† *Vel diaconissarum.* Idem in qualibet muliere,& in ancilla vel libertina:vt j de raptu virg. *Sine fors præscrip.* Vt j.vbi sena to.l.1.quia ibi dicit quòd omnem honorem † reatus talis excludit. *Addantur.* Nisi pòst cum raptore matrimonium contraxerint: vt j. auth.De mulieribus raptis quæ rapto. nubunt j 1 x.coll. *Et plenam.* Possessionem s.ciuilem. † naturalem autem habebit illa fructuaria: vt ff.de acquir poss.naturaliter. Siue volen.siue nolen. vt j. de rap. virg.circa fin.Aliud in iniuria:vt ff de iniur.l.1. 58 59 60

L.42. DEO NOBIS &c. *Sponsa verò.* Renuncians seculo. *Anteriore lege s.* Græca,quam non habemus. Vel dic nouo iure esse prouisum: vt j. auth.de episcop.§.sponsalibus.& §.si verò mulier. *A coniugio recesserit.* Hoc videtur intelligendum quando carnaliter se nō cognouerunt.tunc enim sine consensu alterius non licet ingredi† monasterium.aliud si tantum contractum esset matrimonium,nec consummatum,sicut dicunt quidam.Decretistę,legitimè vel ex pacto,vt sit endiadis.Vel dic legitimè.i.sine pacto per legem:vt j.auth.vnde vir & vxor.quia hîc idem habebit emolumentum quando ingreditur monasterinm , quod dicit ibi dari quando morte naturali moritur. *Vel ex pacto.* Vt quia per pactū sibi prouideat.vnde potuit tāquā per casum mortis ex pacto exigere. Præterea & filij habebunt debitum bonorū† subsidium:vt j.authen.de monachis.j.si verò filios. *Secūdū nostras leges eis relinquere.* Sed videtur cōtra ff.vnde liberi. l.vlt. Respond.quia ibi loquitur quādo amisit ciuitatem,quia dānatus fuit in metallum,vel deportatus in insulam.sed hîc delicto aliquo nō amisit ciuitatem,imò sine delicto,& benefaciendo:vnde nullū generat eis impedimentum† sanctimonialis conuersatio. *Heredes quibus ab intestato compe.* Vt liberi quibus ab intestato cōpetit patris† seu matris hereditas,& aui paterni seu materni.Quis de collateralibus ? & videtur quòd non deberent habere : vt j.auth.quo oport.mona.viuere.§ non ingredietur.dicit enim post† ingressum nullam esse cognationem.sed illud intellige quo ad colloquia.nō enim debent ingredi ad eos,vt cum eis habeant colloquia.vnde id restringendum est,non quòd non possint eis succedere ab intestato,poterunt enim, vt hîc dicit.Præterea si filius fuerit ingratus antequam ingrediatur monasteriū,poterit ne† exheredari post ingressum? & videtur quòd non,cum monastica vita sic sit honesta , vt omnem humanā maculā detergat:vt j.auth.de mona.in prin.Sed hoc quod ibi dicitur,intellige quo ad Deum,de peccatis s.suis. non autem quo ad hominem. vnde si prius fuit ingratus,post ingressum, si velit cum exheredare, sicut leges communes. *Ex præsenti lege eripiantur.* Videretur contra. ei quod dicit apostolus:Serui subditi estote dominis non tantū bonis,sed etiam dyscolis.Sed hoc apostolus non prohibuit. quòd si vellent venire ad fidem,non possent: imò bene pote runt , vt hîc dicit 61 6 63 64 65 66

& per

& per hoc fient liberi. *Ad seruitutem reducere.* Aliud in bonis: vt ℥. de hæreticis authen. idem est de Nestorianis. *Gnauiter.* id est sapienter, prudenter: sicut ignarus dicitur insipiens.

Legendum ignaue.

DE EPISCOPALI AVDIENTIA.

Titvlvs iiii.

SVMMÆ.

1 *Opus pietatis & misericordiæ.*
2 *Homo externus non debet pretia imponere rebus venalibus.*
3 *Licet naturaliter contrahentibus se decipere.*
4 *Nemo potest scire mentes hominum.*
5 *Non potest appellari ante diffinitiuam sententiam.*
6 *Tria tempora consideranda.*
7 *Iudex ordinarius.*
8 *Multa impropriè dicitur.*
9 *Sanctio generalis.*
10 *Dies Paschalis.*
11 *Prærogatiua non trahitur ad consequentiam.*
12 *Maior exceptio quam positio.*
13 *Incantatores.*
14 *Frustra legis auxilium inuocat qui committit in legem.*
15 *Vitium in consuetudinem versum magis punitur.*
16 *Vnus actus inducit consuetudinem.*
17 *Non exemplis sed legibus iudicandum.*
18 *Ex iteratione maior pœna imponitur.*
19 *Mimæ.*
20 *Archipresbyteri.*
21 *Ergasiotani qui.*
22 *Adscriptity.*
23 *Ad postulationem vnius non debet fieri arbitrium.*
24 *Magis est vt actus valeat quam pereat.*
25 *Sola conuentione non facit quis suum iudicem qui non est.*
26 *Præfectus prætorio.*
27 *Appellatio fit de minori ad maiorem.*
28 *Libellus quàm variè accipiatur.*
29 *Diuinatores.*
30 *Leno quis dicatur.*
31 *Ancilla dominum accusare non potest.*
32 *Quandoque inuitus liberat à patria potestate.*
33 *Togati.*
34 *Laici non tenentur scire regulas ecclesiasticas.*
35 *Patrocinium.*
36 *Scientia parentum quando præiudicat.*
37 *Quæ postea emergunt auxilia indigent.*
38 *Scientia aliena non præiudicat. sed propria.*
39 *Propter diuersitatem religionis nuptiæ interrumpi possunt.*
40 *Præsumitur ignorantia nisi probetur scientia.*
41 *Defensor ciuitatis.*
42 *Exceptio nō numeratæ pecuniæ.*
43 *Merum imperium.*
44 *Propter delicta domini fit aliquis ingenuus.*
45 *Curator semper datiuus.*
46 *Tutorum differentiæ.*

f 2

L.1. NEGOTIATORES &c. Hic duo dicit pertinere ad curam episcopi: primum, quòd prouideat ne negotiatores qui ad domum nostram pertinent, commodum mercandi videantur excedere, & prouideant Christianos pauperes &c. & potes de primo ponere exemplum in eo qui redemit captiuum, & pro eo dedit ille negotiator x. post volebat pro illis decē xx. vel c. repetere. & ita videbatur commodum mercandi excedere. dicit quòd istud prouideant episcopi, ne talis excessus fiat. est enim† 1 opus pietatis & misericordiæ, quamuis lex dicat quod homo exterus vel alterius religionis non debet†pretia imponere rebus venalibus. Iudæorum enim cuilibet sua committuntur: vt j. de Iudæis. nemo exterus. sed ibi non loquitur quando magis accipiunt quàm deberent, animo fraudulento. sed si sunt Iudæi, vel alterius religionis propter hoc non debent res suas minus vendere quàm alij homines. si tamen modum excederēt, posset pretium statim ab eo qui præest: sicut dicit l. in præfecto vrbis ff. de præfecto vrbis l. 1. §. cura. secus in magistratu municipali, quia non potest imponere pretium annonæ: vt ff. ad leg. Iul. de anno. l. vna. Et licet l. dicit quòd licet naturaliter † contrahentibus se decipere ff. de minor. in causæ 2. §. idē 3 Pomponius. & ff. locati. item si pretio. §. quemadmodum. nō tamen scienter, sed si ignorauerint. & posset quæri quantum debet permitti quod accipiant mercatores. dic quod illud tantum, quod debeāt: vel si seruierint 5. annis: vt infra de captiuis. l. vlt. *Qui ad domum nostram.* Ideo dicit de mercatoribus imperatoris, quia in illis non videbatur quòd posset taxari. sed contra. est multo magis in aliis qui pertinent ad domum alicuius priuati: & ideo subaudi maximè. Vel dic quòd specialiter loquitur in iis qui pertinent ad domum imperatoris. *Pauperes.* ideo dicit de christianis pauperibus, quia hæreticos vel Gazaros pauperes non debent adiuuare. Prouideant s. episcopi.

L.2. SI CLERICVS. *Frustratorie* &c. Sed quomodo sciemus quòd frustratoriè appellauerit, quia nemo † potest scire mentes hominū? 4 Respond. quia præsumitur frustratoriè appellasse, cum à lege sit† 5 prohibitum ante definitiuam sententiam appellare, nisi in casu: vt j. quo. ap. non reci. l. ante. Considera ergo†tria tempora, ante litem 6 cōtest. post ante definitiuam † sententiam. tertium post definitiuam 7 sententiam. In primo locus est remedio: quia si delegatus est iudex, poterit recusari, si ordinatius, non potest: sed associabitur ei archiepiscopus: vt j. de iudic. authen. si contigerit. In medio non est locus, quia repudiare non possunt. In tertio locus est: quia lata sententia potest quis appellare. *Multam.* Impropriè†dicitur multa, cum à lege sit

ge sit determinata, vnde prius appellasset: vt ff. de ver. sig. si qua pœ-
9 na. *Sacho generalis*. Quæ† in omnibus loquitur: vt j. quor. ap. ab execu
tione. & sic habet locum siue clericus siue alius ante sententiam fru
stratorie appellauerit. *Sed pauperibus fideliter erogari*. Quod speciale
est. alias enim fisco accedit: vt j. de modo multa. l. multarum.

NEMO deinceps expec. Non enim debent à nobis literas expe- L.3.
10 ctare *Quod indulgere cōsueuimus*. & quod est illud? quòd. s. in die† Pas-
chali nullum carcer teneat, vt dicit post. & videtur quòd ad omne
quod imperator indulgere consueuit, debet referri. sed non ita est.
nec enim ita large est accipiendum. sed intellige ergo de his quæ
imperator constituit ex benignitate sua motus, non ob meritum a-
11 licuius personæ, vel prerogatiuam † illa enim nec personam trans-
grediuntur, nec trahi debent ad consequentia: vt inst. de iur. nat. §.
sed quod. & §. seq. Et voluerunt quidam hoc inducere in argu. pro
consuetudine patrisfam. vt ff. de leg. 1. si seruus plurium. §. vlt. & ff.
de pig. act. vel vniuersorum. sed istud præceptum non tanquam ar-
gum. sed tanquam lex accipitur. nec enim præsumitur aliquid per
consuetudinem, sed legem constituendo præcipit imperator obser-
uari quod à se constitutum est. *Sed ab his secernimus* &c. Exceptio
12 præcepti. & videtur maior† exceptio quàm positio. sed quod dicit
13 de maleficis, est intelligendum de† incantatoribus, non de quolibet
faciente malum. *Qui quiescere sepul.* qui sepulchrum alicuius violant.
De domino hoc est a domino imperatore: qui enim contra impera-
torem commisit, non debet veniam sperare: sicut nec speret veniam
14 qui peccauit contra legem. frustra † enim legis auxilium inuocat,
qui committit in legem: vt ff. de mino. auxilium. sic j. de transact. si
quis maiori. sic ff. de lega. 2. cum pater. *Indultum nostræ sere.* circa a-
lios, non circa alios vltimos. *Crimina nisi semel commissa.* ergo si bis
commiserunt. non habebunt veniam. potius enim consuetudini
15 quam non emendationi deputatur. i. magis punitur ex eo quod in†
consuetudinem versum est vitium, quam ex eo quod se non emen-
16 dauit. Et hoc de cōsuetudine est bene notandum, quia vnius actus†
inducit consuetudinē: vt hic, & in auth. de defens. ciuita. colla. iiij. §.
vlt. in fi. & est bonum argum. cum quæritur vtrum aliquid sit con-
suetudo: quia cum vniuersitas aliqua fecerit aliquid per x. annos, si
bis illud fecerit, & hoc actum est, seruatur pro consuetudine, & sit
17 consuetudo. oportet enim quod inter eos agatur, cum† non exem-
plis sed legibus iudicandum sit: vt j. de sent. & interlo. nemo iudex.
18 Et no. aliud, quia ex iteratione † maior pœna imponitur. sic j. de
ser. fug. quicunque. & ff. de iure patr. l. j. & ff. de pœnis, aut damnum.
§. qui [illegible]is.

19 MIMÆ† hodie prohibitum est in qualibet persona: vt j. auth. de L.5.
epi. §. vlt.

20 ARCHIGERENTES. i. † archipresbyteri. *Et diœceta*. i. episcopi L.6.
21 qui habent diœcesim. *Ergasiotanorum*. Ergasiotani† sunt illi qui con-

demnati sunt in opus publicum ad secanda marmora. *Non nisi Christiani*.si enim alij mitterentur qui non essent firmi in fide,& non orthodoxos haberent sacerdotes isti sic condemnati,forte præiudicarent eis ita quod eos à fide seducerent. *Quod officium tuum*.i.officiales tui.*Excubiis*.i.vigiliis summis.

L.7. Addictos supplicio.Quia forte dānatus erat quis vt amputaretur ei caput,vel suspenderetur.*Eorum etiam*.repere,& nulli.*Quos synoditas*.i.abbates qui habent synodum.*Vindicare lic*.ac tenere,forte quia dicunt† adscriptitios,vel similes.*Sub persecutione*. quia debent 22 percuti cū claua vel massa:& quilibet potest eos cum lapidibus percutere.*Vt cætera*.s.quæ sunt eis commissa.*In qua ipsi*. episcopi. *Quibus*.s.clericis vel episcopis:sed & omnibus permittitur : vt ff.de appel.non tantùm.

L.8. Si qui ex consensu. Hoc ad ambos referas. nam si ad vnū tantū, non valeret.oportet enim quod ambo consentiant. *Sed experientur illius*.sponte iudicium,sic construe.*In ciuili*.ideo dicit, quia si in criminali,non liceret ex consensu nec apud episcopum,nec apud aliū: vt ff.de arbit.non distinguemus §.Iulianus. *Potius* abfuisse. ideo dicit,quia ad† postulationem vnius non debet ferre arbitrium,si alius 23 non sit præsens.& si fecerit,non nocebit ei nisi in compromisso dictum esset:vt ff.de arbit. diem præferre. & l.non distinguemus. sed si non vult venire,incidit in pœnam : vt dicit. l.prædicta,diem,& l. nō ex omnibus.Dominus meus habet literam,abfuisse. & intellige quòd ideo dicit,quia nō cogitur aliquis inuit⁹ in eū cōpromittere.

L.9. Episcopale. Differt hæc l.à prima,quia hic electus fuit episcopus vt iudex ordinarius:in superiori vt arbiter.Si quæras,qui si dubitetur quo istorum modorum eligatur: Respon. cōsiderandum est vtrum elegerunt eum cum pœnę promissione,an sine si cum pœna, præsumitur quòd tanquam arbitrum eum elegerint.si sine,dicendū est quòd potius eligatur vt iudex ordinarius. res enim † potius in- 24 terpretāda est vt valeat,quàm vt pereat:vt ff.de reb.dub. l.quotiēs. *Qui se audire*.Per hoc potest exponi quod in rubrico cōtinetur,quia debent audire qui eos elegerūt:vel quia est exaudiendus ab his qui sunt de sua iurisdictione,& à subiectis suis,vt dicit auth.clericus.& alia causa.s.de epis. *Elegerint*. Non tantum verbis,sed etiam aditione.nam sola† conuentione non faceret suum iudicem , qui non est: 25 vt ff.de iurisdict.om.iud.si cōuenerit.Fit ergo electio per cōuentionē & aditionem.*Reuerētiam*.Quia ita ratum est siue reuerendū eorū iudicium,quod ab eis non potest appellari.*Potest..tibus*.i.præfecto† 26 prætorio vel senatori vel imperatori,non intelligas de talibus potestatibus quales sunt in ciuitate ista. nam ab illis bene appellatur: & in his exæquantur episcopi prædictis personis. *Per iudicium quoque* &c.Nota quod hic dicit,& valet ad hoc quia cū abbas siue delegatus non fert aliquā sententiam, nec potest eā mandare executioni, debet hoc manifestare iudici,qui eā executioni tribuet. Habes hic auth.

auth. AVTH. *Si quis litigantium contradicat.* Per hoc quod dicit, voluerunt quidam dicere quod auth. corigat legem: sed tunc dominus meus dicit l. corrigi per auth. in alio enim casu loquitur l. quam authen. quia l. quando non subiecti elegerunt episcopum vt iudicem, & ipse inter eos iudicauit, tunc non potest appellari, sicut hîc cõtinetur, & in auth. de episcopis §. si quis contra aliquem. *Tunc locorũ index.* Et sic per auth. non tanta adhibetur reuerẽtia episcopo, quãta per legem: quia appellatio †fit de minori ad maiorem, & non liceat secundo, quod est speciale. aliàs enim licet: vt ͡j. ne liceat in vna

27 eadémque causa. alia sunt specialia. ͡j. de asser. tol. l. 1. ͡j. de apel. iubemus. & l. in offerendis. in fin. coll. 8. ͡j. auth. de episcopis §. si quis verò sanctis. & ͡j. de praeci. imperato. si quis. *Aut ad eum qui transm.* Hoc intellige quãdo specialiter delegauit imperator causam illam episcopo. si verò esset vel alij generalis cognitio causarum alicuius loci demandata, non ad mandãtem semper appellatur, sed etiam ad alium: vt ͡j. auth. de appel. praecipimus.

28 IVDICES. *Prouideant.* aliàs audiant. *Libellis.* Licet aliàs †ponatur libellus pro eo quòd in iudicio offertur, vel pro vno libro, hîc tamen sumitur pro pane albo subcinericio. *Aut tribus.* Ideo dicit de tribus, quia panes parui erant, nec vni duo sufficerent. *Diurnu.* i. per singulos dies. *Alimonia pauperum.* i. pauperibus relictae. L. 10.

29 MATHEMATICOS. i. diuinatores †vnde habes versum: Scire facit mathesis: sed diuinare mathesis. *Deporta. poenam exi.* & aliae sunt speciales poenae. ͡j. de maleficis. L. 11.

CHRISTIANOS. *Qui reuersi fuerint.* De captiuitate. *Nemo teneat.* i. retineat. L. 12.

L. 13.

30 SI LENONES. Leno †est qui habet quaestuarias meretrices, vt notari potest ff. de rit. nupt. palam. §. lenocinium. & de his qui not. infa. athletas. §. 1. *Peccandi neces. impo.* Quia faciũt eas prostitui. ad hoc enim restringendum, quod generaliter dixit peccandi. *Implorato suf-*

31 *fra.* Bene dicit, implorato. hoc enim facere potest †ancilla, non dominum accusare: vt ff. de off. praefect. vrb. l. 1. §. quod autem. dicit ergo hoc episcopo in forma accusationis. *Omni miseriarum neces. absolui.* Ita intellige, quia ancilla debet manumitti, & filia emãcipari. nec intellige quòd tantum absoluãtur ab illo turpi quaestu. vel quòd iurauerint aut promiserint patri vel domino quòd in tali perseuerẽt delicto, & ob hoc debeat eas absoluere, sicut dixi. & idem est ͡j. de spectaculis lib. xi. l. vlt. & ff. si à paren. quis man. l. vlt. de con. & den. sicui. & de adop. nonnunquam. In his ergo casibus speciale est quòd

32 quis †inuitus liberet à patria potestate. secus secundum regulam generalem: vt instit. qui. mo. ius pat. potest. §. vlt.

DECERNIMVS. Corrigitur haec l. per auth. ͡s. de episcop. clericus. & per aliud, causa. *Et ad ipsum.* Et, pro id est. *Episcopale.* i. archiepiscopale vt ͡s. de episcopis. cum clericis. & l. omnes qui vbique. *Inuitus.* potest enim conueniri sub praefecto praetorio, si velit. L. 14.

33 NEMO. *Vel in foro: vel in prouin.* & in Italia. *Ad togatorum.* i. †aduo-

catorum, à genere vestis quæ dicebatur toga. *Nisi sacrosan. cathol.* Non intellige quod debeat esse bonus theologus vel sapiens in theologia, sed quòd sit bene baptizatus, & bene Christianus: vt ℂ. eo. ne sacrum bap. l. 1. & 3. non enim tenentur † laici scire regulas ecclesiast. sed clerici: vt ℂ. auth. vt clerici apud proprios episcopos. *Factũ vel attentatum.* Nota quia non punitur affectus, nisi sequatur effectus. *Officium.* i. officialis. *Subli. tuæ.* Ad præfectum. *Centum lib. auri.* Magis erant diuites isti officiales quàm hodie sint. *Nostræ serenitatis.* Sumus enim sereni in vultu, & in sententiis non enim tristem vultum habebat imperator, nec sicut melancolicus dabat sententias. *Et prohibitum patrocinium.* Iste non † punitur sola tentatione. *Et pœnam exilij.* Impropriè sumitur exilium quia exul propriè dicitur deportatus in perpetuum: vt ff. de pub. iud. l. 2. 34 35

L. 16. Si legibus prohibitæ &c. Vt quia aliquis volebat contrahere cum aliqua cum qua lege non est prohibitum, & contraxerunt isti sponsalia, postea pœnitet sponsa dicens velle dissolui quod factum est, ob hoc quòd alius est homo ille quã ipsa crederet. credebat enim quòd viueret sicut alius homo, & ipse non comedit nisi herbas, & tantæ est abstinentiæ & religionis, quòd cum ipso nõ posset viuere. distinguit enim an hoc sciuit sponsa vel parentes eius antequàm ab eo datæ essent arræ, an non. Si prius sciuit, scientia † parentum sibi præiudicat: & sic si vult diuortere, reddet quòd accepit & tantundem. Si ignorauerunt, vel etiam postquàm accepit arras, factus est tantæ religionis propter illam nouam causam potest dissolui quòd factum est quia quæ postea † emergunt, auxilio indigent: vt ff. vt in poss. leg. planè. & sic non restituet nisi simplum. Idem distinguendum in sponso si velit diuertere. Sed qualiter præiudicabit scientia parentum mulieri? videtur quòd non possit: vt ff. de iu. & fac. ig. iniquissimum. Resp. quia parentes solent inquirere de viris filiarum, vt quis homo est cuius nationis & talia: & solent manifesta re filiæ suæ: & ipsa eadem multum inquirit: vnde præsumitur scire si parentes scierunt: & ita non præiudicat † scientia aliena, sed propria. Vel dic quòd hic acceperunt parentes arram: & tunc eorum scientia eis præiudicat, vt tantundem teneantur restituere. non autem præiudicat filiæ nisi in eo quod fecit, quia voluit diuertere. & ideo reddit simplum, quod scilicet illi nomine acceperunt. Et possunt elici ex litera duo argumenta quare possunt nuptiæ interrumpi. vnum à contrario sensu literæ. dicit enim, si legibus non sunt &c. ergo si legibus sunt prohibitæ, possunt dirimi. aliud est propter † diuersitatem religionis. *Si quidem probatũ fuerit.* Præsumitur enim † ignorantia, nisi probetur scientia: vt ff. de proba. verius. sed videtur contra ff. ad Treb. si heres. at vbi probat se ignorasse, ex eo non probatur scire: vt ℂ. qui mili. non poss. super seruis. & valet hoc ad vsucapionem quando quæritur vtrum quis ab initio habuit scientiam 36 37 38 39 40

rei alie-

rei alienæ, vel non, & ita vsuceperit vel non præsumitur, præsumitur ergo ignorantia, nisi probetur scientia.

Iubemus eos &c. sicut & s. dixit de aduocatis in l. illa, nemo. quòd L.17. 41 debent esse Christiani: ita & hic dicit in † defensore ciuitatis, hoc est in eo qui eligitur in potestatem. *Per depositiones*. Quia debet asserere per sacramentum. *Ita enim* &c. quòd præstet sacramentum. sic in auth. iusiuran. quod præsta. ab his qui ad. admi. suscip. *Vt reueren. episcop.* Hodie non interest episcopus in electione potestatis, nisi forte in quibusdam ciuitatibus. *Et honoratorum*. Notabilium personarum de ciuitate. *Decreto constituantur*. Oportet ergo per illos constitui defensorem & ideo quidam legunt hic auth. præsides. sed dominus meus non, quia per alios dicit confirmandum & constituendū: vt in summa de defensoribus ciuita. plenius not.

Si præsens. alias præsulis. *Alias res*. Quæ consistunt in pondere, nu L.18. 42 mero vel mensura, in quibus locum habet † exceptio non numeratæ pecu. in cōtractibus. *Alios iudi. adir.* Not. quòd hic dicitur de exceptione ista, quia debet opponi intra biennium, vel contestari vel denunciari per præsidem seu collegium vel episcopum. alias enim videtur quòd exceptio perpetuò competit: vt ff. de dol. excep. purè. §. vlt. & videretur contra ff. de offi. præsi. senatusconsulto. Sed expone parcissime sicut ibi, quia contrario processum causæ dicit, non quo ad hoc quòd sibi non possit denunciare. & voluerunt quidam 43 dicere quod hic loquitur de eo qui non habet † merum imperium vt ff. de iniur. l. nec magistratibus. sed prima solutio magis placet. *Et per eos manifestare*. In scriptis: vt j. de non nume. pec. aut hanc auth. *Interrumpere*. alias dicit quòd restituitur: vt ff. de off. præsi. senatusconsulto. Sed non puto contra. quia siue restituatur, siue ob hoc quod difficilè potest ei denunciari, alij iudici eiusdem ciuitatis vel prouinciæ manifestauit, idem est quo ad effectum. *Non numeratæ dotis* Et hoc intellige quando dos permissa est numerari ab aliquo qui habet dignitatem, nomine mulieris, quem difficilè est adire. nec intelligas quod mulier habet dignitatem talem: vt ff. de reg. iur. fœmina.

Nemo. *Siue adscripticia*. Et hoc intellige quando voluntate domini est expositus, aliud si eo inuito: vt j. de infan. expos. l. 1 & vlt. L.19. 44 *Liberi & ingenui*. Fit ergo quis ingenuus † propter delictum domini: vt ff. de lib. agno. l. necare.

De creationibus. *Pro satisdatione*. Rem furiosi saluam fore. Ad L.20. *curationem pertineat*. si fuerit confirmatus: vt ff. de cur. fur. l. vlt. vel penul. & inst. de curat. in princ. *Tribus primatibus*. i. archidiacono, & alijs qui præsunt, vt archipresbytero. *Gerere*. i. gestare. *Publicè conscripto*. Mox vt j. de administ. rut. pro officio. *Lex autem curatorem*. &c. 45 Et not. quia † licet alias curator semper datiuus sit: vt instit. de cura. 46 § furiosi. hic nōn est ita. In tutore multę sunt differentiæ † quia alius legitimus, alius testamentarius. *Necnon tres prima*. Quos s. dixit, & sine aliqua satisdatione &c. Tres sunt circa hæc diuersitates: quia

quando quis habet† sufficientem substantiam, non tenetur satisda- 47 re. si non habet, tenetur: vt hic. quandoque etsi sufficientem habet & locupletissimus sit, tenetur satisdare, vt ff. de procu. l. minor. §. vlt. & inst. de satisda. circa fi. quandoque etsi sit miserrimus, remittitur satisdatio, & exigitur à locuplete: vt ff. si cui plus quam per leg. fal. cum non facilè. AVTH. *Liberi furiosi* &c. Et sunt hic multa mirabilia: quia quis beneficio suo fit heres, alibi ex eo quod scriptus est in testamento & propter negligentiam exheredatur hic aliquis. Præterea notandum est quod dicit de denuntiatione, quod sicut† aliàs ma- 48 ximam habet potestatē denunciatio. vt in titulo. de no. operis nunc. ita & hic si fiat in scriptis. Item irritatur hic testamentum, licet quis non amittat ciuitatem vel libertatem. Item licet quantum ad institutionem rumpatur, non quo ad legata vel fideicommissa. Præterea non applicatur fisco quod ab indigno aufertur: sicut & notaui s̄. de episco. auth. si captiui. *Tam exheredatione.* Facta à patre postea facto sanæ mentis. vt corpore auth. *Aliis capi. testa.* Idem econuerso si pater curam filij furiosi negligat, vt in corpore auth.

AVTHENTICA. QVOD NVNC, &c. *Vt iurent.* Quia quandoque à patre in testamento suo remittitur futuris curatoribus filij. & facere† potest: & ne faciant inuentarium. vt j̄ arbi. tut. l. vlt. 49

L. 21. TAM DEMENTIS. *Sed gratis omnia per se.* Si fiat inde instrumentum dotale. *Etiam expensarum detri. prægrauetur.* Non ergo imponetur† afflictio afflicto: argu. contra ff. de tuto. & cura. da. ab his, 50 Romanus Apulus.

L. 22. SANCIMVS. Patet differentia l. & superioris, si præsens, quia hic non potest adire propter furorem vel absentiam vel propter dignitatem. generaliter tamen ibi propter dignitatem. *Et interruptionem facere.* Nota quòd sola libelli oblatione† interrumpitur præscri- 51 ptio seu vsucapio triennij, sicut plenius notaui j̄. de anna. excep. vt perfectius.

DE HÆRETICIS ET MANICHÆIS.

TITVLVS V.

SVMMÆ.

1 *Officiales.*
2 *Reipub. interest dotes mulieribus conseruari.*
3 *Mulier habet hypothecam sine conuentione.*
4 *Mulier posterior præfertur prioribus credit.*
5 *Creditores expressas hypothecas habentes præferuntur fisco & mulieri.*
6 *Pignus & hypotecha.*
7 *Docere & discere dissimilia.*
8 *Qui non est minister, ministerium concedere non potest.*
9 *Manichæi & Donatistæ.*
10 *Apostata.*
11 *Iudicium ferendum post mortē.*
12 *Seruitium.*

13 *Iu-*

13 *Pœna non tribuit immunitatē.*
14 *Alterum de tribus dicitur.*
15 *Alia pœna discenti imponitur quam docenti.*
16 *Eadem pœna imponi debet cum idem est delictum.*
17 *Sola negligentia præstatur.*
18 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*
19 *Præscriptio temporalis contra ecclesiam currit.*
20 *Pater Orthodoxus.*
21 *Tacita voluntas prodest.*
22 *Iudicialia testimonia.*
23 *In cōtractibus & testamētis angustiæ probationū admittūtur.*

1 PRIVILEGIA RELIGIONIS. Quid sit religio, notaui s̄. de summa tri. in princip. *Catholica.* Id est generalis cum omnes populi debeant hanc seruare: vt s̄. cunctos populos &c. Et sic† officiales dicuntur catholiciani. i. generales j̄. de bo dam. l. penul. *Constang. & subiici.* Si ergo dicunt se habere episc. vel abbatem vel etiam ecclesiā, absit quod propter hoc induigeatur eis aliquod priuilegium quod indultum sit Christianis epis c. & ecclesiis catholicis: vt s̄ de sacrosan. eccl. & tit. de epi c. & alias in corpore iuris. L. 1.

AVTHENTICA ITEM PRIVILEGIVM, &c. Lex enim dixerat denegari priuilegia causa religionis inuenta. hic addit & dicit dene-2 gari causa reip. inuenta. interest† enim reip. dotes mulieribus conseruari: vt s̄ de iur. do. reip. *Priuilegium dotis.* habet enim mulier cir-3 ca dotem priuilegia quia habet† hypothecam sine conuentione: & 4 inter creditores habet priuilegium: quia licet sit posterior† præfertur prioribus: vt j̄. qui potio. in pign. l. vltim Item id quod hic dicit de creditoribus tempore prioribus, intellige de his qui tacitè ex le-5 ge habent priuilegium. aliud enim in aliis qui† expressas habent hypothecas: illi enim fisco præferuntur: vt ff. qui potio. in pign. l. si pignus. ergo eadem ratione mulieri cum fiscus & mulier in hoc priuilegio coæquentur: quia si vnus primo quam alius, ille præfertur: vt j̄ de priuil. fi. l 2. vel 3. M. tamen intellexit hoc in habentibus expensas: quod non potest stare, vt dixi. Alij voluerunt distinguere in-6 ter pignus† & hypothecam.

OMNES VETITÆ. *Vel docere, vel discere* Hæc videntur esse similia. 7 sed j̄. eodem quicunque facit docere & discere† dissimilia. *Et mini-8 stros creare qui non sunt.* Qui nō est mi, ister, † ministeriū cōcedere nō potest, sic ff. de neg. gest. qui aliena. §. quāquam. arg cōtra. ff. de vsufr. quod nostrum *Qui vel leui argumento* Nota quia aliquis pro leui culpa punitur: vt notaui j̄ de l ber. & eo. lib. si manumissus. Vel potest dici hæreticus: sicut j̄. eo. quicunque. vel vt j̄. auth. de interd. colle. hæret. vel quilibet dominus diuersam sententiam. L. 2.

CVNCTI HÆRETICI. Planum est. L. 3.

9 MANICHÆOS VEL † DONATISTAS. Alij etiam exequantur his, vt Borboritæ, & similes j̄. eod. quicunque. *In omnium inferetur iniuriam.* Et ideò cuilibet permissa est accusatio de hoc crimine. *Quos bono. etiam publica. persequimur.* Per sententiam non L. 4.

ipſo iure, cùm dicat inferiùs, cuique conuicto. Præterea ita eſt†in apoſtata: vt ĩ. de apoſta. l. 1. & eſt arg. ĩ. eod quicùque. Inquiſitio tendatur. Et hîc debet ſubire iudiciú†poſt mortẽ fortè intra quinquenniũ, ſicut. n apoſtata dicitur, ĩ. de apo. l. 2. *Conuincitur*. Ergo nó ipſo iure am ttit bona hæretic*, imò oportet quòd prius cõuincatur: vt ſ. ead. l. notaui. *Niſi à paterna praui. diſce*. Et tunc poſſunt ab inteſtato, non autem ex teſtamento ſecundum P. ſed nos contra: quia ex teſtamẽto & ab inteſtato. *Aculei dirigantur*. Id eſt, acuta ſententia. *Damnoſa prouiſione defendunt*. Sicut contingit in prouincia, quia multos occidi fecit dominus Papa & exhæredari, quòd fouebant eos. *Seruitio fideliore*. Ideò dicit, quia modò præſtant fidelius†ſeruitium, quàm prius facerent. 10 11 12

L. 5. ARRIANI. Hanc vide per te.

L. 6. DAMNATO. Hanc vide per te.

L. 7. CVRIALES. *Immunitatis beneficium* Nota quia†pœna non tribuit immunitatem: ſic ff. de deport. & rele. relegatorum. & ĩ. eod. l. 1. 13

L. 8. QVICVNQVE. *Vel ad quemcunque alterum locum*. Nota quia†alterũ dicitur de tribus: quod eſt contra Grammaticos, ff. locati. l. hæc diſtinctio. §. cùm fundum. & de vulg. ſubſtit. cùm ex filio. §. vlt. & notaui ĩ. de fur. ancillæ: *Decem librarum auri quæ fiſco noſtro*. Fortè hodie eccleſiæ: vt auth. de inter. colle. hæret. & de eccleſ. tit. § fin autẽ orthodo. *Inferendæ ſunt*. Ergo alia†imponitur pœna diſcenti quàm docenti. Sed videtur contra. ĩ. de male. & mathe. quia dicit quòd culpa ſimilis eſt tam prohibita diſcere, quàm docere. Ergo†eadem pœna debet imponi, cùm idẽ ſit delictum: vt ſ. de epiſcopis. ſi quẽquam. in fine. Reſpond. Illud generale eſt. Fallit hic, vel hic adierunt ad diſcendum, non diſcebant: ibi verò diſcebant. *Aut neglexerint*. Sola†negligentia præſtatur: ſic ĩ. de offic. prætor. l. 2. & ĩ. authentic. de epiſcopis. §. antepenultim. & ĩ. de paganis. l. 1. 14 15 16 17

L. 9. SI QVIS. Planum eſt quod hîc dicitur.

L. 10. COGNOVIMVS. *In omni caſu*. Aliàs non cogitur mater dare dotem pro filia. ĩ. de iur. dot. mater pro filia. *Liberalitatibus*. Impropriè dicitur liberalitas, quia nemo in†neceſſitatibus liberalis exiſtit: vt ff. de adim. leg. rem legatam quòd in lege iſta dictum eſt de aliis hæreticis, idem dicit in auth. de Neſtorianis & Acephalis. 18

AVTHENT. *Idem eſt de Neſtorianis*, &c. *Communicantes*, &c Dominus meus addit, ex teſtamento, vel ab inteſtató. ſicut eſt in corpore authent. & ita plenius caſum iſtum: quia poterunt facere teſtamentum, ſed Manichæi nó niſi filios: vt ſ. dixi. *Si conuerſi fuerint*, &c. Nota de cauſa ceſſante, arg. ſ. de epiſcop. l. vlt. §. vlt. *Intra annum*, &c. Nota ſpeciale, quia currit pręſcriptio†temporalis contra eccleſiam, & propter negligentiam epiſcopi poteſt damnificari eccleſia & in præſcriptione, & in omnibus: vt ĩ. no. 19

L. 11. QVONIAM MVLTI. *Contra orthodoxos*. Nec pro eis maximè cùm hodie iurent omnes pro vtraque parte ſe veritatem dicturos. *Sed*

an

10 an pater† orthodoxus tali priuilegio renunciare possit? Respon. Vtique, quia & tacita† voluntas prodest: vt ĩ. de testib si quis testibus.
21 Orthodoxo autem licet testificari contra hæreticum: vt dicunt in Nouellis haberi, & est in Decretis. *Nemini hæretico.* &c. Nisi in casibus: vt in fine. *Et dignos litigatoribus etiam testes introduci.* A tal monrone, tal boncone, sic ff de fid. instr. reperita. solut. mat. viro de dolo.
22 si duo. ĩ. de liberali cau. si filium. *Iudicialia testimonia.* Quæ † sunt de his tantùm quæ aguntur in foro, vt de confessionibus partium, & dictis testium, illa appellantur propriè iudicialia, licet & alia dici possint iudicialia, de contractibus & testamentis, quia fiunt coram iudice, & in iudicio: sed non de his quæ in iudicio aguntur. *Ne probationum facultas angustetur.* Simile est de incen. ruina naufra. ne quid. §. de his. Et intellige quando nullus alius inuenitur in ciuitate
23 nisi hæreticus: tunc in contractibus † & testamentis angustia probationum admittuntur, secus in iudiciis. Si verò alij in ciuitate inueniantur, illi hæretici etiam in contractibus non admittuntur, vel in testamentis. Habent hic quidam auth. sed curiales. sed falsum est, nec reperitur in corpore auth. & ideò resciundendum.

NE SANCTVM BAPTISMA ITERETVR. TITVLVS VI.

L. 1.

ANTISTITEM. &c. Planum est.

DE APOSTATIS. TIT. VII.

SVMMÆ.

1 *Simulatio accusationem sonat.*

L. 1.

SI QVIS LEGE. Planum est.

L. 2.

SI QVIS DEFVNCTVM. Adsignatur contra. ĩ. eod. l. Apostatarum. Solutio. Illa hanc corrigit, vel hic dicitur post mortem testatoris vsque ad quinquennium posse agere ĩ. dicitur viuente testatore, nulla præscriptione temporis se posse defendere.

L. 3.

HI QVI SANCTAM. Illud locum habet in his qui nesciunt pessima præcepta hæresis prædicare: aliud in aliis, vt ĩ. eod. l. vlt.

L. 4.

APOSTATARVM. *Incessant.* Id est, incessanter appetant. *Propinquis potissimum deferatur.* Primùm liberis, secundò agnatis, tertiò cognatis: vt s. de hæreticis cognouimus. *Perpetuari volumus,* &c. Cùm in aliis criminibus vsque ad xx. annos porrigatur, vt ĩ. ad l. Cornel. de fal. l. querela. *Simulationis.* Id est. † accusationis. vt ĩ. de accus. ea quidem. *Sed ne huius interpretatio.* Alias intentatio.

EVM QVICVNQVE. Planum est.

EOS QVI CATHO. Hic sciunt prædicare: vt s. l. 3.

NEMINI LICERE SIGNVM SALVATORIS CHRISTI HVMI, VEL IN SILICE, VEL IN MARMORE sculpere vel pingere. TIT. VIII.

L.1. CVM SIT NOBIS CORDI, &c. Lege per te tit. istum.

DE IVDÆIS ET COELICOLIS. TITVLVS IX.

SVMMÆ.

1 *Si vsurpo illicita, amitto licita.*
2 *Parũ est ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint.*
3 *Cessante causa, cessat effectus.*

L.1. QVOD CORNELIA. Planum est.

L.2. IVDÆIS. *Attentare.* Sic s. de episcopa. audient. nemo in foro, § 1. & j. de paga. nemo & l. Christianus. & l. si cõtra ius vel vtili. sic affectus. & tit. de statuis. l. 1. in fi. & j. de aduo. diu. iud. sancimus.

L.3. IN SYNAGOGA. Planum est.

L.4. IVSSIO. Planum est.

L.6. NEMO. *In coniunctionibus retinebit.* Ipsi enim statuerunt vt quasdã personas ducere liceat, quas duci non est licitum, vtputa fortè auiam & neptem, & similes.

L.8. IVDÆI. *In ciuili.* In criminali secus.

L.9. NEMO EXTERVS. *Iudæis pretia statuet.* Præfiniendo certum pretium, intra quod aliquid peruendere debeant, & hoc intellige de priuato: quia præfectus potest, vt ff. de offic. præ. mi. l. 1. § cùm. *Iustum est enim sua cuique com.* Nota istud bonum verbum.

L.10. IVDÆOS. *Nisi ab illici. temperauerit.* Si † vsurpo illicita, amitto licita, arg. ff. de pecul. lega. libera. 1

L.11. COELICOLARVM. Legi Christianæ est contr. vnde dominus dixit, Qui mecum non est, contra me est. ff. de fideicommiss. l. si eum. §. penult. & ff. ad Trebellia. si cui purè. § 1.

L.12. DIE SABBATI. Planum est.

L.13. NVLLVS. *Obteratur.* Non enim debent capi per capillos, vel caputium. Sunt enim homines, licet sint homines diaboli. *Iudiciorum vigor*, &c. Parum † enim est ius esse in ciuitate, nisi sint qui iura reddere possint: vt ff. de orig. iu. l. 2. §. post originem. Casualiter tamen aliter reperitur: vt j. vt liceat vnicuique sine iudice. *Ne quisquam sibi ipsi permittere valeat vlt.* Hoc voluerunt quidam inducere in argu. ad quæstionem sabbatinam, si aliquis ita se absentat, ne de eo aliqua ratio possit haberi, & post inuentus detineatur ipse vel res suæ ab eo cui obligatus est. Causa † enim cessante cessat effectus: vt ff. de decur. generaliter. Et multa sunt ad hoc argumentum, & sic non habet locum constitutio, Si quis in tantam. 2 3

SIQVA

SIQVA INTER. Hanc & alias leges vide per te. L.14.

NE CHRISTIANVM MANCIPIVM HÆRETICUS vel Paganus, aut Iudæus possideat.

TITVLVS X.

DE SACRIFICIIS PAGANORVM IN TEMPLIS. TIT. XI.

IVDÆVS, &c. Istum & alium tit. lege per te. L.1.

DE HIS QVI AD ECCLESIAM confugiunt.

TITVLVS XII.

SVMMÆ.

1 *Ingressus monasterium cũ armis.*
2 *Liberorũ multæ sunt differentiæ.*
3 *Nudissima voluntas.*
4 *Alius est œconomus quã defẽsor.*
5 *Quod differtur non aufertur.*
6 *Ordo solitus.*
7 *Immobilia abscõdi nõ possunt.*
8 *Latitare.*
9 *Domesticæ persona.*
10 *Seruus sui furtum facere potest.*

IVDÆI QVI REATV, &c. *Nec ante suscipiantur.* In ecclesia, L.1. quia in baptismo semper sunt recipiendi.

FIDELI. *Sciat se maiesta. crim.* Et capite punietur, vt j. l. præsenti. *Retinẽdum.* Nisi erat homicida, vel talis: vt j. auth. de manda. prin. in coll. 3 §. neque autem homi. excipitur etiam seruus in l. seq. L.2.

1 SI SERVVS. &c. Hæc lex loquitur quando cum armis † ingressus est monasterium, aliud si sine: vt j. l. præsenti. tũc enim sine quadam solemnitate nõ posset abstrahi, vt ibi. *Iudicetur.* Nota quòd debet iudicari per præsidem in hoc casu: nec est argum. quòd quis teneatur iudicare furem aliquem ordinaria actione, vel iudicis officio: quia hic est speciale in isto seruo quod per præsidem iudicetur. L.3.

DENVNCIAMVS. *Vltimo supplicio.* Quod mortem interpretamur, ff de pœnis. l. vltimum. L.4.

PRÆSENTI. *Exempla*, &c. Ergo quandoque facit Imperator l. quæ vbique valet, præterquàm in Constantinopolitana ciuitate, vt hic, quandoque facit pro Constantinopolitana tantùm: vt de eccle. iubemus. quandoque & pro omnibus valet. *Cuiuscunque conditio.* Intellige de liberis. & ita † liberorum multæ sunt differentiæ: vt instit. de iure person. aliud enim est in seruis, vt dicit in vlt. §. *Nuda cogitatione.* assignatur contra. ff. de pœnis. l. cogitationis. Solutio: illud generale fallit hic, vel ibi loquitur de nuda voluntate & † L.5.

2

3

nudissima, quæ ad nullum actum processit: hic autem quando processit ad actum aliquem, quia tractauit cum aliquibus de hoc faciédo, licet, non sequatur effectus: & ideo pœnam patitur: ibi non. Et est notandum pro illo generali, Non punitur affectus, nisi sequatur effectus. *Sanxerunt*. Id est, sacra fecerunt. *Subiacent sententiis*. interlocutoriis hoc est citationibus. *Oeconomus seu defensor*. Ergo alius est † œconomus quàm defensor. vt notaui s. de episcop. omnes qui vtique. *Monitus*. Ab episcopo, si inuenitur, præsente, addit ergo authentic. quia dicit quòd si vult potest petere is qui est in ecclesia securitatem & spatium xxx. dierum. Et tunc exire ecclesiam, & eius terminos. & si cognitum fuerit de causa, & lata contra eum sententia, habet electionem vtrum renunciet securitati suæ, & verbo petito: & tunc mandabitur sententia executioni: an nolit renuntiare, sed redire ad ecclesiam: & tunc existente ipso in ecclesia, seruata loci reuerentia mandabitur executioni: vt j. auth. de manda. princip. coll. 4. §. sed neque. *Procuratore directo*. Ergo generale, quòd per procuratorem respondeat, sed si consuetum est fieri per principalem personam, quoniam iurat de calumnia, scilicet se nihil facturum per se vel per alium calumniosè. & ita si aliquis calumniatur, bene vnde peierat principalis persona. Præterea principalis persona interrogatur & procurator ante lit. contest. ante lit. contest. possunt interrogari, post non, cū principalis persona sacramento tantùm adstringatur. *Aut differt*. Ergo punitur ac si nolit: & ita quòd † differtur non auffertur, argum. contr. ff. quamuis arbiter. *Solitus ordo*. Quis est ordo † solitus? Libelli oblatio, præstatio dilationum, & iurare de calūnia: pòst receptio probationum, & multa alia quæ dicuntur j. de ordine iudic. *Itaque*, &. Salua pace domini imperatoris malè dixit seu argumentauit, quia primo dicit quòd res immobiles debent vendi: & hoc non est secundum ordinem legum: vt ff. de re. iudi. à diuo. §. Sed dic quòd hîc non curauit de ordine circa res. voluit enim tantùm dicere quæ capiantur: & ita non seruatur hic ordo ille. & simile est in authentic. illa, hoc ius porrectum, & ff. de pecu. lega nec enim. Vel dic quòd ideo dixit, quia † immobilia abscondi nō possunt, sed mobilia. vnde cum mobilibus plenius vellet dicere, primò ponit de immobilibus. post de mobilibus. *Sententia iudicantis*. Hoc est ex primo decreto. *Vsque ad modum debiti*. Maximè hodie: vt j. authent. j. de bonis aucto. iudi. & qui iurat. *Sen*. Pro &, Sed quare capientur & vendentur res illæ? Nunquid propter interlocutoriam sententiā scilicet ante lit. contest. & videretur: vt j. de bonis auctor. iudi. l. penultim. Aliud autem est † quādo latitat: vt ff. quib. ex cau. Fulcinius. §. 1. & intellige hoc quando lis est contestata, & debet sequi definitiua sententia. Vel dic vt quidam, quia hic est speciale vt feratur definitiua sententia ante lit. contest. aliàs enim generaliter fertur post, quia speciale erit si ante feratur: vt hic & j. de tempo. appel. L vltim. & j. quā in prouin. & in alio casu j. auth. de litigiosis. *Sua etiam*

tiam conscientiæ satisfacere. ergo debet iurare vtrum habeat res, in nō vel si sciat aliquis de eis, quòd dicat, & est argum. quòd aliquis debet indicare furem. non tamen cogitur per aliquam ordinariam actionem: vt no. s. eod si seruus. & j. de fur. inciuile. & est argumen. hoc quod hîc dicitur ad debitorem qui cessit bonis, quòd teneatur iurare quantum sit in bonis, & ea quę scit. cùm hoc dicit in extraneo, ergo multo magis in debitore. & etiam si absentauit se debitor ita quòd non appareret, tenetur iurare vxor & liberi veritatem dicendam de bonis: & ita respo. dominus meus cum de facto contigisset: & de his nota. j. de iure deliber. l. vltima. §. licentia. Et huiusmodi aliqua persona domestica. Nota quæ sint domesticæ personæ. & valet ad l j. de testimon. etiam domest. & ad idem est ff. de pœnis, respiciendum. §. furta. *Aut seipsum furatus.* Seruus. nam ille sui furtum potest facere, non liber. *Contulerit se* Scilicet sine armis. aliud si cum armis: vt s. eodem si seruus. *Competenti vltione.* quando deliquerunt. *Aut intercess. huma.* quando dubitatur vtrum deliquerint. *Et sacramentis.* Dati a domino, ne eum propter hoc verberet: vt infrà, auth. de episco. §. si quis autem ad monachi.

9

10

DE HIS QVI IN ECCLESIIS MANVMITTVNTVR.

TIT. XIII.

SVMMÆ.

1 *Seruitium Dei.*

IAMDVDUM. *Antistitibus.* Id est, antistite: sicut j. de iure delib. sancimus. & dic vt in summa. *Testimonium.* Quia scriptura, testes & sigilla debent interuenire. L. 1.

1 QVI RELIGIOSA. Ideò dicit, quia est seruitium Dei. *Dari consuetus.* Vt habeant plenam libertatem: quod hodie generale est in quolibet sublata Latina & dediticia libertate: vt Institut. de libertinis. §. vltim. *Publicatæ voluntatis.* Ante aditam hæreditatem, secundum P. nos contra. *Sine aliquo iuris teste vel interprete.* Hoc est, sine iudice & tabellione. L. 2.

DE LEGIBVS ET CONSTITVTIONIBVS PRINCIP. ET EDICTIS.

TITVLVS XIIII.

SVMMÆ.

1 *Ius est ars boni & equi.* 2 *Soli principi licet interpretationē*

L.1. INTER IVS ET AEQVITATEM, &c. Casus dupliciter potest assignari. est enim certum quòd in iure scripto multa sunt bona, multa sunt aequa. vnde etiam ius est ars boni & aequi. nulli tamen venit in dubium, quòd illi qui iura composuerunt, homines fuerunt, & quòd errare potuerunt. imò & hoc aliter esse non potuit: quia omnium habere memoriam, & in nullo penitus peccare, diuinitatis potius est quàm humanitatis: vt ỿ. de vete. iur. enu. l. 2. §. si quid autem. Si ergo ipsi errauerunt nimis durè

2 durè constituendo in iure, soli principi † licet interpretationem facere. si æquitas rudis quæ adhuc est in finibus iustitiæ cōstituta, cōtra suadeat: verbi gratia pone exemplum, & primò in iure stricto & scripto, & æquitate rudi & nondum in præceptis redacta, ecce enim si qua de adulterio accusetur, præcepit l. Ælia Sentia, vt mancipia etiā quæ in ministerio non habebat, nō manumittantur. quod durū est. sed ita lex scripta est, vt ff. qui & à quibus manum. l. prospexit. Si ergo quis velit facere interpretationē inter hoc ius quod est scriptū & durum, & æquitatem rudem quæ nondum scripta est, nō licet vel prætori vel iudici vel cuiquam alij nisi soli principi: eum enim solū oportet & licet inspicere. & ita hæc verba, nobis solis sunt datiui casus. Huic positioni nihil aliud videtur obstare nisi illud solū verbū,
3 *interpositam*. nam dicimus quando est interponenda † interpretatio. sed cōsueuit exponi interpositā id est interponēdam. & ita resoluitur j. de his qui not. infa. l. Posidonium & ff. de verborum signi. ver
4 bum erit. Nec obstat quòd possit allegari, nónne † præcipitur cuilibet iudici vt magis obseruet iustitiam, quàm stricti iuris rationē: vt j. de iud. placuit. quia l. loquitur de æquitate scripta, quę in corpore iuris est collocata. & secundum hoc sic est litera ordināda, inter ius & æquitatē interpositam, id est, interponendā interpretationem, oportet nos solos inspicere: & nobis solis licet. Vel si volemus inhærere significationi huius verbi interpositam, possumus, vt dicamus, inter ius & æquitatem interpositam interpretationem, subaudi ab ipsa æquitate & iustitia: in finibus namque suis interpretationē hāc interposuit, & si non homo, & sic plena sunt omnia. Potest etiā assignari quod hic dicit in ęquitate scripta, & iure stricto & scripto, ec-
5 ce enim ius † strictum & scriptum dicit: vt ita demum furtū quis cōmittat si inuito domino rem alienā contrectet: vt ff. de furt. l. 1. & 2. æquitas verò scripta contra quādoque suadet: vt c. de furtis l. si quis seruo. & secundum hoc illa verba nobis solis, erūt ablatiui casus. & debet litera sic ordinari, inter ius & æquitatem interpositā interpretationē nobis solis, id est, à nobis oportet scilicet subiectos nostros inspicere, & li et. & secundum hāc positionē propriè ponitur illud verbū interpositā, & est bona concordantia j. de iudic. placuit. quæ huic solet pro cōtraria assignari. Posset etiā poni de ęquitate scripta, & iure stricto & scripto per duos tit. inst. de excep. & replica. Videtur etiā quòd secundū vtramque positionē non sit verū quod hîc di-
6 citur: quia † & iudici & consuetudini & etiam magistro licet facere interpretationē vt ff. eod. non possunt. & l. si de interpretatione. quę est generalis & in scriptis & necessaria. Iudicis autem interpretatio
7 licet in scriptis redigatur, non tamen est generalis: qui. † res inter alios acta aliis non præiudicat. Item licet interpretatio cōsuetudinis sit generalis, non tamen redigitur in scriptis, magistri verò non est necessaria: vnde licet quandoque in scriptis redigatur ad cōseruādā memoriam, non loquitur hîc de illa, & ideò non contradicit.

QVÆ EX RELATIONIBVS. Inspectione habita circa generalem & necessariam interpretationem faciendam, & à quo sit facienda, circumspiciamus & de ipsis legibus quæ dicuntur speciales & si de speciali interpretatione. Quod ergo dicit, quæ ex querela, intellige scilicet absentium, quando à iudice super negotio dubitatur. *Vel suggestionibus.* Scilicet præsentium. *Introducto negotio.* Id est, proposito negotio. Nec intelligas quòd imperator iudiciario ordine cognouerit & pronunciauerit, tunc enim contra esset infrà, eodem. si imperialis. dicit enim quòd † sententia principis est pro lege obseruanda. Sed ibi cognouit in forma seu figura iudicij: hîc autem consultus erat, & ipse proposuit in cõmuni Florentini sacri palatij proce. & per hoc probatur quòd istæ decretales epistolæ quas fecit dominus Papa, non sunt generales si cõsultius rescribat alicui. *Vel quibuslibet corporibus.* Puta cerdonum, pistorum, & dixit prius de statutis modò de priuilegiis donatis. *Aut legatis.* alicuius ciuitatis. *Aut prouinciæ.* vt Lombardiæ. *Vel ciuitati.* Vt Mediolano. *Nec generales sint, sed leges,* &c. Scilicet, speciales, & potest poni exemplum sic, quia dominus Imperator fuit consultus, an si dotalem fundum vendat, maritus consentiente vxore, & vterque iurauerit, an debeat valere vel obseruari venditio, vel an talis debeat succedere in fundum: & sic quidam respondit quòd sic non transgredietur personas illas. Item potest adsignari, ff. de mino. Æmilius. Ibi enim principis interlocutio vel constitutio valuit tantùm inter illas personas inter quas ipse iudicauit, non autem debet trahi ad alias. Et hoc dicit ibi Paulus, Non me moueri, &c. Hoc tamen intellige, cum distinctione. vtrum voluerit deseruire iuri communi, vt tunc non valeat, quia est contra ius: vt j. de precib. imper. rescripta. Si verò † dando priuilegium, tenet inter eas tantùm cui rescripsit: vt Instit. de iur. nat. §. sed & quod principi. *Notam. infam. subituro eo.* Ipso iure secundum quosdã: sed melius est per sententiam, quia pœnæ potius sunt molliendæ, quàm exasperandæ: vt ff. de pœnis. interpretatione. *Qui vel astutè,* &c. Non enim debet fieri † interpretatio malitiosè: quod quãdoque fit: vt ff. eo. beneficium. Et potest poni exemplum si dedit Imperator vineas, & interpretetur de vitibus tantùm, non de terra, vel ecõuerso. *Nec habu. fru. per subrep. elic.* Ita est cùm per mẽdacium subripuit rescriptum tunc enim nõ valet rescriptum: vt hîc, & j. de pet. bon. sub. l. 1. Aliud si non per † subreptionem, sed aliud contrarium priuilegium vltimo indulgeatur. Tollitur enim primum, vt notaui j. de diu. rescr. per auth. j. de testa. & per l de leg. 3. si quis. in priu. *Vel sub quodam ambiguitatis, &c.* Est enim instar † sacrilegij, dubitare, &c. vt j. de crim. sacril. l. disputare. *Retulerit.* Nec enim probabilis est talis relatio: vt de his habes j. de relationib. *XXX. lib. auri, &c.* Videtur contra. s. de episc. si ecclesiæ. Ibi in priuilegiis ecclesiæ statuitur pœna v. lib. auri, hîc in aliis maior.

8 9 10 11 12

L. 3. LEGES. Suprà dixit quando lex erat specialis, modò de generali. Nec

Nec intellige de legib. quæ sunt in corpore iuris: licet enim quædã
13 ad speciales personas narrantur, omnes† tamẽ generales sunt, vt s. de no. cod. fac. nisi in eadẽ lege, vel per aliã prohibeatur. Fallit in vna j. de decur. neque Dorotheum. Præterea quòd hic dicit, potes & ducere ad extrauagantes decretales Papæ. *Spontaneus motus.* Quia moti sumus ex animo nostro ad eam faciendam. *Siue precatio.* Inter præsentes. *Vel relatio.* Inter absentes. *Vel lis mota, &c.* Quia lis de eo fuerat, & aliquis petiit vt inde fieret lex. *Iudicum programmate.* i. scriptura missa. *Similium quoque causarum.* Hoc est quod dixit Imperator, quòd in simili negotio vult eam obtinere. *Interlocutionibus.* Videtur contra. ff. quod met. cau. l. metum. §. sed quod ait. Ibi non dicit quòd interlocutoria sit trahenda ad consequentiam ex vi interlocutionis, sed quia in scriptis erat redacta, & ideò habet vim legis, hîc non ita est.

DIGNA vox, &c. Pone casum, quia benè scis quòd Imperator non est alligatus legibus, sicut dicunt multæ leges, sed tamen adeò de auctoritate iuris pendet auctoritas imperialis, vt digna vox sit
14 maiestatis regnãtis, profiteri se legibus† submissũm & alligatũ: & re vera maius est imperio, si aliquis submiserit se legibus, & oraculo huius l. iudicamus quòd nobis licere non patimur. Nota ergo benè quicquid in l. ista continetur, quia primò iste Imperator futuro suadet ibi, Digna vox, &c. Secundò ponit causam ibi, Adeò de auctori-
15 tate, &c Quia hæc est causa quare debet legibus alligari, quia† imperium habuit à populo lege Hortensia lata, nam ei & in eum omne ius suum transtulit: vt inst. de iu. nat. §. sed & quod. Tertiò commẽdat causam: & re vera quia maius est si aliquis leges obseruet, quàm si esset Imperator. Primùm enim de virtute animi est, quia cùm quis obseruat leges, non facit nisi licita & honesta, & carnem refrænat à
16 suis desideriis. Imperium† autem est à fortuna, vnde, Si fortuna volet fiet de Rhetore Consul, Si volet hæc eadẽ fiet de Consule Rhetor. Quartò & vltimò ponit exemplum Imp. in seipso, cùm dicit, & oraculo præsentis edicti, quod nobis licere nõ patimur, id est, quod nos facimus, nec patimur quòd non simus legibus alligati, indica-
17 mus vobis futuris Imperatorib. Imperare enim non posset, quia† par in parem non habet imperium: vt ff. de arbit. nam magistratus. & ad Treb. ille à quo. §. tempestiuum. Et benè dicit oraculo, quia per l. istam orat futurum Imp. quòd ita faciat, cùm ei imperare non possit: vt s. dixi, & construe ita, Digna vox est, i. ista vocalis oratio, s. vt
18 profiteatur se legibus illigatum, est digna vox, &c. Vnde & iurat† Imp. quando assumit imperium, se obseruaturum leges. *Se principem professeri.* subaudi, velle. Nam si diceret, ego sum legibus obligatus, mẽtiretur: & ideò ita subaudiendum est, vt Inst. quib. mod. testa. infir. §. vlt. & j. de testa. ex imperfecto.

NON DVBIVM. *In legem.* i. contra legem ergo patet quòd ille qui offendit legis sententiam, etsi non offendat verba, contra legem fa-

cit. Sed videtur contra. quoniam l. distinguit vtrum aliquis † faciat 19 fraudem legi, an fecerit contra legem: vt ff. eo. contra legem. Hic autem dicit, quòd ille qui facit in fraudē legis, facit contra legem. Sed dic quòd ideò dicit † in legem cōmittere, quoniam eandem pœnam 20 patitur, ac si fecisset contra legem. vnde quanuis aliud sit in fraudē legis facere, quàm contra legem, tamen eadem imponitur pœna. & ad hoc habito respectu dixit in legem cōmittere, quo ad hoc enim cōmittit in legē. & est simile in maleficiis: quia quāuis in nomine † 21 sit diuersitas, idem est in delicto, & eadem imponitur pœna, vt ī. de epis. si quēquam. *Amplexus*. i. circūplexus & a hærens literæ tāquā Iudæus. sed hoc non est faciēdum. quia in iure ciuili recedi tur † tota 22 die à significatione verborū: vt ff. de v sufr. quēad. l. 3. & 1. auth. de epis. & §. si quis verò pro pecuniaria. *Seua*, &c. quia seuerus est in tantum quòd non vult recedere à litera. Distingue ergo, quia quandóque fit fraus legi † de persona ad personā: vt ff de don. inter vi. & vx. 23 l. 3. §. non tantū. & ad idem ī. quod met. cau. si per impressionem. Y. quandoque de cōtractu ad cōtractū. vt ff. de don. int. vi. & vx. si spōsus. § circa. quādoque de re ad rē. Vt in Macedoniano. ff. ad Maced. sed Iulianus. quandoque de contractu ad contractū, sed alio modo: vt ff. ad Velleia. quāuis. § si cùm essem. Fraudes ergo tales punientur, ac si offenderentur verba & sententia. Sed posset quæri, vtrum tantùm verba & non sententiā liceat offendere. & dixit P. quòd verba tantū non licet offendere. ar. ff. qui & à quib. man. Prospexit Io. contra, vnde ibi subaudi, seruata sententia. Erant ergo ibi verba & sententia: quare non licet † offendere. sed si sola sunt verba, contra. est, 24 vt ff. de in ius voc. quāuis nō adiiciat. & de iure patr. adigere. §. quāuis. & pro hoc est illud generale, sensum † non verba spectari, arg ff. 25 de adim. leg. l. si quis. §. conditio. *Nullum etenim pactum*. Ad excipiendum. *Nullam conuentionem*. Ad agendum contra alterum. *Sed pro infectis etiam habeantur*. Patet ergo quòd ea quæ † contra legem fiunt, 26 inutilia sunt, & pro infectis debent haberi. Sed obiicitur in maleficiis, quia nónne omnia maleficia sūnt contra legem? Et certè sic. ergo remanebunt impunita, cùm pro nō factis debeant haberi. Resp. quia hìc loquitur de his quæ de iure sumunt effectum, & in pactis, & in conuentionib. & contractib. sicut dicit in prin. Non intellige ergo haberi pro infectis quantum ad hoc quòd pœnam euitet: imò patietur, sicut dicit in princ. Vel dic quòd quicquid fit contra legē, siue sit pactū, siue conuentio, siue maleficiū prō infecto debet habēri, quo ad commodū illius qui facit. nullū enim commodū ex hoc habebit, imò incōmodum. Secunda potest fieri obiectio ad hoc quòd dicitur, quia loquitur de his quæ suum habent effectū de iure: quoniam si aliquis dolo vel metu inductus promittat, bene tenet cōtractus, & inde nascitur actio: vt ī. de inut. stip. dolo. repellitur tamen exceptione: vt ibi. Ergo patet quòd tenet, etsi contra leges fiat. Res. quia habet † actionem, sed inefficacem: & ideò pro nō habita debet 27 haberi.

haberi.vt dicit regula iuris, nihil interest. Vel distingue inter ea quæ turpiter fiunt,& quæ contra legem. Turpiter fit,si Stichũ dolo
28 vel metu promittam.Contra legem esset si promitterẽ me occidere hominem,& similia:vnde illa pro infectis habentur,nõ alia:vt ff.de ver.obl.generaliter.& ideò aliud hîc,aliud ibi. Tertia potest assi-
29 gnari obiectio de his quæ contra legem fiunt,†quæ si facta fuerint, tenẽt:vt ff.de fer.l.1.& de inter.& releg.relegatorum.§.ad tẽpus.& quan.app.sit.l.1.§.biduũ.Resp.quia nõ cõtradicit:hîc loquitur quãdo aliquid factũ est contra legẽ,& quod à lege prohibetur,pro infecto habetur:vt dicit.aliud quando sit præter legẽ,vel quia non est admissũ,vt dica quòd prohibitũ, vt in casib.illis:vt resp.ad l.de fer. quod verũ est,quòd rectè non fuit tempore messis vocatus. si tamẽ gratis venit,bene fertur sententia,& non contra legem, cùm licuit illi renunciare priuilegio suo.Ad aliã quando appellandum sit,resp.
30 quia quod ibi dicit,nõ est dicẽda†sentẽtia, sub cõditione intellige: quasi dicat,non consueuit dici,sed tamen tenet si dicatur.Ad aliam de interdictis,dic quòd loquitur de sententiis quæ erant tẽpore illius l.non de futuris,quæ nullæ essent ipso iure,si bona adnumerentur.Quartò obiicitur in his quę confirmantur postea,& à principio fieri non debent: vt j. de nupt. tametsi contra.j. si maior.l.vlt.j.de contract.iudi.l.vnica.Resp.ad hoc quia non prohibentur confirma-
31 ri,sed inchoari.Alia etiam potest fieri obiectio de venditione†liberi hominis,quia valẽt,& tenet inter ignorantes:vt ff.de cõtrahend. emptio.& liberi.tamen contra.est l.Respon.vt Yrner. hoc est prohibitum,in quo deliquit vterque. Ibi non,quia intercessit ignorantia.Vel di. quod nõ tenet venditio habito respectu ad rem,sed quò ad hoc vt deceptus decipiatur,& ad consequendum interesse:vt institut.de contrahend.emptio.§.vltimo. *Sed si quid fuerit subse. ex*
32 *eo*,&c. Obiicitur, quia† ex inutili contractu transfertur dominium: vt ff.de iure dot.§.vltim. Respond. Ex inutili benè transit: scilicet,quando turpiter est conceptum,non quando contra legem: si enim esset a lege prohibitum,non transiret. Et ideò cùm donatio inter virum & vxorem sit prohibita, non transit ibi dominium: si dolus probetur, non transibit: vel si transit reuocabitur: simile est ff.de in integrum restitut.nemo.& de acquirend. possessio. non videtur. Item opponitur de eo quod ob turpem causam datum est, quia transit dominium : vt ff. de condict. ob turpem causam.
33 l.2. Respond. Sed non repetitur ab eo qui dedit : repetitur † tamen a fisco: vt ff. de iure fisci. Lucius. Item obiicitur in fœneratore mutuante filiofamiliâs,quia dominium transit in filium: sed hoc ideò, quia creditor in dando, filius verò non deliquit in accipiendo. *Vel ob id.* Obiicitur quod est j. de prædiis minor. & sus. & siis. Respond. M. quia hîc loquitur de his quæ perpetuò pro-
34 hibita sunt, sed alienatio prædiorum minoris non est perpetuò † prohibita ; imo conceditur quandoque, puta ob æs alienum

Sed hæc solutio non placet, quia si in prohibitis perpetuò tantùm locum haberet hæc lex, in paucissimis casibus haberet locum, vix est aliquod generale quod nō patiatur exceptionem: vt ff. de regul. iuris. definitiones. Dic ergo quòd prohibitum est res minorum alienari, ne quid fiat in præiudicium minorum, non autem præiudicat minori, licet tutor sit obligatus, vel res eius. Similiter solue & oppone, ff. de arbitris. si pupillis præiudicat ergo tutori, non minori. Vel si vult quis euitare oppositiones supradictas, dicat legem istam habere locum tantùm in eo casu quando lex simpliciter prohibet, nec vltra progreditur: vt ꝰ. de sacrosanct. eccles. l. nemo. Si autem progrediatur vltra, vel prohibita fieri non infringendo, vel prohibita postea confirmando vel cassando, per exceptionem seruabitur illa specialis † cassatio: & speciale statutum in re prohibita non est generale, vt ff. de verbor. obligationib. doli clausula. Nec obstat quod dicitur ꝰ. eodem. tantùm prohibuisse, &c. quasi innuat, siue tantum prohibeat, siue vltra procedat: quia huiusmodi verbum etiam non denotat semper idem in contrario casu: vt ff. de verbor. obligationib quodcunque. §. si ita. *Nec sacramentum admitti.* Videtur contra. ꝰ. si aduersus vendi. l. 1. quia ibi dixit Imperator, quòd non vult esse auctor periurij. Solutio. Illa loquitur quando inchoatus fuit cōtractus secundum legem, hoc est facta venditio † cum decreto, secus si sine decreto: quia ius commune nō tolleret sacramentum, vt hic dicit: sed hodie est sublatum, quia siue legitimè sit inchoatus contractus, siue contra legem, si interponatur sacramentum, nullo modo licet contrauenire, vt in l. Friderici. sacramenta puberum. sicut ibi plenius notatur. 35 36

L. 6. QVOD FAVORE, &c. Exemplum huius legis poni potest in Carboniano edicto quia ex beneficio Carboniani edicti, † datum est filio existēti in possessione rerum corporalium, ne ei controuersia de hæreditate moueatur, donec sit in tempus pubertatis, si tamen viderit Prætor quòd intra pupillarem ætatem sibi expedierit probare se esse filium. debet eum admittere: ne quod pro eo introductum est, ad læsionem ipsius videatur inuentum. vt ff. de Carbon. edict. l. 3. §. duæ autem. Vel potest poni in beneficio in integr. restit. vt ff. de minor. si iudex circumuento. & in aliis multis casibus, in muliere quæ habet auxilium Velleiani: vt ff. ad Velleian. l. penult. Potest & poni ꝰ. de secundis nuptiis. generaliter. Sed videtur contra. ff. quod quisque iuris. l. 1. quia dicit quòd si aliquis impetrauit ne cōueniri possit pro debito vsque ad annum vel duos, eodem iure potest vti creditor contra debitorem: quia si debet ei, non poterit similiter conueniri vsque ad annum vel duos annos: & ita † quòd fauore alicuius introductum est, nocet ei. Respond. Ibi loquitur de eo qui fauorem habet per postulationem. Aliud in eo qui habet ex mera Imperatoris liberalitate: quia non eodem iure contra ipsum vtetur, vt hîc dicit, & ff. quod quisque iuris. l. 3. Aliud potest contra. adsignari, ff. de 37 38

periculo

periculo & commo. si vina. Quidam dixerunt quòd hîc loquitur de eo qui habet fauorem per legem, ibi autem de eo qui per pactum: & in hoc est contra. quia cùm in fauorem emptoris essent empta vina exceptis acidis & mucidis, videretur quòd si post vellet ea habere, quod posset: sed contrarium est, vt hîc dicit. Nec placet Io. dicta solutio quia quandoque inuenio quòd etsi per pactum fauorem habeo, non tamen debet retorqueri in læsionem meam, vt in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, si ita conuenio cum venditore, quòd si vsque ad talem diem precium non fuerit solutum, res sit inempta. Dicit quòd si venditor vult rem esse inemptam ante diem illum, quod potest, cùm pactum tale causa ipsius appositum sit: vt ff. de lege commiss. l. 2. & de in diem addic. Sabinus. Patet ergo quòd siue fauorem per pactum habeam, siue per legem, quòd non retorquetur ad læsionem meam Resp. Ergo alio modo, quia quod dicitur in lege illa, si vina, non est fauor. Quis enim fauor esset, si ego emerē authenticum tuum & digestum, & omnes libros tuos præter Codicem? Certe nullus esset fauor, imò vsus essem iure communi in emptis. In aliis poterit excipi, nec contra voluntatem meam cùm empta sint. poterunt peti, nec ego contra voluntatem alterius potero sibi dare: sic ergo non est contra. quod ibi dicitur. Sciendum tamen est quòd occasione statuti statuitur quandoque aliquid in commodum meum, vt est in liberto qui non debet torqueri contra dominū suum, nec pro eo poterit contra alium: vt j. de quæstionibus. Pridē. Sic est & in Iudæis, quibus datum est priuilegiū ne possint die sabbati conueniri, nec ipsi eadem die poterunt conuenire: vt s. de Iudæis. l. die sabbati. Et intellige etiam regulam istam. nisi videatur tacitè renunciasse suo priuilegio: vt potest videri in liberto qui administrat tutelam patroni sui senatoris. Quamuis enim ab aliorum tutela excusationem habeat, tamen si impetrauit ius aureorum annulorum, videtur illi priuilegio tacitè renunciasse: vnde lędet eum. nō iuuabit quod pro eo introductum erat, vt scilicet ius aureorum annulorum, cùm in hoc videatur renuntiasse: vt ff. de excus. tut. cùm ex oratione circa finem. Idem est in eo qui cùm libertinus esset seruiuit, & fecit tantum domino suo, quòd impetrauit ius aureorū annulorum, postea non sufficit ei habere semiplenam ingenuitatem, id est, in vita tantùm: & fecit per collusionem cum aliquo, quòd moueret ei quæstionem de statu suo, & ipse diceret se ingenuum, & sic pateretur eum ingenuum pronunciari: vel per collusionem fecit se ab alio pronuntiari ingenuum. Postea detecta collusione, & sententia rescissa, non retinet ius aureorum annulorum quod ante habebat: imò videtur ei renuntiasse: vt ff. de iure aureorum annulorum. l. 2. & ita per collusionem: & quia videtur tacitè renuntiare ei quod in fauorem suum inductum est, ad læsionem alterius retorquetur.

Leges et constitutiones futuris. Id est, quod accidit post legem nouam si factum præcedat nouam. l. si nō erat decisum, lex

antiqua† seruatur, non noua: vt ȷ̃.authentic. vt cùm de appella. cog. in princip. & authentic. hæc constitutio interpretatur de his qui ingred. monaster. *Certum est dare formam negot.* Fallit in vsuris, quarum modus antiquitus non erat determinatus, hodie determinatus est: & hæc determinatio non tantùm ad futura † trahitur, sed etiam ad præteritum: vt infrà, de vsur. eos. §. super vsurarum & l. sequenti. & ȷ̃. ad Senatusconsultum Velleianum, l. iubemus. 41 42

L. 8. HVMANVM. *In publica.* Vt an ciuitas det in feudum. *Vel priuata causa.* Vt an clericus vel fœmina vel similis priuata persona succedat in feudum. *Et cum omnes consenserint.* Videtur falsum quod hic dicitur, quia vniuersitas consentire non potest, sicut nec dolum cómittere: vt ff. de dolo, sed & ex dolo. §. sed an in. & ff. de libert. vniuersi. l. 1. & de acqui. pos. l. 1. §. vltim. Sed dic quòd vniuersitas† bene potest consentire, & interrogatiuum quod est ff. de dolo. sed & ex dolo, denotat raritatem, non impossibilitatem: sicut & ibi. Si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Et quod leges illæ dicunt † non posse intelligere, facile: difficile enim possunt: sicut dicitur ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde & ff. de arbitris. item si vnus. Consentiunt tamen, licet cum difficultate: quod patet ex deffinitione legis: quia dicitur communis reipubl. spósio &c. vt ff. de legibus l. 1. & inst. de iur. nat. Item nónne dicit. l. quòd quæstores creabátur appel. & consensu populi? Vtique: vt ff. de offic. quæstor. l. 1. & argum. est ff. quod metus caus. l. isti quidem §. animaduertendum. Item dico eos tunc consentire cum pulsatur ad concionem, & veniunt & dicunt. Sia Sia. & sic pronunciauit dominus Io. contra commune Ardensium, quod promiserat sub pœna ne incideret quoddam nemus. Et postea pulsato ad concionem venerunt omnes, & cum securibus iuerunt incidere nemus. 43 44

L. 9. LEGES SACRATISSIMÆ. *Ab omnibus.* De militibus tamen dicit alibi quòd magis vult† arma scire, quàm iura: vt ȷ̃. de iure deliber. l. vltim. & de clericis quòd opprobrium est, &c. vt s̃. de episcopis. repetita. Sed hoc ad honorem eorum dictum est, nó enim debent esse in foro seculari, sed in curia episcopi bene possunt præstare viduis & pupillis, & similibus patrocinium secundum leges. *Obscurius apparebit.* Vt cùm quæritur vtrum nomine datorum contineantur & donata. Vel pone in lege illa §. solut. matri. dos à patre. *Interpretatione.* Hic sumitur interpretatio pro expositione vocabuli aperta. Alibi qui interpretatur, corrigit: vt ff. ad Tertullia. qui operas. *Duritiámque.* Secundum verba & sententiam: vt ff. qui & à quibus prospexit, vel secundum verba tantùm, vt potes ponere exemplum in tribus libris Codicis, vbi multa verba ponuntur quæ non intelliguntur. 45

L. 10. CVM DE NOVO. &c. Cùm dubitatio contingit in iudicio, aut super aliquo negotio nouo, aut super lege aliqua: si super negotio, dominus Imperator † est consulendus, si tamen præsens sit, & eius sit copia: vt s̃. eodem. humanum. & ȷ̃. de veter. iure enucl. l. 2. §. sed 46

quia

quia diuinæ. & ff. de fideicõmiss. lib. Itaque & argu. ꝗ. de iudic. l. penult. ibi, ne compellatur. Si autem non sit eius copia, procedẽdum 47 est de† similibus ad similia: vt ff. eodem. non possunt. Si verò super lege, siquidem ex consuetudine certo modo intellecta, ei intellectui stabitur vt ff. eod. l. minimè. & l. si de interpretatione. Quòd si ex cõsuetudine non est certificata, recurritur, sicut dictum est, ad principem, si sit eius copia: vt in hac lege, & ff. eod. l. & ideò. & l. nam. alio- 48 quin interpretandum† in benigniorem partem: vt ff. eo. benignius. & l. in ambigua. Vel si dubito quæ sit benignior stabo significationi verborum: vt ff. de condit. & demonstrat. Publius. §. 1. quamquam vi 49 deretur primò standum verborum† significationi: vt ff. de lega. 3. nõ aliter. Tertiò procedendum de similibus ad similia.

L. vlt.

Si imperialis. *Sed & omnibus similibus.* Videretur contra. s. eodem. l. 2. sed ibi loquitur quando introducebatur in specie quæstionis, non in forma vel figura iudicij: si enim in forma iudicij, debet lex reputari, vt hic dicit, & inter eos inter quos fertur sententia, & inter omnes ad similia procedi, cùm sit lex: vt ff. eodem. non possunt. *Tam risibus.* Id est, derisimus. *Soli Imperatori,* &c. Ergo populus Romanus non habet potestatem legis condendæ, quod olim habe- 50 bat: sed lege† regia in eum transtulit populus omne ius quod habebat: ut Inst. de iur. natural. §. sed & quod. Videtur ergo quòd hodie nullum ius habeat. Vel dic quòd non transtulit ita quin sibi retine- 51 ret. Trasfert† enim quandoque quis aliquid, & sibi retinet: vt ff de offic. eius cui man. l. 1. nec derogatur populo vel senatoribus hac lege, cum dicat in fine, nihil hac lege derogante, &c. ergo si populus ante habebat, & adhuc habebit. Dic ergo quod hic non excluditur populus, sed singuli de populo, & est simile in illo exemplo, Solus Scipio ciuitatem vel vniuersitatem Romanam liberauit. Non enim excluditur hic populus, quia falsum esset: sed singuli de populo: quia plus fecit ipse quàm aliquis aliorum. ideo singuli excluduntur, non vniuersitas siue po- 52 pulus. *Aenigmata.* Id est† subtiles dubitationes. *Explausis.* Id est remotis. *Veteris iuris conditoribus.* Paulo & Papiniano.

DE MANDATIS PRINCIPVM.
TITVLVS XV.

L. vnica. SI QVIS ASSERAT. Hoc vide plenius in summa.

DE VETERI IVRE ENVCLEANDO.
TITVLVS XVI.

SVMMÆ.

1 *Pauciores probabiliora dicunt quàm plures.*
2 *Per modicum vitiatur totum.*

L. 1. DE o AVCTORE. Inde circa medium. *Sed neque ex multitudine auctorum.* &c. argument. ad testes, quando plures sunt ab vna parte quàm ab alia: sed tamen pauciores† [1] probabiliora dicunt quàm plures: magis enim debet eis fides haberi: vt ff. de testib. ob carmen. Cætera vide per te.

L. 2. TANTA CIRCA NOS, &c. Vide per te verba notabilia. Et quod dicit in fine, *sciat inutilis se esse codicis dominum*: notandum est quia modicum fermenti totam massam corrumpit: & ita per modicum vitiatur† totum. Hodie contra est, quia non consequentia literarum [2] scribuntur. Vel dic, quòd debent scribi cum signis antiquis quæ ponebantur in scripturis. *Præsentis duodecima indict.* Contra. s. de Iust. cod. conf. in fin. dic vt ibi.

DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.
TITVLVS XVIII.

SVMMÆ.

1 *Excipiens in eo quod excipit, fit actor.*
2 *Ignorantia iuris.*
3 *Certare de damno vitando.*
4 *Cessio actionum.*
5 *Quadrimestre tempus.*
6 *Ab executione non appellandum.*
7 *Ab iniusta executione appellare licet.*
8 *Emancipatus non distinguitur à suo.*
9 *Iuris ignorantiam prætendere.*
10 *Diuisio quando reuocatur.*
11 *Traditio quid operatur.*
12 *Hæres iure naturali legatariis obligatur.*
13 *In solemni testamento obligantur cohæredes de iure ciuili & naturali.*

14 *Er-*

QVAMVIS CVM CAVSAM TVAM AGERES. L.1. Id est, defenderes siue responderes in causa tua, non intellige quòd cõtra alium agat. & hoc probatur per finem legis cum dicit, si cœperis ex sententia &c. Loquitur ergo in reo qui se defendebat, & ita reus causam idem agebat: sic ff. de eden. l. 1. *Allegationes competẽtes.* Fortè quia non habuit aduocatum, vel omisit pactum de non petendo, aut instrumentum quod habebat: vel non allegauit de iure sicut debuit. Vel ideo dicit, quia competentes allegationes omisit: appellantur enim probationes, vt diximus. j. de iudic authen. iubemus. & dicemus. j. de aduoc. diuers. iudi. laudabilem. Vel intellige allegatio-1 nes id est, exceptiones: qui enim excipit agit. & excipiens in † eo quod excipit, fit actor: vt ff. de exc. l. 1. ergo exceptio omittenda dici-2 tur allegationes omittere. & ita quia † ignorantia iuris propter simplicitatem militiæ errabat, subuenitur ei sicut illi qui propter infirmitatem ætatis captum se dicit: vt ff. de minor. minor autem magistratus. Duo ergo faciunt contra istum militem ne post sententiam liceat recedere, aliàs enim generaliter nõ licet: vt j. cõ. error. Aliud est quia errauit in iure & in iudicio: & ita videretur quòd sibi præiudicaret, cum aliàs omnibus præiudicetur: vt ff. de confessis, non fa-3 tetur. Sed pro eo faciunt, quia certat † de damno vitando, alius iniustè de lucro captando, & quia reus est, & rei fauorabiliores sunt quam actores: vt ff. de regulis iuris. fauorabiliores. & quia miles est. Tales enim personæ fauorabiliores sunt, & clerici, & fœminæ. Vnde cùm plures sint, pro qua cõtradicit eum admittẽdum ad id quod omisit? propter simplicitatem militiæ, siue illud consistat in facto siue in iure. *Permittitur tibi.* Nota quòd hic dicitur quia post sententiam potest se defendere, & hoc ratione militiæ: vt hic aliàs ratione ætatis. & in eo qui non condemnatur nisi in quantum facere potest, & in Macedoniano & Velleiano: vt ff. ad Macedon. tamen fallit in defensore, vt si conueniatur & condemnetur: poterit enim desiderare 4 quòd cedantur † sibi actiones contra eos qui mandauerunt: vt ff. de fideiuss. si fideiuss. §. idem resp. Debet ergo opponi hæc exceptio in-5 tra † quadrimestre tempus. Sed quid erit si pronunciatũ sit nõ posse

opponere exceptionē? Poterítne appellari? Et certè videretur quòd non, cum ab †executione non sit appellandum: quiá non pronunciauit de faciendo aliquid vel de dando. sed bene licet appellare, quia ab iniusta executione † bene licet appellare: vt infrà quorum appell. ab executione. Præterea bene appellatur quandoque etsi nō sit pronunciatum de aliquo dando vel faciendo. vt j. si sæpius in integ. restit. l. 1. & 2. poterit ergo appellare: & si vincatur in appellatione, non habebit quadrimestre tempus, cum non ex hac sententia, sed ex prima conueniatur. *Defensionibus tuis vti.* & sic magis consequitur, excipiendo quàm faceret agendo si tradidisset vel soluisset pecuniam.

L. 2. CVM IGNORANTIA. *Renunciasti.* Id est repudiasti. aliud si dicat, non volo: vt ff. ad Tertullia. filij. §. 1. contra. & notaui j. vnde liberi l. vlt.

L. 3. SI EMANCIPATA. A patre. fac vim in eo quod dicit, emancipata à patre: quia si filiafa. esset in potestate patris, aliud esset. non enim repelleretur & si non petiisset hereditatem intra annum, sed repudiasset. posset enim redire vsque ad triennium: vt j. de repud. heredit. l. vlt. intellige ergo quod hic dicit in paterna heredítate. aliud enim esset in materna, cum ibi non distinguatur † emancipatus à suo. mater enim nullum habet in potestate & ideo idem est ibi siue sit in potestate siue emancipatus. & hoc intellige de iure veteri: aliud enim hodie de iure authent. cùm non d[illegible] g[illegible]tur emancipatus à suo quo ad successionem: & ita admittetur [illegible]patus sicut ille qui in potestate est, & vltra annum de nouo [illegible]. *Nullis rationibus potes.* Et hoc cùm potuit peritiores cōsulere, vel p[illegible] se instrui. si enim nec per se nec per alios posset instrui, bene posset iuris † ignorantiam prætendere. vt ff. eo. regula. §. 1. & de bon. poss. in bonorum.

L. 4. SI POST. Diuisionem. Intellige ergo quando facta erat diuisio. sed videtur contra. ff. famil. ercisc. cum putarem. sed dic quòd nō est contra. quia illa determinat istam. aut enim facta fuit diuisio † in iudicio, vel extra. si extra. non præiudicat vt hic dicit. si per sententiam iudiciali auctoritate, præiudicat, nec poterit repeti quod solutum est: vt ibi dicit & j. de condic. indeb. l. 1. & hoc verum est, quando verum putaui testamentum esse, & erat falsum. Sed quid esset si putaui verum, & erat verum, non tamen solemne, vt ponit in casu sequenti, quia non erant ibi septem testes, vel sigilla eorum, vel subscriptiones ant ipsius testatoris subscriptio? Tunc si diuisit, & extra iudicium, nō videtur quòd possit reuocari: vt j. eo. cum quis. Respon. secundum P. qui dixit quòd hæc lex loquitur quando diuisi, sed non tradidi, imò penes me adhuc habebam possessionem: & tunc benè possum retinere. & quòd non tradidisset, videtur per hoc quod hic dicitur, cum non dicat repetere sed obtinere. si verò † tradidisset, non audiretur: vt dicit l. illa, cum quis. sed hoc non valet,

6 7 8 9 10 11

cidenti † vniuersales, actio ex testamento, quando competit pro restitutione hereditatis ex Trebelliano senatus consulto: & actio ex empto quando competit pro hereditate vendita: & in his actionibus vniuersalibus sufficit, si res vniuersaliter edantur non expressa aliqua singulari, sic, conqueror de Titio qui detinet hereditatem Sempronij totam ad me pertinentem. & iudex etiam poterit ferre sententiam vniuersaliter in hunc modum. Condemno Titium vt restituat hereditatem Sempronij Mæuio, ad quem pertinebat. Sed & possent singulariter res exprimi in libello, & in sententia: non tamen est † necessarium quòd omnes exprimantur, vel aliqua: vt suprà dixi. & in tali sententia deducuntur † expensæ factæ circa infirmum, & in funus ipsius: vt infrà de hereditat. petition. l. 1. Vnde quæri posset qualiter mandetur executioni. & dic vt ibi notaui. Generales † actiones sunt actio pro socio, neg. gest. tutelæ. in quibus sufficit si generaliter res comprehendantur: vt ff. pro socio. sic, conuenio te pro administratione quam fecisti in negotiis meis. nec oportet exprimere in sale vel vino. posset tamen: vt supra dixi. & sic etiam generaliter, † poterit in illis actionibus ferri sententia. Singulares sunt rei vindicatio, condictio indebiti, triticaria, & similes infinitæ in quibus oportet quòd specialiter res designentur sic conuenio te pro equo rei vindicatione. & sufficit in hac actione reali si solum edatur actio & res: quia rei vindicatio non potest competere nisi ratione † dominij. vnde satis est certus reus edita re & actione secus si mihi sis obligatus, quia obligatus esse potes multis de causis. vnde oportet ibi quòd causa exprimatur: vt ff. de except. rei iud. & an eadem. §. actiones. Ad hoc ergo quòd demonstretur futuræ litis species, ista exiguntur. *Quam emendari.* Si habes emendare, sicut dominus meus, bona est litera. sed posset quæri qualiter intelligatur emendari, & quando. & certè dicitur † emendari, si prius petebam xxx. modo peto. l. & hoc licet facere secundum quosdam. quandocunque ante definitiuam sententiam: vt instit. de actionib. §. si minus. & nos sic in vniuersali & generali iudicio: & ita intelligimus illud: vt ff. de hered. petit. l. iiij. vel glossa illud in eodem iudicio. i. apud eundem iudicem, sicut fecit Io. in singulari, non licet lite contestata, vel iurato de calumnia. imò si aliquid in actione vult emēdare, dicēs quod prius petebat xxx. modo vult per eandē petere l. non potest: quia alia censetur res, & alia indiget interpellatione & libello: vt ff. de except. rei iud. cum quæritur. & de ind. non potest. *Vel mutari.* Dominus meus in libro suo antiquo habet *mutare*, & bona est litera. Dicitur autem mutari, cum veteri sublata noua proponitur. Et quando licet hoc facere? Certè quidam dixerunt, & bene, ante lit. contestationem, post non: vt ͡j. authen. qui semel. & ff. de iud. de qua re. ad idem ff. rem ratā habe. amplius. nisi omnino vellet actionem veterem amittere, & nouam non proponere. hoc enim bene liceret facere etiam post litem contest. vt ͡j. de pact. postquam liti. sed

16 17 18 19 20 21 22

23 ti. sed si† nouā velit proponere, non potest donec lata sit definitiua sentētia in prima. & etiā si prima tūc talis sit, in qua lata sentētia noceret exceptio rei iudicatæ in secunda: quia eadem est res & causa. & per [illegible] non posset: vt ff de except. rei iud. si mater §. eodem. aliàs [illegible] ita lata sententia in vna non haberet locū, in alia exce
24 ptio† rei iudicatæ, sed & impedit actionem mutari, si tales essent a-
25 ctiones, quòd electione† vnius altera tolleretur: vt ĵ. de furt. l. j. ff. de tributaria. quod in herede. §. eligere. Nec obstat. ff. de noxalibus. in delictis. §. si detracta. quam allegabat quidam potestas de Mantua domino meo. videtur enim per l. illam quòd quandocunq; ante sententiā potest mutare. sed dic quod non obstat. lex enim illa tractat de priuilegio quodam, non de actione mutanda. quod priuilegium mutari poterit quandocunque ante latam sententiam, non post vt verbi gratia dominus sciat ipsum delinquere, tunc proponitur noxalis actio contra dominum detracta noxæ deditione, quia non li-
26 berat se dando seruum, imò in solidum potest conueniri. secus si ignorante domino deliquit seruus: quia dominus liberatur dando seruum: & sic non potest conueniri detracta noxæ deditione, si post velit mutare quia non vult dominum redarguere de scientia: imò tanquam cum eo qui ignorauerit, vult agere: licet hoc priuilegium mutare ante definitiuam sententiam, non post: siue cōueniatur detracta noxa, siue noxæ deditione: vt dicit. l. illa. & ideo cum non loquatur de mutatione actionis, non contradicit, si quæras vtrum in
27 noua actione habeat† nouas dilationes, & nouum tempus deliberādi: verbi gratia in prima habuit spatium xx. dierum ad deliberandū quæritur vtrum in noua habeat idem. Respond. sic, nisi in tempore deliberationis vel dilationis secundæ potuit: & videretur esse instructus per primam. verbi gratia, conueni te furti actione pro bonis vi raptis. modò volo te conuenire actione vi bono. rap. pro eisdem non habeo in secunda xx dies ad deliberandum, sicut habuit in prima. aliàs [illegible] per primam non videretur quod posset deliberasse in secunda, contrarium esset. & in quibusdam quæ in ista. l. dixi, omnes concordantias quæ in summa plene continentur.

28 · Qui accusare. *Probationes habere debent.* quandoque accusatus† L. 4. probare [illegible] in crim. ne læsæ maiesta. & in aliis quibusdam: vt ĵ. de abo [illegible] feliciter. & notaui ĵ. a [illegible] Com. de fal. l. vbi. *Actore enim non probante [illegible].* Est ergo generale quod actore non probante absoluatur reus. Sed potius per præcedentia debuisset dicere accusatore. sed i-
29 deo dicit, quia per hoc voluit notare similitudinem de† criminalibus ad ciuilia. sicut enim in criminalibus tenetur accusator probare, ita & actor in ciuilibus. alioquin absoluitur reus. & intellige quod probet plene vel semiplene: quia si nullo modo fundet intentionem suam, absoluendus est reus. si semiplene, vt quia induxit v-
30 num testem deferetur† sacramentum actori vel reo, sicut iudici videbitur & ita absoluet vel condemnabit: vt ĵ. de iureiuran. l. iij.

L.5. Non est nouum. Pone quod aliquis habuit mutuam pecuniam à campsore.conuenit istum debitorem campsor ad pecuniam,& scire debes quod mutuum scripserat campsor in chattulario suo.quare si reus petat edi rationes illius campsoris, vt melius pateat de debito,vel si aliquid est solutum,verum iudex iubere debeat† quod edatur.& dicit quod sic.& idem dicit.l.sequens,quando quis conuenitur à fisco , non à priuato.& videntur istæ duæ leges esse contrariæ primæ:quia qua ratione non tenetur reus edere actori, vt ibi: eadē videretur quod nec actor reo. sed hic contradicit. & hanc contrarietatem soluit.l.vlt. 31

L.6. Iustum est.dic vt s.l.proxi.not.

L.7. Procurator &c. Pone quod delata esset mihi & fisco communiter hereditas, & ita habui in hereditate maximum socium fiscum vel eius procuratorem. quod est melius. quare si post inter me & fiscum moueatur aliqua controuersia de hereditate,vtrum procurator fisci teneatur mihi copiam facere communium† instrumentorū quæ erant in hereditate illa?& dicit quod sic.Præterea si ego velim vti authent.instrumento in causa aliqua penes alium iudicem quam procuratorem , iubebit procurator quòd mihi edatur & tradatur. res.i.æquitas.*Desiderante eo*.i.te qui modo conueniris.& circa hanc materiam dicit auth.si quis in aliquo.*Alterius*.documenti,*Exactio*.i. probatio.*Aliud*.s.authenticum, de quo in secundo fiebat mentio. *Quantitatis debitæ exhibeatur*.non dicit amplius dominus meus. sed videtur auth.vt fratrum filij dic quòd ibi loquitur de publico exemplo coram testibus & præside in curia ex quo quis potest conueniri,sicut ex publicato testamento:vt j.de testamentis,publicati.aliàs autem *seruos* eo exemplo non posset quis conueniri, siue factum esset à† tabellione,siue esset priuatum. de quo minus videtur: vt ff.de fide instru.quicunque.licet Alb.distinxit,fuit factum à priuato,an à tabellione:vt si sit publicum,valeat ad probationem:si priuatū non. 32 33

Præsernar s'ntiscriptū

L.8. Et quæ &c.Quidam,inter quos fuit dominus Io.posuerunt sic casum huius legis. Quia dictum est s.l.j.quod actor non potest petere vt edantur instrumenta à reo.in l.illa,non est nouum.& l.seq. dictū est quod reus potest hoc petere ab actore:vnde videntur inter se discrepare vel contrariæ esse istæ leges: hanc contrarietatem tollit,& dicit quia licet per leges superiores multū differre videtur petat actor edi à reo,an econuerso:ista non contradicunt:quia in casu primæ legis deposuit quis,& inde factum est instrumentum,sicut fieri consueuit.assignatur causa de deposito, & confitetur depositū fuisse.& sic fundata † est intentio actoris:sed tamen reus repellit ipsum exceptione.in tali casu actor.i.qui agebat,fit reus:& ille qui reus erat,fit actor:& si petat fieri editionem ille qui fuit reus,modo est actor,contra illum qui modo reus est, prius actor.rei æquitas suadet quod sibi edat instrumenta depositi. Idem dici potest, si ille qui actor erat, factus reus per exceptionem replicat & petat sibi edi ab 34

Quod leg.

exci-

excipiente instrumenta potest enim hoc facere, cùm non ad intentionem suam fundandam ea petat: vt s. dixi, sed ad aliquid probandum in exceptione. & sic non ad intentionem fundandam petuntur ista instrumenta, sed fundatam adiuuandam. & in hoc casu potest petere quod fiat editio, tam reus ab actore, quàm econuerso. vnde sibi non contradicunt leges superiores. Dominus meus quodam tempore positionem domini Io. tenuit: sed ex sequenti consideratione mutauit, & ponit casum istum non in instrumentis sicut ille: imò quando fecerant rationes de deposito, & reus excipiebat. sed hoc nihil facit ad rhombum. in hoc enim casu nō differt, petat is qui cōuenitur, editiones ab actore, an actor ab eo qui conuenitur habet enim edere in hoc casu tam reus quàm actor rationes: quia hoc casu nō oportet intentionem alicuius ex instrumentis fundari: non intellige sicut ipsi fecerunt, quod esset fundata intentio & replicationem petere fundatam coadiuuari. imò dicit, ne exigitur quod confessus fuerit, quia nec confessionem vel exceptionem exigit in casu suo, sed solummodo quod ratio depositi accipiendi vltro citroque sit facta. siue enim excipiat, siue non semper tenetur edere, cum commune sit instrumentum, tam reus actori, quam econuerso: vt ff. de edendo. si quis. § pertinere. & l. quę- dam & sic planius ponitur in rationibus secundum dominum meū casus iste, & casus legum trium superiorum ad hoc quod non contradicant. & ita exposuit quod dicit l. prima ex causa, vt ibi notaui. Vel etiā si vis ponere in instrumētis, sicut ipsi faciebāt, potes distinguere aliter quam ipsi, petat actor edi instrumentum rei proprium quo est vsurus potest alioquin contra. vt ff. eo. l. j. §. edenda. & de his quibus vsurus est, iubere debet iudex quod in principio edantur. in alius minime. vnde si vnus dicat quod non vtetur in causa illa instrumentis, sed testibus: si alius habet instrumenta quæ faciant ad causam, non potest postea ea postulare, cum non sit vsurus. & hoc intel-

35 lige quando ab aduersario instrumenta† propria iubentur edi, cum erat actoris intentio fundata quocunque modo, vt per confessionē aduersarij: & post excipiebat, sicut hic ponit ratione exempli vel alio modo. nec enim facit in hoc vim, quod esset per exceptionem reus actor, & actor reus, sicut antiqui faciebant, & sic dicebant, intelligebant quod dicit l. x. prima id ex causa &c. imò quocunque modo fundata, etiam si actor remaneat actor, & reus reus, instrumenta quibus est quis vsurus, peti possunt edi: vt s. dixi. vel rationes etiam si non est fundata intentio, quod intentione fundata habet tantum locum in instrumentis. & hoc est quod dicit in fine: quia hoc casu non oportet orig. petit. ex instrum. eius qui conueni. fund. cum. s. rationes edi petuntur ab aduersario: quia in eo casu non petit per instrumenta propria fundare intentionē suam quod esset contra ius: imo petit rationes. quod est contra instrumentum. vel adapta illud quod petit edi instrumenta quibus est vsurus, & quocunque modo

Sic in vet. videtur tamen legendum rei.

Vel formata.

fundata est intentio: quia in hoc casu non oportet orig. &c. ita est in instrumentis propriis alterius partis. si essent instrumenta ad quę haberent actionem, ex his fundare possem intentionem meam; vt ff. eo. procurator. & multæ sunt proditæ † actiones quibus instrumenta peti possunt. vt in summa notatur §. non de editione instrumentorum.

Nota. legem

DE IN IUS VOCANDO.

Tit. II.

SUMMÆ.

1 *Reuerentia in faciendo & non faciendo consistit.*
2 *Libertus patrono patronaque reuerentiam præstare debet.*
3 *Marito ex persona vxoris non debetur reuerentia.*
4 *Liberto patronum sine venia in ius vocare non licet.*
5 *Quod præit aut sequitur multoties subaudiri.*
6 *Obsequiales operæ.*
7 *Parentes à liberis sine venia in ius vocari non possunt.*
8 *Rusticitas in multis excusat.*
9 *Imperator crimen & pœnam si velit remittere potest.*
10 *Impetrare veniam.*
11 *Pater siue naturalis, siue legitimus in ius vocari prohibetur.*

L. 1. SICUT *Reuerentiam.* quæ scilicet constat in faciendo, † 1 vt de assurgendo, salutando, & similia faciendo. & etiam debet intelligere quę constat in non faciendo, vt de nō vocando in ius. reputantur enim vna caro & vnum corpus vir & vxor. & ita sic debet reuerentiam vni & alij vnde dixit ita re exigente. i. æquitate. quandoque sumitur pro veritate: vt ff. ad leg. Corn. de fal. l. j. §. qui in rationibus. dicit enim, rem amouerint, fecerint quòd veritas non appareret in tabulis. & videretur quod hic dicit econuerso posse esse, quod scilicet † libertus patronę debeat 2 eadem ratione præstare reuerentiam marito ipsius. sed contra est: vt j. de ope. liber. liberti libertæque. & ideo dicit. l. illa pro contraria assignatur. sed aliud est in vxore, quando præstatur ei ex persona patroni reuerentia. Aliud in marito cui non debetur ex † persona v- 3 xoris nam aliàs iniuria facta vxori, mihi videtur facta: sed non econuerso. Defendi enim vxorem a marito non virum ab vxore æquum est. vt instit. de iniur. §. j. Vel respond. aliter quia illa non loquitur in talibus obsequiis, sed de opera. s. incerta promissa. si enim promisit patronæ operam c. dierum, vel alterius temporis, non tenetur ex illa stipulatione extraneo heredi, vel etiam marito patronæ, vt ibi. Sed reuerentiam quare præstat mulieri. s. de non vocando, & de assurgendo, tenetur præstare ei sicut tenetur vxori præstare ex persona, vt dicit in l. ista.

VENIA

L.2.

VENIA *ed. [illegible] petita.* Videtur à sensu contrario, quòd si sit petita [illegible] ergo quod aliquis libertus composuerit libellum [illegible] patroni. facto libello iuit ad potestatem, & dixit: D[illegible] bis licentiam quod possim patronum meum [illegible] ex tali causa, vocare in ius. si potestas non respondeat, [illegible] erat intentus aliis negotiis, nihilominus videtur [illegible] eum in ius. sed non ita intellige literam istam, i-

4 mò [illegible] venia, & impetrata † & permissa. & quòd ita sit, [illegible] l. [illegible] istius tit. cum dicat, sine permissu. & etiam [illegible] ergo non sufficit solum petere, nisi impetretur vel per[illegible] & ita subaudiendum est id quod sequitur. & hoc fit

5 [illegible] udiatur † quod præit aut sequitur; vt notaui [illegible] quia actio edi debet cum suis comitantiis. *Eorumque [illegible]* [illegible] vtrunsque sexus, & in infinitum scilicet ad o[illegible] secundum legis interpretationem, quamuis vsque ad tri[illegible] extend.: vt ff. eo. quique & de grad. & affi. iuris [illegible] rentes. *l. [illegible] si extraneus fu[illegible]t.* Sed videtur contra infra [illegible] l. [illegible] Respond. obsequiales operæ, quæ scili-

6 cet [illegible] transeunt, vt hic aliud in his quæ c[illegible] fa[illegible] o, vt ibi. Vel dic quod siue consistunt in facien do [illegible] transeunt, quia eadem est ratio in vtroque, vt hic. al[illegible] operæ, quia illa non transit, vt ibi. *Seu liberis eorum.* Sed videtur [illegible] liberi non debeant impetrare veniam, cum sint ingenui. vt [illegible] t. de [illegible] ge. & ideo quidam intellexerunt de liberis

7 ma[illegible] patribus, sed nos contra: quia † obstat rubrica de libertis & eorum [illegible] eris, vt hoc notaui j. de libertis & eorum liberis. L. vlt. [illegible] i. [illegible] ratione rusticitatis. nec ob hoc quod [illegible] & talem qui scire non poterat vtrū

8 fa[illegible] ex[illegible] quamuis alia † rusticitas in multis [illegible] ff. de iurisd. om. iu. l. si quis id. §. vlt. vnde [illegible] distinguendū, vtrum fecerit quis per rusticitatem [illegible] non teneatur. an contra ius naturale [illegible] vt hic dicit: & quando [illegible] peccauit [illegible] ciuili vel naturali, notatur plene in summa de [illegible] *[illegible] ratione*, non intellige, id est, iure [illegible] de iure naturali, neque seruitus, sed [illegible] ab eis beneficia acceperint, debent eis secundum [illegible] naturalis seruus dicitur cuilibet præstare reuerentiam. *T[illegible]* ideo dicit, quia si de pœna ista remittenda [illegible] ab imperatore, valet, sed videtur contra.

9 [illegible] Respond. quod imperator † crimen & pœnam [illegible] sed hoc non consueuit facere cuilibet, [illegible] quibus videt faciendum. Vel [illegible] c quòd [illegible] impositam [illegible] publica vtilitate. al[illegible]ud cum teneatur [illegible] qu. ex [illegible] quod [illegible] priuato. [illegible] pœnam illam

non debet remittere, cum in totum ius alterius tolleretur: vt s. de precibus, quotiens.

L.3. QVI in potestate *Aduersus eos.* id est patrem. & ita plurale resoluitur in singulare. vel dic quod in potestate patris. i. patrum. & tunc planum est. & intellige quod non possunt experiri in castrensi vel quasi: vt ff. de iudi. lis nulla. regulare tamen est quod non possunt. sed fallit s. de epis. aud. si lenones. ff. de condi. & demon. sacri. de adop. nonnunquam. si à parente quis manu. l. diuus. Si verò sit emancipatus, †veniam impetrat, & impetrata, vt l. superiori dixi, nō prohibetur, vt dicit. *Quod & in mat. perso. ob. est*, non per omnia, quia nō distinguitur habeat in potestate vel non. neminem enim habet in potestate, nisi à principe ei concedatur: vt inst. tit. de adop. §. fœminę. vel quia pater siue naturalis siue†legitimus prohibetur in ius vocari: vt ff. eod. parentes. mater autem, etiam si vulgo conceperit, cum semper certa sit: pater verò is est quem nuptiæ demonstrant: vt ff. eod. l. v.

10

11

DE PACTIS.

TIT. III.

SVMMÆ.

1 *Fideicommissum.*
2 *Sextans.*
3 *Conditionale fideicommissum.*
4 *Improbum votum.*
5 *Repudiatio.*
6 *Repudiatio ex vnius voluntate tantum pendet.*
7 *Voluntatem accommodare.*
8 *Remedium inter repudiationem & pactum.*
9 *Per pactum praeiudicari potest in futuro debito.*
10 *Pactum de futura successione non valet.*
11 *Fideicommissarius vniuersitatis pro herede habetur.*
12 *Remißio de futuro debito tenet.*
13 *Voluntas testatoris pro lege obseruatur.*
14 *Redhibitoria actio.*
15 *Causa finalis & compulsiua differunt.*
16 *Actio ex stipulatu.*
17 *Actio praescriptis verbis.*
18 *Res inter alios acta &c.*
19 *Spontanea voluntas.*
20 *Nouatione tollitur omnis obligatio.*
21 *Pactum tacitum de non petendo.*
22 *Diuisio pactorum.*
23 *Vtiles actiones.*
24 *Contrariorum eadem est disciplina.*
25 *Aquiliana stipulatio.*
26 *Res peculiaris.*
28 *Actio quando non tollitur sed instantia causæ.*
29 *Taciti pacti exceptio.*
30 *Solutione tollitur obligatio.*
31 *Ciuilis & efficax actio.*
32 *Ignorantia.*

33 *Alie-*

33 *Alienatio fundi dotalis non va les.*
34 *Signum vniuersale.*
35 *P[...]orum plures sunt vires.*
36 *Principale & subsecutiuum.*
37 *Praescriptis verbis actio.*
38 *Dolus impedit pactum valere.*
39 *Substractio instrumentorum.*
40 *Aliquem inebriare.*
41 *Pacta ex conuentione legem accipiunt.*
42 *Hospes.*
43 *Pactum nudum non parit actionem.*
44 *Pacta sex modis vestiuntur.*
45 *Fundus inaestimatus.*
46 *Vsfructuarius.*
47 *Diuersitates quando inducant contrarietatem.*
48 *Fiscus non patitur praeiudiciū ex pactis priuatorum.*
49 *Aestimatio fundi.*
50 *Pactis de non petendo vires.*
51 *Actio quomodo per pactum extinguatur.*
52 *Obligatio ciuilis & naturalis.*
53 *Difficile est obligationem semel extinctam resuscitari.*
54 *Obligatio literarum.*
55 *Vltima pacta seruanda.*
56 *Promissores ad soluendum quàm ad condemnandum esse debemus.*
57 *Naturalis obligatio.*
58 *Bonae fidei contractus.*
59 *Pacta in continenti & ex interuallo quomodo differant.*
60 *Pacta bonae fidei & stricti iuris.*
61 *Cur bonae fidei dicantur.*
62 *Extrinseca non veniunt in iudicio stricti iuris.*
63 *Pactum vestitum.*
64 *Ex pacto nudo non nascitur actio.*
Falentia huius regulae ibidem.
65 *Principale per se.*
66 *Veterem actionem infirmare.*
67 *Actio ex vendito bonae fidei.*
68 *Actio iniuriarum.*
69 *Ex pacto donationis actio competit.*
70 *Conditionalis venditio.*
71 *Contractus nominati, & innominati quasnam peterant actiones.*
72 *Rem reuocare.*
73 *Pactum legis commissoriae.*
74 *Condictio ob causam quando non habet locum.*
75 *Substantialia contractus.*

CONDICTIONIS *incertum*. Pone quòd aliquis habe- L.1.
ret duos filios: vnus vocabatur Licinius Fronto, alius Philinus patrem vocat Sempronium. facit Sempronius iste testamentum,& instituit suos duos filios heredes,& ita subiunxit,sicut plerique solent facere testatores, si alter filiorū meorum decesserit sine liberis,restituat portionem suam superstiti. & ita per fideicommissum† voluit prouidere vtrique eorum de restituenda portione hereditatis,si aliter moriatur sine liberis. Fronto postea habuit heredes. Philinus longo tempore stetit quòd non poterat habere,& tanto, quòd nunquam de caetero credebat se habere, & ita cogitauit quòd peteret à fratre suo Frontone, vt sibi remitteret ne restitueret fideicommissum si decederet sine liberis.

Fronto dixit quòd remitteret si daret ei aliquid. Plinius dixit quòd libenter daret ei sextam partem illorum bonorum. & ita accepto† 2 sextante conuenerunt ne vnquam moueret Fronto controuersiam de illis bonis. Postea Philinus accepta forte vxore alia iuuene filios habuit.decessit,mouente filio controuersiam de dato à patre eorum fratri suo Frontoni. quæritur vtrum possint infringere pactum sic factum cum patre suo. & dicit l. ista quòd non. *Conditionis incertum.* id est incerta illa conditio. sed videtur quòd illud fideicommissum relictum non possit remitti, quoniam fuit † conditionale 3 scilicet si filios non haberet.ergo pendente conditione remitti non potuit, cum ad remittentem non pertineat, sicut dicitur in herede, & in legato.ff.de leg j.si ita sit §.j.de acquiren. hered. si quis heres. & assignantur illæ leges contrariæ huic. Antiqui dixerunt, quod hic dicitur habet locum tantum inter fratres propter improbum† 4 votum captandæ mortis. tota die enim alius orabat & desiderabat quòd frater suus moreretur sine liberis:& ideo admittitur inter fratres, non inter alios: vt ibi: vnde faciebant vim in eo quod dicit. *Inter fratres.* quia inter alios vel de iure suprà dixerunt non habere locum, vt ibi Io. dixit, inter fratres & alios. & respondit legibus præallegatis,quia non habent locum nec loquuntur in casu

Repudiatio. in quo loquitur. l. ista. loquuntur enim in repudiatione, illa autem repudiari†possunt,in quibus admitti possumus si velimus,vt ibi di- 5 cit.Sed aliud est quando volo facere pactum de futuro debito,quia possum, vt dicit :repudiatio enim† ex vnius voluntate pendet tan- 6 tum:in pacto verò exigitur duorum consensus: vt patet per definitionem.vnde maioris efficaciæ est pactum,quàm repudiatio:& ideo aliud in pacto quàm in repudiatione. loquitur ergo in alio casu.& quòd pactum teneatur, nec sit facienda differentia inter fratres & alios quoscunque extraneos:probatur apertè ff.de minorib. Denique §.si quid & ff.eo.tit.hered.§.filia j.de don.spem.§. eo.si pactum Sed licet ad hoc contra.ita posset quis se defendere, non tamen poterit alium.imò videtur quòd in pacto & repudiatione: quia antequam sim heres,vel hereditatem adiero,si permitto legatario possidere legata,nihil mihi præiudicat etiam si†voluntatem accommo- 7 daui.aliud si post aditam hereditatem, quia noceret: vt ff. quorum legat.l.j.§.ait. A simili videtur hic vel multo magis, quia antequam ius is habeat,non poterit sibi præiudicare, etiam si accommodauerit voluntatem,& pacto remiserit.Respond.quia illa l.non loquitur in pactione vel remissione,cum enim aliquis non est heres,vel ante aditam hereditatem permittit alicui legatum possidere,non obligat se,cum nullum pactum interueniat,nec hoc sit actũ inter eos,quod nunquã sibi petere liceret,&licet cõmodauerit,nihil tamen conuenit de dãdo vel faciẽdo, quare non præiudicat sibi,vt ibi. sed aliud hic:quia bene voluit,nõ posset agere vel in futurũ, quia remisit.est ergo† remedium illud de quo ibi loquitur,inter repudiationem & 8

pactum,

pactum, non tamen est aliquod eorum, sed magis declinat ad repudiationem, quàm ad pactum. Quòd autem per pactum possit aliquis
9 sibi præiudicare † in futuro debito, probaui s. Tertio posset obiici, quia si remisit conditionale fideicommissum de restituẽda portione hereditatis, videtur pactum factũ esse de non succedendo, & ita nõ
10 valet, † cum sit de futura successione. Dicitur enim pactum de successione, quando quis paciscitur vt sit heres vel non sit: & sic non valebit: vt j. de coll. pactum. & de inoff. testa. si quando §. j. & ideo facio
11 similitudinem istius cui tenetur sic restituere, ad heredem, quia † fideicommissarius vniuersitatis & ille pro herede debet haberi, & etiā tanquam heres à creditoribus conuenia[ntur]: vt j. ad Trebell. & probatur hæc similitudo. ff. quod cum eo. si filius fa. § j. Respon. quia similitudo illa boña & vera est: sed in alio re decipit quia ll. prædictæ l. & aliæ loquuntur in eo casu quando quis paciscitur de hereditate alicuius viuentis. non enim debet fieri: vt j. de capt. ujs. l. nec nos præterit. si [fi]at pactum ne succedam, & si venio ad casum nostræ l. non tenet, si viuat ille de cuius hereditate agitur, vt dixi. sed hic non [v]uebat: quia posui casum quando Sempronius pater eorum [d]ecessit, patre mortuo bene potest alter eorum remittere. nec agebatur vt non esses heres fratris viui, quia tunc non valeret: sed ne peteretur fideicõmissum in futurum debitum ex testamento pa-
12 tris mortui. er[go] illa remissio † de futuro debito tene[t]: vt s. probaui per 4. ll. Quarto videtur quòd n[o]n valeat illa remissio, quia est contra l. cum sit contra voluntatem testatoris qui præcepit restitui:
13 & voluntas † e[i]us pro lege obseruatur: vt instit. ad l. fal. in prin. & authen. de nup. §. disponat. Respond. quia non valet pactum contra l. sed hic nec contra l. fecit, nec contra voluntatem testatoris, quia testator nolebat prouidere vtrique de restituendo fideicommissum: & de hoc solo cauit & cogitauit, quia satis habuit si sibi deferret ius agendi. vnde non facit contra voluntatem si remittat, cũ ei prouideretur, & esset cautũ quòd agere posset, vnde ei potest renunciare, cũ pro eo inductũ sit. & simile est in emptore, cuius gratia
14 inductũ est quod possit agere † redhibitoria si rẽ emerit morbosam. si vult ei renunciare ne agat. bene potest: vt ff. eo. pacisci. & idem in qual[i]b[et] actione quæ per legem competit, quia licet mihi remittere, non tamen facit contra legem: vt ff. de ædil. edict. quæritur de ea. §. vlt. Quinto videretur datio non valere: quia cum iste dederit ob causam motus quia liberos non habuit, nec credebat habere, & illa ca[us]a non fuerit secuta, cum habeat filios. ergo videretur quòd possit repeti: vt ff. de condic. ob causam l. j. & de condic. ob turpem causam l. j. Respond. quod dicitur in ll. illis, est intelligendum de
15 causa finali siue expressa, hic autem non erat † finalis, imò compulsi[ua, id]eo cessat repetitio: vt ff. de condic. ob causam l. iij § si quis & [ff. d]e condic. ob causam, si repetendi. si enim dixisset, ego dabo tibi ho[c, si] non habuero filios, bene posset repetere si haberet filios.

Sexto posset quæri,si pactum esset interpositum de sextante dando,& non esset datum facta remissione,vtrum posset agere? & ideo quæro,quia cum alteri fecerit quod conuenit, scilicet quia remisit, videtur quòd alius actione doli tenetur dare: vt ff.de præscrip. verbis.naturalis.§.quòd si faciam. Respond. quia si conuenit dare, & stipulatio fuit interposita,†agetur ex stipulatu, vel certi condictione.si non interuenit stipulatio, tunc agetur præscriptis verbis. nec contra dicit.l.illa naturalis.quoniam ibi loquitur quandovní abest alteri adest:& ideo dabitur præscriptis verbis,non de dolo,vt ibi notatur:& erit hic do vt des: quoniam cum remisit, pro eodem debet haberi ac si dedisset; & ideo poterit agere†præscriptis verbis: sicut dicitur in muliere.ff.de condic.ob causam,si mulier. Septimo solet quæri vtrum ista remissio sit transactio:vt j.tit.1.de fi.eod.si de hoc non erat quæstio,erit remissio,vt hic dicit: sed non gratuita. imò si aliquid sit datum,nec curo vtrum vnus tantùm sit rogatus restituere:quia si non filius tantùm sit rogatus,vt hîc videtur ponere, & ita vterque:nihilominus habebit locum quod hîc dicitur. 16 17

L.2. Post venditionem. *Contra emptores*.Ideo dicit,quia aliud esset si non contra emptorem vel heredem. oportet enim quod vel contra heredem vel emptorem intentent, vel contra eum qui loco heredis habetur,quia in aliis non præiudicaret,cum dicat regula,†res inter alios acta &c.Præterea contra æquitatem esset: quia ad quid deberet mihi præiudicare si ego mouissem actiones meas contra omnino non debitorem, & postea vellem venire contra debitorem? At hîc actiones suas dictauerant cõtra illum qui loco heredis est, quia contra emptorem hereditatis,si ille restituit & dixit, non teneor vobis:conueniatis heredem: bene potest facere,& hoc etiam impetrare.non enim cogi potest nisi quando emerit à fisco vt j.de hered.vel act.vend.l.1.& 2.ergo bene dicit.spontanea† voluntate susceperint eos.ex istis enim duobus id est si isti mouerint actiones,& alij súsceperint eas spontanea voluntate, præsumit lex ipsos tacitè pactum fecisse ne de cætero conueniant hæredem imò excipiet. Sed quare non liberatur ipso iure? Et videretur quia litem contestati sunt cum emptoribus:vnde videbatur quòd nolent de cætero alium conuenire:& nouatione†tollitur omnis obligatio:vt ff.de solut.solutione.si expressim agatur de nouatione: quod hodie fieri oportet. antiquitus poterat & tacitè:vt j.de nouat.l.vlt. sed hîc non expressum fuerat:vnde lex interpretatur pactum†tacitum de non petendo. Innuitur ergo hîc quædam diuisio† pactorum: quia quædam tacita sunt, quædã expressa:sic & ff eo.l.2.§.1.& l.3.4. Sed posset fieri quæstio in l.ista:quia qui emit hereditatem,vt:les habet† actiones contra debitores hereditarios.vt j.de here.vel act.vend. postquam eo. ergo eadem ratione videretur quòd posset à debitoribus conueniri: quia contrariorum†eadem est disciplina:& quia ad eum onus spectat,ad quem & emolumentum:vt ff.de reg.iur.secundum naturam. Resp. 18 19 20 21 22 23 24

verum

verum est quod dicectæ quæ competunt heredi, cedi possunt: vel vtiles dantur ex auctoritate legis. Aliud in competentibus contra heredem, quia illas cedere non possum: nec etiam lex transfert, nisi
25 interueniret Aquiliana † stipulatio, vel titulus vniuersitatis, meliorem enim possunt facere conditionem meam non deteriorem: vt ff. de neg. gest. soluendo.

SERVVS CREDI, &c. Consonat ff. eo. si debitor de acceptilat. L.3. species. & intellige quod dicit l. ista, circa dominica: quia in his non potest præiudicare in seipso cum deliquit: vt ff. de vi & vi arg. l. 1. §.
26 quod additur. ipse enim seruus non est res † peculiaris, quia nemo est in sui peculio: vt ff. de pecu. l. Stichus habet. in fi. In peculiaribus autem paciscendo domino præiudicat vsq; ad quantitatem peculij: vt ff. de peculio, si quis seruum. §. etiam nisi in casibus, vt si donet: vt ff. eod. l. contra iuris. §. si filius. & in aliis quæ notantur in summa. §. pactorum. in fin.

POSTQVAM RENVNCIASTI. Posset quæri de qua renunciatione loquatur, & voluerunt quidam dicere de tacita: vt si stetit L.4. per triennium hoc enim ipso dixerunt ipsum tacitè renunciasse. sed non peregit infra illud tempus. sed dominus meus contra, dicit enim perpetuam esse actionem vsque ad spatium xxx. vel xl. anno-
28 rum j. de præscrip. xxx. annorum l. vlt. vnde actio non tollitur, sed † instantia causæ, hic autem non loquitur de instantia, sed de ipsa actione: quia etiam si vellet agere de nouo non posset. ergo dic quòd expressim fuit facta renunciatio, siue inter istos siue inter alios in
29 iudicio vel extra, quia habet † taciti pacti exceptionem.

CREDITORI. *Partim iure ciuili.* Vt quia soluit, & tunc in totū L.5.
30 pro parte est liberatus, quia solutione † omnis obligatio tollitur: vt Inst. quib. mo. ob. tol. *Partim honorario.* Vt quia pactum factum est de non petendo, quia Prætor ait se obseruaturum talia pacta, si bona fide inita fuerint, vt ff. eod. iuris gentium. §. Prætor ait. Et dicebatur honorarium, quia Prætor cui honor debetur, præstat ei auctoritatē: vt Inst. de iure natur. §. Prætorem. Et in hoc casu liberatur ipso iure in naturali obligatione: vt ff. de solu. Stichum. §. naturalis. Ciuilis ta-
31 men † durat efficax: vt Inst. de except. sed glo. efficax, quia de substantia sua, & nihil deminuitur, non quòd ex ea possit agere. *Pacti conuentis.* Ista specialis est. *Vel doli.* Hæc generalis, quæ quandoque cessat propter reuerentiam personarum, vt ff. de dol. exc. apud Celsum. §. diuersus. *Per ignorantiam.* Facti vel iuris, cùm enim ciuiliter tan-
32 tum teneor, si soluam, nulla impedit † ignorantia quin possim repetere: vt j. de cond. ind. deb. & in tit. de non num. pec. & notaui s. de iur. & fact. ign. cum quis. & maximè per legem quandam solet dici, ff. de cod. ind. sed & si me. & not. in similibus tit. *Repeti potuit.* Sic ff. de cond. ind. qui exceptionē. §. vl. Bona est ratio, quia si habet actionē, ergo multo magis si ab eo petatur exceptio: vt ff. de reg. iur. cui damus.

PACTA QVÆ CONTRA LEGES. In multis potest poni L.6.

exemplum, vt in homicidio, & similibus quæ contra leges fiunt, sed in quodam casu poni potest in quo probabiliter possit dubitari: pone enim quòd maritus alienauit fundum dotalem consentiente vxore & iurante, & etiam pœnam promittente, non valet† alienatio, 33 quia fit contra l. Iul. de fund. dot. vt instit. qu. b. alien. licet. in princip. *Constitutionibus.* Vt quando aliquis qui potentior est officio, fecit pactum de patrocinio præstando: non enim debet fieri, vt infrà ne liceat pot. Vel contra bonos mores, vt quando fit pactum de futura successione, vel pro quota portione: vt infrà de inu. stip. ex eo. ǰ. eo. pactum. Non ergo valent hæc pacta, siue contra legem fiant, siue in fraudem: & hoc fit quandoque de persona ad personam, quandoque de re ad rem: vt not. suprà de legibus non dubium. *Nullam vim.* In agendo vel excipiendo, & ideò posuit† signum vniuersale, 34 quia pactorum †plures sunt vires: pariunt enim actionem, perimunt, informant, & elidunt. & hoc in pactis licitis, & quæ bona fide sunt inita. Pacta ergo quædam fiunt contra legem, vt hîc. Quædam secundum, vt in venditione, locatione. Quædam, præter: vt quod neque contra legem est, neq; secundum: vt quando paciscor alteri dari. In primo nec principale valet, nec subsecutiuum, si pœna promittatur: vt ff. de verb. obl. si huiuscemodi. In secundo & principale† valet & subsecutiuum: vt ǰ. eo. si pact. & altero debet esse contentus, nisi in cõtrarium sit dictum: vt ff. eo. rescriptum. §. si pacto. In tertio dico quòd primum non valet: valet tamen pœna promissa, si alteri non detur: vt inst. de inut. stip. §. alteri.

L.7. Debitori. *Tradidisti.* Id est, dedisti vel vendidisti: vt ff. de her. vel act. vend. l. 2. §. vlt. *Si modo pacto subiecta est.* Si non est subiecta, dabitur† præscriptis verbis, secundum regulam generalem, ǰ. de rer. perm. rebus. 37

L.8. Si pascenda. *Per iudicem compelletur.* Si quæritur qua actione, cùm hîc non dicat. Resp. pro socio, si data fuit animo societatis: vt ff. eo. cum duobus. si non animo societatis, dabitur præscriptis verbis: vt ff. pro socio. margaritam.

L.9. Cum postea. *Matrem tuam circumuenerit.* Si bona fide pepigisset, & ex neutra parte dolus versaretur, benè valeret, quia Prætor ait, Pacta quæ sine dolo, &c. Sed hîc dolo† fecit, & ideò non valet: & pone exemplum, quia iste fuit victus in causa de mancipiis. Postea blanditus est illi mulieri, & dixit se potentem, & talem qui habebat potestatem in talem hominem, & cui vellet daret eum vt in virum si per hoc induceat eam ad remittendum, non valet. Vel pone quando iste† subtraxerat instrumenta in quibus continebatur de sententia, vel de emptione illorum bonorum, & ita extorsit ab ea pactum, non valet: vt ǰ. de transact. sub prætextu. Vel pone quando inuitauit eam, & ita dedit ei comedere, quòd† eam inebriauit, & sic pactum extorsit, non valebit, vt dicit. *Ago cœperit.* Excipiendo per pactum dolo factum de non petendo: liberetur enim per replicationem. 35 36 38 39 40

tionem. Vel intellige quòd fecerit ei promittere pœnam.c.marcarũ si veniret contra si peratur pœnam, liberatur à pœna mulier.

41 L[illegible] Id est, conuentionem, quæ est lex. Pacta enim † ex conuen[illegible] legem accipiunt: vt ff. depos. l. 1. §. si conueniat. *Pro alumna.* L. 10.

42 P[illegible] pro ea quæ alit, vel quæ alitur, sicut † hospes. *Quod dici solet.* Et ad[illegible] verum est. *Ex pacto.* Scilicet, nudo. Ex eo enim non na scitur actio, nisi mirabiliter in casibus: vt not. j. eo. in bonæ fidei. Si

43 ergo nud[illegible] † dicitur quod actionem non parit, ergo bona ratione

44 dice[illegible] vestitu[illegible] quod parit. Vestiuntur † autem sex modis, vt in summa. §. ve[illegible]. *Validu.* i. efficax, non ad differentiam directæ, quia & directa datur.

Ex conventione. *Competere non potest.* Quia nihil sua in- L. 11.

45 tererat: erat enim fundus † inæstimatus, & ita apud eum non erat remansurus. Sed aliud quando æstimatus est, quia tunc posset agere, cum retineat fundum: & ita sua interest, vt dicit. In primo etiam casu poterat agere pro præterito tempore, sed non pro futuro, sicut di-

46 citur in † vsufructuario. ff. de vsufr. l. quæsitum. Assignatur contra. j. sine censu vel reli. l. 1. quia ibi dicit de censu, hic de vsuris. sed simile ibi, sed & si, ibi non competit, hic competit. & ita habes tres diuer-

47 sitates quæ videntur † inducere contrarietatem. præter hoc eadem verba [illegible] & ibi ponuntur. quidam dixerunt quòd hic in vsuris loquitur, aliud in tributis, quia illicitum est pactum à non possidente

48 in possidentem. sed hoc non placet: quia quo ad fisci † præiudicium non tenet, sed quo ad priuatos bene tenet. dic ergo aliter quia si fuit inæstimatus, non datur actio ex vendito si fuit æstimatus: & ob hoc

49 fuit facta æstimati[illegible] † vt non fundus repeteretur, sed precium augeret, vt hic[illegible] verò ob hoc fuit æstimatus, vt res redderetur, & si quid deterior facta est vel deminuta, eius precium: vt infrà de iure donat. si inter virum, non agetur, vt ibi. *Ex vendito.* Id est ex empto.

Pacta novissima. *Si conuentione quæ præcessit.* Scilicet L. 12. de non petendo. *Vsuram se non esse consen.* Quia pactum factum fuit de petendo. & videamus de viribus primi pacti de non petendo,

50 & sequentis de petendo. habet enim tantas vires pactum de † non petendo, quòd extinguit ipso iure naturalem obligationem, siue sit socia ciuilis siue non: vt ff. de iureiurand. l. antepenult. Præterea secundam habet vim, quia opponit spectaculum ciuili ne possis

51 quis agere. non dico quod extinguat † actionem, nisi in talibus casibus vti speciale est quòd ipso iure tollat actionem: vt ff. eodem si [illegible]nus. §. pactus. Impeditur ergo actio. quia per eam pecunia peti non potest: sed tamen lex dicit eam durare efficacem quantum ad v[illegible]es iuris. & quo ad sui substantiam: vt institution. de excep. §. 1. Præterea tertium operatur illud pactum de non petendo, quia per id creditor naturaliter dici potest obligatus ne petat. & ita Io. dixit. vt sicut cum promisi per stipulationem ne petam, teneor ciui-

Legendum videtur obfatalium.

liter† & naturaliter non petere: ita si per pactum de non petendo na- 52 turaliter quis obligetur. Sed fortè dicit quis, non est ita, quòd aliquis per pactum de non petendo obligetur naturaliter ne petat: vt ad hoc præstat arg. ff. de iure dot. si pater filiæ §. quæ debitorem, sed illud quod ibi dicitur non obligatur, intellexit Io. scilicet aliquid da re, sed tamen obligatur ne petat. Vel intellige non obligatur scilicet ciuiliter, sed naturaliter: vt s. dixi. Vidimus ergo de iuribus pacti primi de non petendo: modo veniamus ad sequens de petendo. Et dicendum quòd pactum illud obligationem naturalem extinctam per prius pactum de non petendo non resuscitat, quòd difficile est† 53 obligationem semel extinctam resuscitari, est tamen quandoque, vt not. j. si aduersus transact. l. 2. sed obstaculum quod primum de non petendo opponit ciuili obligationi, reiicit remedio replicationis. Et satis dici potest vt illa naturalis obligatio qua tenetur creditor per pactum primum ne petat, tollatur ipso iure per secundum, quia consensu erat contracta: ergo contrario consensu tolli potest, dicet aliquis, si ita est, quòd pactum secundum de petendo non resuscitat extinctam obligationem per primum pactum de non peten do, sed obstaculum quod præstabatur ciuili repellat: quomodo erit hoc, quòd sola ciuilis quæ remansit, sortiatur effectum? Non videtur, sicut est in obligatione† literarum, quia per id solum non obli- 54 gatur quis nisi pecunia non fuerit numerata: vt inst. de literarum oblig. & præterea quòd non sortiatur effectum per legem, potest haberi ff. de solu. Stichum. Respon. quia naturalis sublata est, & remansit ciuilis tantùm, nec resuscitatur naturalis per pactum sequens de petendo: non tamen propter illud pactum sequens audet mutire debitor de pacto primo de non petendo. si enim excipiat, & dicat tu fecisti mihi pactum de non petendo, nonne alius dicere poterit, tace: & tu non fecisti mihi pactum de petendo? Sicut in exemplo potest videri. pone me habere aduersarium fortissimum, qui ligatus est: & si non esset ligatus, me & plures alios vinceret. si insurgam in eum cum armis, possum de eo facere ad voluntatem meam, sicut fecit Dauid de Golia. ergo ipsa ciuilis obligatio per se non habet effectum, sed cum sequenti pacto de petendo: quia de primo de non pe tendo non audet mutire debitor, vt dixi. vltima† enim pacta debent 55 seruari, vt dicit. Si dicat aliquis, quare non tollitur ipso iure pactum de non petendo per sequens de petendo? Respon. quia non tantam habet vim secundum quantam primum: quia primum parit liberationē, sequens obligationē, & proniores† debemus esse ad soluendū, 56 quàm ad condemnandū: vt ff. de act. & obl. Arrianus. Sed dicas quia post pactū de petēdo pepigit tertio de nō petēdo. & ita quęras vtrū per istud vltimū videatur prima naturalis† obligatio extincta, quia 57 creditor tenetur ad non petendū, resuscitari. Resp. non: nec operari hic poterit illa tria quæ. s. dixi. quod enim extinctum est, non extin guitur, vel resuscitari potest, sed operatur vt illa replicatio tollatur,

quia

quia repellebatur impedimentum primi pacti de non petendo, quod praestabat actionem.

IN OMNIBVS BONAE FIDEI. Aliàs siue omnibus. Primo L.13.
58 quaeritur quare dicat in bonae fidei. quasi non idem esset in stricti iuris iudicii, quòd. s. actio nascatur, si in continenti fiat? Et certè imò: vt B. fecit ir d xisse, & respondisse: sed contradicit, quia in con-
59 tractibus bonae fidei videbatur quòd siue in cõtinẽti siue ex interuallo fiant, vtrinque pariant actionem. sed contra est nisi incontinenti fiant: vt dicit idem in stricti iuris iud. vt ff. si cert. peta. l. lecta. & ĵ. eod. petens infra de vsur. si vsuras, & potest hic notari quae-
60 dam diuisio pactorum: quia alia sunt bonae fidei, alia stricti iuris. potest etiam notari in ĵ. it. de act. §. actionum. quidam addiderunt quaedam arbitraria. Nos sufficientem dicimus primam diuisionem. Di-
61 cuntur autem bonae fidei, non quòd solum in his bona fides obseruetur quia & in contractibus stricti iuris habet obseruari: vt ĵ. de act. & [illegible] in [illegible] tibus. sed ideo dicuntur bonae fidei, quia maxime in [illegible] bona fides seruatur, cum in eis multa veniant de quibus nec dictum est nec cogitatum: & in eis venit interesse secundum
62 quod iudici videbitur, & talia extrinseca in stricti iuris iudicio nõ veniunt, sed solum quod conuentum est venit. *Ex pactis.* s. nudo. & hoc probatur. vestitum enim fuisse, vt patet per finem istius. l. quia dicit, [illegible] quod postea placuit, id non pet. sed excep. par. ergo
63 non erat vestitum, cum illud pariat actionem, non tantum exceptionem. *Si ex continenti.* i. antequam contrahentes diuertunt ad alia negotia, argum. ff. ad l. Iul. de adul. §. quod ait. & de verb. obl. continuus § 1. & duob. reis l. duobus. §. duobus. & de testamen. l. haeredes. § vno contextu. Quandoque dicitur in continenti fieri. i. intra triduum. ĵ. de erro. aduo. sententiis. quandoque tamen interponitur aliquod tempus. ff. ad leg. Fal. l. 1. §. item si ita. non ergo nascitur
64 ex pacto nudo actio. fallit tamen in casibus, vt in pollicitatione do [illegible] de [illegible] pol [illegible] ad exactionem. Fallit in accessione frumenti mutuati: vt ĵ. de vsufru. frumenti fallit in pacto donationis: vt ĵ. de dona. si quis argentum. fallit etiam in constituta pecunia institut. de actio. § de pecunia. Idem etiam in vsuris ciuitati promissis, vt infrà de vsur. etiam. Patet ergo quòd hic loquitur de pacto quod inest [illegible] principali cum dicit ex continenti. principale enim siue ex continenti siue non parit actionem: quia non potest dici in continenti
65 respectu alterius pacti quod ipsum praecedat. cum principale per se sit, nec ex alio vim sumat, & ita non dicetur in continenti appositum vnde non loquitur hic de principali, sed de subsecutiuo, & hoc idem probatur per l. ff. de contrah. empt. l. pactum. Sed quae datur actio ex pacto isto nudo adposito incontinenti? Resp. praescriptis verbis [illegible] maturetiam vetus, vt puta si vendidi, datur ex [illegible] ad [illegible] pactum fuerit appositum in continenti vt mihi scribat,
66 [illegible] bit vetetem: quia modo dabitur ad hoc ipsum vt scribat.

Vel pone alio modo, quia†actio ex vendito sine natura bonæ fidei 67
est:vt instit.de actio. §. act onum. cum autem succedit in locum actionis istius, suam formam assumit.ista autem stricti iuris est, nisi in casu:vt instit.de act.§.actionum. ergo & illa:sicut alias dicitur de actione ex stipulatu succedente in locum†actionis iniuriarum, quia 68
naturã suam recipit,nec transit ad heredes sicut illa:vt ff.si quis cautio.l.si eum.§.qui iniuriarum. Patet ergo qualiter pactum in continenti oppositum informat actionẽ veterẽ & hoc intellige, si quam reperiat informandã. alioquin cõtra. & posuit dominus B. exemplũ in cõtractu donationis,ex quo antiquitus nulla dabatur actio: & ideo dicebat quod ibi non informat actionẽ cum nullã repetiat informandã.sed hoc si respiciamus antiquũ ius,non valet: quia de antiquo iure contractus ille talis naturæ erat.quòd nunquã ex eo cõpeteret aliqua actio & ita ex sequenti pacto non posset agi. Præterea si respiciamus modernũ ius, nihil est quia hodie ex pacto†dona- 69
tionis actio cõpetit.vnde hodie siue in pacto apponeretur, siue in ipsa rei traditione,bene informaret veterẽ actionẽ, quare Io. magis placuit ponere exemplum in cõditionali†venditione: vt ff.de peric. 70
& cõmo.rei ven.si in venditione: contractus enim ille talis naturæ est,quòd ex eo nascitur actio ex solo consensu.patet ergo quæ actio detur quia præsc.ver. Sed ad quid datur? Resp. ad interesse. distinguo tamen:quia cũ pactũ apponitur,aut in contractibus nominatis, aut in innominatis.si in†contractibus innominatis,duæ competunt 71
actiones.s.præscr.ver.ad interesse:& cõdictio ob causam ad reuocãdum quod fuit traditum:vt ff.de præsc.ver.naturalis.§.sin autem.& C.de cond.ob cau. si vt proponis.& de rer.permut.cum precibus.si autem in contractibus nominatis:aut qui pactum apposuit, alias erat contracturus,aut non:primo casu rem non reuocat. sed agit præscrip.ver.aut actione ex eo contractu, quæ informata est per pactũ: vt ĵ.de rescin.vend.ea conditione in secundo rẽ†reuocat, & quidẽ 72
actione ex vendito,si est solutum prætiũ,vel aliàs satisfactũ:vt ĵ de pact.inter emp.certe si non esset solutum prætium,rei vindicationẽ intendit:vt inst.de rer.diuis.§.venditæ: In casibus etiam soluto pretio rei viudicationẽ habet:vt in pacto†legis cõmissoriæ, & adictio 73
nis in diẽ:vt ĵ.de pact.inter empt.l.cõmissoriæ. & ff. de rei vindic. si quis sub.& de in diem addic.vbi autẽ.§ sed & de contrahen.emp.si quis sub.Sed condictio ob causam † in his contractibus non habet 74
locum vt ff.de rer.permut.l.1.in fi.ff.de cond.cau. da.non secu.l.vlt. M.contra. vt ff.de act.emp.ex empto.§.is qui vina. sed ibi loquitur in quadã speciali donatione arrarum, vbi datur condictio ob causam.sed& in casu datur:vt ĵ.de donationib.quæ sub modo.l.1.ita est in casibus accidentalibus contractui. vt quando paciscitur quis de aliquo extraneo cõtractu,vt codice describendo,si vendidit,& similia:illa enim si apponantur incontinenti, pariunt actionem, sed ex interuallo, exceptionem.& idem in naturalibus contractui,vt puta

quia

quia de natura contractus venditionis est, vt promittatur de euictione. si ergo pactum fit in cōtinenti vt prętentur fideiussores pro euictione, parit actionem, aliud si ex interuallo. sed alij appellauerunt de natura contractus quæ sunt de substantia. sunt autem substantialia. † vt de augendo vel diminuendo prædio, & quandocunque fiat per nouam actionem aut veterem secundum lo. sublatam, nisi in contractum agatur: vt ff. de contrah. empt. pacta & de rescin. ven. l. 2. dominus meus distinguit inter incontinenti an ex interuallo fiat pactum primo casu per secundam conuentionem non receditur a prima, cum fingatur nunquam fuisse in secunda, argu. ff. de cond. & dem. n. nam ad ea alij dicunt veterem manere, & secundum ei accedere, nisi aliud agatur, arg. ff. eod. iurisgentium. §. adeo. & § per pactum.

SVMMÆ.

1 *Permutatio.*
2 *Stipulatio pœnalis.*
3 *Pactum permutationis.*
4 *Pœna certa.*
5 *Certi conditio quando datur.*
6 *Actio ex stipulatu.*
7 *Naturalis obligationis nouatio.*
8 *Nouatio non dicitur fieri si id actum sit.*
9 *Primum vtile dat vires secundo inutili.*
10 *Ab accessorio non sumit vires principale.*
11 *Accidentale pactum.*
12 *Conditio existens informat actionem.*
13 *Mora.*
14 *P[illegible] traditione fit obligatorium.*
15 *Quando committitur pœnalis stipulatio.*
16 *Interpellatio.*
17 *Agere ad pœnam.*
18 *Stipulatio pura.*
19 *Obligatio ciuilis & naturalis.*
20 *Impuctita stipulationes.*
21 *Conditionalis stipulatio.*
22 *Penus legata.*
23 *Purgatio moræ.*
24 *Casus fortuitus.*
25 *Stipulatio pœnalis, conditionalis & pura.*
26 *Omnis pœnalis stipulatio est conditionalis sed non è conuerso.*
27 *Potestatiua conditio.*
28 *Pactum de futura successione non valet.*
29 *Conditio.*
30 *Scriptura quando exigatur.*
31 *Signum vniuersale.*
32 *Diuisio & solutio particularis.*
33 *Donatio causa mortis.*
34 *Pactum de futura successione valet inter milites.*
35 *Sopita controuersia quando dicatur.*
36 *Pactum transactionis nudum.*
37 *Transactio non dicitur nisi aliquid datum, vel promissum seu retentum fuerit.*
38 *Pupillum spoliare non licet.*
39 *Filij quodammodo rerum paternarum domini censentur.*

L.14. SI PACTO. Pone quòd inter aliquos conuenit nudo pacto de rebus aliquibus † permutandis, i. vt si Titius 1 daret Sempronio Codicem, Sempronius daret ei Digestum. Vel pone quando nudè conuenerunt quòd vnus eorum iret ad locum illum, alius ad alium, postea subiectum fuit nudum pactum de poena, sed noluerunt remanere in tali nuda conuentione. imo adstrinxerunt se per stipulationem † ad poenam, quòd si 2 ita factum non esset, daret alter alteri centum marcas. Quare si alter istorum pacto conuento primo non steterit, vtrum possit alius agere? Et dicit quòd potest cogere ad hoc quod conuenit dandum, vel facien-

faciendũ, vel si dare aut facere noluerit, conueniet eũ ad pœnã, & si hoc nõ sufficit ei, imò vult in possessionẽ bonorũ aduersarij mitti, nõ hoc poterit vel debebit postulare. Assignatur ergo casus huius legis 3 in do vt des. In pacto † permutationis. vel in facio vt facias, & in primo nõ nascitur actio ex nudo pacto: vt no. j. de re perm. ex placito. Posui etiã casum quãdo placitũ nudũ est, non tamen hîc dicit, sed ita intelligendũ. Vel etiã pone quãdo est vestitũ. nã pro hoc est arg. quod dicit in litera, id quod in cõuen. dene. vt fiat cõse. si nudũ dicas bene potest poni, quia sic cõsequetur, vt j. de cõtr. stip. l. nuda: nõ curo ergo in quo ponas. *Si pacto* .s. secũdo nudo. *Ex stipulatu agẽ*. Sed nónne posui in casu quòd pactio nuda fuerit facto subsecuta pœna li stipulatione certa? qualiter ergo agetur ex stipulatu ad pœnã, cùm 4 pœna † sit certa? imò potius videretur certi condictione, vt ff si cer. pet. si quis certũ. Inst. de verb. obl. in princ. Resp. quidã, ideò agit ex stipulatu, quia nesciebat quid cõsequeretur, vtrũ id quod in cõuentione cõtinebatur, an pœnã. Pro eis est ff. de verb. obl. liber homo. §. vlt. & l. vbi non apparet § qui illud. Sed hoc non placet Io quia sic semper posset dari ex stipulatu, vbi agitur de certo, quia incertũ est vtrũ certum detur, an æstimatio. Dic ergo ex stipulatu, i. ex eo quòd 5 interposita est stipulatio, datur † certi cõdictio. Vel pone casum, quãdo ad pœnã non tenebatur certa quãtitate: quia cõuenit ita, si nõ feceris hoc promittis mihi facere turrim, & ita nihil repugnat, quia ad 6 hoc incertũ benè dabitur † actio ex stipulatu. *Consequeris*. Ideò dicit, quòd agi possit: motu enim pœnæ promissę nudo pacto parebitur. Vel dic quòd vestitũ fuit, vt s. dixi. Et posset quæri in l. ista, vtrũ na- 7 turalis obligatio quæ fuit ex nudo pacto orta, † nouata sit per stipulationẽ, quod videtur: vt ff. de act. & obl. obligationũ ferè. §. vlt. nã licet olim nõ fieret nouatio, nisi hoc ageretur, vt ff. de noua. l. 2. pręsumebatur tamen quandoq; agi, vt hic & similib. casibus: vt inst. quib. mo. 8 obl. tol. §. sed cùm hoc. Si autem esset actũ ne fieret † nouatio, manet vtraq; pactio obligatoria, & agi posset ex vtraque pro alterutro cõsequendo, non vtroque, nisi hoc actum esset, vt ff. de verb. obl. ita stipulatus. §. vlt. Sed cùm hîc nuda præcesserit pactio, quæritur an ex priori pacto agi possit apposita pœnali stipulatione, quia sicut pri- 9 mum † vtile dat vires secundo inutili, ita videtur quòd si primum fit inutile, per secundum vires sumat, sicut econuerso: vt s. l. prox. Verum est quòd pactum secundum vires assumit à primo: sed hîc pactum principale erat nudum, accessorium vestitum, ab accessorio 10 autem non sumit vires † principale, quia aliud ab eo sumit: vt s. dixi. & ita non dico quòd ratione vicinitatis non possit agi ex nudo. Quandoque tamen lex alio modo interpretatur in simili casu speciali: vt ff. de ope. lib. si ita stipulatio. Quid si præcessit pactum nudũ 11 de permutando, & incontinenti sequatur aliquod accidentale † pactum, postea primũ nudũ vestitur traditione : ei ex interuallo, nunquid agetur ex secundo ex eo quod erat incontinenti appositum?

Resp.non, quia cùm apponeretur; ex alio vires non sumebat, cùm esset nudum, & si vestitur ex interuallo, non ob hoc agi poterit ex secundo nudo, secus tamen vbi efficaciam sumpsit à principio sub condicione, quia condicione† existente informat actionem, & ex ea 12 vires sumit: sicut est in pacto nudo apposito incontinenti in condicionali vēditione, vt ff. de per. & con. si in vēditione, & not. s. prox. *Vel pœnam.* Sed quando committitur pœna ista cùm promisi me ista re pacto nudo, vel etiam obligatorio, sicut s. posui. Si respōdeat quis quandocunq; dare cessauero. & ita ratione† moræ non videtur hoc, 13 quia posui in casu quòd pactio præcedens esset nuda, & ita non agetur ex ea, nec ibi quis poterit esse in mora, ergo secunda pœnalis stipulatio nunquam committetur ratione moræ. Si dicis quòd imò potest esse quòd fuisset in mora, quia posuisti quòd iuissem Mutinam, vel tradidissem Codicem, & tradidi, vel iui, tunc non committetur in eo quòd nudum, sed in eo quòd obligatorium: traditione † enim 14 rei fit obligatorium, & potest agi, aliter non: vt j. de rer. perm. ex placito. & l. quoniam asseris. Dic ergo quòd cùm præcedit pactum obligatorium ex quo per se actio nascitur, tunc demum committitur† 15 pœnalis stipulatio illi pacto adiecta, cū potuit dare vel facere, & nō fecit. Si verò nudum tantùm præcedit pœnalem stipulationem alit. cont. vt j. de contr. stip. nuda. Sed in hac commissione tres fuerunt opiniones. Quidā dixerunt quòd committitur pœna lit. cont. arg. j. de contr. stip. nuda. & hoc cùm pactio puta de aliquo faciendo præcessit stipulationem pœnalē, si nulla præcessit, tunc cùm potuit facere & non fecit, vt ff. de verb. obl. l. itā stipulatus. Io. distinxit vt s. vtrū obligatorium pactum præcedat, an non. Primo casu cùm potuit facere, & non fecit, vt ff. de verb. obl. l. ita stipulatus. §. vlt. & hoc intellexit cū temperamento quodā vt labatur tantū tēpus, quo potuit dare vel facere: & intellige quòd ante non committatur, & interpellatio† sit secuta, & sic videtur fuisse in mora, vt ff. de vsur. mora. Vel 16 dic sicut s. dixi, quòd non spectatur interpellatio, & ita committitur ex euentu condicionis, si potuit facere, & non fecit, si verò nuda sit pactio, committitur lit. cont. vt j. de contr. stip. nuda. Aliud quando nulla præcessit pactio, vt cùm dicitur, si Pamphilum non dederis dabis c. marcas. & ita hæc cōdicionalis. Vnde quidā antiqui distinxerunt, vtrū à condicione incipiat pœnalis stipulatio, & committitur cùm potuit dare & non dedit, alij verum à pacto. & tunc à lit. cont. & sic antiquitus fuit distinctum, incipiat à pacto, vel condicione, nos non ita, vt suprà dixi. Ista ergo stipulatio quam nulla præcedit pactio, committitur quando desiit posse dare incommutabiliter, & non debet. Sed quando est hoc? & certè quando Pamphilus decessit, tunc incommutabiliter verum est quòd non potest dari: si verò viuit Pamphilus, & elapsus sit vnus dies vel duo, videtur quòd possit† agi ad pœnam, quia verum est se non dedisse. sed non 17 ita est, quia si non dedit post vnum diem vel duos, non sequitur quòd

quod de cætero non possit dare: nec enim desiit posse dare, & ideò non committitur hîc, cùm potuerit dare & non dedit, sicut in superiori casu. Et est ratio, quia cùm præcessit efficax pactio de dado in-
13 continenti ... potuit dare, debuit dare. Fuit enim stipulatio† pura, & ... puta ... incontinenti, vt inst. de verb. obl. § purè. Aliud cum ... quia ex ea nõ potest agi, nec in ea potest al quid
19 aliud ... & ideò ci ius cõmittetur pœna adiecta obligationi† ... naturali, quam cùm naturaliter tantùm est aliquis obligatus. Sed et quod dicitur in condicionalibus committi pœnam cùm desierit posse facere, & non fecit, videtur contra. ff. de verb obl. si T... Dicit enim quòd promisero dare illi, si tibi non dedero, & ... non dedero, quòd non committitur stipulatio donec sit ... contestata: postea enim non potest peti ab altero, si cum vno lis
20 fuerit contestata. Resp. quia regula nostra fallit in implicitis† stipulationibus. Vel aliter, quia ibi loquitur quando stipulatus sum à te si ... non dederis. Est enim aliud in hac stipulatione quia idem acsi
21 ita stipularetur, si Titio non solueris, mihi dabis. Vnde† condicionalis est, vt ff. de solut. qui res. §. qui stipulatus. Non ergo potest committi nisi aduueniente condicione: xtat autem condicio, cum ab altero eorũ petitur quia post ab altero nõ potest peti, quamuis ante & vterque ... possit, & ab vtroque peti, vt ff. de solut. si quis stipulatus fuerit x. in mille. Aliud assignatur contra. ff de fideius. fideiussor obligatur. §. vlt. Sed aliud est cùm ita promittitur, si non dedero Stichum, dabo ... aliud cùm dicitur, si non dederit ille, dabis tu: vt ibi. Præcessit enim pactio obligatoria in persona rei principalis, hîc non. Vnde illud ita intelligendum est, si ille non dederit interpellatus, tu dabis: vt ibi dicit, & ideò committitur post litem contest. Fal-
22 lit autem quod diximus, in penu leg. ta.† quia si penus legata sit, & si non data fuerit ab hærede pecunia, tunc peti demum potest pecunia, cum penum ... potuit, & non dedit: vt ff de verb. oblig. ita stipulatus §. vlt. & hoc est fauore vltimæ voluntatis: vt ibi dicit in litera. & apertius dicitur ff. ad leg. Fal. l. 1. §. item si quis ita fallit etiam fauore libertatis: vt ff. de manu. testa. libertas §. 1. Sed quando
23 licet† purgare moram? intra tres aut quinque pluresve dies paucos tamen: vt ... si quis cautio. si post tres, & hoc secundum antiqua iura. hodie enim videtur quòd non solum intra paucos dies liceat, sed ... multos: vt inf. de fideiussor. sancimus. illa enim. l. posterior ... corrigit aliam veterem. Vel in l. de fideiussor. loquitur ... fideiussore qui promisit alium sisti. illi enim succurritur, vt ibi quando pro alio promisit, & non potuit eum repræsentare. si enim
24 ... iustam exceptionem, vel casu† fortuito impediatur, bene ... ur et, vt de caub. illis. & quòd succurritur, l. igitur ff. si quis caut ... sed cum nullum habeat impedimentum, nec exceptionem ... iustam, dic quòd in tali casu loquitur lex vetus: voluntate ... sua nullo alio impeditus noluit parere obligationi. si enim

non voluit repræsentare & potuit sine impedimento, non habet spatium sex mensium, sed trium dierum aut quinque vel plurium paucorum tamen ita est in iudiciis. nunquid idem in contractibus? quidam distinxerunt vtrum stipulatio sit pœnalis † an conditionalis tan- 25 tùm, an pura. Si conditionalis, dic vt in l. ff. si non paruit spontanea volũtate intra paucos dies. sed ita in reo, aliud in fideiussore: vt in l. de fideiuss. & ibi notaui. in arbitris, si arbiter apposuit diem, non licet purgare: vt ff. de arbitr. si cum dies. & l. Celsus. Si verò sit pura, licet ante lit. contestat. & si non factum deterius ius actoris: vt ff. de verb. oblig. si insulam. & l. si ita quis. §. Seia. & l. qui Romæ. §. Flauius. Si quidem fuerit pœnalis, & ita conditionalis, quia omnis pœnalis † conditionalis, sed non econuerso: tunc non videtur quod li- 26 ceat. statim enim adueniente conditione committitur stipulatio: vt C. de contrahen. stipu. l. magnam. & ita visum fuit domino Io. & domino B. & multis aliis. M. videbatur, si stipulatio suo tempore impleta non fuerit indistinctè & in pura & in pœnali & conditionali obligatione in iudiciis & extra moram posse purgari, nisi lis sit contestata, vel ius actoris factum deterius. Alij dixerunt idem, quod M. in potestatiua † conditione: in casuali idem quod nos. *Citra solemnem.* 27 Veluti si reus bonis cessit, iudex officio suo posset interea transferre. vel si respondere noluerit, vel si respondeat, si fuerit condemnatus.

L. 15. PACTVM. *Quod dotali inst. comprehensum est.* Inter patrem & filiam. *Ex æqua portione.* Et ita est de † futura successione. quod non va- 28 let: vt not. j. eo. l. vlt.

L. 16. CVM PROPONAS *Testes vt qui primi reb. hu. exime.* Inest † con- 29 ditio si moriantur sine liberis: vt j. de fideicom. cum acutissimi. & de inst. generaliter.

L. 17. PACTVM QVOD BONA FIDE. *Et si scriptura non existente.* Quibusdam tamen speciale est, vt exigatur † scriptura vt not. su- 30 prà de sacrosan. eccles. authentic. hoc ius & infra de iure emphyteu. l. 1.

L. 18. SI CREDITORES, &c. Assignatur contra. ff. de leg. 1. si ex toto. sed solue vt notaui j. de fideiuss. reos. *Quemquam.* Id est, quemlibet vestrum. signum † enim est vniuersale: vt ff. de her. inst. hoc articulo. di- 31 uisit ergo creditor actionem dicendo quemlibet pro parte admittam. secus si vni tantum sic dicat, quia contra alios sibi præiudicat: vt j. de fideiuss. liberum. & l. reos. Vel quod ibi dicit in fine, locum habet cũ vnum in solidum conuenit, secus si diuidat † petendo pro 32 parte, vel admittendo solutionem particularem.

L. 19. LICET INTER PRIVATOS Nec donationis mortis &c. quia in donatione † causa mortis obligatio interuenit, sed hîc 33 voluerunt se obligare, cum ita dicerent dum irent ad bellum, Ille nostrum qui superest, rebus alterius potiatur. tale pactum est de futura

[illegible] ra successione † & valet inter milites, vt hic secus in priuatis, vt j. de pac. [illegible] cam super do. hæreditas.

CVM PROPONAS INTER VOS. Pone quod aliquis plures [illegible] tres, illi fratres instituerunt eum heredem in testamento [illegible] quodam alio, pone Titio. dicit ille Titius fratri defunctorum, [illegible] licet coheredi suo, quòd ipse ex testamento suo duas debet habere partes illarum hereditatum: frater, tantum tertiam. [illegible] dicebat æqualiter se debere succedere, & hanc faciebat quæstione [illegible] forte verbum aliquod positum in testamento. cum ergo [illegible] per hoc sit quæstio & lis mota, transigi poterit. & sic inter- 35 poserunt se amici, & sopita est † illa controuersia, ita quòd Titius voluit vt æqualiter diuideretur hereditas, si coheres daret ei aliquid. dato aliquo facta est transactio. quæritur vtrum ex pacto transactionis quo cótinetur quòd æqualiter diuideretur hereditas, detur actio ad dimidiam petendam, & dicit Lista quod ex pacto tali [illegible] transactionis non poterit agi, sed excipi. si tamen facta esset transactio per stipulationem, tunc ex pacto tali bene ageretur, quid ergo ille qui remisit actionem suam? Et certè dicit quòd durabit vetus actio acsi nihil remisisset, & si alius velit excipere de pacto transactionis, quia dicit, remisisti mihi actionem, non ergo potes ad eam redire. alius replicabit, quia non debet seruari, 36 qui vult contra pacta versari: ita est in pacto † transactionis nudo, si opponas pactum esse nudum non ex causa transactionis, sed permutationis, puta quia dixerunt ita, cùm vnus haberet duas partes hæreditatum, alter tertiam: & visum est alij quod plus valeret tertia quàm duæ, dabo tibi partem meam pro tua, & sic conuenerunt quòd permutarent, ex tali nudo pacto non nascitur actio. Sed si tradidit partem suam benè, habebit actionem ad præstandum quod conuenit: vt ff. de præscr. verbis. naturalis. & j. de rer. permut. l. 1. *Sine scriptura.* Nihil enim detrahit si non interueniat scriptura, dummodò alias pactum vestitum sit: vt habuimus s. eo. pactum quod. *Et transactionis causa.* Ergo aliquid † fuit datum vel promissum seu retentum. vt j. ti. prox. l. transactio. *Exceptione.* Vt ff. de cond. eleganter. §. pen. *Si tibi stipula.* Sed & nascitur actio si tradidit: vt ff. eo. diuisionis. *Nec aduersario.* Hic est §. *Nisi ea quæ placita sunt. &c.* Idem enim est siue dolus à principio interueniat, siue post: vt ff eo. iurisgent. § siue autem.

L. 23.

PACTVM CVRATORIS, &c. *Non etiam remittentes, &c.* Videbatur falsum, quia l. dicit quòd loco dominorum habentur, vt ff. de fur. interdum. §. qui tutelam. sed non intelligas quo ad omnia: [illegible] hic non habentur loco domini, cùm pupillum † spolient, quod non licet: vt ff. pro emptore. qui fundum. §. si tutor. & de admi. tut. Lucius Titius curator. § vlt. & hoc intellexit P. quando gratis remisit [illegible] secus si per transactionem: vt j. tit. 1. l. præses. lo. idem dicit in pacto & transactione, quia in pacto distinxit vtrû remisit gra-

L. 22.

cis bona fide an non si bona fide,ob vtilitatem pupilli sicut in trāsactione potest,ita ibi.& hoc probauit: quia aliàs deferendo sacramentum,valet ff. de iureiu. tut. ad idem. ff. de admin.tut.quotiens §.pen. si verò fecerunt mala fide,non valet,vt hic.

L.23. FILIVS PACISCENDO, &c. Siue filius remittat debitum paternum, siue accipiat non liberatur debitor nisi patris interuenerit consensus,sicut& in seruo dictum est,s̄.eod.seruus.licet in filio videretur quòd posset,cùm quodammodò rerum paternarū†domini censeantur,vt Inst.de hæred.qual.sed hoc quo ad sustentationem 39 & in hoc differunt,quia filiusf.non potest facere deteriorem condicionem patris etiam in peculio accipiendo mutuum propter Macedonianum, aliud in seruo. Præterea si intrauit filius monasterium, 40 †non abstrahetur à patre,vt s̄. de episc.l.vlt.

L.24. SI ACTIONEM. Casus duobus modis ponitur. Pone enim quòd aliquis legauit in testamento suo aliquid suæ vxori vel fideicommissum reliquit, & sic habet contra hæredes actionem ad legatum vel fideicommissum,erat amica quorundam , & sic eis remisit actionem:quæritur vtrum contra alios agere poterit, & dicit quòd nihilominus contra alios agere poterit. Vel pone quando quidam erant hæredes instituti , ipsa credidit falsò agnatos vel cognatos suos esse hæredes,& remisit eis omnibus actionem. Quæritur vtrū per hoc†præiudicetur ei , ita quòd contra veros hæredes de cætero 41 nequeat agere.Et dicit quòd non.Et ad hanc positionem facit l.ff. eo.si tibi.§.cùm possessor.& in isto casu expone hæredum putatiuorum. *Aliis*.s.quàm veris hæredibus , quia illis cognatis vel agnatis.

L.25. DEBITORVM. Quod hic dicitur in genere, ponit lex in exemplo,j̄.eod.l.pacto.

L.26. TRADITIONIBVS.Posset dubitari , an sicut alias habet vires pactum,quia parit actionem,informat & perimit & elidit, haberet vim quòd transferret dominium. & dicit quòd non,quia traditionibus & vsucapionibus non pactis hoc fit.*Traditionibus*.Non intellige de†nuda traditione,quam nulla præcessit causa , quia commodatario & similibus trado,non tamen dominium transfero : vt ff. de pu- 42 blicia.quæcunque §.1. Item si quis dicat , tene Codicem,quia vult mihi tradere,non datur actio,nec transfertur dominium ex tali traditione vt ff.de acq. re. do. nunquam nuda. Intellige ergo de traditione quam præcessit causa ex qua transfertur dominium, & accipiens deducatur†in vacuam possessionem,secundum quoldā,vt no 43 taui j̄ de prob.cùm res.Patitur autē hæc regula exceptionē,quia licet nō sit nuda traditio,quandoq; tamen non transfertur dominiū: vt inst.de re.diu.§.venditæ.*Et vsucapionibus*.s.triennij.quid in decēnali?M.dixit quòd ea trāsferatur dominiū:vt inst de re.d .eū q ędes. B. tamē visū fuit quòd sola vsucapio†triēnij trāsfert dominiū : quia 44 illa locū habet circa mobilia,in qb.facile cōsequimur & amittimus dominiū.sed pręscriptio x. vel xx.anno.locū habet circa immobilia, in quibus

45 [illegible] quibus qu[illegible] mobile dominiũ est:& ita directũ † nõ acquiritur [illegible] exceptionem contra hypothecariam, & contra
46 [illegible] em.non ita in vsucapione, nec enim † opposita sunt [illegible] m alia hypo.vt ff.de pig. vsucap.quid in xxx. vel [illegible] præscriptione. Et certe trãsfert dominium non directũ, sed [illegible] qu[illegible] tanto tempore bona fide possederit:vt ∫.de bon.mater. l.1.∫.a[illegible] si mala fide, quia tunc non acquirit vtile, sed tantum [illegible] contra omnes: vt ∫.de præscri.xxx.anno.si quis emp[illegible] Pet hic quæri, quare faciat mentionem tantùm de istis dua-
47 [illegible] causis [illegible] ferendi dominium, cũ † plures aliæ sint. Eadem quæstio fit ab V[illegible] ff.de publiciana.l.[illegible] §.vl.nec illi quæstioni respõdet, [illegible] d istæ duæ causæ sunt quibus generaliter inter vi-
48 uos co[illegible] transferri dominium:& ad ea quæ frequentius † accidunt, aptantur iura, multæ aliæ sunt quibus transfertur non inter viuos, sed in v[illegible] voluntate, sicut ibi dicitur in mortis causa donatio-
49 ne, [illegible] ca le[illegible] ca † Trebellianicam restitutionem: ff.ad Trebell. fa[illegible] ff. [illegible] acqui.poss. cũ hæredes. Idem instit.de acqui.per arrog.& libertatis causa bona addicuntur, & in casibus similibus qui n[illegible] possent. *Non nudis pactis.* Nudum dicitur quandoque † quan-
50 do non interuenit rei traditio:vt hic, & ff.de pigno.l.1.quandoque, quãdo ex eo non nascitur actio:vt s.per totũ tit.quandoque respectu [illegible]: vt in l Pompon.quandoque propter verba sola vt in ademptione legati:vel propter solemnitatem verborum, quæ non exigitur.ff.de adimen.lega.l.3.hic largè sumitur, quia & stipulatio-
51 nem comprehendit, cum per eam dominium † non transferatur: vt ff.de a[illegible]t.& oblig.obligationum substantia. licet cõtineatur hic generaliter quod traditionibus & vsucap.transferatur dominiũ:quã-
52 doque & sine † traditione acq.vt ∫.de do.l.1.

Pacto *successorum.* Ponè quòd aliquis deberet mihi c.libras:decessit, reliquit multos heredes. conuenerũt illi heredes & pacti sunt inter se, quòd vnus eorum in solidum conueniretur pro debito paterno, hoc est quòd rátum solueret creditoribus qui sunt citra Rhenum, & tantum aliis qui sunt vltra: & ita in solidum. quæritur vtrũ creditoribus præiudicet talis pactio:vt s. vnum teneantur conueni-
53 re, & non alios pro portionibus. sicut † ex l.xii.tab.poterant. & dicit q[illegible] non. nec præterea ex pacto tali agere poterunt coheredes contra illum solum vt cogatur soluere. si ergo hac via volunt procedere, p[illegible] tunt eos conuenire. sed aliàs bene poterunt, hoc est pro communibus instrumentis, vel etiam ad interesse pro eo quod ipse p[illegible] non stetit. ita est in his qui succedunt iure ciuili.s.xii.tabu.&
54 [illegible]dem dicendum est in bonorum † possessoribus qui de iure prætorio succedunt, & fac ita constructionem. æs alienum hereditarium pr[illegible]t.quę [illegible] singu.ipso iure diu.ex l.xii.tab.ta.pacto success. debi in [illegible] m vnum obligari propter æs alienum heredita.pacto suc[illegible] a est resoluendum.

41

42

43

44

L.27. PETENS. Pone quia ego & tu volebamus permutare codicem & digestum vt, si tu dares mihi pro codice meo digestum tuum, & ita primo nudè conueniendo stipulati sumus interposita stipulatione solemni de seruando eo quod in pacto nudo conuenerat permutationis. post incontinenti, vel paululum ante, pactum est appositũ nudum de Codice scribendo. quæritur vtrũ ex stipulatione agi possit ad id quod per pactum nudum præcedens vel subsequens cõuenerat. & dicit quòd sic. *Ex stipulatione.* Quæ. s. super re principali interposita est. pactum verò nudũ super accessorio (s. apparatu scribendo in codice) in continenti post. agi poterit ex tali pacto, cũ vestitum† sit per præcedens efficax. sc. stipulationis. Vel etiam ex stipulatione agetur ad id quod per nudum pactum conuenerũt, cum informata sit per illud, siue sit bonæ fidei iudicium, siue stricti iuris, vt hic, vt s. eo. l. in bonæ fidei, plenius fuit dictum & notatum & dicit lex famosa ff. si cert. petat. lecta. ita est quando incontinenti sequitur pactum stipulationem. si verò paululum ante apponatur, ex stipulatione agetur ad id quod per pactum conuenerat: non per primum pactum poterit idem consequi: quia & si pactum nudum paululum ante apponatur, non dico quòd vires sumat ex sequenti efficaci† obligatione, cum primum præstet sequenti, non ecõuerso: vt not. s. eo. si pacto. Ex stipulatione ergo consequetur agẽdo quod permissum est. & sic secundum nos potes ponere in nudo pacto permutationis super re principali cui subiecta est stipulatio pro eodem seruando, quam præcedebat pactum nudum paululum, vel subsequebatur in continenti. Vel etiam potes ponere† in pacto transactionis nudo: vt supra, eodem. cum proponas. cui subiecta est stipulatio, & antecesserat vel subsecutum fuit accidentale. Non autem ponas quòd stipulatio esset interposita super mutuo restituendo, & nudum secutum est pactum pro vsura, vel præcessit. ex tali enim nõ ageretur: vt j. de vsur. quamuis. & est simile ei quod dicimus, quod vires sumat pactũ incontinenti suppositũ à præcedẽti, quod dicit lex aliàs: quia cum aliquis facit testamentum, & dicit ita, quem heredem codicillis fecero, heres esto: si in codicillis heres instituatur, bene valet. & erit heres. licèt aliàs in† codicillis non posset, potest tamen per ea quæ dicta sunt in præcedenti testamento: vt ff. de hered. instit. l. asse. Alii voluerunt ponere quando pactum antecedens & subsequens vel super eodem vel eadem re est factum, tunc enim ex stipulatione propter pactum agetur. Sed hæc non videtur bona positio, quia pro nihilo distingueret tunc apponatũr incontinenti pactum, an ex interuallo. semper enim agi posset ex stipulatione ad id quod in pactum erat deductum, cùm ex ea nascatur actio super eodem, & cum pacto esset facta. vnde siue incontinenti siue ex interuallo apponeretur pactum non differret. pone ergo & melius secundum nos.

55 56 57 58

L.28. SI CERTIS. An. quod nu. pac. conue. Posset poni in pacto donationis

...non oriebatur actio, vnde si ex eo promisi certis annis ... non teneor præstare in futurum. ... bonum exemplum, hodie non: quia ex nudo ... nascitur actio. vnde siue præstitit certis annis, ... tenetur præstare. In quo ergo ponetur, ... locationis, venditionis, depositi, societatis, non: cum ... nascatur. Vnde quidam voluerunt quòd hodie non ... exemplum in pacto nudo: sed male dixerunt, quia ... vnde pone in pacto permutationis nudo pacto: ... dare libram piperis in quolibet natali, & ego sibi ... non obligatur in futurum. *ff. de bi...* l. ciui ... tamen erat naturaliter. Sed vtrum detur actio ei qui ... non dicit. Et certè datur, cum pactū ... quod prius erat nudum. præstabit ergo sicut con... vel restituet quod accepit, & sic vestitur † quo ad tra... quo ad accipientem quia ipse agere non poterit ... dicit. & videtur contra. ff. de fideic. l. 1. dic quòd ... vt ibi notaui. si ergo præstitit certis annis trib. ... præstare in futurum, quia obligatio darit † vel ... ex ... tempore. si tamen dicat quis alium promi... & præstitisse x. vel xx. annis patri suo, si non ... stipulationem, tempus erit arg. vnde isti mili... consulti ab aduocatis ita ponunt in libellis conue... Conqueror de tali, qui promisit per stipulationē ... dare, & nō præstitit. x. annis. si enim non potest probari ... erit hic arg. & forte obtinebit. & sic soluitur ... rem.

Si quis in conscribendo. Vocatus enim fuit ta... scriptis redacta renunciatio illa. *Propter singulum.* Ha... priuilegium, vt conueniantur sub magistro mili... &c. Sed nonne licet minori per in integ. ... per Velleianum? Et certè imò. sed ibi fal... quod non licet venire contra, & contrahentes de... decipi: ut † quia conseruatur in sua iustitia, ... Intellige etiam de deceptione quæ ... nam alias licet contrahentibus se decipere natura... de ... in cau... assignatur contra. ff. de iurisd. om. ... enerit. Re... quia ibi loquitur quando sine scriptis con... autem ... scriptura: vnde auctoritate scripturę nō ... re. & erit speciale quòd in † renunciatione ista ... scriptura, ... est in alienatione rei ecclesiasticæ, & in con... emphyteutico. alias enim generale est vt pactum † sine scriptu... valeat vt s. ... pactum. Vel aliter quia hic loquitur in reo. i. in a... est aliud in reo, quia ipse astrinxit se, vt sub alio posset con... de non licet ei contrauenire. Aliud in actione, cum nō sit

L. 29.

adstrictus. sub quo eum conueniat: vnde & sub episco. potest, & sub præside. vnde si conuenit vt eatur ad extraordinarium iudicem: antequam adeatur, actor, si vult, poterit omittere: postea. non. Io. tamen reprobauit hanc solutionem: quia idem debet esse in reo & in actore: vt ff. de regul. iur. non debet. dic ergo non valere. Vel defende si vis. quia ibi loquitur in his quæ statuta sunt de iure communi, vt in sportulis: quia non maiores debet reus quàm actor præstare & in dilationibus & similibus: vt ꝫ. de fruct. & lit. expens. l. vlt. & ff. de feriis. l. vltim. Sed hic aliud est, quia loquitur † in priuilegiis, in quibus licet renunciare. vnde si renunciaui, non licebit mihi contrauenire: sed actor bene poterit & sub præside & sub episc. me conuenire vt s. dixi. Vel dic quòd hic loquitur quando pactum factum est ad iurisdictionem declinandam, illa non vt renunciet priuilegio: imò loquitur in pacto ad constituendam iurisdictionem, vel prorogandam, vt quidam dixerunt, vnde ante aditionem possunt pœnitere, post non: vt ff. de iud. l. 1. & 2 Hodie tamen in Decretalib. continetur, quòd † foro ecclesiastico non possit quis renunciare, sed contra ius est, vt hic. *Pacta non valeant.* Cùm non fuerint inita dolo, vel contra legem. *Cum al. reg. iur. ant. omnes, &c.* Vt s. de episcop. si quis in conscrib. & ff. de mi. si index. & ff. eod. pactum. quod inter heredes. & multa possent induci similia. Sed tamen in multis casibus fallit ista regula: vt ꝫ. de adu. diu. iud. ne quis. ꝫ. de par. pot. abdicatio. ꝫ. de iureiu. propter cal. l. 2. §. sed quia veremur. s. de epis. omnes qui vbiq; ff. de re iud. Nesennius. ff. de pact. ius agnationis. ff. de precario. l. cum precario. ff. de pig. act. l. 4. & l. quamuis. ff. si quis caut. l. sed & §. quæsitum. ff. de pact. dot. l. de dic. ff. sol. mat. l. alia. ff. de post. l. quos. ff. de app. non tantùm. ff. de proc. l. filiusf. §. veterani. ꝫ. de quæst. l. seruos. ff. de pact. si vnus. §. pacta. ꝫ. de lib. cau. l. 1. 2. 3. & 4. ff. de vsuf. l. sed & si quis inædificauerit. §. vlt. sed ibi posset respon deri. quia dixit saluo iure suo, ꝫ. de inof. test. si quando. ꝫ. de app. l. pactũ. *Etiam litem suam facere intelliguntur.* Si dolo pronunciauerint, & tunc agetur actione † de dolo ad interesse, vel etiam si per imprudētiam, & tunc condemnabuntur in quantum de ea re æquũ religioni iudicantis videbitur: vt inst. de obl. quæ ex quasi del. in princ. sed videbitur contra. ꝫ. de arbit. auth. decreuimus. ibi, nihil aliud erit, &c. Sed illud intellige quando partes deliquerunt, vt si cum sacramēto elegerunt arbitrũ, non est pœna. Aliud si ipse deliquit, non partes, quia tunc si male † iudicauerit litem suã faciet, sicut quiliber alius iudex. Vel dic, nihil erit eis, subaudi, inter se, quia non poterunt agere ex pacto ad pœnam, sed contra iudicem poterunt, vt hic dicit.

66

67

68

69

L. 30. DE QVÆSTIONE. *Aliena spes, &c.* Ergo non loquitur in hæreditate patris quæ filiis debetur, & non est eis aliena. imò quodammodò domini sunt, vt inst. de her. quali. §. sui. & ideò non videtur bona glossa quam antiqui posuerunt hic: quia l. voluerunt præsumere quòd liberi sperarent in necem parentum, sed Macedonianum

70 planum † factum est, ne filij insidientur vitæ parentum: vt ff. ad Maced. l. 1. & in præsumit l. quòd insidiarentur, & ita idem erit in extraneis & filiis non admissa illa glossa. *Certos modos*. Idem secundum quosdam, qui a ita dixerunt & conuenerunt, quòd si ille decesserit, succedunt pro tertia. Iste intellectus non est bonus, quia non obligatur aliquis ad aliquid dandum vel faciendum pone, quãdo ita conuenerunt, si ille cognatus noster decesserit, & hereditas illius peruenerit ad me, dabo tibi tertiam vel quartam: istud videtur pactum cum conuenit de dando. Præterea certo modo, quia de ter-
71 tia & siue sit de dando, siue de faciendo, non valet: siue † de futura successione, siue de successione futura. vt j. de inu stip. l. ex eo. P. distinxit verum hoc pactum de successione futura, quod prohibitum
72 est: an de futura successione, quod † non est prohibitum, & mouebatur tali simili: quia cum dicitur Petrus magister, significatur quidam magister lignorum, si dicam, magister Petrus, significatur mag. in Grammatica. Sed hanc distinctioné non admittimus, quia reprobatur hic. & faciebat quæstioné istam dubiã aduocatis de Cesaria, quia pactum de futura successione non valet: & ideò illud videtur reprobatum, sed ipsi apponebant illas duas condiciones: quia dicebãt si mortuus fuerit ille cognatus noster, & præterea si hæreditas ad eos perueniat. Vnde per istas duas condiciones videbatur valere, & propter hoc multum dubitabant illi aduocati de pacto sic facto pro
73 successione viuentis. Sed Imperator dicit, talia † pacta odiosa esse, & plena tristissimi euentus, ita est, cùm paciscitur de hæreditate alicu-
74 ius certi hominis, nam de incerto † valeret: vt ff. pro socio. l. 3. & ad hanc similitudinem dixerunt Decretistæ, quòd inuestitura de futura præbenda vacante benè valet. Aliud si inuestiatur de præbenda Titij vacante. Et assignatur contra. ff. de act. emp. si quis seruũ. Solue vt ibi notauit dominus meus. *Quidã pacisc. conue*. Sic vt s. dixit, nãaliter de re viuentis valet pactũ: vt ff. de cont. emp. rẽ alienã. *Voluntatem suam eis accom*. Potest ergo aliis paciscentibus consentire, sed ipse de futura successione pacisci non potest: vt j. de pact. conuẽ. tã super dote, hæreditas j. tit. 1. cũ donatio. Simile est ff. de man. vin.
75 si pater. §. vlt. Itẽ vsufructuarius † manumittere non potest: vt j. de vsuf. vsufructu matri. Sed proprietatio manumittẽti cõsẽtire potest vt j. cõmunia. de manumis. l. 1. sic & ecõuerso, vt ff. de sol. fugitiuus, de vi, & vi arm. l. cum fundũ. j. de thesau. l. nemo. Item scias quòd de
76 futura † successione licet alicui pacisci sic, si promittat alicui bona sua post mortem suam, vt ita sit donatio causa mortis: vel etiam si det ei inter viuos, & dicat quòd cum velit habere post mortem suam
77 quia actiones † ab hæredibus & contra incipiunt. *Secta temporum nostrorum*. nos in tempore nostro non hoc patimur: alij enim præcedentes Imperatores hoc patiebantur fortè.

DE TRANSACTIONIBVS.

Tit. IIII.

SVMMÆ.

1 *Posito genere supponitur species.*
2 *Gratuita & non gratuita pactio.*
3 *Tutela diuisa.*
4 *Quando tutor pro contutore conueniri potest.*
5 *Remedium cedendarum actionum.*
6 *Cùm vnus soluit diminuitur de condemnatione caeterorum.*
7 *Calumnia.*
8 *In testamento curator dari non potest.*
9 *Aquiliana stipulatio.*
10 *Veritas in quantum potest inquiri debet.*
11 *Remissio restringenda ad id de quo actum est.*
12 *Acceptilatio obligationes tantùm verbis contractas tollit.*
13 *Actio negotiorum gestorum ex gestione oritur.*
14 *Dolus in transigendo semper nocet.*
15 *Facere transactionem super dolo, per dolum, aut super re per dolum non est differentia.*
16 *Querela instaurari non potest.*
17 *Fides seruari ei non debet qui vult contra pacta versari.*
18 *Haredi matris denegatur querela.*
19 *Renuntiare sub conditione.*
20 *Ex pacto transactionis non nascitur actio.*
21 *Actio natiua & datiua differunt.*
22 *Actio praescriptis verbis.*
23 *Mulier praesumptuosa.*
24 *Querela est odiosa.*
25 *Alimenta in vltima voluntate relicta.*
26 *Actio in rem.*
27 *Quaestio de statu.*
28 *Graue est fidem fallere.*
29 *Hyperbolicè loqui.*
30 *Substitutio inter fratres.*
31 *Maior qui consensit non videtur deceptus.*
32 *Non videtur minor deceptus qui vsus est iure communi.*
33 *Non semper fit transactio de lite incerta.*
34 *Rescissio transactionis.*
35 *Popularis actio.*
36 *Quilibet metus non rescindit transactionem.*
37 *Iudicia circa metum dolúmve non sufficiunt.*
38 *Infirmare pactum quid, quídque reformare.*
39 *Ex edicto quod met. caus. datur actio & exceptio.*
40 *Quando extra ordinem per officium iudicis subuenitur.*
41 *Interuersio instrumenti status.*
42 *De iure naturali seruus pacisci potest.*
43 *Dissolutio rei iudicatae per dissensum sicut in pacto fieri non potest.*
44 *Transactio per sententiam rescindi potest.*
45 *Qualiter rei vendicatio tollatur per*

L.1.

NEQVE PACTO. Ponitur hîc genus, vt ff. de pact. l. 1. postea sequitur species: vt ff. de transact. l. 1. sic & aliàs post† genere supponitur species, vt s. de episc. & cle. generali. & ff. ad l. Aqu. si seruus seruũ. §. inquit. & fit hoc ideò, quia vt ait canon, plus solet timeri quod specialiter pollicetur, quàm quod in genere traditur, & praeterea. l. videtur quòd ideò supponitur species, ne videatur negligi genus: vt ff. de iniur. item apud Labeonem ait praetor. Vel potest dici quòd hic ponitur nomen pactionis pro† gratuita: transactionis vero nomen pro non gratuita pactione. sic enim videtur innuere, ff. eod. l. 1. & j. eod. transactio. *Auxilio caeteris est.* Id est, non praestat caeteris aliquam exceptionem: vt ff. de pactis. si vnus. §. in summa. & ff. de tutelis & rat. dist. si ex duob. & potest hoc intelligi cùm diuisa erat † tutela à iudice, vel à testatore. & hoc innuunt verba hic posita ibi, *in his quae separatim, &c.* Item potest intelligi quod hic dicit, cùm diuisa est inter omnes querela. & omnes gesserunt per dolum, aut nullus gessit: non enim possunt desiderare vt eis cedantur actiones. Qua enim fronte hoc desiderabunt, vt probatur ff. de adm tuto. si plures tutores. & de tutel. & rat. distr. l. 1. §. nunc tractemus. Si verò omnes gesserunt, & per culpam non conuenit reliquos pro ea parte quae remansit, vt ff. de administ. tut. si pupillus Et vt pleniùs. de his ita distinguendum. Aut est facta diuisio a testatore, aut à iudice, aut non. Si a iudice vel a testatore, vnus non† conuenietur pro alio, nisi in tribus casibus: vt ff. de diuid. tut. l 2 §. 1. & hoc in casu potest intelligi quod hic dicitur. Si verò non est facta diuisio a iudice vel à testatore, vel est facta, sed inter eos, quia tunc perinde habetur ac si non esset facta: distingue, quia aut quidam gesserunt & non alij, aut omnes, aut nullus. Si quidam, & cum his qui non gesserunt, transactum est, non nocet ei quominus conueniat eos qui gesserunt, quia illi efficaciter sunt obligati, alij vero erant obligati in subsidium. Si verò pactus esset cum illis qui gesserunt, repelleretur exceptione, si conueniret modo eos qui non gesserunt, duabus rationibus. Vna est, quia prius conueniendi sunt qui gesserunt, vnde si eis facit pactum, est quod ei imputetur. Alia est, quia possunt desiderare † remedium cedendarũ actionum, vel ipsi habent vtiles ex se. sed hoc fieri non potest, vel

P

vt cedantur, vel vt habeant vtilem actionem, cùm iam sint liberati primi qui non gesserunt. Hæc probantur ff. de diu. tut. l. 2. in prin. ff. de solut. Stichum. §. penult. ff. de tutel. & rat. distra. l. 1. §. nunc tractemus. Si verò ómnes gesserunt, aut per dolum, aut per culpam: siquidem per dolum, transactio facta vni non liberat alium, nec potest desiderare vt sibi cedantur actiones: qua enim fronte hoc desideraretur, vt ff. de administ. tuto. si plures tutelam. Sed tamen possunt desiderare vt computetur in solutum quod habent ex transactione: vt ff. de tut. & rat. distr. si ex duobus. vel vt verius videtur, illud locum habet cùm vnus condemnatus soluit quod potuit, quod enim soluit, diminuitur † de condemnatione cæterorum. vt ibi dicit. Si verò per culpam, non conuenientur superstites pro ea parte super qua est transactum: vt ff. de administ. tut. si pupillus. Si verò nulla facta esset transactio, conueniretur quilibet in solidum: sed tamen possent desiderare vt diuideretur actio inter eos, si omnes essent soluendo, vt ff. de tute. & rat. distr. l. 1. §. nunc tractemus. Si verò nullus gessit, & ita omnes fuerunt contumaces, non poterunt desiderare remedium cedendarum actionum: vt probatur per iam dictum §. nunc tractemus. tamen sicut dolosi poterunt desiderare vt deducatur de condemnatione quod præstitum est ab alio. vt suprà dixi. 6

L. 2. CVM TE PROPONAS. *Te ei debere cauisse.* Stipulatione, vt s. tit. 1. cùm proponas. *Etsi nulla fuisset quæstio.* De iure, non tamen causa calumniæ mota, quia tunc non valet, vt ff. de cond. ind. in summa. ita est si insistat per calumniam: † aliud si resistat secundum Fto. vt j. sub prætextu. 7

L. 3. AGE. Videtur imperare vel cogere: sed non ita est: quia tunc contradiceret rubrica illa, vt nemo inuitus agere vel accu. cogatur. Et ideò intellige quòd causa consilij dictum est, vt si videret sibi expediens, & foueat iustam causam, agat. Et ita verba quæ videntur in se continere necessitatem, quandoque consilium, & quandoque fit econuerso: vt j. de capt. l. vlt. & j. de rap. virg. l. vna. Dicit enim oportet, & glossa, i. opportunum est. *Curatori bis datus.* Si à iudice, siue gesserit siue non, periculum ad ipsum pertinet, vt ff. de rit. nupt. si quis tutor. Si verò à patre, non tenetur si non gessit, quia in testamento curator dari † non potest: datus tamen confirmatur, vt inst. de curat. in prin. *Et Aquil. stipul. interpo. est.* Potest enim fieri transactio per Aquilianam stipulationem & † acceptilationem, vel pacto, vt ff. eo. transactum. *Quod est bonæ fidei.* Ideò dicit, quia latius bona fides in his consideratur, quàm in stricti iuris iudiciis. Multa enim veniunt in bonæ fidei iudiciis, de quibus non est indicatum: vt inst. de act. §. actionum. & idem subiungit, & ibidem subiungit, quia olim in contractibus bonæ fidei ipso iure fiebat compensatio, in stricti iuris per exceptionem, hodie ipso iure fit in vtroque, vnde hodie quo ad illam distinctionem est subaudiendum maximè, vel dicas 8 9

Legendum videtur cogitatum.

10 ... as primo modo. *De quanta pecunia.* Quia veritatem debet† in quantum potest inquirere, vt s. de edendo. is apud. Et circa istam materiam distingue, quia si generalis est petitio & transactio, nocet in omnibus, ... de ... alterius interuenisset, ff. de pact. tres. & ff. eo. non est ferendus. Si vero sit generalis petitio, specialis transactio nihilominus poterit agere ad ea de quibus non est facta remissio, vt hic si verò specialis sit petitio, generalis transactio, quantum ad

11 verba non nocet: quia† restringuuntur ad id de quo actum est: vt j. eo. si de certa. & j. ad Velleianum. iubemus, si verò specialis sit petitio & transactio, certum est quòd non debet nocere, nisi in eo super quo imposita est transactio.

A c t i o n e. Quæ scilicet est vtilis negot. gest. illa enim tenetur, qui ex necessitate gerit: vt C. de nego. gest. curatoris. qui verò sponte, conuenitur directa: vt ff. de nego. gest. ait prætor. §. hac. *Ab eo qui legitime*, & c. alioquin posset restitui: vt j. si aduersus transact. *In Aquiliam stipulat. deducta.* subaudi, & secuta fuit acceptilatio. alias enim nihil esset cur per pactū non tolleretur actio: vt inst. de except. Sed nunquid poterat aliter accepto ferre? Resp non: quia

12 acceptilatio† obligationes tantùm verbis contractas tollit: vt instit. qui mo. oblig. tollitur §. item per acceptilationem. Hæc autem actio

13 scilicet neg. gest. non ex verbis sed ex† gestione oritur. fuit ergo necesse eam deduci in Aquilianam stipulationem, in quam omnis obligatio vel actio potest deduci: & tunc potest tolli per acceptilationem: vt in prædicto tit. §. est edita. *Extracta.* Et sic penes ipsum non remanet caso vel medulla actionis. *Nullam aliam super ff. nisi*

14 *de dolo.* Hoc si dolus interuenit† transigendo. tunc enim potest agi de dolo. si verò non implet promissa aget condictione ob causam. vt ff. de condict. ob causam. l. si quis accepto. & idem dico vbicunque prima actio est sublata ipso iure: vt dicemus j. in l. cum mora nocet. ergo dolus siue interueniat à principio siue postea: vt ff. de dol. l. 2. P. tamen voluit attentare quòd in hoc casu locum habeat de dolo. dixit enim quòd si vltimo dolus interueniat, hoc est quia à principio transegit bona fide, sed post dolum, non vult implere promissa. datur enim ex tali dolo actio de dolo. sed dic quòd imò condictio ob causam: vt s. secus si induxit à principio eum ad transigendum per dolum: quia tunc datur de dolo, nec distinguimus fiat

15 transactio† super dolo per dolum, aut super re per dolum. *Si induxerint* pro se j. de de plus petit. in fi. quia dicimus quòd in vtroque casu nocet & dolus: nec obstat quod ibi dicit hoc, quia demonstrat dolum antecedentem: vt ibi notaui. *Nisi specialiter.* Hoc nihil excipit de superioribus, sed poni sic ff. si quis caut. in eum. §. qui iniuriarum: & ff. de legat. 2. Titio. §. Titia. & de alimen. legat. Stichus §. Titia.

L. 4.

C e r t a t r a n s e g i s s e. *Post legi. ætatem.* Id est post xxv. annos. vt j. de his qui veniam æta. si quis. & ff. de min. l. 1.

L. 5.

L.6. Cum mota, &c. Quod dicitur in l.ista, videtur posse impugnari duabus rationibus. nam quod dicit non posse † instaurari querelam, videtur posse probari falsum, maximè ex l. cum proponas. quæ est.ꝭ. tit.1. ibi enim dicitur quòd non debet fides † seruari ei qui vult contra pacta versari. Item nonne ipsa mulier posset ipsam instaurare ? Quod videtur lex manifestè dicere ff. de inoffic. testam. si instituta. ergo & ipsis hæredibus debet hoc licere, cum ipsa transeat ad heredes si fuerit comminata: vt ff. de inoffic. testa. postu.§.vlt.& l.quemadmodum. Quid ergo dicemus ad hoc? Respo. quidam dicentes quòd hic sunt duo specialia, vnum pro filiis, & aliud contra: vt denegetur querelam † heredi matris: & quòd ex transactione detur actio. quòd satis posset admitti, verumtamen. l.ista videtur loqui de iure communi: sic enim dicit, iuris ratio non sunt &c. dic ergo aliter scilicet quòd heredes matris non possunt eam instaurare, quia mater ab ea destitit. alioquin possent, vt dicitur. N. assignatæ. nec obstat quòd fuit mota, quia non videtur mota, cùm mater ei renunciauerit, tamen ipsa posset eam instaurare, si viueret. Vel dic quòd ipsa repelletur hic. quia hic destitit simpliciter, id est, in totum animum agendi deposuit: non ergo debet audiri de cætero: vt ff. de inoffic. testament. Papinianus.§.1.& de iudi. destitisse, ibi verò non simpliciter, sed † sub conditione, si fieret hoc vel illud: ideoque ipsa auditur: vt in l.illa, si instituta. Item alia ratione videtur posse impugnari. nam dicit hæc l. dari actionem præscript. verbis ex transactione: sed hoc est contra regulam generalem quæ dicit ex pacto transactionis † actionem non nasci: vt ĵ. eod. siue apud & ꝭ. titu.1. cum proponas. Ad hoc potest responderi pluribus modis: quia possumus dicere quòd hæc actio non est natiua, † sed datiua, datur enim à principe fortè ideo vt ꝭ. dictum est, quia aliud contra filios fuerat inductum, vt denegetur eis querela. Vel aliter dicamus equidem quòd matri ipsi esset danda ex tenore conuentionis: vt dicamus hic fuisse non contractum transactionis, sed do vt facias, ex quo datur † actio præscriptis verbis: vt ff. de præscript. verb. naturalis.§.at credo. Hic enim primò debuit matri dari, deinde ipsa desistere. Et hoc benè indicat litera sequens. Sic enim dicit, vt partem bonorum acciperet, & postea alter discederet, &c. Sed mulier † præsumptuosa prius destitit, & ita desistere hoc est facere. Non ergo mirum si ex hoc contractu detur actio præscriptis verbis. Vel potest dici, quòd hic non supererat vetus actio, sed erat sublata per simplex pactū, sicut & actio furti & iniuriarū ff. de pact. si vnus.§. pactus. quia odiosa † est querela. Ibi verò supererat, ideóque ibi non datur, sed hic. *Quæ præscriptis*. Et ideò dicit scriptis vel præscriptis quia actiones antiquitus scriptis & formatis verbis proponebantur, vt demonstraretur talibus scriptis verbis & formatis de quo esset agendū. Hodie nomina earum exprimūtur, & hoc sublatū est: vt ĵ. de formulis & impetra. actio. vnde nūc præscri-

16 17 18 19 20 21 22 23 24

præ[illegible] vel scriptæ omnes poterant appellari. Sed quare ista non habet hodie nomen speciale, sicut aliq? Respon. vt notat. ĵ. de rerum permut. l. rebus.

TRANSACTIONIS PLACITVM. *Cui causæ actionem.* Si verò L.7. liberam haberet & generalem, benè derogaret: vt ff. de procur. procurator. V[illegible] si ei specialiter esset mandatum, vel si fuit in rem suam: vt ff. de iureiur. l. 3. §. vlt. & l. seq.

25 DE ALIMENTIS. Intellig e de his quæ † in vltima voluntate re L.8. linquuntur, alioquin si ex aliquo contractu intervivos, debentur cum Prætore: etsi non, transigi posset. Præterea si melior esset facta conditio pupi[illegible] in transigendo, teneret & sine Prætore: vt hæc omnia probantur ff. eod. cum hi.

SVPER POSSESSIONE. *A fratre vxoris tuæ.* Qui dicitur L.9. le[illegible] soror vxoris: vt ff. de grad. cogn. non facile. 9. gradus. *Cum*

26 *eu[illegible] rem. &c.* Ergo non amisit dominium, quia habebat † actionem [illegible] rem. & [illegible] quod est notandum.

FRATRIS TVI. Quæritur, si aliquis habeat fratrem, & frater il L.10. le decessit ab intestato, vel fecit testamentum, & filios suos instituit hæredes, si postea moueretur quæstio de successione à fratre re-

27 statoris, & † de statu, quia dicebant natos esse ex incesto coitu, vel etiam deportatos, & ita non debere admitti ad hæreditatem: virum si in tali causa transactio interponatur, possit post venire contra. & dicit quòd non, duabus rationibus, propter fidem sanguinis, quia cuilibet extraneo debet seruari illa transactio, sed multò magis illis, cum sint filij fratris: & ita ratione sanguinis non debet infringi. Præterea ratione transactionis, quia sic nullus esset finis

28 litium. Alias enim dicitur, quia graue est fidem † fallere: vt ff de constitut. pec. l. 1. nullus enim, &c. Quare dicit nullus? quia nónne plures alij fines possunt esse causæ, res iudicata, iusiurandum, & simili[illegible]

29 quòd † hyperbolicè locutus est. Vel ideò dicit, quia qua ratione ab illo recederetur, eadem & ab aliis. *Facilè discedi.* Id est, sine causæ cognitione: ergo duplex est ratio, ne lites in infinitum procedant, & fides sanguinis: vt suprà de episcop. aud. decernimus.

30 DE FIDEICOMMISSO. Quæritur si ita sit facta † substitu- L.11. tio inter fratres, si alter eorum decesserit sine liberis, & ipsi propter votum improbabile talem necessitatem fideicommissi restitutionis per transactionem sustulerunt, verum possint contrauenire. Et dicit quòd non, quia interposita est ad remouendum votum improbabile, hoc est, quòd vnus orabat tota die quòd alter decederet sine liberis. Præterea si dicat, ego sum deceptus in tali transactione, [illegible]eo, quia fortè non decessissem sine liberis, & ipse decessit [illegible] non faciet quòd rescindatur. Cùm enim omnia essent

31 [illegible] à principio, non videtur † deceptus si consentit, & est ma[illegible]. Sed si esset minor, non posset rescindi, quia non est

deceptus, cùm hoc sit à casu fortuito. Ita enim benè poterat ipse decedere sine liberis, sicut & frater: vnde in tali damno non restituitur, quia hoc præuidere etiam prudentissimus non posset, †nec 32 videtur circumscriptus minor, qui vsus est iure communi. *Si alter.* id est alteruter. *Interposita transactio.* Si negetur fideicommissum processisse. P. vel etiam ponere potes quando non negabat, sed remisit aliquo dato vel retento, quamuis certum esset de fideicommisso. Non enim semper fit transactio† de lite incerta, sicut potest vi- 33 deri in alimentis, ff. eod. cùm hi. *Cum pacto tali consensorus.* Sed quæ est ratio ista? nónne posset consentire & esse deceptus, vt si induxit eum ad hoc dolo vel metu? & sic certè: sed tunc tenebit: iuuabitur tamen remedio exceptionis, vel aget de dolo: vt j. eod. sub prætextu. & de inut. ff. de dolo. vel metu. Sed non intellige quòd solus consensus sit causa: imò quia hîc nihil actum erat ipso iura ignorante, & hoc benè potest esse causa, vt ff. de reg. iur. nemo videtur fraudare. & de act. empt. l. 1. & ita cùm omnia sciuisset, non videtur deceptus. Præterea non potest rescindere, quia tantum habet, quantum dedit vel remisit: nam si non haberet, & alij adesset, non haberet actionem præscti. ver. cùm possit sibi prodesse ista remissio, sicuti & alij non rescindetur† transactio: sicut in casu simili dicit, l. j. de inof. 34 test. si pater.

L. 12. PRÆSES *Prouinciæ. vtrum de dubia lite.* Ideo dicit, quia si de dubia & bona fide, videbant enim fortè se non habere probationes & talia: bene valet. aliud si ambitiose, quia non deficiebat probatio, vt dicit. & est simile in populari† actione: quia si vnus de popu- 35 lo bona fide intentauerit eam. & videns se habere probationes transegit postea, alius non poterit postea agere: vt ff. de iureiuran. eum qui §. in popularibus. idem circa tutores & curatores. nec distinguo vtrum pactio sit gratuita, an non, sicut P. vt not. s. tit. 1. pactum curatoris.

L. 13. INTERPOSITAS. Pone casum in debitore qui metum intulit creditori vt cum eo transigeset. nec enim sufficit ad rescindendam transactionem si dicat metum se esse passum: quia non quilibet† 36 metus rescinderet: puta si propter illum metum transegit, quia dictum fuit ei ab aliquo quòd infamaret eum, & cantaret multa mala de eo, & recitaret cantionem in tali curia. talis vanus metus non inducit actionem quod metus causa: imò ille quo timetur mors, vel cruciatus corporis: vt hîc, & ff. quod metus causa. l. metum accipere. & de in integ. rest. ma. l. 2. §. vlt. & l. seq. Nec præterea rescindet transactionem si dicat se non habere probationem metus vel doli. & etiam inducit talem præsumptionem, quia ipse debebat ei centum marcas, & transegit pro modica re: ista† indicia circa metum, 37 vel dolum non sufficiunt: vt infrà de dolo, dolus. & quod metus causa, metum. Sed si dicat illum cum quo transegit, esse natum de ancilla sua, alia ratio reformat pactum, i. rescindit transactionem: quia

quia pactio non valet cum seruis nostris. & dicitur reformat, id est rescindit. quia sicut informare pactum, est nouam formam ei dare: sic reformare, hoc est formam pacto auferre quam habebat. & sic ferè melius determinat. l. illa quam aliqua alia quis metus inducat actionem quod metus cau. vel etiam exceptionem: quia ex edicto illo datur † actio & exceptio: vt ff. quod met. cau. metum autem præsentem §. sed quod prætor. Datur ergo hic secundum verba & sententiam edicti, aliàs secundum sententiam, tantum, non secundum verba vt j. not. Præterea aliàs etsi locum habeat edictum quo ad sententiam, non tamen datur actio, sed subuenitur per constitutionem: vt j quod metus cau. si per impressionem. quandoque extra ordinē per officiū iudicis: vt ff. quod met. cau. l. vl. §. vlt. & ff. qua rum rerum actio non datur. l. 1 §. si in numisero. & ff. de extraord co gnit. medicus. *Edicti perpetuo*. l. generali: vt ff. quod met. cau. l 1. nec si iurauerit, ratum erit: quamuis decretales contra. si tamen soluit. nam ... non potest repetere: vt j. quod met. cau. l. 1. *Vel corporis cruciatum*. Vel aliud simile, vt interuersio † instrumenti status: vel si veniat mihi stuprum inferri, vel liberis meis: vt ff. quod met cau. l. si quidem. § penult. & vlt. & habet locum edictum in casibus istis quo ad sententiam, non quo ad verba: quia licet metum mortis vel corporis cruciatum non patiatur, patitur animæ. & ita idem quo ad effectum. hic habet locum quo ad verba & sententiam. *Ad vim tamen vel dolum arguendum*. Quantum ad hoc vt rescindatur transactio facta dolo: & quòd habeat actionem quod met. cau. quandoque & sine tali metu succurritur & alio modo. s. per constitutiones: vt s. not. in ea l. *Sed quoniam*. Hic est. §. *Obligari non posse*. Quidam intellexerunt, nisi paciscatur de eo manumittendo. tunc enim obligatur vt j. de liber. cau. cum affirmes. nos non ita: & dicimus quòd ibi præses inhortabatur dominum quòd ius faceret. nec enim compellitur nec tenetur ex pacto ciuiliter: naturaliter tamen tenetur: quia seruus pacisci potest † de iure naturali. assignatur contra. j. eod. l. vlt. sed dic vt ibi.

SI DIVERSA. *Causam ex integro agi*. Simile est in emptione & venditione: vt j. quando liceat ab empt. rece. l 1. naturale enim est vnum quodque dissolui per id quo colligatur. sed nunquid rescissa transactione per consensum, eadem durat actio quæ & prius non obstante ipso iure transactionis? & videtur, sicut in venditione, cum omnia retroagantur. sed alia. l. torrè contradicit ff. de pa. ... si ... §. pactus. quia primum pactum ipso iure non tollitur per secundum, sed per exceptionem. at ibi loquitur quando simplex fuit pactum ... primum omnia reducantur: quia fortè ... ipso iure transactione, habebit in integrum ... eam actionem Quæri potest, vtrum idem sit in re iudicata, quòd per consensum omnia possint in integrum reparari. Y. dans probabiliter dixit quòd non. quia pactu fit cum spontanea voluntate paciscentiū,

L. 14.

non autem res iudicata: & ita eius dissolutio non potest †fieri per 43 dissensum sicut in pacto. Præterea si iudicatum est, & non appelletur à prima sententia, non potest iterum de ea iudicari:nisi de hoc ipso esset quæstio,an esset iudicatum:vt ff. quæ senten.si ap.l.1.secus in transactione,quia per† sententiam rescindi potest: vt ff. de iureiur.nam postea.§.si damnetur. 44

L.15. VT RESPONSVM.Quærebat aliquis ab imperatore,siveniat alter contra transactionem,vtrum excipiat, an ipso iure sit tutus &c. *Insere pactis exemplum.*.s.transactionis.nec respondet ita asperè imperator,sicut fecit quidam iurisperitus cum ei fuerit quæstio:quia dixit:Aut tu es stultus, aut ego nescio quid dicas: vt ff.de test.Domitius Labeo.hic dicit imperator,quòd diligenter dicat qualiter fuit facta transactio. *Sola conuentio*.i. simplex & nuda. *Vel in rem specialem*.Qualiter†rei vindicatio tollatur per acceptilationem, dic vt notaui.j.de acceptila.l.vlt. 45

L.16. CAVSAS.*Criminales*.Lites†appellat ciuiles: vt ff.de test.l.u.quamuis alij dixerint causas ante lit.contestatam,lites post litem contest. sed falsum est:quia lis dicitur ante & post.j.quomodo & quando iudex.auth.qui semel.*Resuscitari non oportet*. Quia sic in totum ius alterius tolleretur. & tale rescriptum non est admittendum: vt s. de precib.impera.offer.l.quotiens. 46

L.17. CVM PROPONAS. *Quòd excep.pac. & act.dat.hab.* Vt ff eod. qui fidem. *Exceptio tibi*.&c.Si tamen vult data repetere, & non opponere exceptionē,potest:vt ff.de cond.ind.elegāter.§.pen. & ita omnia ex†integro retroagētur:vt not.s.si diuersa.intellige ergo distinctionē quā hic facit,quando s.simplici pacto fuit facta trāsactio. nam si Aquiliana stipulatione,& acceptilatione poterit quidē data repetere.sed actio vetus extincta non resuscitabitur.quidam contra. aliud quando omnino non fuit extincta,sed vulnerata: quia tunc poterit adhiberi medicina.in alio casu non:vt j.eod.vbi. Item si iurauit facta transactione se non venire contra transactionem, omnia debet reddere si contra faciat,& repellitur exceptione † in odium periurij:vt j.si quis maior. 47 48

TRANSIGERE *Vel pacisci*. Nota quòd hic dicit & de transactione,& de pactione: quia non omnia illa verba reiterantur.j.& quid sit transigere vel pacisci,dic vt notaui s.cod.l.1. *De crimine capitali*.Nomen ponit generale: quia crimen dicitur†capitale, quando quis deportatur vel damnatur in metallum, vel ad mortem: vt ff.de bon.possess.edicto.& de pub.iud.l.2.hic autem restringendum est ad illud crimen capitale quod irrogat pœnam sanguinis, vt patet per finem legis,cum dicit, in aliis autem publicis iud. &c. Sed mirabile videtur quod hic dicitur,quomodo licet transigere vel pacisci in talibus, cum is qui pactus est, teneatur † senatusconsulto Turpilliano: vt ff. ad Turpil.ab accusatione. Respond.hic loquitur in reo, cui licet redimere sanguinem suum quoquo modo: vt ff. de 49 50

bn eorum qui ante senten.l.1.ibi verò loquitur in actore. nihil ergo ad [illegible]. *Excepto adulterio.* Excipit adulterij crimen. crimen illud pœnam sanguinis irrogat:vt ꝟ.ad leg. Iul.de adul.quamuis.& ideo excipit,quia tam detestabile†est crimen, & tot homicidia committuntur propter illud: vnde noluit lex quòd super eo posset transigi. Sed videtur contra.ff.ad leg.Iul.de adult.si maritus. §.sed si negauerit. sed ibi non interuenerit pactio, sed sola renunciatio:& ideo reus non habetur pro confesso. Item videtur obuiare in authen. vt liceat matri & auiæ. §. vlt.sed dic quòd in adulterio prohibet fieri transactionem non tamen pactionem;& ita non cōtradicit. Vel quod ibi dicit intellige quantum ad præterita adulteria. quo cum futura enim non teneret pactio vel transactio: vt hîc dicit. Præterea videtur contra.infra authen.vt nulli iudi.§.si quādo. Respond. illa corrigit:vel speciale est in marito:vel,quod verius est, ibi nec paciscitur nec transigit de adulterio, quia fieri non posset, cum ibi lata esset sententia contra mulierem:& ideo iubetur ingredi monasterium:vt ibi dicit. sed maritus poterit eam reconciliare, vt ibidem continetur. Sed an idem in raptu virginis? videtur quòd sic,arg.ꝟ.pro quibus causis serui præmium acci.l.vlt.vel penul. Vel ideo dicit illud,vt prohibeatur transactio vel pactio,sed ideo,quia qui talem transactionem detegit,peruenit ad libertatem.sed quare perueniret,nisi inhiberetur illa trāsactio,non video.tamē potest dici quod teneat quantum ad transigentem.probatur ex eo quòd ibi dicit,aut pactione transmissum. quod sic intelligitur.i.finitū quantum ad transigentem, arg.ff.ad leg. Iuliā de vi pub.vel pri. qui cœtu.§.qui vacantem.est tamen argu.contra.l.1.§.vlt. *Non prohibitum.* Sed quid si cum vno transactum sit,nunquid nocet cæteris? sic,nisi præuaricatio†vel collusio fuerit detecta præuaricationis.& argum. ff.de iureiurand.eum qui.§. in popularibus. ad idem est, supra eodem. præses *In alijs autem public.* Quid in priuatis? videtur eadem ratione quòd non permittatur in eis transactio,arg.ff.de arbit.non distinguemus.§.Iulianus.& ꝟ.de his qui not. infa. l.non damnatos, vel dicas in eis permissum:quia quod leges non prohibent.†videntur concedere:vt ff.quibus ex causis maior.necnon.§.quæ clausula. & ꝟ.eod.causas. *Transigere.* Non repetit pacisci: quod notabile est. pacisci enim potest:vt ff.ad leg.Iuliam de vi pub.qui cœtu.§.qui vacantem.& de iure fisci,in fisci.& heius qui delatorem.pacisci ergo licet gratuito: sed si delatorem † corruperit pecunia, pro confesso habetur:vt ff.de præuaric.in omnibus. est tamen necessaria sententia, [illegible] l.prædicta.ff.de iure fisci,eius qui. *Circa falsi accusationē.* Crimen falsi quandoque irrogat pœnam†sanguinis,vt in falsa moneta ꝟ.de fal.mone.l.1.& penult. quandoque deportationis:vt ff. ad leg.Corn.de fal.l.1.§.vltim. siue ergo irroget pœnam sanguinis, & [illegible] secundū regulā,siue non,& tunc licet specialiter transigi [illegible] ratio,quia plerūque refertur ad pecuniarium cōmodum.

SVMMÆ.

1 *Transactio quando rescinditur propter publicum negotium.*
2 *Praeuaricatio.*
3 *Instrumenta post transactionem non valere. Instrumenta sunt arma litis ibid.*
4 *Transactio quando à principio non tenet.*
5 *Res iudicata propter instrumēta post reperta non retractatur.*
6 *Dolus qui causam dedit contractui, facit ipso iure nullum.*
7 *Propter dolum transactio est ipso iure nulla.*
8 *Furti actio pro subreptis instrumentis.*
9 *Actio de dolo.*
10 *Actio furti & de dolo famosa.*
11 *Sententia non tollit naturalem obligationem ipso iure.*
12 *Ex transactione nō datur actio.*
13 *Sententia facit ingenuū, nō pactio.*
14 *Simulata venditio.*
15 *Inanis gloriæ cupidus.*
16 *Doli contestatio.*
17 *Transactionis causa datum repeti non potest.*
18 *De æquitate aliquando datur exceptio.*
19 *Remissio conditionalis.*
20 *Turpia dicuntur impossibilia.*
21 *In priori causa potior est conditio possidentis.*
22 *Ex contractu facio vt des, non datur actio nisi de dolo.*
23 *Pactum vestitum.*
24 *Qui trāsigit nō trāsfert dominiū*
25 *Generalis petitio & transactio.*
26 *Nemo ex suo dolo lucratur.*
27 *Manumissio in fraudem creditorum.*
28 *Non licet alicui turpitudinem suam allegare.*
29 *Quando agenti obstare potest generalis transactio.*
30 *Sententia sine causa cognitione non valet.*
31 *Quibus modis rescindatur sententia.*
32 *Cum genus prohibetur, prohibetur etiam quæ libet eius species.*
33 *Ordo executionis.*
34 *Actio de euictione ex stipulatu.*
35 *Apostrophe figura.*
36 *Quæstio de facto alieno & de suo.*
37 *Facta remissione non transfertur dominium.*
38 *Non debet ei fides seruari qui vult contra pacta versari.*
39 *Repræsentare quod est ante diem afferre.*
40 *Gratuita pactio.*
41 *Lis pecuniaria.*
42 *In pactis & transactionibus nō est locus pœnitentiæ.*
43 *In contractibus innominatis fic.*
44 *Aquiliane stipulationis effectus.*
45 *Pœna promissa quando debetur.*
46 *Graue est contra pacta venire & fidem fallere.*
47 *Clementia deo nos purificat.*
48 *Alienatio cum decreto præsidis firmissima.*
49 *Libelli oblatio.*
50 *Pœna conuentionalis & legalis differunt.*
51 *Libellus principi datus facit cōtestationem litis.*
52 *Qualiter irrogatur infamia.*
53 *Quilibet periurus est infamis.*
54 *Iusiurandum quod improbe vel illicite gestū est, non confirmat.*
55 *Falsitas instrumenti.*
56 *Autoritas iurisiurandi.*
57 *Quando minori denegatur restitutio.*
58 *Error calculi.*

59 De

SUB PRÆTEXTU. *Rescindi iura non patiuntur.* Simile est in re iudicata: vt infra de re iudic. sub prætextu. non ergo prætextu nouorum instrumentorũ poterit transactio rescindi, nisi † negotium sit publicum: & tunc intra tres annos non post, nisi probetur † præuaricatio, vel manifesta fraus: vt infra de sentent. aduer. fisc. & ff. de re iudic. imperator. s. oportet ergo habere instrumenta tempore litis ante † transactionem. nam post non valent. sunt enim arma litis, & ideo in lite sunt necessaria, sicut arma in bello, non postea. Sed videtur contra. ff. eod. de his. nam ibi dicit quòd veritas inquiri non potest nisi inspectis verbis & cognitis testamenti. sed dic quòd ibi speciale est gratia vltimæ voluntatis. vnde à principio non tenuit † transactio, cum voluntas fuerit contraria. aliud in contractibus, nisi a principio tenuit, quia ibi non est fauor aliquis. & ideo post decisionem si instrumentum de causa † illa vel testis reperiatur, non poterit retractari: vt hic. *Si quidem actio superest, replicationis auxilio &c.* Videtur falsum, quia in bonæ fidei iudiciis si dolus dedit causam contractui, facit † ipso iure nullum: vt ff. de dolo. l. eleganter. §. 1. ergo idem videtur in transactione. Respond. non est bonæ fidei contractus tamen inter eos non connumeretur: & ideo non tollitur ipso iure sed per replicationem: vt hic dicit. Præterea videtur contra. quia siue quis insistat vel resistat propter dolum, videtur ipso † iure nulla transactio: vt probatur. ff. de condic. inde. in suam. & sic dixit Frogerius sed hic videtur contradicere. vnde distingue, quia si quis instat per calumniam i. agat, ipso iure nulla est transactio: vt ibi, si recipiat quia excipit, vt hic faciebat ista dolosa mulier. nam est ipso iure nulla. sed per replicationem, si habeat veterem actionem, vel per actionem de dolo, si Aquiliana stipulatione & acceptilatione interueniente, sublata est vetus actio. si hoc mirum est, quia † furti actio datur pro subreptis instrumentis vel tabulis, vt ff. de fur. qui tabulas, ergo cum aliud habeat auxilium, non dabitur actio. Sed vero intellige subtractis, id est furatis, sed quòd dolo suo fecit ne alius haberet. tunc enim competit actio † de dolo. Vel pone quòd subtraxit, sed mandauit alicui quòd teneret, qui credidit sua esse: & ita non datur contra alium actio furti, nec contra istum, cum non contrectet: vt ff. de furt. si is qui

rem.§.penult. vel dic quòd concurrit cum ea actio de dolo, cum vtraque † famosa sit. Io. contra: quia cum alia etiam famosa non concurrit: vt ff. de dolo, ideóque. 10

L. 20. Non minorem. Intellige in excipiendo. sed in quibusdam transactio maioris est auctoritatis, quia tollit naturalem obligationem ipso iure: vt ff. de solutio. Stichum. §. naturalis. quod non facit † sententia: vt ff. de condic. indeb. Iulianus. Item transactio non retractatur per appellationem, sicut & sententia: quandoque minoris est auctoritatis, quia ex ea † non datur actio: vt s. titu. 1. cum proponas. secus in sententia. Item sententia lata contra sententiam à qua non est appellatum, nulla est: vt infra quando prouoc. nõ est necess. l. 1. secus in transactione: vt ff. de condic. indeb. eleganter. §. si quis post. Item sententia facit † ingenuum, non pactio: vt infra de ingen. manumit. ingenua. 11 12 13

L. 21. Cum ea. Pone quòd aliquis scholaris recessit pro sapienti in aduentu suo mouet ei controuersiam aliquis, & sic conuenit ipsum rei vindicatione. scholaris iste cùm videret quòd ista esset prima causa, cogitauit secum quòd turpe esset secum si succumberet in ea: & sic cum perpenderet se non fouere bonam causam, dixit aduersario, quòd si desisteret à lite, daret ei vineam suam: sed ita voluit quòd faceret, quòd scilicet ipse scriberet eam se emere, proponens turpe esse sibi si homines scirent. quòd ille haberet nomine transactionis: volebat tamen dare nomine † transactionis. & ita fecerunt scribi, quòd emerat illam vineam, & sic interposita est transactio. Vel etiam pone econuerso alium casum, quando scholaris conueniebat aliquem rei vindicatione: & cùm videret quòd succumberet in causa si procederet ad gloriam: ita venit ad alium. & dixit quòd desisteret à petitione sua: sed volo quòd rem quam petis, habeas nomine transactionis. redigatur tamen in scriptis quòd emeris. respódit aduersarius: bene placet. & ita interposita fuit transactio. quæritur in aliquo istorum casuum vtrum possit petere prætium scholaris. & dicit quòd non. *Dari*. Quando ad rẽ conueniebatur rei vindicatione & dedit nomine transactionis. *Aut retineri*. quando conueniebat, & nihil dicat, si conuenit de retinendo. Io. aliter posuit, quando s. scholaris in dando erat actor, in retinendo reus. vnde hîc posuit glossam suam, scholaris gloriosus † & inanis gloriæ cupidus, in dari actor, in retineri reus. Sed planius & melius poneretur si dicamus quòd in dari fuit reus, & in retineri actor: & posuit dominus meus. 14 15

L. 22. Si maior. Pone quando aliquis facta transactione bona fide fiebat, & dicebat se deceptum: non valet talis contestatio † doli ad hoc quòd rescindatur transactio. 16

L. 23. Nec intentio. Pone quando quis credebat se heredem Archimedori, & non erat, imò alii erant veri heredes. ille falsus cũ ita detineret hereditatem, conuenitur à creditoribus hereditariis.

transegit

transigit cum eis, quia promisit aliquid vt desisteret. distinguitur vtrum dederit, an non, an stipulatio fuerit interposita, vt hic dicit. sola ergo intentio non præiudicat isti qui verè heres non erat: sed si dedit causa transactionis, quamuis sit indebitum, non potest repe-
17 tere, sicut in re iudicata. j. de cond. indeb. l. 1. & s. eod. l. 2. Sed quæritur an veri heredes cuicta ab illo hereditate possint excipere de pacto facto. videtur quòd eis non debeat prodesse: vt ff. de pactis. si tibi. §. cum possessor. sed arg. videtur contra. ff. ad leg. Falc. l. 3. sed di-
18 cit quòd mero iure non proficit: de æquitate † tamen eis datur exceptio, arg. ff. de constit. pec. si post constitutam. Vel dicas quòd in l. de petit. hered. ideo competit, quia soluerunt de ipsa hereditate. aliud si de propria bursa dedissent: tunc non prodessent aliis, nec cótra est. ff. de tut. & rat. dist. l. si ex duobus quia dicit quòd facta trãsactione cum quibusdam alij poterunt postulare quòd deducatur de condemnatione quod primi præstiterunt. ibi enim ex communi causa conueniebantur, vt not. s. l. 1. hic ex speciali. vnde in communi dolo poterunt postulare quòd detrahatur, non autem hic.

Si quidem. *Petere minimè prohiberis.* Distinguitur ergo vtrum acceperit partem debiti nomine transactionis, an quia soluit ei, sicut plerique debitores soluunt partem. L. 24.

Si maiores. Hic notabis tres casus. nam aut qui remisit, nihil de hereditate dixit, sed in corde retinuit, vt hic: & ita tenuit pactum omnino. aut dixit quidem, sed in forma conditionis, vtputa remit-
19 to tibi si me feceris heredem, & tunc nulla est † remissio sicut & stipulatio sub impossibili conditione concepta. nam turpia dicuntur
20 † impossibilia: vt instit. de inult. stipulat. §. impossib. & de cond. inst. l. hl. us P. dixit valere, & pendet conditio. si verò remittat & dicat, ideo facio hoc, vt me facias heredem: & sic etiam vterque consentit, dico quòd non posset petere debitum quia in pari causa potior
21 est conditio † possidentis: vt j. de condic. ob turp. cau. l. 2. distinguitur ergo vtrum non exprimatur ille respectus hereditatis, an exprimatur tanquam conditio, vel tanquam modus: & in secundo dissentit P. cum Io. L. 25.

Sana mente. Consonat. j. qui testa. fac. pos. senium. L. 26.

Transactione. Plana est. L. 27.

Sive apud. *Scriptum interue. vel, non.* Vt s. de pact. pactum. L. 28.

Si nec *Huiusmodi rei. Cui stipulatione* &c. Si stipulatio esset interposita, bene aggeretur, cum sit pactum vestitum, ex quo actio nascitur. alioquin ex nudo pacto non agetur: vt hic dicit. Sed posset quæri quare non nascatur actio ex pacto transactionis. B. voluit di-
22 cere quia cadit in speciem illius contractus † facio vt des, ex quo nõ datur actio nisi de dolo: vt ff de præscr. verb. l. naturalis. §. quòd si faciam, sed cum habeat aliud auxilium, quia veterem actionem, vt s. eod. cum proponas, vel replicationem doli, non dabitur a-

ctio de dolo,quæ ex contractu isto debet nasci.& ita dixit ex pacto transactionis nullam nasci actionem.Io.nó ita dixit:quia facere de quo hic loquitur,non est tale qu de ibi. nec enim est tale ac si faceret domum vel librum scriberet: sed quasi dare dicitur tale facere siue remittere:vt ff.de condic.cau.da.si mulier.& l.si pater.dic ergo quòd ideo non agitur,quia ex parte agentis pactum tale non potest intelligi†vestitum. nam hoc agitur, vt in perpetuum desistat. hoc 23 autem nondum impleuit, & ideo durat vetus actio,arg.ff.de condi. inde. eleganter. §. si quis. sic ergo cum neque re neque verbis,neque aliquo aliorum modorum vestiatur,nó datur ex eo actio.*Tamen rerum vendi.penden.* Ergo qui†transigit,non trásfert dominium,vt j. 24 notaui,si pro fundo s. &.eo.si per.

L.29. SVB PRÆTEXTVS PECIERVM.*Generals transac.finita,*&c. Non habet locum quod hîc dicitur,in sententia: quia etsi generaliter lata sit, si tamen post appareat aliquid de quo actum non sit in principio,de eo poterit agi:vt j.de iud.l.2.vnde non est contra licet quidam assignauerint hic:quia aliud est in sententia. si enim generaliter feratur, in omnibus mero iure tenet. sed tamen replicatione repellitur pro his de quibus actum non est.hic non repellitur replicatione,cum generalis est†petitio & transactio. *Apud alium.* Sed 25 quid si apud eundem fuit,& errauit circa proprietatem,generaliter transegi,præiudicat mihi?& certè non,secundum M. cum hoc non cogitauit, vel quia egit personaliter. vnde post agendo rei vindicatione non debet repelli. *Nihil potest nocere.* Quo minus extraneus conueniatur rei vindica.

L.30. TRANSACTIONE FINITA.*Instaurari graue* &c Nemo enim ex suo dolo vel delicto†lucratur: vt ff.de reg. iur. nemo ex suo deli- 26 cto.Idem etiam dicitur in eo qui manumisit, si post dicat se†manu- 27 misisse in fraudem creditorum non licet allegare, nec reuocare. j. de seruo.pig dato.l.3 & est arg.quòd non licet alicui turpitudinem suam†allegare: sed tamen bene licet contra eum qui delicti consf- 28 cius est,ne conueniat:vt j.de libe.caus.a.si filium.ff.sol.mat vno. de dolo,si duo.& ff.de fide instr.repertæ de noxalibus,quotiens.§.vlt. de iureiurando.aliàs.est tamen alius casus specialis vbi licet allegare,vt ff.ad municip.Titio.

L.31. SI DE CERTA.Potest intelligi vt etiam si de eadem re experiar, sed tamen ex alia causa,puta quia egi hypothecaria,nunc agere volo rei vendicatione vel publiciana, non obstat transactio sicut est in sententia,arg.ff.de excep.rei iudic.si mater.§.eadem.sed hoc videtur falsum, quia ibi generalis est transactio† & petitio nocet in 29 omnibus etiam de quibus non cogitaui: vt s. eo. sub prætextu spe. secus in iudicio:vt j.de iud.l.2. quia non nocet nisi in illis capitulis de quibus est actum. & est ideo, quia in pacto consensus vtriusque exigitur, non autem in sententia. & quòd aliud debeat esse in sententia quam in pacto, probatur per l. ff. de verb. obli. stipulatio.

palatio.§ .& 2.si enim promitto habere licere, videor promittere ne m... ieam c... rouersiam, & teneor de iure futuro. in sententia n...n ...m ...e futuro teneor. aliud est arg. ff. de pactis, si vnus. §. ante-pe. ibi enim ...umfructum non poterit petere ex eadem causa qua petiit plenam proprietatem, & tamen obstat pactum. *Eo nomine.* Istud duobus modis potest intelligi, quando de certa re erat facta petitio, & generalis transactio. si enim non dicatur eo nomine. i. nomine illius rei specialis, nihilominus petam. Vel aliter, quia licet dictũ sit generaliter, nihil amplius petam eo nomine vel ea actione qua petii, nihilominus post alia ex causa poterit agere: vt suprà notaui.

30 SI CAVSA COGNITA. Bene dicit, quia aliàs non valeret † sententia sine causæ cognitione: vt ĭ. quomodo & quando. ea. & in tit. commi epi... l. pen. vel vlt. *Appell. vt in integ. rest.* Si enim aliquod istorum interuenerat, s. quòd rescindatur sententia appellatione, vel in integrum restitutione, bene poterit transigi. vel etiam si fuerit incertum iudicatum sit an non: vt ff. eod. post rem. & de condi. inde. e- L. 32.

31 leganter. §. 1. istis † ergo modis rescinditur sententia. & alii sunt multi per supplicationem: vt s. de precib. quæ supplicatio autem. vel propter falsa instrumenta. sed de his duobus dicit idem intelligendum in ...mnibus. sic ĭ. de condic. inde. l. 1. & ff. ad leg. Aq. item Mela. & l. vulneratus. dicit ergo ratione exempli. *Super iudi. frustra tamen.* Quia transactio est de re incerta, hoc certum: vt ff. eo. l. 1. *Proinde si non Aquil. stipul.* &c. Per hoc quòd hic dicitur, voluerunt qui-

32 dam dicere quòd si transactio fiat post rem iudicatam: quia cum † genus prohibeatur, prohiberetur etiam quælibet eius species: vt notatur. ff. eod. l. 2. nec dicit hic quòd Aquil. stipulatione possit fieri transactio: sed quòd poterit si vult post rem iudicatam causam iudicati nouare, & per acceptilationem tollere, & recedere ab ordine executionis & ita transigetur super Aquil. stipulatione, quia lis ad-

33 huc posset esse, vtpote cum esset † ordo executionis. & quòd ita possit fieri transactio, probatur. ff. de re iudic. si se non. §. ex conditione.

SI PRO FVNDO *Liberum dari.* Hoc enim semper debet præstari, quòd liber, etiam si non sit dictum, vti optimus maximúsque est. licet quidam contra quia oportet secundum eos quòd hoc dicatur: vt not. ff. de contrahen. emp. cum fundum. *Nec eo tempore minor annis.* Si enim esset minor, posset venire contra. vt ĭ. si aduersus transact. l. 1. & 2. *Probatum.* Et super hoc etiam fuerit pronunciatũ, quòd sit alienum vel obligatum. aliter enim non ageretur de euictione: vt ff. de euict. euicta. *Præscriptis verbis.* Ad interesse: sed non interuenit stipulatio in transactione. sed videtur contra. s. eod. ... apud. & s titul. 1. cum proponas. quia dicunt quòd ex pacto transactionis non oritur actio. & in veritate certum est quòd non oritur. si tamen tradidi, & euincatur res ab illo cui tradita est res, a- L. 33.

get†ex stipulatu de euictione, si cauit sibi vel si non cauit, per stipulationem præ scriptis verbis ad interesse, vt dicit. & sic non oritur ex ipso pacto transactionis actio ad rem tradendam: sed re tradita per transactionem bene oritur. simile est quod dicit l. 1. communia vtriusque iud. si fratres. ff. de pact. diuisionis. *Si tamen* &c. s. locutus est in persona actoris, quòd s. agere possit de euictione ex stipulatu vel præscrip. verb. pro re tradita nomine transactionis. modo transfert se ad personam rei. & dicit quòd si euincatur res ab eo, super qua interponitur transactio à fisco vel à quolibet alio, nullum habet regressum contra actorem. & sic est hic figura†apostrophe, hoc est transitus vnius personæ ad aliam. simile habes. ff. manda. l. diligenter. vel etiam potes dicere quòd hoc faciat quæstionem circa reum de facto suo & alieno, quia si alius euincat rem ab eo, & expendat in causa illa, quæritur vtrum de euictione pro re vel de expensis possit agere. & sic quæstio†est de facto alieno & de suo, hoc est quia alius euincit, & ipse expendit. & dicit quòd nihil potest cōsequi ab actore. & est ratio, quia actor habet causam possidendi à reo, non autem reus ab actore. transfert enim dominium reus in actorem. vnde fac vim in eo quod dicit dari: quia fecit rem accipientis. secus est in eo qui actor est & transigit: quia si habet dominium, non transfert in alium, qui retinet rem. vnde dicit l. quòd pēdet rei vindicatio: vt s. eod. siue apud. & est bene notandum quòd facta† remissione non transfertur dominium. videtur enim contra. ff. ad leg. Falc. l. 4. si heres. sed ibi loquitur quantum ad Falcidiæ rationē, non quantum ad transactionem.

34 35 36 37

L. 34. QVI DONATIONIS. *Pollicitatione.* Vel promissione vel stipulatione: quia per pactum non potest fieri quòd quis alii succedat.

L. 35. TRANSACTIONEM. *De reg. improbauit.* Simile habes. ff. quod met. caus. cap. non est verisimile. j. de his qui per met. non appell. l. 1. & 2.

L. 36. SI MAIOR. Pone casum istius. l. quando aliquis agit contra alium: & cum esset controuersia, interposuerunt se amici, ita quòd induxerunt eos ad transigendum: & sic conuenit nudo pacto reus dare aliquid actori vt de cætero non peteret. si ille nudo pacto conuenit desistere, & reus postea non vult dare, nec offerat per duos dies, sed post in tertio, dicit quod si agatur veteri actione, proficiet pactum factum in transactione, ne s. peteret. si tamen nunquam dare vult nec offerre, licet ad veterem redire actionem: quia non† debet ei fides seruari, qui vult contra pacta versari: vt s. de pact. cum proponas. & s. eo. siue apud. & ita l. ista per illas duas determinabitur. Sed quia casus iste videtur continere iniquitatē, pone alio modo secundum Io. quando s. conueni te ad fundum: & conuenit te daturum nomine transactionis vsque ad annum, quando dedisti ante annum, nec obtulisti, videbatur quòd hic possit agi ad rem super qua fiebat transactio. sed contra est: quia quamuis non repræsentauerit

38

uerit dari placita intra annum, cum non teneatur intra annũ transactionis, proficiet æquitas, nec ob hoc poterit rescindi. *Repræsenta-*
39 *ta.* Repræsentare est† ante diem afferre: vt ff. de Car. edic. l. 3.

TRANSACTIO. *Nulla dato*, actori. *Vel retento.* Ab actore: quia de L.37. rebus rei erat apud actorem. Minime procedit. & in hoc differt à gra
40 tuita† pactione: vt ff. eod. l. 1. nec obstat. s. eod. si profundo. quia promissio ibi interuenit.

PROMISSIS. Potest intelligi quod dicit l. ista ex parte actoris L.38. vel rei. à reo enim poterit peti pœna & ab actore si contrauenerint. sed magis videtur secundum literam istam quòd loquatur in actore. & sic est cum promittitur species pro pœna, & in lite erat pecu-
41 nia. si verò in lite† pecuniaria, & promittatur pecunia, in hoc posset dubitari, quia videtur in fraudem vsurarum: vt ff. de act. empt. vihus. §. idem Papinianus. sed non est præsumendum in transactione, sicut nec in compromisso.

42 QVAMVIS. *Fel. is instaurari non potest.* In pactis enim & † transactionibus non est locus pœnitentiæ: vt j. de actio. & oblig. sicut. in L.39. quibusdam tamen est, vt si appellaui, licet pœnitere. j. de appell. l. si
43 liberos. & in contractibu† innominatis: vt ff. de cond. ob cau. dedit. & l. si pecu. Idem in societate. si tamen intempestiuè renunciet, tenetur act. pro socio: vt j. pro soc. diximus.

VBI *atque Aquilianæ stipul.* si erat obligatio principalis re con- L.40. tracta, qualiter tollatur per acceptilationem, dic vt notaui. j. de acceptila. l. vlt. *Vinculis iuris.* quia Aquiliana stipulatio tollit † præce-
44 dentes obligationes, & nouas inducit. acceptilatio tollit Aquilianam stipulationem, & obligat naturaliter ad non petendum. *Aut pœna vnà cum his* &c. sed nonne in pœna videretur distinguendum. & ff. eo. qui fid. verum scilicet ita fuerit apposita nihilominus pacto manente rato, aut non, hic enim non ita distinguit: sed leges illæ loquuntur quando simplici pacto fuit facta transactio. hic autem val lata fuit Aquiliana stipulatione & acceptilatione. vnde in odium illius qui vult venire contra transactionem ita solemniter facta, si-
45 ne distinctione tenetur ad vtrunque, dest ad † pœnam promissam, & data causa transactionis. & ita forte facienda est vis in eo quod dicit, scripta est: quia aliud si non interuenisset scriptura. & ita erit contra regulam generalem s. de pactis. pactum. & ideo forte operabitur hoc scriptura cum Aquil. stipulatione, id est, vt si non fuerit actum de præstando vtroque, petatur pœna, & datum nomine transactionis: & renascetur extincta actio: quasi hic sit speciale. videtur enim petere ob hoc quòd omnia retroagantur. sic intellexit Alb. literam istam: vt s. eo. si diuersa. & sic dicitur in venditione: vt j. quãdo l. ab emp. rece. Præterea videtur pro eo facere. j de non nu. pecu. contra qui. sed lo. contra. quia non renascitur, cum extincta sit per Aquilianã stipul. & acceptilationem. vnde etiã si dolus interueniat, nõ renascetur: vt s. eo. sub prætextu instrumenti. hic ergo mul-

to minus resuscitabitur, cum dolus aliquis non interuenerit. non enim pœna ob hoc quòd tetro omnia agantur. sed ob maleficium & improbitatem eius qui venit contra transactionem sic vallatam. graue est enim contra pacta † venire, & fidem fallere. Vnde si actor 46 contra pacta veniat, non dico, de iure, quia nullã habet actionẽ, sed de facto, nihilominus pœna cũ eo quod datum est petetur: & alius non habebit actionem. Et est notandum. aliud enim ÿ. si mancip. ita ven. ne manu. ea quidem. Ante cognit. causæ, id est antequam de causa prima & principali cognoscatur. & sic est arg. contra. ei quod dicitur ff. de iudi. qui prior. quia hic etsi primo appellauerit, non prius agetur causa illa, imò posterius. *Si aduersarius hoc noluerit.* posset enim esse tantæ clementiæ aduersarius, quòd hoc nollet. aliàs enim dicit, l. quòd clementia deo † nos parificat infrà de nupt. imperialis. 47

L. 41. SIQVIS Maior. ideo dicit de maiore: quia si minor esset, posset venire contra per beneficium restitutionis: vt ÿ. si aduersus transactionem. sed videtur contra. cum sit sacramento vallata: vt infra si aduersus vendi. l. ij Respond. quia si iurauit minor auctore tutore, & facta est † alienatio decreto præsidis interueniente in illis rebus 48 in quibus est necessarium, non potest venire, cum tenuerit alienatio: vt ibi sine tutore & prætore transegit, ipso iure nulla est transactio. si iurauit se non venturum contra, non valet, imò potest restitui: vt hic. hodie contra per legem Friderici. *Sacramenta.* quia non restituitur. *Nullo cogente imperio*, ideo dicit, quia si timore alicuius magistratus transegisset, non valet: vt infrà quod met. cau. si per impressionem. *Libero arbitrio.* multis modis dicitur arbitrium. *Vel interpellando.* subaudi, & litem contestando. nam sola libelli † 49 oblatione non veniret contra: vt ff. rem ratam ha. amplius, vel forte distinguendum vtrum conuenerit de non petendo, an ne veniat contra transactionem. Primo casu oportet litem contestari, vt dicit lex. amplius secundo sufficit sola interpellatio, vt hic. sed hoc intellige in † pœna conuentionali, de qua hic loquitur. aliud in 50 legali, quia non ita citò incidit quis in eam: vt ff. de bonis liber. qui cum. §. accusare. ibi enim committitur post sententiam: sed illa auctoritate legis datur, ista conuentione, & ita soluitur arg. contra. quandoque tamen & legalis ante lit. contest. committitur: vt not. supra de in ius voc. quamuis. *Vel non supplican. princi.* quamuis alias libellus † principi datus faciat litis contest. *Vel non implen. promiss.* nota istum vltimum modum: quia si non dat quod conuenit, videtur 51 incidere in pœnam. non ergo idem si dedit, & post velit contrauenire: quia postquàm dedit. liberatur ab illa pœna. vnde si post faciat contra, non petet pœnam, sed alio modo poterit se defendere. Et hoc ideo notaui, quia quæstio fuit vtrum si veniat contra, incidat in pœnam. & videtur litera ista dicere contra. *Innoca. Dei omnipot. nomine.* quia dixit, ita Deus me adiuuet, & hæc sancta euangelia,

51 gelia, sicut seruabo transactionem. *Non solum notatur infamia.* sed qualiter † irrogatur infamia ista, ipso iure, an per sententiam? & videtur quòd ipso iure, cum non enumeretur inter alias in quibus per sententiam fit aliquis infamis. ff. de his qui not. infam. l. j. ergo si venit contra sacramentum & pactum, infamis efficitur ipso iure. & intellige generaliter pactum: quia siue vendidit siue locauit, & iurauit se non venturum contra: si veniat contra infamis erit eadem ratione sicut in pacto transactionis. Et si aliquis dicat, imò in pacto transactionis est speciale, & in odium eius qui vult litem resuscitare, probabiliter videtur moueri. sed hic dicet de pacto generaliter: & ideo intelligendum est de quolibet, & ita forte dicet quis
53 quòd quilibet periurus † est infamis. sed canones de pluribus dicunt: & forte aliud per canones quàm per leges: quia per leges si veniat contra pacta & sacramentum, fit infamis: vt hic. si contra sacramentum tantum non fit infamis ipso iure, si verò contra pactum, si quidem pactum fuit de præsenti vel de præterito, puta quia dixit in paciscendo rem pignoratam esse suam vel fuisse, non videtur infa. quamuis damnatus sit crimine stellionatus: vt ff. de crimine stellionatus. l. ij. si autem pactum fuit de futuro, non fit infamis nisi & contra sacramentum & contra pactum veniat. puta iurauit quis se daturum vel facturum aliquid si ego ita iuro quòd hodie comedam carnes, non est ita, vt hic dicit, & s. dixi. Si obiiciatur. ff. de his qui not. infa. Lucius. ibi enim probatur quòd periurus non est infamis: Respond. ibi non fuit pronunciatum de illo, sed inter alios: & ideo illis non præiudicat, nec infamatur, quamuis reprobatum sit eorum testimonium. & bene concedo quod quidam periuri non sunt infames, sicut suprà distinxi secundum Io. minor tamen habetur eis fides in testimonio ferendo, quia præsumuntur in alio peierare facile: vt ff. de accusa. si cui. §. iisdem. *Placitis inferentes.* quia dixit, ita Deus adiuuet imperatorem, sicut ego seruabo transactionem istam. & sic quicunque legem facit, beneficium legis inuocat: sicut qui contra facit, debet carere: vt ff. de min. auxilium. idē in vltima voluntate ff. de leg. ij. cum pactum. §. libertis.

Si ex falsis instrumentis. si verba ista intelligantur vt videntur prima fronte sonare, id est, vt exponantur in sua prima significatione, iam finis legis contradicet suo principio, & l. quæ est suprà eod. transigere. ibi enim dicitur quod super falso facta transactio tenet. ne ergo contradicere videatur, expone sic: si ex falsis instrumentis id est timore falsorum instrumentorum. & ita etiam antiquitus hoc verbum fuit expositum. ne si diceretur si ex falsis, id est de falsis vel super illis instrumentis, contradiceret suo fini. & legi prædictæ, transigere. *Transactiones.* verbum speciale. *Vel pactiones.* verbum generale, vel vocat transactionem pactum non gratuitum: vt not. supra eo l. j. *Inita fuerint.* scilicet & durant adhuc. *Quamuis iusiurandum.* notabile est quod hic dicitur, scilicet iusiurandum † non con- L. 42.
45

firmare quod improbe & illicite gestum est. Sed contra. est ǰ. si aduersus vendi l.j. vbi dicitur quod non habebit minor imperatorem auctorem periurij. & ita videtur quod non possit venire contrà, prætextu etiam minoris ætatis. si verò non iurasset. causa cognita posset contrauenire: vt infrà de prædiis minorum l.j. & ff. de minor. l. penult. si res. Respond. ibi facta fuit venditio decreti auctoritate. Vel dicamus, nihil de lege illa ad illam. ibi enim non prætendebatur falsitas † alicuius instrumenti. vel ideo hic non confirmatur per iusiurandum transactio, quia de iure cui potest contrauenire. non ergo debet per sacramentum confirmari: vt s. de legibus, non dubium. ibi verò volebat de iure speciali contrauenire. s. per restit. in integ. quod non licet propter † auctoritatem iusiurandi. facilius enim tollit sacramentum ius speciale, quàm commune. Item videtur contra. ǰ. si minor se maiorem dixe. si alterius. §. quòd si per iniuriam. Respon. quia licet interuenerit aduersarij calliditas, non tamen tanta quanta hic. vel distingue, quia si minor alterius circumueniendi causa dixerit se maiorem, denegatur ei † restitutio in integ. si verò ab alio deceptus dixit se maiorē, poterit restitui, si quidē nec animo decipiendi alium, nec ab alio deceptus dixerit se maiorem, & hoc iurauerit, tunc non potest contrauenire, cum ex licita causa faciat: vt ff. qui satisda. cog. l. vlt. & cum dicit iuratos milites Hugonis. *Etiam ciuiliter.* sed quomodo reuelatur ciuiliter? Respon. per exceptionem, vel replicationem. per exceptionem & in actore & in reo. in actore, vt si conueniebam te ad. c. & tu ostendisti mihi quædam instrumenta falsa quæ credidi esse vera, in quibus videbatur contineri quod tu esses in causa absolutionis, ego verò quia volebam videri habuisse victoriam in causa illa sicut agnoui s. eo. l. cū ea. promisi aliquid de meo vt patereris superari te. si agas pro huiusmodi promisso, ego actor excipiam de falsitate instrumenti. in reo verò parens est, vt si actor vtebatur falso instrumento, cuius timore reus transegit, si promisit, habet exceptionē reus. Bene ageres, si instrumentū falsum non esset. & erunt hæc verba suæ exceptionis in replicatione in actore: quia si promisit, secundum quod s. posui, timore falsi instrumenti, & soluit, poterit iterum agere. & si excipiat reus de transactione, replicabit actor de falsitate instrumenti. Item in reo: quia si reus transegit timore falsi instrumenti, & actor contra reum post agentem excipiat, replicabit de falsitate instrumenti, & poterit repeti datum causa transactionis condictione sine causa: sicut cum quis errando in † calculo promisit vltra quàm debuit: vt ǰ. de errore calculi. Item subuenitur per beneficium restitutionis ex generali clausula, si qua iusta causa & c. iudex enim talem querelam debet admittere: vt ff. de iudic. si prætor. Reuelatur etiam falsum per actionem in factum: vt ff. ad leg. Cor. de fals. qui nomine. sed in factum actio pœnalis datur cum quis falsas literas nomine præto. is reddidit, vel edictum falsum proposuit: vt dicit. l. illa, qui nomine.

55. 56. 57. 58.

mine. Criminaliter verò reuelatur per falsi accusationem. potest e-
59 nim de falso ciuiliter† & criminaliter agi: vt ĩ. ad leg. Cor. de fal. l. penult. & vlt. Et nota quia quidam dixerunt & notauerunt per l. quæ est ĩ. de fid. instrum. l. 2. & per alias quasdam quòd quandiu po test agi criminaliter, non debet agi ciuiliter. sed Io. falsum videbatur. vt ibi notaui. Item quidam intellexerunt retractari transactionem per falsum instrumentum, interpositam, quando quis vtitur falsis instrumentis scienter: & ita ipsa instrumenta erant falsa, & ipse scienter his vtebatur. si verò ignoraret, non resolueretur transactio, secundum quòd dicunt. sed hoc non placet. Item intellexe-
60 runt hic ideo retractari transactionem, quia inerat tacita† conditio si instrumenta vera sunt. sed Io. non videbatur aliquo modò istam tacitam conditionem inesse: quia tunc non diceretur irritandum. C si deficeret conditio, sed ipso iure irritum: sicut si promisisti mihi L. sub conditione. nam deficiente conditione non est necesse irritari promissionem, quia ipso iure est irrita. non ergo est illa ratio quare permittatur retractari, sed est iusta causa quare retractetur etiam non obstante iuramento: vt s̃. dixi per l. si quis satisd. cogantur l. vlt. *Vt si de pluribus causis vel capitulis.* Si enim plurima capitula contineantur in instrumento, & vnum falsum sit cuius timore sit transactum, cetera omnia vera sunt: non propter alia debent retractari. Vel pone quando transactum erat de pluribus rebus, post specialiter induxit instrumentum falsum de alio pone lorica vel simili. si
61 ergo certum esset in quadam parte sui falsum† esse instrumentum, in aliis non, imò certum erat contra. non vitiantur alia, imò remanent vera. si tamen non esset certum, & in vna parte sui esset falsum præsumeretur totum falsum: sicut dicitur in testamento: quia si induxit nomen vnius heredum testator, nihilominus valent ceteræ partes, & præstantur legata, si certum fuit illa velle testatorem: vt ff. de his qui in testa. delen. l. 2. Et simile est in simile in sententia: quia si de pluribus capitulis feratur sententia, & ita plures sunt sen
62 tentiæ, sicut † propter plures res dicuntur stipulationes: vt ff. de verb. obl. quotiens. & l. hoc iuris. si tamen postea super aliquo capitulo feratur sententia. & ex falsis instrumentis, potest rescindi pro ea parte, pro aliis non: vt ĩ. si ex fal. instrum. & ideo dixi quòd plures sunt sententię, quia si esset vna, non posset stare quod dixi, cũ
63 sententia non possit† pro parte valere, pro parte non. *Aliis capitulis firmis manentibus.* Si illa capitula non cohærent, vt quia agitur de ancilla, & partu, & similibus. tunc enim si retractetur in vno transactio retractabitur & in aliis. alioquin si non essent cohærentia, cõtra. esset: vt ff. de mino. etiam. §. ex causa. Præterea posset quæri, qualiter repetetur illa pecunia data, cum fortè dantur c. pro transactione omnium rerum. quãtum ergo repetetur pro ea super quam trãsactum est ex falso instrumento? & potest dici quòd pro modo æsti-
64 mationis illius rei fiet† restitutio, arg. ff. de leg. 2. qui solidũ. §. cũ post

mortem.& ita proportionaliter fiet æstimatio: vt si illa res valeat x. alia omnis restituitur pro sexta parte, & aliæ partes v. remanebunt apud eum. *Nisi fortè etiam de eo quod fal. dici ur* &c. Ideo dicit, quia si cum aliquis diceret instrumenta esse falsa, & super hoc principaliter transactum esset, postea si appareant etiam falsa instrumenta, non poterit rescindi. si verò pendente causa accusauit de falso, postea transactum est in principali causa, non poterit de cætero moueré controuersiam de falso: sicut dicitur in sententia: quia si aliquis noluerit† redarguere instrumenta falsa causa pendente, & sic feratur sententia in causa principali, post non poterit resuscitari causa de falso: vt ȷ. ad leg. Cor. de falso. ipse. & ȷ. de fide instru. l. vlt. & ff. de excep. qui agnitis. & sic non contradicunt ll. illæ, licet quidam habeant signatas pro contrariis. 65

L.43. IVBEMVS. Assignatur contra. supra eodem. interpositas. in fi. sed hic dubitabatur an esset seruus. ideoque tenet propter dubitationem, arg. ff. si quis in ius vocat. l. ex quacunque.

DE ERRORE CALCVLI.

TIT. V.

SVMMÆ.

1 *Errore calculi non praiudicat veritati.*
2 *Condictio sine causa.*
3 *Calculus multis modis dicitur.*
4 *Hereditas pro iure deliberandi sumitur.*
5 *Dies boni successus.*
6 *Error computationis.*

L. vnica. ERROREM. Pone casum quando aliqui erant socij, & ex societate debebatur aliquid. si enim in debito ex tali contractu fuerit erratum, non† præiudicat veritati: nisi 1 error ille esset post definitiuam sententiam vel transactionem sopitus. patet ergo quòd si errando datum sit aliquid, quia reuocabitur quicquid datum est per errorem. sed si promisit sic errando amplius quam deberet, habet ad liberationem † condictionem 2 sine causa. *Calculi.* multis modis dicitur vel sumitur† calculus. quandoque pro definitiua sententia: vt ȷ. de appell. si actor. quandoque 3 pro causæ cognitione: vt ȷ. de iudi. rem non nouam. quandoq; pro numeratione, vt hîc. & sic ponitur id per quod fit, pro eo quod fit, econuerso est alias: quia hereditas dicitur transmitti, id est, ius deliberandi: & sic sumitur hereditas † pro iure deliberandi ȷ. de iure 4 deliberandi. cum antiquioribus. fiebat enim antiquitus per calculos, hoc est per minimos lapillos computatio. calcuntur enim pedibus, & quandoque non impune, vnde Persius: Hanc Macrine diem numera-

5 numera meliore lapillo. quia computabant † diem boni successus per lapillum album per nigrum, diem mali successus. sic ergo ponitur id per quod fit, pro eo quod fit. vnde eodem modo & æquè bene dixisset, de errore fabæ: quia per fabas quidam computant, cum non possint habere in memoria quod numeratur. Et voluerunt di-
6 stinguere quidam in errore computationis † debiti ex aliquo contractu, sicut in sententia distinguitur: quia in sententia distinguitur: quia si in promissione exprimatur causa erroris, non valet ipso iure, secus si non exprimatur, sed taceatur, sicut dicit lex in sententia. ff. quæ senten. sine appell. l. j. & ȷ. quando appell. j. sed nos contra: quia siue exprimatur causa erroris siue non, in debito ex contractu, aliud est dicendum quàm in sententia, hoc est quòd valeat, sed repeti vel liberari poterit condictione sine causa: vt ff. si quis cautio. sed & si quis 9. vlt.

DE POSTVLANDO.

TIT. VI.

SVMMÆ.

1 *Artes mechanicæ.*
2 *Officium aduocati non necessarium.*
3 *Præfectus Ægypti perpetuus.*
4 *Cõtra, præfecti Ægypti officium annale.*
5 *Prohibitio in perpetuum & ad tempus.*
6 *Soli eruditi literis ad postulandũ admittuntur.*
7 *Mutuum per verba præterit., futuri, & præsentis temporis fieri potest.*
8 *Argumentum à contrario sensu fortissimum.*
9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ.*
10 *Salarium vltra licitam quantitatem constitui non potest.*
11 *Sententia lata absente fisco rescinditur.*
12 *Quota quid.*
13 *Sispendia vnde dicantur.*
14 *Scientiam nobilitare necnon vetustatem.*
15 *Antiquis temporibus aduocati percipiebant salarium de publico.*
16 *Plus est interdicere foro quam ne postulet quis.*
17 *Aduocatione interdictus publica officia exercere non prohibetur.*
18 *Punitur affectus & si non sequatur effectus.*

L. I.

1 Vsi à præfecto. Videtur contra ff. de pœnis l. vlt. quidã dixerunt quòd ibi loquitur de † artibus illis quæ sunt necessariæ vitę hominũ, vt in mechanicis, sutoria, cerdonica, & similib. hic in officio † aduocati, quod nõ est ne-
2

cessarium.sed Io.contra.vt ꝟ.de aduo.diuer. iud. laudabile. Alij dixerunt quòd præfectus † Ægypti erat perpetuus, hoc est durabat 3 dum viuebat.aliud in præside:at hoc falsum est: imò postquàm successor intrauit Alexandriam,deponit officium suum: vnde non durat † nisi per annum sicut præses: vt ff.de off.præfect. August.l.j.dic 4 ergo quia ibi extra ordinem interdixit.& ideo non potest vltra tempus administrationis suæ.secus si ordinariè & cognoscendo de causa productis testibus, quia accusabatur ille aduocatus coram præfecto Ægypti pro eo quòd aliquid turpe in causa commisit & pronunciauit sic definitiuè per sententiam, ne in perpetuum postularet:tunc enim potest,vt hic dicit. & intellige quòd possum prohiberi† in perpetuum & ad tempus,siue causa contineat prohibitionem 5 ipso iure,vt quia infamis,quia commisit aliquid turpe in causa.si tamen ad tempus prohibeatur,post tempus poterit pro omnibus postulare:vt ff.eod.imperator. si simpliciter prohibeatur, intelligitur in perpetuum,sicut in stipulatione ff.de verbor. oblig. & ideo hæsitatur. *Placitus*.ideo dicit,quia videbatur sibi placuisse, cum non appellauerit. vel dicas placitis præfecti Ægypti, quia ita sibi placuit pronunciare.

L.2. Nec cæterorum. *Si ita sunt literis eruditi.* ergo videtur quod illi solùm admittuntur ad postulandum qui literis † sunt eruditi, vt 6 legibus, & non alij, sed hoc forte dicit, quia plerumque postulare consueuerunt. si enim ex consuetudine habeant exercitium causarum quamuis non sint literati,possunt esse aduocati; arg. ꝟ.de iudi. certi iuris.& authen.de iud.colla.vj.& ff.de extraor. cog. l.j.vel dicas quòd admittũtur in his in quibus maximè versatur cõsuetudo, vt in causis de feudis & similibus. aliàs enim cum multum sint improbi & circa multa in aduocãdo,videntur per l.istam prohibiti.

L.3. Si sub specie honorarij.salarij.*Quod vsque ad certum mo.* id est vsque ad c.aureos:vt ff.de variis & extraor. cog. l.j.§.si cui. *Eam quantitatem*.maiorem s.quàm salarium quod præstari debet. Te daturũ &c. nota quia ponit verbum futuri temporis. per hoc enim videtur quòd in cautionibus de mutuo debeant poni verba futuri temporis.sed aliæ leges dicunt † esse faciendum per verba præsentis tem- 7 poris vel præteriti:vt instit.de literarum obli.circa princ. plane &c. ꝟ.de non pec.in contractibus.& ꝟ de dote cau. l. vlt. dic ergo quòd siue fiat per verba de futuro,vel de præsenti vel præterito,valet & obligation. sed prius per verba de futuro, cum stipulatio per ea contrahatur,vt patet per definitionem.*Et quasi mutuam accep.sti.* tu cliens. *Promisisti*. aduocato. *Nec temporis spatio.* biennij transcursu. *Confess.ac fid.accommo.*Quid si consensum ac fidem accommodauit: videtur à contrario sensu, quòd sibi præiudicet. est enim fortissimum † argumentum à contrario sensu: vt ff. de off.eius cui man.l.j. 8 *Sed hi*.subaudiunt hic maximè:quia & si fidem accommodauit intra biennium, siue tacendo per biennium, idem est:quia cõpetit exceptio.

9 ceptio†non numeratæ pecuniæ.vel dic quòd intra biennium habet exceptionem:post denegatur.sed potest dicere, ego nunquam caui ex causa mutui quia non hoc agebatur., imò vt sic†salarium vltra 10 licitam quantitatem constitueretur. & tunc probabit se promisisse causa salarij, & habebit exceptionem post biennium, & perpetuo ad id quod illicite permissum est. ager enim condictione sine causa vt liberetur, sicut ille qui errauit in calculo. ĩ. de errore calculi.

11 VELAMENTO. Aliud si lata sit sententia in†absentia aduocati fisci.tali enim velamento potest rescindi:vt ff.de iure fisci,fiscus. L.4.

SI qui aduocatorum. *Honorariorum*.id est salariorum. *Certa partis*.Io.intellexit quotæ,†puta dimidiæ vel minoris.minor enim posset valere vltra c.aureos. secus si non fuit pactus de quota, sed de certa re,puta de equo,vel simili:vt ff. de extraord. cog. l. j. & induxit ad hoc similia instit.de fideicom.hered.§. si quis vna re.ĩ.de senten.passis, si debitor.sed tamen lex ista loquitur indistinctè de tertia parte.ff manda. si remunerandi. §. vltim. vnde domino meo videtur,quòd siue fiat pactum de quota parte, siue de certa re, quia posset continere vltra licitam quantitatem, quòd omnes tales pactiones sunt improbatæ:vt not.ff.de pact.sumptus. L.5. 12

QVISQVIS. *Inter arbitros*.id est iudices.sic ff. de proba.si arbiter. *Procax*. id est contumax. *Conmuentia*. id est consensus vel obedientia. *Iurat aduocatus*, lite contesta.vt ĩ. not. *Nullam confr. pactio*. post lit.contest. sed antequam eam incipiat,debet pacisci de salario.idem in edicto antequam infirmus sit in periculo mortis, quia tunc promitteret quicquid haberet: & ideo non valet. *Aspernantur habeat*. imò debet accipere,& multas grates referre, si mittit ei piscem & aliquid simile etiam pendente negotio. *Stipemque*. Stips stipis, vnde 13 dicuntur†stipendia, vt si lucro pecuniáque capiantur,vt pro v.solidis vel xij denariis,sicut faciunt in terra ista. *Elegers: standi* quod est aduocati. *Et ipse contempserit sui sedendi*.quod est iudicis: vt authen. vt ab illustribus & qui super eos. colla.v. L.6. L.7.

PROVIDENDVM a iudice. *Aut meritum*.scilicet scientiæ. & no. 14 quod scientia nobilitat.†aut vetustas,quia est senex,& multa scit & vidit:habet enim bene in consuetudine ea quæ sunt agenda in curia. *Vt par causid. distributio fiat*. & ita ponet vel mutabit de sapientibus qui erant ab vna parte,in aliam:nisi prætendat ille aduocatus excusationem: vt quia cognatus suus erat ille cuius partem fouebat. potest enim ho prætendere: vt ĩ. de excus.tut. humanitatis. *Et aequa diuisio proced.t*. Sed nunquid hodie obseruatur hoc, quod si vna pars habeat bonos aduo atos & multos, alia paucos & tirones quod iudex possit æquare? Et certe non vidi seruari. vnde dic sicut d[illegible]ius P. quod hæc lex locum habet secundum antiqua tem-15 pora,†in quibus aduo[illegible] percipi bant salarium de publico, & cuilibet de populo præ[illegible]abant patrocinium:q[illegible]orum nomina erant L.8.

scripta in matricula. tunc enim si vnus haberet peritos, alius non, licebat mutare, aliud hodie, cùm non percipiant de publico: imò de bursa publica cuiuslibet: & ita si multi & meliores sint ab vna parte aduocati quàm ab alia, non licebit mutare vel æquare. *Careat foro,* Ergo in perpetuum potest prohiberi: vt s. l. j. & not. quia plus est interdicere † foro, quàm ne postulet. si enim interdicatur foro, non potest esse tabellio, nec aliquod de publicis iudiciis exercere. si verò interdicatur † aduocatione alia, non prohibentur publica officia vt ff. de pœnis, moris. *Et auctoritatem iudiciariam &c.* quia iudex poterit eum punire & iudicare. sed Io. dixit præsumendum de iure ipsum nunquam litem fouere, non tamen per se sufficere, sed cum aliis. 16 17

L.8. NEMO. *Vel attentatum fuerit.* quia venit ad curiam, & surrexit pro aduocato, & nota quia punitur † affectus, etsi non sequatur effectus. 18

DE ADVOCATIS DIVERSORVM IVDICIORVM.

TIT. VII.

SVMMÆ.

1 *Præuaricator quis.*
2 *Sententia quando rescinditur per in integ. restit.*
3 *Via preparatoria.*
4 *Quando sententia inter alios lata, aliis præiudicat.*
5 *Perplexitas.*
6 *Venalis sententia.*
7 *Maior rescindit per restitutionem.*
8 *Ob non probatam intentionem non semper videtur quis calumniari.*
9 *Calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicy.*
10 *Damnatus de calumnia est infamis.*
11 *Exequatio in collectis.*
12 *Arbiter compromissarius inuitus non cogitur.*
13 *Nemo potest esse aduocatus & iudex.*

SI *patronum causæ præuaricatum putas.* Quis sit † præuaricator, dicitur in ff. titulo, de præuaricatione. lege j de his qui notantur infamia, athletas. §. penultim. *Et impleueris accusationem.* scilicet quia probauit aduoca-

uocatum suum præuaricatum. hoc enim debet facere: vt j. de proba. sciant. *Atque ita*. licet hic non sit. §. vel versiculus, suam tamē habet propriam sententiam. quæritur enim de principali causa, si probetur præuaricatus, & sic per hoc patetur via ad hoc, quod re-
2 scindatur prima † sententia per in integ. restit. sicut cùm quis agit
3 querela, non agit hereditatis petitione, sed præparat † viam: & aliàs cum quis accusatus de publico crimine post de eodem ab alio accusatur, non procedit secunda accusatio, donec constiterit & fuerit pronunciatum vtrum in prima fuerit præuaricatus prior, & sic ibi viam præparat: vt ff. de præuati. præuaricationis. & est speciale in
4 publico crimine præuaricationis, quòd lata sententia inter † alios, alii præiudicat. in priuato enim non præiudicat, sed rescinditur per restitutionem. hoc est, cum præuaricatus est patronus. si verò procurator est corruptus per pecuniam, tenetur mihi mandati: non eo modo aduocatus cum non suscepit mandatum. & ille qui eum corrupit, tenetur de dolo in subsidium si procurator non est soluendo: vt ff. de dolo, eleganter. §. si dolo. secus si mihi persuasit solutū seruo meo vel procuratori: quia tūc ex neg. ge. agere potero cōtra ipsum, non actione de dolo. & si excipiat de re iudicata, potero replicare: vt ff. de dolo, cùm à re. præiudicabit ergo res inter alios iudicata: &
5 hoc propter † perplexitatem. si enim ex præuaricatione illius contra istum fit iudicatum, præiudicabit hoc aduersario suo. vel non dicit quod præiudicet: sed si accusatus sit aduocatus de præuaricatione & cōdemnatus, & ita demum de principali negotio quæratur apud alium iudicem, prima sententia non præiudicabit isti reo in hoc negotio, cum in alia causa sit lata, & apud alium iudicem: & ideo oportebit eum iterum in hac causa probare de præuaricatione, si vult rescindere sententiam. & ita si probauit aduocatum præuaricatum, & propter hoc in principali negotio latam sentētiam: si per pecuniam fuit præuaricatus, ipso iure rescinditur sententia: vt j. de pœna iud.
6 l. i. & idem dicitur in venali † sententia. j. quando prouoc. non est nec. venales. vel dic quod lex illa de pœna iudicis non dicit quod non teneat sententia: & ideo sententia tenebit, si quidem non fuit præuaricatus per pecuniam. non rescinditur ipso iure, sed per restitutionem: vt ff. ad Trebellian. seruo inuito. §. cum prætor. sicut si ex falsis instrumentis esset iudicatum. & in alio casu ff. de re iudicata. diuus. & aliàs ff. de iudic. si prætor §. Marcellus. Sed ille qui dedit pecuniam, amittit actionem, nec est contra ff. de minor. minor autem. quia ibi non datur restitutio minori vt minori,
7 sed tanquam etiam maiori cuilibet. maior enim † rescindit per restitutionem. *Denuò quæretur*. in integrum restitutio: non plus dixit antiqua glossa Yr. hic posita. *Et calumniæ notaberis*. id est notari poteris, sicut dicitur in actione de aqua pluuia arcenda. nec enim semper necessarium est, quòd si non probat quis quod intendit
8 † hoc ipso videatur calūniari; quia quandoque quis bona fide facit:

ſed hoc debet cognoſcere iudex,& ſic de calumnia condemnare:vt ff.ad Turpill.l.j.§.j.& de teſti l.iij.§.idem diuus.& calumniantes ad vindictam poſcit†ſimilitudo ſupplicij: vt ĵ.de accuſat. l.vlt. præſumitur tamen calumniari.licet non ſit neceſſarium argumentum, vt per l.ad Turpill.vel dic quòd in quibuſdam perſonis non præſumitur calumnia: vt ĵ.de calum. & erit infamis quis ſi fuerit damnatus de † calumnia: vt ĵ.de calumnia.l.1. & ff. de his qui not.infa.athletas §.penult. 9 10

L. 6. SANCIMVS.*Nulla igitur togatis inſpectio.*vt inſpiciant qualiter opera publica fiant. *Nulla iniungatur peræquatio.* vt exæquent † homines in collectis ſecundum facultates.*Nulla operis inſtructio.*vt inſtruant ruſticos ad opera.*Nulla diſcuſſio.*vt diſcutiant quanta pecunia ſit neceſſaria vt computent cum his qui adminiſtrauerūt. *Præter arbitrium.*ergo arbitrium poterit eis delegari, & tenebuntur ſuſcipere.ſed videtur contra.ff.de receptis, Labeo.§.1.Reſpond.ibi loquitur in arbitro†compromiſſario, qui inuitus non cogitur: vt dicit.aliud in delegato,vt hic.ſed videtur contra ſ.de aſſeſſo.l.vlt. ſed ibi dicit quòd nemo debet eſſe†aduocatus & iudex, intellige ordinarius,ſi tamen ſit aduocatus, & adiungatur ei ſpecialiter illa cauſa,bene tenetur eam ſuſcipere, vt dicit.& hoc intellige de aduocatis ſpectabilium iudicum. aliud in aduocatis clariſſimorū iudicum: vt ĵ.de diſcuſſoribus ſub.x.l.vlt. 11 12 13

L.14. ADVOCATI. ſubaudi ſunt. & ſic per quædam pulchra verba dicit hic quid ſit aduocatus. vel ſine ſubauditione poteſt procedere.*Dirimunt.*per allegationes ſuas & argumenta. *Ambigua facta.* id eſt,fines.ſ.quia ignotum & ambiguum eſt quis fuerit finis.*Lapſa erigunt,*per leges ſuas,quia cauſam alicui fortè deſperatam ſubtiliter cogitando in teſtibus & inſtrumentis reparant. *Qui glorioſæ vocis.* hoc exclamando exponit dominus meus, quia dicer. ſta la, non te mouer. Alias leges iſtius tituli & ſequentem titu.de aduoc.fiſci vice per te.

DE ERRORE ADVOCATORVM.

TIT. X.

SVMMÆ.

1 *Error facti reuocari poteſt vſque ad ſententiam.*
2 *Aduocati error intra triduū corrigi poteſt.*
3 *Negatio probari non poteſt.*

L. 1. QVÆ.*ac ſi ab ipſis dominis litium &c.* & ideo ſi errauit in facto,poterit reuocare†errorem vſque ad ſentētiam, cum in ſe ipſo poſſet ſ. de iur.& fac.igno.error.Nec obſtat quod legitur,ĵ.eo.l.vlt.quia ibi loquitur quando errauit 1

[illegible] aduocatus, & post elapso triduo lata est sententia à qua non appel[illegible] : & ideo dicitur ipsum non audiendum, maximè 2 cum [illegible] interuenerit. s. quòd habuerit opportunitatem tridui causa† corrigendi errorem. sed & si nō habuisset triduum, satis est ad ipsum repellendū, quia lata est sententia à qua nō appellauit. & in hac sententia fuit Y. & B. & P. tamen vsq; ad triduum tantū dixit me posse corrigere errorem aduocati. iuris autem vsque ad sententiam à qua non appellaui. vbi enim aduocatus errat in iure, quandocunque licet mihi corrigere errorem secundum omnes.

ERRORES. *manifeste probare potes.* quod facere videtur, nisi con- L.2. 3 tra probetur: quia negatio† non pōtest probari: vt j. de proba. actor. vel dic quòd probabit iudicem mortuum antequam illa sententia feratur. vel subaudi quòd probet alio modo quàm in libello contineretur. si enim continebatur quòd talis condemnatus fuit ad fundum, & ita simpliciter continebatur, ego dico quòd non simpliciter condemnatus fuit, sed si restituerentur expensæ. Alias expositiones dic vt in summa.

SENTENTIIS. *hic dici posset quod not. s. l. j.* L.3.

VT QVÆ DESVNT ADVOCATIS partium, iudex suppleat.

TIT. XI.

SVMMÆ.

1 *Iudex de facto supplere non potest.*
2 *Confessoria pro seruitutibus competit.*
3 *Incompetentia actionis.*
4 *Doli exceptio.*

NON dubitandum. *Id supplere.* Intellige quo ad ius: nam L.1. 1 de† facto non supplet. & potest hoc fieri in principio, in medio, in fine. In principio, vt si pure fuerit conceptus libellus: quia dicit in libello rem esse suam, & petit eam 2 confessoria, cum deberet rei vindicatione. illa enim competit pro† seruitutibus, alia pro dominio. potest enim supplere quòd non bonā proposuit actionem: & ita dilacerabit illum libellum: vt ff. de off. asses. l. j. & de accusa. libellorum. Potest etiam quis condemnari propter actionem inepte propositam: vt ff. si mensor falsum modum. l. j. §. j. sed hoc reo non prodesset, nec actori noceret: & ideo melius 3 est supplere. Reo non prodesset, quia si absolueretur propter † incompetentiam actionis, nihilominus postea actor posset agere alia competenti actione: sicut ff. de pigno. [illegible] ege. § vlt. & de redhibi bo[illegible] §. vlt. & ad exhiben. l. iij. esset ergo potius prolongari lites quā

abbreuiare. si iuuaret alicui, non debet, nec potest dicere iudex, quare non agis Publiciana? In medio suppler: quia si aduocatus legem indùxit quæ non faciebat ad rem, potest dicere, melius dicit hic lex talis: & quærere quod facit ad rem quod ille dicit. & hoc ad inspiciendam veritatem, non tamen assurgendo & allegando, ne officium aduocati sumat: vt s. de postulan. quisquis. §. vlt. in fine. Supplet sicut hic dicit, id supplere & proferre &c. & intellige quòd non potest supplere dè facto tanquam priuatus, sed tanquam iudex: quia si vna partium dicat, ita confessi fuerũt testes: potest dicere, non est verum: vt ff. de off. præsi. illicitas. §. veritas. & alibi potes ponere exemplum ff. de feriis. l. ij. in fi. j. respon sed tamen aliud est si appelletur altera parte absente: vt j. de tempo. appel. l. ij. §. vlt. nec est contra ff. de hered. petit. l. vlt. nam quod ibi dicitur, & si non excipiatur, intellige, etsi non habeat locum doli† 4 exceptio, satis tamen consulitur iudicis officio, præterea aliud est aliàs ratione publicæ vtilitatis, quia supplet de facto tanquam extraneus. ff. de procura. filiusfa. §. veterani.

DE CAVSIS EX QVIBVS INFAMIA ALICVI IRROGATVR.

TIT. XII.

SVMMÆ.

1 *Accusatus debet incarcerari vel fideiussoribus committi.*
2 *Prouinciales habent voluntatem coactam.*
3 *Crimen peculatus in pecunia publica committitur.*
4 *Actio in factum arbitraria.*
5 *Magistratuum multi ordines.*
6 *Rationes cur minor pœna dici possit.*
7 *Pœna à lege statuta quando seruatur.*
8 *Maiorem vel minorem pœnam imponere licet.*
9 *Relegatio.*
10 *Remittere infamiam.*
11 *Ex repudiatione hereditatis patrona non sequitur infamia.*
12 *Verberata non est infamis.*
13 *Quantum ad infamiam valet iniusta sententia.*
14 *Actio furti concepti.*
15 *Condictio certi generalis non infamat.*
16 *Crimen expilatæ hereditatis infamat.*
17 *Facti ignorantia quando nocet.*
18 *Sola fustigatio non facit infamem.*
19 *Vsurarius repellitur à testimonio.*

L. I. INFAMIÆ *Quòd in carcere coniectus.* cum enim accusatur quis, debet custodiri, & quandoque incarcerari, ne recedat: vel etiam †fideiussoribus committi: vt ff. de custo. & exhi. rei. l. j. si hoc ipso 1 reus videtur: vt j. de accusa. l. vlt. & l. heres. hic simile. j. eo. nullam.

NEQVE

NEQVE furti. In fine videtur reddere rationem quare non teneatur furti. ex eo enim quòd plus exegit à prouincialibus nomine tributorum, non tenetur furti, quia rem non subripuit. cum enim non subripitur res, domino ignorante & inuito accipitur. hic autē non fuit ignorans. Neque vi bonorum răp. quia prouinciales isti habent voluntatem licet † coactam, cùm ab eo res exigitur. soluit enim quamuis inuitus. Aliud in eo qui nullam habet voluntatem. si verò non expectasset voluntatem prouincialis, sed auctoritate sua suppressisset, tenetur furti. & ita soluitur contra. ị de fur. etiam. *Neque peculatum*. quia crimen illud in pecunia † publica committitur: hæc autem fuit priuata: & quod in publica committitur, legitur in tit. ad leg. Iul. pecul. l. & ita non infamabitur quis si plus exegit: sed ad duplum restituendum tenebitur condemnatus actione † in factum arbitraria: vt ff. de publ. l. j.

L. 2.

2

3

4

ETSI seuerius. Potest poni casus in eo qui falsum instrumentum in causa recitauit. debet enim x. annis ab ordine decurionum remoueri: vt ff. ad leg. Corn. de fal. falsi nominis. § j. hic autem proconsul certis rationibus motus non remouit eum nisi per biennium: & ideo seuerior sententia dici debuit, & potest etiam poni per l. ff. de pœnis, si quis aliquis ad l. Corn. de fal. l. j § . is qui. ị. authen. ?. de episc. con. vir clarissimus. id est maximæ dignitatis. nō intellige quòd esset de clarissimis, vel de ordine clarissimorum iudicum: imò est de mediis, hoc est spectabilibus: vt ?. de episcopis, imperatores. & ị. de raptu virginum. Magistratuum † enim multi sunt ordines: quia quidam illustres, quidam clarissimi, quidam spectabiles. *Certis rationibus*. quæ sunt istæ certæ rationes, quare minor pœna dici possit? Respond. quia minor † vt ff. de mino. l. auxilium. § . j. vel quia senex: vt ff. de termino moto. l. ij vel quia interuenit latissima culpa: vt ff. ad l. Cor. de sica. l. iiij. de pœnis, respiciendum. Sed videtur contra. ff. ad senatuscon. Turpill. l. j. § . calumn. in fi. sed hoc quod ibi dicitur, est intelligendum quando ipsa sententia minuit vel auxit pœnam, sed pronunciauit de homicidio, non faciendo mentionē de pœna. tūc .n. seruatur pœna † a lege statuta. nec post poterit dicere aliquid de pœna illa, vt ibi dicit. si verò in ipsa sententia de pœna dixerit, poterit maior vel minor imponi, vt hic dicit. maior diceret, quoties nimium multis personis &c. vt ff. de pœnis. aut facta § . vltim. minor. vt . dixi. hodie enim licet minorem † vel maiorem imponere pœnam: vt ff. de pœnis, hodie. & eodem modo respond. ad contrarium ff. ad municip. l. ordine. & posset quæri qualiter augetur pœna in extraordinariis criminibus, cum ibi pœna determinata non sit: in aliis bene potest, quia determinata est. Respond. auget secundum consuetudinem: quia in illo crimine talis pœna solet imponi, auget autem si excedat consuetudinem. Si queras an interim cum patitur maiorem pœnam vel minorem, causa tamen cognita sit infamis, dixit Io. quòd sic pœna ad certum tempus im-

L. 3.

5

6

7

8

ponatur, vt patet per l.istam. si autem damnatus statim subeat pœnam, puta pro pecunia, fustigetur: nec interim est infamis: vt ff. de pœnis, in seruorum §. vlt.

L. 4. Si Posidonium. l. ista differt à superiori: quia ibi loquitur quando quis remotus fuerit ab ordine decurionum, non in tantum rem pus quantum debet, vel etiam quia debebat deportari, & proconsul certis rationibus motus remisit ei & iniunxit minorem pœnam, quia iussit abstinere ab ordine decurionum per biennium: vt ibi notani. hic autem loquitur quando in relegatione† minor pœna quàm deberet, per l. imponitur cuidam qui vocabatur Posidonius: quia per legem relegandus esset per quinquennium: hic autem non relegauit nisi per annum: si obediat sententiæ suæ ille relegatus, quia bene stetit per annum in relegatione, sententiæ seueritas subaudi, dicendum videretur transigere cum cæteris damnis. hoc est, quia sicut iudex videtur ei remittere seueram legis sententiam imponēdo minorem: ita & videtur ei † remittere infamiam. Sed videtur ei quod hic dicit transigere, contra. j. eo. non damnatos. Respond. hic fiebat transactio vel remissio per iudicem, vel iudicis auctoritate: & ideo non infamat: vt ff. eo. furti. §. quod iussu. secus sine iudicis auctoritate. Alij voluerunt ponere casum huius l. econuerso, quando relegandus erat quis à lege per annum, & relegatus est per quinquennium. & pro illis facit cauda legis, quoniam sententiæ seueritas &c. non principium: quia secundum eos glossatur relegatū id est relegandum. sic s. de legibus l. j. & glossa damnandum id est damnatum. *Sententiæ seueritas*. subaudi dictæ, non dicendæ. 9 10

L. 5. Decuriones. *Prohibitum est*. adeò vt nulla sit sententia contra eos lata: vt j. de pœnis decurionum.

L. 6. Ad tempus. sed si in perpetuum, statim amitteret: vt de pœnis, quidam. & in l. capitalium.

L. 7. Nemo ob id &c. vnde Io. dixit quòd etsi aliquis expoliauerit se super tumulum patris sui, & ibi dimisit vestes, & repudiauit† hereditatem ipsius, non propter hoc fit infamis. 11

L. 8. Si futuri. *Citra verbera*. Verberata† non est infamis: vt ff. de pœnis. in seruorum. §. vlt. *Durior senten. non læsit existima. tuam*. M dixit quòd si damnetur futuri iniustè, non ob hoc infamatur, valet tamē sententia quo ad pecuniæ restitutionem, arg. ff. de publ. iud. generis. Sed ibi speciale est in patrem, aliud in alia persona, infamatur enim. quamuis contra ius litigatoris lata sit sententia, sicut est in crimine adulterii: vt ff. de ritu nupt. l. palam. §. quæ in adulterio. & ita quantum etiam ad infamiam † valebit iniusta sententia. Respond. ergo ad hoc quod dicit hic, quòd durior est sententia, quia damnata erat actione† furti concepti, secundum P. vt Instit. de oblig. quæ ex del. in princ. sed Io. non placuit ita dicere, quia non est certum quòd antiquitus actio illa non infamaret, quia hodie sublata est. Dic ergo quòd conuenta & condemnata fuit condictione † certi generali, 12 13 14

quæ

quæ non infamat, vt ff. de act. & oblig. cessat.

INIVRIARVM EX PERSONA. Si seruo iniuriam intulisti, *Serui.* Scilicet, in quem iniuriam. L.10.

NEMINEM. Ob defensa negotia: imò videtur quòd si nō defenderet, sententia ferretur. L.9.

DEBITORES. *Infames non fiunt.* Grauatur tamen eorum opinio. L.11.

SI TE. *Furis improbioris* Improbum furti, improbius expilatæ hæreditatis, improbissimum rap. imò dicitur improbius, ff. quod met. caus. si cùm. §. qui vim. Euitasti. nam crimen † expilatæ hæreditatis infamat, licet de eo in edicto Prætoris non cōtineatur: vt ff. eo. l. 1. sic & alia: vt ff. eo. not. de sepul. viol. sepulchri. L.12.

16

17 EA QVÆ. *Si apud bonos & graues.* Hic facti † ignorantia nocet, vt j. de inoffi. testa. fratres. & de decurio. generaliter. §. spurios. & j. de dign. l. 2. L.13.

NVLLAM. Assignatur contra. ff. eo. ictus. Sed hîc ad eruendam veritatem quæstionibus subijciebatur auunculus, & fustigabatur. Vnde sola † fustigatio non facit infamem, vt hîc, & ibi dicit, nisi præcedat causa: hîc autem non erat talis causa propter quam si damnatus esset, quis fieret infamis, & ideò si fustigetur, ex ea causa non infamatur, vt dicit. L.14.

18

DECRETO. *Mulieribus remittuntur.* Vt not. j. de sec. nupt. l. 1.

FVSTIBVS. Συκοφαντίς. Id est, proditores. Quidam tamen dixerunt quòd appellatur comestor ficuum, furatus enim erat ficum, & comederat: & dabatur ei ad bibendum, & sic oportebat eum vomere. A ficos quod est ficus: & fantus quod est comedere. Sed hoc audiuit dominus meus reprobari à quodam qui intelligebat & sciebat verba Græca. Vnde primo modo exponendum. L.15. L.16.

VERBVM. Pone quando quis impetrabat honestum à Papa vel à principe, & dixit ei, stultus es, & talia. *Precibus.* Id est, libello precum, in quo & responsio continebatur. *Cùm non cognita causa.* Interest enim multum an causa cognita dicatur, an extrinsecus eloquenda; vt ff. eo. quid ergo. §. quantum. L.17.

NON DAMNATOS. *Perpetuum infamat edictum.* Aliud in actionibus quæ ex contractu proficiscuntur, vt pro socio, & similibus, ff. eo. in actionibus. L.18.

IMPROBVM FOENVS. Id est, quod vltra est quàm lex dictat vel consuetudo. *Infamiæ macula.* Nec irrogatur talis infamia per sententiam, quia si conueniantur ad vsuras, ageretur condictione indebiti, quæ nō infamat, nec ex l. hac. Vnde dic quòd ipso iure arrogatur, & potest induci lex ista ad hoc quòd quilibet † vsurarius repellatur à testimonio, quia omnes vltra debitam quantitatem accipiunt. L.20.

19

SI FRATRES. Minores duntaxat ætate, aliud in maiore: vt ff. eod. athletas. & l. 1. §. vlt. si minoribus non parcatur in delictis, vt j. si aduersus delicta l. & vlt. Reip. non iuuatur per restitutionem. Hic autem non datur restitutio, quia ipso iure non tenetur, quod in maioribus tantum locum habet. L.21.

FIDEM *suo nomine.* Secus si alieno, vt ff. eod. furti. §. 1. L.22.

R

DE PROCVRATORIBVS.

TIT. XIII.

SVMMÆ.

1 *Cautio diuersa significat.*
2 *Ratihabitionis cautio.*
3 *Fragilitas cautionis.*
4 *Aliter stipulari non possumus.*
5 *Leges breuitate gaudent.*
6 *Compulsio causatiua.*
7 *Habens mandatum sine satisdatione admittitur.*
8 *Coniunctæ personæ sine mandato admittuntur.*
9 *Coniunctæ personæ aliquando parentibus inuitis admittuntur.*
10 *Ei qui dicit incumbit probatio.*
11 *Qui ad duo alternatiuè tenetur habet electionem.*
12 *Res fit dubia per negationem.*
13 *In criminalibus non admittitur procurator.*
14 *Status causæ.*
15 *Gestor & administrator voluntarius.*
16 *Infans conueniri non potest.*
17 *Iuramentum calumniæ non præstatur nisi post litem contestatam.*
18 *Hodie fit in possessionem bonorum missio pro mensura declarati debiti tantùm.*
19 *Absentia voluntaria nocet, secus in probabili.*
20 *Vxor marito præiudicare non potest.*
21 *Mulier procuratrix esse non potest nisi pro parentibus.*
22 *Recenuentio.*
23 *Innocẽtiæ purgatio prius necessaria quàm quis defensionem causæ suscipere possit.*
24 *Rescriptum declinatorium iudicij.*
25 *Expedit Reipublicæ vt milites armis intendant.*
26 *Exactiones tributorum.*
27 *Stipendia quid.*
28 *Procurator transgredi mandatũ non debet.*
29 *Procurator quando tenetur de dolo & culpa.*
30 *Tutor habetur pro domino.*
31 *Episcopus nõ est dominus sed administrator.*
32 *Episcopo actorem constituere licet.*
33 *Sindicus quando procuratorẽ constituere potest.*
34 *Inter actorem & procuratorem differentia.*
35 *Procuratoris officium certis modis finitur.*
36 *Litis contestatio est principium causæ.*
37 *Nemo est in re aliena sine satisdatione idoneus defensor.*
38 *Procurator rei quando cauet de rato.*
39 *Quando per minorem aliquis defendi potest.*
40 *Qui iure communi vsus est non restituitur.*
41 *Minor matri & alijs coniunctis personis alimenta præstare potest.*
42 *Circa postulationem minoris non nocet minor ætas.*
43 *Aliquid iustum videtur, cuius contrarium est iniustum.*
44 *Dilatoria exceptio in principio opponenda.*
45 *Quod fauore alicuius inductum est non debet in eius odium retorqueri.*
46 *Pactum contra bonos mores non valet.*
47 *Locatio.*
48 *Res quæ seruando seruari non possunt.*
49 *Nemo inuitus procurator esse potest.*
50 *Vsus procuratoris perquàm necessarius.*

51 *Tutelam & curam aliáque munera inuiti suscipere cogimur.*
52 *Spontanea susceptio operatur renunciationem.*
53 *Vtrum procurator causam appellationis exercere teneatur.*
54 *Fideiussor procurator etiam dici potest.*
55 *Interposita appellatione, finitum est mandatum.*
56 *An propter euictionem appellandum sit necessariò.*
57 *Emptor ad appellationem non tenetur.*
58 *Actio mandati.*
59 *Procurator actoris precisè defendere cogitur.*
60 *Mater liberis suis tutorem petere tenetur.*
61 *Qui potest constituere procuratorem ante litem contestatam, potest etiam post ipsam cõtestationem, & è contrario.*
62 *Popularis actio.* (causa.
63 *Procurator quando fit dominus*
64 *In omni causa sententia ferri debet in procuratorem.*
65 *In eadem persona plures condemnationes & adiudicationes expediri non possunt.*
66 *Forma qua concipi debet sententia.*
67 *Quando fertur in dominum sententia.*
68 *Maritus sine mandato admitti potest.*
69 *Maritus inter personas cõiunctas enumeratur.*
70 *Quando maritus satisdare non tenetur.*
71 *Quod in vno permittitur, in alio prohibetur.*
72 *Procurator fit dominus causæ, quo ad exercitum.*
73 *Procurator quibus causis reuocari potest.*
74 *Ratihabitio retrotrahitur.*
75 *Sententia nulla.*
76 *Sententia lata à non competenti iudice retro nulla.*
77 *In criminalibus preterquàm in crimine iniuriarum non admittuntur procuratores.*
78 *Prohibitorium edictum.*
79 *Iustus & perfidus opponuntur.*
80 *Rixa.*

1 CAVTIO, &c. Cum aliàs significet nomen †cautionis nudam promissionem, intellige nudam quo ad fideiussorem vel pignus, non quo ad stipulationem: vt j. de verbo. sig. l. in cimus, videtur quòd hìc eodem modo esset dicendum: sed contrarium est. sumitur enim pro satisdatione. alioqui cõtradiceret ff. eod. Pomponius. §. rati. ergo impropriè refertur ad fideiussioné, cum nomen satisdationis & fideiussores cõtineat: vt ff. qui satisd. co. l. 1. intelligè etiã l. istã in procuratore actoris qui datus erat ad lité agendã. aliud enim esset si daretur ad accipiendũ aliquid: de quo nulla erat dubita- L. 1.
2 tio. [illegible]c enim nó sufficeret †ratihabitionis cautio: imò exigetur quòd probaret euidenter mandatum: vt auth. de colla. viii. colla. §. eos autem qui in prouincijs. & quòd etiam ita sit distinguendum, probatur per. l. veterem q[illegible] ad id quod incertum est petẽdum sufficit ratihabitio. & ita procurator datus ad litem agere litem poterit, si tamé reus vult sibi soluere, non tamé soluet, nisi probetur super hoc mandatum habere. & ita in hoc de quo non est dubitatio cum solui velit, non sufficit ratihabitio, imò oportet probare quòd mandatum sit ei de soluendo. ante auté quàm certum esset debere soluere, sufficiebat cum posset litem agere: vt ff. de solu. hoc iure. Item non est intelligendum in procuratore qui datus sit ad

quamlibet causam, si enim rogatus est quis de restituenda hereditate mihi per fidei commissum, & ad hoc cùm essem absens dem procuratorem qui vult compellere heredem adire hereditatem & restituere, non sufficit vt eum ad hoc possit compellere, cautio ratihabitionis: imò oportet probare de mandato, & est ibi speciale propter † fragilitatem cautionis: vt ff. ad Trebellia. qui ita. §. etiã. *Ratihabitionis*. Possset quæri, quid contineatur in cautione ista ratihabitionis. Vtrum hoc quòd ratum habeat dominus? Et videtur quòd sic: vt ff. rem ratam haberi. l. procurator cũ peteret. & sic cum in ea promissione continetur factum alienum, videtur quòd non valeat: vt ff. de verb. oblig. stipulatio ista. §. alteri, cum enim in stipulatione tali † nihil intersit tua, si non apponatur pœna, nihil valebit: vt dicit ille. §. Sed dic quòd in tali promissione de rato habendo cõsideratur quid interfuit eius qui stipulatus est ratum haberi: vt ff. rem ratam. l. 2. & ideo bene valet, sicut & in stipulatione illa dicitur cum promittitur de animali sanum esse, vespertilionem non esse. videtur enim quòd nõ valeret. sed contrarium est. ff. de euict. si ita quib. Vel aliter dicas quòd leges † gaudent breuitate. Vnde cum ita promittitur ratum haberi non est intelligẽdum, quòd promittat de facto alieno, sed suo proprio, hoc est se facturũ quòd dominus ratum habebit: sicut dicit. l. in stipulatione ista iudicio sisti: vt ff. de verb. ob. quotiens quis alium. *Exigitur*. Ergo videtur quòd ad hoc præcisè obligetur, vt caueat. sed non ita dicendum, est enim quædam compulsio † causatiua: quia posset alius dicere, non respondebo tibi, nisi caueas. ipse tamen poterit cauere vel probare de mandato. & ita non exigitur ab initio, nisi causatiuè: quia aliter non posset agere, vt continetur in edicto prætoris, ff. eo. seruum quoque. §. vlt. *A procuratore*. Id est, ab eo qui dicit se procuratorem. *Quotiens incertum est*. Sed ad hoc vt scias in quo casu petitur hæc cautio, distingue, quia aut certum est procuratorem habere mandatum, aut certum est non habere, aut dubitatum. Si certum est, admittetur sine aliqua † satisdatione: vt ff. eod. si procuratorem. & ff. vt in poss. lega. l. 1. & ff. rem ratam satis, & j. de satisd. l. 1. quando autem certum sit & qualiter tunc admittitur sine satisdatione, innuitur per casus istarum legum. sed videtur contrarium ff. de operis no. nun. de pupillo. §. procuratorio, sed intellige quod ibi dicit etiam si verus sit procurator, dubium tamen est sit verus vel non: & sic non contradicet: si verò aliquis dicit se procuratorem, & ostendat instrumentum de procuratione, vbi & continebatur de nomine tabellionis, & in quo loco esset factum, sicut & in alijs consueuit apponi instrumentis: sed ille contra quem vult agere, dicit quòd non nouit illum tabellionem, & sic dubitatur de tabellione: certè in tali dubio credo quod procurator teneatur cauere vt reo prouideatur. si verò certum sit ipsum non habere mandatum, nullo modo admittatur, nisi sit coniuncta † persona. quæ autem sint illæ, enumerantur ff. eo. sed & hæ. vt liberi, parentes & affines, & etiam maritus: admittuntur ergo huiusmodi personæ, etsi certum sit non habere mandatum, dum non sit contraria eorum voluntas pro quibus agunt, & caueant de rato: vt ff. eo. Papinianus. §. vlt. quandoque etiam coniunctæ personæ parentibus † inuitis admittuntur: vt ff. de libera. cau. l. 1. & 2. & etiam extraneus quilibet: vt ff. de appel. non tantùm. si autem dubitetur de mandato, habet locum quod hic dicitur: vt ff. eo. seruum. §. at prætor. & in hoc casu distinxit dominus

3 4 5 6 7 8 9

minus B. quia si ita dicat reus, tu non habes mandatum, tenetur procurator probare de mandato, cum reus neget, & alius affirmet: & ei qui dicit, incumbit † probatio, non qui negat. si quidē dicit, dubito an habeas mādatum, admittitur præstita cautione: quia magis conuenit cum voluntate procuratoris cùm dicit dubito quàm cum expressim dixit, tu non habes mandatum. & ideo non est mirum si per cautionem releuetur procurator in vltimo casu, non in primo. & sic videtur mulcere aures audientium opinio domini P. dixerunt esse in electione rei quod istorum velit opponere, hoc est quòd caueat, vel probet mandatum, & prose induxit. j. eo. exigendi, à sensu contrario, vt filio. si enim à filio non exigitur mandatū: ergo in extraneo aliud erit, quia ab eo poterit exigi. Io. dixit esse in electione procuratoris quod istorum velit facere. de mandato probare, vel de rato cauere, motus quadam regula. nam si aliquis tenetur † alternatiuè ad duo in electione eius est quod illorum præstet: vt ff. de iure do. plerūque. §. vlt. præterea si ille procurator diceret, domine ego volo probare quòd dominus ratum habeat, nihil posset ei opponi: præterea non est facienda differentia, negetur mandatum habere, an dubitetur, quoniam res fit dubia per † negationem: vt j. quibus ad liberta. procla. l. vlt. & arg. j. de acqui. pos. l. nemo in si.

10

11

12

L. 2.

Cvm rem pecvniariam. Ideo dicit de re pecuniaria, quia in criminali est aliud. ibi enim non potest † dari procurator: vt ff. de iudic. l. Iulianus. §. 1. distingue etiam in criminali: quia si sit de capite vel maior, non potest, si minor, potest constitui: vt ff. an per alium causæ appel. l. 1. In pecuniarijs similiter distingue, quia in popularibus procurator non constituitur nisi in casu quando pertinet ad priuatum incommodum: vt ff. co. licet in popularibus. Præterea non idem intelligas in status † causa, sicut dixi in pecuniaria: quia neq; pecuniaria neq; criminalis est: vt j. de asser. tol. l. *Solennib' impletis*. Hoc est arbitrio boni viri defensum iri, & iudicio sisti. *Appellationi*. i. interpellationi. Vel pone ꝙ appellauerit, & volebat exercere causam appellationis: potest enim ibi dari pcurator. in vulgari tamen dicitur appellare ad causam, id est, interpellare & conuenire aliquem.

13

14

L. 3.

Evm qvi res agit heredvm. Restringe hoc quod hic dicitur nimis largè, quia posset intelligi in gestore † qui voluntate sua administrat. at ibi falsum est, quia ille non teneretur venire. Vnde refert ad illum agentem qui agere tenetur ex necessitate. ille enim conuenietur, si scilicet erant absentes heredes, vel infantes. quia † infans conueniri non possent: vt ff. de in ius vo. quique. Si verò non sint infantes & pręsentes sint, conueniet quem voluerit: vt ff. de admi. tut. l. 1. §. vlt. Euoca ad prætorem. scilicet porrecto libello, & alijs obseruatis. *Qui aut respondere tibi cogetur*. Quia præcipietur ei vt defendat. sin autem non vult defendere, remouebitur ab administratione, vt hic dicit & j. de administ. tut. l. vlt. *Deliberabit autem*. Quid vertetur in deliberatione ista? Dic quia vocati debent cogn[illegible] & similes, si non defendantur, vt ff quibus ex causa in poss. ea. hoc autem §. 1. & debet priusquam mittat in possessionem, summatim cognoscere [illegible] iuste an iniustè petat legatum, faciet enim prætor sibi deferri testamentum: & inspicietur vtrum sit solemne, an non: & vtrum contineatur ibi de legato præstando, an non: quia posset esse quòd in principio de legato præstando, in fine contra: & ita expresso verum ille qui petit,

15

16

faciat animo calumniandi, an non: delato sacramento calumniæ procedet vel non procedet. Et quod dixi de sacramento calumniæ, intelligas ratione consuetudinis ciuitatis istius, quia † sacramentum calumniæ non præstatur nisi post litem contest. vt j. de iura. cal. l. vlt nihilominus enim si non præstaretur sacramentum calum. debet mitti in possessionem. *Solet.* Olim mittebatur in possessionem omnium † bonorum, hodie pro mensura declarati debiti: vt j. de bo. aucto. iu. authen. & qui iurat. sed non dicerem authen. illud corrigere. l. istam. quia illud locum habet in personali actione, cum authen. hoc loquatur circa legatum petendum, & sic per rei vindicationem vel hypothecariam ad hoc sententia illius auctoritatis. 17 18

L. 4. QVIA ABSENTE TE. Lite prius conte. quia aliter non posset ferri sententia nisi in casu. j. de tempo. appell. l. vlt. *Aequum est restitui.* Videbatur quòd nō posset restitui: quia si certum est mandatum alicui de defendendo vel agendo, si pronunciatum sit contra eum, non habet locum restit. ita nec hic cùm vxor agit nomine ipsius, & condemnata est. sed contrarium est. est enim iudicatum contra vxorem, siue habuit mandatum, siue non, ff. de negot. gest. liberto. §. vlt. Restituitur ergo si fuit absens non voluntaria † causa sed probabili: sed quare non restituitur ad appellandū tantùm, non ad totam causam, sicut ille qui abest Reipublicæ causa, ff. de in integ. restit. l. vltima. Dic quòd tunc restituitur ad totum, cùm à nemine defenditur. si verò à procuratore ad appellandum, vt ibi. Hic autem à nemine defendi videtur, cùm à minus legitima persona defendatur: scilicet à muliere, & quando vel ad quid restituitur, distingue vt benè notatum est ff. de in integ. restit. l. vlt. in summa de in integ. restit. maio. §. octaua. Et fortè diceret aliquis, quòd casus & omnia quæ dicuntur in l. ista, erunt plana si intelligantur in vxore quæ defendit sine mandato: tunc enim certum est quòd restituitur sibi esse defensio sine restitutione aliqua, si sit vxor condemnata, quia non potuit viro † præiudicare, cùm non ei mandasset. Sed non intelligendum est ita, imò quòd defenderetur ab vxore tanquam per procuratorem: & hoc est quod dicit in vltima, cùm aliena negotia per mulieres, &c. Ergo patet quòd ei mandatum erat, sed petit restitutionem maritus, quia absens fuit probabili & necessaria causa, vt dicit. Et intellige quòd mulier † non possit esse procuratrix nisi pro parentibus, cùm morbus aut ætas eos impediat, nec sit qui eorum nomine agat, vt ff. eod. foeminas. 19 20 21

L. 5. ACTIONEM. Patet ergo quòd si non defendat qui agere vult nomine procuratorio, quòd sibi actio denegatur, sicut in edicto est expressum: si enim statim vult eum † reconuenire ille contra quem agit, potest: si non statim vult, poterit petere cautionem: vt ff. eodem. sed & hæ. §. penult. & præterea si non defendat dominum, tenetur ei, argum. ff. eodem. ad rem. & l. ad legatum. & huic legi optima concordantia est, ff. eodem. mutus. §. poena. 22

L. 6. REVM CRIMINIS. Quia scilicet accusabatur de aliquo crimine, ergo multo magis si esset damnatus de crimine. Habet locum lex ista, vt j. de reis pos. & ita dixit quidam sapiens Archiepiscopus Mediolanensis cùm esset accusatus coram Papa, & obijcerentur sibi multa in persona sua, & de ciuitate sua, dixit se prius purgaturum, quàm defenderet † ciuitatem suam. & fortè antiquitus reus criminis postulatus non admittebatur hodie, 23

dic,vt instit.de except.§.vlt.aliud in aduocato.ff.de postlim.§. item senatus. vel forte remouetur, quia accusatus de crimine quadam turpitudine gratus non videbatur admittendus,sed fortè contrarium esset j.de accusat.l.vlt.Ergo repelletur,quia fortè credebatur insufficiens,quasi non debeat laborare duplici officio,argum.s.de assessor.l.vltima.

24 MILITEM. *Ex sacro rescripto.* Tale enim rescriptum † esset declinatorium iudicij,& contra publicam vtilitatem.secus si differret solutionem, s.de precib.quotiens. Non ergo admittitur ad procurationem etiam pro patre vel matre:expedit enim Reipublic. vt † milites armis intendant, vt j.loca.milites.& fortè idem esset in clericis,vt j.authen.de episcopis.§.alium. Vel ibi loquitur in † exactionibus tributorum & similibus,vbi non debent esse procuratores, aliud in alijs. *Vel redimere negotium.* Quia recipit pecuniam vt agat alienam causam. L.7.

25

26

QVOD SIBI QVIS DEBITVM. Legem istam intellige quando simplex erat procurator: sed enim in rem suam posset semper & ante litem con.& post constituere procuratorem,vt j.de donatio.l.illam.idem si quis mandauit alicui gerenda negotia,vt ff.man.si procuratorem.§.si quis. L.8.

27 QVI STIPENDIA. Stipendia erant modica † æra quæ ad opus militum colligebantur per stipes:vt ff.de verbor.signif.ag.§.1.*Inoffen.disci.pos.* Si tamen prætor sit aut præfectus vrbis, vel similis dignitatis,non potest agere nisi per procuratorem, vt j.eod.l. quicunque. L.9.

28 SI PROCVRATOR. *Nullum domino praeiudicium.* Non enim debet † transgredi mandatum,vt ff.mandati:diligenter.*Conuenire eum more iudic.* Quia conueniet eum actione mandati,vt j.manda.procuratorem.Si ergo habet literam & generalem administrationem , seruatur quod fecit,sed tamen tenetur de † dolo & fraude, & de lata culpa & leui,vt hic.& ff.eo. procurator cui litera. L.10.

29

30 NEQVE TVTORES. Quamuis aliàs tutor habeatur † pro domino,vt ff.pro emptore,qui fundum § si tutor.hoc tamen non ita est,quia nô potest dare procuratorem, actorem tamen dat:vt j de acto.à tuto.vel curatore dando.idem in actore ciuitatis:vt ff.eo.nec ciuitatis.quid in episc. videtur? Videtur quòd non possit constituere procuratorem: quia ille tantum a domino constituitur:vt ff.eo. l.1.episc.† autem non est dominus imò admi . vt dicunt canones, nec syndicum constituere potest: quia hoc fit ab vniuersitate:vt ff.quod cuiusque vni.l.1.§. quibus autem.ipse autem non est vniuersitas,nec vniuersi,imò est singularis persona. vnde ita dicit Azo se dedisse consilium vt constitueret actorem ad similitudinem tutoris vel curatoris.licet ergo episc.constitueret† actorem tantùm,vniuersitati syndicum vel actorem,non autem procuratorem, & videtur quòd monasterio liceret constituere procuratorem:vt in authen. de episc.§.siquando.sed glossa quod ibi dicit procuratorem id est,syndicum. Vel dicas quòd syndicus† poterit procuratorem constituere lite prius à se contestata Et differt actor à procuratore,quia procurator tantùm à domino ordinatur,vt hic dicitur,& s.notauimus,actor † non.Item procurator etiam sine iudice ordinatur,actor verò non:vt instit.de cura. §.vlt.ff.de admi.tut.decreto.Item procurator etiam ad vnam tantùm causam,actor ad omnia generaliter dari consueuit,sicut tutor.instit.qui dari tuto.pos.§.certæ, & s.co.si procurator ad vnam.quandoque tamen & tutor ad vnum L.11.

31

32

33

34

datur:vt ĵ.de in li.dan.tu.l.vlt.& antepen.Item procuratoris officium† certis modis finitur,actoris verò eisdem quibus tutoris. Item differt secundum.quosdam,quia liber tantùm potest esse procurator, actor etiam seruus,& pro eis facit.ff.de leg.i.l.legato generaliter.sed hic loquitur de libero,ibi de administratore quoeunque rerum peculiarium. Vnde dominus Azo contradicit:nam seruus potest esse procurator ad omnia præterquã ad litem: actor verò tantùm liber,ad exemplum tutoris:vt ĵ.qui dari tut. pos.in seruili. *Constituere.* Id est petent constitui à prætore:vt instit.de cura.§.vlt.& fit similis expositio ff.de his qui not.infa.furti.non ergo poterit tutor vel curator constituere procuratorem ante litem contest.postea verò poterit ad similitudinẽ procuratoris:vt ŝ.eod. quod sibi, præterea hic potest notari quod litis contestatio † est principium causæ: nam antè res est integra.& notatur.ĵ.eo.ita demum. 35 36

L.12. EXIGENDI. Patet per istam quod quis reum defendere potest etiam si certum sit non habere mandatum satisdatione præstita.sed cur secus in procuratore actoris notauimus supra,e.a.l.respon.i.certè quia ibi vult me conuenire & exigere aliud à me. vnde non est audiendus aliquo modo, quia si sibi solueretur,tenetur iterum domino soluere.si absolueretur, nõ prodesset mihi contra dominum illa sententia. & sic eum circa hoc possem damnificari, non admittitur etiam si velit cauere. sed ille qui reum vult defendere, ad commodum meum facit. & ita eum satisdatione poterit admitti: vt hic dicit & hoc intellige si ego velim admittere eum.nã si vellem possem dicere,nolo quod tu defendas illum,sed volo expectare donec veniat.si non venerit,postulabo mitti in possessionem bonorum ipsius:vt ff eo.si actor malit vel si vult:vt ŝ.dixi,admittet eum & cauebit iudicatum solui etiam si sit locupletissimus:quia in re † aliena sine satisdatione non est quis idoneus defensor secundum regulam.& probatur.ĵ. de satisda.l.i.& ff.eo.is qui suscepit. *Et alia procul dubio obser.sub.* Id est iudicatum solui,quod continet in se tres clausulas:vt ff.iud.sol.iudicatum. Vel expone satisdatione scilicet iudicatum solui; & alia proculdubio &c. i. præter iud.solui,ratam rem dominum habiturum.quandoque enim procurator † rei cauet de rato:vt si conueniatur rei vindicatione, vel communi diuidundo:vt ff.Pomponius.§.sed & his, & l.si defunctus.§.vlt. & alius est casus ff.eo.non solum.§.penult & videtur huic.l. cõtradicere.ff.eo. si minor.Sed dic quod hic loquitur quando lis erat contestata cum patre & testimonia recepta,& probationes inductæ: & sic cum de causa liqueret,si aberat pater,poterat de causa pronũciari.& ideo in tali casu vbi imminet tantum periculum,potest † per minorem defendi.si verò prædicta non extant,aliud est:quia sine lite contestata non potest ferri sententia nisi à iudice appellationis:vt ĵ. de tempo.appel.l.vlt. ergo vbi non est lis contestata,non admittitur,vt ibi.alioquin contra,vt hic & ff.eo.non solum.§. vlt.Vel aliter dicas quòd iste minor poterit patrem suum defendere: nec in integrum restituitur,cum vius sit iure † communi: vt ĵ. de in integr. rest non videtur.imò in integr.restituetur si non defendisset eum, ad hoc vt defenderet.quare in hoc casu cum pater fortè deberet cõdemnari quãti in litem iuratũ esset,vel aliter scilicet multo tutius, & iste minor possit esse sapiens & discretus, admittit eum lex specialiter in hoc casu:licet aliàs generaliter idoneus non sit.nam & alibi video quòd licet minor donare 37 38 39 40

41 nare prohibeatur, matri † tamen vel simili coniunctæ personæ alimenta præstare poterit, vt ff. de tut. & rat. distr. l. 1. respons. 1. & propter hoc quod hic dicitur circa istum filium, voluit argumentari dominus P. pro sententia sua, sicut plenius notauimus s. eo. l. 1. Nec dicas hanc l. loqui quòd iste filius allegaret causas absentiæ, & non in principali causam defenderet: vt j. notauimus l. nihil. quia tunc nedum in hac causa admitteretur, sed in qualibet etiam criminali, & quælibet etiam pica si sciret loqui, vt ff. eo. l. absens. & l. seruum. §. publice. & j. de accus. reo. & tunc non fertur sententia in procuratorem, sed in dominum, vt ff de neg. gest. liber. §. vlt. Intellige ergo quod in principali causa defenderet, non quòd allegaret causas absentiæ. Ita est in minore circa defensionem quòd non admittitur nisi lis
42 sit contestata, licet hic aliàs. Tamen circa postulationem † non obstat ei minor ætas, si tamē habeat xvii. ann. vt ff. de post. l. 1. §. pueritiam. nec enim ibi in tantùm potest grauari, in quātum hic: quia ibi nec obligat nec obligatur alicui, nisi præuaricator existeret, vt not. s. de adu. iu. l. 1. Præterea intellige quod dicitur de minore. quòd esse non posset procurator, s. in iudicio. Aliud si factus sit procurator ad aliquam rem emendam: valet enim quod fecit, sed posset restitui, ff. de mino. cum mandato. Præterea manumitti non potest quis ad procurationem, vt s. negotia administret minor xvii. an. vt inst. quib. ex cau. manum. §. eadem. Et nota quòd hic dicitur
43 quòd † aliquid est iustum, cuius contrarium est iustius. Simile habes j. de pact. dot. l. hac edicta. l. 1.

L. 13. Ita demum. *Si cùm primò litem.* Ex l. ergo ista potest elici, quòd litis contestatio est principium causæ, vt diximus s. eo. neque tutores. & valet hoc notare ad l. ff. de iur. om. iu. & quia. Quia quod ibi dicit, geri cœperit: quidam intellexerunt pro libelli oblatione, dominus meus pro litis contestatione. Debet ergo in principio, i. in litis contestatione, opponi hęc
44 exceptio, † quia dilatoria est, vt dicit regula j. de prob. exceptionem. Ergo post litem non opponetur. & est idem in alijs exceptionibus: vt in cautione ratihabitionis, & de iudic. solui: vt j. de satisd. l. vn. 1. & ff. eo. Pomponi⁹. §. ratiha. Est præterea arg. l. ista, quòd causa appellationis eadem sit cum prima, quia si in prima non opposuit, nec in secunda poterit: quia eadem videtur. & probatur per ti. j. ne liceat in vna eademque causa tertiò appellare. & quod dicit l. ista circa militem fortem, inteligēdum est in omnib. personis quæ remouentur à procuratione, vt fœminis & alijs quę enumerantur ff. eo. si minor. §. vlt. & ll. sequ.

L. 14. Nec eo minus. Patet per l. istam quòd si aliquis minor est xxv. ann. & dedit ad causam suam procuratorem, quòd nō ob hoc quia minor est,
45 debet dici nulla sententia, quia quod in eius † fauorem est inductum, in eius læsionem non debet retorqueri, vt s. de legi. & const. quod fauore. Si verò lata esset sententia contra procuratorem minoris non legitimum, hoc est quòd non est ordinatus tutoris auctoritate, vt s. eo. neque tutores. non valeret. si legitimus est, valet: sed restituitur j. si aduersus rem iud. l. pen.

L. 15. Litem *Contra bonos mores.* Contra bonos mores est si conuenerit de
46 aliquo præstando, & ideò non valet talis conuentio, vt s. de postul. si qui.
47 & j. man. si contra grauiter. ergo debet esse mandatum: si enim † merces interuenit, esset locatio: vt ff. man. l. 1. si tamen gratia remunerandi dedit ei

vnum par caligarum, vel tale quid benè habet actionem mandati, vt ff. manda. si remunerandi.

L.16. Procuratorem. s. liberum. *Vel actorem.* s. seruum, vt j. quod cum eo. l. vlt. & probatur ff. de leg. 1. legato generaliter. non ita sumas actorem, s. eo. neque tutores. Ibi enim de vero actore loquitur, qui non potest esse seruus, vt ibi dixi: secus hic, & ff. & j. quod cum eo. quia loquitur de quolibet administratore negotiorũ, & est differentia inter actorem & procuratorẽ, quia procurator dari potest à tutore ante litem cont. & post: procurator verò non potest. Hæc omnia not. s. eo. in l. illa, neque. & intellige l. illam in procuratore qui generalem habet administrationem. ille enim non potest alienare, nisi super hoc speciale haberet mandatum, præter res † quæ seruando seruari non possunt, vt ff. eo. procurator tutorum. aliud si habeat liberam & generalem, vt ff. eo. procurator cui libera. 48

L.17. Invitus, &c. Lex ista quinque casus ponit, tres à principio vsque ad illum §. sed nec defensionem. & in procuratore actoris. deinde duos, & in procuratore rei. Primus est vsque ad illum versiculum, nec eandem, &c. Vbi dicitur quòd si vellem cogere aliquem † procuratorem esse ab initio, quòd non possum. Secundus casus est, quia si suscepit quis in vna re, quod non tenebatur in alia suscipere, & sic non vltra procedet quàm sit ei mãdatum: finito suo negotio, nisi appellauerit, tenetur enim appellare: & hic est tertius casus. Et sicut in persona actoris diximus s. quod scilicet quis cõpelli non potest ad procurationem suscipiendam, idem dicendum in reo: quia, s. non poterit quis aliquem compellere vt eum defendat. & iste est quartus casus qui ponitur ab illo vsque §. sed nec. vsque ibi, cum fidẽ &c. abinde verò ponitur versicu. & vltimus, & dicitur quòd si suscipiat defensionem, debet fidem susceptam implere. *Inuitus.* Inuitum hic accipe nõ solum qui non contradixit, sed etiam eum qui expressim consensisse non probatur: vt ff. eo. filius § inuitus, sic & aliàs in seruitutib⁹ dicitur quis inuitus, cum expressim non consentit ff. de seruit. vrba. præd. inuitum. Ecõtrario tamẽ alibi ponitur. ff. sol. mat. l. 2. §. voluntatem. *Procurationem.* Scilicet actoris. *Nemo cogitur.* Videbatur autem quòd cogi posset, ideo quia vsus † procuratoris perquam necessarius est, vt hi qui rebus suis interesse non possunt, saltem per procuratores agerent, vel defenderentur: vt ff. eo. l. 1. §. vsus. Item alia ratione, quia tutelam & curam & alia munera † inuiti suscipere cogimur: vt inst. de exc. tut. & ff. de mune. & hon. munerum. nisi in casu, vt s. de episc. presbyteros. non est ita, vt hic dicitur & ff. eo. filius § inuitus. nec obstat quod dictum est. quia illa munera publica sunt. *Nec eadẽ,* &c. Ista est secunda particula huius. l. & loquitur in præmisso casu. s. in procuratore actoris: quia non cogitur ostendere officium suum quod suscepit in vna causa vltra subaudi quam ei mandatum est: nec enim potest cõpelli in alia re suum effectum extendere: vt s. dictum est. & est ratio quare non, quia sufficit si cui vel in paucis &c. vt j. de neg. gest. tutori. est & alia ratio, quia cum sponte suscepit † in vna re, ideo suo iuri renunciauit, vt possit in alia re compelli, arg. j. de exc. tut. voluntariè. & de his qui spontè munera susci. l. 2. lib. x. & s. de episc. auth. præsbyteros. ibi, si quis hoc fecerit. *Nisi prouocationis,* &c. Potest ergo inferri, ergo prouocare tenetur: quod verum est: & est ratio, quia & hoc ex mandato pendere videtur: & adeò videtur pendere secundum quosdam ex mandato, vt dixerint etiam 49 50 51 52

causam

causam appellationis † procuratorẽ teneri exercere & videre. Iuuari eorum opinio videtur ex eo quod legitur ff. an per alium causæ appel. l. si procurator. & ff. eo. qui proprio §. item. secundum hoc ergo supplebitur & hic exponetur in litera, nisi prouocationis, subaudi faciendæ & exercendæ. Io. tamen & alijs doctoribus placuit dicere in contrarium, moti ea ratione, quia prouocatione tantum functum est mandatum, sicut & sonare videtur hæc litera, sic enim dicit, nec eadem nisi prouocationis &c. Sicut ergo in cæteris causis finitur mandatum finito negotio imposito, ita & hic, & quòd sufficiat si iste procurator appellet. & probatur euidenter: nam & fideiussor, qui † etiam procurator rectè dici possit, non habet necesse nisi tantum prouocare si nomine rei fuerit condemnatus: sed nec etiam prouocare videtur quandoque. i. si pauper sit, vel si testato me conuenit vt prouocem: vt ff. manda. si procurator. §. sed ignorantes. Item alia ratione, quia si curator ordinauit ad causam vnum actorem, & fuerit cõdemnatus, iste actor debet appellare. sed solus curator appellationem exercebit. ex quo bene videtur quòd officium suum esset finitum: vt j. de appel. si actor. nec obstat lex an per alium causæ &c. quia fuerat tam ad appellandum, quàm ad eius exercitum constitutus nominatim. vel fortè erat procurator generalis. alioquin interposita appellatione † finitum est mandatum: vt s. probatum est. Item non obstat lilla, qui primò. quia ibi & causam restitutionis & rei vindicationis ad quam fuerat minor restitutus, datus erat procurator, secundum quòd ibi Io. casum assignauit. alij tamen aliter ponunt casum, & sumunt hic arg. pro quæstione aduocati in qua quæritur an pro eodem salario debeat iuuare clientem in causa prouocationis. & ipsi dicunt quòd sic. nos verò hoc omnino negam⁹ ratione prædicta quam in procuratore assignauimus. Sed quæritur, si vendidisti mihi rem, & de euictione † promisisti, deinde conuenior nomine rei emptæ, & condemnor, an habeã necesse prouocare si velim de euictione actionem habere: & si non appellem, an repellar. & videtur ex præmissis ꝑ similitudinem quòd deberem appellare, hoc tamen non puto: quia procurator seu fideiussor ideo appellat, quia tenetur ad hoc ex officio quod suscepit: emptor verò nullum officium suscepit. & idem dicit lex in herede vendicante rem defuncti, nam licet nõ appellet à sententia qua rei absoluuntur, non tamen hęreditas ideò eis vt indignis aufertur: vt ff. ad Silanianum, propter veneni. § vltim. quidã tamen ibi distingunt an omiserit appellationem propter paupertatem, aut ex voluntate. in primo casu sunt excusati, in secundo non: vt in fideiussoribus, distinguitur. ff. manda. si procurator. §. sed ignorans. Porrò licet † emptorem ad appellationem non teneri diximus, si tamen sponte prouocauerit & fuerit victus magis ob suã negligẽtiam, quàm quòd malam causam habuit, victus fuisse crederetur: vt ff. de euict. Herennius Modestinus. §. vlti. Item quod dicit, nec eandem vltra quàm ei mandatum est extendere, &c. non ita plane est intelligendum, quod non teneatur satisdare de defendendo, si hoc postuletur. Debet enim hoc facere, quia hoc ei mandatum videtur, arg. ff. de iuris. om. iud. l. 2. & ff. eo. ad rem. & l. si ad legatum. si verò non defenderet, nec ipse ad agendum admitteretur, vt s. eo. actionem. & ff. eo. mutus. §. pœna. Et ideò domino propter fidem suspectam quam nõ adimplet, tenetur actione † mandati, quia dominus hoc ei mandasse videtur, cùm aliter non ad-

53 54 55 56 57 58

mitteretur ad agendum, vt s. dictum est. *Sed nec defensionem.* Clausula ista nunquam potest aptari ad superiorem casum, s. vt loquitur in procuratore actoris, nam procurator actoris tenetur præcisè defendere, vt s. probatum est, & potest ad idem induci, ff. eo. sed hæ. Ideoque displicet veterum doctorum lectio, qui totã l. istam in procuratore actoris intelligebant: ad quam lectionem verba, si mulier sequenda cum fide, &c. non benè aptari possunt propter rationem proximè dictam. Ipsi tamen exponebant literam illam, sed nec defensionem absentis subire compellitur, subaudi, ab aduersario, compellitur tamen à domino. Item alij alio modo exponunt, & dicunt, non compellitur, &c. quia sufficit committi cautionem de defendendo. ff. eo. non cogendum. §. Sabinus. Sed nec hoc placet ratione prædicta, quia procurator actoris † præcisè cogitur defendere, vt probatum est per l. sed hæ. §. præter. & §. ille intelligitur in procuratore rei. Intelligimus ergo clausulam istam in procuratore rei, & facit l. ista similitudinem inter procuratorem actoris & rei, s. vt sicut ad agendum non potest quis dari inuitus procurator ab initio, ita nec ad defendendum. Videbatur autem quod posset, quia publicè vtile est, &c. vt ff. eo. seruum quoque. §. publicè. *Cum fidem, &c.* Q. d. licet non compellatur suscipere, si tamen suscepit, sufficit quidem adimplere, i. defendere, & ita refertur hoc ad proximã literam. Posset etiam referri ad superiorem ibi, nemo cogitur, &c. si tamẽ suscepit sufficit adimplere susceptam fidem, & eodem modo ad sequentẽ clausulam, nec eandem vltrà, &c. cum fide, &c. 59

L. 18. Aliena m. *Virile officium.* Intellige quòd procuratorem accipere nõ possit in iudicio, vt probatur j. eo. maritus. si enim mandatum accepit de aliquo faciendo extra iudicium, benè teneretur. Præterea in iudicio quãdoque admittitur, vt pro parentib. ff. eo. fœminas. non autem pro filijs, vt hic dicit: imò debet tutorem † petere: nec hoc solum facere, sed idoneum petere: & si remouendus fuerit ab administratione, iterum debet aliũ petere: vt j. q. pet. tut. & ff. ad Tert. l. 1. §. sed si mater. & §. seq. ita est quoad procuratorẽ pro filio, quia ab initio non potest defendere: si tamẽ cõtra malè latam sententiam pro filio appellatur, admittitur etiam pro eo prosequi causam appellationis: vt ff. de appel. recip. l. 1. 60

L. 19. Si pretiv m. *Hoc tibi restitui promisdebit.* Actione de in rem verso, si seruus actor erat, vt ff. si cert. petat. si & me & Titium. & j. de his qui in alie. potest. ei. §. vlt. vel actione neg. gest. vt ff. de neg. l. vlt.

L. 20. Nihil *arbitramur interesse.* Quantum ad personam procuratoris: quicunque enim potest dare ante lit. cont. potest dari & post: & quicunque repellitur ante & post. Vel intellige quòd nihil intersit quantum ad personam dantis procuratorem, s. domini causæ, quia ille qui † potest constituere procuratorem ante lit. cont. potest & post lit cont. & si non ante potest, nec post: vt j. eo. l. vlt. ibi enim nec ante nec post potest constituere. In popularib. actionib. similiter nõ licet nec ante nec post, vt ff. eo. licet in † popularib. Præterea in criminalib. non licet, vt ff. de pe. tu. l pen. Fallit tamen, quod dixi in tutore & procuratore, quia licet ante lit. cont. procuratorem constituere non possint, possunt tamen postea: vt s. eo. neque. Quidã tamen vt M. faciunt differentiam, constituatur procuratore ante litis cont. an post: si ante litis contestat † dominus causæ, & sic in eum debet ferri sententia. Aliud si post lit. cont. detur procurator; quia tunc fertur sententia in do- 61 62 63

in dominum: vt ff. de his qui not. inf. furti. §. 1. in fi. & sic intellexit literam ill[illegible]m, & faciebat vim in eo quod dicit ab initio: secus enim si post, vt ipse dixit. Vnde in quolibet causa etiam criminali vel capitali concessit quod dari possit procurator post lit. cont. cùm in dominum feratur sententia. Nostri verò Doct. dixerunt regulam istam locum habere siue interuenit procurator ante siue post. Nihil enim interest, quia in omni casu debet 64 † ferri sententia in procuratorem: si enim pronunciaretur contra dominum, & non contra procuratorem ipso iure nulla esset sententia, ͞j. de sent. & interl. l. 1. Si opponis de illa. l. furti, respondeo quia subaudiendum est ibi maximè. Idem enim esset siue post li. cont. esset agitata causa per procuratorem, siue ante. Praeterea quòd contra procuratorem feratur sententia post li. cont. probatur ff. eo. licet. §. si plures. ibi. enim dicitur quod plu-65 res heredes non possunt procuratorem dare, quia non possunt † in eadem persona condemnationes & adiudicationes expediri, quomodo enim ipse condemnaretur vel absolueretur? patet ergo quòd si dominus condemnandus esset, quòd vnum posset constituere procuratorem & tamen loquitur § ille quando lis erat contestata non ergo debet dominus cõdemnari. etiam post lit. contest. quia si fieri deberet, sufficeret omnibus vnus procurator secundum quod dixi. Item est ad idem ff. eo. qui proprio. 1. respon. ibi enim dominus per se fuerat litem contestatus, deinde constituit procuratorem. ibi dicitur quòd dominus debet satisdare nomine procuratoris, ex quo patet quòd procurator est condemnandus, & non dominus, alioquin si dominus deberet, sufficeret cautio à se interposita ab initio pro se, & sic patet quòd in procuratorem ferri debet sententia, iudices tamen moderni ad tollendam vnam dubitationem & in dominum & in procuratorem consueuerunt ferre sententiam, sic, ego condemno † ta-66 lem nomine illius. & ita vtile nõ vitiatur per inutile. Intellige quę dixi vera esse in pecuniarijs causis. nam in criminalibus non ita verba aptè concipi possunt in persona procuratoris. in pecuniarijs enim bene potest dici, condemno te nomine illius vt des vel facias. non idẽ in criminalibus scilicet in quibus agi potest per procuratorem, vt in crimine iniuriarum illustris personae. vt ͞j. de iniurijs. l. vlt. non enim bene formarentur verba, ego condemno tè vt nomine illius suspendaris. si tamen defendat quis aliquẽ allegando causas absentiae, tunc in eum non in alium debet ferri sententia. ff. de negot. gestis. libero. §. vltim. & sic voluerunt quidam intelligere l[illegible]m. ͞s. eo. exigendi. quòd filius allegaret causas absentiae, non quòd defenderet patrem in principali causa, vt ibi notauimus. Si ergo cum verba aptè concipi non possunt ad condemnandum procuratorem ad poenam, 67 fertur in † dominum sententia: sic & in causa matrimonij, cum non aptè dici possit condemno te vt illam accipias in vxorem: ita est in eo procuratore c[illegible] causae exercitium mandatum est. Quid autem si tantùm fuerit cõstitutus ad audiendam sententiam? Et fortè hic potest dici dominum condemnari debere, si tamen talis procurator condemnetur, bene puto tenere sententiam, nec obst. l. furti, accipe vt ͞s notauimus.

Marivs citra mandatvm. Hoc est, praeter mandatum: quia & L. 21. sine mandato † potest admitti. si enim coniunctae personae admittuntur, 68 vt ff. eo. [illegible] & [illegible]ae quae potest dici magis coniuncta persona quàm mari-69 tus vxori suae? Et ideo enumerat ipsum inter † coniunctas personas, vt ad-

mittatur sicut & illæ sine mandato, præstita tamen solemni satisdatione scilicet de rato: vt ff. de neg. gest. sin autem & dicit ideo solemni, quia debet præcedere interrogatio & statim sequi responsio. *Et alia obseruatione.* Quia præter satisdationem de rato cauere debet de defendendo, sicut dicitur in quolibet procuratore actoris. ff. eo. seruum. §. ait prætor. & §. sequenti. Sed videtur contra. j. de pac. conuen. Iul. respon. quia ibi loquitur quando maritus agebat ad x. & constabat ipsum habere mandatum vt patet in litera. & † ideo non habet necesse satisdare, sicut ibi continetur. sed hic non constabat habere mandatum vel non imò erat incertum. vel etiã dicas quòd certum erat ipsum non habere mandatum. & ideo eum non dedit sibi aliquid, nec continetur in instrumento, sicut ibi dicit. aliud hic, aliud ibi. *Id solum exequi debet.* Ante ergo quàm mandasset vxor de aliquo, præsumitur quòd voluerit in omnibus posse ipsum agere. sed cũ de aliquo mandauit, non præsumitur quòd voluerit: quia quod in vno† permittitur in alio prohibetur: vt hic & arg. est ad idem ff. de fund. instru. leg. quæsitum. §. idem respondit, circa finem legis, & ad idem facit j. de pac. conuen. l. vltim. e conuerso est ff. de iud. cum prætor. patet ergo quod si intromitteret se de alijs, contra voluntatem vxoris faciet: vt s. dixi, quod non debet esse ff. eo. Pomponius §. vlt.

70

71

L. 22. PROCVRATORIBVS. Patet ergo quòd lite contestata fit ipse dominus, non intellige rei quæ petebatur, vel actionis, sed quantum ad † exercitum causæ. quia dominus non potest eum amouere: & præterea ipsi alij committere possunt: plura enim sunt dominia rerum, actionum, vel officiorum, & hic dicitur ratione officij dominus. lite ergo contestata nõ reuocatur, nisi capitales inimicitiæ, vel morbus aut alia necessaria † causa interuenerit, vt hic dicit. distingue tamen. quia aut solus procurator resistit in reuocando, aut alius contra quem datus erat & non ipse. si solus procurator videtur suspectus, quia operas ingerit inuito: vnde videtur repellendus, nisi talia prætenderit quia dicit, Domine vos vultis me repellere, quia dicitis inimicũ vestrum, vel similia: & bene volo relinquere procurationem vestram: sed tamen nolo quòd prius cognoscatur vtrum sit verum quod dicitis, an non: tunc enim est bene audiendus. præterea si retentione aliquã velit vti, si verò resistat alius contra quem agit, quia dicit laboriosum esse sibi contra tot agere, non potest reuocare nisi causa cognita: vt hic & ff. eo. ante litem & l. post litem. & l. quæ omnia §. 1. vbi idem notandum est.

72

73

L. 23. NVLLA DVBITATIO. Patet per legem istam, quòd si moritur dominus post litem contestatam à procuratore, quòd nihilominus poterit causam finire procurator, nec poterit reuocari, cùm res nõ sit integra, secus si esset integra: vt j. mandati, mandatum.

L. 24. LICET IN PRINC. *Si falsus procur. inueniatur.* Subaudi, neque ratihabitio interuenerit, nam tunc contrarium esset, quoniam ratihabitio † retrotrahitur, vt ff. de iudic licet. & ideò intellige quando nulla sequitur ratihabitio, quia tunc nullum est iudicium, vt hic dicit. Vnde si soluero tali procuratori falso, siue in iudicio, siue extra, siue debitum siue indebitum, repetetur totum, etiam si sententia lata est, quia † fuit nulla ff. rem ratam haberi. si sine §. quòd si procurator. non præiudicat ergo domino, sed procuratori. quia si absolutus sit ille contra quem procurator agebat, & ita

74

75

interest

intereſt ſua, quia ſi verus procurator eſſet, non poſſet à domino de cetero conueniri. vel etiam ſi fecit impenſas in litem, tenebitur ex ſtipulatu ad intereſſe ſi dominus ratum non habeat: vt bene dicit lex prędicta. Sed poſſet quæri vtrum poſt litem conteſtatam poſſit opponi hæc exceptio. & videtur quod non, cum ſit dilatoria: ergo in principio eſt opponenda: vt ꝭ. de prob. exc. ſed contrarium eſt quia fallit regula illa hic, & in omnibus per quæ contenditur retro nullum fuiſſe iudicium. ideo ſi à non compe-
76 tenti iudice ſententia ſit † lata, & hoc ignoraui non meum eſſe iudicem, quia poſſum excipere, cum contendam retro nullum fuiſſe iudicium.

QVICVNQVE. Enumerat ergo hic quoſdam in diuerſis dignitatibus L. 25. poſitos quibus non licet agere per ſe, vel ſe defendere: & hoc intellige in
77 ciuilibus cauſis. nam in † criminalibus oportet potentes & potentiores adeſſe in propria perſona ꝭ. de act. tunc conuenit. fallit in crimine iniuriarum, quia ibi per procuratorem agent. ꝭ. de iniur. l. vlt. ad multos in dignitate poſitos extenditur l. iſta, ſed de iure authen. reſtrictum eſt ad ſolos illuſtres. cæteri enim commune ius amplectuntur: vt dicit authen. hic, quod ius, &c.

IN PECVNIARIIS *Controuer.* ideo dicit, quia aliud eſſet in criminali- L. 26. bus: vt ff. de pœn. l. pen. §. 1. *Vel ſententia.* ſ. interlocutoriæ, quia mãdauit ei per literas vel per nuntium quòd veniret ad cauſam. ſic habuimus. ſ. de epiſc. & cler. omnes qui vbique in prin. *Paſſum.* id eſt ſine delectu: vt ff. de iure do. palàm. *Reſpondendi.* ſiue etiam agendi. *Facultatem.* ſolum enim hoc requirendum eſt an prohibeatur procuratorem dare: vt ff. eo. inuitus. §. cũ
78 quæritur. eſt ergo prohibitorium hoc † edictum. vnde quilibet qui non prohibetur admittitur & poteſt agere per ſe vel per procuratorem: vt hic, & ſ. de his qui ad eccle. confu. præſenti. Sed videtur quòd cum determinatione ſit intelligendũ, hoc eſt prius præſtito ſacramento calumnię à principali perſona: vt. ꝭ. de iura. cal. l. 2. §. fin. autem. Reſpon. ibi iurat de calumnia principalis perſona, vt procurator ad finem cauſæ poſſit peruenire: nã aliàs non poſſet. poſſet tamẽ & ante lit. conteſt. dare. vt per ipſum fiat cõteſtatio, & cauebit rem ratam dominum habiturũ. ꝭ. de iur. cal. l. 2. §. hoc etiam. *Niſi for. quoſ. iuſt. non. ob cau. vehemen.* ita intellige quòd principa-
79 lis perſona erat † iuſtus homo: iſte quem volebat procuratorem dare, erat perfidus & malitioſus. tunc enim ſi vult is contra quem datur, poterit ipſum repellere & dominum vocare in iudicium. & ad hoc facit ff. eo. ſi actor. Vel ideo intellige dictum de iuſtioribus, quia ſi tales eſſent partes quòd ſi conuenirent, haberent rixam inter ſe: tunc iudex non coget eas a-
80 gere per ſe: ſecus ſi iuſtiores homines ſint, & tales qui non haberent † rixam. vel intellige literam iſtam in his in quibus agi non poteſt per procuratorem. vt interdicto de libe. exhiben. niſi ſpeciale haberet mandatum, & aliqua exiguntur: vt ff. eo. Pomponius. & idem in crimine ſu pecti: vt ff. eo. non ſolum. §. vlt. vel etiam ponere exemplum. ꝭ. de his qui ve. æta. l. 2.

NE LICEAT POTENTIORIBVS PATROCINIVM LITIGANTIBVS PRÆſtare, vel actiones in ſe transferre.

TIT. XIIII.

SVMMÆ.

1 *Potentiores qui dicantur.* 2 *Aduocati potentiores.*

3 *Clarissimi vel illustres sub praeside conueniuntur.*
4 *Lex quando defert iurisdictionem.*
5 *Causa quando demandari non possit.*
6 *Cessio actionis quid, & eius effectus.*
7 *Gratuitum officium.*
8 *Deportatio aufert libertatem.*

L.1. DIVINE ADMODVM. Valde. *Consultissimus.* Quia homo erat magni consilij. *Vt nactura causa.* Potes intelligere ipso iure: vt ꝟ. eo l. vlt. vel intellige per sententiam, & hoc est quod ꝟ. supponit seuera sententia & c. l. ita intelligas l. vlt. *Potentiorū.* Lex appellat potentiores † qui quocunque modo aduersarijs sunt potentiores. & si his fiat alienatio iudicij mutandi gratia, datur actio in factum: potentioribus enim pares esse non possumus. ff. de alie. mut. iu. causa. l. 3. & sic sumitur. ff. si ex noxa. causa. l. 1. hic autem sumitur pro potentioribus officio, qui possent terribiles aduersarijs, vt sunt iudices de communi, vel alij qui habent officium in curia: de quibus dicitur. ꝟ. quod me. cau. si per impressionem. aliàs enim contrarium esset ꝟ. de suffrag. quia quandoque sunt † aduocati potentiores aduersarijs suis, & tamen possunt praestare patrocinium suum pro alijs. aliter non postularet nisi rusticus contra rusticum: quod falsum est, vt ibi dicit. *Vt proposito.* Id est postposito. Vel dicas proposito id est procul posito. *Quem.* Scilicet, diuinum Claudium. *Seuera sententia.* Intellige pro motu animi. *Ne praeiud. clarissimis viris.* Aliàs enim non conuenirentur † clarissimi vel illustres sub praeside: vt ꝟ. vbi sen. l. 2. & 3. nisi crimen obijciatur clarissimo: vt ꝟ. tit. praedicto. l. 1. *Specialiter fecerit.* Illud notandum est, quia ex constitutione istius diui Pij specialiter datum est principi, vt seuera sententia in actores seu procuratores tales vindicarent, & ita non potest demandari, cum specialiter † lex talem deferat iurisdictionem: vt ff. de off. eius cui man. est iurisd. l. 1. sicut dicitur in decreto alimentorum. debet enim fieri cum decreto in alimentis trāsactio: & hoc specialiter à lege datum est praesidi: & ideo non potest demādari: vt ff. de transact. cum hi. Distingue ergo vtrum lex specialem causam concedat, vt hic, quia tunc non potest † demandari. an plura cōcedat specialiter: & tunc demandare possumus: vt ꝟ. qui pro sua iurisd. habet inter scholares. nam cum concessum ei est specialiter ab imperatore vel cōstitutione sua, quòd inter eos cognoscat, hoc bene potest demandare, cum specialiter ei data est iurisdictio, & ad plura negotia. aliud si causa specialis concessit, sit super vna re vel duabus, vt hic dicit.

L.2. SI CVIVSCVNQVE MODI ACTIONES. Bene dicit de actione delata ad personam potentis, secus enim esset in re corporali. ff. de aqua plu. arcend. Altius, & de alien. iud. mu. caus. l. penultim. Vt autem plenè scias quando valeat † cessio actoris, distingue vt diligenter distinctum est in summa ibi, in cessione actionum &c. Et vsque in fin. *Redimunt.* Scilicet, quia dant eis pecunias: quod non debet fieri cum † gratuitum sit tale officium. ꝟ. de procura. l. item. Nec facias vim in eo quod dicit redimunt. nā idem esset & si per gratiam fecissent: vt ꝟ. l. prox. Alios titulos vsque ad tit. de neg. gest. lege per te. Sed vide quid dicit l. illa. NE QVIS VELA. *Non solum ciuitate sed etiam libertate.* Notandum est enim quòd deportatio † aufert libertatem: quod accidit ideo, quòd deportatus fuerit in metallum.

lum.nam si in insulam, non infligeret maximam capitis diminutionem, instit. de capit. dimin. §.minor.ff. de capit. min. amissione: sicut accipitur verbum ĵ de cap. & postli. re.l.vlt.hodie verò ex supplicio non efficitur quis seruus, dummodo sit bene natus: vt authen. de nupt. §. quòd autem prius.

DE NEGOTIIS GESTIS.

TIT. XXX.

SVMMÆ.

1 *Ex mala administratione tutores suspecti fiunt.*
2 *Suspectus multis modis dici potest.*
3 *Tutorem habenti tutor dari non potest.*
4 *Intransitiua constructio.*
5 *Quod fit pietatis animo non repetitur.*
6 *Pietatis & affectionis ratio facit cessare actionem neg.gest.*
7 *Item obsequium.*
8 *Impensæ vtiles & necessariæ differunt.*
9 *Pupillus quando tenetur de impensis.*
10 *Mater præsumitur donare expensas.*
11 *Quandiu aliquid restat soluendũ de pecunia, pignus retineri potest.*
12 *Omnis disiunctiua vera est, cuius altera pars est vera.*
13 *Actio communi diuidundo.*
14 *Vniuersale iudicium semel intentatum, non potest iterum intentari.*
15 *Modus specialis.*
16 *Operæ obsequiales.*
17 *Inter tutelam & curam differentia.*
18 *Non fit confusio debiti vltra portionem hæreditatis.*
19 *Peculium quomodo extinguatur aditione hæreditatis.*
20 *Genus aliquando ponitur pro specie.*
21 *Actio negot.gest. non tollitur præscriptione longi temporis.*
22 *Vtile negotium requiritur vt producat actionem neg.gest.*
23 *Quæ materno affectu in filium filiamve derogantur, repeti non possunt.*
24 *Quando mater donare præsumitur.*
25 *Peculium quod non acquiritur patri, potest repeti à cohæredibus.*
26 *Domestica affectio impedit actionem negot.gest.*
27 *Actio negotiorum gestorum.*
28 *Qui per alium gerit ipse gerere videtur.*
29 *Ad impediendam actionem nego.gest. consideratur affectus.*
30 *Actio mandati quando locum habeat.*
31 *Actio directa negotiorum gestorum quando locum habeat.*
32 *Curatores, dolum, latam, leuemq́ culpam præstant.*
33 *Spontaneus gestor de leui culpa tenetur.*
34 *Vsuræ quando peti possunt.*
35 *Ratihabitio mandato comparatur.*
36 *Pubertate finitur tutela.*
37 *Munus necessarium.*
38 *Sufficit pro ratione voluntas.*
39 *Nuda voluntas quomodo differat à necessitate.*
40 *Non semper exigitur mandatum.*
41 *Seruus quando ex mala gestione tenetur.*
42 *Sex casus in quibus nego.gest. casum præstat fortuitum.*
43 *Vtiliter cœptum nõ sufficit, nisi sequatur euentus.*

S

44 *Res empta aliena pecunia, ob id vindicari non potest.*
45 *Prohibitio impedit actionem negotiorum gestorum.*
46 *Dominus tenetur de peculio, in quantum locupletius factum est ex gestione serui.*
47 *Testes in contractibus vel quasi in delictis, vel quasi ad substantiam eius quo de agitur regulariter non exiguntur.*

L.1. CVm *tutores fil.suo.suspectos faceres.* Sed qualiter facit mater ista suspectos tutores? non enim fiunt suspecti eo ipso quòd accusantur, sed ex mala † administratione: vt instit. de suspect.tutor.§.vlt.glossa ergo suspectos facit, id est, detegit. Fiunt enim suspecti ex malis moribus, & ex dolo vel negligentia, vt dicit prædictus §. instit. sic & dicitur frumentum fieri ex spicis.nam non fit frumentum vel noua species si quis spicas excussit, sed ea quæ est detegitur, vt ff. de acquir.rer.domin.adeò. §. cùm quis. Et benè dicit de matre quòd accusauerit tutores de suspecto: illi enim tantùm & singulis mulieribus quæ causa pietatis sunt motæ, permissum est: vt insti. de susp.tut.§. consequens.& potest quis dici multis † modis suspectus, vel quia malæ fidei, vt ff. de priu.cred.si creditor. §.1. vel propter malam conuersationem, vt s.habuimus per §.vlt.inst.de susp.tut. Vel propter facultates, quia non est soluendo. *Peteres.* Posset quis hoc prauè intelligere, quòd insimul accusaret de suspecto, & peteret eis alios tutores.sed hoc non potest esse, quia tutor de suspecto accusatur ad hoc vt remoueatur à tutela: ergo accusatio illa fieret durante tutela, non finita: vt dicemus j.de susp. tut.l. etiam. Ideò autem alterius tutoris electio fieri non potest, dum alius est tutor, quia tutorem habenti tutor † dari non potest, nisi in casibus, vt j. in quib.caus.tut.habenti. Intellige ergo quòd primò accusauit de suspecto, & finita fuit causa illa, quia fuerũt à tutela, post petijt ei alios tutores. *Munere pietatis*.i.munere quod est pietas, vt sit intransitiua † constructio. Distingue tamen, quia si prius est quis in eo quod gerit, & non fecit animo pietatis, i. quia credidit repetere, expendit tamen in opus pietatis, datur ei repetitio: si verò fiat animo pietatis, non datur: vt distinguit lex illa, ff. de relig. & sumpt. fune. at si quis.§.sed interdum. & quod dicitur, si fiat animo † pietatis, non repetit, generale est: fallit tamen quandoque, vt j de nuptijs. patrem. Possunt ergo hic notari duo, quare cessat actio negotiorum gestorum causa pietatis, & affectionis: mater enim † non repetit sumptus factos in causa, vel eundo Romam ad petendos alios tutores, cùm causa pietatis præsumatur hoc fecisse, quia quilibet etiam extraneus impeditur agere sic ratione affectionis, vt ff. eodem is qui amicitia. & maritus impeditur ratione domesticæ affectionis, j. eodem. quod in vxore. Vnde cum ita sit in extraneo, multo magis debet esse in matre: vt hic dicit. est & alia causa quæ impedit istam actionẽ, vt † obsequium: sicut habetis j. eod. officio.

L.2. CONTRA IMPVBERES. *Vrgente necessitate.* Id est vtilitatis. nam non erat necessaria impensa, sed † vtilis. quandoque tamen ex necessitate negotium geritur: vt ff. de verbo.sig. impensæ. & ideo distingue, necessario impensum sit, an ex vtilitate. si ex necessitate, quamuis locupletior non sit impubes vt modo lit.contest.tempore non sit pauperior, tenetur: vt ff. de solut.

[Margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8]

9 solus in pupillo.si verò vtiles,nō tenetur nisi factus sit locupletior: vt hic & quando locupletior factus sit, respicitur tēpore lit.contest.vt ff.eod.lit. cōtest.tempore. *Ex vtilitate.* Ideo dicit,quia si nō repeteret impensas,nemo inueniretur qui ad negotia alteri⁹ accederet:& ideo de vtilitate est inductum:vt ff.eo.l.1.& 2. *Quæ.* scilicet actio. *Decernatur.* Olim desiderabatur & proponebatur quibusdam formatis verbis solemnibus: hodie sublatum est: vt j.de for.impetra. *Quem Roma.* Alia litera est, Romam. *Si non materia eius.* Patet ergo quòd si alius donaturus erat ei, quòd iste fecit quòd eos non poterit conuenire:quia non videntur facti locupletiores. vnde dicit lex quòd si aliàs diligens ad negotia mea erat accessurus qui omnia gessisset, sed contemplatione alterius qui gerebat non accessit si quædam gessit iste,quædam non,tenetur de omnibus, cum alius diligens omnia gesturus erat nisi contemplatione istius omisisset:vt ff. eod.

10 si pupilli. §.vlt. & intellige. Listam in extraneo, non in matre, mater † enim præsumeretur donare expensas ratione factas:vt s.habuimus in superiori l.prox.

SIVE PRO FRATRE. *Vniuersum soluere coactus est.* Ideo dicit quia p parte non placuit negotium expedire. quamdiu enim aliquid restat soluendum de † pecunia, potest retineri pignus:vt j. de distract.pig.quamdiu.dabitur ergo in eo casu cum pignus liberauit, act.neg.gest.pro parte coheredis, vt dicit, sed videtur quod non: quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi, & quia non potuit pro sua parte gerere. vnde videretur quòd actio neg. gest.non haberet locum. sed fa.ercisc.vel communi diuidundo vt ff.fa.ercisc.l. heredes §.non tantùm, & ff.com.di. si quis putans. §. hoc autem. Respon. quia hic dicit dari neg. gest.vel famil.ercisc.verum est,quia datur famil. ercisc. secundū nos enim & secundum dialecticos omnis † disiunctiua est vera cuius altera pars est vera. ista verò pro altera eius parte vera est & ideo tota vera potest censeri. Vel aliter dicas quia dum res communis est,bene datur actio † com.diuidūdo directa. hic autem intellige quòd res desijt esse communis morte vel aliàs: & ideo non habet locum actio communi diuidun. sed vtilis posset intentari:vt ff. com.diui.sed. neg.gest. vel aliter vt dicit.veruntamen licet res desierit esse communis bene verum est quòd non habet locū directa communi.diui.sed vtilis posset intentari: vt ff.cōmuni. diuidun. in summa.& ita agi poterit veluti communi diui.vel neg.gest. vel etiā fam.ercis. si non est inter eos redditū,vt dicit.nam si semel inter coheredes esset in-

14 tentatum † vniuersale iudiciū,non potest iterum intentari:vt ff.fa.ercisc.filia.§.fam.ercisc. sed aget vtili actione com.diui.vel nego.gest.vt dictū est.

QVI PVPILLÆ, &c. *Pro tutore neg.gest. non vid.gest.* Scilicet illo speciali modo qui pro tutore appellatur.est enim quidam modus † specialis, vt quando gero negotia impuberis credens me tutorem,cum non sim:vel fingens me esse,cùm sciam non esse:vt ff.de eo pro tuto.l.1.Qui ergo mādato tutoris gessit,quodammodo pro tutore gessit, sed non tanquam tutor, imo tanquam procurator, & aget neg.gest. si expendit in vtilitatem pupillæ, & facta est locupletior:vt s. eo.l.2. & præterea tenebitur ei neg. gest.sicut hic dicit.sed tutori qui ei mandauit mandati tenebitur.

OFFICIO, &c. Officium tenetur præstare homo homini de natura. vnde non debes intelligere quòd solum officium impediat actionem

L.5. L.4. L.5. 11 12 13 15

istum, sed officium tale quod est obsequium, vt hic dicit. Operarum enim aliæ † sunt obsequiales, aliæ non, vt notauimus. j. de operis liber. in distinctione operarum. intellige ergo quòd operas præstitit pupillus patronis suis, vt quia iuit pro eis ad villam, vel eis emit sotulares, aut equum conduxit. non potest repetere, cum naturali ratione teneatur hoc præstare: & officio videtur functus. Aliud dico si c. libras expendit in domo ædificanda, isti enim potest repetere: non enim videtur functus liberti obsequio, cum ad hoc nō teneatur: & ideo poterit repetere: vt ff. de condictione indebiti, l. si non ser. §. liber. ita est in filijs patroni. Secus enim esset in alijs, quia benè actio daretur contra ipsos: vt ff. eod. si pupilli. §. sed & si ego. nisi paterna amicitia ductus hoc fecerit: vt ff. eod. is qui amicitia. 16

L. 6. Cvratorem, &c. Quod non potest videri, &c. Hæc enim est differentia inter tutelam † & curam, quia tutor in testamento dari potest, non autem curator: si tamen detur, confirmatur decreto prætoris vel præsidis, vt inst. de curat. §. sed curator. & s. de episcop. auth. de curatoribus. Si ergo se miscuit, tenebitur, non aliter: vt ff. de adm. tut. impuberi. si verò sic datus quædam gessit, quædam non, tenebitur & de non gestis, si alius gesturus fuit. Si verò cognito quòd curator non fuit, se abstinuit, tenetur si cognatos puberis non certiorauit quòd ei peterent curatorem: vt ff. de eo pro tutor. vel curato. §. vlt. 17

L. 7. Si ab eo, &c. Patet per legem istam quòd si institutus quis fuerit in duabus vncijs hæreditatis, quòd ea pro ea parte qua successit, extinguatur actio, nō pro alijs: vt & dicitur j. de bon. auct. iud. si vxor. & sic nō fit † confusio vltra portionem in quam successit, nisi prohibitus esset petere, vt ff. eod. sed an. & nota quòd si institutus est quis in duabus vncijs, extinguitur actio pro quota portione. Aliud in peculio, quia pro eo in † quo succedit extinguitur, non pro ea portione, vt ff. de cond. indeb. si à fratre. 18 19

L. 8. Adversvs genvs. Genus hic † ponitur pro specie, quia hæc species actionis non tollitur præscriptione longi † temporis: & etiam si tolleretur nihilominus restitueretur per illud edictum, ex qui. cau. ma. in inte. resti. 20 21

L. 9. Si pecvniam tvam. Loquitur Imperator, sicut & quando dicunt Senatores in vulgari, redde mihi pecuniam meam, non enim verè sua est, cùm translatum sit dominium de iure ciuili & naturali. Vnde glossa tuã, id est, tibi debitam, sic sumitur ff. si cert. pet. si & me. & ff. quod cũ eo qui in alie. pot. l. 1. Exegit, nomine meo, vnde subiungit, eamque solutionem ratam, &c. si enim non nomine meo exegisset, non tenetur nego. gest. nisi in subsidium re perempta, vel vsucapta, vel præscripta, & circa hãc speciẽ negotij ratihabitionis, dic distinctionem quam habes diligenter notatam. in summa istius tituli §. est autem ratihabitio. ibi, cùm quis gerit negotium, &c. vsque ad locum illum, idem quòd est & si mutuum, &c.

L. 10. Si *seruum alienum non inutilem, &c.* Quidam notauerunt super literam istam, quòd idem iuris est si inutilis esset, hoc tamen ignoraret is qui cum curauit, sed hoc non puto: quia oportet quòd vtiliter † incipiatur negotium, alioquin non haberet locum actio negot. gesto. vt ff. eod. sed an. licet aliud sit in eo qui mittit. in bon. possess. si expendat in bonis debitoris, quia sufficit si dolus non interuenerit, vt ff. de bon. auctor. iud. l. prętor. §. his verbis. 22

Alimen-

ALIMENTA,&c.*Reddi tibi non iusta ratione*. Intellige quando tenebatur eos alere, si enim non teneretur, puta quia locupletes erant, tunc similiter non repeteret nisi protestata esset de repetitione alimentorum: vt ff. eod. Nesennius. & tunc non repetit quæ exigente † materno affectu in filiũ vel filiã erogantur. Quid enim si modicum lactis vel tale quid quod erogatura erat si à patre educaretur præstaret? non debet illud impetrare, vt de liber.agnosc. si quis à liberis. §. si mater. Hæc vera sunt cùm certũ est de suo eam expendisse. Si verò habeat res filiorum suorum, vel auia nepotum, & dubium est de suis, an de rebus eorum expenderit, præsumitur de bonis eorum expendisse, vt in l. prædicta, Nesennius. continetur. Præsumitur ergo contra matrem in alimentis, vt dixi. Sed quid si in rebus eorum aliquid vtiliter gesserit. & hoc est quod postea dicit in litera, si quis autem,&c. Et certè similiter videtur præsumendũ se causa pietatis fecisse, cùm hic dicat ostenderis: sed puto contrarium, nisi modicum quid esset, tũc enim † præsumitur donare, sicut dicitur inter virum & vxorẽ, cùm negotium vxoris gessit maritus, quia si parua fuit expensa, puta duo denarij, vel similis præsumitur quòd maritus non fecerit animo repetendi: vt ff. de donation. inter virum & vxorem. l. virum. Aliàs si gerendo negotium expendit centum libras, non enim videtur fecisse animo donandi, & ideò poterit repetere. In his ergo non præsumi puto contra matrem: vnde intellige quod hic dicit ostenderis, quando modica est expensa, alioquin hoc ipso videtur ostendere quòd non probatur contrarium, vt ff. de legat. 3. cùm quis decedens. §. nuptura. L.11.

23

24

SI FILIUS,&c.*Nullam actionem*. Aduersus patrẽ, sed aduersus cohæredes neg. gest. cõpetit si soluit de peculio † quod non acquirit patri, licet in potestate fuit: vt ff. fam. ercisc. heredes. §. si filius. sed si de eo quod patri acquiritur solum, non repetit. *Si igitur*. Bene infert: quia s. dixit, quòd fecit animo donandi, non repetit, si ergo non fecit animo donandi, repetet. *Debitum eius soluit*. Subaudi, non voluntate donandi. *Cum patruis tuis*. Cohæredibus patris. hæc enim actio hæredibus & in heredes datur. L.12.

25

QVOD IN VX. *Sed affectioni tuæ*. Impedit ergo hæc domestica † affectio circa vxorem act. neg. gest. sicut & circa alias personas habuimus & notauimus s. eod. l. 1. *Infamis sane*,&c. Et in hoc potest distingui, fecerit opus misericordiæ, pietati tribuens & affectioni, quia noluit repetere, an non fuit circa hoc misericors, vt de suo sumptus faceret: vt ff. de relig. at si quis. §. sed interdum. & notauimus. s. eod. l. 1. L.13.

26

SI MANDATUM SOLIUS MARITI. Ideo dicit solius, quia ipse solus mortuus mãdauit & non vxor: & ego solus mariti mãdato & amicitia gessi negotia mariti & vxoris. *Inuicem*. Id est tibi contra illam, & illi contra te. sed quidam intellexerunt cum quodam temperamẽto, quando scilicet iste gestor sciebat negotia esse vxoris, & voluit eam obligare. tunc eum dixerunt quod ipsa habet † contra me act. neg. gest. & ego contra eam ratione æquitatis, sed hoc non videtur intelligere litera ista. & pro se inducunt ff. eo. l. 3. §. vlt. & l. si pupill. §. si quis ita. & ita dominus Io. dixit, & voluit intelligere l. istam cum determinatione illarum duarum ll. & pro se inducit ff. mand. si mandauero. §. si cura. Sed domino Azoni alio modo videtur. & resp. ad l. mandati. quia ibi loquitur de negotio quod erat ratihabitione, quia non erat in rem eius aliquid impensum. hic autem L.14.

27

loquitur de eo negotio quod erat mulieris re ipsa, quare non est mirum si ibi exigatur scientia vel contemplatio, hic non. Et eodem modo ad 1. aliàs, posses respondere. vel subaudias ibi, si sciens gessi maximè. idem enim si ignorans. Aliud etiam videtur facere pro contraria opinione: quia si maritus mandauit tibi, ipse gessisse videtur: cum ille † gerat, qui per alium gerit. & ideo ego nō agam, nisi voluerim mihi vxorem obligare. sed dic quod verum est quòd ipse gessisse videtur, sed in sui præiudicium, vt teneatur domino tanquam gesserit: non vt alij ob hoc debeat præiudicari quo minus agat. vnde dic secundum Azonem quòd in hac specie negotij non exigitur quòd contemplatione eius agam, cuius est negotium ad hoc quod locum habet actio nego. gest. & pro hoc est expressa lex. ff. eo. si pupilli. quia ibi contemplatione tutoris negotia pupilli gessit, & tamen tenetur mihi modò si locupletior est factus. ad idem est ff. eo. cum alicui & ff. de re milit. Lucius. §. 1. & ỹ. quod cum eo qui alie. ei qui seruo. in fi. & ad idē bene facit. l. ist. 1, nec cōtradicit huic. l. illa, instit. de oblig. quæ ex quasi. in prin. cōtra, quia hoc non dicit dari ex mandato actionem neg gest. man datum tamen interuenit & datur, sed non mandati, imò mulieri quæ non mandauit. ibi autem dicit quòd datur quando quis gerit sine mandato: & ideo non contradicit. 28

L. 15. Si paterno. Habetur ergo in ista l. quòd ad impediendam actionē nego. gest. consideratur † affectus, & potest alia haberi consideratio, quia si istæ filiastræ seruiebant ei & faciebant omnia quæ erant necessaria in domo & sic in vsu eius erant, similiter non habet repetitionem: vt ff. de don. int. vir. & vxo. sed si vir ex lana. § vlt. *Tibi.* id est à te. 29

L. 16. Si negotia sororis. *Actione nego. gest.* Quādo ipsa rogarat. *Vel mandati.* Quando scilicet mandauit. & ita redde singula singulis. Sed videtur contrarium. ff. māda. l. 1. vbi dicitur quòd siue mandem, siue petam siue rogem siue flagitem, quod locum habet actio † mandati & ait non neg. gest. Sed potest esse quòd rogat quis alium de gerendo animo obligandi se ei: & tunc locum habet actio mandati, vt ibi dicit. Potest esse quòd non rogat alium animo obligandi, sed vt rependat vicem in casu consimili: & tunc habet locum act. neg. gest. vt hîc dicit. Dic ergo quod rogauit admonendo. ad idem facit ff. eo. item si serui. Alij habent. l. si serui. ad idem ff. manda. idemq;. §. si quis ea. si verò dubium est voluerit monere vel mandare, statur significationi verborum, & sic videbitur mandasse, sicut & in vltimis voluntatibus. ff. de lega. 3. non aliter. de exerc. l. 1. §. si seruus. 30

L. 17. Curatoris etiam successo. Ideo dicitur etiam, quia nedum curatores, sed etiam heredes eorum tenentur hac actione reali. sed nonne directa in curatorem & in heredem? Respon. non: quia directa † actio neg. gest. locum habet contra illum qui amicitia vel spōtanea voluntate gessit negotia mea: vbi datur directa & contraria. curator verò non gratis vel vitio gerit, imò necessitate officij compulsus: & ideo contra eum non datur directa vel contra successores eius: sed vtilis ex sententia edicti, quę eandē habet efficaciam. præstāt ergo curatores † dolum & latam culpam, & etiam leuem. ỹ. arbit. tut. quicquid. secus in herede, quia ille tenetur de dolo, & lata culpa, nō leui, nisi lis esset contesta. cum defuncto, vel aliquid ad eū peruenisset: vt ỹ. de hered. tut. l. 1. & ita differt cum herede spontanei † gestoris, qui tenetur de leui: vt ỹ. eod. tutori. & notatur. ff. eod. l. antepen. 31 32 33

pen. *Nec ad eos officium.* Nõ ergo transit causa ad heredem curatoris,nec etiam ad heredẽ tutoris. si tamen aliquid inchoatum est à defuncto, per heredẽ eius explicari debet,si legitimæ sit ætatis,& masculus:vt ff.de her. tut.l.1.*Conuenit*.1.conueniens est.

OB NEGOTIVM. *Bona fides suadet.* Subaudi quãdo accepi sub vsuris quod impẽdi.prçterea quãdo gestor solit⁹ erat fœnerare.alioquin nõ tenetur aliquis ad vsuras,nisi esset in mora:vt ff.eod.at qui.§.non tantũ.& ff. de vsur.qui semisses.Quædã tamẽ.l.videtur dicere † quòd vsurç peti possunt,vtiq; si plus pstant incõmodi,quàm vsurç colligũt:vt ff.de vsur. & in cõtraria.in fi.sed illud si,exponitur aduersatiuè,hoc est,ꝙ quamuis prçstiterim plus commodi quàm vsuræ colligunt,non petam nisi eas quas impendo.licet Yr. ibi notauerit,quòd si, ibi ponitur in vim conditionis. L.18.

34

AB VNO &c. *Actio neg.gest.* Subaudi, si habeam ratum,& ipse vendidit nomine communi,rem communem vendidissem,& ratum non haberem,possem reuocare quod factum esset pro parte mea. sed vbi ratum habeo, ad pretium tantum possum agere act.neg.gest. Sed videntur quæ dixi falsa:quia cũ ratum habeo,ratihabitio retrotrahitur, & mandato cõparatur:vt j. ad Macedon. l.vlt.& ff.de reg.iur. semper qui. quare non habet locum actio ista, cum non sit mandatum : vt instit. de oblig.quæ ex quasi contrac.in princ.Sed illud verum est quòd retrotrahitur † ratihabitio & mandato comparatur quo ad hoc quòd ratum habeam, non quòd ex ratihabitione nascatur actio mandati,vt testatur Pompo. ff.eod.Pomponius.nec obstat ff.de reg.iur.semper qui.quoniam illud verum est quãdo præsente & sciente me gessit.tunc enim habet locum actio mandati. secus si ignorem. Vel intellige eam sicut dominus. B. quando mandaui, & ille noluit recipere mandatum, ego indignanter recessi, ille nihilominus gessit, & ego ratum habeo. postea datur actio mandati propter primum mandatum & ratihabitionem sequentem: vt probatur. ff. de solut. cum quis.§.1.datur ergo act.neg.gest. contra coheredem vendentem. sed quare non datur famil.ercs. vel communi diuid? Et vt hoc scias, plene distingue sicut diligenter notatum est in summa famil.ercisc. super.l.illa,in summa ercisc.ibi scriptam. L.19.

35

TVTORI ET CVRATORI. *Muneris necessitas.* i.in l.constituta.finitur enim tutela secundum legem † pubertate adueniente: cura, cum incipit esse xxv.annorum, & alijs rationibus finitur, vt in summa instit.notandũ est quib.mod. tut.vel cura fin. & glossa dicit quod muneris necessitas id est munus ipsum necessarium † administrationi finem imponit. sed in spontaneo gestore facit sua voluntas, non lex.potest enim hic dici,sicut alias dicitur, sufficit pro ratione † voluntas.intellige de ea quam habuit à principio.& tũc de omnibus tenetur si accessit tanquam omnia gesturus, vel non.si accessit quasi vnum gesturus: nisi alius omnia esset gesturus, & contemplatione sui omisit:vt ff.eod.si pupilli.§. vlt.& ff.eod. Pomp.& ff. commo in commo.§.sicut. differt ergo hic id ad quod tenetur quis ex voluntate † sola,& id ad quod tenetur ex necessit.etc.& ad idem potest induci bon. cõcordantia.ff. ad admi. tut.tres tuto. §. 1. *Super his.* Quidam intelligunt quando accessi quasi vnum gesturus. aliud enim esset, si tanquam omnia gesturus accessit. Vel melius intellige quia tenetur de gestis, non de gerendis, maximè si non potuit ea administrare,vt peteret L.20.

36

37

38

39

debitum ab eis qui domino tenebantur, eum non haberet mandatũ, sicut J. dicit. non enim potest exigere debitum, & ideo non imputatur ei, nisi fuerit de illis personis à † quibus mãdatum non exigitur. ff. eo. si autem. §. fuit. *Sed & leuem.* Regula e est quod hic dicitur, quandoque enim latam tantum tenetur præstare: vt ff. eo. l. 3. §. interdum & eum alius diligentior commodius administrasset negotia: vt inst. de obl. quæ ex quasi contrac. §. sicut autem. *Reddere.* Ratione moræ, vel cum assumpsit in vtilitatem ipsius. 40

L. 21. SI COGNATI. *Quin autem.* expone quin pro etiam. & autem pro sed. & sit sensus, sed etiam procul dubio sit ex actu præcedenti conueniri non posse, post manumissionem vtriusque temporis administ. non connexa sed separata sit. Sed nonne idem esset si esset connexa? Respond. sic: dicitur ergo ideo, quia si connexa esset, veniret in iudicium vtraque † administratio, non vt ex eo quod gessit in seruitute, teneretur de dolo vel culpa, sed vt gestio discernatur in seruitute ab ea quæ in libertate facta est: vt ex hac sola teneatur, vt dicit Scæuola. ff. eod. at qui natura. §. Scæuola noster ait. 41

L. 22. NEGOTIUM. *Non interueniente speciali pacto.* Sed quare dicit, non interueniente speciali pacto? quòd si interuenisset, nõ haberet locum actio. neg. gest. sed potius mandati. sed intellige hoc modo quod hic dicitur qa aliquis intromittebat se multum de negotijs aliorum gerendis, cum multos haberet amicos, & ego eram amicus suus, & obuiaui ei quadam die, & dixi sibi: bene scio quòd in tali loco & in tali villa multum intromittitis vos de negotijs amicorũ vestrorum: & ego multa habeo ibi, & volo quòd vos sciatis quòd si attingeretis aliquid de negotijs meis, & morerentur animalia, vellem quòd super vos essent. Respondet alius quòd nõ attingeret negotia. quod si faceret, vult tantum confidi de se, quòd super eum esset mors animalium, & rapina, & furtum. obligauit ergo se ad casus fortuitos, non ad gerendum. & tunc habet locum actio neg. gest. nõ mandati, quia non obligaui me de gerendo: vt s. dixit. imò dixit quòd ad hoc volebat obligari, sed ad aliud. Et nota sex † esse casus in quibus gestor negotiorum præstat casum si quis negotia pupilli gesserit, si ad cuiuscunque negotia animo deprędandi accesserit. si noua negotia quæ dominus gerere non consueuit gessit: si causam specialiter in se pacto suscepit, si in mora fuit, si culpa ipsius casum præcessit. in huiusmodi omnibus non sufficit esse † cœptum vtiliter, nisi sequatur euentus: vt ff. eod. si pupilli. in prin. l. & §. sed & si quis. & in hac l. negotium. & ff. eod. si negotia. 42 43

L. 23. NEGOTIIS &c. Sed quæ est causa dubitationis istius l? Respond. quia aliquis accessit ad negotia mea gerenda, & inuenit in area mea pecuniam ipse non expendit eam in vtilitatem meam, imò emit sibi bonam domũ vel equum. dubitabatur quòd possem agere † rei vindicatione pro re quę empta est de pecunia mea. & dicit quòd non agam rei vindica. pro domo, sed neg. gest. ad pecuniam posset etiam furti si inuito domino contraxerit, vel etiam vindicare si extaret pecunia. speciale tamen est in casibus vbi vindicare rem possim ex pecunia mea emptam: vt notauimus. J. de proba. ad probationem. 44

L. 24. SI QUIS *Nolente & specialiter.* i. expresśim: vt ff. eod. sed an. i. responso. *Nul-*

45 so. *Nullum esse aduersus*, &c. Patet ergo per l. istam quòd prohibitio † impedit actionem neg. gest. licet quidam dixerint in hoc casu vtilem dari, ne locupletetur is cuius negotium geritur, cum aliena iactura. sed hęc l. videtur eis contradicere, & ff. manda. si pro te. & l. diligenter. & leges sequētes quæ tractant de ista materia. nec est contra. ff. de instit. si quis. §. Proculus. quia loquitur ibi quando cōuenior ex persona serui: ibi enim ex persona,
46 licet prohibuerim, teneor ex persona serui de † peculio, inquantum factum est locupletius: vt ff. de pecul. si quis. §. etiā si prohibet. sed si ex persona mea conueniar, non teneor præcedente prohibitione. & facit. l. ista ad quęstionem, si mandaui alicui de certo pretio pro re aliqua emenda, & quòd plus ibi non expenderet: videtur enim quòd si plus expēderit, quòd ad plus nullam habet actionem, licet ad vtilitatem eius plus expendit. &, ad idem est. ff. eod. qui aliena. §. liberto. licet alij voluerunt dicere quòd habet mandati ad id quod expendit plus, neg. gest. *Sub testatione.* Hoc dicit, ne probandi facultas pereat. idem tamen puto & si per confessionem
47 rei constat. nam regula est in contractibus vel quasi, in † delictis vel quasi ne testes exigantur ad substantiam eius de quo agitur: sed quandoque cōtra, vt j. si cert. pet. l. in vltima voluntate exigantur ad substantiam testamenti. *Currentem.* Nota quòd currit actio: currit homo: currit contractus: ambulat actio.

DE HIS QVÆ VI METVSVE CAVSA gesta sunt. TIT. XX.

SVMMÆ.

L.1. PERSECVTIONEM. Nomen ponit generale † ad personalem & realem actionem, quia vtrunque cóplectitur: vt ff. de actionib. actio. & ita ponitur in diffinitione actionis, Actio est ius persequẽdi &c. ergo ad vtrunq; debet referri. actionis verbo continetur † tam realis quam personalis: vt ff. de actio. l. actionis. poterit ergo intentare vtilem rei vind. vel actio quod met. cau. vim passus pro re vi vel, furto sibi ablata, etiam si postea intercciderit, vt dicit. & intellige de vi † compulsiua. quod enim vi compulsiua & atroci fit, metu fieri intelligitur. vnde secundum modernos detracta est vis mentio, & intitulatur, quod metus causa. gaudent enim breuitate † moderni: vt ff. eod. l. 1. hic autem intitulatur de his quæ vi metúsve causa. quia respexit imperator antiquam rubricam. vel edictũ vbi illa verba posita erant. & intellige de vi compulsiua, quę imponit necessitatem volũtati contrariam: quia id facit quod non faceret, si esset liberi arbitrij. hoc enim inducit actionem istam † quod metus causa, non expulsiua, quæ inducit interdictum vnde vi, in rebus mobilibus: vt ff. de vi & vi arma. l. 1. §. interdictum. §. sequitur. alia est vis † inquietatiua: & pro ea datur interdictũ quod vi aut clam: alia est ablatiua, quæ inducit actionem quod vi bon. rap. circa mobilia: vt instit. vi bon. rap. §. sed ne dum. ibi, quod non solum &c. alia est † turbatiua, & hæc inducit interdictum vti possidetis. in rebus mobilibus interdictum vtrubi, cum duo se possidere contendunt. Habes ergo quinque † modos quibus fit violentia. posset addi sextus. si cum hoc ipso quód aliquis rem accipit auctoritate sua, incidit in edictum D. Marci: vt ff. eod. extat enim & siue ius interueniat, siue non, dummodo faciat sine iudicis auctoritate, habet locum quod hic dicitur. tractat ergo de vi ablatis vel furto. & dicit de furto gratia similitudinis, quia id ẽ est in eo: non quód de eo intendat hic principaliter tractare. dicit ergo incidenter de ablatis furto. & ponitur impropriè ablatis pro subreptis, vbi nõ fit violentia, quandoque † etiam dicitur quis auferre, quando rem accipit: vt ff. de hered. petit. postquam. ff. de furt. qui vas est ergo generale quod dicit l. ista in fure, prædone, raptore, quód semper teneatur de interitu rei: vt ff. de rei & vi arm. l. 1. §. rectissimè. §. sequenti. & l. penul. Si autem quis sit debitor meus, & apud cũ res intereat, vel si aliquis tenetur mihi aliqua reali actione, puta rei vindic. 1. & apud eum res perit, distingue qualiter teneantur hi, sicut dicitur & distinguitur ff. depositi, si in Asia. & l. si plures. & ff. de iure dot. si is qui Stichum. ff. de rei vindica. item si verberatum. §. vltim. & l. sequenti. Patet ergo quid sit in fure, raptore, prædone, & in debitore siue in eo qui reali actione: sed quid in † meticuloso? & certè ille qui vi cópulsiua rem abstulit, quandoque non tenetur. si enim pereat res post sententiam intra quadrimestre tempus, quia reus eo tempore dilationem habebat à lege, & quia triplici pœna propter facinus satisfacere cogitur, cum distinctione quadam tenetur de rei interitu id est si res non erat peritura penes passum metum, vel si erat distracturus: vt ff. eod. si cum. §. quód si homo. & ideo mitius agitur cum eo, quàm cum fure, raptore, prædone, quia in eis non distinguitur esset dominus distracturus an non: vel etiã esset res peritura, an non. si verò pereat ante lit. contest. siue postea ante primã sententiam, tenetur vt fur vel raptor, quia erat † in mora. & hoc quãdo res perit apud eum qui metum intulit. Si verò penes bo. fi. possessoré,

cessat hæc actio, quia non videtur locupletior: vt ff. eod. si ipsa. Patet ergo quòd nec omnino est meticulosus cũ fure & alijs similis, nec omnino dissimilis. *Integram rem esse*. Hoc intellige quãdo mora nõ erat purgata à fure
12 vel raptore. purgatur autem hæc† mora, si rem obtulit, vel animo nouãdi in aliam obligationem transferatur: vt ff. de condict. fur. paruum refert. siue res fuerit præsens, siue non, vt ibi. si verò intercessit stipulatio non animo nouandi. distinguendum est vtrum res fuerit præsens, an non: vt ff. de solut. qui decem. §. idem.

Cvm te *Non solũ. Perspici non potest*. i. perspectis omnibus rationib⁹ videri non potest. Sed quare non? & statum reddit rationem. *Quando*. Pro quandoquidẽ. i. quia. *Nisi* &c. Non enim creditur de aliquo sapiente & diligẽte pecuniam suã sine causa effundere: vt ff. de proba. causa demum. & super hanc. l. apposuit talem glossam dominus Yr. præsumitur querelam vi non habuisse eum qui sic soluit: vnde aut omnino non repetit, aut hactenus impeditur donec probet contrarium. & in principio glossæ suę verũ dixit, in fine vbi dixit, quòd si velit probare metũ se passum in promittendo, consequenter audietur, & habebit actionem, malè dixit. non enim
13 hæc tantum † præsumptio iuris est, vt ipse dixit, imò iuris, & de iure. vnde dixit dominus Io. quia cum hæc sit pręsumptio iuris & de iure, si postea velit probare metum intercessisse, non ad hoc dabitur ei actio quod met.
14 cau. vnde licet metus p̃cessisset, si soluit spõtaneą† voluntate, per solutionem spontaneam præsumitur quòd metus non interuenerit, sublata proxima causa turpitudinis: & ideo nõ potest repetere: vt ff. de condic. ob. tur. cau. si ob turpem. & l. ex ea. licet videtur contradicere lex illa, ex ea. sed illam intelligimus quando promissio erat extorta per vim, & pecunia exa-
15 cta similiter. errauit enim in iure naturali vel quasi: quia contra † naturam est vim inferre alicui, vnde secundum naturam vim vi repellere licet in-
16 continenti. debet enim † homo homini de natura sua officium exhibere: vt ff. de instit. & iure. vt vim & ita non subuenitur ei in tali errore: vt not. s. de in ius voc. l. venia. & sic nulla est glo. domini Yr. nec alia P. quam hic notauit. videtur contra dicendum, quasi ex ignorantia iuris, cum certetur
17 de damno † euitando. nec enim hæc exceptio tantum odio sed fauore reperta est. P. præterea non potest dici contractus ipso iure nullus, quia metus interuenit, & in metu continetur dolus: vt not. s. de pact. & leg. non dubium. quædam pacta sunt quæ turpem rem continent, vel impossibilem. illud ipso iure nullum est. alia sunt quę turpiter sunt concepta, non tamen de re turpi vel impossibili: vt si metus vel dolus interuenit. si enim per metum promisi Stichum dare, hoc Stichum dare nil impossibile, nec prohibitum: vnde tale pactum valet de iuris subtilitate. prætor tamen fingit vel interpretatur non valere, & dat sibi exceptionem. vnde cum dolus non det hic causam contractui, sed cum metus inest contractui, bene valet in
18 bo. fi. si enim in causa † dolus det causam contractui, ipso iure non tenet contractus: quia cum induco aliquem ad vendendum, & ita vendit; de dolo meo [illegible] si ita contrahit, cum diuersæ sint eorum voluntates, nec consensit, non tenet contractus. in stricti iuris verò iudicijs tenet, sed habet exceptionem. nec obstat huic l. quod dicitur: ff. eo. metum §. sed quod prætor quia ibi dicitur negotium perfectum per metum. aliud si
19 spontanea voluntate perficiam. denegatur † enim actio quod metus

causa vt hic dicitur.& posset quæri,si iurauit quis per metum se dare aliquid,an teneatur illud dare:& si dedit,an possit repetere.Respon.secundũ leges non teneri dare,nec peierat,quia ex causa venit contra sacramentũ. aliud secundũ decretalem domini Alexãdri,quia dixit quòd si iurauit per metum,debet soluere,& postea repetere per actionem quod met.cau.

L.3. Si vi vel *Metu*.Istud vel,non ponitur disiunctiuè,quasi inter diuersa,imò expositiuè,pro,id est:vnde glossaui,vel pro id est,id est metu.sublata est enim hodie vis†mētio:vt not.s.cod.l.1.*Distrahere coactus est*.Subaudi,& tradere.*Reddito à te pretio*.Patet ergo quòd si vult rem restitui, oportet reddi pretium:quia iniquum esset,si alius re†careret & pretio:vt ff. de act.emp.ex empto.§.vlt.& præterea quia restitutio fit saluo iure vtriusque:vt ff.de mino. quòd si & ff.de redhibi.debet autem.sic est per edictũ, quod met.causa.aliud est per cõstitutiones in quodã alio metu,vt quãdo timui aliquem in mediocri officio constitutum. ille enim † fidē frangit: & ideo non vult prætor prætium restitui: vt j. eod. si per impressionem conueniretur ergo iste secundus emptor: sed cui restituetur pecunia,non dicit hic.& videtur quòd isti secundo,cũ ab ipso rem restitui postuletur. sed certè non est ita:quia posset esse quòd iste secundus qui conuenitur, rem ex aliqua lucratiua causa sibi adquisisset:& ita cum nihil sibi absit,videtur iniquum,si prętium acciperet:dic ergo quòd restituitur alij qui metũ intulit in venditione.& sicut ille habebat exceptionē nisi restitueretur prętium,ita & hic habebit donec restituatur actori suo,vel heredibus ei⁹. *In rem*. Sed nonne desijt ajus iste esse dominus per traditionem? qualiter ergo dabitur ei actio in rem? Respon. desijt de iure ciuili, non prætorio.per traditionem enim rei dominiũ transfertur:vt instit. de re.diuis. §.venditæ.sed hic tradidit & voluit, quia † coacta voluntas, voluntas est: & ita factus est dominus de iure ciuili is qui accepit. de iurę tamen prætorio remanet penes alium,quia non videtur dominium amisisse, quem prætor in integrum se restituturum pollicetur:vt ff.de in integ.rest.nemo. & ita habet vtilem rei vindica. *Si modò quis sic inde loco*.Prior ergo nõ potest vsucapere, quia malæ fidei possessor est. sed videtur contra instit.de vsuca.§.furtiuæ.Respõd.quia & ibi loquitur de rebus furtiuis, & possessis, vi expulsiua vel ablatiua. non idem in hac vi,quia non afficit rem vitio,vt dicit.præterea videtur quòd hæc actio non possit tolli longo tempore, quia personalis est:vt instit.de act.§.præterea.ergo dicunt vsque ad xxx.annum.vt j.de constit.pec.l.2.sed intellige hoc quod hic dicitur de reali vtili rei vindica. quæ tollitur spatio x. vel xx. vel xxx. an. Vel dic quòd loquatur de personali.s.quod met.causa.quæ personalis est,est tamen† in rē scripta:vt ff. eod.metum.§.cum autem. & ita cum excedit suos terminos, exceditur à non suis terminis:sicut & in hereditatis petitione dicitur.j. de edicto Diui Adria.tol.l.vlt.

L.4. Si per vim. *Et non postea eam consensu roborasti*. Ideo dicit, quia si postea esset consensu roborata,non restitueretur res: vt s.eod.cum te. restituitur ergo res,si consensu non sit cõfirmata vēditio,primo enim debet cõdemnari de re restituenda,&diffinitiuè,quia aliter non esset cõdemnatio,vel res iudicata:vt ff.de re iudic.l.1.Alij dicunt quòd admonere debet eum de restituendo, non condemnare diffinitiuè. & si non restituit in quadruplum condemnatur. & inducunt pro se. j. de fideicom. authen. amplius.

amplius. dominus meus dicit condemnandum diffinitiuè. non interlocutoriè: & sic poterit appellare. si non appellauit, nec restituat, condemnabi-
25 tur in † quadruplum, in quo computabitur & simplum: vt ff. cod. sicut. §. sed & si quis. si alia actio non sit ciuilis. mortuo enim eo qui vim passus est, eius heredi post annum superest, alia actio. i. hereditatis petitio: vt ff. eo. si cum. §. 2.

NON INTEREST. *An sciente*. Subaudi & fraudem participante. alioquin contra. ff. eod. metum. Quæ maiorem &c. subaudi maximè. idē enim
26 esset & si non magis valerent, cum nemo † cogatur inuitus vendere: vt ff. re. amot. non tantum. L. 5.

AD INVIDIAM, &c. Patet per l. istam quòd nō præsumitur quis pro-
27 pter dignitatem vim vel metum intulisse, quandoque tamen dignitas † facit vt non præsumatur quem vi compulsum in vrbe. ff. eod. non est verisimile. L. 6.

SI DONATIONIS. *Capitales minas*. Quidam voluerunt intelligere quia minatus est ei quòd caput sibi amputaret. sed hoc non videtur verū: quia §. loquitur de metu mortis: vnde videretur idem repetere. alij intellexerunt quando minatus est ei quòd accusaret eum de crimine capitali
28 aliquo. sed his cōtradicit. j. eod. accusationis. Intellige ergo capitales † minas esse, quando minatur ei de interuersione instrumentorum status sui, cum in seruitutem peteretur: vt ff. eod. isti quidem. L. 7.

CVM TE DOMVS *Et horti*. Distingue ergo in hoc primo casu, quia fecit domus & horti venditionem ei cui primo vendiderat, & pœnitebat eum vendidisse frumentum spe illa, quòd per secundam venditionem haberet emptorem magis gratiosum, sic quòd recederet à prima: certè in tali casu si expressum fuit in secunda venditione domus & horti, & conuentum quòd ob hoc faciebat, tunc oportet eos stare pacto. si verò non fuit expressum, sed spem illam in corde retinuit venditor. tunc non poterit agere quod metus causa, si aliud nō reddat instrumentum venditionis frumenti, & diceret quòd ob illum timorem vendidit. & sic nihil repetet: vt hic, & j. de condic. ob causam, si repetendi in secundo casu quādo ob timorem illum ne esset vocatus ad militiam contradixit: distingue vtrum ille qui propter talem timorem rescindi postulabat quod factum erat, esset habilis ad militiam, an inhabilis. si inhabilis. versatur turpitudo ex parte alterius, non sua: & ideo repetet: vt j. de condic. ob turp. quod euitandi tirocinij. si verò habilis fuit, versatur in turpitudine, quòd gra-
29 uius † est detractare militiam, quàm appetere: vt ff. de re milit. qui cum vno. §. qui post. L. 8.

METVM *Non iactationibus* Nullo præsente factis, quia præsens metus accipitur. *Vel contesta*. Minarum coram pluribus à metum inferente. Vel dic contestationibus, factis à metum passo. s. de metu sibi illato, & iactationibus, ab inferente metum. L. 9.

30 IACTATIONIS. Non ergo metus accusationis † sufficit, nisi per calumniam esset facta, vt notauimus. §. de transact. sub prætextu. per l. ff. de condict. indeb. in summa. Si verò non est calumniatus, distingue, quia si crimen tale est super quo transigi potest, valet promissio: alioquin videtur potior conditio possidentis. L. 10.

SI PER *Impressionem*. *In mediocri*. Fortè quia erat tabellio vel scri- L. 11.

niarius. Idem multo magis ſi in ſummo, vt poteſtas. Idem in infimo, vt nũtius communis. *Retineatur*. Per conſtitutionem ſpecialem: & nihilominus tenebitur ad pœnam quadrupli: vt ff. de contrahen. empt. non licet.

L. 12. VENDITIONES. *Per potentiam*. i. metu officij in quo erat potens: vt ſ. eod. ſi per † impreſſionem. vel intellige de potente qui inducit talem metum, quòd ex eo detur actio quod metus cauſa. 31

DE DOLO MALO. TIT. XXI.

SVMMÆ.

1 *Conſignatio quando fieri debet.*
2 *Iniquum eſt amittere pretium.*
3 *Debitor quando tenetur ad vſuras.*
4 *Vſuræ vſurarum non debentur.*
5 *Prudentiſſimi quiq; in iure errant.*
6 *Actio mandati famoſa.*
7 *Actio de dolo biennalis.*
8 *Actio tutelæ famoſa cum ex dolo competit.*
9 *Mãdatum tacitum fideiuſſori de liberando pignore.*
10 *Fideiuſſor abſtinere debet ab emptione pignoris.*
11 *Frangere fidem.*
12 *Reſtitutio pretij ita demum locũ habet ſi in vtilitatem reſtituentis verſum fuerit.*
13 *Auxilium ordinarium & extraordinarium.*
14 *Actio quod metus cauſa.*
15 *Condictio indebiti.*
16 *Quib⁹ modis ceſſat de dolo actio.*
17 *Annus vtilis.*
18 *Abſenti & præſenti currit cõtinuè tempus.*
19 *Mancipium.*
20 *Qui per aliũ facit per ſe ipſum facere videtur.*
21 *Certi condictio generalis.*
22 *Species non excludit ſuum genus.*
23 *Pater tutor legitimus.*
24 *Actio furti.*
25 *Dolus ex iudicijs perſpicuis probari debet.*
26 *Inopia probationem defertur iuſiurandum.*
27 *Lex aliquando dolum interueniſſe præſumit.*
28 *Actio de dolo alteratur.*
29 *Actio de dolo litis conteſtatione non perpetuatur.*

L. 1. SI *Fideiuſſor à creditore*. Qui vendidit vel ex conuentione, vel legis auctoritate poſt biennium: vt ĩ. de iur. dot. impet. l. 2. ſi enim ante tempus vendidiſſet, poſſet vindicare: vt ĩ. ſi ven. pig. ag. l. 1. *Oblata*. In iudicio vel extra, ſi non vult reſtituere, debet † conſignari & deponi: vt ff. de pigno. act. ſi rem. §. vlt. & l. ſeq. & ĩ. de vſur. accept im. Sed leges illæ loquuntur quando debitor erat obligatus creditori ad ſoluendum. hîc autem non videtur obligatus fideiuſſori, quia non fuit condemnatus, nec durauit diu in obligatione: vt ĩ. manda. ſi pro ea. & ff. manda. Lucius. nec ſoluit ex fideiuſſione, imò ex perſona ſua cùm emit: & ideo videretur quod non teneretur ei ſoluere debitor, nec offerre. ſed dic quia cum ex fideiuſſione teneatur reſtituere, aliàs enim non teneretur: ſi ex eadem cauſa teneretur amittere † prætium, iniquum eſſet: vt ff. de act. empt. ex empto. §. vlt. & ideo æquum eſſet ſi offerret. Vel aliter quia licet non ſoluat pecuniam ex officio fideiuſſionis, 1 2

iussionis, tamen per illam solutionem liberatur debitor: vt ff. de distract. pign. rescriptum. quare æquum est, si habeat exceptionem donec fuerit soluta pecunia, non tamen habet actionem, sicut alias ff. quibus modis pignus soluatur lege 1. *Et vsurarum.* Solutarum creditori. vel etiam si erat expensurus illam pecuniam in vtilitatem suam fideiussor, videtur quòd
3 debitor teneatur ad vsuras præstandas: & est æquum quod teneatur † ad vsuras, quia alius rem restituit cum fructu. quare iustum est si similiter pecuniam cū fructu vel quasi recuperet. Idem est in secundo creditore, quia
4 petit vsuras, non tamē vsurarum vsuras † quas soluit primo creditori. ff. qui potio. in pign. si prior. §. 1. restitutio ergo est facienda, vt quilibet seruetur indemnis, vt hic, & ꝓbatur. ff. de mino. *Tibi.* §. debitori. *Dominiū.* Ergo creditor trāstulit in accipientem dominium. *Percepit.* Non enim tenebitur de percipiendis. & licet videatur malam fidem habere iste fideiussor, tamen quo ad istam partem ne in alium alienaret creditor, videtur bona
5 fide facere. nesciebat enim quòd male faceret, cum prudentissimi † quique errent in iure. *Consultius.* i. consulto. sic ff. de nego. gest. heres. *De dolo actio* &c. Nam pigneratitia dari non potest: vt ff. de neg. gest. fideiussor. datur ergo de dolo. sed assignatur contra. ff. mand. si mandato Titij. §. Paulus. respondit. ibi enim dicit dari actionem mandati. ergo videtur quòd ista nō detur, quia cū illa non currit. quidam dixerunt quod ibi mand. supererat, & ideo potest intentari. hic autem sublata erit acceptilatione, vel alio modo. i. tempore: & ideo non potest habere locum, sed de dolo. Alij di-
6 xerunt non contradicit, quia actio mandati † famosa est: vt ff. de his qui not. infa. l. 1. & ista famosa, vt ibidem dicitur: & ita vna alteram non excludit. Io. visum fuit in prima & in secunda solutione contrarium. In prima, quia si semel competijt actio mandati & sublata est tempore vel acceptilatione de dolo, actio non poterit deexætero intentari, nisi quis in amittenda actione dolum malum sit passus: vt ff. eodem. l. 1. §. penul. & antepen. & quia sublata esset tempore actio mandati, ergo & de dolo, cum
7 sit † biennalis: vt j. eod. l. vlti. In secunda, quia ista non currit cum alia, siue infamet, siue non. & hoc sic probatur: quia actio tutelæ famosa est
8 cum ex † dolo competit: vt instit. de suspec. tut. non tamen datur de dolo cum hæc competit: vt ff. eod. ideoq́; dic ergo aliter & melius, quia hic datur actio de dolo. i. propter dolum datur mandati: vt sic quod hic dicit de dolo, non denotet proprium nomen actionis, sed causam. & quòd debeat. l. ista ita intelligi, potest elici ex verbis hic positis. dicit enim, ne fidei
9 ruptæ &c. videbatur enim ei mādasse † quòd solueret pecuniā, si necesse esset, cum mandauit ei de fideiubendo, & sic pignus liberaret. & quòd id videatur mandasse, probatur ff. de condic. indebitum. hic autem nō ita fecit, imo emit pignus, & non eo animo quòd liberaretur, dedit pecuniam, sed vt in eum transferretur dominium. quare cum ipse debeat in omnibus bonam fidem seruare, si non fecit, agetur mandati: vt dicit. l. ff. mandati. debet ergo soluere, ne pignus alij vendatur: vel etiam offerre: vt
10 j. de distr. pign. si prius. ergo multo magis debet abstinere † ab emptione: vt ff. de serui. ven. alius. vel si non fecit, fidei ruptæ gratia intentabitur actio manda. vt s. dictum est. Idem est quando secundus creditor emit à primo. aliud tamen est in extraneo, quia haberet exceptionem: vt ff. de distr. pig. l. 2. & l. cum secundus §. vlt. & l. seq. & quare aliud sit, vna ratio red-

ditur in ll. illis, præterea quia † fidem frangit fideiussor. sed tamen, vt hic dicit, debitor debet pretium reddere cum vsuris, si emit, vt hic dicit. alias enim haberet exceptionem, vt ff. de rei vindic. emptor prædium. & hoc intellige, si pretium versum fuerit in eius † vtilitatem. alioquin contra: vt ꝟ. de rei vindic. si mancipium. & l. mater. fideiussor autem dominium cum fructibus restituet debitori. sed habet ne dominium? Videtur quòd non, cum teneatur restituere. sed contrarium est, quia cum creditor potuit in alium quemlibet transferre dominium, ergo & in fideiussorem: vt instit. quib. alie. licet. in princ. tamen fideiussor tenetur restituere, non extraneus. & ita est. l. ista & alia. ff. mand. arg. contra illi generali, quòd aliquis admittitur tanquam quilibet alius: vt ff. quod cuiusque vniuer. item eorum. & ff. de adopt. si pater. §. qui duos. per has ll. & multas alias approbatur. Illud generale est: & similiter arg. contrarium est in filiof. a. accipiente mutuo pecuniam contra Macedon. S C. nam si pater moriatur, non admittitur tanquam pater ad repetendum si ei heres extiterit & soluerit: vt ff. de condic. indeb. si non sortem. §. si filius. Idem est in alio casu. ff. de vulg. subst. coheredi. §. vltim. 11 12

L. 2. De dolo. *Cum alia.* scilicet actio. & nomine actionis continetur hic omne † auxilium ordinariū, seu extraordinarium: vt ff. eo. l. ij. & l. eleganter. & intellige quòd non competat, cum alia datur actio specialis: nam cū generali bene competit, vel cum actione quod † metus causa: vt ff. quod metus causa. si cum §. cum qui. & notaui. ꝟ. eo. cum proponas. & si dicam quòd competat cum condict. indeb. quando dolus dedit causam contractui bonæ fidei, & secuta est traditio, non reprobo, quia ea generalior est quantum ad indebita soluta. sic & cum certi generalem cum ista de dolo dico competere. aliàs autem de dolo posset dari, nec tamen daretur † condic. inde. vt ff. eo. cum quis. & in pluribus casibus quilibet hoc attendere potest. *Causa cognita.* id est si æquitas suadet. nec enim semper suadet, quòd si non habeam aliam specialem actionem, detur de dolo: imò quandoque contra. cessat † enim ratione summæ, si modica est, id est vsque ad duos aureos. cessat etiam ratione personæ. non enim datur liberis aut libertis aduersus parentes patronósve, sed nec humili aduersus eū qui dignitate excellit. datur tamen aduersus eos actio in factum, vt bonæ fidei mentio fiat, hoc est non malæ fidei: vt ff. eo. si quis affir. §. vlt. & legibus sequentibus. Cessat etiam alia ratione, vt ff. eo. l. j. §. vlt. & legibus sequentibus. 13 14 15 16

L. 3. Non possunt. *Solent intemari.* Olim enim † annus dabatur vtilis, intra quem poterat quis agere de dolo: & in anno illo si habebat quis potestatē experiundi, siue per se siue per alium poterat mandare, quamuis etiam esset in expeditione, vel aliqua valetudine tentus, nihilominus tempus currebat. alioquin contra ff. de diuer. tempo. præscrip. l. j. hodie contra ꝟ. eo. l. vlt. currit enim continuè † tempus absenti & præsenti: quamuis absens necessaria causa & probabili, habeat in integ. restitutionem. 17 18

L. 4. Cvm proponas. *In contubernio.* scilicet de iure ciuili. de iure naturali dicitur matrimonium. volebat enim cum ancilla alterius habere commercium: quod non poterat dum erat in seruitute: vt infra de incest. nup. cum ancillis. & ideo petijt à Domino suo, quòd eam manumitteret, & ipse pro eadem ancilla daret † mancipium seu manumitteret. & ita patet quòd hic 19

erat

erat contractus innominatus facio vt des: quia prius tenetur facere, postea alius dare. vnde in hoc casu videtur quòd nascatur actio de dolo. sed in alio vbi dicit quòd alij tradat vt ipse manumittat, videtur quòd non nascatur actio de dolo, imò præscrip. verb. quia est contractus do vt des: vt ff. de præscrip. ver. §. j. & §. quòd si facio. Respond. quia hic fuit facio vt des. petebat enim alius ab isto quod manumitteret, ne turpe esset alij si ipse haberet alienam libertam in vxorem, & alius concessit ei. non intelligas quòd ita esset in pacto, quòd ipse deberet ei dare, imò dominus debebat manumittere, sed vt liberaretur à 20 necessitate ista tradidit illi vt manumitteret: & ita videtur ipse † fecisse, cum per alium fecit: vt ff. de administ. tuto. ita autem §. gessisse. Præterea cum tradidit vt manumittat, videtur quia potest agere, sicut locator si pensionem remittat: vt ff. loca. si tibi. Videtur aliud contra. ff. 21 de condict. ob tur. cau. dedi. § j. Respond. quia ibi datur certi † condic. 22 generalis, cum qua bene concurrit. non enim species † excludit suum genus. & hoc quod dicitur quòd hæc actio cum alia non concurrit, est intelligendum cum alia speciali, fallit tamen in actione quod me. causa: quia cum sit prætoria, sicut hæc arbitraria. & ex eadẽ æquitate procedit, bene datur cum illa. Vel dic quòd ibi fuit do vt facias, & quod dicit ibi, vt darem, subaudi: prius enim debebat dare: postea sequi manumissio debebat, vnde potest contradicere, vt ibi. aliud si è conuerso conuenit: vt s. dictum est. Et posset quæri, si non manumisi, neq; tradidi vt manumittatur: si decessit, an possem agere ad id quod conuenit. & si quidem fuit in mora, non aget. si non fuit, & erat aliàs distracturus, bene aget. & sic videntur distinguere leges. ff. de cond. ob tur. cau. si pecuniam. §. vlt. & in l. dedi. Sed posset obiici, quia hic manumisi per procuratorem, quod non potest esse: vt j. communia præd. manumiti. l. j & de manumiss. vind. l. vlt. Respond. quia non fuit simplex procurator, cum in eum translatum esset dominium, & sic manumisit.

L. 5. Si superstite. *Per legitimum tutorem.* est enim legitimus tutor pater 23 † qui manumisit: vt instit. de legit. parent. tut. *Manumissorem.* id est emancipatorem: vt ff. quando ac. de pecu. an. l. j. *Immodice.* id est vltra duos aureos: quia si minor esset quantitas, non daretur actio ista: vt ff. eo. si oleum. *Sed in factum actio.* Assignatur contra ff. de fur. si quis vxori §. j. Respond. quia aliud est in actione furti, ista enim magis est odiosa quàm illa. vnde licet illa detur, non poterit ista dari. vel ibi tene-24 tur actione † furti, non tamen ea conuenietur, sed actione in factum, vt hic dicit. & habes simile huic. l. ff. eod. non debet: & dicit ibi quòd quando conuenientur tales personæ, non debet fieri mentio de dolo. non enim dicere iudici eos aliquid fecisse dolo eorum interueniente, & hic similiter debet facere.

L. 6. Dolum. huic l. bene concordat. ff. de probat. quotiens. quia qui allegat dolum, probare debet. & idem in culpa. j. de pig. si nulla. debet 25 ergo dolus probari † ex indiciis perspicuis, declarata certi facti qualitate, & certæ personæ: nec in tanto crimine quem oportet: vt j. de rescin. ven. dolus. & ff. eo. si ex dolo. §. vlt. & licet aliàs inopia probationum 26 deferatur † iuramentum: vt j. de rebus creditis in bonæ fidei. hic tamen non ita est, imo debet probare perspicuis indiciis &c. sicut in cri-

minali causa, vbi non defertur sacramẽtum. ibi enim debent esse probationes luce clariores: vt ĵ. de proba. l. vlt. Præterea intellige dolum probari debere ex indiciis perspicuis, nisi reueletur quis auctoritate iuris, vt quia † lex præsumit dolum rei interuenisse: vt s. eo. l. j. idem est 27 in procuratore. ff. mandati. si procuratorem. §. signo.

L.7. SI maior huic l. concordat ff. de doli exc. apud Celsum. & ff. de act. emp §. vendi. & ff. eo. si quis affirmauerit. *Dolo factum est*. forte quia dicebat hæreditatem non esse soluendo.

L.8. OPTIMVM *Intra contin. bien.* subaudi de eo quod non peruenit ad dolosum. nam de eo quod ad eum peruenit post biennium, etiam teneretur actione in factum: vt ff. eo. itaque habes. tamen de eo quod ad eum peruenit, tenetur actione de dolo, & in perpetuum. & est mirabile, quia aliud est in defuncto: & ita † alteratur actio de dolo: vt ff. eo. 28 Sabinus. Sed videtur contra. s. eo. non possunt. dic quod ista corrigit illam. vel intellige quòd habeat beneficium restit. in integ. & ita erit aliud hodie quàm olim. olim non currebat tempus nisi haberet potestatem experiundi. & videretur quod hæc actio perpetuaretur litis contestatione, sicut de aliis dicitur ĵ. de præscrip. xl. an. l. vlt. & licet omnes aliæ actiones quæ sub cœlo sunt, litis contestatione perpetuentur, † fallit in hac. & ita speciale est hic. Item dixerunt quidam idem 29 in rescissoria. sed nos hoc concedimus in integ. rest. petenda, quia non perpetuetur litis contestatione. aliud in rescissoria. vt notauimus ĵ. de tempo. in integ. restit. superuacuam.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE MINORVM. TIT. XXII.

SVMMÆ.

1 *Expressim vel tacite renuntiare.*
2 *Tacita renuntiatio quando expressam pollet.*
3 *Tacita renuntiatio quomodo inducatur.*
4 *Suus ab emancipato hodie non differt.*
5 *Temporales præscriptiones non currunt minori causa.*
6 *Liberi non faciunt aliquem præsumere maiorem.*
7 *Contractus qui ex præcepto legis seruari non debet, est ipso iure nullus.*
8 *Is cui bonis est interdictum, non potest bona sua alienare.*
9 *Minori interdicta est alienatio.*
10 *Prodigalus.*
11 *Minor probare minorem ætatem debet.*
12 *Adultus testari potest.*
13 *Inter adultum & pupillum dissimilitudo & differentia.*
14 *Minor habens curatorem sine ipsius auctoritate non obligatur.*
15 *Infans neque naturali neque ciuili iure obligatur.*
16 *Minores sine decreto alienare non possunt.*
17 *Præsumptio de præterito ad præsens.*
18 *Dominium solo tempore non admittitur.*
19 *Dominium non tam facile amittitur, quàm possessio.*
20 *Quomodo probetur minor ætas.*
21 *Minor debet probare se deceptum fuisse.*

22 Tur-

22 *Turpitudinem suam allegans non admittendus.*
23 *Non videtur deceptus qui scit.*
24 *Detrahere Falcidiam.*
25 *Euentus damni integ.restit.viam non aperit, sed inconsulta facilitas.*
26 *Hypothetica propositio.*
27 *Iure communi vsus, non videtur circunscriptus.*

ILLVD. *Vel palam vel tacite.* si enim expresim vel tacitè renunciasset querelæ inofficiosi, obstaret renũciatio, sed haberet in integ.restitutionem: vt dicit in fi.& sic omnes vel quidam voluerunt intelligere quãdo expresim † vel tacite renunciauit. sed videtur contra. ei quod dicitur de tacita renuntiatione ꝗ.in quib.cau.in integ.non est nec.adolescentiæ.cum secundum l.illam non sit opus in integ. rest. Respon. quia hic loquitur secundum vetera iura, vbi currebat temporalis præscriptio minori in querela si tacuerit per v.annos: sed tamen restituebatur. hodie contrarium est.quia ipso iure seruatur illæsus, vt ibi. vel dic quòd hic re ipsa tacite renuntiauit, soluendo scilicet legata vel aduocando pro testamento. in his enim casibus pro eodem habetur † ac si expressim renunciasset: vt ꝗ de inoff.testa.parentibus.& ff.de inoff.testa.l.vlt. quia licet verbis non renunciauit, actu tamen ipse videtur renunciasse, & ratum habere.& quòd sic ratum habere posit, probatur. ff.rem ratam haberi.Respond.& ideo siue sic tacite siue renunciet expresim, præiudicat sibi. sed in integrum restituitur. secus in illa tacita renunciatione cum tacuit per v.annos, vt ibi dicit. *Nec hoc autem in personam tuam cadere posse.* Finis iste contrarius videtur principio, quia primum dixerat inspiciendum esse verum renunciauit, &c. & ita daretur in integ.rest. hic autem dicit, ideo quòd non cadit in personam suam. quare videretur quòd ipso iure subueniretur ei, non per restit.sed non ita intelligi debet, quia tunc non daretur in integ.rest.vt s.dixi.& probatur.ff.eo.in causæ.subaudi ergo, non cadit cum effectu: vt probatur ff.ne vis fiat ei qui in suo.l.penult. sic etiam sumitur per totum tit. in quib.non obli.lon.temp. præsc. si vellet insistere quis tanquã Iudæus, & dicere, non cadit in personam ipso iure: sic posset defendere: nam si minor est xiiii. & renunciauit sine tuto. auctoritate, non præiudicat sibi ipso iure: vt ff de minor in causæ.& instit.de aucto. tuto.si verò est maior xiiii. an. idem est si renunciet sine curatore, & habuit curatorem: vt ꝗ.eod.si curatorem. si nullum habuit curatorem, & renunciauit: vel habuit tutorem, & renunciauit tutoris auctoritate, tenet renũciatio, sed habet beneficium restitutionis: vt dictum est.

L.1.

EO TEMPORE *Quo soror tua.* Quæ erat xx.annorum, & habebat v.filios, vt dicit l.ista. *Accipere debuit.* s. petendo olim.hodie verò agnoscitur, vt notauimus, qui admit. ad bon. possess. l.vlt.sed nec hodie oportet quod agnoscatur. quia poterit adire hereditatem, cum non differt suus † ab emancipato, cognatus ab agnato. sed hodie aliter seruatur in tempore bon.poss. quia temporales præscriptiones † non currunt minori causæ, si hodie non petiit intra annum vel c.dies, non restituitur, nam ipso iure seruatur illæsa, licet olim curreret præscriptio, sed restituebatur: vt ꝗ.quib.caus.rest.non est nec l. vltima. *Licet*

L.2.

v.filios,&c.Licet ergo sit xx.an.& habet v. † filios,non præsumitur per 6 hoc fuisse maior. licet aliud sit in honoribus, quia ibi admitteretur quasi esset minor,& haberet v.filios tanquam maior:vt ff. eod.l.3. ff.de mino.ad remp. si non per ætatem.&c.hoc est, si non est in minori ætate,vel intra annum vtilem olim,hodie continuum: vt ℣. de tempor. restit. supervacuam.

L.3. SI CVRATOREM. Seruari non oportet.Non est ergo seruandus iste contractus,hoc est ipso iure non tenet: quia sicut cum seruatur contractus, valet ad agendum & excipiendum, in contrario erit contrarium:quia si non seruatur,nec † valebit ad agendum vel exci- 7 piendum:& sic ipso iure dicetur nullus. licet aliàs dicat prætor, pacta seruabo: adiicit tamen, si non fuerint contra leges, vel dolo malo inita.hìc autem fuit contra l. quia vendidit minor sine curatoris auct. & ideo non valet ipso iure,vt dictum est. *Cum non absimilis hab.ei.* Patet ergo quòd similis est minor curatorem habens ei cui bonis est interdictum. sed is cui bonis est interdictum à prætore, dato curatore, nihil † de bonis suis potest alienare:vt ff. de verb. oblig. is cui. Nec fa- 8 cienda est vis in eo quòd dicitur dato curatore.idem enim esset si sine curatore esset bonis interdictum, vt patet per l. illam, is cui. sed hìc dicit ad maiorem euidentiam. sicut ergo ille cui bonis est interd ctũ, non potest alienare aliquid de bonis suis,ita nec iste,cum ei sit similis. & per hoc etiam videtur quòd sit similis iste minor curatorem habens pupillo:& minor habens curatorem, ei cui bonis est interdictum, alij per consequentiam. i. similitudinem. s. pupillo. huic ergo minori interdicta † est alienatio,non quòd sit prodigus, quia & quidam parcis- 9 simi sunt,sed propter imperfectam ætatem,vt ff.de mino.l.1.§.furioso. ipsa natura.vnde & ipso iure sine interdictione præsidis alienare prohibetur. nescit enim quid agat: nec puniretur si occideret aliquem. satis enim punitur ipso furore.sed in prodigo aliud est,ipsa enim † pro 10 digalitas non facit quin possit alienare, imò necesse est quòd interdicatur ei à præside viuente, & est prodigus qui non habet modum neque finem in expensis suis. & datur eis curator causa cognita, vt hìc probatur & ff.de cura furio. & l. 1. & l. obseruare & l. si furioso. §. his consequens.debet ergo probare,vt dicit l.superior, se † esse mino- 11 rem,& se esse captum:vt hìc. Sed & potest notari dissimilitudo inter has personas.adultus † enim bene potest testari,cum sit maior XIIII. 12 annis: vt infra qui testam. fac.poss.si frater. & probatur ff. de lib.leg. Aurelio. §. 1. prodigus autem cui bonis est interdictum, non potest: vt instit.quibus non est permiss.§.item prodigus.& ff. de testa. is cui. Est præterea dissimilitudo inter † adultum & pupillum: quia pupillus 13 tutore auctore non potest restituere hereditatem tutori per Trebellianum S.C. aliud in adulto,quia potest curatori: vt ff. ad Trebellian. l.j.§.fuit quæsitum. Potest & alia differentia notari instit. de suspect. tuto. §. impubes. & ff. de in litem iuran. videamus.sed videtur contra.huic l.ff.de verbor.obl.puberes.Respond.quia quod ibi dicit, puberes sine curatoribus suis,hoc est totum intelligẽdum ex parte subiecti: & erit sensus: puberes qui non habebant curatores. vt sic. l. illa determinetur per hanc: quia si habet curatorem, & sine † auctoritate 14 ipsius

ipsius contraxit, non obligatur. si non habet, obligatur, sed habet restitutionem, vt hic. & vbi dicit ad maiorem euidentiã, notauit hic dominus Io. distinctionem talem, quia si pupillus, scilicet infans † contrahat sine tutoris auctoritate, neq; iure ciuili neq; naturali obligatur, siquidem sit maior infante, & proximus pubertati, obligatur naturaliter tantùm. si tutore auctore, tenetur naturaliter & ciuiliter, sed restituitur. Si verò sit adultus, distingue habeat curatorẽ vel non, & vtrum contrahat cum eo, an sine: vt dicit l. ista, & prima probatur ff. de verb. obl. mulier. & ff. de dona. l. j. §. vlt. ff. de aucto. tut. l. v. & ff. commo. l. iij. & ff. de actionibus. pupillus. Praeterea intellige istam quando minor venundedit res quae poterant alienari sine decreto. secus enim in his quae sine decreto non poterant alienari: quia tunc siue interuenit tutor siue non, non possunt alienari: vt j. de praediis minorũ. si quidem. & l. ob res. & olim omnia poterant alienari sine decreto: omnia siue praedia rustica, & mancipia rustica, hodie siue fuerint rustica siue vrbana, nõ possunt sine † decreto: nisi res quae seruando seruari non possunt. j. de admin. tuto. l. quae ru. & in his rebus quae seruando seruari non possunt, vix poterat minor restitui, nisi probaret se passum enorme dãnũ, vel de fraude tutoris & curatoris: vt ff. eod. & si sine. §. idem faciunt.

15

16

Si minorem. *Ostenderis*. Sed videtur quòd non habeat necesse probare se fuisse minorem tempore contractus: quia certum est quòd aliquando fuit minor: ergo praesumi debet minor, nisi probetur contra. & ita fiet praesumptio † de praeterito ad praesens, sicut in dominio: quia si sit quaestio de dominio, & aliquis fuit quandoque dominus, praesumitur & hodie dominus infra de probat. siue possidetis. Sed Io. dixit aliud in dominio, cum † dominium solo tempore non amittatur. maior autem fit quis solo tempore: & ideo non eodem modo praesumendum in vno sicut in alio. Aliud etiam est in possessione quàm in dominio: quia dominium non amittitur ita facilè sicut † possessio: vt ff. de acquir. poss. si quis vi. §. differentia. sed circa possessionem dicit lex. quòd si aliquis conueniatur rei vindi. & dicatur possidere, si negauit, & postea conuincatur ab aduersario possidere, patietur poenam: vt ff. de rei vindicat. l. vltim. Aliud puto in tali quaestione. vbi certum est aliquem aliquando possedisse. pone quòd aliquis emit fundum. vult intentare interdictum vti possi. pro possessione retinenda. negatur hodie possidere. quaeritur vtrum competat. puto quòd sic, nisi ab alio probetur ipsum vi derelictum, vel habere pro derelicto: vt plenius notauimus j. ad exhibend. l. iiij. & sic aliud est in amittenda possessione, quàm dominio vel aetate. Sunt ergo praesumptiones duae in l. ista vna, quòd praesumitur quis maior, & ideo tenetur se probare minorem. alia quòd probato de minori aetate, pręsumitur quòd adhuc intra tempus restitutionis, nisi probetur ab aduersario contrarium. Et † in probatione ista aetatis non solum inducuntur testes & instrumenta, sed quandoque fit per aspectum corporis: vt ff. de mino. minor xxv. annis.

L. 4.

17

18

19

20

Minoribus. Captos, i. deceptos: vt ff. eo. l. j. non enim hoc ipso quòd contraxit, probat se deceptum: vt ff. co. non omnia. & ff. de iurciur. nam postea. §. si minor. debet ergo ꝓbare se minorẽ, vt dicit l. superior, & se

L. 5.

esse † captum, vt hîc, nisi cùm accipit pecuniam mutuò à fœneratore. tunc enim in odium fœneratoris non tenetur ipse probare quòd factus sit minùs locupletior: vt j. si aduers. cred. l. j. 21

L. 6. Si intra ætatem. *Fraudi tibi esse non potest.* quia iudex procedere potest eo viuo & defuncto: quia poterit agere contra hæredes, sicut & contra defunctum.

L. 7. De tutela. *Conuenire potes.* Sed videtur quòd non sit admittendus cùm allegat † turpitudinem suam: vt s. de transact. j. de libera. cau. si filium. sed non intellige quòd probata esset falsò maior ætas à pupillo, sed ab auunculo vel alio quocunque. vel dic quòd à pupillo falso probata fuit maior ætas. ab auunculo, quia iste pupillus ignorabat veritatem: & auunculus præsumitur sciuisse ratione tutelæ, & quia auunculus, vnde non decepit eum: quia non videtur † deceptus, qui scit. ff. de actio. emp. l. j. & ad idem est ff. vnde cog. §. fratris. & ita licet auunculo priùs falso ætatem probasset. potest enim hoc allegare. aliàs non liceret: vt ff. solut. mat. viro. & ff. de dolo. si duo. Sed & videtur contra. ff. eo. minor xxv. an. at ibi curatorem habuit, non auunculum: hic habuit auum: & sic aliud est: vt s. no. *Ex causa in integ. rest.* Sed videtur quòd ipso iure non valeat, quia minor erat, & curatorem habebat, & ita quod sine eius auctoritate fecit, non tenet ipso iure: vt s. dixi in l. si curatorem. auunculus enim non potuit auctor in re sua, nec alterius interuenit tutoris auctoritas, cùm diceret se maiorem esse. vnde cùm diceret se non esse in tutela ipsius, non videtur quod faceret alium interponi. sed dic quòd hîc præstitit liberationem coram iudice, & ideò rem. vel intellige quòd esset minor xxv. annis, & maior xiiij. tūc enim præiudicat sibi: sed habet beneficium restit. 22 23

L. 8. Minoribus. *Praetermiserunt.* vt potes ponere prætermisit petere bon. poss. s. eo. l. ij. *Vel ignorauerunt.* vt potes ponere exemplum quando debuit detrahere † Falcidiam. ff. de iur. & fac. ignor. l. regula §. j. & vlt. & aliàs in multis locis posses ad hoc inducere concordantias. & j. vt si ab hered. abst. l. j. & ff. de mino. l. minor. magis & j. de senten. pass. l. pen. 24

L. 9. Non videtur, &c. Pone casum, cùm quis minor seruum sibi necessarium vel quid simile emit, & mox decessit, non est subueniendum, quia euentus † damni non dat in integ. rest. sed inconsulta facilitas: vt ff. de mino. verum. §. item non restituitur. & posuit hîc quandam glo. dominus Yr. quæ multò difficilior est, & l. consequentiam tollit, non oppositum infert, quia pars eius est. Cùm ergo dialectica sit glossa, dialecticè expugnatur. sic forma hypotheticam † propositionem affirmatiuam ex hac. l. postea resume non: & tollitur consequentia, nec infertur oppositum, quia pars eius est, cùm id quod infertur, genus est, & pars talis infert suum totum, vnde enim sequitur, est hoc, ergo est aliud: à simili hîc, quia esse vsum iure cōmuni, appellatur species. quod autem infertur, hoc est, non videtur circunscriptum genus: & ita bene sequitur, si minor est vsus iure communi: ergo non videtur circunscriptus. & quod sit genus, probatur, quia ad plura extenditur quàm aliud. quandoque enim non est circunscriptus, & tamen vsus non est iure communi: vt si adit locupletem hereditatem sine deliberatione, quandoque non est circunscriptus, & tamen est † vsus iure communi: vt 25 26

cùm

cùm locupletem cum deliberatione adiit hæreditatem. sic ergo habes in l.ista quod consequentia tollitur, nec oppositum infertur: quia id de quo infertur, est eius pars. & ita somniauit hic dominus Yr.

DE FILIOFAMILIAS MINORE.

Tit. xxiii.

SVMMÆ.

1 *Peculium filij, est patris.*
2 *Minor qui cōtraxit principaliter, iure maioris non restituitur.*
3 *Per restitutionem minoris non tollitur principalis obligatio.*
4 *Pater quando ab extraneo nō distinguitur.*
5 *Pro modico non conceditur restitutio.*
6 *Senatusconsf. Macedoninnum.*
7 *Euentus damni non dat restitutionem, sed inconsulta facilitas.*

Filivsfa. Idem in patrefam. si minor esset. sed ideò dicit L.1. de filiofam. quia videbatur, si esset in patris potestate, & pro eo intercessit, quòd non esset restituendus. peculium † enim filij, patris est. vnde si detur sibi restitutio, videtur quòd detur maiori, hoc est patri. prætor autem voluit prouidere minoribus, & non maioribus: sed non ita est. si enim est in potestate, poterit in solidum conueniri si est emancipatus vel exhæredatus, in quantum facere potest. sed tamen restituitur, nec liberat reum principalem: vt ff. de minoribus, l.iij. sed vtrum. & l. minor se. *Postulare non prohibetur.* P. distinxit, sit soluendo principalis persona, vel non. primo casu non habet minor in integ. resti. si non est soluendo, habet. & induxit pro se de mino. cum mandato. sed l. illa non bene probat hoc: quia ibi in vno casu, principaliter contraxit minor † iure maioris: mandauit enim maior minori, vt rem venderet certo pretio, & ipse vendit pro tanto: si post velit restitui, quia dicat rem maioris non potest: quia per hoc subueniretur maiori, cum eius damno res sit cessura, nisi in subsidium cum euentu damnum passus est, & dominus cuius fuit procurator, non sit soluendo. hic autem minor secundario intercessit. vnde cum hic ipso iure deceptus sit, restituitur. cum enim hîc non posset inuenire ille tutor, quòd restituto minore iuuetur ille maior per restitutionem. per † restitutionem enim minoris non tollitur principalis obligatio: vt notaui s. nec est distinguendum, sit principalis persona, an non: quia in vtroque casu restituitur, interest enim potiùs minoris non soluere, quam solutum repetere: vt ff. de compen. l. ideo. in alio casu illius l. est mādatum. restituitur minor non propter obligationem contractā in persona sua, sed alterius. hic autem restituitur propter obligationē quam suscepit: & ideo aliud est cùm minori mandatū est de fideiubendo, quam si mandatum est ei de administrando. *Non successit.* ex testamento vel ab intestato. *In integ. restit. &c.* Non ergo distinguitur † pater ab extraneo quando non successit ei filius, quia in vtroque casu postulat in integ. restit. & videbatur contra. cùm enim intercessit pro patre, motus fuit naturaliter, & sic videtur vsus iure communi: quare, non

restituitur: vt s.l. proxima. aliud in extraneo. sed contradicitur hic. & est arg. ad quæstionem quam notauimus s. de procura. exigendi. quod filius si defendat patrem, possit restitui. cum hic sibi non successit, restituitur. secus à contrario sensu huius literæ, si sibi successit. nunc enim videtur quòd non habeat restitutionem. & hoc intellige cùm animo nouandi vel mandando aut constituendo intercessit principaliter se obligando. tunc enim si succedit principali debitori, mero iure durat obligatio. sed & potest conueniri ex persona defuncti efficaciter, cum ipse restitui non posset, quia erat maior. & ideo siue conueniatur ex fideiussoria obligatione, siue ex ea quæ descendit ex persona defuncti, efficaciter non poterit restitui. sicut dicit l. in muliere. ff. de solut. Stichum. §. aditio hæreditatis. hic ergo appellatur fideiussor, qui animo nouandi intercessit. sic & ff. ad Velleian. quamuis §. si mulier. non autem intelligas quando in persona minoris obligatio contracta erat participatiua alienæ obligationis. tunc per successionem erat sublata ipso iure: vt ff. de fideiuss. generaliter. fallit tamen quandoque cum principalis debitor erat obligatus naturaliter tunc fideiussor ciuiliter & naturaliter: vt ff. de fideiusso. heres à debitore. §. seruo tuo. Cùm ergo sublata esset ipso iure obligatio fideiussoria, non posset habere locum casus istius legis: cum hic innuatur, quòd si successit, non habet restitutionem. de quo si vt s. intelligeres, non esset quæstio, cum ipso iure sit sublata, & præterea quòd ita non possit intelligi, probatur per l. istam, Stichum de sol. intellige ergo vt s. dixi, quando animo nouandi vel simili modo intercessit, & successit principali debitori. & in hoc casu dicit P. quòd si succedat pro † modica portione, quia restituetur. secus si non in modica. & induxit pro se. ff. quod cum eo. l. ij. & iij. at lex illa nihil ad rhombum. tractat enim de filiofam. non minore qui contraxit cum esset in potestate patris. Dicit quòd si post emancipetur, habet tale priuilegium, cum videatur factus alius homo. quòd non condemnetur nisi in quantum facere potest. & habetur ratio sui ne egeat. & hoc si successit patri in modica portione, secus si in non modica: quia licet sit emancipatus, nõ habebit illud priuilegium. & sic de alio auxilio tractat, & de alia materia quare nihil ad hoc. 5

L. 2. SI FRATER. *Nec iussu eius.* ideo dicit, quia si iussu patris mutuam accepisset pecuniam, denegaretur ei beneficium restitutionis. & est speciale in pecunia. nam aliàs patre iubente vel non si decipiatur, restituitur: vt ff. de mino. l. iij. §. sed vtrum. Sed cur hoc in pecunia? forte ideo, quia creditor quanto magis est indignus auxilio, nisi patre ignorante contraxit, tanto est magis dignus in hoc quàm alius, nisi eius voluntate contraxit † secundum Senatusc. Macedo. iuxta id quod dicitur, Plus gaudet Deus super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia: vel quia pro patre vnum speciale inducitur, si sine eius iussu contrahatur. cum iussu. *Nec contra senatusconf. contrac.* Sed quomodo potest hoc esse, quòd fuerit in potestate patris, & eius iussu non accepit mutuam pecuniam, quòd contra S.C. non contrahatur? Resp. quia ibi forte degebat ratione studij: vel si in pias & necessarias causas expendit, puta pro alimentis, vestimentis. vel dic quia P. videbatur paterfam. cessat enim 6

Macedo.

Macedo: sed datur restitutio: vt ff. ad Maced. l. iij. sed quando in necessarias causas creditur, quoniam restituetur. si postea amittat, non videtur: quia † euentus damni non dat in integ. rest. sed inconsulta facilitas: vt ff. de mino. verum. §. non restituitur. & ff. de solutio. in pupillo. Resp. quia leges illæ loquūtur quando casu res periit. aliud si sui facilitate. vel dic quòd nō iussu patris contraxit, ne cōtra Maced. quia videbatur paterf. datur tamē in integ. restit. si sui facilitate amisit: vt s. dixi.

7

DE FIDEIVSSORIBVS MINORVM.
TIT. XXIIII.

SVMMÆ.

1 *Non liberātur fideiussores etiam si minores restituantur.*
2 *Personale beneficium.*
3 *Sublato principali tollitur accessorium.*
4 *Aduersus venditionem cum decreto, datur restitutio.*
5 *Solutio cum necessitate.*
6 *Aliquando minoris restitutio prodest fideiussori.*
7 *Exceptio minoris quando prosit fideiussori.*
8 *Dolus incidens.*
9 *Regressus.*
10 *Minor non est idoneus defensor.*

POSTQVAM. *Periculum euict.* Nec enim ad duplum tenetur si euicta est res, vel ad alia damna. sed tamen videtur quòd debeat restituere pretium: quia iniquū esset, si emptor re careret, & pretio. *Excusare non potest.* Nota quod hîc dicitur quia non liberantur † fideiussores etiā si minor restituatur. vnde apparet quòd restitutio non in totū tollit veterem actionem, intellige ergo quòd qui in integrum restituitur, habeat † personale beneficiū, non quòd in totū tollatur actio, si enim nō esset personale beneficiū, ipso iure tolleretur alia obligatio: quia principali sublato tollitur † accessoriū: vt ff. de except. exceptiones. & intellige quādo sui facilitate deceptus est in vendēdo. aliud si aduersarij calliditate. tunc enim subueniretur etiā fideiussori: vt dicit in l. sequenti. *Modò si eo quoq; nomine.* Hîc quoq; notandum est, quia licet minor restituitur contra emptorem, non tamen restituitur contra fideiussorem, imò contra ipsum specialiter habet necesse petere restitutionem.

L. 1.

1 2 3

SI ea quæ tibi. *Interposito decreto.* Cùm essent res quæ cum decreto oportebat alienari: vt notauimus. s. de in integ. rest. si curatorem. licet ergo fiat alienatio † cū decreto, poterit in integ. restitui: vt hîc, & j. de præd. mino. si quidem. sed cur secus est in solutione si soluatur minori cū decreto præsidis, quia in integ. non potest restitui: vt ff. de mino. ait prætor. §. permittitur. Resp. quia ibi facta est solutio: & præterea de necessitate tenebatur soluere, cum solutio fiat † necessitate imposita soluenti. secus vbi vēdidit cū decreto, quia non cogebatur vēdere, nec alius emere, & ideo si decipiatur, potest restitui. *Ex persona sua.* i. ex fideiussione quam fecit in persona sua. non intellige quòd ex sua persona propriè conueniatur, imò propter obligationē cœptam in alterius persona. sic ff. de his qui notinfa. furti. §. si quis alie. *Verùm si dolo, &c.* Ita

2 4 5

est cũ minor deceptus est sui facilitate: quia subuenitur ei per beneficium in integ.restit. non fideiussori: secus nisi aduersarij calliditate est deceptus: quia vtrique tam minori quàm † fideiussori consulendũ est, 6 vt hîc dicitur.& siue minor petat in integ.restit.siue non, bene subuenitur fideiussori:vt arg. ff. de contra tab.si post mortem §. exheredati. Sed nunquid si minor petiit in integ.rest.habet necesse petere & fideiussor?& videtur quòd sic,per hoc quod dicit consulendum, & tam & quam.Sed aliàs dicit lex quòd si dolo aduersarij sit circunscriptus minor,& petiit in integ.rest. quòd competit fideiussori exceptio, † sicut 7 & minori,quasi & rei inerat.secus si sui facilitate: quia non prodesset fideiussori:vt ff. de except.exceptio.§. rei.subuenitur ergo vtrique per restitutionem,cùm dolus interuenerit.sed videtur falsum: quia si dolus dedit causam contractui, ergo ipso iure nullus fuit contractus: vt ff.de dolo, eleganter. & ita non restituitur,si processit ad tradendum, dabitur de dolo,vel secundum nos condict. indeb. vt notauimus s. de dolo.si verò fuerit † incidens, datur ex eo contractu ad decipiendum: 8 vt ff.de act.empti. Iul.§.si venditor. Sic dic quod hîc loquitur quando dolus dedit causam contractui, & res est tradita. licet enim aliàs in maiore daretur actio de dolo,vt s.dixi:hic cum minor sit, habet restitutionem,& ideo denegabitur actio illa:vt ff.de dolo.l.ij. Sed quidam dixerunt, quòd si fuit dolus incidens, & competat actio ex eo contractu, nihilominus possum restitui. vnde distinxerunt vtrum fuerit minor iure tutus,& tunc non habet restitutionem. an iure actionis, & tunc habet.nos contrà:vt notauimus. j. si aduersus vsuca.l.ij. & ff. de mi.in causæ. & habent hæc omnia locum cùm minor & fideiussor tenetur ei qui eis restituris cõtra alium nõ habet † regressum:vt quia cũ 9 minore principaliter contraxit. vbi autem ille contra quem restituitur minor, habet contra alium principaliter obligatum regressum, fideiussori indistinctè subuenietur, hoc est si non decipiatur sui facilitate,siue aduersarij calliditate: vt ecce minor adiuit hereditatem, & creditori hereditario dedit fideiussorem. Deinde restituitur vt abstineat fideiussori eius succurritur indistinctè contra creditorem, quia creditori in alium heredem vel in ipsa hereditate est regressus:vt ff. de adminíst.tut.l.ij.& ff.de acquir. hered.si pupillus. Idémque & si minor alium defendere nolens dat fideiussorem actori iudicatum solui. nam & hîc & in eum qui defendebatur,erit actori regressus:&ideo fideiussori indistinctè succurritur,& ideo dicitur non esse admittendum minorem vt defendat sine mandato: quia non est † idoneus defensor: vt 10 ff.de procura.si minor.

SI TVTOR VEL CVRATOR INTERVENERIT. TIT. XXV.

SVMMÆ.

1 *Tutor ex necessitate gerit, procurator verò ex voluntate.*

2 *Instantia iudicij.*

3 *Vsura seu pensiones.*

4 *Quãdo pecunia versa est in vtilitatẽ minorum, conueniri possunt.*

S i iam

SI iam impubes. Distingue, quia si pupillus adeat, si non habet tutorem, vel habet, & sine eo adiit, ipso iure non tenet. secus si tutore auctore, quia restitueretur. Si adultus, distingue vtrum habeat curatorem, an non. si non habet & adit, restituitur. si habet & adit, idem quod in pupillo: vt j. de in integ. rest. si cura. & ff. de acquir. here. impuber. & l. necessariis, & l. ei qui se. L. 1.

ETIAM. *Dari iamprıdem*. aliud in procuratore. vt ff. de mi. cum mandato. sed & est ratio fortè ea, quia tutor ex † necessitate gerit, procurator vero ex voluntate. vnde mitius est cum tutore agēdum. mitius autem cum eo agi probo, quia procuratorem prius excutere minor necesse habet, sed non tutorem, quia potest alium eligere, arg. pro hac sententia. ff depo. l. j. §. merito. & §. hæc autem. L. 2. 1

MINORIBVS. *in iudicio*. puta confitendo. sed videtur contra. j. de iudi. properandum. §. vlt. sed dic quòd illa corrigit. vel distingue vtrum 2 lædatur minor definitiua sẽtẽtia, & tunc restituitur. an † instantia iudicij, & tunc primo tutores vel curatores debent conueniri: & si non fuerint soluendo, restituitur, vt ibi. fallit autẽ quod dicit ibi. l. ista, quã-3 do soluuntur pensiones † vel vsuræ non excedentes metas biennales, & summam c. solid. vt j. ad administra. l. sancimus. & l. constitutione. Idemque & si restituatur hereditas ex Trebell. vt j. ad Trebell. l. pen. L. 3.

SI creditor huic l. assignatur contra j. quod cum eo. ei qui §. vlt. 4 dic quod ista determinatur per illam. si enim versa est pecunia † in vtilitatem minorum, possunt cõueniri, vt ibi dicit. vel ibi factus maior contractum ratum habuit. & ideo aliud est quàm hìc. L. 4.

ETIAM tutoribus. *vel aliàs contrahentibus*. Permutanda. ergo datur electio minoribus restituantur si tutores contraxerunt, an conueniant tutores, vel curatores. L. 5.

SI IN COMMVNI EADEMQVE CAVSA IN integrum restitutio postuletur. TIT. XXVI.

SVMMÆ.

1 *Victoria vnius tutoris alteri prodest.*

NEc si maior. *Patrocinari non potest*. & ita est in re corporali vel diuidua: secus in indiuidua: vt notari potest ff. quemad. seruit. amit. si communem. & ff. si seruit. ven. loci corpus. §. si fundus. Itẽ si ex duo-1 bus tutoribus condemnatus vnus appellauerit, & vicerit, prodest † eius victoria alteri, si vtriusque fuerit vna defensio inserta: vt de appel. si quis. §. vlt. L. vnic.

SI ADVERSVS REM IVDICATAM. TIT. XXVII.

SVMMÆ.

1 *Finita tutela minori datur actio tutelæ.*

2 *Minus minus consequutus ex sententia restituitur.*
3 *De tota causa iudex pronuntiare debet.*
4 *Ius patriæ potestatis proprium est Romanorum.*
5 *Rei vendicatio præiudicialis.*
6 *Emancipatio retractari nō potest.*
7 *Præses minor est quàm proconsul.*
8 *Nomen præsidis generale.*
9 *Delegatus ab Imperatore restituit in integ.*
10 *Solennitas iudicij exactè requiritur.*
11 *Temporales præscriptiones non currunt minoribus.*
12 *Præscriptiones inductæ ad auctoritatē iudicati currunt minorib.*

L.1. MINVS ex tutelæ. Certum est quòd finita tutela † datur minori actio tutelæ. ponamus ergo quòd aliquis conuenit tutorem suum ex specie aliqua, puta salis, ad.c. iudex cōdemnauit tutorem in L. & absoluit eum in aliis. L. quæritur si iste minor dicat se minùs quàm deberet ex sententia iudicis consecutum, an rescindere possit sententiam eius per in integ. restit. & dicit. l. ista, quòd si lata sit sententia tempore minoris ætatis, & nunc etiam possunt restitui, bene poterunt ad illud habere actionem rescissa sententia. si verò post xxv. ann. sententia lata est, non potuerunt iterare quod prius finitum est. Sed quare posuit quòd in aliis. L. absolueretur? nonne posset esse, quòd alio modo esset consecutus † minùs, vt si de his nihil dixit; hîc autem dixit simpliciter minùs consecutus. vnde nō videtur magis ad hoc quàm ad illud referendum. Sed dic. quòd imò ita est intelligendum, sicut s̄. dixi in casu, impossibile est enim quòd intelligatur in eo casu quando tacuit de aliis. L. quia de tota causa debet † iudex pronuntiare: vt probatur ff. famil. ercisc. in hoc iudicio. & ff. de arb. dicere. & infra de appel. eos. & l. ampliorem ad idem facit ff. de doli excep. apud Celsum. §. item quæritur. & hoc est cùm non continentur in sententia plura capitula. tunc enim si super quibusdam lata sit sententia, etsi de aliis omittatur, valet: vt ff. de mino. l. etiam. §. ex causa. Nec obstat. ff. de nego. gest. sin autem. §. vlt. ibi enim diuersa erant capitula, quia petebat aliquis actione negot. gest. c. & opponebatur compensatio in L. vnde si de c. præstandis tantùm fuerit iudicatum, omisso de compensatione agere poterit contrario iudicio. secus esset si in c. petitis esset omissum: vt s̄. dixi. *Tempore iudicij.* id est sententiæ. nā etsi litem contestati essent minores, tempore autem sententiæ facti sunt maiores, non restituerentur, nisi dolo aduersarij hoc factum esset, quòd in eo tempore ferretur sententia: vt ff. de mino. l. iij. §. j.

L.2. SI CVM. *Pater suus, in sua potestate esse.* Erat ergo iudicium de patria potestate. sed qua actione agetur, vel qualiter concipietur libellus in illo iudicio? dic quòd rei vindicatione, adiecta causa vel ratione de iure Quiritum. ius enim patriæ † potestatis in filios proprium est Romanorum: vt ff. de rei vindica. l. j. §. per hanc. & instit. de pat. pot. Si verò esset quæstio de filiatione, quia vnus asserebat filium suum esse, alius negabat: ibi ageretur rei † vindicatione præiudiciali: vt instit. de act. §. præiudiciales. præterea possent pro liberis alia competere auxilia: sed quia ad materiam istam non pertinet, aliàs dicemus: vt nota-

notauimus infra de lib. exhibend. & in summa de rei vindic. circa prin. §. vt autem. *Minimóque emanc.* &c. quia facta erat coram eo qui non habet iurisdictionem illius actus, puta coram sacerdote vel sene. debet enim fieri apud præsidem: vt infra de emancipa. l. vlt. *Subiectam pronunciauit.* sed certè videretur quod malè fecerit proconsul: quia si-
6 ue iure fiat emancipatio, † siue non. videtur quòd retractari non possit quod factum est. & ita assignatur. l. contra. ff. de adopt. post mortem. Respond. quòd hic proconsul pronuntiauit, sed malè. vel dic quod ibi emancipauit filiam suam, & steterat in emancipatione toto tempore vitæ suæ. Decessit, & fecerat testa. & heredes instituerat: & ideo non licet post mortem patri quærere de emancipatione: vnde facit vim in eo quod dicit, post mortem. secus enim in vita: vt hic ibi. ergo tria erant quæ impediebant quòd aliquis non veniret contra suum factum: diuturnitas temporis, & quia emancipauit, & testa. & sic aliàs impedit tempus cum alio, infra de fundis patrimo. l. vltim. *Is qui prouinciam regit.* videtur maledicere, quoniam maior semper debet co-
7 gnoscere de in integ. rest. ff. de minor. minor autem. præses † autem minor est quàm proconsul, cum præses sit clarissimus, proconsul spectabilis: vt notauimus suprà de episcopis. raptores. & dicitur infra de rap. virg. & infrà authentica de appel. Respond. quia hic non loquitur de præside minore proconsule. est enim nomen † præsidis generale ad præsides & senatores: vt ff. de offic. præs. l. j. vnde hîc sume pro senatore, qui illustris est, & maiore proconsule. *Partes suas.* Sed quomodo intelliges hoc? quod pronunciet te posse in integrum restitui, videretur. At si ita diceres, contra. esset, ÿ. qui & aduersus quos l. vlt. ibi enim dicit filium non restitui contra parentem. Sed si dicas quòd hic non restituitur contra parentem, sed contra sententiam hoc non esset. quia cum restituitur contra sententiam, videtur & contra patrem. Dic ergo quòd corrigitur per illud, vel dic quòd partes suas exhibebit iustas, denegando in integrum restit. Vel illud locum habet cum filius contraxit cum patre, tunc non potest restitui. Aliud in sententia lata, vt hic, melior est tamen proximus superior intellectus, quòd denegetur restitutio.

ADVERSVS. *Solus princeps rest.* vt ff. de minorib. minor autem. §. vlt. L. 3.
9 & posset quæri vtrum apud delegatum ab † Imperatore posset restitui videtur quòd sic, vt ff. de minorib. in causæ 2. §. vlt. vnde delegatus restituet, & sic solus excludet alios, & non ipsam.

CVM ET MINORES. *Nullum vobis præiudicium.* Notandum est L. 4. quod hic dicitur, quia aliàs in contractibus minor qui non habet curatorem, obligatur valet quod f. ctum est: vt s. de in integr. restit. si curatorem. Idem etiam in adeunda hæreditate. præiudicat enim sibi. sed restituitur: vt notauimus s. si tut. vel curat. l. 1. Sed in iudicio tanta † e-
10 xigitur solemnitas, quòd si lata sit contra minorem qui non habet tutorem vel curatorem sententia non valet ipso iure: vt ff. de re iudic. acta. §. contra. vnde in iudiciis est speciale. Quid si tutor in exordio causæ affuit, cùm autem pronunciatur, non erat tutor? non videtur quòd valeat sententia, vt infra quomodo & qu. si præses. si verò tempore cœpti iudicij affuit tutor, sed tempore sententiæ citatus à iudice noluit

venire? tenet sententia, quia benè erat tutor, sed per contumaciam noluit venire: tamen quia minor, in integrum restituitur, sicut à contrario sensu ex verbis illius legis probatur. Idémque dico & si non tutor fuit citatus, quia iam confessus erat, & causa cognita erat, sed minor vt veniat cum curatore, arg. ff. de bon. auct. iu. poss. si minor. *Legitimè ordinatum.* Tutoris vel curatoris auctoritate, vt s. de procur. neque tutores.

L.5. IN REM. *Non minus &c.* Patet ergo quòd implorat minor restitutionem, si lata sit contra tutorem vel curatorem eius sententia, ac si lata esset contra eum eis auctoribus. Sed videtur quòd non debeat restitui, quia habet commune auxilium, cùm intra x. dies possit appellare, & quandocunque possit: quia hodie temporales † præscriptiones non currunt minoribus, vt j. in quibus causis. l. vltim. Respondeti potest duobus modis, quia licet possit appellare, plus est vt subueniatur ei in integrũ restit. vt sententia lata habeatur pro nulla, quàm si appellaret, vt ff. de in integr. restit. l. vltim. Vnde non sequitur quòd si non potest appellare, quòd non possit restitui: quia dicit lex, quòd licet curator appellauerit pro adulto in causa tutorum, nihilominus aduersus tutores potest adultus restitui, vt ff. de administr. tut. si minoris. Vel alitèr quod dicitur temporales præscriptiones non currere minoribus, est intelligendum de præscriptione triennij x. & alij. non de illis quæ inductæ ad auctoritatem sententiæ † tenendam. Illæ enim currunt minori tanquam si esset maior, quia nónne ideò quòd currit ei tẽpus quo ad instantiam iudicij, vt j. de iudic. properandum. §. vlt. & præterea præscriptio inuentarij faciendi, vt j. auth. de hæred. & fal. circa finem. Dic ergo quòd currit tempus, nec poterat appellare, sicut nec maior, sed tamen habet aduersus sententiam in integ. rest. vt hic dicit.

11

12

SI ADVERSVS VENDITIONEM.

TIT. XXVIII.

SVMMÆ.

1 *Auxilium prætoris.*
2 *Sacramẽto contrauenire nõ licet.*
3 *Perpetua causa prohibitionis.*
4 *Fridericus Imperator.*
5 *Lex non præsumit virilẽ vigorẽ perfectũ, nisi cõpleto XXV. anno.*
6 *Donatio non dicitur contractus.*
7 *Deceptio vltra dimidiam iusti pretij.*
8 *Alienatio rei dotalis.*
9 *Qui peierat satis Deum vltorem habet.*
10 *Sacramẽti religio facilè aliquem à priuilegio repellit.*
11 *Sola confessio repellit mulierem a priuilegio Velleiani.*
12 *Iura communia præferuntur priuilegiis.*

L.1. SI MINOR. *Corporaliter præstito.* Si enim verbo tenus dicit in fide sua & per Euangeliũ, quod nõ veniet contra: non repellitur tũc à beneficio restitutionis, sed vbi tetigit librũ, & iurauit per illa sancta Euãgelia se nõ vẽturũ contra,

contra, aliud est: vt cum enim tale sacramentum maiori complectur quam suprà, maioris erit vinculi: vt per l. istam notari potest, & per l. si minor se maiorem, si alterius: & intellige. l. istam secundum B. quādo vendidit cum decreto minor, & tutore interueniente, cùm enim tenuerit contractus, ne liceat ei venire contra nisi per restitutionem: si non iurasset sacramento, repellat eum ab eo priuilegio. si verò nulla esset venditio, quia facta erat sine tutore vel decreto, vbi necesse erat interponi. est enim contra. l. j. de admini. tuto. lex. si iurauit se nō venturum contra sacramentum, non confirmat, quod de iure non tenuit: vt s. de leg & constit. non dubium. sic ergo ademit princeps minori indultum à se priuilegium, non rei vindicationem, quod erat suum

1 auxilium. vnde B. ita dixit, non tibi tuum, sed tibi suum † auxilium prætor denegat, vel princeps denegat auxilium. M. dixit quòd siue interponatur sacramentum corporaliter præstitum in contractu quod fit secundum legem, siue in contractu qui fit contra legem, tantæ est

2 auctoritatis, quod non licet † contrauenire. Si opponas ei de l. non dubium, dixit quòd non habet locum nisi in illis casibus tantùm qui

3 continent perpetuam † causam prohibitionis, vt in alienatione liberi hominis, sed prædij minoris hic permissa est alienatio ob æs alienum. At sic restringere regulam non est verisimile, quia regulæ in iure vitiosæ sunt omnes. Sed cum dominus M. & sui etiam multi fa-

4 miliares essent de curia imperatoris † Friderici, impetrauit per se & amicos suos quòd imperator hanc quæstionem decideret, & sic fecit. l. sacramenta puberum, &c. per quam sæpissime spoliantur minores patrimonio suo, cùm tales homines ignorent sua, & citò inducuntur ad destruenda sua & dissipanda. vnde lex non præsumit † vi-

5 rilem vigorem perfectum esse donec completi fuerunt x x v anni: & ideo dat eis curatores, per quos res eorum aguntur. *Puberum.* Sed ex fraude, non habita consideratione videtur facta. vnde multùm aduersa est minoribus, & durabit quantum Deo placebit. ideò dicit, quia non idem esset in impubere, siue sit proximus pubertati, siue non, licet enim in operis aliàs obligetur per sacramentum, vt j. notauimus de oper libert. l. 1. hic tamen non ita est. *Sponte.* Si enim lachrymando. s per metum, qui etiam non inducit actionem. quod met. cau. facta essent non valerent. *Super contractibus.* Videtur quòd loquatur de iis tantum quæ hinc inde trahunt obligationem, vt venditio, locatio, societas, & similibus. Quid si promisit ex causa donatio

6 nis: Hic enim non videtur † contractus, sed magis gestio vel actus quidam vt ff. de verb. sig. Labeo. vnde sic à quibusdam fuit interpretatū in ciuitate ista, quòd non haberet locum in stipulationibus, sed cum generaliter loquatur ex interpretatione ad omnes est referendum. *Suarum.* Idem iure alterius si paciscatur super ea aliquid. *Custodiantur.* Siue ad agendū siue ad excipiendum: vt arg. ff. de acq. rer. dom. statuas. [illegible] obseruarentur, non valerent ad agendū vel excipiendū: vt no[illegible] s. de in integ. rest. si curatore. Postea dicit, per vim aut iustū metum [illegible]c Ita est ergo quod non erit ei auctor periurij imperator in

7 venditione. Si verò dicat se deceptum † vltra dimidiam iusti pretij partem, [illegible] iure communi subueniatur sibi, videtur quò non obstan-

te sacramento possit contrauenire, nisi scripserit tabellio in instrumento quòd non veniret contra venditionem ratione minoris ætatis, neque ratione minoris pretij. neque ob hoc quòd pretium non est versum in vtilitatem suam. sic enim plerique faciunt tabelliones eos iurare, quis tunc diceret quòd possit contrauenire? Aliàs tamen posset, vt s̃. dixi. iura enim communia non sunt adempta, nisi dictum sit specialiter. hîc posset quæri vtrum l. fre. locum haberet in pubere maiore alienante † rem dotalem, & iurante quòd non veniat contra. vel 8 etiam si vir donauerit vxori, vel econuerso: & iurauit se non contrauenire. & credo quòd non adeo sit trahenda. imò circa puberes qui habent priuilegium ex persona sua ne possint venire contra per illud. & sic non obstante sacramento poterunt contrauenire. Si quæras vtrum peieret, dico quòd sic: sed accipiet inde pœnitentiam. satis † enim 9 habet Deum vltorem. Vel dicas quod non, ideò enim Deus præposuit imperatorem rebus humanis, vt ipse secundùm conditiones hominum, & qualitates factorum distingueret. assignatur enim vetus contrarium suprà, de transactio. si ex falsis. Solutio, religio † sacramenti facile repellit aliquem à priuilegio, vt hîc. sed à iure communi 10 quod quis haberet vt rescinderet pactum si non iurasset, non repellitur, licet iurauerit, vt ibi. Nam & aliàs sola confessio † repellit mulierem à priuilegio Velleiani: vt j. ad Velleianum, sed nunc repellit à iure 11 communi, vt probatur argumentis j. de probat. cum precibus, & de do. au. l. vlt. & de non numer. pecu. in contractibus. iura enim communia † præferuntur priuilegiis, vt j. auth. de non alien. rebus. §. quia 12 verò verisimile: vnde & difficiliùs exponantur.

L. 2. IN INTEGRUM. Huic legi bona est concord. ff. eod. & si sine §. idem faciunt.

SI ADVERSUS VENDITOREM PIGNORIS.

TIT. XXXIX.

SUMMÆ.

1 *Enorme damnum præbet viam restitutioni.*
2 *Venditio pignoris.*
3 *Prætorium vel iudiciale pignus.*
4 *Conditionale pignus.*
5 *Fraudis consilium inducit restitutionem.*
6 *Fraudem passus minor restituitur.*
7 *Interdictum fraudatorium.*
8 *Stipulatio quando committi non potest.*

L. 1. ETIAM. *Quæ à creditoribus fiunt.* Si ab ipso minore facta esset venditio, certum est quòd subueniretur ei, vt s̃. tit. prox. sed vbi creditor eius vẽdidit, videretur cõtra. quia minor nõ cõtraxit, sed creditor. At hîc dicit restituendũ esse, nec dicit simpliciter restituendum, sed ita demum, si probet enorme † damnum. Sed quare dicit de enormi damno? videtur contra, quia in qualibet restitutione dicit, l. generaliter. quòd 1 peti possit, si probet se minor captum in minimo: vt ff. de in integ. restit.

2 stit. scio. Videtur ergo maledicere, quia & cùm facta est venditio † pignoris à creditore, videtur quòd minimum damnum sufficiat, vt ff. de distract. pign. si creditor. §. illud. Intellige ergo quod hîc dicitur, in 3 prætorio † pignore vel iudiciali: tunc enim debet probare enorme damnum se passum minor ad hoc quòd restituatur, vt ff. de mino. si ex causa. & quòd de tali loquatur, bene innuit litera, cùm dicat, captis 4 prædiis, &c. Si verò esset † conditionale, etiam pro modico damno restitueretur, vt dictum est. *Præsertim*. Id est, maximè. Idem enim esset si essent maiores, & quadriennium non esset transactum.

Rem qvam, &c. Patet per legem istam quòd si velit minor ratione ætatis reuocare pignus distractum à creditore prædecessoris, non est audiendus, siue distractum sit bona fide, siue non, & in hoc consonat Paulus ff. de minorib. Æmilius. Sed alia lex videtur hoc dicere, licèt non bene specificet casum istum ȷ. de præd. minor. l. 2. Dicit enim quòd si creditor vendidit mala fide, & emptor participatus est dolum, quòd habet minor restitutionem, non tamē dicit, cœperit à prædecessore minoris. Vnde benè est quòd videamus quid obtineat circa materiam istam: si enim pignus incipiat à minore, B. dixit indistinctè quòd restituitur pro modico damno: si à prædecessore, propter enorme damnum, vel fraudis consilium. In enormi damno loquitur lex superior, in 5 † fraudis consilio alia de prædiis minorum, l. 2. & intellige quod creditor idémque venditor dolo fecerit, & emptor dolum sit participatus: vt dicit lex illa de præd. min. nec enim sufficeret si creditor tantùm dolo vendidisset. Alij non incompetenter adiecerunt in primo casu, quādo scilicet cœpit pignus à minore, quia sicut conuentionale est, nihil mutatum in opinione domini B. sed vbi prætorium vel iudiciale, dicunt quòd non restituitur nisi propter enorme damnum: vt ff. de minoribus. si ex causa. fortè vel propter fraudis consil.um posset. Si à præ- 6 decessore, dicunt quòd restituitur si fraudem passus † sit minor, & enorme damnum. Sed tamen si dicamus quòd in eo casu quando pignus cœpit à prædecessore, nunquam restituatur, videtur per legem illam, Æmilius. & per legem istam. Cùm enim ista cœperit in persona maioris, videtur quòd hoc possit tollere priuilegium in persona minoris, argument. quibus ex causis erat ap. Nec obstat lex ȷ. de præd. minorum. Nam ibi cœpit pignus à maiore, & erat prætorium vel iudiciale, vt suprà dixi. At hic cùm successerit maiori, eo iure debet vti, quo maior: sed maior non restitueretur, ergo nec iste minor restituetur, nisi in casu quando creditor non est soluendo, & fraudem adhibuit. tunc enim habebit minor beneficium restitutionis: vel secundùm quosdam 7 interdictum † fraudatorium. notauimus ȷ. si ven. pig. agatur. Sed tamē videtur quòd pupillo non fiat præiudicium per venditionem pignoris factam a creditore, arg. ff. de verb. oblig. cùm filius. §. in hac, quia ibi dicit quod si aliquis promisit, neque per se, neque per heredem suum fieri quo minus ire agere liceat: si heres existat pupillus, non potest 8 † committi stipulatio. Sed aliud est hic: quia cùm creditor vendidit ratione pacti initi cum maiore, non videtur quòd siue sit heres minor siue pupillus, quòd posset retractare quod factum est. secus si paciscatur à prædecessore per se non fieri, neque per heredem suum. ibi enim

L. 2.

noluit præcedens persona quod aliud fieret,at hic dedit licentiam vẽdendi:& ideò non reuocatur à successore, & præterea illa stipulatio, per me non fieri,neque per heredes meos, licet videatur vna quantum ad verba,& tamen plures:vt ff.de verb.oblig. si sic. & ideò ex suo facto in pupillari ætate committi non potest. *Ipsum magis.*Scilicet,creditorem conuenire pignoratitia ad interesse.

SI ADVERSVS DONATIONEM.

Tit. xxx.

SVMMÆ.

1 *Donatio ante nuptias specialis.*
2 *In constituenda dote dignitatum, facultatúmque ratio haberi debet.*
3 *Minor magistro suo dare potest secundùm facultates.*
4 *Filius in potestate, non potest donare pater.*
5 *Res minorum sine decreto alienari non possunt.*

L.1 SI QVÆRES. Quæ scilicet sine decreto possunt alienari. si enim sine decreto non possent alienari,non indigeret in integr.restit.sed ipso iure posset venire contrà. & ita soluitur contrà ỹ. de præd.min. prædia. illud enim quidam assignauerunt pro contrario. Ante nuptias, non intellige de illa speciali † donatione quæ dicitur ante nup.vel propter nup. sed de simplici donatione.alia enim non fit sine decreto:vt ỹ. de admi. tut. lex. præterea simplex fiat ante nup.& post,alia non nisi ante nuptias, vt infrà de donation. ante nupt. l.vltim. *Congruenti modo.* Intellige secundùm facultates & dignitates. Eadem consideratio † est habenda in dote danda:vt ff.de iure do.siue generalis, & l.quæro. *Curatore præsente.* Ideo dicit,quia curatorem habebat:& ideò quòd eius auctoritas interueniat,aliàs enim non teneret:vt s.de in integ.restit. si curatorem.potest ergo dare sponsæ suæ congruenti moderatione, nec restituitur: aliud secundùm regulam:vt ỹ.si maior fa.al.e.ra.ha.l.vlt. §.vlt. Potest etiam dare † magistro suo secundùm facultates: vt ff. de adm. tut. cùm plures.item alimenta parentibus & cognatis:vt ff.de tut.& rat. dil.rahen.l.1. [1] [2] [3]

SI IN TE. *Emancipatos.* Nam filiis † in potestate donare non L.2. potest, vt ỹ.de inoffic. don.si pater. *Absolute.* Nec enim potuit alienare rem ad alium pertinentem. *Propter Senatusc. clementissam.* Quod vetuit res minorum alienari † sine decreto: vt ff.de reb.eorum l.1. [4] [5]

*In aliis verò quæ etiam sine decreto,&c.*Quæ autem sunt illæ hodie,& quæ antiquitus fuerant,dicitur infrà de administrat. leg. & l.vlt.

SI

SI ADVERSVS LIBERTATEM. Tit. xxxi.

SVMMÆ.

1 *Libertas fideicommissaria.*
2 *Multa impediunt faciendum, quæ factum non impediunt.*
3 *Manumissio semel approbata retractari non potest.*
4 *Legitimi actus.*
5 *Vindicta quid.*
6 *Actio in factum ad interesse.*
7 *Aliquando aduersus libertatem datur restitutio.*

SI POST DECRETVM. *Pronuntiauit.* Non liberum, sed liberandum. *Secundus.* Proprium nomen est serui. *Quem conditioni.* Ergo conditio fuit apposita in libertate † fideicommissaria. quare ergo decreuit vel pronuntiauit ipsum prætor liberum antequam existeret conditio? Nonne malè fecit? Et certè sic: & hoc vel iniquitate sui, vel quia de conditione nihil sciuit, cùm minor non curauit dicere. etsi sic feratur sententia contra ius litigatoris, tenet, nisi sit appellatum, vt ff. quæ sentent. sine appell. l. 1. *Litis instaurat.* Id est, poterit postulare, vt ita sit ac si nihil esset factum vel dictum, non quòd vero appellet: vt ff. de in integ. restit. l. vlt. Potest ergo elici generale ex hac lege, quòd multa † impediunt faciendum, quæ non impediunt factum. Quòd hìc in integ. rest. antequam detur libertas impediret libertatem, data autem libertate non impediret. *Ob eam causam,* scil. præstitæ libertatis. *Negot. gest.* Vtili, cùm negligentes fuerint, quia debuerunt allegare conditionem: si verò dolo fecit seruus, de dolo datur, vt ff. de min. vetum. L. 1.

ET SI MINOR ANNIS. Non tantùm xxv. sed etiam xx. Ille enim lege Ælia Sentia apud consilium causa cognita potest manumitti: vt instit. quibus ex caus. manumit. §. eadem. siue fuerit iusta, siue non, semel † approbata non poterit retractari, vt inst. quibus ex caus. §. semel. *In consilio.* Id est, apud præsidem. Dicitur enim consilium locus ille vbi consueuerunt hominum voluntates consonare in aliquo faciendo. Conueniunt enim ibi ad consiliandum, & ibi † legitimi actus exercentur & tractantur, vt emancipationes, manumissiones. *Vindicta.* Vindicta appellatur virga † prætoria, qua tangebantur serui ad hoc quod essent liberi: non enim sufficiebat sola voluntas, nisi prætor tangeret seruum de virga illa in capite sic, dicendo: Aio te liberum esse. Vnde dictum est, Vindicta meus à Prætore recessi. Vel dicitur vindicta manumissio, sic dicta à Vindicio Vitelliorum seruo: vt ff. de orig. iur. l. 2. §. initium. Sed magis valet & placet prior expositio. *Sarciendæ.* Actione de dolo intra annum, vel † post in factum ad interesse. Sed videtur quòd non teneantur ex maleficio commisso in seruitute: vt j. an seruus ex suo facto. l. vlt. Sed hic aliud est, quia videtur fuisse in libertate ... dolo fecit, quòd ad libertatē perueniret: vt ff. de minorib. vetum. & l. præc. Patet ergo quòd indēnitati suæ succurritur si dolo factus est liber, sed nō reuocatur in seruitutē. Quandoq; tamen aduersus † libertatem datur restitutio ex magna causa: vt ff. de minor. nisi ex magna. veluti si pupillus sit ... titutos si seruū manumittat: vel si ad totius domus puer ... nē ptineat manumiss. huius serui, vt ff. de off. præs. l. vlt. Vel intellige L. 2.

magnam,quam princeps approbauerit,quia quod principi placuit, legis habet vigorem,vt instit.de iure nat.§.sed & quod principi.

L.3. Qvos retrahi. *Contra libertatem.* Non competituram , sed competentem,vt s.eod.l.1.

L.4. In ivdicio. Patet quòd si lata est sententia pro libertate , non rescindetur prærogatiua minoris ætatis.]

SI ADVERSVS TRANSACTIONEM VEL DIVISIONEM MINOR RESTITVI VELIT.

Tit. XXXII.

SVMMÆ.

1 *Quando decretum & tutoris auctoritas exigitur.*
2 *Minor prouocare non potest ad diuisionem.*
3 *Vno restituto alij restituuntur.*
4 *Restitutio actionis.*
5 *Restitutio ita facienda est vt vtrique ius suum integrum seruetur.*
6 *Actio extincta quãdo resuscitatur.*
7 *Lazari resurrectio.*
8 *Minor necesse habet adire prætorem.*
9 *Actio vtilis.*

L.1. Cvm in integrvm. *Transactionem.* Pone casum istius legis,& sequentis,vt planius procedat litera , quando maior agebat contra minorem , & transactio est interposita. Poterit enim restitui minor , ita tamen si tenuit transactio verbi gratia super his in quibus alienandis non exigitur decretum, sed tutoris vel curatoris auctoritas , vel solius adulti voluntas , si non habet curatorem , vt distinximus & notauimus suprà, de in integrum restitut. si curatorem. Si autem fiat super his quæ possunt seruari, exigitur † decretum, & tutoris auctoritas: vt infrà de administration. tut.l. lex. & de prædiis minorum. non solùm. & ff. de transactionibus. cùm hi. §. si cùm his. Si verò hæc non interueniant, transactio est ipso iure nulla, nec dabitur restitutio. *Vel diuisionem.* Et quidem si minor cum alio habet rem communem , in qua alienanda exigitur decretum minori , non poterit prouocare socium ad † diuisionem : sed socius maior poterit prouocare minorem: vt infrà de præd. minor. inter omnes. & ita per decretum ex necessaria causa procedit diuisio: in qua si decipiatur minor , implorabit in integrum restit.& si non restituatur in transactione vel diuisione , vetus actio durabit alij contra quem in integrum restituitur,vt hic dicit.Sed videtur contra.ff.de minor.cum minor. Solutio. hîc loquitur in transactione: quia si restituitur in transactione contra maiorem : sicut ipse restituitur , ita æquum † quòd alij restituatur vetus actio, & quòd ea vti possit. at ibi lata erat sententia in actione tutelæ directa, & minor aduersus vnum caput sententiæ restituitur. non ob hoc tutori contraria restituitur in omnibus , si species illa in qua restituitur minor cæteris speciebus non cohæret,vt ibi dicit in l.seq.etiam §.ex causa. Alij dixerunt quòd aliud est quo-

est quoniam minor restituitur contra transactionem, & aliud contra sententiam. lo. visum fuit idem in vtroque, & dixit quòd ibi non erat sublata actio tutelæ contraria eo modo quo directa per sententiam: imò ex causa donationis vel simili. & ideò cùm restituitur minor ad sententiam in directa, non restituitur alia contraria, quæ per sententiam non tollebatur.

4 Si ex persona. *Imploretur.* Subaudi, & impetretur. *Vel replicatione.* Ista restitutio † actionis fit per replicationem: quia si excipiat minor contra maiorem agentem veterem actionem, poterit iste replicare cõtra excipientem, & ita ius suum persequi. restitutio enim † est ita facienda, vt vtrique ius suum integrũ seruetur: vt ff de mino. §. restitutio. si verò sit perempta pristina omnino, quia interposita est Aquil. stipul. & acceptilatione interueniente: tunc extincta † actio resuscitabitur. sed videtur contra. ff. de solut. qui res. §. aream. videtur enim per l. illam quòd actio semel extincta non possit resuscitari. sed dic quòd ibi generale est: hîc enim fit hoc propter æquitatẽ. minor. n. rem suam repetit. alius damnificaretur si non posset agere sicut priùs: & ideo ei succurritur per resuscitationem actionis extinctæ, & sic miraculosè ratione æquitatis resurget semel extinctum, sicut & in Lazaro † contigit. Quidam voluerunt dicere quòd maior petat hîc restitutionem, sicut & minor, cùm hîc non dicat consultum: sed consulendum. sed malè dixerunt: quia vbi non est omnino actio perempta, subuenitur ei per replicationem contra exceptionem sine restitutione aliqua. quare ergo similiter non subuenietur ei mero iure & de æquitate siue beneficio prætoris viuentis? Certè non est ratio. & quòd ita sit, probatur. j. ad Velleia. antiquæ. & ff. ad Velleia. debitrix. §. sed pro eo. Et forte dicet aliquis quòd ibi non oportet mulierem adire prætorem ad hoc quod sibi subueniatur: & ideo nec creditorem, vt hîc. aliud quia minor † necesse habet adire: vt ff. de reb. min. quòd si minor. §. vlt. & ideo similiter alij subuenietur per beneficium restitutionis. sed hîc non credo bonam esse rationem, & ideò vt priùs dicendum est quòd ipso iure subuenietur de æquitate, & ratione contiguitatis ipso iure subuenitur maiori, argu. ff. de tute. & rat. dist. l. alterius. dicit enim l. illa, quòd minor aliquis duos curatores habebat. decessit vnus, & reliquit minorem hæreditatem. condemnatus est in maiorem pecuniam quàm debet, restituitur in eo quòd plus quàm deberet est condemnatus, qualiter subuenietur alij qui agit contra eum? Et certè si minor est bene habet beneficium restitutionis contra alium curatorem in quantum fuit releuatus. sed hic non erat minor. & ideo hærede instituto ipso iure habet vtilem actionem contra curatorem. aliud dico in casu 9 nostro quod per restitutionem minoris detur alij † vtilis. ad idem est ff. quæ in frau. cred. hac in factum actione.

L. 1.

5 6 7 8

SI ADVERSVS SOLVTIONEM A DEBITORE, VEL A SE FACTAM.

TIT. XXXIII.

·SVMMÆ.

1 *Soluere minori curatore auctore, aut ipsi curatori æquiualent.*
2 *Non euentus, sed inconsulta facilitas restitutionem indulget.*
3 *Solutione facta iudicis auctoritate non datur restitutio.*
4 *Doli exceptio.*
5 *Condictio indebiti.*
6 *In facto iureque errare.*
7 *Testamentum minus solemne.*
8 *Debitum naturale.*
9 *Persona interdum locum facit repetitioni.*

L. 1. EXEMPLO. Patet per legem istam, quòd si soluatur curatori minoris, quia contingit liberatio: idem si adulto curatoris auctoritate, vt hæc † sint paria, soluatur ei curatore 1 auctore, aut ipsi curatori. Sed tamen sicut hîc dicit, antequàm transierit tempus in integ. restit. poterit minor implorare restitutionem, & an tribuatur, causa cognita æstimari potest, sed quid versabitur in causæ cognitione? hoc scilicet vtrum casu amiserit, an non. si enim non, restituitur: non enim † euentus indulget, sed inconsulta 2 facilitas. Ergo hoc considerabitur, vtrum casu, an facilitate sua amiserit, vt ff de mino. verùm, §. sciendum. Et ad hoc vt pleniùs scias quando liberatur qui soluit, & quando in integrum restitutio petatur, distingue: quia si soluatur minori XIIII. ann. vel maiori, minori tamen XXV. aut iudicis auctoritate, aut non. Si iudicis † auctoritate, non habet re- 3 stitutionem, vt ff. de minor. ait Prætor. §. 2. si verò non soluatur iudicis auctoritate, distingue, quia aut cum tutore vel curatore, aut sine tutore vel curatore: si sine tutore vel curatore, cùm habeant ipso iure, non competit liberatio, si tamen saluam habeant pecuniam, repellunt doli †exceptione, vt ff. de administ. tut. si minoris. & instit. quib. mod. alien. 4 licet. §. penult. Si verò tut. vel curat. aucto. liberatur, sed habet minor restitutionem, vt s. notaui. Fallit tamen cùm restituitur ei extra. hæreditas, & quando soluuntur ei pensiones vel vsuræ non excedentes notas biennales, & summam centum solid. vt j. de administ. tut. sancimus. & l. constitutione. & j. ad Trebellian. l. penultima.

L. 2. INDEBITO. Videtur quòd loquatur de indebito omnino, hoc est ciuiliter, cùm simpliciter dicat, indebito legato, &c. sed si hoc, sequens litera repugnaret, quia dicit dari repetitionem de iure communi per †condictionem indebiti, quæ etiam durat vltra tempus illud, 5 cùm sit personalis: vt j. de constit. pec. l. vlt. Preterea ad quid distingueret, erraret in iure, aut in facto, quia tunc siue † erraret in iure, siue in 6 facto, daretur repetitio, vt notauimus s. de iur. & fact. ignor. & de pactis. Plenius in summa de condict. indeb. in princip. Intellige ergo de indebito iure ciuili. De naturali verò erat debitum, quia relicta erant legata in testamento minùs solemni, & sic indebita erant iure ciuili propter †testamentum minùs solenne, debita iure naturali propter vo- 7 luntatem testatoris. Vel intellige relicta in testamento solemni, sed minor soluit vltra quàm deberet, cùm nec detraxerit Falcidiam, & ita soluit indebitum per exceptionem. in his casibus maior non repeteret, cùm errasset in iure: vt j. ad l. Falcid. error. & ff. de iur. & fact. ignor. regula. Ergo cùm iste minor in iure errauit, sibi præiudicauit, sed subuenitur

uenitur ei, vt hic dicit, & infra l. prædicta, regula. *A minore.* Subaudi, xxv. ann. maiore tamen xiiii. ann. Quid si minor P. mero iure sibi subuenit, tum non implorata in integ restit. per condict indeb. vel sine cauta. & pro se induxit, ff. de condict. indeb. interdum persona. & ff. ad Trebel. si pupillus. Io. contrà: nam dixit quòd siue pupillus, siue adul 8 tus soluerit † debitum naturale, non subuenietur ei de iure communi, sed per beneficium in integrum restit. & hoc quia talis debiti patitur compensationem, vt ff. de negotiis gest. l. 3. §. pupillus. Quod non fieret, si solutum repeteret iure communi: vt ff. de compen. quæcunque. Nec obstat l. si eius. ibi enim non loquitur de restitutione in integrum, sed de restitutione hæreditatis quæ fit per Trebellianum Senatusconsultū. si obiicias de alia interd. Responsio: Verum est quòd 9 persona † interdum locum facit repetitioni, quia si extat pecunia, vindicabitur a pupillo vel a furioso: secus in maiore cùm esset translatum dominium, & sic peteretur per condict. indeb. Vel intellige quòd si soluatur à maiore debitum ciuile & naturale, non poterit repetere: sed si à pupillo, & extat, vindicabit. Vel aliter lex illa loquitur in debito naturali, in quo si solueretur à maiore, non haberet locum repetitio, secus in minore: quia si extat, habet rei vendic. si consumptum sit, cedit in solutum, & sic translatio dominij reconciliatur per consumptionem, vt ff. si cert. pet. non omnis. §. vlt. sed tamen repetit per restitutionem, non communi iure, vt s. dixi.

Hic omissus est titulus, *Si aduersus dotem restitutio postuletur.* 34.

SI ADVERSVS DELICTVM.

TIT. XXXV.

SVMMÆ.

1 *Quicquid committitur in delinquendo, quasi delictum est.*
2 *Noxia inexcusabilis.*
3 *Boni viri arbitrium.*
4 *Miseratio ætatis pœnam minuit.*
5 *Adulterium.*
6 *Non ex proposito delinquere.*
7 *Minor qui sui corporis ludibrium populo facit, non infamatur.*

IN CRIMINIBVS. *Si tamen delic. non ex ani. sed ex. ve.* L. 1. Ergo per hoc quod hic dicit, videtur quòd crimina non sint, nisi ex animo prodeant: vt infra ad legem Corneliam de sicar. l. 1. quare hic non debuit distinguere, veniat crimen ex animo, an non. in delictis verò distinguit, veniat delictum ex animo, an extra, hoc est quia non fecit hoc animo, vt quia credidit proiicere lapidem aliàs, & percussit homi-1 nem. & hoc dicit: quia probè delictum est: quia † quicquid committitur in delinquendo, quasi delictum est. vnde generale est,

siue veniat ex animo, siue extra. & dicit. quòd in vno tenetur. in alio autem non, cùm non venit ex animo, non committitur noxia, id est, maleficium, vt institut. de noxa. §. 1. & §. 2. Sed videtur contraria sibi litera ista: quoniam si non committitur maleficium, ergo non debet ibi restitui, at hîc dicit falsum. Respon. non committitur † noxia, subaudi inexcusabilis, quia maleficium committitur, & ideo est obligatus. Sed excusatur per restitutionem vt hîc dicit. *Pœna causa.* Quia tenetur lege Aquilia ad illud damnum resarciendum quod est pœna respectu soluentis. si ergo debitum ex animo venit, non restituitur minor. fallit tamen: & ideo distingue verum conueniatur ciuiliter, & tunc non restituitur, nisi potuit confiteri, ne teneatur dupli, & malit negare. & in hoc solo restituitur, vt pro confesso habeatur. Item si potuit transigere, maximè in speciali actione, restituitur vt habeatur negotium pro transacto scilicet tanta quantitate quanta potuit transigere. vel si non appareat certa quantitas, accipietur secundùm boni † viri arbitrium, quia verisimile est eum transigere potuisse: vt ff. de minor. si ex causa. §. nunc videndum. & §. si in commissum. si verò non venit ex animo delictum, sed ex culpa iuuatur minor, siue ciuiliter siue criminaliter conueniatur. nam licet mero & communi iure teneretur. tamen restitutionem in integrum potest postulare, vt illis in nihilum teneatur. si de crimine teneatur, non subuenitur ei nisi quatenus † miseratio ætatis produxerit iudicem ad minorem pœnam. si tamen minor commiserit adulterium, vel crimen quod pro adulterio punit lex Iulia. nullo modo restituitur minor, puta si precium accepit pro comperto stupro, vel domum præbuit ad id stuprum vel adulterium † committendum. nec enim subuenietur ei aduersus præcepta legum, qui dum leges inuocat, contra eas committit: vt ff. de minoribus. auxilium. §. in delictis. ff. de min. mo. lege 2. patet ergo per legem istam quia si per culpam deliquit minor, quòd ibi iuuatur, sed videtur contra. ff. de minoribus. si ex causa. §. si mulier. Respond. ibi intelligitur culpa, id est dolo. est enim generale nomen: vnde necesse est ibi ita sumi. & ita quandoque aliàs sumitur. hîc autem non † ex proposito deliquit: & ideo non dolo.

2

3

4

5

6

L. 2. Licet in delictis. Impropriè sumitur delictum. non pro eo quod in amittendo, sed in faciendo est. si verò in prætermittendo, vt quia non petiit ei tutorem, ipso iure excusatur. vt hîc dicit. non enim denegatur ei minori successio, licet maiori denegaretur. vt j. de legit. hered. sciant. sic est & in alio casu, vt si minor † fecerit ludibrium sui corporis populo: nec enim infamatur ipso iure, licet infamaretur alius: vt. s. ex quib. cau. infa. l. pen.

7

SI ADVERSVS VSVCAPIONEM.

TIT. XXXV.

SVMMÆ.

1 *Sæpe pro vero ponitur quod ad opinionem refertur.*

2 *Aliena-*

2 *Alienatio tam mobilium quàm immobilium prohibita.*
3 *Præscriptio triginta annorum.*
4 *Omnis præscriptio minor decennali currit ecclesiæ.*

CONTRA EOS QVI RES MINORVM. Intelligésne de minore XIIII. annorum? Non videtur, quia ipso iure non curreret ei vsucapio: vt ff. de acquirendo rerum dominio. bonæ fidei emptor. ergo maior erat XIIII. annis: sed tamen videtur contra. ff. de vsucap. pro emp. lege 2. §. de pupillo. & ff. de doli exception. apud Celsum. §. si quis non tutor. Respond. quia prædictæ leges loquuntur quando pupillus possidebat vel possederat, & ideò credebatur dominus. nam sæpè pro vero † ponitur, quod ad opinionem refertur. Vel dic quòd ibi loquitur circa immobilia quæ vsucapi non possunt, hic autem circa mobilia. Sed hodie non habet locum vsucapio, quia rustica non possunt alienari, vt ff. de rebus eorum. lege 1. ergo nec vsucapi, vt ff. de fundo dotali. si fundum. Hodie etiam prohibita est alienatio † tam mobilium quàm immobilium quæ possunt seruando seruari: vt infrà de administr. tut. lex. Et ita titulus iste hodie non habebit locum, quia ipso iure seruabitur illæsus, & hoc in vsucapione triennij x. & xx. Præscriptio † autem xxx. annorum currit, sed restituitur, vt notauimus infrà. in quibus causis in integrum restitui non est necess. l. vltim. & ita cùm aliàs minor comparetur ecclesiæ vel reipublic. vt j. quibus ex causis maior. l. respublica. & de iure reipublicæ l. rempublicam. in s. de sacrosanct. eccles. lege vltim. tamen in hoc maioris priuilegij erit minor, nam omnis præscriptio † minor decennali currit ecclesiæ: vt s. de sacrosanct. eccles. auth. quas actiones. restituitur tamen ea reip. idest fisco. videtur quòd non currat ad similitudinem minoris. & ita videtur idem in minore, & reip.

L. vnic.

SI ADVERSVS FISCVM.

TIT. XXXVII.

SVMMÆ.

1 *Priuilegium causâ minoris introductum.*
2 *Quando dolus dedit causam contractui, non est opus restitutione.*
3 *Minor quamuis habeat actionem, non repellitur ab auxilio restitutionis.*
4 *Alienatio prædij tributarij.*
5 *Edicti diui Marci effectus.*
6 *Alienatio facta à fisco non reuocatur.*
7 *Res minoris bona fide, & iusto pretio vendi debet.*

SI PROBVS. Nomen est proprium. *Iuris publici.* Id est, Communis. sed videtur quòd priuati & specialis, cùm hoc ius & priuilegiũ causa minorum sit inuentum. Resp. Quia licet sit priuilegium & † causa minoris introductum, pu-

L. 1.

blica tamen authoritate est statutũ.vt ff.de minor.l.1.sed nunquid per hoc quod dicit, sequetur auctor. iuris pub. videtur concedere quòd restituat eos in integ.resti.& certè sic.Videtur tamen quòd non, quia si dolus hic dedit causam contractui, ipso iure non tenuit contractus, & ita non habet † restitutionem:vt ff.de minor.l.in causæ.2.Respond. 2 Quia hic tradidit,sicut notaui s̃.de fideiuss.minor.l.2. Vel dic quòd re ipsa fuit deceptus, non ex proposito alterius quod inter maiores teneret:& ideò hic in integrum restituitur. Si verò fuit incidens, datur actio ex eo contractu, vt ff.de act. empt. Iulianus. §. si venditor. & ita non restituitur secundùm nos. Aliùd secundùm M. qui dixit quòd licet habeat minor actionem,non tamen † repellitur ab auxilio restitutionis,& pro se induxit legem istam,& ff.de mino:Æmilius.& l. in causæ.Sed nos contra. pro nobis facit principium illius legis in causæ. 2. Ibi,si alia,&c.& ff.de minor.si apud. Nec obstat l. in causæ. quia quod adiicit Pomp.corrigit Aristonem.Item non obstat lex ista, quia quod circumuentus à Rufino, intelligimus, non Rufini dolo,sed sui facilitate:vt s̃.dixi,sic enim habebat aduersus eum actionem,sed datur restitutio.Item non obstat l.Æmilius,quia ibi dicimus dari restitutionẽ, quia venditor non recessisset à lege omnino. Sed ita sub conditione,si numeraueritis mihi statim,ego recipiam:vel si infra tot dies alioquin non.& sic non est contra nos, quia ibi non fuit statim numeratum,& ideò restituetur,quasi sit cum eo aliquid gestum,cùm ei fuit prorogatum tempus aliquatenus,nec intra illud soluit. M.tamen respondebat principio illius l.in causæ.si alia actio,i.si ipso iure tutus sit, alias non: sed nos etiam si alias.

L.2. SI ADVERSVS. *Præsente fisci patrono*. Vt ff.de iure fisci.si fiscus.

L.3. EDICTO. Pone quòd pater alicuius minoris obligatus fuisset fisco ad tributa soluenda vel etiam ipse minor esset obligatus,non soluit minor tributa. Vnde ob debitum tale fiscus facit † alienationem prædij 4 tributarij:quæritur qualiter in hoc casu sit subueniendum minori.Dicit aduocatus minoris quòd per edictum D. Marci, quia edictum D. Marci † dabat potestatem maiorib.quòd possent reuocare intra quin- 5 quennium venditionem factam à fisco in re aliena tanquam sua: ergo per illud edictum videtur quòd possit subueniri minori: sed Imp. dicit quòd illud edictum nihil ad rhombum : edictum enim habet locum in eo casu quando fiscus vendidit rem alienam vt suam.Hic autẽ non vendidit rem alienam vt suam,imò vt alienam:& ideo nihil pertinet ad hoc.Quod ergo consilium dabitur isti minori?Et certè dicit imperator tale,quia si fiscus vendidit legitimè sicut debuit, non † reuo- 6 cabitur quod est factum,si quidem dolo vel fraude interueniente,minori pretio quàm deberet,prædia cum mancipiis alienauit,vel rem nõ subhastauit,minore satisfaciente fiscq, poterit vẽditionem reuocare. *Nullam admittunt*. Nõ enim vendidit vt suam,& edictum habet locum quando vendidit rem alienam vt suam:vt instit.de vsucap §.vltim.*Sed quoniam per collusionem*.Hæc est alia ratio quæ potest iuuare minorem. debet enim res vendi † iusto pretio bona fide, & quòd intersit tut. vel 7 curator:vt j.si propter publicas pensitationes l.1.& 2.

SI AD-

SI ADVERSVS CREDITOREM.

Tit. xxxviii.

SVMMÆ.

1 *Agentium professiones, positiones, & assertiones.*
2 *Rei propriè dicuntur confiteri.*
3 *Quando minori non incumbit probandi necessitas.*
4 *Appellans debet probare iniquitatem sententiæ.*
5 *Ab vtraque parte recipiuntur probationes.*
6 *Pubes.*

CVM ET TV IPSE PROFITEARIS. Bene dicit profiteris, quia agentium quandoque dicuntur † professiones, quandoque appellantur positiones, quandoque assertiones. & siue sic, siue sic dicitur, non est multum curandum. sed rei † propriè dicuntur confiteri. *Contraxisse.* Intelligendum cõtractu mutui, licet hic generaliter loquatur quia titulus est, si aduersus creditorem. & restringe hoc mutuum ad pecuniam tantùm: vt ff. ad Macedo. l. quia, licet aliàs ad plura extendatur: vt ff. si cert. pet. l. 1. *Nec docere potuisse.* Sed videtur quòd hic non † incumbat necessitas probandi minori: quia aliàs minor habet probare se deceptum: vel se amisisse quod ei dicitur datum: vt s. de in integr. rest. minoribus, & ff. de iureiurand. l. nam postea. §. si minor. Sed dic quòd hoc fallit in mutuo, odio fœneratoris. Vel fortè hæc lex intelligenda est cum creditor recepit in se onus probandi. Vel intellige quando agebatur causa appellationis, probauerat enim minor in principali causa, & pro eo fuit pronunciatum. s. non esse locupletiorem, & ideo fortè restituendum. creditor appellauit, & sic bene scis quòd debet probare † de iniquitate sententiæ: vt. j. de appell. eum qui ad ciuilia. sed ipse non potuit probare ipsum locupletiorem: & ideo minor iste in integrum restituitur, vt dicit. Vel dicas quòd minor probauit se non locupletiorem. aliàs nullas induxit probationes in contra. quia bene scis quòd ab vtraque † parte recipiuntur probationes: & ideo pronuntiatur pro minore, & erit hic minor, priuilegij quàm ecclesia: quia ibi creditor intelligitur qui probat in vtilitatem diuinæ domus versum esse: vt s. de sacrosanct. eccles. authen. hoc ius. L. 1.

SI VT ALLEGAS. Intellige l. istam & superiorem quando minor contraxit cum tutoris vel curatoris auctoritate, vel etiam † pubes qui non habebat curatorem. aliàs enim ipso iure subueniretur eis, vt plenius distinximus s. de integ. rest. si curatorem. L. 2.

SI VT AB HEREDITATE SE ABSTINEAT.

Tit. xxxix.

SVMMÆ.

1 *Patre mortuo statim filius fit heres.* 2 *Seruus heres necessarius.*

3 *Suus heres abstinere potest hereditate.*
4 *Quantum verò ad libertates habetur pro herede.*
5 *Immiscere proprium est filiorum, extraneorum autem adire.*
6 *Quedam verba in stipulationibus non necessaria.*
7 *Verba quandoq; necessaria quoad substantiam rei.*
8 *Quenam versantur in causæ cognitione.*
9 *Citatio quibus modis fieri debet*
10 *Edictum peremptorium.*
11 *Auitam hereditatem adire non licet, repudiata paterna.*

L. I. SI VOS PATERNÆ. Non miscu. sed siue immisceat se, siue non, videtur quòd debeat in integrum restitui. si enim filius est, ergo heres: sicut dicit Apostolus. ergo statim † fit 1 heres patre mortuo, & tenetur se immiscere, vnde in vtroque casu restituetur. Respon. quòd hæres suus est ipso iure, non tamen per omnia necessarius, sicut seruus: non enim tenetur adire si nō vult, 2 seruus † autem tenetur siue velit siue nolit: vt instit. de hæred. quale. in princip. & cùm seruus poterit restitui si sit minor, vt ff. de minor. ait prætor. §. vltim. vt scilicet bona sua separentur à bonis hęreditariis, vt ff. de separa. l. 1. §. vlt. suo ergo † permittit prætor abstinere. Nec in- 3 tellige tantùm de prætore viuo, imò de mortuo: hoc est, ipsa lex permittit. instit. de hæred. quali. & diff. §. sin autem. & ita patet quòd non habet necesse se immiscere: & cùm hac determinatione intelligitur, vt dicitur j. de cura furio. l. vlt. quare non erit restituendus, vt ff. de acquir. hæred. ei qui se. Nec est prætermittendum quòd filius, licet abstineat, tamen tenetur præstare libertates: non tamen creditoribus tenetur. & ita † quantum hæres ad libertates reputatur pro hærede: vt 4 ff. de fideicommiss libert. cùm quasi. §. sed & si quis. *Non immiscuistis.* Istud proprium est † filiorum, extraneorum est adire: vt ff. de acquir. 5 hæred. eum. & ff. de leg. 1. nam nec. *Cum si. veri verb. ad non desid.* Id est, quia fides habetur veritati, sine adminiculo verborum: & est illa veritas, quia si non miscuit se, non est necesse quòd dicat hoc ante testes, sic: sciatis quòd non adiuit. Et ita hæc verba † non sunt necessaria in 6 stipulationibus. Sed si aliquis subtiliùs inspiciat, videbit bonam rationem: quia hoc cùm sit in non faciendo, vt quia non immiscuit non indiget verborū adminiculo Aliud sit in faciendo, & sicut verba † quan- 7 doque necessaria quoad substantiam rei, vt in stipulationibus & in testamentis, vt dicat quis se fecisse coram VII. testibus: & quandoque quoad probationem tantùm. nam & aliàs benè esset res: vt notauimus s. de negot. gest. si quis nolente. *In integrum.* Restituentur ergo per hæredem vel bonorum possessorem, etiam si aliquid de bonis eorum non diminuitur, cùm intersit eorum sumptibus & litibus non vexari: vt ff. de minoribus. *Debetis.* Id est, potestis. sic de officio proconsulis. l. 3. & talis in integrum restitutio de abstinendo ab hæreditate, non debet fieri nisi causa cognita. Quid autem versetur † in causæ cognitione, 8 dicit hîc authentica, *Si omnes, &c.* Debent enim vocari hi quos causa contingit: hoc est, creditores sicut ibi dicit: & fortè legatarij quia hos causa contingit: vt j. ad legem Falcidiam, authentic. sed cùm testator. & argument. j. de auctor. præstan. l. vlt. si verò eis non citatis datur

datur restitutio, non valet: vt ff. de minoribus. etiam §. vlt. *Citentur.* Per
9 edicta vel executores, aut præconum voces, his enim † modis fit citatio. *Quibus vltra tres menses.* Debent ergo expectari vsque ad tale spatium: vt j. quomodo & quando iudex. authent. qui semel. & si non venerint, discedet sine periculo ab hæreditate. Et nota. quia in absentia, lite prius contestata, & semel cognita, fertur sententia, & valet, dummodò solemniter sint citati: vt j. de iudic. properandum. & j. quomodo & quando iudex. l. 3. sed videtur contra. ff. quæ sentent. sine appel. l. 1. §. item. Dic quòd non obstat, quia illud est intelligendum quando
10 nullo modo propositum erat edictum † peremptorium: vel si fuit propositum, non solemniter erat propositum. & quod dicit, Neque in notitiam peruenit, &c. Dicit ad maiorem exaggerationem vel euidentiam. sed cùm aliquis citatus est solemniter, certè nihilominus tenet sententia lata in eius absentia: vt s. dixi, minore tamen abstento, debet præstare si quid ex hæreditate in rem eius peruenit, nec periit per ætatis imbecillitatem: vt ff. de minorib. ait prætor. §. non solùm.

Si cvm avi. *Non adisti.* Id est, repudiasti. *Obtinere.* Scilicet,
11 per bonorum possessionem: alias enim non licet adire † auitam, repudiata paterna, vt j. vnde liberi qui se pa. nisi in casibus: vt ibi not. poterit ergo in integrum restitui ad auitam. Vnde quod dicit in integ. &c. non refero ad paternam, sed ad auitam.

SI VT OMISSAM HÆREDITATEM, VEL BONORVM POSSESSIONEM, VEL ALIQVID aliud acquirat. Tit. XL.

L. 1. Minores posse in integ. rest. Si tamen bona non sint vendita: vt ff. de minorib. quòd si minor. §. Scæuola. Præterea in casu quodam nõ restituitur, vt cùm restituitur contra aditionem factam à patre, vel auctoritate patris, quia tunc non restituitur iterum vt liceat sibi adire: vt j. de bon. quæ lib. l. vlt. §. vbi autem puerilis ætas.

L. 2. Ad bonorvm. *Bona quæ hab.* Tam ex testamento, quàm ab intestato: vt j. de coll. ex testamento.

IN QVIBVS CAVSIS IN INTEGRVM RESTITVTIO NON SIT NECESSARIA. Tit. XLI.

SVMMÆ.

1 *Vbi nulla est infirmitas, non est opus medicina.*
2 *In minoribus contrahitur mora à debitoribus eorum, sine interpellatione, secus in persona maiorum.*
3 *In lucris & damnis restituitur minor.*
4 *Lex interpellat pro minore.*
5 *Plures sunt actiones quàm contractus bonæ fidei.*
6 *In legatis & fideicommissis debentur vsuræ.*
7 *Actio stricti iuris ex testamento.*

L.1. MINORIBVS. Cum hac lege concordat .j. de his quibus vt indignis minoribus.

L.2. ADOLESCENTIÆ. *Ante scripsimus.* fortè in græco. *Seruatur.* Quasi dicat non est opus medicina, vbi † nulla est infirmitas. non enim currit illud tempus quinquennij querelæ inoffic. in minori ætate: sed ipso iure illæsi seruantur. 1

L.3. IN MINORVM. Licet aliàs etsi lex loquatur circa vltimas voluntates, non sequitur quòd ita non sit in contractibus: vt notatur ff. de pactis, inter heredes, tamen quod hic dicitur, speciale est in minoribus: nec trahendum est ad maiores. in maiorum enim persona non tenetur debitor † ad vsuram nisi per interpellationem. aliter enim non esset in mora. vnde quod facit maiori sua interpellatio, facit minori ætati fauor, nec est opus in integrum restit. licet aliàs restituitur † in lucris & in damnis: vt s. habuimus. ergo de iure suo sine aliqua restitutione, quamuis non interpellauerit poterit petere vsuras. nec restituitur vt fingatur interpellasse. lex enim habet pro interpellato † nomine minoris. & ideo l. ista ponitur sub hoc titulo. *Re ipsa.* id est, ex eo ipso quòd debetur sine aliqua interpellatione. *Precy.* Scilicet: quia vendidit. & ponit hoc exempli gratia. nam idem esset in aliis omnibus contractibus bonæ fidei, qui enumerantur instit. de actio. §. actionum. sed ibi loquitur in actionibus † bonæ fidei, quæ plures sunt quàm contractus: quia quandoque est actio bonæ fidei, nec nascitur ex contractu bonæ fidei, imò ex quasi contractu, vt ibi patet. Et quamuis hic loquatur in contractu, idem intelligo in quasi contractu. nam & in legatis † & fideicommissis tenetur quis ad vsuram: vt hîc dicit: & habebimus specialem titulum .j. de vsu & vsufruct. leg. vbi quis ex quasi contractu. & idem hodie intelligas in legatis & fideicommissis, cùm sublata sit differentia. Sed nónne pro legatis competit actio ex testamento quæ est † stricti iuris? Qualiter ergo in ea dicit venire vsuram? Sed licet sit stricti iuris, imitatur naturam bonæ fidei. *Recepto iure.* Speciali scilicet in persona minorum. *Creditum est.* Ab imperatore. nec intellige quòd talis sit hæc credulitas, sicut alicuius priuati, imò inducit præsumptionem iuris, & de iure, cùm ita visum fuerit imperatori. ergo cum imperator dicat, Ita mihi visum est, non admittit probationem in contrarium. & est idem in summa vt ff. de arbit. quid inde. & de re iudic. in sententiis. *Moram fieri.* Fictione, quia in veritate mora non est, moram desiderat, imò desiderare videtur quòd aliquis soluat, cùm graue † sit fidem fallere. ff. de pact. & de constit. pec. & de act. emp. ex empto. sed aliter intelligendum est sic scilicet moram desiderant, subaudi puniri. vel intellige, id est, † fructus moræ purgari. *In bonæ fidei.* Non dicit stricti iuris: quia in his contra. est: vt notauimus. 2 3 4 5 6 7 8 9

notauimus.j.de condic.indeb.l.1.Videamus de fructu huius moræ. Et quamuis hic non dicat, videtur tamen aliàs specificare, j. de action. empti. curabit. Vidistis ergo de mora ista & de eius fructu, scilicet 10 vsura.Sed quæri posset vtrùm esset alius † fructus moræ, vel alia mora.Et certè sic.vnde ad euidentiam istius legis distingue circa moram, quia mora alia communis, alia specialis. Si quæras quæ est communis, dicit lex, quòd non potest decidi quæstio ista, cùm sit magis facti quàm iuris: vt ff.de vsur. mora.Sed licet ibi dicat quòd non possit decidi, subaudiendum est facile,sicut cùm aliàs dicit lex, vniuersitatem non posse consentire, subaudiendum est,facile: vt notauimus ff. quod metus causa. metum §. animaduertendum. Potest enim diffiniri, licet sit difficile propter diuersitatem factorum: vnde aliàs comprehensæ sunt pœnæ quorundam criminum in lege. Sed cùm omnes comprehendi non possent, dicit lex quòd iudex imponat prout sibi visum fuerit, & ideò factus fuit titulus ille de variis & extraordina-11 riis criminibus. Potest ergo sic diffiniri mora, † communis est mora, cùm quis maior XIIII. annis interpellatus per diem appositam lapsam, vel per litis contestationem, cùm intelligit se debere, vel teneri debuit intelligere, nec omissa sit rei petendæ instantia.sine causa distulit 12 rei solutionem vel præstationem. Quid autem maiorem oporteat † esse aliquem XIIII. annis ad hoc quòd sit in mora, probatur ff. de verborum obligationibus si pupillus. & per aliam legem eiusdem tituli. sed & si ex stipulatu. & ideò induxi eam, quia videretur fortè quibusdam contra. sed non est, imò apertius dicit quàm alia.nec est contra. ff. de eu ctionibus.si dictum. §. vltim. quia dicit quòd fiat denunciatio pupillo sine tutoris auctoritate. Sed intellige hoc edictum esse in fauorem pupilli, quia si ei non denunciauit cùm potuit, non aget non quoad damnum: quia si denunciauit sine tuore, non tenetur,sicut in §. illo notatum est. Quod etiam ex diei transfusione 13 † mora fiat, dicitur ff. de verborum obligationib. si fundum. & j. de contrahend.stipulatio.magnam. De litis contestatione probatur ff. de verborum obligationib.nemo in fine. & hoc in singulari iudicio, quia in hæreditaris petitione his modis fit bonæ fidei possessor malæ fidei, s denunciatione per controuersiæ motionem, & per litis contesta-14 tionem: & hoc quantum ad fructus: secus quantum ad † fatalitatem, vt ff. de petit.hæred.l.item veniunt.§. petitam. & l. illud. Idem est in familiæ erciscundæ iudicio, vt ff. de hæredit. petit. sed si lege. At in rei vindicatione non fit malæ fidei possessor, nisi per litis contestationem, vt j. de rei vendicatio. certum. nisi in bonæ fidei contractu fiat denunciatio, vt infrà de rei vendicatio. si fundum. Denunciationem 15 eius † cui debetur,congruo loco & tempore factam probatur. vt ff. de vsur. mora. & ff. de solutio. si soluturus.& ff.de verborum obligation. si ex legati. De eo quòd intelligat se teneri,vel debere, debuit intelligere,probatur ff. si cert. petat.quod te. De non omissa debita instantia.& de eo quòd sine causa distulit solutionem,habes. ff.de vsu mora. & l. sciendum. Et sic per diuersas leges potest colligere quid sit mora, 16 licet alicubi non inueniatur expressum. Quis autem sit effectus † huius moræ communis,dic vt diligentet notatur in summa. §. hæc mora facit.&

facit & §§.sequentibus, vsque ad §.illud. Specialis mora † fit duobus 17 modis, fauore & odio. Fauore, vt hîc. Fit etiam fauore circa libertatem, item fauore cursu biennij. Odio, vt in fure, prædone, sicut notaui s.quod metus causa. l.1. Et quid inducant istæ moræ, & qualiter mora purgetur, dic vt diligenter notatum est in summa. §. fit mora. vsque in finem.

QVI ET ADVERSVS QVOS IN INTEGRVM RESTITVI NON POSSVNT.

TIT. XLII.

SVMMÆ.

1 *Nemo seipsum docet.*
2 *Verisimilitudo quando procedit.*
3 *Minor industrius non præsumitur deceptus.*
4 *Inopia probationum defertur iusiurandum.*
5 *Ex qualitate personæ, quandoque minor, aliquando maior fides habetur.*
6 *Persona patris, filio honesta sanctaque semper videri debet.*
7 *Aduentitia hereditas.*

L.1. IN CONSILIO. *Se docuerit.* Id est, doceri se fecerit. Nemo† enim seipsum docet: nec ferendus est iuuenis qui hoc 1 non probat, quasi nullo liberi hominis studio imbui meruerit: vt j. de alim. pupil. præstand. l. vlt. Debet ergo esse in consilio cognoscentis de restitutione, vtrum sciat bene se habere circa familiam. & vtrum doctus sit actibus publicis, quia sæpe fuit iudex in curia, & bene sciebat, & erat exercitatus in officiis curiæ: & propter hoc verisimile non erit ipsum fuisse deceptum. sic & aliàs verisimile non est propter dignitatem aliquem compulsum in vrbe ad soluendum indebitum: vt ff. quod me. cau. non est verisimile. † sic & indebito 2 soluto. non enim ita creditur resupinus vt pecunias suas iactet, & indebitas effundat, maximè si sit diligens paterfamil. &c. vt ff. de probat. cum de indebito, ergo diligentia facit ibi præsumere ne aliquis indebitum soluat, & etiam idem in alio: quia in indebito soluto parificatur sapiens & stultus. nemo enim ita est resupinus, &c. maximè tamen diligens, vt ibi dicit. sed aliud hîc quia ad hoc quod minor præsumatur non esse deceptus, oportet esse diligentissimum, & actibus publicis edoctum, & bene peritum in iure: vt hîc dicit. Sed cùm iste minor qui honestæ vitæ fuit & † industrius, dicit se deceptum, nónne debet 3 credi eius simplici verbo? Et videtur quòd sic, arg. ff. de re mil. non omnes §. à Barbaris. Sed aliud est in integrum restit. quia ibi offertur libellus: iuratur etiam de calumnia. vnde si vterque iurauerit, & vnus affirmat, alius negat, non est credendum simplici verbo alicuius, quāuis fuerit honestæ vitæ. sed ibi cùm non præstetur sacramētum & antè fuerit honestæ vitę, bene creditur simplici verbo propter honestatem. Sed videtur quòd non sit habenda consideratio circa minorem quam dicit in l. ista: quia cùm aliquis dicit se deceptum, aut probat se deceptum, aut non. si non probat, non debet restitui, sit industrius, vel non: vt

non:vt s. de in integr. rest. minoribus,& ff. de iureiuran. nam postea. si probat, debet restitui, sit industrius vel non: ergo ista consideratio nihil ad rem Respon. quia diuisio tua insufficiens fuit. omisisti enim istud membrum, aut semiplenè probat. vnde aliàs inopia probationum 4 †defertur sacramentum: vt s. de iureiur. in bonæ fidei. si ergo semiplenè probat, & sit industrius, præsumitur contra ipsum, vt hîc dicit: & ita consideratio ista facit contra ipsum: cùm probat semiplenè. Vel potest intelligi quando plenè probauit, & alius probauit contrà. si enim industrius est, non restituitur. vel intellige quòd regula supradicta fallit vbi mutuò accepit. ibi enim etsi non probatur, bene restituitur: quia oportet aduersarium probare ipsum locupletiorem: vt s. aduer. cred. l. 1. si tamen sit industrius, contra ipsum præsumetur, vt dicit. ergo talis consideratio circa qualitatem personæ multùm facit in talibus dubiis ad 5 hoc vt restituatur minor vel nõ. sic ergo ex qualitate †personæ minor quandoque fides habetur, quandoque etiam maior: vt ff. de iureiur. si duo, & in delatione sacramenti: vt notauimus infrà, de iureiur. l. 3. *Liberorum educatione.* Quia enim liberos educat, studet propagandę soboli: vt infra, qui ætate lib. x. l. 2.

Cvm apvd. *Nam personarum reuerentia om. eis exclu. restit.* Siue L. 2. enim sit honesta persona patris siue non, semper debet videri filio ho- 6 nesta † & sancta: vt ff. de obseq. l. antepen. assignatur contrarium, s. si aduer. rem iud. si cùm pater. Dic quòd corrigitur: vel solue vt ibi no. Assignatur etiam aliud contrarium. s. si aduer. do. l. 2. Respon. ibi non restituitur aduersus patrem, sed aduersus illum cui vendidit. Vnde intellige quod ibi dicit, quando pater alienauit, nec tenebatur de euictione, nec imminebat ei aliquod periculum, alioquin non posset restitui, vt [illegible]. Assignatur & aliud contrà. j. de bon. quæ lib. l. vltim. So- 7 lutio. speciale est in aduenticia †hæreditate filiofamil. delata. Vel intellige [illegible]ud quando pater nõ adiuit hæreditatem repudiatam à filiofam. minore. si adiuerit, contra est. Est & contrarium. s. de dolo, si superstite. Respon. restitutio non denegatur quæ petitur actionis iure, quæ scilicet est inducta per l. scriptam. si verò petatur iudicis officio, & ab ipso iudice viuente denegatur: vt hîc. *Ipsas personas.* Liberorum. *Sua opinione*, scilicet parentum.

SI MINOR SE MAIOREM DIXERIT.

Tit. XLIII.

SVMMÆ.

1. *Maioritatis assertio quando præiudicat minori.*
2. *A[illegible] ad probationem facit.*
3. *Contra[illegible]rum eadem est disciplina.*
4. *Delictum supplet ætatem.*
5. *Faciliùs denegatur ius speciale, quàm commune.*
6. *Magis creditur scripturæ quàm testibus.*

L.1. SI CVM MINOR. *Decepta*. Si ergo minor asseruit † se ma- 1 iorem aduersarij dolosa suasione, nō præiudicatur ei etiam si iurauit corporaliter præstito sacramento, vel verbotenus. Nec obstat ȷ̄.eo.l.pen. quia ibi non loquitur in eo casu quando minor ab alio decipiebatur.

L.2. SI IS QVI NVNC. *Te decepit*. Et ita fortè egit in iudicio, vel alienauit. *Erran. non fallen*. &c. Idem dixit lex in muliere. ff. ad Velleian. l.2.

L.3. SI ALTERIVS. *Aspectu labo*. Nota quòd † aspectus facit ad pro- 2 bationem eius de quo agitur, sic ff. de minorib. minor x x v. annis. & ff. de feriis. l.2. & ff. finium regund. si irruptione. in fin. & sunt alia multa genera probationum: vt notauimus ȷ̄. de probationibus. cùm malitia supplet ætatem. Tot enim dolos habebat in se, quot anni deficiebant, & sic supplet annos malitia. Ergo eadem ratione bonitas vel honestas supplebit annos, quia † contrariorum eadem est disciplina, & sic ha- 3 buisti s̄. tit. proxi. l.1. & habebis ȷ̄. de his qui ve. ætat. impet. l. omnes. sic & in decretis continetur: quia aliquis fit diaconus vel subdiaconus ante tempus propter bonitatem & honestatem quam in se habet, vt L X X V I I. distinct. cap. monachus. & sic aliàs † delictum supplet ætatem. 4 ff. de re iur. pupillus. sic & filij supplent ætatem quoad honores. s̄. de in integ. restit. l.2. Statutū est s̄. eodem. l. prox. *Quòd si per iniuriam*. Quod dicit iste §. habuisti. s̄. eod. l.1. & sine distinctione aliqua subuenitur hic minori, etiamsi iurauerit, vt ibidem notaui. *Adulis itaque, &c.* Hic specialem casum ponit, quando scilicet minoris dolus non interuenit: nec referas ad superiorem casum proximum, sicut videtur referendum. Ponit enim tres casus, & in hoc casu vltimo distinguit: vnde versiculum illum, si tamen, &c. referas ad hunc casum, non ad eum quando malitia aduersarij interuenit. tunc enim propter sacramentum non repelletur, vt not. s̄. l.1. Sed videtur contrà ei quod hîc dicitur de sacramento, s̄. de transactionib. si ex falsis. Sed intellige hoc, quando non interuenit aduersarij dolus, si minor credebat se maiorem, tunc non restituitur, si iurauit, vt hîc dicit. Ibi autem interuenit aduersarij dolus, & ideò iuuatur: vel refer quod hic dicitur, ad casum illum quando minor deceptus est ab aduersario, non tamen protulit instrumenta falsa: tunc enim iuraretur, vt ibi. Sed hic per verba suasit ei, & sic decepit eum: tunc si iurauit, non potest petere restitutionem. Et licet aliàs liceat replicare de dolo, hîc tamen non restituitur: quia faciliùs remouetur quis à restitutione sacramenti, quàm à replicatione doli. fa- 5 ciliùs † enim denegatur ius speciale, quàm commune: vt not. s̄. si aduersus vendit. l.1. ita est cùm corporaliter præstitit sacramentum tangendo librum. Sed si verbotenus, quia iurauit in fide qua Christianus est, se esse maiorem, & instrumento asseuerauit, tunc poterit probare contrarium per instrumentum, non per testes: & ita non eandem vim obtinent hic instrumenta & testes, quod est contra regulam ȷ̄. de fide instrument. in exercendis. & est ratio quare fallat, quia quæritur de numero annorum. Facilè enim labuntur anni, & ideò non facilè retinentur in memoria hominis. Aliud in scriptura, quia quod in charta scribitur, semper dicit charta: sicut & in vulgari dicitur. Et ideò magis credi-

6 creditur scripturæ quàm † testibus in hoc casu. Si verò de emptione stipulatione,& similibus quæretur, tunc magis non creditur instrumétis quàm testibus.

Cvm circa. *Erratum esse*,&c. Quia minor inducebat instrumétum in quo continebatur, quo mense & quo anno esset natus, & præses non bene sciens de indictionibus, male computando pronuntiauit eum maiorem,& sic errabat, tunc minor restituitur, si probauerit talem errorem. L. 4.

SI SÆPIVS IN INTEG. RESTIT. POSTVLETVR. Tit. XLIIII.

SVMMÆ.

1 *Præscriptio* xxx.*ann. currit min.* 2 *Noua defensiones.*

Si post sententiam. *Appellandi ius vobis restituimus.* Patet ergo per legem istam quòd plus est si aliquis restituitur ad totam causam quàm ad appellandum: vt ff. de in integ. restit. l. vltim. & notauimus s. si aduer. rem iud. l. vlt. & probatur per l. istam quòd præscriptio † xxx. ann. currit minori, sed restituitur: vt notaui in quibus caus. restit. l. vlt. L. 1.

2 Qvanqvam. *Nouis defens.* Nouæ dicuntur † defensiones, non tantùm quæ de nouo quæruntur, sed quæ tempore prioris causæ minori competebant, tamen recitatæ & exhibitæ non fuerunt. & sic glossis nouis, id est, postea repertis, vel etiam quæ antè competierunt: vt s. dixi. *Adeant.* subaudi iudicem. L. 2.

In vna. Patet quòd nisi nouæ prætendantur defensiones, quòd restitutionis auxilium non poterit iterari. L. 3.

DE HIS QVI VENIAM ÆTATIS IMPETRAVERVNT. Tit. XLV.

SVMMÆ.

1 *Qui per alium facit, ipse facere videtur.*
2 *Merum imperium demandari nõ potest.*
3 *Morum honestas quid operatur.*
4 *Mulieres præsumuntur sagaciores quàm masculi.*
5 *Perfecta ætas verè intelligi debet.*

Os qvi. *Veniam ætatis.* Id est, indulgentiam ætatis maioris quoad contractus & honores & similia. *Circunscripti esse videãtur.* Quod non debet esse, ne iniuriarũ inde nascatur occasio, Vnde iura nascũtur: vt j. vnde vi, meminerint. L. 1.

Omnes. Prædit, quidam prædititi sunt diuitiis, sed isti moribus. *Frugem.* Hoc est substantiam. *Ipsi per se.* Nonne & per procuratorem possunt? Nam aliàs generale est quòd † id quod per alium gerimus, nos gerere videamur: vt ff. de adm. tut. ita autem. §. gessisse. & videtur per l. supra de procurat. in pecuniariis. Sed dic quòd speciale est in hoc casu, vt non admittatur procurator. Præterea sunt alij multi speciales, vt L. 2.

interdicto de lib. exhib.ff. de procurator. Pomponius. Sed & iudex finito officio per se tantùm non per procuratorem respondet: vt suprà, vt omnes tam ciuiles quàm milita.l. 1. Idem in eo cui mouetur cōtrouersia status: j. de asser. toll. l. 1. Item quis quandoque per se agit aliquid, non per procuratorem: puta inducit dominus nouum emphyteutam in possessionem: vt ff. de emphiteut. iure l. vltim. Item merum † imperium non potest demandari: vt s. de offi. eius cui mandat. est 2 iurisdictio. l. 1. *Instituta.* Id est introductiones vel doctrinam, quia cum bonis conuersatus est. *Probitatémque.* Quia probè faciunt ea quæ faciunt. *Testimonium vitæ honestæ.* Nota quòd nedum morum suorum instituta, probitatémque animi deberent docere, sed etiam bonum vitæ testimonium. & facit multum ad promotionem clericorum: quia nedum mores debent considerari, sed etiam vitæ honestioris testimonium probent per testes vel instrumenta. sed suprà, si minor se maio. l. penult. speciale est quòd non probetur nisi per scripturam: vt ibi notaui. Edoceant, id est, probent se probasse secundum P. vnde dixit quòd bis tenentur probare, semel apud imperatorem cùm petunt ætatis veniam. item apud iudicem probant se probasse & agnouisse: vt infrà, quorum bonorum. l. 1. Sed quare bis probare? Et certè non videtur: vnde Io. aliter intellexit, quia dicit quod apud principem debeat allegare, & dicere de morum † honestate, 3 non tamen probare se bene gessisse, & alia multa. imperator enim cùm circa totius mundi curas sit occupatus, vnde in authentic. ita incipit, occupatis &c. huiusmodi probationes audire non posset, sed ipse concedit priuilegium. & postea de his probare debet apud iudices apud quos allegat priuilegium. qui autem sunt illi, dicit infrà cùm octauum & decimum. Breuius ergo spatium statuit in fœminis quàm in masculis: & hoc quia mulieres præsumuntur † sagaciores quàm ma- 4 sculi. & sic distinguitur masculus à fœmina in pubertate, quia pubes est masculus cùm compleuerit XIIII. annos. fœmina XII. citius enim crescit fœmina quàm masculus, & herba mala quàm bona. *Annos tantùm.* Et non mores: præsumuntur enim sagaciores: vt suprà dixi. *Sed senatores.* Sic ergo minor potest esse senator, & de priuilegio suo debet allegare: & probare de moribus coram præfecto prætorio, Romæ commorantes: cæteri apud prætorem: in prouinciis verò omnes apud earum rectores.

L. 3. EOS QVI. Parificantur ergo in lege ista omnes tam hi qui veniam ætatis impetrauerunt, quàm alij circa alienationes rerum suarum in quibus exigitur decretum, faciendas. debent enim vtrique facere cum decreto.

L. 4. SI QVIS. *Completur.* Ergo hîc intelligitur perfecta † ætas pro ea quæ 5 verè est perfecta. s. XXV. annorum. simile est in nuptiis. j. de nupt. sancimus. Aliud habes simile ff. de verb. obl. ex ea parte. §. 1. ff. de legat. 2. cùm pater. § heredi. Sed contra. est arg. j. de instit. & substit. si mater. & ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si an. & ff. de in ius voc. sed & si hac lege. § parentes.

SI MA-

SI MAIOR FACTVS RATVM HABVERIT.

TIT. XLVI.

SI INTER MINORES. *Fecerint.* Expressim. hæc enim est differentia inter istum titulum & illum ȷ̃.si maior.fac.ra.quia ibi loquitur tacite per cursum temporis,quia factus maior per xx. vel x. vel v. annos.hic autem cùm expressim ratum habuit. L.1.

QVI POST. Huic legi bona est concordantia.ff.de lib. caus. liberis.§.1.sed videtur contra.ff.de mino.l 3.§.suo. Respon. quia hic loquitur quando maior expressim comprobauit, quæ priùs gesserat in minori ætate:imò,sicut ibi notauit Yr.maior factus non fecit approbando priùs factum,sed ex consequentia prioris facti incidit in secundam cautionem. L.2.

VBI ET APVD QVEM POSTVLETVR IN INTEG. RESTIT. TIT. XLVII.

SVMMÆ.

1 *Actio sequitur forum rei.* 2 *Magistratus restituere possunt.*

SI QVID. *A procuratore.* Patet per l. istam quòd princeps solus restituit contra sententiam procuratoris sui. L.1.

1 QVONIAM EA. *Quos conuenis.* Actor † enim forum rei sequi debet. L.2.

CVM SCIMVS. *Aliqua iurisdictio.* Ordinaria, etsi nō habeat merum imperium. *Pedaneos,*id est delegatos,aut humiliores,vel infimos. Vt videatur ipse,&c.cùm enim delegatus facit, ipse facere videtur:vt ff.de adm.tut. ita autem.§.gessitle. *Pro tribunali.* Pro tribunali cognoscit ille qui habet merum imperium. *Sed ne,*Pro non. *Compromissarios iud.* Electos cum pœna.*Vel arbitros.*Electos sine pœna. *Non habent.* cū administratione,vt ȷ̃.patet. *Inciderit autem quæ.quæstio rest.* Patet ergo quòd restituere potest iudex delegatus siue ipsa causa restitutionis specialiter sibi fuit delegata,quod & veteri iure licebat:siue generaliter dati sunt ad causas,siue etiam super aliqua causa speciali, inciderit autem quæstio restitutionis. sed videtur contrà. ff. de off. procons. & leg.l.nec quicquam.§.vbi decretum. & ff. de transact. cùm hi,§. cùm prætor Respond.illud generale est. hìc enim specialiter loquitur in causa restitutionis:vnde hoc speciale dici potest: quod patet, quia & antiquitus poterat cognoscere de restitutione specialis legatus super hoc. Hic addidit,quia generalis poterit,siue datus sit aliquis super aliqua alia causa speciali. Videtur & aliud posse induci contrà, quia vt s̃. dixi, etiam iure veteri specialiter delegari poterat causa restit.ergo magistratus municipalis potest de restitutione cognoscere: vt ff. de offic. eius cui mand.l.1.at hoc lex vetat ff.ad municip.ea.quæ. Respon.illud 2 corrigitur per istud. hodie enim possunt magistratus † restituere. vel dic quòd potest causa restitutionis delegari, non tamē restituet magistratus. Illud enim verum est,quòd quæ iure magistratus competunt, L.3.

possunt delegari:sed è conuerso non sequitur quòd si aliquid specialiter delegari potest, quod competat iure magistratus: vt in hoc exemplo, & in mero imperio, cuius cognitio specialiter demandatur, si cõtingat præsidem abesse: vt in prædicta l. de officio eius cõtinetur. hæc & alia posses dicere vt in fine summæ huius tituli.

DE REPVTATIONIBVS QVÆ FIVNT in iudicio in integrum restitutionis.

TIT. XLVIII.

SVMMÆ.

L. vnic. 1 *Fœnerator.* 2 *Minor aliquando non restituitur*

QVI RESTITVITVR. *Et ideò quicquid ad eum peruen.* &c. Restitutio enim est ita facienda, vt vnicuique ius suum cõseruetur: vt ff. de minor. quòd si minor. §. restitutio. ita est in aliis contractibus. Quid in mutuo, & in eo qui minori soluit quod debuit? in prædicto §. restitutio, continetur quòd si soluat emptor pretium minori sedenti in ludo perditionis, vt quia soluit ei cùm luderet ad aleacarium, recuperabit rem, & habebit pretium. & idem. ff. de adm. tut. sine herede. §. interpo. Idem dicit in eo qui credidit pecuniam minori sedenti in ludo perditionis. & sic ille. §. in princ. facit similitudinem inter hæc. tamẽ post aliquantulum derogat similitudini, cùm dicat, sed parciùs in venditione, &c. & voluit P. intelligere illã parcitatem tam in venditore, quàm in fœneratore. dixit enim quòd si fœnerator †credat minori sedenti in ludo perditionis, non restituit pecuniam, siue habeat eam, siue non: satis est quòd dedit ei sedenti in causa perditionis. aliud si credidit non sedenti in ludo perditionis, sed facienti alias negotia sua. hic enim minor restituit, si habeat. alioquin contra. Cùm verò emptor soluit minori, dixit quòd si soluat ei in ludo perditionis, restituit, si habet. & hoc potest esse, quia non amisit in ludo perditionis, restituit, siue habeat, siue non. & ita Pla. notauit inter eos differentiam per hoc quod ibi dicitur, parcus. Io. tamen visum fuit idem in fœneratore & emptore soluẽte. licèt promptior ratio sit in emptore, quàm in fœneratore: quia fortè emptor posset probare per vnum testem, fœnerator verò debet probare plenè. vnde licet aliqua ratio sit ibi magis fauorabilis quàm in alio, idem tamen dicendum vtrobique. & pro nobis est arg. vbicunque in l. ponitur maximè, quia idem notat in vtroque. expressior tamen ratio est in vno quàm in alio. sic & ĩ. ponitur in eadem l. §. Scæuola, multo parciùs, &c. Et quòd idẽ sit vtrobique, probatur ff. de mino. l. patri pro filio. §. 1. *Sed si intercessor.* Subaudi, animo nouandi, non fideiubendo, mandando, constituendo. tunc enim non esset sublata actio vetus, & ita non oporteret eam restitui, cùm apud eos remaneret. Præterea intellige quando non est deceptus à creditore, vt apud eum intercedat: † tunc enim non restituitur

tur in debito: vt ff. de fideiusso. si Titius. Prætereà intellige quando ciuiliter & naturaliter erat obligatus. si enim promisit nouandi animo sine tutore, non restituitur, vt instit. quib. mod. ob toll. §. præterea. nec datur actio creditori, vt ibidem dicitur, contra debitorem. est enim eius obligatio ciuilis & naturalis translata in naturalem tãtùm: vt ff. de noua, l. 1. licèt P. per prædictum §. præterea, voluerit distinguere, cùm restituitur minor, in intercessione intercedat pupillus animo nouandi, an adultus. Primo casu non restituitur actio in veterem debitorem, secùs in secundo. Sed idem in vtroque dicendum, si iuuentur beneficio restitutionis. at ibi non iuuabatur impubes qui promisit sine tutoris auctoritate, quare non restituitur, nec datur actio creditori in veterem debitorem: vt s. dixi. seruus autem si promittat animo nouandi, non præiud cat alij, cùm ipse nec naturaliter ex tali causa obligetur: vt in prædicto §. præterea. & ff. de fideiuss. seruus. & l. sed & si serui dominus. *Peruenit.* Nisi periit per imbecillitatem ætatis: vt ff. de minor. ait prætor. in fin. & si dolo ipsius factum est quo minus ad ipsum perueniret, nihilominus tenetur ad ipsum, vt hîc dicit. sed & in deposito licèt dolus eius non interuenit, ten tur in quantum locupletior est factus. Idem in commodato: vt ff deposit. l. 1. § an in pupillum. & ff. commod. l. 1. §. vlt. & ll. sequentibus.

ETIAM PER PROCVRATOREM CAVsam in integrum restit. agi posse.

TIT. XLIX.

L. vnic.

CAVSVM. *Etiam per procuratorem.* sc. pecialem. si verò de speciali mandato dubitetur, debet cauere ratam rem dominum habiturum, vt ff. eo. l. illud. §. si talis, & l. quòd si de speciali.

IN INTEG. RESTITVTIONE POST. NE QVID FIAT.

TIT. L.

L. vnic.

POSTVLATA. Patet per l. istam quòd postulata in integ. restit. omnia debent esse in suo statu, in quo erant in principio causę. nó ergo res cuius nomine in integ. restitutio est postulata, debebit alienari, vel sententia executioni mandari, vel ab aliquo quid fieri in præiudicium alterius partis, donec finiatur in integ. restitutio. sic & pendẽte appellatione nihil debet innouari: vt j. de appell. l. 3. & ff. nihil nouari pendente appell. quandoque tamen recipit instantiam quod hic dicitur, quia postulata in integ. rest. aliquid nouatur: vt si minor tempore litis contest. inueniatur locupletior, licèt tempore rei iudicandæ desinat esse, nihilominus tenetur: vt ff. de neg. gest. litis contestatæ. sic & è cõtrario quia si locupletior non erat tempore lit. contest. & postea locupletior inueniatur tempore sententiæ, tenetur inspecto vltimo tempore: vt ff de hered. pet. si à domino vel à patre. §. quo tempore.

DE RESTITVTIONE MILITVM ET EORVM QVI REIPVB. CAVSA ABSVNT.

TIT. LI.

SVMMÆ.

1 *Quadriennium ad impetrádam restitut.*
2 *Annus vtilis.*
3 *Bonorum possessio non transmittitur.*
4 *Tempus petendæ bonorum poss. vtile est.*
5 *Absentia probabilis restitut. inducit.*
6 *Solum tempus non tollit obligat.*
7 *Pro possess. propriè non competit Rei vend.*
8 *Interdicta omnia personalia.*
9 *Rescissoria actio.*
10 *Non debet prodesse vel obesse, quod euenit.*
11 *Negligentia sæpe præiudicat.*
12 *Compensatio temporis quando fiat.*
13 *Vsucapio.*
14 *Præscriptio decennalis.*
15 *Absentia domicilij.*
16 *Studiorum causa publica est.*
17 *Vestes expeditas milites habere debent.*

L.1. SI VALERIANVS *Centurio.* Ita dictus, qui centum præerat militibus. *Quam bon. possess. acceperit.* Ideò dicit, quia olim petebatur & decernebatur, & ita necesse erat accipere. hodie agnoscitur. vt ꝭ qui admit. ad bon. poss. l. vlt. & ꝭ. de curat. furios. l. vlt. *Intra annum vtilem.* Secundùm vetera iura, hodie intra †quadrienn. vt ꝭ. de temp. in inte. rest. l. vlt. Sed quomodo potest 1 esse quòd heres iste habet annum, quia plus habebit temporis ad restitutionem, quàm in quo fuit læsio? non enim potest esse quòd tempus petendæ bon. pos. non erat annus, sed c. dies: vt instit. de bon. pos. §. penult. dic ergo quòd erat de liberis Valerianus, cui delata erat bon poss. ff. & sic intra annum potuit admitti ad petendam bon. poss. vt dicit prædictus. §. Quare si existente Valeriano in iustitia transit tempus bon. possess. & post decessit, datur heredi suo annus ad petendã restit. & sic datur ad restituendum tempus tantum in quãto est læsus: vt ff. eo. sed & si per prætorem §. quotiens. Quidam tamen dixerunt totum quadrienniũ dari vel † annum vtilem, etsi in minore tempore sit 2 læsus. *Post exactos dies.* i. elapsos. & ita cùm possit restitui Valerianus, & eius successor poterit: vt ff. de in integ. restit. non solùm. sed si non essent elapsi dies, quia decessit Valerianus intra c. dies vel annum, tunc non restituitur heres, quia Valerianus tunc non posset restitui, cùm de iure communi admitteretur. & sic nec heres restituitur, nec etiam de communi iure admitteretur. nam bon. possess. quis non† trans- 3 mittit vt notaui ꝭ. qui admitt. ad bon. posses. emancipata, sed tamen auxilio restitutionis non destituitur, licet l. ista dicat contra. quia alia l. dicit restituendum de æquitate: vt ff. de acquir. hered. Panonius Auitus. Intellige ergo quòd hîc innuit non restituendum de iure stricto. aliud enim est de æquitate, vt ibi dicit: quia siue intra bon. poss. decesserit, siue post, restituitur heres, & hæc solutio iuuatur ex verbis in

litera

litera illa positis. Sed nec ibi restituitur heres ex persona defuncti. i. quòd defunctus posset restitui, sed propter defuncti personam, hoc est quia decessit in militia, & poterat iuuari communi iure, subuenitur per in integ. rest. ex illa generali clausula, si qua iusta videbitur in integ. restit. vt ibi. *In militia.* Ideò dicit, quia cùm læsus sit in absentia, locum habet restitutio. Idem si in modico tempore postea. quid si dudũ post? Ibi dissentiunt domini, vt notaui j. eo. quo tempore. Sed videtur quòd non habet locum in integ. rest. etsi læsus fuerit in militia, quia

4 tempus petendæ † bon. pos. vtile est: vt inst. de bon. pos. §. vlt. ergo non cessit, cum non poterat agnoscere, quia non erat in militia: quia tempus petendæ bon. poss. vtile est: vt instit. de bon. pos. §. vlt. ergo non cessit cùm non poterat agnoscere, qui erat in militia. P. dixit, quia non erat vtile tempus huius legis. at hoc diuinare est, quare non videtur rationabiliter dictum. Dic ergo quòd vtile erat. & potuit petere bo. poss. quia habuit copiam iudicis, erat enim præses propè, nec ab eo multum erat remotus ille absens. Sed & si potuit per procuratorem, cur-

5 rit ei tempus: restituitur tamen, eum fuerit absens iusta causa † & probabili vt ff. de diuer. temp. præscrip. l. 1. & ff. quibus ex caus. maior. sed & si per prætorem §. vlt. Item videtur quòd non habeat locum restitutio: vt ff. ex quib cau. maior is qui reip. Respond. quia illud verum est quando constabat absentem lædi. eodem modo si præsens fuisset, vt in damno alluuionis, in occupatione fluminis, & restituto seruo natalibus. in quibus præsumitur & verum est quòd eodem modo in absentia & in præsentia liberetur: & ideò etiam absens non restitueretur in talibus, vt ibi. sed hic non est ità. nec enim verisimile est, quòd si præsens esset, pateretur labi tempus bonorum possessionis petendę. homines enim potius currant qualiter acquirant sibi, quàm velint amittere: & ideo datur restitutio.

L. 2. Si qvid de bonis. Quid computetur esse in bonis, dic vt ff. de verbor. sig. verborum § in bonis. *Diminutum est.* i. vsucaptum est. deperditum est, quod desiit esse in rerum natura: vt ff de petit. hered. deperditum. *Liberatus est.* Per exceptionem, non ipso iure: quia solum tẽ-

6 pus † non tollit obligationem: vt ff. de act. & oblig. obligationum in princ. Si ergo est aliquid vsucaptum de bonis eorum, vel aliquis actione eis competenti liberatur, in integ. restituitur. sed & restituitur in alio tertio: s. quod potuit lucrari, & non est lucratus: vt s. eod. l. prox. non enim solùm in damnis restituitur, sed & si potuerit aliquid lucrari: sicut & alias duo exempla ponit l. ff. quib. ex cau. maior. si quis tutò. sed in his quæ cum alterius iniuria fiunt, puta quia vsucapiebat quis rem, postea fuit in captiuitate antequam completa esset vsucapio: dum est in captiuitate, non vsucapit, nec restituitur reuersus ad hoc quòd videatur vsucepisse: vt ff. quib. ex cau. maio. & l. superiori. sed restituitur in amissa seruitute: vt ff. eo. l. 1. & in eremodicio: vt s. de procura. quoniam absente.

L. 3. Qvod tempore. Pone quòd aliquis miles erat in militia, & cùm esset sic absens, equus suus ab aliquo bona fide vendebatur, & alius bona fide emit & vsucepit: & postea reuersus est miles. quærit de re illa vbi esset, sicut & plerunq; homines facere consueuerunt. noti;

ficatū fuit ei quis haberet: & sic cùm sciuit qualiter ille vendiderat, cogitauit quòd graue esset conuenire non possidentem, & redarguere de mala conscientia, maluit conuenire possessorem. quæritur verum possit. & dicit l. ista quòd amota præscriptione medij tẽporis intra annū vtilem per in integ. rest. poterit rem vendicare. transacto verò quadriennio nō poterit rem auocare à possessore. ordina ergo sic literam: permissum est vendicare possessionem eius temporis, quod tempore militiæ est possessum ab aliquo de bonis alicuius. *Possessum*. Subaudi, & vsucaptum. si enim possessum esset, & nondum vsucaptum, non haberet locum sequens litera de amotione præscriptionis. cùm enim mero iure esset tutus, nō esset opus restitutione vel medicina: vt ff. de mino. in causæ. & hoc probatur per superiorem l. quæ dicit, deminutum est, &c. *Possessionem*. i. rem possessam. sic ff. de verb. sig. interdū pro † pos- 7 sessione enim non competit propriè rei vendicatio. licet & ei qui absens est causa reip. quãdoq; restituitur possessio: vt ff. eo. ait prætor. §. item ei. Sed hìc non dicit de possessione sua, imò de re ipsa vendicanda: & ideò impropriè ponitur possessio: quia pro possessione cõpetunt interdicta, quæ omnia † personalia sunt. non autẽ pro eis competunt rei 8 vendicationes: quia rei vendicatio competit ei qui dominus est, de iure gentium, vel ciuili. *Vendicare*. Quidam voluerunt dicere, quòd reuerso milite statim habeat vtilem rei vendicationẽ. sed inefficacem, opera enim prætoris mortui, mortua sunt, & ideò oportet quòd adeat prætorẽ viuentem, qui insufflet in eam spiritum vitæ. vel etiã dici potest quòd petatur in integ. rest. sicut in minore. aliàs enim non habet actionẽ, vt ff. de mino. quòd si minor. §. vlt. vnde hìc dicit, permissum est vindicare hac s. via amota præscriptione medij temporis, tunc enim habet rei vendicationem. & sumit nomen adiectiuum vt dicatur rescissa vel amota præscriptione medij tẽporis. vnde aliàs appellatur † re- 9 scissoria. vt ff. de act. & obl. in honorariis. quare & lex dicit quòd reuersus dicat non vsucaptum quod vsucaptum est: vt instit. de vsuc. §. 1. & ita dixit P. quòd lex permittit mẽtiri. sed absit quòd lex vel præter hoc permittat. sed ideò dicitur ita in instit. quia si directè non esset vsucaptum seipsum excluderet. nō enim opus esset medicina vel restitutione, & sic non haberet rescissoriam. Intellige ergo quòd dicat se statuẽdum perinde acsi non esset vsucaptum quod vsucaptum est. potius enim est similitudinis expressiuū quod ibi dicitur, quàm veritatis. *Medij*. Medium appellat tempus, quod fluxit ante reuersionem, & postquam fuit absens. exigitur enim secundùm quosdam quòd completa sit vsucapio in tempore absentiæ: vel modico tempore post reuersionẽ. sed non faciunt in hoc vim, inchoetur in præsentia, siue in absentia, dicunt. n. quòd siue fuerit cõpleta in tempore absentiæ vel modicò post, non restituitur reuersus: vt arg. ĩ. eod. l. 1. cùm ibi dicat. sed in militia fuit læsus ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & in hac opinione fuit M. & P. & Alb. & magister Aldricus. B. & Io. visum fuit quòd siue vsucapio fuerit completa in absentia, siue in modico tẽpore, siue dudum post, quòd reuersus restituatur. & casum illum ita ponebãt, quòd primus vsucapionis annus fluxit in præsentia, secundus in absentia. tertius in præsentia post reuersionem. & mouebantur eo quod dicit l.

quòd

quòd si aliquis fuerit præsens per mensem re sua inchoata vsucapi, postea sit absens per mensem, & postea reuertatur, & iterum absens sit, ita quòd menses illi quibus fuerit absens faciãt annum, restituitur, vt deducatur intermedium, vt ff. ex quib. caus. ma. l. necnon. §. si quis sæpius. & sic patet quòd si pluries fuerit absens demum completa vsucapione habet restitutionem nedum vltimæ absentiæ, sed etiam primæ & secundæ & tertiæ in qua non fuit completa vsucapio & pro se
10 etiam induxerunt quod dicit lex, quòd non debet prodesse vel † obesse quod euenit, vt ff. ex quib. cau. ma. videlicet. & licet sic fuerit dudum, postea nihilominus restituetur, & pro eis est ӯ. quibus non obiicitur longi. temp. præscrip. non enim distinguit currat tempus, annon in præsentia: sed ita simpliciter, deducto eo, &c. Si ergo per annum postquam reuersus est, fuerit completa vsucapio secundùm B. & Io. nihilominus habet restitutionem, sed tamen si non fuit negligens, siue sit dies, siue menses, siue annus: imo tanto minus habebit de tẽpore absentiæ, facta pro rata computatione seu compensatione. si verò non esset negligens vsucapione impleta post reuersionem per annum: imò statim quærit aduocatos, sarcinulas componit, vel soluit malas, idem dicendum acsi completa esset vsucapio immodico tempore post reuersionem vel in absentia. sed quia propter negligentiam præteriti temporis vix vel nunquam contingit quin labatur aliquod tempus
11 † negligentiæ. & ad ea quæ sæpius contingunt, aptantur iura, non quæ raro. Ideò dicendum, quòd cùm vsucapio completa est post reuersionem per annum, quòd non est audiendus si petat in integ. vel totum restitui: imò pro rata debet fieri compensatio ipsius negligentiæ cum tempore absentiæ: sicut s. dixi. Si verò completa sit vsucapio in absentia vel modico tempore post reuersionem, dicunt in totum tempus absentię fieri restitutionem: vt si absens fuit per annum, restituitur ad annum totum absentiæ, non ad tempus quo fuit præsens. & sic intelligunt illum. §. sed quod simpliciter. alio modo quàm alij: quia in primo casu cum dicit restituendum quando completur in absentia vsucapio, vel modico tempore post, est intelligendum insolidum. postea autem cùm dicit, nam eum qui differt restitutionem, audiendum non esse: non ob id dicit, quin si interueniat non modicum tempus post reuersionem ante completam vsucapionem non restituatur. sed quia non esset audiendus si vellet restitui insolidum, sicut in primo casu. fit enim
12 compensatio † temporis negligentiæ, quod vix est quin fiat ex tẽpore præcedenti cum tempore absentiæ, sicut s. dixi. Alij obiiciunt, quia illud quod vsucaptum est, ab eodem vsucapi non potest. videtur ergo quòd pro nihilo ducant tempus negligentiæ computari pro rata in vsucapione. & sic male dicunt cùm completur dudum postea vsucapio: quia ex hoc sequeretur quòd iste posset alia vice vsucapere. Respond. quia verum est quòd primo factus fuit dominus. sed quia prætor absenti pollicetur restitutionem, pro eodem habetur acsi non vsucepisset, cum nec dominus videatur re sua exclusus: vt ff. de integ. restit. nemo. & de acquirend. possess. non videtur. Item non debet deterioris conditionis esse qui vsucepit, quàm si non vsucepisset: vt ff. de capti. in bello. §. si quis seruum. & sicut si non vsucepisset, poterat

† vsucapere:ergo & postquam vsucepit.poterit similiter. & ad hoc videtur lex expressa. qui enim traditione dominus factus est, præscribit rem contra dominum veterem,qui rem poterat auocare ab eo actione quod met.cau. vt ff.quod met.causa.si vi.Alia fit obiectio. qui videtur quòd si vltimus annus vsucapionis compleatur in pręsentia,quòd non detur restitutio medij anni vsucapionis qui fluxit in absentia.eo enim anno læsus non fuit,imò in vltimo vbi completa est vsucapio. Respon. tunc quidem læsus non erat,sed tamen lædebatur, quia res sua vsucapiebatur, & completa vsucapione verum est eum læsum, quia res est vsucapta.& sicut vsucapio completur triennio, ita & læsio. vnde sicut annus ille medius erat de vsucapione, & ita de læsione. nemo enim sani capitis dicet veterem dominum captum in vltimo momento vsucapionis: quia secundùm hoc etiam toto triennio lapso in absentia non restituetur, nisi ad momentum quo finita est vsucapio.quod non est verum. quia toto triennio læsus est: vt ff. de minor.l.iij.§.j.& quia in l.ista dicitur medij anni vsucapionis faciendam posset ad hoc obiici, † præscriptione decennij inchoata in absentia militis per annum si miles in reliquis nouem annis reuersus taceat, quomodo restituitur? nam in reliquis ix. præsentiæ restitui non potest: quia suo iure vindicare rem potest. Item postea restitui non potest, quia serò hoc petitur,cùm à die reuersionis intra quadriennium tantùm restitui debeat. Respond. verum est: quia hoc quadriennium debet computari à die reuersionis, quando scilicet læsio contingit in absentia vel in medio tempore. alioquin computabitur à tempore læsionis: quia tunc demum incipit posse agi: vt ff. quando de pecu. act. est annalis. l. j. §.annus. & eadem obiectio fieri potest in præscript. xxx. annor. inchoante absente vno die, & alio die reuerso, nam pro illo die diceretur dari restitutio demum completa præscriptione in præsentia.& eodem modo resp. sicut in alia. Nec obstat authen.c.j.de long. tem.præs. l.vltim. quia si quis fuit præsens quinquennio, & absens quinquennio, adiectis v. annis potest obiici longi temp. præscriptio. & hoc nihil ad materiam istam, cùm ibi loquatur de absentia † domicilij. hoc est cùm vnus habet domicilium in vna prouincia, alius in alia. hic autem de absentia personæ, & de ea præscriptione in qua datur in integrum restitutio. Et licet opinio domini B. magnam contineat æquitatem,opinio domini M. multum nititur auctoritate legis, & ideò magis tenenda. 13 14 15

L.4. IGNORARE. *Bona tamen possideri.* Dum ergo quis causa reip. abest,bona possidentur,non venduntur.Idem in pupillo cùm non defenditur: vt ff. quib. ex caus.in poss.ea.in possessionem.§.cùm dicitur. sed tamen constare debet liqueréque prætori non defendi pupillum: & sic euocandi sunt tutores, cognati & similes: vt ff. quibus ex causis in pos.ea.l.hæc autem.

L.5. NEQVE *reip. Neque aliis maio.* puta qui † in studio sunt, vel similibus. *Obesse.*cum effectu.currit enim tempus:vt j.de quadrien.præscri. l.vlt.sed datur restitutio:vt hic dicit. 16

L.6. SI CVM MILITARIBVS. *Distraxerunt.*Intellige quando vendiderunt transacto tempore cócesso à lege:vt j.de iure dom.imp.l.vlt. aliud

aliud si per pactum. ibi enim non restitueretur: vt probatur l. seq. & ff. eod l. j.

QVAE A PATRE *geruntur*. scilicet contrahendo: vt patet in fin. sic ergo non debet irritari à filiis quod à patre factum est. *Pro disciplina militari*. Cui consonat infrà quib. vt indig. Polla. L. 7.

SANCIMVS. *In expeditionibus*. id est in militia. & ideo sic appellatur, quia expediti esse debent qui ibi sunt. vnde & † milites, vestes expeditas debent habere. quod quidam non habent Bononiæ, sed in prouincia omnes. *Minimè eos* &c. idem in clericis: vt s. de episcopis, generaliter sancimus. Idem etiam posset dici in scholari. L. 8. 17

DE VXORIBVS MILITVM, ET EORVM QVI reip. causa absunt. TIT. LII.

TEMPORALIBVS *actionibus*. redhibitoria, & quanto minoris *Ad exemplum militum*. gratia viri subuenitur vxori, & quia absens est iusta & probabili causa. L. 1.

EI QVAE. *Non officit*. cum effectu. currit enim tempus, sed restituitur. aliud in minore, quia ipso iure non currant hodie ei temporales præscriptiones. *Callidè adhibita*. à creditore, quia vendidit minori pretio quàm deberet, vel cum non deberet. *Refuso pretio*. quia soluit in vtilitatem mulieris: vt ff. de rei vendica. emptor. L. 2.

DE TEMPORIBVS IN INTEGRVM RESTITVTIONIS TAM MINORVM ALIARVMQVE PERsonarum quæ restitui possunt, quàm heredum eorum. TIT. LIII.

SVMMAE.

1 *Præscriptio non currit militi.*
2 *Temporalis præscrip. non currit minoribus.*
3 *Intimatio.*
4 *Fœmina veniam ætatis impetrare potest an. xviij.*
5 *Annus vtilis, 367. dies habet.*
6 *A minori ætate currit præscriptio.*
7 *Minor vtitur accessione temporis defuncti.*
8 *Ratihabitio minoris.*
9 *Ecclesiæ non currit præscript. nisi 40. ann.*
10 *Vsucapio cœpta in persona maioris, currit minori.*
11 *Eadem persona heres & defunctus censetur.*
12 *Ecclesia semper restituenda.*
13 *De dote à minore cauta, datur restitutio intra xij. annum à die matrimonij.*
14 *Exceptio non numeratæ dotis.*
15 *Exceptionis eiusdem præscriptio, currit minori.*
16 *Quandoque ex persona alterius aliquid habemus, quod ex nostra non possumus.*
17 *Vtile tempus & continuum.*
18 *Prædia tributaria.*
19 *Rescissoria non perpetuatur per contestationem.*

L.1. IN HIS IN QVIBVS. *To o milita.expe.postu.potest.* Etiam si fiat maior. *Præstitutum.* Scilicet quadriennium, hodie. *Missionis.* Scilicet à militia. Sed qualiter potest esse verum quod dicit l. ista: quia si loquamur secundùm vetera iura, & de anno vtili, si potuit agere in militia, & non agit, cedit tempus, vt in Valeriano habes circa tempus bon. possessionis petendæ. s. de re milita. l. 1. Si verò loquamur secundùm hodierna iura, & de quadriennio, illud currit incipiente xxvi. anno, & continuum est, id est, in eo computantur dies feriati & non feriati: vt j. eod. superuacuam. ergo videtur quòd impleta minori ætate, siue sit in militia, vel vbicunque, quòd currat incipiente xxvi. anno. Respond. quòd non currit etiam si impleuerit minorem †ætatem in militia, donec missus fuerit, vt hîc dicit. & est ratio, quia si curreret, & post missionem restitueretur ad restituendum, quòd leges nolunt. vnde melius est intactum reseruare, quàm post causam vulneratam quærere remedium: vt s. in quibus causis in integrum restit. non est necess. l. vlt. Continuatur ergo beneficium minoris ætatis cum beneficio quod habet à militia, vt dicit j. l. 3. & non currit ipso iure, siue ponit agere, siue non, ratione suprà dicta. 1

L.2. SI INTRA. Lex ista respicit primam legem. & quasi idem dicit: sed in hoc differunt, quia illa loquitur generaliter quòd non currit tempus præstitutum ad integ. rest. hic autem specialiter ad vsucapionem. *Si non concurrit.* Minori qui factus est maior in militia. non enim currit tempus præscriptionis donec reuertatur. hodie verò minori nō curreret ipso iure † temporalis præscriptio: vt notaui s. in quib. caus. in integ. restit. l. vlt. *Ante militiam supplet.* i. completa antequam reuerteris de militia. secus enim est si postquam missus est, esset completa: vt notauimus. s. de restit milit. quod tempore. 2

L.4. EX PERSONA. Sicut tertia lex respicit primam, & ita quarta secundam.

L.5. EA QVÆ. *De temp. in integ. rest. leg. caus. sunt.* Supra in hoc eodem tit. vel in aliis. *Et si fortè aliquis.* Hic ponit casum de alia materia in quo posset quis dubitare. s. *ex eo.* &c. sic melius quàm hîc ponatur, posset ordinari litera. s. ex eo die quo administratio rei propriè permissa est, & quo indulgentia nostra in iudicio competenti fuerit intimata. prius enim oportet quòd permissa esset administratio quàm indulgentiæ † fieret intimatio. *Finiendásque.* Quia intra illud tempus post impetratam veniam & intimatam debet causam in integ. restitutionis inchoare & finire: vt j. eod. superuacuam. *Iure.* id est in iure. *Tempus habeat. præstit.* Hodie quadriennium, olim annum. & sic patet quòd perfectè venia impetrata extunc debet tempus computari restitutionis. i. cùm indultum est priuilegium ab imperatore. & hoc iudici intimatum est: vt s. de his qui ve. ætat. omnes. *Ita tamen* &c. Sic continua, quia dixit quòd quadriennium datur à tempore veniæ impetratæ & iudici intimatæ, & non vltra: ita tamen, nisi illud quadriennium xxv. ann. non excesserit. si enim venia impetrata translactis quatuor annis erit intra minorem ætatem, puta quia impleuerat xx. annos cùm impetrauit veniam, tunc nedum intra quadriennium, sed etiam toto tempore 3

pore minoris ætatis habet restitutionem, de his tamen quæ ante impetratam veniam gesserint, non post intra quadriennium: ne qui cum eis contraherent, principali auctoritate circunscripti esse videantur: vt supra de his qui ve. ætat. l. 1. & hoc est quod dicit, ita tamen &c.
4 & hoc euidentius apparet in fœmina, quæ potest impetrare † veniam iu xviij. anno. nam si tunc impetrauerit, lapso quadriennio adhuc erit in minori ætate, & ideo poterit in integrum restitutionem postulare. idem dici potest in anno vtili: vt si impetrata sit venia post xxiiij. & dimidium. nam tunc extenditur intra ann. vtil. & ideo non habet nisi annum ad in integrum rest. si intra xx. primum vel secundum non vltra procedit. & sic poterit postulari restitutio intra totum tempus
5 minoris ætatis. Est autem annus † vtilis qui habet ccc. lxvij. dies, intra quos datur potestas agendi. *Siquando sane*, &c. Supra dictum est quis numerus sit postulata restitutione à minore ex persona sua, consequenter addit quid sit si ex persona alterius peratur. & ita tres casus ponit, vel cum minor succedit minori, vel minor maiori, vel maior minori. In primo casu dicit quòd sicut præcedens persona minor habebat toto tempore minoris ætatis, & post intra quadriennium ex persona alterius beneficium restitutionis tempore seruato sibi intacto siue illibato, & videretur quòd si defunctus erat minor xxv. annorum vno d e minùs minori succedenti curret statim ille dies in minore ætate, & præterea quadriennium, sed restituetur ad restituẽdum. at non ita est. nec enim curret ei in minore ætate sua continuo ætatis beneficio, sicut & dictum est s. eo. l. j. sed & hic multo magis esse debet quod non currat, cùm eædem sint causæ, quia vtrinque minor ætas: supra autem erat minor ætas & militia. maior autem est similitudo inter hæc: imò idem sunt in genere, diuersa tamen in personis, quoniam inter alia, cùm sint prorsus diuersa militia & minor ætas, ergo cùm ibi continuetur beneficium, vt habuimus s. eod. l. iij. similiter vel multò magis continuabitur ne restituatur ad restituendum: & sic ipso iure non currit in minori ætate sua tempus quod habet ex persona prædecessoris minoris, & in hoc nulla est dissensio, quia omnes dixerunt
6 † currere à minori ætate. Si verò minor succedat maiori qui restitui poterat quia læsus fuit in minori ætate, sed adhuc erat intra duos annos temporis quo petitur restitutio. de alio enim maiore non potes intelligere, vt j. patet, cùm dicat successori dari tempus quod sibi supererat de restitutione: tunc illud idem habet minor succedens. Sed quando incipit ei currere? P. statim cùm heres extitit, adeò vt non restituatur. & videtur pro eo authen. hic signare, si minor, cùm dicat in fine, nõ expectato exitu ætatis ipsius. Sed ibi multa sunt specialia, secũdùm ipsum duo, vel secundùm nos septem: vt ibi notaui. & sic non est trahẽdum ad consequentiã. & sic non curret nisi cùm successor factus est maior. habebit enim secundùm nos totã suam minorem ætatem, &
7 post illud quod restabat maiori † defuncto: vt ff. de mino. interdum. & hoc probamus ex repetitione illius literæ. dicit enim, sed id duntaxat quod habebis cui hæres existit: subaudi post xxv. ann. dabimus: vt superiùs dixit: sicut allegatur quandoque de his quæ præcedant, quod debeant repeti: vt ff. de verbo. obligat. Titia. §. vltim. ff. de pact. item.

præterea pro nobis eſt ſimilitudo caſus ſuperioris. ſi enim cùm minor ſuccedit minori, cauſa vitandi circuitus non currit ei tempus in minori ætate: eadem ratione non curret hic in minori ætate cùm ſuccedit maiori. ſi enim poneres quod curreret, incideremus in infinitatem, ſi ponas per diuerſa tempora pluribus minoribus minores ſucceſſiſſe. pone in illis minores ſucceſſiuè aliis extitiſſe heredes, nec petiſſe reſtitutionem. iſte milleſimus reſtitueretur ad reſtituendum reſti. & ſic infinitum, quod lex abhorret & vitat: vt j. communia de leg. j. & ff. de condic. indeb. dominus teſtamento. non ergo curret in minoritate, ſed incipit currere cùm factus eſt maior. & ſic dicendum eſt hic ſpeciale, vt ex priuilegio ſuccedẽtis interpelletur tempus præſcriptionis. Idem in alio caſu, quia non currit præſcriptio temporis quod inducit † rati- 8 habitio, minori heredi maioris in minori ætate: vt j. ſi maior factus alien. ra. hab. l. vlt. Sed & ibi poſſet aſſignari ratio, quia minor non eſt tantæ diſcretionis vel ætatis, quòd poſſet habere ratum. aliàs inchoata vſucapio in perſona maioris non debet interpellari priuilegio ſuccedentis. & hoc arg. ſimili probatur & lege, quia dicit lex, quod ſi datus ſit in dotem fundus qui inchoatus erat vſucapi ratione priuilegij ſequentis dotis non interpellatur vſucapio. vt ff. de fund. dotali. ſi fundum. Idem dicerem in eccleſia: quia licet non currat † ei præ- 9 ſcriptio niſi xl. annorum, ſi tamen ſuccedat maiori cui alia currebat, eodem modo curret ad idem: vt infrà de his quibus vt indignis l. Polla & ff. de iud. heres. & ff. de iur. fiſ. ſi fiſcus. & hoc dicit lex expreſſim. ff. de mino. etiam ei qui. ibi enim non poterit amittere vſucaptum in vtero exiſtens, cum ibi non ſit per triennium vel decennium. & ideo dicit quòd vſucapio cœpta † in perſona maioris currit minori. & idem 10 probatur per l. j. de non nu. pec. ſi intra. Ideo iſta notaui diligenter, quia currunt minori huiuſmodi præſcriptiones, ſed reſtituuntur. In tertio verò caſu, ſcilicet cùm maior ſuccedit minori, ſtatim ab adita hereditate, vel ab agnita bonorum poſſeſſione habebit quòd haberet minor defunctus factus maior: ſcilicet quadriẽnium. & eſt æquum quod ab adita hereditate currat. non ante: quia poſſet eſſe quòd hereditas longo tempore non adiretur, & hoc per ipſum non ſtaret. Sed videtur falſum: quia ſi ille minor ſit x x v. annor. vna die minus, videtur quod maior haberet vnam diem, & præterea quadriennium. ſed contra eſt: quia cùm minor ſi eſſet maior, haberet tantùm quadriennium, iſte maior ſuccedens habebit tantùm quadriennium. cùm enim eadem perſona heres † & defunctus cenſeatur, & heres eſt maior, & ita non 11 haberet niſi quadriennium, non habebit niſi tempus quod maiori datur ad reſtituendum: & ſic non habebit niſi quadriennium tanquam ex perſona ſua. & eſt ſimile in eccleſia & in republica, quæ reputantur pro minoribus, cùm tamen maiores ſint: quia longiſſimum tempus eſt quod primò fuerunt. non enim concederem quod peterent reſtitutionem niſi intra quadriennium à tempore læſionis. quidam tamen dixerunt eccleſiam & † rempublicam ſemper in perpetuum eſſe reſti- 12 tuendam, tanquam iuuenculæ quædam. acſi nullus eſſet litium finis. quod non vult lex: imò dixit quod boni prætoris eſt lites diminuere. Currit ergo tempus ſupradictum ab adita hereditate, non ante. aliàs in vſu-

in vsucapionibus perficiendis aliud est: vt in ff. de vsucap. iusto errore. §. nondum. & nunquam. §. vlt. Sed cum inchoanda est præscriptio, spectatur tempus aditę hereditatis: vt hic, & ff. de vsucap. l. vlt. §. vlt. & ad idem. ff. de stipul. seruor. si seruus hereditarius arg. ff. de in diem addic. si prædio. si tamen seruus hereditarius satis acceperit, cedit dies satisdationis statim etiam antequam adeatur hereditas: vt ff. de diuer. tempor. præscript. si seruus. Sed nostri doctores dixerunt loqui. l. illam in cautione iudicio sisti. ibi enim facilè liberantur fideiussores, hoc est post duos menses, si non ad certum tempus vel in scriptis fideiusserint: vt j. de fideiussoribus. l. pen. & ideo dixerunt esse speciale. Potest poni & quartus casus, licèt hîc non contineatur, tanquam de eo non esset dubitatum: vt quando maior succedit maiori. computatur enim tempus restitutionis quod restabat defuncto ab adita hereditate: vt hîc dicit. Authenticum ponitur hic, quod non corrigit, sed assignat specialia in casibus quibusdam.

AVTH. SI MINOR, &c. *Non queritur.* sed habebitne minor propter hoc solum quod non quæritur, xij. ann. videtur, secundùm quod hic dicit: sed certe falsum est: quia si hodie non quæritur, cras bene poterit conqueri, & toto tempore matrimonij, & etiam post per annum. quod locum habet si intra biennium solutum sit matrimonium. si enim † vsque ad v. ann. extenderetur, intra tres menses potest. transactis verò x. ann. omnino querela denegatur: vt j. de don. cau l. vlt. & in authent. ibidē signata. Intellige ergo quòd si cucurrit tempus quod datur ei à lege, & ita non conquestus est, & desiit posse conqueri, quòd ob hoc restituitur, & habebit xij. ann. à tempore nuptiarum. *Vt transcendat.* Si velis intelligere quia habebit xij. ann. & vltra, non bene diceres. dic ergo quòd non habet plus quàm xij. à tempore nuptiarum contractarum, secundùm M. Pro eo est j. de nup. sancimus s. de his qui ve. ætat. l. vlt. & dixit artari & extendi posse tempus in integ. rest. petendæ ad plus vsque xxxvij. an. vna die minùs: vt si in vltima die x x v. anni contraxit matrimonium minor, & in eadem die solutum est matrimoniū, si addas xij. annum, habebit xxxvij. an. vna die minùs. Sed certè ipse tantùm se artauit, quòd cecidit in subtilitate sua. considerauit enim tantum quòd minor contraxerit nuptias. at illud potissimùm est inspiciē- dum, an in minori ætate completa sit præscriptio exceptionis † non numeratæ dotis de iure communi. & ita etiam si à tempore contractarum nuptiarum computentur xij. anni, non transcendet xxxvj. an. vna die minùs, vel quolibet alio minori spatio. & ideò dico, quia aliâs non esset minor, nisi minùs esset vna dies, vel minus spatium: & sic non haberet locum casus authen. dic ergo reprobata priori positione, quòd contraxit matrimonium in vltima die xxiiij. annorum, & finitum est in eadem die matrimonium, stetit postea per annum in minoritate, nec exposuit exceptionem: & si in minori ætate lęsus est, habet beneficium restit. vsque ad xij. annum à tempore nuptiarū. sic ergo exigitur quòd currat exceptionis præscriptio in minori ætate: & si hoc inuenitur arctius tempus in quo contrahantur nuptiæ quàm vltima dies x x. anni, in qua & soluatur matrimonium. Si velis intelligere à tempore nuptiarum, scilicet contrahendarum, sicut fecit B. videtur meliùs: & di-

Y j

ces alio modo:quia in corpore authent.de tempore non solutæ pec.super dotem.ita dicit,Nouimus eos qui vehementiùs nuptias contrahũt non minùs xv.annorum.ergo illud debet esse tempus nuptiarum contrahendarum.& illi addas xij.anni.& sic habebis xxvij.& hunc vsque ad plus poterit extendi. *Intra prædictum tempus*, sc. xij. annorum. *Heredi*, Maioris s. *Non expect.exi.* Quia in minorem ætatem currit illud quinquennium.Et notantur hîc secundùm P.duo specialia tantùm, secundùm nos septem.Primum est,quia † exceptionis pręscriptio de non numerata dote , licet sit temporalis, quandoque est anni. sc. quandoque trium mensium, currit minori ex persona sua, vnde restituitur,aliàs contrà,s.in quibus cau.restit.l.vlt.Secundum est, quia aliàs datum est tempus restit. minoris quadriennium,vel vtilis annus:vt s.dixi. hîc autem xij.anni.Tertium, quia aliàs computatur quadriennium , statim cùm incipit esse maior præcedente læsione in minore ætate.hic autem incipiunt xij.anni ad restitutionem dandam à tempore nuptiarum,vel contrahendarum secundùm nos : vel contractarum secundùm alios. Quartum,quia aliàs minor minori succedens habet quadriennium : vt l.ea quæ. hîc autem minor succedens minori habet annum tantùm. Quintum,quia aliàs minor minori vel etiam maior succedẽs habet ætatem suam,& præterea quadriennium:vt in l.ea quæ. hîc autem non habet nisi v. Et ex hoc quinto speciali succedit.Sextũ, quia hîc quinquennium succedit ei etiam in minori ætate sua,adeò etiam vt non restituatur:vt sit hîc Septimum speciale.aliàs contrà:vt ff. de min.etiã ei. 15

L.6. PETENDÆ. *Quia nequaquam in ipsum* , &c. Non enim est in potestate rei quando cõueniatur,sed actoris:vt ff.de dol.excep.purè, §. vlt. *Dimensio*.Aliàs dilatio.tantundem valet. *Minimè prohibetur*. Sic ergo reus dilationem habet,non actor : sed tamen prodest actori in inquirendis probationibus.& sic etiam dicit quoddam generale , quod quis habet †ex persona alterius,quod ex sua non potest habere:vt ff.quę res pign.ob poss.Aristo. Et est mirabile quod dicit l.ista. quia aliàs in iudiciis iura debent esse æqualia:vt j.de fruct.& lit.expensis.l.vlt. & infrà, quando & quib quar.pars.& de prox sac.scrin. Sed hic maior datur reo dilatio quàm actori.& quod hîc dicit , recipit bonum simile in eo qui priuilegiatus est,& vocauit alium ad extraordinarium iudicem. datur enim dilatio non actori:vt j.de dilation:b.si quando. Sed in criminalibus causis fauorabiliores sunt rei quàm actores, vt ff. de fer. l. vlt. 16

L.7. SVPERVACVAM. *In hac alma vrbe*. sc. Constantinopolitana,vbi Imperator degebat,& singulis causis atque personis præsentanea cõstituta præstabat,vt s.de his quæ ad eccles.præsent. *Quadriennium continuum*. Temporum alia sunt vtilia , alia continua. Vtile tempus est † quo quis habet potestatem experiundi per se vel per alium, & præterea non impeditur per iudicem,vel per reum:vt ff.de diuers. tempo. præscript.l.1.Continuum est, in quo currunt omnes dies siue feriati, siue non:siue quis habet potestatem agendi,siue non. Videamus qualiter istud quadriennium sit continuum. nam quòd hîc dicitur esse continuum,videtur esse falsum,quia si dicas continuum sicut tempus continuum dicitur in vsucapione triennij x.vel xx.curret aliquo existente 17

stente in militia, sicut & illæ facerent: sed post reuersionem restituetetur. at hoc falsum est: ne scilicet restituatur quis ad restituendum. & quòd non currat, probari potest j. per l. istam. dic ergo quòd non est continuum per omnia: & datur illud quadriennium tantùm ad restituendum. fallit in except. non num. do. non enim ibi minori computatur tantùm quadriennium: vt s. eod. authent. si minor. Præterea intellige quòd detur istud quadriennium minoribus, quando læduntur in contractibus vel quasi, in delictis vel quasi, in præscriptionibus temporalibus non idem dicendum, quia hodie ipso iure non currunt minori. & quædam currunt, sed non restituuntur: quędam currunt, & restituútur: vt §. nota. in quibus cau. in integ. restit. non est neces. l. vltim. Intellige ergo l. istam, quando decipitur in contractu vel quasi, vel in præscriptionibus quæ currunt sibi, sed restituitur. Præterea intellige quòd detur illud quadriennium minori ad restituendum, si minor læsus fuerit tanto tempore vel maiori. secus enim si minori tempore captus esset, puta die vel anno. non enim haberet totum quadriennium. imò visum fuit domino Io. quòd si læsus sit mense, mensem habeat. si quadriennio, quadriennium: si in diem, diem: vt ff. qui ex cau. maio. sed & si per prætorem §. quotiens. & l. necnon. §. si quis sæpiùs. & arg. ff. de minor. & l. vlt. & ff. de pecu. act. est. anna. cum sex. & ff. ad Velleian. si debitrix. §. vlt. & ff. de his quæ in fraud. cred. ait prætor. Alij dixerunt quòd etsi minori tempore lædatur, totum tamen debet habere quadriennium. Si opponas Io. qualiter poterit testes inducere intra vnum diem, vel dilationes habere? dic quòd iudex debet accelerare: & si intra illam diem imponere poterit finem controuersiæ, bene est. alioquin imputabitur alij qui tantùm se artauit, arg. ff. si quis caut. l. ij. & hoc manifestius apparet in maiore: quia si reuersus læsus est in vna die, vnam diem habebit ad restituendum, & sic durior erit in hoc eius conditio, quàm aliàs esset. *Ex differentia enim locorum*, &c. sic ergo ex differentia locorum discrimen non deducitur, aliàs contra: vt inter prædia prouincialia 18 †tributaria, & Italica non tributaria. *Finiendámque litem.* sic ergo lis de in integ. rest. debet inchoari intra istud quadriennium & finiri, & est hoc speciale. aliàs enim perpetuatur actio litis contestatione vsque ad xxx. an. vt j. de præscript. xxx. an. l. vlt. sic ergo reuersus intra quadriennium petet in integ. rest. & dicitur non vsucaptum quod vsucaptum est: & vendicabit rem suam. Sed nunquid si tacuit per triennium ad vendicandum rem, repelletur à veteri actione rescissoria? hic non videtur loqui nisi de in integ. restitutionis beneficio, quod ab illo repellitur, sed quod actio vetus terminetur, hoc non dicit. & videtur quod intra illud tempus debeat finiri j. tit. 1. l. vlt. & s. de restit. milit. quo tempore. ergo videtur quòd tam actioni quàm in integrum restitutioni præfixus sit annus vel quadriennium, adeò quod quidam dixe-19 runt, quia licet fuerit contestata †rescissoria, nō perpetuetur. Io. visum fuit ita esse in int. rest. quod non perpetuetur litis cōtestatione in int. rest. & sic erat speciale: vt j. in actione de dolo. s. de dolo. l. vlt. at in rescissoria etsi non finiatur intra quadriennium, nihilominus poterit intentari, quia perpetuata est, licèt lex vlt. tit. sequentis videatur cōtradicere. *In hac parte.* Non intellige q omni eodē modo excipiatur militia à

læſione ſicut minor ætas. nam minor ætas excipitur ipſo iure in præſcriptionibus, non maior: vt ſ. notaui de reſtit. milit. neque.

QVIBVS EX CAVSIS MAIORES IN INTEG. RESTIT. Tit. LIIII.

SVMMÆ.

1 *Legatus pro ciuitate ſua non abeſt reip. cauſa.*
2 *Ex ſententia arbitri non oritur actio.*
3 *Dolus vitiat contractum.*
4 *Tempus reſtitutionis ad 30. annos quandoque extenditur.*
5 *Reſpub. & eccleſia eodem pede gradiuntur.*

L. 1. SI PROPTER *officium. Facta.* id eſt iniunctæ bona fide: vel intellige quòd bona fides interueniret ex parte tua. Si enim dedit operam vt abeſſet, non habet beneficium reſtitutionis: vt ff. eo. l. iij. & in aliis ſequentibus. *Et indefenſus.* hoc diſtingue ſicut diligenter in ſumma notandum eſt. §. octaua. ibi inter hos tamen abſentes. *Reip.* Rempublicam accipe Romanorum. nam & ſi aliquis legatus ſit pro ciuitate ſua, † non abeſt cauſa reip. ex generali tamen clauſula reſtituitur: vt ff. eo. ſed & ſi per prætorem. §. vlt. 1

L. 2. SI IDCIRCO *apud arbitros.* id eſt iudices ordinarios vel delegatos. ſic ſ. de ppſtul. quiſquis. ff. de proba. ſi arbiter. nec enim eſt intelligendum de arbitro compromiſſario, quia ille non pronuntiaret altera parte abſente, niſi hoc dictum eſſet in cõpromiſſo. vt ff. de arb. diem proferre. §. quiſquis. ſi quis liti præterea eius ſentẽtia non ligat niſi quoad commiſſionem pœnæ. hic autem valebat in ſe ſententia licet alter ſit abſens qui reſtituitur. præterea ſi actum eſſet quòd pronunciari poſſet altero abſente, & alter fuit in cuſtodia militum, non daretur reſtitutio: quia ad quid? ad ſententiam? non cùm non teneat ad hoc quod actio ex ea † oriatur: vt j. de recep. l. j. nec quantum ad pœnam, quia ad pœnam iure communi ſubuenietur ei: vt ff. de arb. ſi cùm dies. §. vlt. 2

L. 3. IN CONTRACTIBVS *qui bonæ fidei ſunt.* Qui autem ſint bonæ fidei numerantur in inſtit. de act. §. actionum. Et dicuntur bonæ fidei, quia maximè conſideratur ibi bona fides, & multa veniunt, de quibus non eſt cogitatum neque dictum inter partes. Stricti iuris, quia venit quod inter partes conuentum eſt tantum. Et dicit, ideò de contractibus bonæ fidei, quia aliud auxilium locum haberet in stricti iuris iudiciis, ſcilicet doli exceptio: vt ff. de verbo. ob. ſiquis cùm aliter. ſi ergo dolus dedit cauſam contractui † bonæ fidei, ipſo iure nullus eſt contractus. niſi traditio ſit ſecuta: & tunc dabitur actio de dolo. l. ij. ſi fuit incidens, habet actionem ex eo contractu adde dici. vt ff. de act. emp. iij. §. ſi vendi. ſed vbi re ipſa & ſine propoſito & in modica quantitate ſit deceptio, permittitur contractus: quia licet contrahentibus naturaliter ſe decipere: vt ff. de mino. in cauſ. tollãtur, ergo vbi reipſa ſit deceptio, 3

ceptio, nisi sit vltra dimidiam. tunc enim restituitur, & officio iudicis, vt hic dicit. & quidam intellexerunt intra quadriennium à tempore læsionis. at dominis nostris visum fuit ipsum restituendum iure actionis ex contractu cõperenti, vsque ad x x x. † annos: vt ȷ̃. de rescind. vẽd. l. 2. & arg. ff. de leg. commiss. si fundus. Si opponas de l. ista. Respond. quia non dicit hîc restituendum iudicis officio, quasi sit actionis loco, sed vt sit executiuum actionis loco. Interponitur ergo iudicis officio vt omnia restituantur in statu æquitatis. simile habes ff. quod met. cau. l. metum. §. ex hoc.

4

RESPVBLICA. Minorum. intellige quòd vtatur respublica iure minorum qui facti sunt maiores: vt sicut habet quadriennium minor factus maior pro his quæ gessit in minori ætate, ita & habeat respub. à tempore læsionis. Si intelligas quòd vtatur iure minor qui est minor, non videtur, quia ille restituitur vt abstineat, post iterum vt adeat, & sic nihil fieri posset cum rep. & bene consonat ȷ̃. de iure reip. idem enim dicendum in ecclesia. maximam enim habẽt similitudinem resp. † & ecclesia: vt s̃. de sacrosanct. eccles. l. vt interdum.

L. 4.

SI AB HOSTIBVS *captus*. Idem est si in captiuitate natus esset, & conceptus ante captiuitatem. si autem concepti sunt postea, idem si reuertantur cum vtroque parente. sed si cum matre tantùm, velut spurij habentur: vt ff. eod. ab hostibus. & ȷ̃. de captiuitate l. 1. & ff. de capt. diuus. Idem concedo si cum patre tantùm: quamuis alij contra, quia sicut potest esse sine patre filius, vt spurius: ita & sine matre, vt adoptiuus: non tamen legitimus debet censeri, siue cum matre sola, siue cum patre redeat: vt notaui ȷ̃. l. 1. de capti. & postli. *Beneficio*. Quia licet seruus heredem habere non possit, lege Cornelia fingente eos mortuos esse ipsa captiuitatis hora. *Exemplo vtilis*. Ideò dicit, quia olim dabatur cũ quibusdam solemnitatibus, hodie non: vt ȷ̃. de formulis & iure act.

L. 5.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA. TIT. LV.

SVMMÆ.

1 *Dolo desinere possidere.*
2 *Domino tantùm competit reiuendicatio.*
3 *Res litigiosa alienari non potest.*
4 *Restitutio quando fit iure actionis.*
5 *Potentioribus pares esse non possumus.*

CVM IN REM, &c. In principio huius l. more sapientis philosophi, & tanquam princeps philosophia plenus, duas præmittit propositiones dominus imperator, ex quibus conclusionem suam infert: & sic quasi syllogisticè procedens a dialectico subtiliter inspiciente posset trahi ad illud genus rationis. dicit ergo quòd eo quòd aliquis rem meam possidet, paratur mihi act. o in rem. Amplius si quis rem meam alienauerit causa iudicij mutandi, natur restit. in integ. Ex his duobus tanquam relictis pro veris & probatis, assumit quòd si agam contra aliquem qui possidebat

L. vnic.

rem meam rei vindicatione,& ipse causa iudicij mutandi eam alienet, & sic dolo †desiit possidere,ne secum ageretur, dabitur electio actori contra quem agat, aduersus possideurem de iure ciuili rei vindicat. vel aduersus eum qui alienauit, beneficio prætoris petendo in integ. restit. *Actionem.*Quidam habent aliam literam talem s.cùm in rem actionem possessio pariat aduersario. nec intelligas quòd possessio ipsa pariat actionem in rem.non enim ex eo quòd tu possides rem alienam datur actio in rem ei qui non dominus est: quia rei vindicatio competit ei qui dominus est,de †iure gentium,vel ciuili:vt ff.de rei vindicat. in remp. Oportet igitur interuenire ad hoc quòd competat rei vindicatio,dominium vel quasi:& hoc ex parte actoris, & possessionem vel quasi,& hoc ex parte rei: vt notatur in diffinitione rei vindicationis. probatur ergo satis quòd actio in rem non datur ex sola possessione, imò oportet interuenire aliud auxilium,in rei vindicatione dominium, in alia pone hypothecaria quòd habeat rem obligatam, & sic in similibus. Et ponitur hic largissimè possessio, siue possideat ciuiliter & naturaliter,siue ciuiliter tantùm:siue detineat,puta quia est depositarius vel commodatarius:vt ff.de rei vindic.officium. Aliter sumitur in interdicto vti possid.vel vtrobique, quod datur possidenti ciuiliter vel naturaliter. *Iudicij*,sc.futuri:vt ff.eod.ex hoc.non intellige quòd lis esset contest.tunc enim locum haberet edictum de litigiosis, nec † res posset alienari:vt ꝟ.de litig. lite pendente,& l.vlt.& per tot.tit.& sic voluerunt quidam assignare differẽtiam inter hoc edictum & illud: quia edictum de lit.contestatione habet locum lite contestata, istud autem non contestata,at hoc non verum:quia siue conuentus fuerit quis per executorem,siue preces fuerint principi oblatæ vt iudicem deleget, res est litigiosa:vt ꝟ.de litigiosis,Authentica, litigiosa. Dic ergo quòd istud habet locum ante litem contest. & conuentionem per executorem:ibi oportet quòd alterum interueniat. *In integrum*,intellige actionis iure quandoque enim fit restitutio solo iudicis officio: vt ff.de mi. l.quòd si minor.§.vlt.Idem dici potest in restitutione minorum quandoque fit †iure actionis:vt per action.quod met.cau. vt ff.quod metus causa.l.putat.§.ex hoc.& per actionem de dolo, vel per actionem quæ oritur ex hoc edicto.& illa duplex est,scilicet vtilis rei vindicatio contra illũ qui alienauit dolo,quasi ipse possideret:vt ff.de reg. iur. parem. vel actio in factum ad interesse: vt si alienauit in hominẽ alterius prouinciæ,cùm oporteat me sequi forum rei: vel etiam potentioris, quia potentioribus †pares esse non possumus. vel si seruum quem petebam, manumisit:vt ff.eo.l.j. & ij. & iij. & datur electio, quem conueniam, eum scilicet qui possidet directo,an eum qui desiit possidere,prætoria actione;vt ff.de noxa. electio. 1. respon. Quare ergo dicit l.quòd si ille aduersus quem competit talis actio,paratus sit vtile iudiciũ pati proinde ac si possideret,denegandam esse actionem ex hoc edicto: vt ff. eo. quia etiam § vlt. Respond. illud intelligendum est, quando omnino eandem causam & conditionem promisit se daturum qui alienauit, ac si possideret.verbi gratia dicit, ego promitto me restituturum si viceris,& hoc sub pœna M.solidorum.alioquin si diceret, rem non restituam.quia nec habeo, sed quanti interiit tua, vel quanti in litem iurauе-

caueris, præstabo: secus esset. nam & si hoc non offerret, tenetur tamen ad ide[illegible]. & ideo si nolo ipsum conuenire, possum eligere.

DE RECEPTIS ARBITRIS.

TIT. LVI.

SVMMÆ.

1 *Multa arbitrorum genera.*
2 *Ex compromissario iudicio non nascitur actio.*
3 *Ab arbitri sententia appellari nō potest.*
4 *Pœna quando committitur.*
5 *Plenum compromissum.*
6 *Solo arbitri sacramento non credendum.*
7 *Malum pignus.*
8 *Vale per [illegible] quando vitiatur.*
9 *Praeiudicium.*
10 *Actio vtilis in factum.*
11 *Arbitri sent. quando executioni mandatur.*
12 *Iudex quis verè dicatur.*
13 *Sola libelli oblatio non facit interruptionem.*
14 *Probatio coram arbitro quid operatur.*
15 *Comitissa & Marchionissa.*

1 EX SENTENTIA *arb. ex compromisso.* Multa enim † sunt genera arbitrorum: vt ff. pro socio. l. societatem. quādoque dicitur arbiter iudex delegatus vel ordinarius: vt s. de postul. quisquis. & ff. de proba. si arbitri. si intelligeres de illis, falsum esset quod hic dicitur, cùm ex sententia iudicis ordinarij, siue delegati possit appellari: vt ff. qui satisd. cog. arbitro. Nec est contra j. de [illegible]ciis. cum specialis. quia ibi loquitur de eo qui electus est in locum delegati. ab eo poterit appellari, sicut posset à delegato ad eum qui delegauit [illegible]. sed hic loquitur de compromissario, à quo non potest appellari, cùm eius sententia non liget plus quam aliquod 2 fil[illegible]mum ligaret hominem. non enim nascitur ex † ea actio vel obligatio: vt hic, & ff. eo. ex compromisso. & ideo appellari non potest. appellationis enim remedio extinguitur pronunciatum, vt ff. ad Turpilia. l. j. §. vlt. cum autem hic non interueniat quod extinguat, meritò non poterit prouocari. non enim rescindere possum quod me non ligat: vt ff. de in iust. rup. te. nam & si sub conditione. in fi. j. respon. & 3 hac ratione intellige ab arbitri sententia † non posse appellari, non dignitate vel auctoritate personæ suæ, sicut aliàs fit in præfecto prætorio, senatu, & episcopo. & est alia ratio, quia à sententia appellandum est intra x. dies appellari non posset, cùm tunc non liget, sed post quandoque, vt j. eo l. penult. L. 1.

SI CONTRA *compromissum. Placita pœnæ, &c.* Videtur enim dare operam ne pronuncietur. si ergo vocatus non veniat, tenetur ad pœnam: vt ff. [illegible] ex omnibus. & l. si cum dies §. vlt. & potest trahi ad id quod quidam voluerunt distinguere, quia dixerunt quòd si aliqua partium vocetur ad audiendum sententiam, committitur pœna stipulatio si non veniat. si vero ad causam discutiendam, non committitur, sed L. 2.

secundùm hoc cùm certum sit verumque debere esse præsentem in pronuntiatione ad hoc quòd † committatur pœna, nisi contrarium a- 4 ctum esset per partes, videtur quòd ibi venerit ad causam discutiendam, quòd pro nihilo fieret compromissum si non committeretur pœna, quia si nunquam veniret, nunquam pronuntiaretur, & ita stipulatio nunquam committeretur.

L.3. ARBITRORVM. *Ex stipulatu*. id est ex stipulatione ad pœnam promissam, quia non paret sententiæ. habet enim pater exceptionem doli, si sordes vel euidens gratia eorum qui arbitrati sunt, interuenerit. & præterea habet actionem ex stipulatu contra filiam. si interposita fuit doli clausula in compromisso. hoc est, quia in principio stipulati sunt ne in causa illa quis committeret dolum, vel corrumperet arbitrum. & sic dicitur plenum † compromissum: vt ff. eo. ita demum. §. vlt. 5 Plenum etiã dicitur stipulatione vallatum: vt ff. eo. litigatores. §. quod ait. Et validum dicitur plenum: vt ff. eo. si de meis. Plenum etiam de omnibus controuersiis factum. vt ff. eo. si cùm §. plenum.

L.4. NE IN ARBITRIS. *Et detur*. repete, ne. *Definitiones*. id est sententias. *Iudicum*. id est arbitrorum. *Arbitrio*. scilicet nostro. *Componendam*. id est terminandam. *Iudicem*. id est arbitrum. & ita partes iurauerunt se sententiæ arbitri stare, & ipse arbiter iurauit se bona fide pronunciare secundùm leges & canones. *Quòd sacramentis præstitis*. hic suis manibus vel per suas personas scripserunt quòd sacra. & c. *Vel compositum vel scriptum*. quia ipse arbiter nihil iurauit. *Vel depositionibus*. testium, qui iurant ita fuisse. nam ipse solus non sufficeret: vt ĩ. de testi. l. iij. *Vel in factum* quando erat debitum. *Vel in rem videm*. quando prius agebatur rei vindica. *Vel solius arbitri*. arg. videtur quòd iudex non debeat testimonium in causa in qua iudicauit: sed tamen hîc non erat appellatum, nec aliqua præcedebant iudicia: & ideò solo sacramẽto † ar- 6 bitri non est credendum. sed si probatum esset de voluntate partium, tunc aliud esset: & ideò cùm iudicia præcedant in iudice, dico eius testimonium admittendum, & multum facere ad causam. *Cùm & si quis*. aliàs siquis. *Non iudice suppo*. id est arbitrio præsente & consentiente. *Concesserint*, aliàs concesserit. *Incerti certaminis*. ideò dicit, quia vna partium dicat se præstitisse sacramentum, alius neget. & si ponamus quòd præstitutum fuerit sacramentum non iudice supposito, nullam habet efficaciam tale certamen: quod inter homines imperitos sæpe accidit. *Concessa*. id est sublata vel remissa. *Non contradicat*. fortè talia erant verba Græca superius posita.

Habes hîc authen. DECERNIT &c. s. noua constitutio de iudicibus. *Vt cùm sacramenti*. præstiti ab arbitro secundùm B partes enim nõ vetantur. & hoc dixit propter verba ĩ. posita, iudex qui malè iudicat &c. secundùm M. glossatur præstiti à partibus, cùm ĩ. dicat, nihil eis præter sacra. &c. domino meo visum fuit esse prohibitum præstari sacramentum tam in partibus quàm in arbitro, cùm generaliter loquatur authent. *Statuatur*. non ab arbitro, sed à partibus, & arbiter debet inducere eos ad hoc quòd promittant. nec enim est intelligendum quòd arbiter in sua pronũciatione dicat, Iubeo dari rem illam sub tali pœna. & ita pronuntiato statuere pœnam. imò ad pœnam agetur ex promis-

promissione partium inter se facta, sicut dicitur in l. j. *Eis.* scilicet partibus. nec enim aliud poterit dicere vnus al j, nisi quòd peierauit ex 7 eo quod non seruauit sententiam: quod est † malum pignus. Vel si habeas ei glossa id est arbitro: iurauit enim quod bene diffiniret secundùm leges & canones. & tunc nihil aliud erit præter sacramentum. sed videtur quòd aliud sit cùm debeat conueniri actione in factum, quia fecit litem suam: vt s. de pac. si quis in conscribendo. Respon. iure nouo ita esse dictum in odium partium qui elegerunt eum contra legem. alias etiam si per ignorantiá iudicauit, bene posset cōueniri actione in factú: vt inst. de obl. quæ ex delic. nas. in pr. Sed quid esset si aliqui compromitterent cum sacramento, & pœna adiecta? videtur quòd 8 vtile † vitiatur per inutile: & quia contra legem est, videtur quòd non valet. Io. tamen dixit quod tenet: & in hoc casu inutile non vitiabit vtile, sicut alias. ff. si cert. pet. l. certi condictio. §. item & præcedenti.

Cvm antea. *Pro parte pulsata.* id est pro reo. *Procede. et.* hoc est reum absolueret. *Calculus.* id est sententia definitiua. *Nihil ex eo procedere ei præsi.* & sic olim claudicabat arbitrium. *Non scriptu, &c.* ergo in principio non est necessaria scriptura. ex eo enim quod post scripsit, 9 generatur præiudicium, † vt dicit postea. Sed nónne si ante scripsit? & certe magis obligat quæ sequitur sententia. ex prima enim datur actio, sed ex alia præiudicatur. Debent ergo manifestare post sententiam vtrum consenserint, an non. nec loquitur de omni manifestatione, sed si in scriptis fiat. Et est bene notandum quod hîc dicitur: quia primus solus consensus non sufficit, imò nouus exigitur post sententiam. *Postquam definitio.* i. definitiua sententia. quod non displicet, & hoc est quod scripserunt. *Ambabus partibus.* id est alicui de partibus. si enim alicui non placeret, non generaretur præiudicium, vt statim dicit. Cùm enim vni placet, & non alij, non potest pro parte valere, pro parte nō. *Ex nostro nomine.* Non ergo ex istius sententia arbitri nascitur actio, sed ex auctoritate imperatorum datur actio in factum. Vel posset dari 10 vtilis in † factum ad similitudinem rei iudicatæ: vt j. de rebus creditis. l. actori. Assignatur contra. ff. eo. l. ij. sed ibi loquitur quando pœna fuit hinc inde promissa. & sic habeat auxilium pœnæ, non habet exceptionem aliud hic vbi nulla pœna fuit compromissa. Quid si pœna promittitur nihilominus pacto vel sententia rata manente? videtur quòd pœna petita debeat executioni mandari vel agi ad interesse. & posse: quæri, quid esset si pœna fuit vallatum compromissum, & post sententiam subscripserunt partes vel etiam per decem dies tacuerunt: vtrum debeat executioni mandari sentententia? & quidam dixerunt per hanc l. quòd sic, sed malè: quia lex ista loquitur in alio casu. s quando nuda arbitri electio interuenit sine promissione pœnæ vel interesse. si enim pœna fuisset promissa, licet tacuerint, nō præiudicaretur ad hoc quod debeat pœna executioni mandari: imò poterunt præstare pœnam. Aduocati tamen istius ciuitatis etsi vallatum sit pœna cōpromissum, mittunt arbitro talé attestationem intra x. dies. Nō placet mihi tua sententia, quod non credo necesse: sed ipsi faciunt ad tollendam omnem dubitationem, hic enim non loquitur nisi quando non erat aliud auxilium de pœna vel interesse præstando, & ideò speciale est

L. 5.

hîc quòd si taceat intra x. dies, homologatum est arbitrium, & mandatur † executioni sententia, nisi intra illud tempus contradicat. *Sed in hac quidem regia ciuitate.* subaudi, mandetur † executioni. *In prouinciis autem.* mandetur executioni. *Arbitri formam amplecti.* id est quod non displiceret eis sententia. *Recusante.* id est quia noluit amplecti diffinitiuam sententiam. *Statuta.* id est ab arbitro definita. Sed nouellam s. l. proxi. Conuentum id est conuentionem. *In scriptis.* nota quia sicut apud ordinarium iudicem necessarius est libellus, ita & hîc: & habebit tempus ad deliberandum cedat an contendat: vt j. de lit. contesta. authen. offeratur. *Apud compromissa ind.* Impropriè sumitur. Iudex † enim dicitur ille qui habet potestatem iuris dicendi. hic autem non habet: nec nascitur actio vel exceptio ex eius sententia: vt s. eo. l. j. & sic impropriè sumitur s. eo. nec in arbitris. *Factum.* id est factam conuentionem in scriptis. & sic simile est arbitrium cum iudicio in princip. quia hîc exigitur libellus. & præterea intellige quòd executor sit missus. nàm sola libelli oblatio † non facit interruptionem nisi in casibus. vt j. de præscrip. xxx. an. sicut in rem. & s. quando lib. prin. l. ij. perpetuatur ergo litis contestatione actio, & offertur libellus. & sic simile est in princip cum iudicio. in medio, quia probationes quæ apud arbitrum fiunt, producuntur apud ordinarios iudices: vt dicit in fi. distingue tamẽ vtrum mortui fuerint testes, annon. si mortui, verũ est quod habetur fides eorũ attestationibus, si viui, debet iudex ordinarius pati, quòd producantur, vel debet habere fidem eorum testimoniis: vt j. de testi. l. vlt. In fin. etiam simile est arbitrium cum iudicio, quia fertur in scriptis hic, sicut ibi. j. de senten. ex periculo. l. j. & quia quandoq; ex sententia arbitri nascitur actio, sicut & iudicis. In quibusdam tamen sententiis non est necessaria scriptura, vt si breuis est lis, vel de re vili, vel cùm episcopus cognoscit inter suos clericos: vt j. de senten. ex peric. reci. authen. nisi breues. 11 12 15 14

L. 6. SANCIMVS. *Aduersus iustos.* Iustos dicit ideò, quia iusti sunt, ne conueniantur ad pœnam. & intellige l. istam in mulieribus quæ non habent dignitatem. quid si comitissa esset † vel marchionissa, & ferat sententiam ratione iurisdictionis, vel quod honesti est, deleget iudicem vel assessorem? & certè illius sententia tenet, sed non mulieris, vt ff. de reg. iur. fœminæ, nisi consuetudine longissima vel longæua iuuaretur. 15

DE SATISDANDO. TIT. LVII.

L. 1. NON EST IVRIS. *Apud acta.* i. apud iudicem, scriptura inde facta à tabellione, sicut fieri cõsueuit. nec agebatur causa, sed sperabatur agenda. *Veluti præsentis.* Bene dicit, quia si non sit præsens actor qui illum procuratorem constituit, pro præsente tamen debet haberi quoad hoc ne petatur satisdatio à procuratore vnde veluti expressiuum est similitudinis, vel dic quòd esset præsens, & sic continebit veritatem in se. sed verba sequentia indicant quòd melior sit prior expositio. sic ergo non satisdat. sed si non esset certum ipsum habere mandatum, bene teneretur satisdare. sed si absens dominus vult procuratorem satisdatione releuare, debet ad aduersarium suum literas suas

ras suas dirigere, quibus significet quem aduersus eum procuratorem & in quam causam fecerit, ratúmque se habiturum quòd cum eo actum fuerit: vt ff. de procurato. si procuratorem. & ff. rem ratam haberi. ne satisdatio. Quandoque tamen non sufficit satisdatio rem ratam hab. vt notauimus ṡ de procura. l. j. per l. ff. ad Trebell. qui ita. Licet ergo reueletur in l. ista à satisdatione illa rē ra. hab. non tamen reuelatur ab illa defendendo: vt hic dicit, & ff. de procur. mutus §. pœna non defendentis. *Esse noluerit*. s. iudice & aduersario hoc ignorante. secus vtroque sciente: vt ff. de sol. vero procuratori. §. sed & si quis manda. Quid si alter tantùm sciuit? Respond. si iudex tantùm, nulla est sententia: quia non in legitimam personam tulit sententiam. si reus tantùm, tenet sententia: quia iudex nil de contingentibus omisit. sed reus propter sui scientiam si agat, exceptione repellitur. *In ipso litis exor.* Ideo dicit, quia dilatoria est hæc exceptio, & ideo in litis exordio debet opponi: vt ȷ̇. de probat. exceptionem. & ff. de procura. Pomponius. §. ratihabitionis. *Non conceditur.* item & mandati quasi fuerit ei mandatum, domino tenetur: vt ff. de procura. ad legatum. & l. ad rem mobilem. *Rei autem procurator.* mandato. *Vel defensor.* sine mādato. & sic procurator rei etiam si factus sit coram iudice, cogitur præstare in ipso litis limine satisdationem iudicatum solui. quæ tria complectitur: vt ff. de iudic. sol. l. iudicatum. Habes ergo quæ pertineant ad satisdationem procuratoris actoris vel rei. quid autem pertineat ad satisdationem eius qui suo nomine agit, vel etiam se defendit. dic vt in summa diligenter notatum est. Ibi autem est sciendum &c. nec intelliges quòd titulus iste de satisdando positus sit post titu. de receptis, ob hoc quod in arbitris necessaria sit satisdatio à parte rei vel actoris. hoc enim est falsum, quia in iudiciis tantum exigitur: vt ṡ. de episcopis authen. generaliter in fi.

DE FORMVLIS ET IMPETRATIONE ACTIONVM SVBLATIS. TIT. LVIII.

IVRIS FORMVLÆ. i. formatæ deceptiones. decipiebantur enim homines in proponendis talibus formatis verbis, quia insidiabantur ei aduersarij, sicut auceps auibus. & si cadebat à syllaba vel à litera, cadebat à tota causa. & istas tales formulas dicit radicitus extirpandas vel amputandas. habent enim actiones propria nomina, vt ex empto, ex vendito, & alia multa. assignatur contrà ff. de iure fisc. in fraude. §. quotiens. sed ibi non loquitur de solemnitate verborum in proponenda actione, imò de chartis commissis commentariēs. si ergo chartæ ædantur aliter quàm debeant, ille qui sic edit, amittit causam. vel ibi est speciale in procuratore fisci cognoscente. L. 1.

NVLLI *Non impetrata actionis*. Fallit quod hîc dicitur, quādo maior vel minor restituitur, quia oportet quòd impetretur actio rescissoria à prætore, petita in integ. restit. vt ff. de mino. quòd si minor. §. vlt. & ṡ. de rest. milit. l. ij. & iij. L. 2.

DE IVREIVRANDO PROPTER CALVMNIAM DANDO. TIT. LIX.

SVMMÆ.

1 *Sanguinem suum redimere licet.*
2 *Veritas qualiter exquirenda.*
3 *Iuramentum calumniæ.*
4 *In coniunctionibus sæpe ordo non consideratur.*
5 *Brocardus.*
6 *Patrocinium.*
7 *Interrogationes quare inuentæ.*
8 *Singularia iudicia.*
9 *Aduentitium peculium.*
10 *Minor non iurat de calumnia.*
11 *Nouatio.*
12 *Vtilis actio.*
13 *Sacramentum testium remittitur.*

L. 1.

IN OMNIBVS CAVSIS. intellige de ciuilibus. quid in criminalibus? nos idem dicimus in ciuili & in criminali. nam & nomē causæ refertur ad criminalem: vt ff. de testib. l.j.& arg.est pro nobis j.de fide instru.l.vlt.Quidam tamen dixerunt quòd in criminalibus non iuratur de calumnia, sed in ciuilibus tantùm: moti ex eo quòd generaliter dicit lex, quòd nihil habent commune cum criminalibus,vt inst.de pub.iudic.in prin.sed illud dictum fuit propter hoc quòd in ciuilibus conuenio aliquē, vt mihi det vel faciat,non autem in criminalibus,sed vt puniatur:quod ad hoc nihil habent commune,sed in aliis multis communia sunt: quoad libelli oblationem & hic & ibi petuntur dilationes, & vtrobique sententia fertur in scriptis, & in multis aliis,& similiter hîc dicimus communicandum. Præterea alij mouebantur ex eo quod dicit lex,quia licet vnicuique redimere † sanguinem suum quoquo modo, vt ff. de bonis [1] eor.qui ante sent.l.1.& ideò licet transigere: vt s.de transact. l. transigere.Et benè verum est quòd admittitur transactio in criminali causa secundùm distinctionem quam notauimus ibi, non tamen calumnia. & ideò non est bonum simile. *Propter literas.* Priuatas. *Siue propter instrumentum.*Scilicet publicum. Vel dic quòd vtrobique loquitur de publico instrumento:sed in primo dubitabatur an essent literæ vel signū illius tabellionis, & sic de veritate & scriptura erat controuersia. In secundo confitebatur eius tabellionis fuisse,sed dicebatur falsum scripsisse, & sic de veritate quærebatur sola. *Nisi prius qui expo. iura, &c.* Vt j.auth.de his qui ingre. ad appel.collat.5.§.vlt.& j.auth. vt litigan. iur. collat. 9. resp. 1. *Differendi.* Scilicet causam. *Non sacra conten. &c.* Item aliis duobus,vt inst.de pœn. te. litig. circa principium. *Ne autem perperam.* Probationum exactionem calumniosam compescit.*Veritatem exquirere vel ostend. non possunt.* Vbi ergo veritas aliter † patefieri non potest, admittitur postulantis desiderium, sic s. de edend. l. is apud. & ff.si quis caut.si eum.1.respon. & j. de appell. eos. §.si quis. & de tempo. & repa. per hanc. in fine. & ad l. Cornel. de fals. vbi & l. falsi. & quomodo & quando in auth. qui semel. ibi, perquisita veritate, & sunt hæc atq. s. quòd minor de veritate dicenda iuret. AVTHENT. *Hoc sacramentum.* Habes hîc authent. hoc sacramentum, [2]

&c. &

&c. & corrigit, quia olim si aliquis vellet exquirere veritatem per torturam seruorum, oportebat iurare in quolibet capitulo de calumnia, hodie remittitur, cùm in initio iuret nihil se in toto negotio calumniosè exigere.

CVM ET IVDICES. *Fugientem.* Mirum est, quia fugientem appellat eum qui non fugit, imò præsens est in iudicio, sed ideò dicit, quia libenter a iudicio se subtraheret & fugeret: sic J. de iudic. properandum. *In primo exordio litis.* Et ita dixit præstari iusiurandum in exordio causæ. Idem & si præstet post exordium, in continenti tamen. *Nisi post narrationem & responsionem.* Id est, post litem contestatam, & ita patet per legem istam, quòd si agam contra Titium, & ipse non 3 veniat ad causam, quòd & sine præstatione † sacramenti de calumnia possum postulare me mitti in possessionem bonorum, quia vt hîc dicit, post narrationem & responsionem ipsæ principales personæ debent subire iusiurandum. Consuetudo tamen huius ciuitatis est, quòd vno præsente exigitur sacramentum, & sic mittitur in possessionem, non tamen lege iuuatur, imò videtur contra legem istam, quæ vult quòd non exigatur sacramentum. *Ipsæ principales personæ.* Sed quis prior iurabit de calumnia? actor, an reus? Hîc dicit de actore, sed aliàs de reo: vt instit. de pœna te. litig. & licet ibi dicat econuerso, bene puto quòd actor primò debeat iurare, ibi enim non curauit ponere ordinem iurandi, sed quæ personæ iurent: & ideò non est vis constituenda in ordine literæ. Simile habes in procemio Digestorum, omnem reipubl. sanct. &c. primùm enim ponitur compositio Institutio. & Digestorum, tamen contra est, vt in procemio Institut. & J. 4 de veter. iur. enucleand. l. 1. in princip. & l. 2. §. omnia. & §. sed cùm 5 pro. Sed hoc ideò est, quia sæpè † in conuictionibus non consideratur ordo, vt ff. de pecul. leg. quidam. & Brocardus † dicit ordinem non esse seruandum, arg. contra. infrà de fid. codicill. auth. amplius. *Mouisse.* Ponit ergo hîc præteritum plusquamperfectum, alibi verbum præsentis temporis: vt ff. familiæ ercifcund. inter cohæredes. §. quod ex facto suo. vnde posset esse quòd à principio lis mota esset bona fide, sed cùm præstat sacramétum calumniæ, mala fide facit. Debet ergo dicere se neque mouisse litem calumniandi animo, neque mouere, sed æstimando bonam causam habere, & alia debent adiici tam circa reum quàm circa actorem per nouas constitutiones hic positas, quòd nihil penitus dederunt causa præstiti patrocinij iudicibus, vel alicui personæ pro hac causa, vel promiserint, vel postea dabunt per se, vel per aliam mediam personam, exceptis his quæ propriis aduo- 6 catis pro † patrociniis præstant, aliisque personis quibus nostræ leges dari disponunt. Vbi dicit authent. principales, &c. Et quod dicit causa patrocinij, intellige vt pro eis pronunciet, pro xeniis enim bene possunt præstare: vt ff. de off. procons. l. solent. §. vlt. & ff. de off. præ. plebiscito. *Aliis personis.* Executoribus, nomine sportulatum. Dicit & alia authentica, quòd in isto iuramento adiiciendum est nullam in tota exactum iri probationé, nisi quam pro veritate putauerit quis necessariò exhibendam esse, ne sæpius iuretur. vnde aduocati faciunt interrogare cùm agitur rei vindic. alterá partem vtrum res fuerit eius qui agit, vel

patris sui. si dicant quòd sic, præsumitur esse sua, & sic non exigitur probatio, quia si alter credat suam fuisse, vel patris sui, non est necessaria probatio. sed cùm dicat non fuisse suam vel patris sui, tunc exigitur probatio. & ideò fiunt † interrogationes, vt quis exoneretur à probationibus. sic ergo secundùm legem debet præstari sacramentum: vt s. dixi. Sed & adiicere consueuerunt iudices hîc, quòd non vtetur falsis instrumentis vel testibus. & voluerunt quidam dicere quòd quis saluat fidem suam si sciat rem esse actoris, & iurat quòd ipse peruenit ad reluctandum putans se bona instantia vti, si iustam habeat causam subeundi iudicium, vt euictionis, facit enim eo animo, vt agat de euictione contra venditorem suum. Domino meo visum fuit contrarium, quia in sacramento rei continetur quòd ipse credit bona fide vti iure contra actorem. si ergo sciat rem esse ipsius, non bono iure videtur vti: & ita non saluaret fidem suam si iuraret. dic ergo quòd confitetur & condemnetur: & post aget de euictione. non ergo exigitur quòd iuret de calumnia, vt notatum est ff. de negot. gest. atqui natura. §. cùm me. A parentibus autem & patronis remittebatur olim hoc sacramentum calumniæ: vt ff. qui satisd. cog. de die. §. vlt. & ff. de iureiur. iusiurandum. Quidam tamen dixerunt contra. per l. istam. sed hîc generaliter loquitur, ibi specialiter: & ideò non credo illis per hanc derogatum. Præterea intellige quæ dixi, in † singularibus iudiciis, non in duplicibus. nam ibi tùm vterque sit actor & reus, vterque subit vtrumque: vt ff. famil. ercisc. inter coheredes. §. qui familiæ. Et posset quæri an illud sacramentum præstari debeat in causa appellationis. Respon. non arg. contra ff. de dam. infe. qui bona. §. si quis stipulaturus. sed illa l. locum habet secundùm sua tempora, in quibus in singulis capitulis iurabatur de calumnia. an iurabitur iterum post triennium, cùm quis cedit ab instantia causæ? Et puto quòd sic: quia cum omnia quæ ante fecerat, nihil valeant, imò de nouo oportet inducere probationes & talia, sic & eodem modo de nouo dico esse iurandum, & postea. *Sexus personæ*. Quia materfa. vt s. de off. diuers. iud. l. 1. *Procedere*. Sancimus coram missis ex officio: vt j. litig. iurent. 1. respon. colla. 1 x. *Vel aliæ quædam sunt personæ*, &c. Veluti parentes, qui in aduentitio † peculio legitimam habent administrationem: donec filij minores sint: vt j. de bonis mater. l. 2. & j. de bo. quæ lib. cùm oportet. §. nunc autem. & l. cùm non solum. §. necessitate. In castrensi autem peculio solus filius iurat: vt arg. ff. ad Mace. l. vsque. Iurãt etiam orphanotrophi, brephotrophi, defensores idem in œconomo secundùm. Aldricus tamen dicebat abbatem & episcop. debere de calumnia iurare, quia melius causam sciant. & satis bene mouebatur: nisi quia consuetudinem quæ est optima legum interpres. contra se habet. Idem etiam est dicendum in syndico: vt notandum est ff. quo cuiusque vniuer. item §. actor in gloss. sed quæritur &c. *Iureiurando affici*. Scilicet isto, secus in alio ff. de in lit. iur. videamus. *Scire possunt causam*. Patet ergo quod tutor debet iurare vel curator. pupillus enim vel adultus scire nõ possunt causam id est, qualitatem causæ. sit iusta vel non. & intellige hoc quando pupillus vel adultus nesciebat veritatem causæ. si enim sciret minor causam pubes, vel etiam proximus pubertati, quidam dixerunt quod

7 8 9

quòd iurare poteſt præſente tutore vel curatore. & ſic dixerunt ſacramentum eſſe præſtandum à minore. & ſic dixit dominus Lotharius,
10 ſed B. viſum fuit quod nunquam minor † iuret de calumnia, ſed eius tutor vel curator, vt hic dicit. ſatis tamen admittendum eſt quod iuret de veritate dicenda, ſi de facto ſuo agatur, & veritatem nouit. nam & ſeruus licet non torqueatur aliàs, tamen cùm de ſtatu ſuo vel facto agitur, torquetur: vt ĵ. de teſti. l. ſeruus. ar. tamē eſt quòd non ff. de nox. l. quotiens. §. ſi tutor. Item ad officium iudicis ſpectat indagare veritatem. Item l. dicit minorem confitentem reſtitui: vt ff. de conf. certum. §. vlt. videtur ergo quòd poſſit interrogari. Sed ſi vnus ſit tutor pluriū pupillorum. & vnus pupillus edat, alter accipiat iudicium, an tutor ſimul pro vtroque iurabit? & videtur quòd ſic: vt ff. de auct. tut accipiētis. quòd ſi fiat, deierabit. nam impoſſibile eſt vt vtrumq; putet bonam cauſam habere. ideoq; contrariū eſt, ſi vt vtriuſq; tutor eſſe non poſſit: vt arg. ff. de procur. licet. §. ſi plures. lex autem illa intelligitur in pupillo qui edit iudicium contra vnum, & contra alterum ſuſcipit coram eodem iudice. *Natura forſitan alia eſt.* Quod ſi eſt, non periurabunt, quia calumniari non poſſunt dici, vt ff. de procura. l. ea. *Quod quiſq; cre. & exiſt. hoc eſt iuran.* Sic & aliàs, vt ĵ. authē. vt hi qui oblig. ſe hab. perh. res min. collat. 6. §. vt autem non domus. *Ex præteritis.* Vt iuſiurand. aduocati. *Exercendam.* Subaudi vt ad finem perducatur. tenet enim commiſſio ante facta, alioquin contra: vt ſ. de his qui ad eccle ſ. l. vlt. §. cùm autem. Vel hic corrigit circa principium cauſæ, prima tamen eſt expoſitio. vt ĵ. ead. l. §. hoc etiam. *Suo procuratori mandare.* Hoc exaudi in ſimplici procuratore, cui cauſæ ſolummodò exercitium eſt commiſſum. Si autem quis nomine alterius ſatiſdat iudicatum ſolui, vel de defenſione, videtur quòd iubeat de calumnia iurare, vtpote cùm ipſe principaliter ſit obligatus tanquam fideiuſſor promittens ſe ſoluturum eſſe quod illum apparuerit debiturum: nam & olim etiam
11 videbatur † fieri nouatio, vt ff. de ſolut. ſolutionem. & inſtit. quib. mod. §. præterea. & §. ſed ſi eadem. Conſtat autem fideiuſſorem conuentum de calumnia iurare. Nec obſtat quod legitur ĵ. ead l. §. proxim. nam ibi non promiſerat procurator ſeu defenſor ȝ. ſolu. ſed dominus pro eo, vt dicit linea, & ita ſolùm exercitium habebat, quòd nullo modo obligatus pro eo quod dominus debebat. Quidam tamen dicunt quòd inuito actore non poteſt alius in ſe transferre obligationem: vt ff. de procurat. ſi actor. nos contra: vt ff. famil. erciſc. planè. Si verò procurator ſit factus quis in rem ſuam, iurabit ſecundùm P. ſi
12 intendat † vtilem actionem nomine ſuo, ſecus ſi directam nomine cedentis. R. viſum eſt dominum de calumnia iurare: domino meo videtur. quod procurator iuret, cùm in rem ſuam ſit, ſiue directa ſiue vtili actione vtatur, eſt enim eius cauſa, cùm ad eum damnum vel emolumentum pertineat: vt ſ. de procurat. qui ſtipendia. & ff. quando appellan. ſit. l. 1. §. in propria. niſi reus obiiciat procuratori ꝙ non nouit veritatem eorum quæ ſunt in lite, dominus autem nouit: & per hoc veriſimile eſt procuratorem negare, dominum verò cōfiteri veritatem. Vel etiam ſi ſcit vterque veritatem, quia tamen principalis perſona ita eſt honeſta, quòd veritatem non negaret, nec poneret falſitatem, pro-

curator verò suspectæ vitæ suspectus est: vnde ne mendaciis procuratoris grauetur alter, potest iudex ex qualitate personarum motus dominum & procuratorem iubere de calumnia iurare, vt s. de procurat. si actor. Quid in clericis? argum. est quòd non teneantur subire. s. de episcopis cum clericis. §. quòd si lis. Patet ergo quòd dominus tenetur subire sacramentum calumniæ, cùm simplex interuenit procurator. Quare cùm ex hoc videatur dominus approbare factum procuratoris falsi, videtur hodie non posse committi stipulationem, rem rat. hab. vt ff. rem rat. hab. respondit. Sed non ita est, quia si postea dominus velit mutare procuratorem, & ita agere causam per se vel per alium si damnificatus est reus, aget contra procuratorem ad interesse. Hodie committitur illa satisdatio post litem contestatam, vt j. de consor. eius. lit. l. 2. *Et ipse*. Scilicet reus, repete. non aliter valeat ordinatio procuratoris, vel defensor non aliter admittatur nisi & ipse, &c. *Vel præsente actore, per se vel per instruct. procur.* Scilicet, à præsente actore: erat enim præsens actor per se, vel per instructum procuratorem. *Vel etiam absente eo*. Scilicet, actore per contumaciam. *Minimè pati tale sacramentum remitti*. Quid si non fuerit exactum, ideóque non præstitum? Resp. tenet: vt ff. eod. l. iusiurandum. §. qui ius. an tenebit sententia? Quidam respondent quòd non, sed dominus meus contra. vt ff. de procurat. filius fam. §. veterani. & s. de procurat. ita demum. sic est ergo de sacramento calumniæ inter partes, quando non potest remitti. Aliud pterame est in sacramēto testium, quia potest benè remitti: quæritur per Imperatorē vtrum benè possit remitti, & credo quòd sic ex honestate, & priuilegio personæ, vt in episcopo. *Nisi intra tempus à iudice statutum*. Per sententiam, vt j. authentic. vt litig. iur. respon. 1. *vel idonea*. P. dixit idoniorem partem ciuitatis totius debere iurare. Dominus meus illos per quos tuetur vniuersitas, vel per maiorem partem, vt ff. de cōd. mon. municipibus. & ff. ad municip. l. municipes. Contra tamen videtur in pluribus tutoribus, j. si ex plur. tut. vel cur. l. 1. *Quasi improbus litigator*. An appellare poterit? secundùm Io. sic, arg. ff. de appel. creditor. licet hæc litera insinuet contra. *Pro confesso habeatur*. Vt j. de exhib. & introd. reis. §. si verò etiam quidam iurent. Quid si actor tale quid proposuit. vt ex hoc condemnari deberet, vt si dicat se metum intulisse? nunquid reus recusans iurare ei, damnabitur? Resp. non: & hoc ex illis verbis, quemadmodum ipsa rei qualitas, &c. nunquid si tempus ad deliberandum petati, impetrare debebit? & fortè erit indulgendum, arg. ff. de interrog. actio. qui interrogatur. nunquid tenebitur actori cum iniuria, cùm actor iurauit, & ipse recusauit sacramentum? non, vt ff. de iniur. scitam. Io. contra. quia in re executio, &c. *In ipsis litis primordiis*. Id est, post exordium in continenti, vt s. eod. l. 1. resp. *Ingressu eum*, Id est, post primum ingressum in continenti. *Concedi*, Id est, remitti.

***

Finis libri secundi.

INCIPIT

INCIPIT LIBER TERTIVS.

DE IVDICIIS.

SVMMÆ.

1. *Iudicium qualiter cœptũ dicatur.*
2. *Vsurarum stipulatio.*
3. *Stipulatio commissa.*
4. *Nouatio per litis contestationem.*
5. *Periculũ rei in possid. transfertur.*
6. *Quędã actiones nõ perpetuantur.*
7. *Vtilis in rem actio ex sententia datur.*

L. 1 IVDICIO COEPTO. Sed qualiter † incipit iudicium? L.1. Respon. per litis contestationem, præcedente libelli oblatione, & tempore deliberandi, sed illa tanquam præparatoria. non enim hoc quòd aliquis vocatus est ad iudicium, vel quia libellus est oblatus, videtur lis contestata: vt j. auth. de litigio. §. si verò initium. Et si diceres quòd per libelli oblationem iudicium esset cœptum, tunc non esset dubium quod sequitur, scilicet vsurarum stipulationem non esse peremptam: illud enim non perpetuat actionem, & nouat. Vnde videretur quòd præiu-2 dicaretur † in stipulatione vsurarum. sed contrà est, vt dicit. Est ergo litis contestatio causæ exordium, & tunc dicitur cœptum iudicium. Vnde ante litis contestationem licet reuocare mandatum, & dicitur res integra: & post litis contestationem potest procurator constituere procuratorem: est enim lis cœpta, & lex dicit procuratorem constituendum post narrationem & responsionem. Alibi in exordio causæ: vt s. de iura. cal. l. 2. & j. de plus petit. & notaui de procur. l. neque. & ff. de iurisd. omn. iud. l. & quia. & potes ponere quòd dicitur cœptum iudicium in sorte tantùm, propter quam promiserat vsuras, & nolebat eam soluere: vnde super hoc erat cœptum iudicium. Vel pone in sorte & vsuris quibusdam, sed præteriti temporis non futuri, quia de his nõ posset esse iudicium, vt ff. eo. non quemadmodum. *Eius temporis.* Id est, Pro vsura eius temporis. sed si petat in libello vsuras futuras donec soluatur sors, poteritne pronuntiari? secundùm nos sic: vt j. de fideic. l. 1. & licèt non sint petitæ vsuræ futuræ, nunquid ad vsuras eius temporis quod currit post litem contestatam condemnabit iudex? & videtur quòd debeat per vnum simile, ff. de ędil. edict. ædiles. §. item sciẽdum. nec est contra. ff. eod. non potest. quia ibi loquitur in alia re extranea omnino. Si verò post litem contestatam aliquid contingat in eadem re, aliud est: vt s. dixi. Sed si iudex non ita faciat, datur hoc consilium, quòd conueniat debitorem pro vsuris eius temporis quod non est in iudicium deductum: quia non poterat, cùm non esset commissa 3 † stipulatio, & ita habes quid ad casum pertineat: & possunt ad legem

istam induci duæ bonæ concordantiæ.ff.de verb. oblig. cùm stipulati. & ff.de except.rei iud.si in iudicium.Sed videtur quòd praua sit dubitatio huius legis,litis enim contestatione non debet fieri deterior conditio,vt ff.de reg.iur.nemo.& l.non solent.Quis ergo dubitat quòd litis contestatione vsurarum stipulatio esset perempta? Resp. quia vt in principio dixi litis contestatione † fit nouatio:& ideo videtur hîc præiudicatum in stipulatione vsurarum.sed contra est:fit enim ad bonum non ad malum. Vel distingue, quia nouationum alia voluntaria, alia necessaria:voluntaria fit per stipulationem,& per eam decedit non accedit obligationi:vt ff.de nouatio.aliam.& l.Paulus respondit. & l. nouatione.& l.si creditor.& l si Stichum.nisi in posteriori vel priori obligatione,quæ priori inerant fuerint repetita,vt Ĵ. etiam ob chirographa.pen.Potest etiam hæc voluntaria fieri litis contestatione, vt si alium volens debitorem meum liberare, animo nouandi litem contestor:vt ff.de nouat.delegare.& de solut.solutionem. Necessaria autem fit,cùm contra debitorem mihi soluere nolentem litem contestor,quæ ideo sic dicitur,quia etiam inuitum te traho. Vel ideo, quia quodammodo cogor te vocare in ius, cùm aliter debitum mihi consequi non possum:vt ff de separat.l.vlt.Per hanc fit nostra conditio melior, facta actione perpetua & transitoria in heredes,vt Ĵ.de anna. exc. l. 1. & de noua.aliam.Item transfertur †rei periculum in possidentem, vt ff. de verb.obl.nemo.& nihilominus currunt vsuræ,vt hîc. Item interrumpitur præscriptio & vsucapio quantum ad effectum, currit tamen nihilominus:vt Ĵ.de rei vindic.moræ.& ff.de vsucap. pro emptore. l.2.§. vlt.Quædam tamen actiones †non perpetuantur,vt de dolo: vt notaui s̄.de dolo.l.vlt.Idem dicunt in rescissoria,quòd qualiter fit,notaui s̄.de temporib.in int.rest.superuacuam. Fit quoque necessaria per sententiam,& per eam reo absoluto decedit obligationi, cùm agens amodò repellatur exceptione, licèt naturalis obligatio duret, vt ff. de cond. ind. Iulianus. Si autem damnetur debitor, accedit in hoc,quia alia datur actio noua in factum,s.vbi vetus erat personalis. alioquin vtilis in †rem ex sententia datur actio:vetus quoque durat,licèt quidam contradicant,pro nobis.ff.de pig.grege.§.etiam.& ff. de fideiuss. fideiussor. & ita accipitur Græcè.Item accedit, quia sine cognitione mandabitur executioni,nisi nouatio fuerit facta:vt Ĵ.de exe.rei iud.si causam.Item maior vsura currit,vt Ĵ.de vsur.rei iud.l.1.2. & 3. Decedit tamen, quia prior vsura currere desinit interim,vt Ĵ.de vsur.rei iud.sancimus. Itē decedit,quia vbi duo tenebantur in solidum, & pariter condemnati fuerunt,viriliter teneri incipiunt.Item periculum vnus propter alium amodò non patitur,vt Ĵ.si plures vna sententia,l.1.& l.2.

4

5

6

7

1 *Litis contestatione perpetuatur actio.*
2 *Actio quasi semimortua.*
3 *Actio tutelæ personalis.*
4 *Rei iudicatæ exceptio quando obstat.*

L. 2. LICET A IVDICE ACCEPTO. Ideo dicit de iudice accepto, quia adiuit ordinarium iudicem, vel quia petiit delegari sibi iudicem,non est vis facienda quocunque modo dicas. *Egisti.* Subaudi,& contrariam sententiam reportasti,vt patet per inferiora.litis enim cōtesta

1 testatione † perpetuatur actio. vt s. l. 1. dixi. & sic non est dubium quòd non tolleretur actio tutelæ per litis contestationem. *Ipso iure actio tu. e-la sublata non est.* Durat enim obligatio naturalis & ciuilis quæ fuerat, vt ff. de condict. indeb. Iulianus. Nō est ergo extincta vetus actio, quia post non posset proponi, cùm semel extincta resuscitari non potest: vt ff. de solut. qui res. §. aream. nisi in casibus, vt notaui s. si aduersus trans-
2 act. l. 1. Viuit ergo actio quasi † semimortua, sed iuuatur baculo replicationis, & hoc est quod infrà dicit, non inutiliter replicatione, &c. *Eundem iudicem.* Subaudi, vel alium: quia idem est. *Contra vtilem exceptionem.* Ergo videtur quòd alius non habeat actionem efficacem: sed intellige contra vtilem, id est, contra exceptionem quę datur, & vtilis est de mero iure, & quoad iuris subtilitatem, non quantum ad replicationem illam: sic inst. de exc. repl. in princ. Vel dic quòd ideò dicitur, quia valet in speciebus, de quibus actum est, non in aliis: vel ideò sic, quia prima facie videbatur quòd esset vtilis, quæ quasi ad idem reci-
3 dunt. *Replica. doli mali.* Licet enim actione tutelæ † quæ personalis est, cum tutore suo egerit indistinctè, postea in processu causæ, postea specificauerit de vino & frumento, & in his sit condemnatus tutor & soluit, in aliis verò absolutus: si excipiar pro his speciebus quas omisi, habeo replicationem doli mali, quia de his non cogitauimus: & ideò nō præiudicatur. Vnde breuiter distingue, quia vbi ago indistinctè, id est, origine petitionis in libello nō nominata, aut actione in rem, aut personali: si in rem, siquidem absolueretur pars aduersa, quia non possideret, non noceret mihi si nunc reperiam ipsum possidere, vt ff. de except. rei iud. si à te hæredi. & l. si rem. & l. si quid ad. & j. ad exhib. neque. sin autem absoluatur, quia me non probo dominum: Distingue, quia aut agit ex iure superuenienti, aut ex veteri. Si agat rei vindicat.
4 vel alia mali actione iure superuenienti, non obstat † rei iudicatæ, nisi superueniens ius fingatur priùs mihi competisse: vt in reuerso de captiuitate, ff. de excep. rei iudic. si mater. §. eadem. si iure veteri, & egi prius, indistinctè repellor exceptione: fortè fallit in matre, vt ff. de except. rei iudic. si mater 1. responsi agerem adiecta causa, non obstat exceptio. si autem personali actione agam origine petitionis in libello non nominata, si quidem in processu iudicij prosequatur speciem vnam vel duas, obstat quidem exceptio rei iudicatæ in omnibus, quia indistinctè fuit facta petitio & absolutio. sed replico si nunc agam de aliis speciebus quàm egi priùs, vt hîc dicit. si indistinctè persequitur in omnibus efficaciter obstat exceptio. si verò agam adiecta causa, non obstat exceptio.

1 *Compensatio quid.* 2 *Sublato principali tollitur accessorium.*

QVOTIENS *Quo magis.* Glossa, quo, id est propter quod. *Magis.* Id est, minus, &c. & sic erit quo magis, id est, quo minùs: vt j. qui dari tut. post l. 1. è conuerso ponitur j. eo properandum. in fi. & ff. vi bon. rap. l. 2. vel dic quòd hæc dictio Quo non ponitur in vi nominis, imò in vi coniunctionis: vt sic resoluantur illa verba, nihil prohibet, id est, omnia iura magis consonant in hoc quo, id est, vt terminetur quæstio status apud illum. L. 3.

L 4. SI CVM. *Tibi reputaretur.* Tunc reputatur, quando dicit se non condemnandum propter id quod in vtilitatem ipsius expendit: vt ff. de neg. gest. Nesennius, & ff. de hered. petit. si quid possessor. Non intellige reputari, id est, compensari: quia † compensatio est debiti 1 & crediti inter se contributio: vt ff. de compensat. l. 1. & pone quando culpa tutoris erat euicta, vel non curauit sibi caueri de euictione. si enim agat minor contra ipsum actione tutelæ, & absolutus sit tutor, omissa quæstione de euictione non poterit postea semel finita lis retractari. sed videtur contrà s. eod. licet. quidam dixerunt quòd ibi agebatur de principali specie quæ per se censetur. hic non de principali, & quæ per se censeretur, sed de accessoria, quæ e sublato principali † tollitur & accessorium, arg. j. depositi. l 4. vel aliter 2 quia non poterit instaurari. habet enim exceptionem: sed tamen poterit replicari: vt ibi dicit. cùm ergo non sit cogitatum nec actum de illa specie, habebit replicationem: vt ibi dicit. Vel dic quòd non mouit quæstionem de euictione specialiter: mouit tamen generaliter, & generaliter prosecutus est.

1 *Delegata iurisdictio.*
2 *Administratoris delegatio.*

L. 5. A IVDICE. *Munere.* Id est onere. non honore vel potestate. & sic concordat ff de iurisdic. om. iud. more. Vel dic, id est, honore alij competente, quia habet † delegatam iurisdictionem, assignantur 1 contraria. ff. de offi. procons. legatus, & ff. eo. cùm prætor. Respon. quia si habes in l. illa, legatus, literam, iudicis dandi ius non habet: tunc non contradicit, imò potius concordat. si aliam, sicut quidam, iudicis dandi ius habet: solue, quia ibi speciale est in legato proconsulis. & hoc ex eo apparet, quia intitulatur de officio proconsulis & legati, sicut & alia sunt in eo specialia: quia cognitio de quolibet crimine ei demandari potest, item pronunciat de crimine suspecti tutoris: & in summa de officio proconsulis. Vel ibi post lit. contest. potest demandare ad similitudinem procuratoris. arg. ff. de iurisd. om. iud. & quia. & s de procura. neque. Vel ibi loquitur cùm quis ad plures causas est delegatus. & tunc demandat vnam, non omnes, potest, si autem ad vnam delegatus, illam non demandat alij. Habes hic authent.

AD HÆC. i. iuxta hæc &c. & videtur corrigere quod hic dicitur in delegato à principe. & præterea tractat iuxta hanc materiam in ordinando iudice, vel administratore si alij delegauit cognitionem causæ. *Et rursus in medio semel.* Intellige quando administrator † delegauit, & vult sibi reseruare sententiam. si enim vellet totam causam 2 alij committere, bene posset, & tunc non oporteret eum in contestatione audire, & in medio. *Per se audias.* Hoc intellige quando ipse vult pronuntiare in illa causa: totam autem causam appellationis posset delegare, sicut & tota die videmus in potestate istius causam delegare &c. etiam à principe: vt j. eodem titu. in corpore aur. & ita aut. corrigit. l. veterem. vel ibi delegata fuit causa habenti iurisdictionem, hic non habenti: vt in corpore huius auth. ibi, alios autem omnes, &c. Sed hoc non valet, arg. ff. de off. eius cui man. l. & si prætor.

Vel

Vel dicas quòd ordinarius reseruata sententia cætera committit, vt *Sic in vel* tamen audiat causas: delegatus autem si sibi reseruauerit sententiam, *tamen libro* alij non committit. sed si omnia velit committere, potest & idem in *repertum.* iudice appellationis. & hoc generalis consuetudo interpretatur totius Italiæ, & ordo literæ indicat.

SERVVS IN IVDICIO. *Interesse non potest.* Fallit quod hîc dicitur, in quibusdam casibus: vt ff. eo vix. L. 6.

CVM DEBITORES. Quod superiori lege dixit generaliter, ponit hic in exemplo. L. 7.

1 *Æquitas quid.*
2 *Strictum ius quando sequendum.*
3 *Qualibet regula patitur exceptionem.*
4 *Ab æquitate scripta non recedendum.*

PLACVIT. *Rebus.* i. causis vel iudiciis, vt sic res ponatur pro causa. L. 8.
IVSTITIÆ. Quid sit iustitia, habes ff. de iustit. & iure. *Æquitatí que.* Æquitas est † rerum conuenientia, quæ in paribus causis 1 paria iura desiderat. Pone ergo sic, quia quandoque æquitas & iustitia est ab vna parte, strictum ius ab alia, & contradicit: tunc sequendum 2 est præcipue iustitiæ æquitatisque rationem quam † stricti iuris. & de hoc exemplum habes, ff. de relig. at si quis. §. idem Labeo. & l. sunt personæ. & de in rem verso. sed dicendum. & de eo quod cer. lo. quòd si. §. visum. & de verb. oblig. si seruum. §. sequitur. & de in integ. rest. l. pen. & de doli excepr. apud. § si quis pupillo. Item poni potest ferè in omni 3 regula, cum quælibet † patiatur exceptionem, vt dicit regula iuris, & exceptiones sunt de æquitate: vt ff. de vaca. mu. l. 1. præterea intellige de æquitate quæ in lege reperitur, non quòd de corde suo liceat inuenire. Nec obstat ff. de restit. scio. quia ibi loquitur quando pœna non inuenitur statuta in lege, & viderit aliquem condemnãdum, faciet quod sibi videbitur statuendum propter publicam vtilitatem. Idem dicitur circa testes in l 3. Tu magis scire potes, &c. sed si est scripta, non licet 4 † ab ea recedere: vt s. de legi. l. 1. Vel hic loquitur de æquitate quam licet inuenire principi: præterea quod dicit auth. iusiurandum, quam habes j. eod. rem non nouam. quòd iudices iurant se iudicaturos secundum l & æquitatem, est intelligendum de æquitate scripta. Item poni potest exemplum de ratione æquitatis & iustit. j. de furt. si quis. quia illa ratio quæ ibi dicitur de æquitate, s. quòd teneatur furti, poterit trahi ad filium, non autem illa quæ est ibi stricti iuris, secundùm quam non datur furti actio.

1 *Summaria & semiplena inquisitio.* 2 *Olim 4. edicta proponebantur.*

IVDICES OPOR. IN PRIMIS. Id est, antequam perueniat ad sententiam. Non intellige ante lit. contest. *Plena inquisitione*: id est, per interrogationem partium, & per probationes instrumentorum, vel testium, vel aliorum: vt s. de edend. is apud. Interdum tamen sum5 matim & semiplene † inquiruntur, vt ff. ad exhiben. l. 2 §. sciendum ff de l. b. agnosc. l. si quis. §. sicut. ff. de Carb. edict. l. 3. §. causæ ff. de re iudic. à diuo Pio. §. si super rebus. j. vbi in rem actio. l. 2. ff. de ventre in possess. L. 9.

mittend.l.1.§.si ea quæ.ff.de prætor.stipul.l.1.§. stipulationum. ff. de inoff.testam.l.7.§.ita.ff.vt in possess. lega. si is à quo. j.quo.app.non reci. l.1. *Sine definien.causa.* Vt j.ad l. Cornel.de fals.l. vbi.*Siue ad maio.pœn.* Vt j.de relat.notaui. Habes hîc authentic.

IVBEMVS, &c. *Allegationibus suis renun.* Hæc renuntiatio in testibus facta ne producãtur,non nocet:vt j.authent.de testibus.§.quia verò multi.& §.illud tamen.& in instrumentis fortè & in allegationibus innuere videtur ex hac authent.quòd noceret quod proponat iudice interrogante partes an aliquid noui addere desiderent, quod facere debent ad plenam inquisitionem,vt in l.iudices continetur. *Alterius mensis dilatio.*ff.de feriis.in pecuniariis. contra. hîc non loquitur de dilationibus quæ dantur præsenti & postulanti,sed de quodam spatio quod datur absenti vt alleget:& eodem modo posset opponi de lege veteri,secundùm quam quatuor † edicta proponebantur. Item secundùm authent.delicti.§.omnem. dantur xxx.dies tantùm,quod spatium idem est ferè. Vel dic speciale hîc, quando petatur dilatio ob allegationes. *Vel ad alium referas.* Hodie reprobatur, nisi fiat ob hoc non habet iudicandi,vt in summa de tela.in fine. 2

1 *Coniuncta seu continentia.* 2 *Exceptio rei iud.quando obstat.*

L.10. NVLLI. *Causæ continentiam.* Secundùm Pla. pone casum.In controuersia de possessione quæ est in comitatu Mutinensi,inter Mutinensem & Bononiensem lata est sententia de possessione pro Mutinensi apud eundem iudicem. Bononiensis vult agere de proprietate contra Mutinensem. Respondere debet vt j.de senrent. & interlocut. cùm Papinianus.auth.& consequenter.Sed certè l.illa, cùm Papinianus,non facit pro eo,quia non loquitur ibi de coniunctis † vel continentibus.non ergo prohibetur apud alium iudicem conuentio: quia sunt continentia,sed quia cuius in agendo, &c. vt ibi dicit. Præterea authent.quod pro se inducit,apertè contra eum est. nam ibi continetur quòd finita prima prima causa,etiam coram alio possit eum conuenire.dominus meus approbat casus positionem non per ll.illas, imò per hanc.nec obstat †exceptio rei iudicatæ.ff.de acquir.poss. naturaliter.§.nihil.sed Io.ponit in eo qui petit alium delegari in causa proprietatis & alium in causa possessionis. est enim tale priuilegium contra legem:vnde non valet.Idem dicerem in actione fam. etcis. & communi diuid.vt ff.de quib.reb.ad eundem iud.l.1. & 2. 1 3

1 *Lites penè immortales.*
2 *Nomine pecuniæ, omnia cõtinentur.*
3 *Litis contestatio, est principium causæ.*
4 *Arbitria redacta ad similitudinem iudiciorum.*
5 *An sententia lata post triennium valeat.*
6 *Multiplex dilatio.*
7 *Edictum peremptorium.*
8 *Quod licet actori, reo licere debet.*
9 *Relaxatio, iuris principali non obstat.*
10 *Aduocatorum salaria.*
11 *Contumax vincere potest.*
12 *Absolutio ab obseruatione iudicij.*
13 *Actor, duplici damno affici nõ debet.*

14 Ha-

14 *Habere Ius in rem, quid.*
15 *Missio in bonorum possessionem.*
16 *Eremodicium, quomodo cõtrahatur.*
17 *Iusta ignorantia.*
18 *Ab instantia causæ cadere.*
19 *Temporalis præscripti. currit minori.*

PROPERANDVM. Motus est imper. in l. ista propter simile & propter quoddam bonum. vnde sic facias constructionem: Cùm criminales quidam causas iam nostra lex biennio conclusit: vt j. vt intra certum tempus crim. q. fi. l. vlt. & hæc prima ratio similitudinis: & cùm pecuniariæ causæ frequentiores sunt, & sæpe ipsæ materiam crimini creare noscuntur, properãdum nobis visum est, ne lites fiant penè † immortales, & vitæ hominum modum excedant. *Præsentem legem in orbe terrarum*, &c. Olim enim lis durabat vsque ad x x x. vel x L. ann. quod hodie tollitur. est enim boni prætoris, lites diminuere, ff. si cert. pet. quidam. & est hæc secunda ratio bona. *Creare noscuntur.* Quia propter pecuniariam causam datur testibus pecunia vt corrumpãtur, & multa mala fiunt quandoque, & appellat pecuniariam quamlibet quæ non est criminalis. nomine enim † pecuniæ omnia continentur: vt j. de const. pec. l. pen. & sic causa liberalis dicetur pecuniaria. *Nullis locorum vel temporum.* Quia vbique tenebit & semper vsque in finẽ sæculi. *Siue super condic.* Personarum aut rerum. *Siue super iure ciuili, siue priuat.* Et ita licèt alias sit differẽtia inter ius publicum & priuatum, vt s. de sacrosf. eccl. s. vt inter diuinum. hic non fit. *Super poss.* Retinenda vel adipiscenda. *Vel dominio.* Quia habebam rei vind. *Vel hypothec.* Quia erat res mihi obligata. *Seu seruitu.* s. rerum vel personarum. *Vel pro aliis quibusdam causis.* Pone exemplum in excusatione tutelæ, in honoribus, cùm quis vocabatur ad aliquem honorem, & ipse se excusabat: vt j. de excusa. mu. & in patria potestate, cùm erat quæstio de filiatione. *Ad ius fisci.* Puta quòd est fundus aliquis de patrimonio fisci: vt differat à casu sequenti. *Vel ad pub. resp. funct.* Quia erant tributa quæ ad fiscum pertinent. *Non vltra triennij me.* Excipit ergo hic quasdam causas secundùm quosdam tam ciuiles quàm criminales, quæ citeriori tẽpore clauduntur: vt s. om. nes tam ciuiles, in fi. l & j de naufr. & j. de decur. general ter, & j. de ope. pub. l. 1. & j. de fideic. lib. l. vlt j. de assert. tol. l. 1. Item hodie, s. de episc. auth. clericus, & j. ad l. Fal. auth. sed cum testa. Item s. de do. l. vlt s. de tempo. in integr. rest. ea quæ, & l. petere. & ff. de exc. tut. l. quinquaginta & j. de temp. appell. auth. si qui. *Post litem contest.* Hic est argum. quòd litis contestatio † est principium causæ: vt s. notaui eo. l. si omnes iudices, &c. Quid in arbitris? currétne istud tempus? & certè sic: quia cùm apud iudicem ordinarium currat, & arbitria † redacta sunt ad similitudinem iudiciorum. vt ff. de arb. l. 1. & quædam notari potest similitudo, j. l. proxima, eodem modo dicendum quòd currat ibi tempus, & quòd etiam pœna sit commissa: vt ff. de arb. si quis rem de qua. sed ibi loquitur quando durat compromissum, & ad aliud ierunt: hic autẽ cùm perierat instantiam causæ. vnde multoties dominus meus dedit cõsiliũ cùm in plures cõpromittitur, & ipsi discordãt, ita q̃ tẽpus diu protrahitur, q̃ actor dimitteret currere tẽpus: vt sic post ageretur res iudiciario ordine. *Vlterius lites quàm trien. spatio.*

L. ii.

1 2 3 4

sentētia, vt not. ꝭ. si vt se ab hær. abst. auth. si credit. & ꝭ. quom. & quan. in l 3. *Instructum.* s. qualiter debeat agere. si enim esset rusticus fatuus, pro non mi[illegible]o deberet reputari *Acta.* Quæ sunt de assertione actoris, & negatione rei, & probationib. partium. *Termino causæ.* i. definitiuæ

9 sententiæ. *Ab obseruatione iudicij relaxare.* Quæ relaxatio † non obstat iuri principali, vt ff. eo. non ideò. §. cùm postea. & l. & post. §. circunducto. & licet aliàs appellatur iudicium animi discretio, vt inst. quib. non est perm. fa. test. aliàs dicitur actio vel sententia: hic tamen appellat iudiciū actum trium personarum, s. actoris, rei & custodis, Cauet enim actor, cauet reus, & similia fiunt in iudicio, à quib. fit relaxatio? A iudice? potest dici quòd sic: vel si dicas quòd non, quia non decidit aliquid de principali quæstione. non malè dicis, *Consueto modo.* ideo dicit, quia in omnibus expensis non condemnabitur nisi in iis quæ in causa fieri

10 consueuerunt, vt in salariis† aduocatorum, & in sportulis executorum & similibus. nō si cottidie habuit auxiliares secū. *Sacramento fungi.* Hinc creditur propter duo quia alius erat absens, & quia singula quæ expēdit, difficile esset probare. Quid enim si misit piscem aduocato suo, & similia, vbi non requirebat testes? creditur ergo sibi: sed ne nimis iuret, iudex taxat sibi quantitatem, vt ꝭ. eo. sancimus. *Cautela.* Quia fortè cauerat iudicio sisti, vel pignus dederat vt staret, sicut fit in quibusdā locis. *Absente actore, &c.* Videtur contra. ff. de re iudic. contumacia.

11 Resp. Non hoc ipso quod quis contumax est, amittit litē, imò † potest vincere: vt hic: vt ff. eo. & post cōd. istud tamen facit contumaciā, quòd si fuerit cōtumax, non licebit ei interponere interpellationē, vt ꝭ. ea. l. & ideò dicit licere damno coerceri, sed & videtur posse opponi supradictis, s. quòd ex his quæ acta sunt, semper possit haberi coniectura, quia aut actor probat, aut non: si probauit, ergo certa fuit coniectura, quia debet reus condemnari. si non probauit, debet absolui: vt ꝭ. de edendo. qui accusare. Respon. quia illa regula locum habet quando tā reus quam actor est in iudicio præsens: tunc enim actore non probāte absoluitur reus à principali quæstione, secus si absens sit reus, & non

12 probat. non enim à principali quæstione absoluerut, sed à † iudicij obseruatione: vt hic dicit. Vel dic quod regula illa locū habet tunc quando obscura sunt iura vtriusque. non enim hoc ipso quòd non probat actor, liquet de causa, & ideo absoluitur reus: sed quia obscurum est ius vtriusque, vt instit. de interd. §. commode. Expensis tantummodò &c. Quidam dixerunt & intellexerunt hoc ita, quia si actor nō veniat, reus non condemnabitur in expensis. & sic dixerunt, hîc non habet locum regula. Victus victori, &c. sed videtur quòd regula illa cùm generaliter loquatur, locū habeat quando vterq; præsens est, vel alter præsens, vel alter absens, semper. n. victus victori condēnabitur in expensis, & pone exemplū quando actor petebat c. reus fecit expēsas in x. actor in x x. si actor qui vicit, esset præsens, condemnaretur reus in x x. pro expensis. modò autem excipiuntur expensæ rei, id est, x. & ita fit condemnatio in x. quæ remanent, & in c. quæ erant petita. alioquin si de ipsa sorte, sicut alij dicunt, expensæ rei deduceren-

13 tur, iniquum esset, quia duplici damno afficeretur † actor: quia sibi non præstarentur expensæ, licet vicerit, & quia præstabit reo expensas

Cum omni subtilitate causam requirat,&c. Mittitur ergo actor in possessionem, vt hîc dicit. sed & hodie si reus vult idem poterit postulare actore absente: vt ĵ. quomodo & quando iudex. authent. qui semel. at hîc lite contesta. imò & ante videtur, vt ibi. & sic sicut dixit dominus Alb. illud autem indicat speciale, si reus in se recipiat onus probandi. tunc enim definitiuè pronunciatur etiam ante lit. contest. nisi à iudice appelletur: vt ĵ. de tempo. appell. l. vlt. *Praetendentis solam.* Non ergo quis poterit solùm personam eius prætendere: sed si dicat se habere † ius 14 in rem, bene potest: vt ff. de pig. si superatus. *Audiatur.* Videtur cõtra. ĵ. de præscrip. x x x. si quis emptionis. §. vlt. ad maiorem euidentiam distingue quando mittitur actor in possessionem bonorum, vtrum lis sit contestata, annon. si sit lis contest. & liquidum sit de causa iudici, nunquam postea audietur condemnatus, vt hîc dicit. si verò lis sit contestata, & non sit liquidum de causa, non poterit pronunciare definitiuè, vt ŝ. habuimus, sed mittet in possessionem bonorum propter contumaciam, & sic aliquo contumaciter absente, lite quasi contest ita mittitur in possess. vt ĵ. vbi in rem actio l. 2. Si verò nec lis sit cõtest. nec quasi, ibi fiat missio † in possessionem bonorum, poterit in 15 tra annum petere is in cuius bonis fit missio: vt dicit l. illa de præscrip. x x x. annorum. nec est prætermittendum quod hoc intelligendum est in reali actione, puta rei vindic. si enim egissem ad c. mihi debita, & propter hoc mitterer in possessionem, reuersus intra annum & post posset recuperare rem soluta pecunia, cùm causa pignoris capiatur. *Nulla est prouocat. licentia.* Si contumax est in re restituenda, poterit appellari. sed quia noluit venire, vt hîc. & ita soluitur contra. ff. de appel. creditor. §. iussus. *Huiusmodi autem sententia prope finem.* Ex necessitate. ex voluntate autem iudicis etiam ante triennium ferri potest, secundùm B. alij etiam vt P. dixerunt propè finem triennij debere ferri, vt autem non possit. Io. distinxit, vtrum actor an reus esset absens. si actor, verum est quod dixit P. quia contrahitur † tremodicium in 16 actoris absentia: vt per hanc constitutionem, licet ol m tantùm in persona rei, non actoris: vt ff. eod. & post edictum, nisi in liberali causa iusta, & ideo reo absente citius posset pronunciari quàm si abesset actor. & tunc dicendum est cum B. intelligere etiam quod dicitur prope finem triennij, quando actor vel reus est absens. si enim vterque esset absens, nunquam, cùm nullus sit qui petat. *Victori esse condemnandum victum.* Hic posuit Y. glossam, exceptionem facit contumacia absentis, & iusta ignorantia. sed quod dixit de contumacia, malè dixit: quia etiam altera parte absente victus victori debet condemnari in expensis: vt notaui suprà, ead. l. §. fin antem ex gestis. In alio de iusta † ignorantia bene dixit: vt ĵ. auth de iudicibus coll. vi. §. o- 17 portet. & arg. ff. de lega. 2. qui solidum. §. etiam. *Iudicium fuerit mutatum.* Sed non solutum: vt ff. eo. proponebatur. *Tam discutere quàm terminare.* Et ita datur annus. sed videtur contra. ff. eo. si iudex. dic quòd ibi statuitur tempus à delegante, aliud in tempor. statuto à lege, vt hic. *In sua sententia manifestante.* Nota quòd causam deb. at exprimere in sententia. *Vel iusta causa.* Vt ĵ. l. 1. dicitur in fi. *Honorariis*. i. salariis. & est arg. quòd aduocatus debet babere salarium causa pendẽte. *Nisi ipse*

litigator

litigator alium pro alio. Videtur contra. ǰ.l.proxim.circa finem. Sed hîc litigator spernebat aduocatum,ibi spernebatur ab aduocato, qui eum malam fidem habere profitebatur: vnde nec alium elegit aduocatum præsumptione malæ causæ habita.sed illa litera huic solutioni videtur esse contraria, ne melioribus contemptis, &c. quare expone vt ibi.
18 *Et a causa ceciderit.* Id est, ab instantia † causæ. *Litem.* Id est, veterem actionem. *In integ rest.aux.* Sed videtur contrarium, s̄. si tutor inter.l. vlt. Resp. Quia si minor læderetur in iudicio, & in definitiua sententia,benè habet illud locum quòd peteret restitui in id in quo est damnum passus, vel eligeret actionem tutelæ contra tutorem seu curatorem. at hic lædebatur in instantia causæ, & ideò primò conueniendi sunt tutores vel curatores, in subsidium restituitur quasi esset intra triennium,vel vt repetat salaria quæ dedit aduocatis: & patet per l. i-
19 stam quòd currit minori temporalis † præscriptio quod est speciale,vt notauimus s̄.in quib.caus.in int.rest.non est necel.l.vlt.

1 *Potestas iudicandi variè sumitur.*
2 *Ex sententia arbitri non oritur actio.*
3 *Sacramentum iudiciale.*
4 *Quis ordo à iudice seruandus.*
5 *Particularis consuetudo.*
6 *Improba aduocatio.*

REM NON NOVAM. *Iudicialem calculum.* Id est, Potestatem L.12. 1 iudicandi,aliàs sumitur pro†computatione vel sententia,vt not. s̄. de errore calcu. *Et anteriores leges quæ de iuram.* Scilicet, calumniæ vel voluntario aut necessario: vt s̄. de iurament. calumn.& ǰ.de rebus credit. *Iurisdictione sua.* Ordinaria. *Quod iudicium imitatur.* Vt ff. de arbitris. l.1. in principio,in medio, & in fine: vt notauimus s̄. de arbitr.
2 In multis tamen differunt, quia ex sententia † arbitri non oritur actio:& quidam possunt esse arbitri,& non iudices: quod non curo hîc amplius prosequi. *Vel ex auctorit.sent.& part.consen.* Quia erant iudices delegati partibus consentientibus & petentibus. *Ante iudic.sedem sacrosan.* Vnde hodie iudices istius ciuitatis habent euangelia in disco coram se,sic & dicitur s̄.de episc.aud.de creationibus.§.sin autem non talis. *Consecrati.* Id est,quasi *Ex maiori præsidio.* Id est,auxilio Dei, iuxta illud: De vultu tuo Domine iudicium meum prodeat,oculi tui videant æquitatem. *Sit iudiciale.* De quo iureiurando loquitur? quia suprà non dixi, nisi quia sacrosanctæ scripturæ deponantur ante iudicialem sedem, sed refert hoc ad principium l. vbi voluit sacramentum quod antiquitus præstabatur, hodie esse præstandum: & prætere a præsentia debet esse euangeliorum, vt hic. Aliàs dicitur sacra-
3 mentum † iudiciale, quod defertur à parte rei, secundùm nos: vel à iudice parti secundùm alios,vt notaui ǰ.de rebus credit.l. 1.Habes hic auth. *Hodie iuratur,&c.Visum fuerit iustius.* Secundùm æquitatem scriptam, non quòd liceat ei inuenire de corde suo: vt notaui s̄. eo. placuit. & subaudi secundùm leges, & ita non est aliud in his, quàm in defensoribus, vt habent hic quidam additum, sic, exceptis defensoribus ciuitatum, qui iurant se omnia secundùm legem facturos: vt infrà auth. de defens. ciuit. §. interim.& in auth. de iud. §.omnis autem iudex. *Patroni autem causarum, &c.* Præstant ergo per hunc §.ad-

uocati sacramentum,quòd omni virtute omniq; ope,&c. Et dixit quidam iudex loco domini Imperatoris per hanc legem B. & M. cùm vellet aduocate coram Imperatore,quia debebant iurare.Resp B.lege caueiur, sed in consuetudine nõ habetur:& nunquid si non sit præstitũ sacramentum ab aduocatis, minùs valebit sententia sic lata, cùm lex ista sic præstari præcipiat? & videtur quòd non valeat per l. 1. de sent. prolatam. Sed dic quòd hîc loquitur de ordine † qui sit seruandus à 4 iudice,vt quòd sedeat, quòd ferat in scriptis sententiam. Istud nimis remotum est, & ideò non infirmat, secus si à iudice non obseruetur quod debuit, vel à partibus, at hîc de neutro istorum loquitur. Præterea generalis consuetudo pro hoc est,quod nec in Italia nec in Francia vides obseruari,quòd iurent aduocati in caussis:vnde hæc consuetudo tollit legem,vt ff.de legit.& consti.de quib. Nec obstat j.de lon. consuet.illa enim loquitur de particulari † consuetudine , non gene- 5 rali:vt ibi notaui. *Improba sit.* Vt illa quæ colore aliquo allegationum potest tegi. *Vel penitus desperata.* Vt illa quæ nullo modo posset colorari. *Ne melioribus.* i. In locum meliorum. *Contemptis.* i. Ad commodum contemptorum, sci. clientis, & ita erit datiui casus. vel dic quòd sit ablatiui casus, & erit sensus: contemptis, i. à contemptis,s. clientibus, qui spernebantur à patronis. Vel dic quòd clientes spernebant patronos,& cùm hoc vidissent patroni,spreuerunt eos:& tunc gloss bis,ne melioribus conten.ptis,s patronis, improba † aduocatio 6 subrogetur,& sic non contradixit s.l.prox.properandum circa fi.vt & ibi notaui.

1 *Restitutio impensarum.*
2 *Iudices delegati à Papa.*
3 *In expensis litis defertur iusiurandum.*
4 *Citare proprium est meri imperij.*

L.13. SANCIMVS. *Iudiciorum copiam.* Quia non debet eum audire. *Nisi prius omnia damna*,&c.Sed nónne videtur hæc l. superflua per al'ã. l properandum, tractat enim de † restitutione expensarum. Resp.non: 1 quia quod ibi dicitur circa expensas, locum habet lite contest. & post definitiuam sententiam: & ideo quia si quis victus est vel succubuit, lex ista loquitur antequam lis sit contest. vel quis peruenerit ad sententiam. fit enim hic restitutio expensarum propter contumaciam. & est bene notabile quod hic dicitur de restitutione damnorum, id est, expensarum propter absentiam. si enim altero præsente fecissem expensas,& post cœpit abesse,pro tempore præsentiæ non teneretur,sed absentiæ tantùm.& est bona concordantia ad l. istam j. auth. quomodo & quando iud.qui semel.& alia.j. de bo.auct. iu. & qui iurat. Et valet hoc notare propter iudices † delegatos à domino papa vel ab 2 imperatore, vbi multotiens tractatur de restitutione expensarum. & videtur hæc l.correcta per authent.de iudicibus.coll.vi.§. oportet. Et ita habent hic quidam authent.

POST IVSIVRANDVM,&c. *Non licet iudici minus taxare.* Olim in hoc casu erat contra.vt hic,& l.sancimus.Sed nunquid per hoc authent. corrigitur quod legitur ff. de in litem iurand. videamus §. penultimo. Multi respondent speciale esse in expensis litis. alij distinguunt,si à principio taxauerit iudex,non licet ei minuere post,vt hic secus

secus si post præstitum minoris condemnet: vt ibi. dominus meus putat in † expensis litis & cæteris quibus defertur iusiurandum, propter incertam quantitatem idem esse, quòd si primò taxauit sacramentum iudex, non licet ei post minus taxare de iure authen. nec facit l. illa de in litem iuran. aliquid ad materiam istam: & ideo nihil addidit, sicut voluerunt quidam dicere. ibi enim non iuratur quanti res sit: sed pro quanto nollet re carere. & ita sacramentum est voluntatis, non necessitatis, vt hic. quare licet & post & ante taxare iudici, sicut ibi dicit. *Licet non citati.* Si per edictum: vt ff. de iurisd. om iud. si quis id quod iurisdictionis. *Sed requisiti.* scilicet per executiones. quidam aliter, quod pedaneus iudex non posset citare, sed ipsemet requirere, & hoc arg. huius l. nos contra. vt ff. de arb. si interpellatus §. 1. quia cùm ibi liceat arbitro, ergo isti licebat citare. Vel dic quòd citare proprium † est meri imperij, vnde hoc propriè licet facere iudici ordinario & similibus. possunt enim dicere, Vade & dic illi quòd cito veniat. istud est citare: quod non potest facere pedaneus, sed requirere: scilicet requirere tales, & dic eis quòd altera pars est præsens: & nisi venerint feram sententiam. & ita non citat, quia non potest re & verbo, sed requirit, vt s. dixi. *Mala conscientia.* Tanquam contumaces.

1 *Propter solam suspicionem, potest quis recusari.*
2 *Aliena iurisdictio.*
3 *Recusatio in scriptis fieri debet.*
4 *Eligere arbitros.*
5 *Quando non liceat iudicem recusare.*
6 *Amicabilis compositio.*

APERTISSIMI. *Iudices.* Scilicet, delegatos. vt j. patet. Licet enim, &c. *Liceat ei qui suspec. iud. pu. anteq. lis inchoe. recu.* Ergo recusari potest propter suspicionem solam † nulla causa probationis exquisita. quidam contra. dixerunt enim quòd causam suspicionis probare debet recusans, arg. ff. de liber. causa, si pariter. ad idem quia aliquis debet probare suspectum tutorem. ad idem ff. de iudi. si quis. ad idem quia nisi probaretur, deluderentur delegationes. & ad idem inducunt, ff. ad municip. de iure communi incolarum. §. 1. Respon. ad l. de li. causa: quia hic loquitur in iudice delegato, ibi non. cur non posset de liberali causa cognoscere. vel hic loquitur de reo, & reo bene datur electio, cùm habeat iudicem ordinarium, vnde licet illum recusare, & alium petere. Aliud in actore, vt ibi, quia non ita obseruatur ob causæ continentiam. Cùm enim dicit aliquis se habere proprietatem in re illa: ergo vsusfructus apud eundem iudicem debet terminari, nisi iustam causam afferam: vt dicit l. illa, & s. eod. nulli, & j. de quib. rebus ad eun. iud. eatur. Ad aliud respondeo, quia cùm dico suspectum tutorem, debeo probare de moribus. vt instit. de suspect. tuto. in fi. sed hic non appello suspectum, sed quòd puto, vel suspicor esse suspectum: non ergo debet allegari vel probari, vt hic dicit, & in auth. ff. de appel. si pet. iu[...]orium. Ad aliud resp. quòd qui est de aliena † iurisdictio. debet venire vocatus allegaturus & probaturus priuilegium, cùm incertum sit an sit de aliena iurisd. vt ibi dicit hic certum erat quod erat de iurisdictione delegati, sed lex dat beneficium quòd possum recusa-

L. 14.

re si putem suspectū:vnde hîc est pro ratione voluntas,arg. ff. ad Treb. quia poterat fieri. Ad aliud quòd deludantur delegationes, respond. quòd non deluduntur, debet enim istud iurare, quòd non faciat animo calumniandi. & sic non deludentur delegationes per calumniam. nam & ob hoc sacramentum calumniæ est inductum. Ad aliud ad municipales respondeo,quia ibi vocabatur quis à ciuitate ad munera, & allegabat se non esse incolam eius ciuitatis. dicit quòd apud eundem iudicem debet agere sub cuius cura est illa ciuitas. hîc autem non allegabat aliquid: vt suprà dixi, & ideo dicendum est quòd non exquiretur alia probatio suspicionis, arg. auth. hic positæ. Item hoc innuunt illa verba, suspectum, & putat. & sic de iure isto tenendum est, licet aliud dicatur esse secundùm canones. *Libello recusationis ei porrecto.* Debet enim in scriptis talem facere † recusationem, vnde notandum est quia necessaria est hîc scriptura, quòd concipietur ita commodè huiusmodi libellus:Quoniam res periculosa est, & tristissimos solet sortiri euētus sub iudice suspecto subire iudicium. ideo ego VV. audientiam tuam domine R.recuso.& hoc si offeratur iudici.si verò alij,retine omnia mutato nomine vt dicas audientiam illius &c. & alium peto mihi dari, vel delegari. *Iam statuimus.* Suprà, de episcopali audien. l 2. fallit tamen ff. de appel. recip.ante sententiam, vt notaui in l. s̄. de episcopali aud. *Nolu in infinitum.* Nota infinitatem esse vitandam:sic s̄. de transact.fratris tui.& j̄.de fruct.& lit.expen.terminato ff. de re iu.l 2. ff pro suo.l.vlt.j̄.authen. vt iu.sine quoquo suffrag. §. volumus.*Executione.*Non ergo desinit esse iudex quantum ad exequēdam vel faciendam executionem per ordinarium iudicem in eadem causa. vel non desinit esse iudex quoad hoc quin imponat necessitatem partibus per ordinarium iudicem, & per omne ciuile auxilium eligere † arbitros,& apud eos venire. *Appetere.* Ideo dicit quia partes facit apparere. Habes hic auth. SI VERO CONTIGERIT, Et loquitur in iudice ordinario, lex in delegato: vt s̄. notaui. *Sancimus sanctissimum archiepisc.* Patet ergo quòd per authent. sopita est illa opinio M. quòd liceat iudicem ordinarium recusare ante lit.contest. vt notaui infrà de iurisdic. om. iud. l. nemo. dicit enim hîc quòd non † licet eum recusare, sed supplicare vt associetur ei archiepiscopus illius loci.*Per amicabilem compositionem.* Quia quærent ab vtroque, quid dares tu illi? Et sic componitur amicabiliter. *Aut per annotationem.* Id est, ex primo motu animi sui, audito iure vtriusque, non quòd diceret alicui partium, Bonum esset quòd daretis tantum illi. & hoc quæreret ab alio si vellet tantùm accipere.sed ipse dicet. Mihi videtur æquum, quòd tu des tantum illi. *Aut cognitionaliter.* Quia audient allegationes & probationes ab vtraque parte: & secundùm quòd leges præcipiunt, ipsi procedent, non ex primo motu animi, vel per amicabilem † compositionem. nec est contra. ff. de arb. sed & si in seruum. §. si quis iudex. In neutro enim prædictorum casuum cognoscit iudex ordinarius vel arbiter, sed partes per eum transigunt, vel per amicabilem compositionem sine aliqua scriptura, vel per annotationem in scriptis, aut iudicando cognitionaliter procedendo secundùm leges. nec in aliquo istorum casuum dicitur arbitrium,

3 4 5 6

trium.imò potius amicabilis compositio & arbitratus dici potest, licet diuersis modis fiat: quia primò sine conuentione, secundò & tertiò cum conuentione, & hoc adnotando vel cognitionaliter iudicando.

1 *Iudices periti legum esse debent.*
2 *Illiterati possunt esse iudices.*

1 CERTI IVRIS. *Et legis scientia.* Ergo hîc loquitur de illis qui habent peritiam legum.tales enim oportet † esse iudices,vt j.authen.de iudic.in VI. colla. ipsi enim in scriptis debent ferre sententiam:vt j.de sen ten.ex peric.reci.l. 2. tamen ex consuetudine aliter est 2 hodie. vel si dentur à principe, quamuis † illiterati sint, possunt esse iudices, quia videtur eis concessisse etiam legitimè agere: vt ff. de re iud.quidam consulebant.imò si aliquis obstaret, sacrilegij instar esset: vt s.de diuer.rescrip.sacrileg'j instar.& j.de crimi.sacri. L.5.

CVM SPECIALIS. *Datus sit.* Id est,delegatus. *Et iudicem quidem eum recusare.* Patet ergo quòd cùm absens est longè iudex in ciuitate aliena propter laborem & expensas,non tenetur ille qui habet eũ suspectum,offerre ei libellum recusationis, quòd oporret etiam facere si præsens esset: vt s. eo. apertissimi. *Intra triduum.* Aliter glossatur quandoque,vt notaui.s.de pac.in bonæ fidei. *Compelli.* Ab eo qui primo datus fuit. *Si variatum inter partes fuerit.* Quia vni placuit, alij non. *Nisi fuerit prouocatum.* Assignatur contra.s. de arbit. l.1. dic vt ibi notaui. *Qui iudicem antea dedit.* Id est delegauit, assignatur contrarium.j. qui pro sua iuri dic iud.datiue poss.sed ibi loquitur quando delegatus quis fuit ab imperatore, & ille alium delegauit, tunc ad legatum fiat appellatio.hic autem delegatus fuit ab imperatore, sed alium non delegauit.si enim delegasset dicendum esset vt ibi, vel dic quòd non est contrarium si tu habeas in litera ad nos. L.6.

DE SPORTVLIS ET SVMPTIBVS IN diuersis iudiciis faciendis. TIT. II.

QVISQVIS. *Exhibitus.* Id est, citatus & repræsentatus ab aliquo executore. *Vsque ad negotij terminum.* Id est, definitiuam sententiam: vt s. de iudic. properandum. *Traditus.* Id est,deputatus.non intellige quòd vocatus tradatur exe-1 cutor, vel potest intelligi quod hîc dicitur, quando aliquis accusabatur de aliquo crimine. tunc enim reus exhibendus est & custodiendus, & si qualitas criminis exegerit, in carcerem detrudendus. Vnde habes specialem titul. infrà de custo. & exhib. re. *Posthabita.* Id est, contempta,vel postposita. *Primiscrinio.* Quidam erat qui præerat aliis executoribus, & sicut hodie in curia istius ciuitatis cùm eliguntur executores,quidam inter eos maior eligitur, ad cuius præceptum alios esse oportet. L.1.

1 *Solidus pro aureo sumitur.* 2 *Militia in armis.*

L. 1. OMNIBVS. *Instructas.* Id est, inconiunctas. *Solidorum* L. 1. vsque ad sex aureos. solidus enim † sumitur pro aureo, sicut probatur 1 institutio. de pœna tem. lit. per legem vltim. ff. de in ius vocand. aliàs enim sibi c contradiceret. Non intellige ergo de sex solidis Bononinorum, sed de vi. aureis: vt s. dixi. *Interest.* Hoc ad ordinarium vel delegatum. *Militia.* Inermi. est enim in militia † alia inermis, alia armata. & 2 executores habent militiam inermem, & aduocati & similes. *Et corporales macu. execut.* Non loquitur de pœna primicerij, imò executorum. & ideo aliam statuendo pœnam non contradicit legi superiori proximè, & permittitur à superiore potestate vnicuique iudici habere executores duos de curia superioris, & exceptores duos qui scribant dicta testium, & confessiones partium. nec enim valet iudex pluribus ministrare causas præparandas: vt j. authentic. de iud. §. his qui causam præparant.

DE PEDANEIS IVDICIBVS.

Tit. III.

L. 1. PROCVRATOR. *Non vice præsidis.* Et qualiter posset vice præsidis agere? Respon. si mortuus esset præses, & in tempore suæ administrationis supponeretur iste procurator vice præsidis: vt s. de off. eius qui vicem. l. 2. Vel intellige quod hic dicitur, quando priuati consenserunt in eum, scientes suum non esse iudicem. tunc enim potestatem iudicandi habet inter eos: vt j. de iurisd. om. iud. l. 1. & sic inter priuatos dare posset iudicem, sicut & præses posset. aliàs non. cùm inter priuatos non cognoscat cùm agunt inter se, sed si conueniant fiscum: vt s. si aduers. fisc. l. 1. vel dic quòd obtinet vicem præsidis quando delegauit eum ad vniuersitatem causarum: tunc enim tanquam præses posset ad vnam delegare. si ad specialem esset delegatus, lite contest. posset vt notaui. s. de iudiciis, à iudice. & facit l. ista ad tit. quia hic tractatur de iudice dato, & qui pedaneus dicitur: vt notaui. j. eo. placuit.

Exemplum Rescriptorum.

1 *Delegatio, quomodo fieri potest.*
2 *Cui plus licet, & minus.*
3 *Tria genera negotiorum.*
4 *Propter præsid. absent. fit delegatio.*
5 *Procurator Cæsar de quibus cognoscit.*

L. 2. PLACET. *In quibus ipsi non po. cognoscere.* Quidam voluerunt intelligere quòd non poterant cognoscere, quia minimæ erant causæ vel viliores: sed delegare poterant vilia illa negotia. hodie possunt cognoscere † & delegare, si impediantur publicis occupationibus, vel 1 propter causarum multitudinem, & sic voluerunt intelligere literam istam: & exposuerunt non posse de iure, & faciebant sic distinctionem causarum,

causarum, quia olim erant causæ in quibus præses poterat cognoscere: aliis tamen dare non poterat cognoscere, vtpote causas maximas. Erant etiam causæ maximæ quas prætor cognoscere non poterat, aliis tamen dare poterat, vtpote minimas. Erāt insuper causæ quas & cognoscere & dare poterat, vtpote medias. Sed tamen quòd de minimis dixerunt, & intellexerunt legem istam, non placebat Io. in minimis enim quòd ita esset olim, nusquam inuenitur scriptum, imò absurdum videtur, si delegare poterant, & cognoscere non. Dicunt enim regulæ, qui cui licet † plus, & minus, & quòd in minimis etiā cognoscit iudex: sed non cogebatur examinare: dicit enim l. j eod. l. vlt. & appellantur minimæ, quæ sunt intra quantitatem ccc. solidorum. Dic ergo & intellige quod hic dicitur non possunt, de impedimento facti: si enim olim impediretur præses propter iustam vel iniustam occupationem, poterat dare iudices. hodie non, nisi propter occupationes publicas, vel propter causarum multitudinem: & pro nobis est arg. auth. vt defunct. seu fu. § illud. præses enim de omni causa potest cognoscere, vt ff de offic. præsid. l. illicitas. §. qui vniuersas. & l. ex omnibus. Secundùm nos ergo quædam negotia sunt minima, alia maiora, & quæ & media dici possunt, alia maxima, & ita sunt tria genera † negotiorum: licèt P. dicat de duobus tantùm si minimum est negotium, impediatur vel nō impediatur præses agnoscere non curo, potest alij delegare: vt in l. vlt. istius tit. Si maius est negotium vel medium, ibi distingue, quia non delegat, nisi de facto impediatur cognoscere per occupationes publicas, vel causarum multitudinem, vt hic: & hæc media sunt mixti imperij, quæ indistinctè non committuntur, sed causa cognita. Sic & dico mixti imperij esse ea quæ præsidi committuntur per legem specialiter, non quantum ad cognitionem, sed quantum ad diffinitionem, vt dicitur in causa ingenuitatis & seruitutis, vel libertinitatis, & ingenuitatis, & in fine huius legis, sed illa difficiliùs delegantur, quia & ita demum si contingat † præsidem abesse, vt ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. sic & in aliis quæ causæ cognitionem desiderant, nec expediuntur per libellum: vt in decreto quod exigitur super rebus minorum alienandis, & super transactione alimentorum, si excellens est negotium quod pertineat ad animaduersionem, illud non habita consideratione illius legis non delegat, sed ita demum si contingat eum abesse. In casu tamen etsi non absit delegat quæ meri imperij sunt, puta proconsul legato suo, vt ff. de offic. proc. solent. *Dandi habeant potestatem.* Quantum ad cognitionem, si vult sibi reseruare sentētiam, & cognoscet in principio, & in medio, & in fine, vt suprà de iudiciis. authent. ad hæc. si totum vult committere, poterit propter ista duo impedimenta. *Dum tamen de ingenui.* &c. Fiunt enim de his quæ superiùs dixit de iudice delegando, duæ determinationes: & est vna circa ea quæ sunt mixti imperij, & sic priùs erit dicenda ista specialis exceptio, quàm ea quæ generalior est. Determinat ergo hoc primùm, quia & si impediatur præses propter occupationes publicas, vel causarum multitudinem, non tamen delegat causam ingenuitatis, & seruitutis & libertatum: imò ipse præses diiudicat: sed de libertinitate & seruitute cognoscit † procurator Cæsaris: vt j. vbi causa sta. iamdudum. Vel potes dicere quòd i-

Margin numbers: 2 (at "læ, qui cui licet"), 3 (at "dici possunt"), 4 (at "mum si contingat"), 5 (at "pse præses").

ſtud,dum tamen,&c.determinet proximè dictum. Et illud, quòd non ita,&c.determinet proximè dictum.Et illud,quod non ita, &c. determinet primò dictum ſit,quia primò dicit medias cauſas poſſe delegari propter duo impedimenta,quòd non ita accipi conuenit,vt in his cauſis in quibus ſolebant,&c.Subaudi,& debebant ex neceſſitate, niſi in caſu quando abſunt in quo delegant cognitionem:vt ff.de offic. eius.l.1.non autem definitionem:vt in fin.l.dum tamen,&c.& ff.de off. proc. ſolent.& ſic determinat proximè dictum, & aliud quod pertinet ad merum imperium,quod dictum eſt in principio.

L. 3. *Sic in veteri libro reperimus.* PLACET. *Grauitas tua.* Loquitur Præſidi prouinciæ qui quamuis eſſe debet------ſed videtur huic legi eſſe contrarium,j.de relatio.l.1.Per legem enim illam videtur quòd remittitur ſibi illa neceſſitas iudicandi.Reſpon.Quia illud in iudice ordinario,aliud in delegato, vt hodie videtur in vtroque correctum, quia non debent poſtulare ſibi remitti iudicandi neceſſitatem,vt j.auth. vt iud. non expect. ſac. iuſſiones.in 9.collat.quam quidam non habent.& j.auth.de iudicibus.

1 *Pedanei iudices cur ita dicantur.*

L.4. PLACVIT. *Dari.* Id eſt,delegari.& ſic delegati erant pedanei: vt j.authent.de iudic.§.vetus,& §.ſedebunt,cognoſcebant enim de minimis negotiis,ſicut & ordinarij:qui pedanei ſunt vt defenſores ciuitatum,vt j. authent. de defenſo.ciuit. §. adiudicare. & magiſtratus municipales:& ideo pedanei † vel infimi,ad ſimilitudinem pedis, quæ eſt infima pars hominis,dicebantur. 1

L.5. QVAEDAM SVNT. *Conſtituendi.* Impediatur. vel non impediatur præſes cognoſcere,vt not.s.eo.placet.

Conſtitutio Græca, *Qui pro ſua iurisdictione iudices dare darive poſſunt.*

TIT. IIII.

1 *Delegatio quando non valet.*
2 *Iuriſdictio quid.*
3 *Iuriſdictio ordinaria.*
4 *Iudex ordinarius, quando deleg. poteſt.*
5 *Ad eũ qui delegauit, appellatur.*

L.1. IN CAVSARVM. *Alienæ iuriſdictioni iudices reſediſſent.* Sic enim eſt in ſentẽtia,quòd nõ valet niſi lata ſit inter eos qui de iuriſdictione ſunt iudicantis: vt infrà, ſi non à compet. iudic. vlt. l.& ff. de iuriſdictione omnium iudicum, l. vltima: ita eſt in cauſarum † delegationibus: quia non valent niſi ad iuriſdictionem pertineant delegantis, cùm non habeat poteſtatem iudicandi inter eos ad quos delegat.eſt enim † iuriſdictio poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ. *Hæc niſi iud.*&c. Videtur ergo ſpeciale in delegato à principe ſcilicet quòd ipſe poſſit cauſas delegare non ſuæ iuriſdictionis. ſed hoc poſſet prauè intelligi.non eſt enim dicẽdum quòd ſi dominus imperator delegauerit aliquem ſpecialiter in cauſa aliqua, quòd ipſe 1 2

poſſit

possit in causis aliis quæ sibi commissæ non sunt delegare. tunc enim videretur Imperator cùm delegat ad vnam causam, ad omnes de mundo posse delegare: puto ergo intelligendum quando causam specialiter sibi commissam alij delegat. hoc enim potest facere: vt s. de iudic. authent. quomodo. ergo intelliges hîc quod hîc excipit, hæc nisi iud. &c. q. d. quòd in legato à principe non est ita: imò potest delegare quālibet causam sibi commissam, vel non, sed expone sic regulam illam, si ad iurisdictionem pertinent, subaudi ordinariam. in his enim † quæ ad iurisdictionem ordinariam pertinent, potest quis delegare. si enim nō suo iure, sed alieno beneficio habet, non potest demandare: vt ff. de iurisd. om. iud. more. sed aliud est in delegato à principe: quia si specialiter sit ei causa commissa, ad eam poterit delegare, licèt non pertineat ad ordinariam ipsius iurisdictionem. Et ideo dixi specialem, quia si imperator delegaret generaliter ad causas alicuius loci vel ciuitatis ordinarium iudicem, videretur facere delegatum, & tunc non esset speciale in eo aliud si ad specialem demandet causam, vt hîc dicit. *Nulla personarum causarúmque habito tractatu.* Quia inter quascunque personas vel in quacunque causa sit delegatus, obtinebit quod dixi. & sic videretur quòd ciuilis & criminalis causa delegari posset à delegato imperatoris. & ita in criminalibus maioris esset priuilegij quàm iudex † ordinarius, qui delegare non potest nisi absit: vt ff. de off. eius cui. l. 1. intellige ergo quòd delegari possunt quæ & delegari possunt vel consueuerunt à iudice ordinario: de hoc enim erat dubitatio, vtrum si talis sit quæ ad iurisdictionem suam ordinariam non pertineat, posset delegare. & dicit quòd sic, sed si talis sit quæ à iudice ordinario non possit delegari, non delegabit. Vel si dicas quòd hoc sit speciale in delegato à principe, satis dici potest. *Appellationum ad eos iud. remea.* Assignatur contra. ff. quis & à quo appell. l. 1. § ab eo. Dic quòd speciale est in delegato à principe: alias enim non appellaretur primo delegatus, sed primo delegans: vt ibi: Sed huic solutioni videtur contra. j. de appell. præcipimus. dic quòd ibi ipse delegatus tulerat sententiam, non a[illegible] delegauerat: & ideo appellatur † ad eum qui delegauit. Vel dic quòd ibi delegatus erat quis ad vniuersitatem causarum, & ideo si delegauit in vna, ad delegantem vltimò appellabitur, nec obstat s. de iudiciis. l. cùm specialis, vt ibi notaui. Vel si habes hîc in litera ad nos omnia contraria ista cessabunt. Patet ergo, quòd delegatus à principe delegat. idem in delegato procōsulis, aliàs à iudice iudex delegatus iudicis dandi nō habet potestatem, nisi delegatus esset ad vniuersitatem causarum, vel primò ab eo lis esset contestata. & notaui j. de iurisd. om. iud. & s. de iudiciis. à iudice.

NE QVIS IN SVA CAVSA IVDICET VEL IVS SIBI DICAT.

Tit. x.

1 *Nemo potest esse arbiter in sua causa.*
2 *Nec iudex.*
3 *Quādo quis in re sua potest esse iudex.*

L. vnic. GENERALI. *Iudicem.* Nec etiam testis potest quis esse in causa sua: vt j. de testibus. l. omnibus. nec etiam † arbiter: vt 1 ff. de arbit. l. penult. fallit tamen quod dictũ est: quia si furtum patiatur præses prouinciæ dum est in præsidatu ad tempus, dicendum est vt lis contestetur: vt ff. de offic. præsidis. senatus. sed tamen dominus Io. intellexit l. illam quasi comites vel libertini præsidis passi erant furtum, non ipse præses. si enim ipse in persona esset passus, aliud esset: quia etiam lis sub eo non posset contestari: vt ff. de iurisd. om. iudic. is qui iurisdictioni præest. intellige quòd non esset iudex quis in † forma iudicij, neque quòd auctoritate sua 2 liceat ei rem capere: & si tamen faciat, incidit in edictum Diui Marci: vt ff. quod metus causa extat. Fallit tamen: vt j. quando liceat vnicuique se vindic. & infrà de pignor. l. penult. Excipitur etiam quando non possum habere iustitiam de aliquo propter potentiam ipsius. tunc enim licet † mihi esse iudicem esse in re mea, & capere aliquam 3 rem de rebus suis, cessante illa ratione quæ est s. de iudæis, nullus. alioquin succederet pœna illius authen. quã habes j. ne vxor pro marito, vel mari. pro vxo. conueniatur quandoque tamen tanquam testis admittitur quis in re sua: vt cùm defertur alicui sacramentum vt dicat veritatem rei: vt j. de fideic. quæstionem. Item quandoque cum aliquis timet venire coram iudice, quia offendit aliquem, si iurat se staturum præcepto illius quem offendit, sicut solet fieri: bene valet. non enim est hic iudex vel arbiter, sed recepit hoc tanquam arbitrator: & ideò si malè dixerit, ad boni viri arbitrium recurritur, vt ff. pro socio, si societatem, & ll. sequentibus.

QVI LEGITIMAM PERSONAM IN IVDICIIS HABENT VEL NON.

TIT. VI.

L. 1. SI CVM ESSES. *Minimè auctor. iudica.* &c. Ita est cùm contra minorem lata est sententia sine tutoris auctoritate. secus si pro eo lata esset. tunc enim bene valeret: quia quod ipsius fauore introductum est, non debet in eius læsionem retorqueri: vt s. de legib. quod fauore. & s. de procur. non eo minus.

L. 2. IN REBVS. *Quæ priuatis.* Subaudi, maximè. Idem enim esset in criminalibus: vt j. auct. præst. clarum. *Tutore auctore.* Est ergo generale, quòd pupillus tutore auctore litiget. fallit in interdicto de liber. hom. exh ben. quod & lex Fauia. §. vlt. & penult. & in momentaria possessione: vt dicit l. sequens.

1 *Actio momentaria possessionis.*
2 *Cur hæc actio ita dicatur.*
3 *De propriet. & possess simul agi non potest.*
4 *Tutoris auctoritas supplet ætati minor.*
5 *Maximum commodum est, possidere.*

L. 3. MOMENTARIÆ. Quandoque agitur ad proprietatem, quandoq; ad possessionem. cùm ergo agere quis vult actione aliqua qua

qua prosequimur possessionem nullo personarum habito tractatu, quilibet admittitur pupillus sine tutoris auctoritate. sed agendo de possessione non poterit se obreptitiè transferre ad proprietatem. ibi enim non permittitur sic agere sicut in possessione. si verò ille qui cõuenitur à minore, vult ipsum reconuenire de proprietate sine tutoris auctoritate, non opitulabitur ei aliquid conuentio circa minorem ha-
1 bita. & hoc est quod dicit: Sed videamus quæ sit actio † momentariæ possessionis. Et certè interdictum vti possidetis circa immobilia: vel vtrubi circa mobilia: vel quorum bonorum, quorum legatorum causa adipiscendæ bonorum possessionis vel recuperandæ vnde vi. sed illud interdictum vnde vi. non videtur hodie momentariæ possessionis, quia sic succumbit hodie quis in possessione, quòd in proprietate. & ita non est momentaria possess. sed in perpetuum: vt ✠. vnde vi. si quis in tantam. Sed licèt ita sit hodie, si inuadam possessionem rei meæ ante euentum iudicialis arbitrij, credo tamen non minùs remanere interdictum vnde vi in momenta. possessione: quia illud quod dicit constitutio, si quis in tantam, non est ex natura interdicti, sed ipsius constitu-
2 tionis. Si quæras quare † dicatur momentaria possessio. Respõdeo, quia possessio illa apta est durare per momentum, sicut actio l. Aquil. dicitur pœnalis, quia habilis est ad pœnam, non quòd semper pœnam inferat, & homo risibilis, non quòd semper rideat, sed quia aptus est ad ridendum. sic & aliquis posset dici episcopus, quia aptus est ad hoc vt sit episcopus. Est ergo momentaria possessio, quia ad momentum durat. habet enim talem conditionem, vt statim in momento peritura sit, aduersario probante dominium. *Per quamcunq; personam*. Si ita intelligas vt per quamcumque personam exercere liceat actionem momentariç possessionis, hoc est per me, vel per seruum, vel per furiosum, malè intelligeres. dic ergo per quamcunque personam, id est quæcunque persona poterit eam per se exercere, & pupillus, qui tamen iam habet discretionem, proximus erit pubertati. ille enim obligatur: vt instit. de inutil. stipulat. non intellige de infante, qui nescit quid agat. Si quæras an seruus possit, Respond. quòd non, nisi in casu: vt infra si per vim vel alio modo. l. 1. *Sub colore autem*, &c. Permittitur enim ad possessionem sine tutore vel procuratore agere: sed sub prætextu possessionis non poterit se transferre ad proprietatem. & est ratio, quia si in proprietate pro eo lata esset sententia sine tutore, valeret. at contra eum lata non valeret: vt suprà eod. l. 1. & sic claudicaret iudicium: & ita duo casus ponuntur hic circa minorem. Est & tertius, ne conueniatur de proprietate sine tuto. vel curat. auctoritate. *Maximè*. Dic quòd abū-
3 dat. vel ideo dicit quòd posset agi de proprietate † & possess. non simul, sed de vno post aliud. Posset quæri vtrum in causa momenta. possess. iuret iste pupillus de calumnia, an eius tutor. & videtur quòd tutor: vt suprà de iura. calum. l. cùm & iudices. §. fin autem. sed quod ibi dicitur, quòd iurent tutor. & curat. intelligẽdum est in aliis causis, nõ in hac. cùm enim admittatur ad agendum per se, & valeat sine tutore agere, dicendum est quòd & permissum sit ei de calumnia iurare. Sed damnato sic pupillo in causa possessionis, quæritur vtrum in integrum restitui possit contra sententiam. & hoc de facto contigit. allegabatur

quòd non: quia cùm admittatur tanquam maior, & maior non posset, ergo nec iste. praeterea in causa momentariae possessionis non appellatur: vt j. si de momenta. possess. fuerit appell. l. vna. Praeterea non erit in hoc laesus minor, quia poterit agere de proprietate. sed in causa illa inducebat dominus meus contra. quia tutoris auctoritas videtur † supplere aetatem circa personam minoris, & valet quod est cum eis actū: nihilominus restituitur. & ideo licet lex admittat eum tanquam legitimè agentem, nihilominus subuenietur per restitutionem. quod enim ait praetor, quod cum minore annis gestum erit, largissimè est intelligendum in contractibus vel quasi, in delictis vel quasi, vel si aliquid potuerunt lucrari. & ideo videtur hìc restituendus. Praeterea non valet alia ratio, quia quandoque non licet appellare à sententia, tamen licet in integrum restitui: vt ff. de mino. in causae. §. vltim. Item non est dicendum quòd non sit laesus, si succubuit in possessione. maximum enim commodum est † possidere: vt ff. de rei vindic. si quis desti. nec dico quòd modicum quid sit possidere, per quod praeiudicetur maiori rei: vt ff. de in integ. restit. scio. qui multi si possiderent, haberent exceptionem, qui cùm non possident, non possunt vindicare. & sic lata fuit pro domino meo sententia. 4 5

VT NEMO INVITVS AGERE VEL ACCVSARE COGATVR.

TIT. VII.

1 *Nemo agere cogitur, quando intelligendum.*
2 *Causatiuè agere, quid.*
3 *Administratores ciuitatis.*
4 *Tenere pedem in stapete.*

L. vnic. INVITVS AGERE, &c. Intellige regulam, quòd nemo † cogatur agere inuitus antequam proposuerit actionem. 1 proposita enim ea tenetur: vt j. quomodo & quādo iudex. authen. qui semel. & j. authen. de litigio. §. omnem. *Cogitur.* Subaudi non praecisè, sed † causatiuè: sunt enim quidam qui si non agant, periculum subeunt suae substantiae, vt tutores & curatores j. arb. tutel. nominat. & de adm. tut. l. debitoribus. Item gestores sine mandato, si erant agnati domini absentis, & eis facile fuerit satisdare: vt ff. de neg. gest. si autē. Item procuratores: vt j. mand. l. 1. & l. procuratorē. Itē administratores † ciuitatis: vt ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin. l. vltim. §. 4. & penult. Item heres qui non vindicat necem defuncti accusando interfectores eius: vt j. ad Sila. l. 1. Et posset hìc quaeri, si Bononiensis fraude & dolo noluerit aliquem scholarem conuenire dum fuerit praesens, sed dum vult recedere, & tenebit pedem in † stapete: vtrum si scholaris veniat ad iudicem, & dicat hoc sibi, possit ei iudex tempus statuere intra quod agat. & videtur hìc quòd non. & infra de pignor. l. creditor. sed melius est vt causa cognita possit, arg. infra de ingen. manum. diffamari. & de remiss. pignor. si eo tempore. 2 3 4

DE

DE ORDINE IVDICIORVM.

TIT. VIII.

1 *Petitorium.*
2 *Merum imperium.*
3 *Consilium generale.*
4 *Debilitas iurisdictionis.*
5 *Præses per se latè patet.*
6 *Petitorium.*
7 *Tempus pubertatis.*
8 *Semiplena iurisdictio.*
9 *Semel heres, semper est heres.*

ADITE. Verbum ponit imperatiui modi:non tamen imperat vel cogit:imò dicit causa consilij:quia vt suprà tit.prox. habes,nemo agere vel accusare cogitur inuitus.sic & ponitur suprà de transact.age.cùm non replicat super literam istam,super quo adirem tunc præsidem.nam si dicas quòd super possessorio,quia petebant bon.poss.ex edict. Carb.repugnat tibi litera in fine huius.l.vbi manifeste dicit quòd super petitorio, scilicet quia agebat petit.hered.vel rei vindic.cõtra hæredem institutum à patre, quia hunc impuberem nec exheredauerat nec instituerat. Quod autem lo- L.1.
1 quatur super † petitorio,probatur euidenter infrà ibi, pertinet enim ad offic.iudic.qui de hered.cogno.&c.& tunc infrà,quia nõ de ea, sed de hæreditate pronuntiat. & ita videtur quòd omnimodò super petitorio fuit aditus Item si hoc dicitur, non videtur stare posse, quia sic malè diceret in litera, etsi super causa status cognoscere nõ possit, &c. nam sine dubio si agere petit.hered.posset cognoscere præsis,cùm tũc non habeat locum præsumptio Carbo edicti, quod iubet differri aliàs status quæstionem vsque in tempus pubertatis cùm ex eo agitur: vt ff. de Carb.edict.l.3 §.missum.& §.duæ autem causæ, & ita non impediebatur ex persona pupilli. Item ex persona sua,id est, ipsius præsidis nõ
2 impeditur,vel ob debilitatem iurisdictionis suæ,cùm ipse merum † habeat imperium:vt ff.de offic.præsid.illicitas.§. qui vniuersos. Imò huiusmodi causæ scilicet status sunt ei specialiter deputatæ: vt suprà de iudic.ped.l.2.& ita non videretur quòd vel in possessorio vel in petitorio stare posset quod hic dicitur.ad hoc tamen responderi potest, scilicet vt loquatur de possessorio:& hoc innuunt verba, *& rup. esse testa. sa.præsen.agna.fi.*ex hac enim litera videtur quòd de impubere loquatur,cui datur ab imperatore consilium, vt non petitorio vtatur, sed possessorio,id est,vt petat se mitti in possessionem rerum hereditariarum quæ fuerint defuncti tempore mortis:vt infrà de Carbo.edict.l.1.
3 quod † consilium generale est, & cuilibet de populo datur: vt ff. de rei vindication. si quis destinauit. præsumo ergo & dico quòd hoc salubre consilium imperatoris elegerit, & quòd egerit possessorio, vt dictum est. & non obstat quod sequitur in litera, *& si super causa status cognoscere non possit*, &c. verum est enim quòd non potest, non
4 tamen impeditur propter debilitatem suæ † iurisd.ctionis: vt suprà dictum est, sed ex persona pupilli, qui conueniebatur rei vindicatione, vel hæred.petitione,ciuilis etiam quæstio sta·us mouebatur:

quo casu impeditur cognitio ex persona pupilli, si expediat ei quæstionem differri in tempus pubertatis. hoc enim iubet lex: vt ff. de Carb. edict. l. 3. §. causæ autem, §. duæ. Quidam tamen volunt dicere quòd nomen præsidis generale est, & hic sumitur pro magistratu municipali. sed hoc non placet: quia hîc non loquitur tantùm de præside, sed de præside prouinciæ, quod nomen non ita latè extenditur sicut præses per se, † imò ad eos tantùm qui habent merum imperium ad proconsules & præfectos vrbis, & similes: vt ff. de officio præfecti. l. 1. & 2. licet ergo præses nullo tempore impediatur ob debilitatem suæ iurisdictionis, impeditur tamen ex persona impuberis, veluti cùm expedit ei quæstionem differri. vt suprà dictum est. nec obstant illa verba, *Qui de hereditate cognoscit*. Et iterum infrà, *Qui de hereditate pronunciat*, &c. Quia potest sic exponi, de hereditate, id est, de possessione rerum hereditariarum danda, vel etiam deneganda. vt tamen præses illud obseruet, vt si ambiguam inuenerit causam, vel modicum quid pro puero facere, vt non videatur filius euidenter non esse: det ei possessionem bonorum. si verò absolutam, & sit ei euidens filium non esse illius, debet ei denegare. ff. de Carb. edict. l. 3. §. causæ autem. & cognosci de hereditate scilicet summatim. & pronũciat per consequens cùm pronunciat filium esse. & summatim cognoscendum est, vt dictum est. Potest etiam dici vt loquatur in † petitorio, vt innuunt verba illa, qui de heredi, &c. *Et de heredi. pronunciat*, &c. Nec obstabit supra. *Et si super causa stat. cog. non po.* &c. Quia subaudiendum est, aliàs scilicet cùm impeditur ex persona pupilli, vt supra dictum est, cùm sic ei expedit differre. hîc autem poterat esse quòd non expediebat differri ei, sed potius repræsentari. quod diligentissimè est prætori examinandum. finge enim testes esse quosdam qui dilata controuersia aut mutabunt consilium, aut decedent. vel etiam finge obstetricem anum esse, vel ancillas quæ pro partu veritatem dicere possunt. & certè aut stulti aut iniqui prætoris erit causam status in tempus † pubertatis differre: vt ff. de Carb. edict. §. duæ autem. Vel hoc intellige quando pupillus non conuenitur, sed agit petit. here. vel rei vindica. & expedit ei differre quæstionem in tempus pubertatis: vt infrà de Carb. edict. l. 1. assignatur contra ff. de præuaric. præuaricatores. Respond. quia ibi non in modum exceptionis obiiciebatur illud crimen, imò de præuaricatione primùm intentabatur accusatio, & ideò necessarium erat super ea pronunciari. Aliud assignatur contra. ff. de minor. intra vtile. dic quòd ibi non est pronunciatum in incidenti quæstione, sed super errore, id est, vt restitueretur in integ. ratione ætatis, vt liceat ei intendere veterem actionem. & ita cætera cognitionis scilicet restitutionis faciendæ dilata sunt. Aliud est contra, ff. de iudic. de qua re. sed quod ibi dicitur, de qua re cognouerit iudex, subaudiendum est principaliter. secus si incidenter, vt hic. aliud est contra. C. eod. cum ciuili. dic quòd ibi speciale est cùm ciuili disceptationi crimen incidit. aliàs enim non pronunciaretur super incidenti quæstione. & ita P. dixit semper in incidenti pronunciandum, nisi impediretur priuilegium personæ. vt hîc. vel propter semiplenam † iurisdictionem: vt supra de iudic. quotiens. aliàs pronunciandum dixit in vtraque: vt ff. de iudic. de qua re.

Io. distinxit inter incidentes & emergentes quæstiones, nec differunt tantùm in nomine: imò incidens dicitur quæstio, quæ ante lit. contest. competebat reo ex his quæ acta sunt inter se & actorem: vt pactum de non petendo, res iudicata, sacramenti dilatio, & similia. & in his dixit cum B. ne in eis scilicet pronuncietur. Emergens dicitur quæstio vel exceptio quæ opponitur ex his quæ emergunt in lite: vt si quæratur an ille possit testificari, vel an sit danda dilatio, vel similes. & in his dixit cum P. scilicet quòd iudex debeat pronunciare, arg. ff. de liberali caus. liberis. §. vltim. & est ratio, quia aliter processus causæ impediretur, vt quilibet videre potest. Illud quæri posset super legem istam, an heredes in hoc testamento Fabij instituti in quo nec præteritus est nec exheredatus est posthumus, si adeant hereditatem ex hoc Fabij testa. prout possunt, an fiant heredes, & an desinant esse heredes nato hoc posthumo. & videtur quòd bene fiant heredes, quia testamentum erat validum, quod patet ex eo quod dicit, & raptum esse &c. alioquin non diceretur rumpi si non teneret. lex tamen quædam videtur dicere quòd ex tali aditione non fiant heredes: vt ff. de acquirend. hered. cùm quidam. §. quod dicitur. non ergo procedit illa quæstio, 9 quòd qui † semel fuerit heres semper est heres, nisi casualiter quidem dicatur in querela inoffic. testament. & in alio casu, j. de fi. com. amplius.

Sic in veteri libro reperimus.

L. 2.

SI QVÆSTIO. *Prius de natiuitatis*, &c. Cùm enim aliquis affirmat se de genere illius, vel illius, debet hoc probare: vt ff. de proba. l. 1. & sic in act. famil. ercisc. hic probabit.

1 *Crimen falsi.* 2 *Exceptio rei iudi. in incidēti obstat.*

L. 3.

CVM CIVILI. *Quæstio criminis incidit.* Puta quia conuenio te ad decem quæ promiseras, & ostendo instrumentum de stipulatione, tu dicis illud instrumentum falsum sic ciuili disceptationi princi-1 paliter motæ † crimen falsi incidit. *Vel criminis prius institut. ciuil.* & cætera. Puta quia accuso aliquem de plagio quòd deportauit seruum meum de vna ciuitate ad aliam. is quem accuso, dicit non meum esse seruum, sed suum. sic ciuilis causa adiungitur criminali prius institutæ. *Vtramque quæstionem sua sententia.* Quia pronuntiato quòd pecunia debeatur, verum erit instrumentum. sic & pronuntiato quòd seruus fuerit eius qui asportauit, crimen expirat: vt infrà ad leg. Falc. de plag. præses prouinciæ. B. dixit esse speciale in hoc casu, quòd de vtroque debeat pronuntiari. aliàs enim non pronuntiaretur in incidenti: vt infrà ad legem Iul. de adult. quoniam Alexandrum. vel dic quòd pronuntiato in principali, videtur & in altero pronuntiatum. & ob-2 stat † exceptio rei iudic. in incidenti: vt j. de fide instrum. l. vlt. nisi sit talis incidens, quòd in ea summatim cognoscatur: vt ff. de lib. agn. si quis à liberis. §. si vel parens.

QVONIAM CIVILI. Huic l. videtur contradicere s. eod. prox. sed dic quòd ibi criminalis incidit ciuili in modum exceptionis, quia principalis erat quæstio ciuilis, & non criminalis: vel principalis criminalis, & non ciuilis: & ideo determinatur vna sententia. hic autem vtraque principalis. accusabitur enim principaliter, nec incidebat

crimen in modum exceptionis, quia prius cognoſcitur de crimine tanquam de maiori & pronuntiatur. *Sæpe fit.* Ideo dicit, quia quandoque contra eſt: vt quando ciuilis eſt præiudicialis: vel quando agitur de poſſeſſione: vt ȷ̄. de donat. inter vir. & vxorem. ſi maritus. & idem dicit canon.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Tit. IX.

L. I. RES IN IVDICIVM. Suprà dictum eſt de iudiciis, & quia iudicium habet principium, medium † & finem: ideò 1 hic tractat de principio, & dicit quòd ob hoc quòd aliquis petit in iudicio quod ſibi debetur, & edidit actionem, non videtur lis conteſtata: ſed tunc erit lis conteſtata, cùm iudex per narrationem negotij cauſam audire cœperit. illa enim poſtulatio & editio actionis antecedentia ſunt principium, non tamen ſunt ipſum principium. vnde dicit lex, quòd ſi aliquis promiſit amplius non peti, & poſt vocet aduerſarium in ius, & etiam ſatiſdatum ſit iudicio ſiſti, non committitur ſtipulatio, quia non petit, ſed petere vult, vt ff. rem rat. hab. amplius. *Poſtulatio.* Poſtulare † dicitur quis quandoque, cùm 2 ſumit officium aduocationis: vt ff. de poſtulan. l. 1. §. poſtulare. Aliàs dicitur poſtulare implorare iudicis officium: vt ff. de dam. infect. l. 4. §. vltim. hîc dicitur poſtulare deponere querimoniam de aliquo qui debet mihi pone x. *Simplex.* Id eſt ſine libelli oblatione. Olim enim non erat neceſſarius libellus nec in conuentione illuſtrium perſonarum: vt infrà de dignitat. quotiens. vel dicitur poſtulatio, quia antiquitus poſtulabat actor à iudice actionem cum quadam celebritate verborum: quæ hodie ſublata eſt: vt ſuprà de formul. & impet. *Cùm iudex.* Intellige vt iudex. poteſt enim eſſe quòd aliquis venit ante iudicem allegaturus priuilegium ſuum, quia dicit ſe ſcholarem, vel clericum: ſed tamen dixit iudici quòd audiret iniquitatem quam petit aduerſarius, & ſic dicit iudici quòd narrabit ei ſine præiudicio ſuo, non quòd velit litem conteſt. & ita familiariter tanquam amico non tanquam iudici narrat ei negotium. & tunc non credo lit. conteſt. arg. ff. quib. mo. pig. ſi debitor. §. ſi in venditione. tunc contrarium videtur. arg. ff. de cond ind. quod quis. ſed non eſt contra, quia ibi non expreſſit voluntatem ſuam, & ideo præiudicat ſibi: hic autem expreſſit cùm dixit ſine præiudicio ſuo narrare. patet ergo quòd litis conteſt. eſt † prin- 3 cipium

cipium iudicij vel causæ: ante enim res est integra: vt ff. de procurat. ante litem. & suprà de iura. cal. l. 2. & not. s. de procurat. ita demum. & prodest hoc notare ad l. ff. de iurisdict. omnium iudicum. & quia. si enim moriatur is qui mandauit iurisdictionem, ante litis contestationem, dicitur res integra: & sic videtur reuocatum mandatum. Valet etiam ad reuocationes iudicum, quia delegati ante litis † contest. recusari possunt: vt not. de iud. apertissimi. *Audire.* Subaudi per narrationem vtriusque partis. quia causa est res in dicendo posita, &c. quia negotiorum merita assertione partium panduntur, vt j. si per vim vel alio modo l. vlt. intellige ergo de narratione actoris, & responsione rei. & de tali narratione † & responsione facit mentionem s. de iura. cal. l. 2. Assignauit hic incidenter dominus Yr. duas authen. quæ tractant de quibusdã præcedentibus ipsam litis contestationem. OFFERATVR. *Ei qui.* Ex hoc quod dicit, ei qui vocatur ad iudicium, videtur quòd ipsi reo sit offerendus libellus. non tamen dicit à quo, vtrum à iudice, vel ab actore. Alia verò authen. quæ est s. de episcopis, generaliter autem &c. innuit quòd ipsi iudici est offerendus, sed nõ multum curo, vtrum ab ipso iudice offeratur vel ab actore iudicis auctoritate, vel etiam ab executore, de quo magis videtur dicendum, vt per eum. s. executorem ad ipsum reum destinetur. In ciuitate tamen ista reus prius vocatur, deinde eo repræsentato libellus ei offertur, vel à iudice, vt s. dictum est, vel ab actore iudicis auctoritate. Appellatur autem iste libellus † responsalis: vt j. authen. de exhiben. & intro. re. in curia verò Romana petitio: sed Bononiæ reclamatio. videtur autem quòd ex necessitate libellus iste sit offerendus, maximè ex hoc quod dicit in fine, litis ergo contest. &c. quod est contra regulam quæ dicit scripturam non esse necessariam: vt s. de pact. pactio quod bona fide. & de transact. siue apud. Alij etiam sunt casus in quibus scriptura exigitur: vt not. s. de sacros. eccle. hoc ius. & s. si minor. se maio. si alterius. & per hoc quod hic dicitur de libello, videtur correctũ. ff. de eden. l. 1. §. ibi, qui producit aduersarium suum ad album, & demonstrat quod dicturus est, videtur enim per l. illam, quòd olim non esset † necessarius libellus. quod sine dubio verum est, nisi in conuentionem quarũdam personarum: vt j. de dignitatibus. quotiens. sed in criminalibus etiam iure antiquo videbatur bene necessarius libellus: vt ff. de accusa. l. libellorum. & j. qui accusa non poss. l. 3. & de accusat. & inscript. l. in causis, & hoc in crimine publico. secus in priuato: vt ff. de priuat. delic. l. vltim. hodie ergo generale est in omni causa vel iudicio, quòd offeratur libellus. Quidam tamen dixerunt, quòd authen. ista non habet locum inter arbitros compromissarios: vt suprà de episcopis. generaliter in fi. sed illa authent. non loquitur de libello, imò de quadam satisdatione. s. de lite persequenda, quam dicit non habere locum apud arbitros: nec mirum si illa cautio ibi non exigatur, quia si ad diem ab arbitro appositã non venerit, committitur pœna: vt ff. de arb. diem. §. si quis de litigatorib. vnde libelli oblationem bene dico locum habere etiam in arbitris. & hoc innuit l. penultim. in fin. ibi, conuentum in scriptis, &c. & idem dico in sententia, quòd tam iudex quàm arbiter debeat eam ferre in scriptis: vt j. de sentent. ex

pericul.l.1,nisi in breuibus & in talibus, vel cùm episcopus cognoscit inter clericos: vt j de sentent. ex peric. authent. nisi breues. & in talibus satis dici potest quòd libellus non exigatur in causa XII. denariorum, vel duorum solidorum, & similes. & est notabile quòd scriptũ exigitur in principio, in medio, & in fine. *Prebitis sportulis.* Hæ sportulæ præstantur aduocato in iudicio, imò ab vtroque. & j. de fruct. & lit.expen.l. vlt. & j.authen. de iud.§. ne auten. quia præstabantur duo aurei in principio, & fine duo. Aliter in terra ista. & sunt hæ sportulæ † salarium quod præstatur apparitoribus. vel quia apponebantur in 8 sporta, hoc est quodam vase. non quòd sibi haberent executores fortè, sed fisco, vt in summa de sportulis. *Data fideiuss.* Scilicet iudicio sisti. hæc tamen satisdatio remittitur quibusdam personis, vt possessoribus rerum immobilium, & clericis, & quibusdam aliis: vt ff. qui satisd.cog.l.sciendum. & j.authen.de cleric. & episcopis. §. si quis autem pro pecuniaria. sed tamen possessores rerum immobilium † iuratoriã 9 deponunt cautionem: vt infrà de priu.ag.in rebus. l. vltim. & de prox. sacro.scrin.lib. XII. Clerici tamen non iurant. quia ecclesiasticis regulis & canone à beatissimis episcopis antiquitus instituto clerici iurare prohibentur: vt suprà de episcopis, cum clericis. *XX. dierum.* Quæritur vtrum hoc tempus possit à iudice moderari? & satis potest dici quòd sic ad instar edictorum: vt ff. de iud.l. nonnunquam. & ita & de consuetudine seruatur quòd nunquam plus detur sed minus quandoque, prout iudici videbitur faciendum. consuetudo † enim est optima 10 legum interpres: vt ff.de legi. & senat.con. & si de interpretatione. In criminalibus autem causis videtur quòd debeat habere amplius. s. spatium XXX. dierum ad componendos mœstos penates: vt j. de exhi. reis. l. penult. & habebit hos prædictos XXX. dies vltra XX. prædictos. nec mirum, quia ad alium dantur. Prętere a si quis Romę conueniatur de remota patria, quæ fortè distat per XX. diætas, nónne habebit plus quàm XX. dies ad deliberandum, quia antequam redierit in patriam suam, erunt transacti fortè XX. dies & plus? Sed dic pro quolibet die ad veniendum dati vicena millia passuum, & præter hoc ad deliberãdum XX. dies: vt ff. si quis cautio.l.1.nec est contra.ff.qui satisd. cog.de die.1.Respond. vt in legibus illis notatum est. *Vel alij iudici.* Hîc enim erat ordinarius, vt habes: vt not. s. de iudiciis, authen. si contigerit. *Vel recuset.* Cùm erit delegatus ante lit.contest. vt not. s. de iud. apertissimi. nisi sit ille &c. videtur contra. ff. de iud. l. obseruandum. sed dic quòd hic petiit alterius voluntate, quod potest fieri: vt innuitur. j. de sentent. & interloc. auth. consequenter. ibi, aliúsque meteri. vel hîc concessum est ad petitionem alterius, habito respectu ad verecundiam petiti iudicis. vel hîc pars altera non erat præsens, cùm posset exigi consensus, vt fit in curia Romana. *Modo.* i. tantummodo. *Ipsius respon.* Debet ergo respondere etiam ante litem contest. quod est speciale, sicut & quædam alia specialia notata sunt. ff. de interrog. actio. l.1. *Subscriptione.* Debet ergò subscribere, vt in corpore huius authen. *Cõtra hoc indultum.* Bene dicit de indulto, quia hoc inductum est in fauorem rei, vt scil. in scriptis declaretur sibi voluntas aduersarij. cùm enim per verba non posset ita bene habere in memoria sicut perscriptutam,

quia

11 quia citò labitur de † memoria, indulsit imp. reo quòd scriptura fiat in declaranda aduersarij voluntate: & hæc datur reo, quantum habet & tenet & inspicit quantum vult, vt sibi sciat respondere. *Pro nihilo est habenda.* Nota quia si libellus non præcessit, non valet lit. contestatio. sed quoad quid non valet, dicunt tamen vt Yr. quoad examinationem, & sententiæ prolationem, valet tamen quoad interpretandam præscriptionem, etiam si non intercesserit libellus, sed executionis cōuentio: vt j. de præscrip. xxx. ann. sicut in rem. & l. cùm notissimi. Sed ll. illæ loquuntur secundùm sua tempora, in quibus non exigebatur libellus nisi in conuentione illustrium personarum, vt s. dixi. hodie tamen per authen. istud, cùm exigatur libellus, non erit litis contestatio

12 † sine libello, neque quoad interrumpendam præscriptionem, neque quoad alia, cùm pro nihilo est. in casibus tamen secus est, vt cùm ex consensu partium promittitur. vt in vilibus causis (vt videtur innuere authen. quod habes s. de episcopis & cleric. in authen. generaliter in fin. & in summa etiam est notatum.) vel ex consuetudine terræ, vt est in quibusdam locis. Sequitur alia authen. LIBELLUM, &c. *Et in negotij.* Et ponitur pro vel. non enim tenetur vtrique cauere, reo scilicet & executori. vnde satis est si alteri eorum caueat. hæc enim cautio fit gratia eius qui conuenitur: vt dicit in litera sequenti. vnde & si caueat personæ publicæ, satis est, quia ex promissione sibi facta, bene dabitur actio reo: vt ff rem pup. saluam. non quasi. *Cautionem.* ergo patet quòd cautio ista exponenda est ante lit. contest. ne vel antequam libellus dirigatur, aliud si post, quia tunc caueret de persequenda causa vsque in finem: vt s. de episcopis. authen. generaliter. Vel dic quòd vtraque interponitur antequam dirigatur libellus: sed ista ad litem inchoandam, alia ad perficiendam: respicit enim finem illa, hæc principium: vt in alia authen. vt notaui. *Intra duos.* Si verò non contestatus fuerit intra duos menses, committitur cautio, & liberantur fideiussores: vt j. de fideiusso. l. pen. *Non excedente cautione xxxvi. ann.* Intellige in eo quod pœnam continet. damnum enim restituit totum. sed pœna de duplo quod promisit, non debet excedere istam quantitatem. promisit enim se restituturum damnum in duplum.

DE PLVS PETITIONIBVS.
TIT. X.

1 *Falsa computatio.*
2 *Pœna vltra delictum contendi non debet.*
3 *Scienter confiteri nocet.*
4 *Doli exceptio.*

ODIOSAS &c. Sciendum est quod plus ponitur 4. modis, causa, tempore, re, loco. Quid hoc sit, & in quo puniatur qui plus exigit præstita cautione vel non, dic vt in summa diligenter notatū est. *Machinat. caut.* Computauit † enim quis cum debitore suo per dolum vltra quam deberet. & ita fecit sibi caueri de eo toto soluendo. *Arguatur* L. vnic.

1

per testes. si verò sponte confiteatur. vel per iusiurandum sibi delatum, non tantam patietur pœnam: vt ff. de iureiur. eum qui iurauit. & licet aliàs sit generale. quòd non vltra debeat extendi † pœna, quàm 2 reperiatur delictum, vt j, de pœnis. sancimus: vt ff. de his quibus vt indig. rescriptum. fallit tamen in l. ista: quia propter hoc quòd qui plus petit, amittit totum. *Transactionibus.* quia si transigat de adiecta falsi quantitate, non licebit ei contrauenire. *Secundis confess.* vt si dicat scienter, ne lite vexetur, bene debeo tantum quantum dicis. & ita secunda est confessio à prima quam fecit ignoranter, & in qua cauit. sed in hac præiudicatur, in illa non, ad similitudinem illius, qui scienter indebitum soluit: vt ff. de condic. inde, quod quis. Nec puto esse intelligendum de confessione post biennium facta, sicut dicitur in muliere j. ad Velleianum. si mulier. ibi enim non præiudicat sibi nisi elapso biennio. sed iste talis erat qui ante poterat sibi præiudicare quandocunque vellet, vnde non in eo ita pono sicut in muliere dicitur: imò si scienter † confiteatur siue intra biennium siue post, siue in scriptis vel coram iudice siue non, sibi præiudicabit. *Hoc.* id est, dolum adhibitum in adiecta falsi quantitate. si verò per dolum super dolo transigatur. dicunt quidam, quod tenet causa infinitatis vitandæ. vnde distinxerunt, fiat transactio super re per dolum, & tunc non valet. an super dolo per dolum, & tunc non tenet: vt hic: sed non ita dicendum: imò quod hic dicitur, hoc referendum est ad dolum præcedentem. si enim dolus postea interuenerit, bene potest obiicere † de dolo: vt ff. de 4 condic. inde. in summa, & quia prætor ait, Pacta conuenta quæ neque dolo malo &c. ff. de pact. iuris gentium. §. prætor.

DE DILATIONIBVS. Tit. xi.

1 *Nomen instrumenti est generale.* 2 *Expectatoriæ dilationes.*

L. 1. QVONIAM. *Instrumentorum.* Nomen † instrumenti generale est tam ad chartas quàm ad testes: vt ff. de fide instru. l. 1. sed hîc videtur quod ad chartas tantùm referatur. cùm post addat, vel personarum, vel intellige quòd vtrumque comprehendant. & hoc quod dicit, vel personarum, est intelligendum de personis aduocatorum. pro his enim peti potest dilatio: vt ff. de in integ. rest. maio. ait prætor. in fi. sed pro cognatis & amicis non inuenitur quòd dilatio dari debeat. *Quàm tres menses.* Istud quod hîc dicitur de tribus mensibus, & de vj. & de ix. non corrigitur per authen. vt omnes obediant iudici, §. & si quidem. quia ibi loquitur de iudiciis quæ dantur illi ex cuius domo iniquum quid patior, vt veniat ad iudicium. hîc autem de iudiciis quæ dantur propter instrumenta vel testes. *Ex continentibus prouinciis.* Continentes prouinciæ sunt, quæ modo freto diuiduntur: vt ff. de verbo. sig. §. continentes. v i. *menses.* repete, non amplius. nam minus potest ix. *menses.* repete, non amplius, *Non facilè amplius quàm semel.* & hoc quando non est impeditus, si verò non potuit producere testes, habebit aliam dilationem gratia impedimenti. In criminali autem speciale est quòd amplius quàm semel præ-

præstetur, etsi non probauerit impedimentum:vt ff.eo.l.vlt.& videtur 2 contra authen,s.de iudi. iubemus. sed ibi † expectatoriæ dantur dilationes,vt cùm aliquis erat absens ratione testium aliàs vel instrumentorum,vt hic. vel dic quòd speciale est quando vna partium renunciauit allegationibus,altera non. videtur etiam contra authent. de testib.sed ibi non loquitur de dilationibus, imò de testium productione,& intra tempus eiusdem dilationis plures possum productiones facere,si omnes simul produxi. si verò propter calliditatem petam dilationem,vt discam testificata,& quæ dixerunt iudici, hodie producam vnum,cras alium.si non didicit testificata, danda est quarta productio sacramento præstito,vt dicit authen.j.de testib.

1 *Iudex extraordinarius.* 2 *Victus victori in expensis dãnatur.*

SI QVANDO. *Deneganda est.* sed tamen tempus quod reo datur, L.2. poterit prodesse actori ad producendos testes:vt s. de temp. in integ.rest.l.pen.

Hic habes authen. QVOD FIERI *non debet &c.* Ad quid referes, quod hîc dicitur quod fieri non debet? dicésne quòd aliàs non debet rescriptum indulgeri nisi actor satisdederit?&c.& certè non ita dicendum: imò refertur ad hoc quod reus non ducatur ad extraordinarium,aliter quàm hîc dicit. & quòd ita sit intelligendum, continetur in corpore authen.in prin. *Certam,*In corpore authen.decretam, quia 1 iudex † extraordinarius debet decernere quantitatem quam præstet actor si litem non exequatur.*Daturum.*fugienti: vt in corpore authen. *A se.* scilicet iudice intra x. dies. istud est speciale in iudice extraordinario.aliud seruatur in ordinario:quia si non venit,dicit authen.qui semel,quòd debet citari tribus edictis per internalla xxx. dierum. & alius datur annus, vt ibi continetur. *Dimittitur reus.* scilicet à iudicij obseruatione. *Quod compromissum est.* quia certam promisit quantitatem,& amplius si plus expensum est præstabit: quia victus victori de-2 bet condemnari † in expensis:vt s.de iudic. properandum. *Cum taxatione.*facta scilicet à principio ante sacramentum,secus si post: vt s.de iudi.authen.hodie.

1 *Feriæ vnde dictæ.*

SIVE PARS. Trium mensium vel vj. vel ix.vt s eo.l.j. *Conquiescat* L.3. subaudi nisi abbreuiauerit tempus, vocatis partibus causa cognita. potest enim moderari in talibus interlocutoriis sententiis & mutare.aliud in definitiua sententia:vt ff.de arbit. dicere. & de iud. non-1 nunquam.& ff.de re iudic.quod iussit.*Feriæ.*& dicuntur ita. quia † festiuæ,vel a foro,quia forum faciunt declinare:vt ff. eo.l.j.& l. pen. *Repentinæ.* quæ indicuntur à domino imperatore propter natiuitatem filij,vel propter victoriam.*Solemnes,*vt dies dominici & similes.

A PROCEDENTE. *Plenariè.* id est summatim & de plano sine li- L.4. belli oblatione:sicut j.de naufrag.l.pen. & quædam bon. pos. de plano peti potest,alia causa cognita pro tribunali sedente iudice: vt ff. quis or.in bono.poss.l.ij.§.j.

1 *Imperator cogi non potest vt sit iudex.*
2 *Renuntiare allegationibus.*

L.5. CVM A NOBIS. Videtur contra. j. de tempo. appel. authen. sed & lis. & j. vbi sena. vel clariss. l. quotiens. Respon. quia aliud est quando tractatur causa apud imperatorem, quàm apud alium iudicem. vnde quamuis mora facta fuerit apud dominum imperatorem in appellatione exercenda, non tamen transit tempus donec faciat eam introduci, & à proceribus dirimi, vt ibi dicit. non enim ita potest cogi † imperator sicut alius iudex. & ita dic quòd non loquitur de tempore dilationis præstandæ, sed appellationis exercendæ, scilicet anni. sed hîc loquitur quando princeps cognoscit in causa appellationis, vel eam delegat tunc enim non est danda dilatio. sed in principali hoc non negat. Sed nónne legati à Papa etiam in tali casu dant tota die dilationes? ideo dominus Io. & P. l. quam habes. j. de tempo. appel. per hanc, intellexit l. istam, quando aliquis iudex cognouit de causa appellationis, & recepit testes. post refert ad dominum imperatorem, quid fieri debeat in causa illa, vel quòd remittat sibi necessitatem iudicandi. si ita cognouit, vel alij commisit, tunc non datur tempus ad deliberandum, quia partes † renunciauerunt allegationibus: vt j. de rela. l. j. & sic glossauit. *Consultationémve.* ve, pro et. Dominus tamen M. & B. responderunt cuidam iudici imperatoris, cùm quidam Parmenses accusati essent de crimine, & iudex ille Berco nomine per l. istam denegabat eis tempus deliberandi, quòd l. ista locum habebat, quando imperator cognoscebat de causa appellationis. & secundùm eos videtur quod optimè ordinari posset hæc litera. & sic petebant tempus, vel secundùm authent. offeratur, vel secundùm l. j. de custod. & exhib. l. penult. at ille iudex nec secundùm authent. nec secundùm l. dedit eis tempus, sed x. dies tantùm: & accusati interim timore aufugerunt.

L.6. INTER PRIVATOS. Patet per l. istam, si lis est inter priuatos & fiscum, non est deneganda actio.

L.7. NEC DE STATV. Etiamsi sit quæstio de statu & patrimonio, transmarina dilatio non debet egredi nouem menses.

DE FERIIS. TIT. XII.

1 *Feriæ solemnes itémque repentinæ.*

L.1. QVONIAM. *Similis obseruantia.* subaudi, inductarum à nobis feriarum & solemnium vel communium. *Experientiæ tuæ.* ideo dicit, quia multa expertus erat, & multa viderat & audierat. *Minimè fieri adiectionem,* hoc est vt sine adiectione alterius temporis non feriati currat tempus appellationum in feriatis diebus siue sint repentinæ † siue solemnes, patet ergo quòd similis est obseruantia tam in solemnibus quàm in repentinis feriis quoad tempora appellationum, siue sint facienda siue exercenda. currunt enim dies continuò in exercenda appellatione, etsi agi non possit in feriatis: vt j. de tempo. appell. l. 2. §. penult. sicut & in vsucapione, & xx. vel xxx. præscrip. & si agi non possit in feriatis diebus, omnes tamen

men computantur continuò.

OMNES IVDICES. *Die solis*.id est,die dominico.dies enim septimanæ sumpserunt nomina à VII.planetis:& ideo dicitur dies solis,dies lunæ,dies martis,& sic de aliis. *Scrobibus*.i.fossatis. *Momenti*,id est,diei illius. L.3.

ANVLLO. Assignatur contra.ff.de off.proc.si in aliam. sed illud verum est in feriis quæ indicuntur publica vtilitate,puta gratia messium vel vindemiarum. illas enim dare potest secundùm mores & consuetudinem regionis.secus in repentinis, quas indicit imperator solus,cùm aliquid prosperum contingit in repub. vel deuicit hostes, & similia. *Et fructu carebit*. Sic videtur quòd si careat aliquid nomine, careat & fructu.sed non est ita in omnibus,cùm multi sint contractus innominati qui fructu non carent,vt ff.de præscrip. ver. naturalis natura enim rerum inductum est,vt plura sint vocabula, quàm negotia: vt j.eod.tit.natura. L.4.

PVBLICAS. *Geminis pensionibus*. Qui gemini menses statuuntur ad vindemias & messes colligendas: vt j.eod. l. omnes. *Pistoris*. Quia pistores fortè malè fecerunt panem,& contra statutum. L.5.

QVADRAGINTA. Auspicio cerimo.i.in principio ieiuniorum. *Criminalium*,Non ciuilium. L.6.

1 *Feriæ diuersimodè statuuntur*.

OMNES DIES. *Iuridicos*.id est,ad ius dicendum confessos. *Feriarum*.Et dicuntur feriæ quasi fœriæ,quia præstant vacationem eorum quæ in foro aguntur,per contrarium, non quòd tunc forum fiat:vt ff.eod.l.pen. *Indulgentior annus*,id est,indulgentior pars anni.& sic totum sumitur pro parte.indulgentur enim illi gemini menses necessitati hominum,vt re colligantur messes & vindemiæ. & secundùm diuersas regiones diuersimodè †1 statuuntur: quia citiùs fiunt messes & vindemiæ in vno loco quàm in alio. *Reuoluuntur*. Quia modò est vna dies dominica,in alia septimana alia:& sic de singulis. *Lucis auspicia*, id est, dies in quibus nati sumus. *Vel ortus imperij*,id est,dies in quibus coronam suscepimus. L.7.

ACTVS. *Emancipandi & manumit*. Idem si in his diebus fiant paces,& concordiæ & transactiones interponantur, electo aliquo tanquam bono viro & arbitratore. aliàs etiam ex consensu partium non redditur ius.licèt aliud sit in feriis messium vel vindemiarum: vt ff.eod.l.1.§.1.cùm enim videam, quòd ille qui prohibetur postulare in vtraque parte consentiente repellatur à postulando: vt ff. de postulan. quos prohibet.ergo multò magis hîc dicendum quòd non valet consensus partium in diebus statutis ob honorem Dei. L.8.

PROVINCIARVM. *In hoc summi numinis speratur venia*, &c. Vnde & vulgare prouerbium est,& canon dicit,Amicus Dei est,qui inimicum Dei disperdit. L.9.

DIES FESTOS. *Fideiussionis*. Iudicio sisti,iudicatum solui. *Apparitio*,id est,apparitor. *Vicaria pœnitudo*. Vt inuicem pœniteant. *Obscœnis*,id est turpibus. *Nostrum ortum*,id est,natiuitatem principis. L.10.

DE IVRIDICTIONE OMNIVM IVDICVM, & de foro competenti.

TIT XIII.

1 *In lite priuatorum procurator Caesaris non est iudex.*
2 *Mutare voluntatem.*
3 *Quando appellari non potest.*
4 *Rescriptum contra leges quando valet.*
5 *Prorogatio de personis ad personam.*
6 *Iurisdictio delegata.*
7 *Iurisdictio verbum generale.*
8 *Habere ius in re quid.*

L.1.

NON QVIDEM IVDEX *fuit*, &c. Istud multùm videtur facere pro reo, qui fortè condemnatus erat. volebat enim rescindere sententiam, & sic dicebat domino Imperatori à non suo iudice latam. Respond. ei imperator, & dicit quòd verum est procuratorem suum † non fuisse iudicem in lite priuatorum: & ob hoc videtur sententia rescindenda: vt j. si à non competen. iu. l. vlt. sed hìc non debet quis praecisè, imò totam l. perspicere. vnde dicit l. inciuile est, nisi tota lege perspecta, & c. vt ff. de legib. & constit. dicit enim inferius, quia cum ipsis consentientibus, & cum eligentibus sententiam tulerit, debent ei acquiescere. Intellige ergo propositioné quam praemittit, quòd aliàs consid. rata ratione à lege, non est iudex procurator priuatorum, imò habet cognoscere, tantùm inter fiscum & priuatum. & dicit l. sibi debere associari praesidem: vt s. si aduersus fiscum l. 2. & de ped. iudic. l. 1. sed si ipsi eum elegerunt, & ipse tulit inter eos sententiam, non debent recedere à iudicatis. Sed quare ponit ista duo, scilicet quòd elegerunt, & quòd sententia feratur? quia si tantùm elegissent, non tamẽ vltra processissent, cùm nec lis fuerit contestata, nec sententia lata, possent ab eo recedere, & mutare † voluntatem: vt ff. eo. si conuenerit. Et voluerunt quidam intelligere quod ibi dicitur, priusquam adiretur, etiamsi lis contestata non esset, dixerunt autem adiri ante lit. contest. sed dominus meus contra. aditionem esse non ponit pro litis contestatione: vt ff. solut. mat. si cùm dotem. § eo tempore. *Consentientibus*, scilicet adeundo ipsum, & litem contestando. *Intelligitis*, &c. id est bene scitis, quilibet enim hoc scit, cùm sit de iure naturali, ne aliquis contra pacta versetur: vt ff. de pac. l. 1. & ideo si eis consentientibus sententiam tulerit, deberent acquiescere rei iudicatae, nisi appellent. hoc enim facere possunt, in episcopo tamen si eligatur vt arbiter, seruatur eius sententia vt arbitri: & potest agi tantùm ad poenam. si verò iudex, non † potest appellari: vt s. de episcopali aud. episcopale. & l. si quis lit. *Scientes*. aliud si ignorantes. tunc enim non videtur consensisse, imò error ille contrarius est consensui: vt ff. eo. si per errorem. & sic sententia facit quod aliàs non teneret: vt ff. si quis cau. sed & si quis. §. vlt. & aliàs dicit. l. quòd iudex nõ potest decernere bon. poss. pupillo vel seruo eius, nisi sciat ipsum esse pupillum vel alium seruum: vt j. qui admitt. ad bonor. possess. l. bonorum quidem. & ff. de bonorum poss. seruus. & simile posset induci in rescriptis: quia dicunt quidam

quidam quòd si aliquis impetrauit rescriptum contra legem, & hoc sciuit imperator, quòd valet: aliud si ignorauit legem esse contrariam. 4 sed nos non ita dicimus: quia si rescriptum † sit contra legem, etsi hoc sciat imperator, dicimus quòd non valet, nisi imperator dicat specialiter, non obstante tali lege: vt probatur j. de petit. bon. sub l. j. nunquã enim præsumendum est quòd ipse ignoret aliquam legem, cùm omnia iura habet recondita in scriniis suis: vt j. de testa. l. omnium. Quid si vnus sciuit non suum iudicem, alius ignorauit? Distinxerunt quidam, esset actor, an reus. & si actor sciuit, reus autem ignorauit. Præterea distinxerunt, vtrum errent in iure, an in facto: si in facto, non tenet: si in iure, tenet. Io. non distinxit errent in iure, an in facto. siue enim errauerunt in iure, siue in facto, non tenet iurisdictio: vt probatur ff. de iud. l. ij. circa princ. præterea non distinxit reum ab actore. pluraliter enim locuta est l. quòd omnes debeant consentire: vt ff. de iud. l. ij. §. elegistis. & ita hîc fit prorogatio † de personis ad personam, quandoque 5 fit de tempore ad tempus: vt cùm iudex delegatus est, vt j. tale tempus cognoscat. possunt enim prorogare tempus: vt ff. de iudiciis. l. ij. §. si iudex. fit etiam quandoque de re ad rem: vt cùm quis iudex vsque ad certam sententiam potest cognoscere, possunt partes prorogare ad maiorem: vt ff. de iud. de qua re. §. iudex. Sed posset quæri, vtrum priuatorum consensus posset facere vel prorogare quòd magistratus municipalis cognosceret de principali quæstione in qua est necessarium merum imperium, vel vtrum pedaneus iudex possit cognoscere de liberali. In primo respon. quòd non. arg. j. vbi causa fiscalis. l. non defensæ. In secundo idem, quia liberalis causa maiores exigit iudices: vt ff. de arbit. non distinguemus, §. de liberali: vt s. de peda. iudi. l. placet. Cùm enim sit prorogatio de personis ad personam, potest fieri tantùm in his causis quæ ad iurisdictionem iudicantis pertinent: vt in distinct. in pedaneo iudice & magistratu municipali, qui non possunt de capitali crimine, vel liberali causa cognoscere, vel de aliis quæ pertinent ad merum imperium: vt per l. s. de pœ. & ff. ad Turpill. l. 1. §. suspecto, & §. sequenti. In his ergo si consentiant, non fit prorogatio, sed in aliis: vt 6 s. dixi. Item posset quæri quid esset in eo qui † iurisdictionem habet delegatam, vt quia delegata est ei aliqua causa: nunquid si aliqui ad quos non est delegatus, cõsentiant in eum, facient eum iudicem? nam hîc non de tali dixit. Præterea in ff. de iudic. l. j. loquitur de eo qui tribunali præest, id est, merum habet imperium, & de eo qui iurisdictio- 7 nem habet: quod verbum † generale est, & fortè extendetur etiam ad eum qui habet delegatam. vel dic veriùs, quia quod ibi dicitur de iurisdictione, intelligendum est de ordinaria: nec extendetur ad delegatam: quia ille non propriè dicitur habere iurisdictionem, sed magis qui delegat: vt ff. de off. eius cui mand. est iurisd. l. 1. & simile potest ad hoc induci de eo qui habet ius in re, vt quia emphyteuta est: quia 8 dominus dicitur habere directum dominium, licèt habeat ille † ius in re: vt ff. si ager vectig. l. 1. & ita dico iudicem delegatum in vna causa, non posse per consensum partium fieri iudicem in alia.

1 *Ordo iuris seruari debet.*
2 *Domicilium, vbi contractum intelligatur.*
3 *Ratione contract. sortitur quis forum.*
4 *In loco domicilij reus conueniendus.*

L.2. IVRIS ORDINEM *conuer. post.* Ex hoc datur intelligi quòd non erat audiendus. ille enim audiri debet, qui secundùm ius aliquid postulat. non qui peruerso iuris ordine petit: vt s. de precib. imp. off. l. rescripta. ordo † enim iuris seruari debet: vt s. de his qui ad eccle. con. 1 l. præsenti §. quod si. *Forum.* & dicitur forum ex eo quòd ibi inferuntur lites, per similitudinem: sicut & aliud dicitur forum vbi afferuntur res causa vendendi & emendi. *Nam vbi domic. &c.* Sed vbi dicitur quis habere † domicilium? Respon. vbi constituit summam rerũ suarum & larem: vbi facit ignem. à quo loco si recedat, dicitur peregrinari: sicut optimè dicitur j. de incol. l. vlt. & potest quiuis habere plura domicilia: vt si æqualiter habeat substantiam suam in diuersis locis: vel vbi habet minorem partem. Potest etiam esse quis sine domicilio, vt quando aliquis iter facit quò se transferat, interim nullum habet domicilium: vt ff. ad municip. eius qui manumisit. §. Celsus, quandoq; aliter accipitur domicilium receptatorium domus, quia conduxit, sicut est in scholaribus, vt ff. de aleatoribus, l. j. §. item notandum est. & ff. de iniur. lex Cornelia. *Tempore contractus habuit.* quare ponit duo, scilicet vbi domiciliũ habuit, & vbi contraxit? nónne satis videretur sufficere contractus? imò, quia ratione † contractus tantùm sortitur quis 3 forum, vt ff. de iud. heres absens. & l. seq. Sed quod dicitur de domicilio, nihil adiicit: quia etsi ibi non habuisset domicilium, nihilominus ratione contractus posset conueniri: vt s. dictum est. idem etiam si habuit ibi domicilium, & contraxit, modo autem translatum est. potuit enim conueniri vel vbi nunc habet domicilium, vel vbi contraxit, si ibi inuenitur. si non, possidebuntur bona: vt dicit l. heres absens. § j si nihil habet, & vocatus non veniat, mulctabitur à iudice vel ab eo qui habet potestatem hoc faciendi: vt in l. heres, notatum est. & ita prodest quòd ibi conueniatur vbi habet domicilium. † tamen potest & alibi: 4 vt s. dixi. *Eum tantum.* videtur malè dicere, quia plures aliæ possunt esse causæ quare quis forum sortiatur: vt j. habebis per speciales titulos, & in summa notatum est circa fi. dic ergo quòd ob hoc dixit, vt excluderet tantùm forum actoris, nõn alias causas. reus enim in foro proprio non actoris debet conueniri.

1 *Qui iurisdictionem dare possunt.*

L.3. PRIVATORVM. intellige de priuatis dignitate. nã præses vel prætor vel similes dare possũt iurisdictioné: vt s. quia pro sua iurisdictione iudices dare daiive possunt. præterea intellige de priuatis qui non constituunt vniuersitatem in ciuitate aliqua vel municipio. illi enim † dare possunt iurisdictionem: vt j. authen. de defenso. ciuita. Item in- 1 tellige de his priuatis qui non habent negotiationem aliquam vel professionem, vt pistores, cerdones, & tales. illi enim constituere possunt ministrales suos: vt j. eo. l. vlt. nec est contra. s. de arb. quia arbiter

non

non est iudex,nec ex eius sententia nascitur actio vel exceptio, nec aliquo modo agitur, vt in titulo illo notauimus.

1 *Argumentum à contrario sensu,fortissimum.* 2 *Dare instantiam.*

L.4.

NEMO POST LITEM. M.argumentabatur, ergo à contrario sensu,ante litem contestatam ordinariæ sedis poterit declinare 1 examen.est enim fortissimum argumentum † à contrario sensu , sicut l.ff.de off.eius cui man.est iurisd. l.j. & pro se inducit, ff.de libe. cau. si pariter.& authen.s.de lit.contest.offeratur.& aliud authent.j.de sent. & interlo.& consequenter.sed hîc. Ex improuiso Martinus protulit ergo.Vnde nostri doctores magis prouidi contradixerunt. dicunt enim quòd iudex ordinarius non potest recusari ante lit. contest.vel, & 2 sic respondent arg.suo,& dant † instantiam in hac eadem. l. quia cùm hîc dicat quòd nunc licet recusare examen sedis ordinariæ post litem contest.ergo examen sedis ordinariæ licet post lit. contest. quod nequaquam verum est:vt s.de iudi. apertissimi. Si opponas de eo quod hic dicitur ordinariæ,dicit quod ideo dicit , quia quælibet est ordinaria sedes post lit.contest.quia tanquam sub ordinario debet quis extunc respondere.ante lit.ergo contestatam non potest quis ordinariũ iudicem recusare.& hoc potest probari , quia in speciali priuilegio est indultum quibusdã personis , vt ipsum possint recusare,vt pupillis,viduis,& talibus:vt j.quando imp.inter pup.& vid.& c.l.vna.& j.si quãcunque prædi.potest.l.vna in fi. ergo cùm specialiter in priuilegium eis attribuatur,non obtinebit de iure communi:vt arg.ff. ad municip. l.1.in fi.& j.de thesau.l.1.& ff.de leg.j. si quando quis. Item præterea pro nobis facit authen. de iud.si contigerit,vt & ibi notaui. Si opponas d.l.si pariter.dic quòd nihil ad rem : quia loquitur in actore, qui cùm plures habet iudices ordinarios,potest vnum dimittere, & alium eligere:nisi causæ contingentia hoc impediat. tunc enim idem erit iudex fructuarij & proprietarij,nisi causa iusta allegetur, vt ibi dicit, & notaui suprà de iudic.apertissimi. Ad authent.respond.quia loquuntur in iudicibus delegatis,non in ordinariis.*Nec prius*,subaudi, quàm sententia feratur.ante enim non licet appellare:vt s.de episcopali aud. l.ij.vel dic quòd prius non imploret auxilium quàm debet implorari. *Ad sacrum auditorium*,iudicis appellationis,scilicet maioris vel imperatoris.

Sic reperimus in vetери libro.

L.5.

IN CRIMINALIBVS.Suprà dictum est in ciuili causa, cuius forum debeat quis sequi.hîc subiicit quid sit in criminali. *Rei forum.* idem in ciuili, vt dicit consequenter. & s. co. iuris. *Sine cœlesti orac.*id est,sine rescripto imperatoris: quia quãdoq; super hoc indulgetur : vt s.de delat.si quãdo. sed pœna quæ statuitur hîc de amissione actionis, habétne locum si in vetito solum vocari fecerit examine?Respondent quidam, & ita antiquitus est glossatum,quòd hanc petit quis pœnam, si cum effectu vocari fecerit j.lit.contest.vel vt feratur sententia. si enim antè pœniteat,non videtur vocasse,arg.ff.rem rat.hab.l. ampliùs. & ff.de in ius voc.quamuis non adiiciat.& satis potest concedi. vel dic quòd aliud est quando vocat ad permissum examen,vt ibi,quàm ad vetitum,sub quo nullo modo debuit litigare, tunc enim sola vocatione

patitur pœnam.& ita videtur hîc dicere in vetito vocauerit,&c. *Aut executionem poposc.mil.&c.*ergo si per eum non stetit, patitur pœnam. *Reus verò pro condemnato.*Sed qualiter reus poterit prouocare actorem ad vetitum examen,si ipse non vult venire?dic,cùm potens erat per amicos,vel quia cepit res actoris,& ita vi deduxit, talis consensus non præiudicat:vt ff.de iudic.l.ij.

1 *Crimen commune.*

MAGISTERIAE. *Inter militares viros.* quando reus & actor est militaris. *Vel priuat. actio.&c.etiam ciuilium quæstionum.* In criminalibus si militare est crimen,idem est: vt ff. de de re mil. l. iij. si verò commune est,distingue,vtrum sit enorme,an non. si commune sit & enorme,sub præside respondebit.nec obstat ꝟ ad leg. Corn. de sicar. l. 1.quia ibi dubium erat, esset enorme,an non.si verò †crimen commune est & non enorme,imò mediocre à magistro militum punietur.& si sub aliquo deliquit,ad ipsum remittetur: vt ꝟ. de exhibend. re. l.1.nec obstat ꝟ.de re milit.l.1.quia speciale est in illis militibus.Præterea speciale est in cohortali conditione:vt ꝟ.vbi quis decurio vel cohort. l. 1. nec obstat authent.quæ in prouincia, quia ibi loquitur de priuilegio indulgendo,aliud in indultis à lege.*Audiendi,*id est audientiæ vel audiendi ciuiles quæstiones. 1

1 *Ministeriales qui.*

L. 7. PERINIQVVM *& temerarium,qui profess.al.seu negot.exer. noscuntur.* Non dicit de discipulis eorum: vnde videtur quòd scholares qui non exercent professionem aliquam,sed sub exercentibus fiant discipuli,non possunt eligere consules, sicut nec discipuli pillipauorum vel fabrorum aut similium corporum.nec valet coram sententia quia priuatorum cõsensus,&c.nisi de facto,vt per pignora quæ accipiunt. magistri ergo possunt consules eligere, quia ipsi exercent professionem. sic & faciunt fabri in terra ista,& alia corpora,quia eligunt † ministeriales suos sub quibus possunt conueniri, vel etiam sub potestate, vt dicit l.ista.sed nec credo quòd si habeant in corpore suo aliquem magnum virum,qui eis præstet consilium & auxilium, & propter hoc ipsum adhibuerunt,& ob hoc præstabant maximam vtilitatem, quòd debeat sub ministrali conueniri ille miles vel similis persona,cùm non sit de professione eorum,sed comedebat cum eis, & in talibus participabat. *Iudicum,*qui præsunt alicui corpori vel vico. *Tam in publicis, quàm priua.*scilicet pertinentibus ad prædictam professionem seu negociationem.secùs si de adulterio vel simili causa: illa enim sub potestate tantùm debet examinari. *Sub quorum iurisdict.* vt potestatibus,sub quorum iurisdictione sunt etiam illi qui præsunt corpori vel vico. 1

QVANDO IMPERATOR INTER PVPILLOS & viduas,& miserabiles personas cognoscat, & ne exhibeantur. TIT. XIIII.

1 *Vidua curita dicatur.* 2 *Non est à fortuna bonum vel malum.*
3 *Ordinarium iudicem recusare non licet.*

L. vnic.

SI CONTRA PVPILLOS. Pupillus appellatur in titulo isto, cùm impubes est, & desiit esse in potestate patris morte vel emancipatione: vt ff. de verb. sign. l. pupillus. *Vel viduas.* Aliàs dicitur vidua, † quæ separata est à viro vel morte, vel quocunque modo. hîc autem sumitur pro illa quæ nunquã virum habuit, scilicet pro virgine. virgo enim dicitur vidua, quasi vecors, id est sine viro, vel sine duitate: sicut vesanus, qui sine corde aut sanitate esset: vt ff. de verb. sign. malum. §. viduam. *Comitatu nostro.* hoc est quod impetratum erat rescriptum, quòd respondeterent tales personæ coram imperatore, vel etiam coram iudice delegato in eodem comitatu, vel eadem prouincia. *Litigatores sunt*, id est reus vel rea est ratione domicilij. *Cautela*, de qua habuisti s. de farisd. & de lit. contest. *Ne terminos*, &c. & est in his personis speciale, ne quis ad extraordinarium iudicem contra eos possit impetrare rescriptum. aliàs enim posset: vt s. de dilat. si quando. *Fortunæ iniuria*, quia fortuna iniuriatur eis. & sic loquitur secundùm quosdam qui dicunt, iste nullam habet fortunam. at subtiliùs inspicienti non est à fortuna † bonum vel malum, sed ex gratia & permissione Dei. *Miserabiles*, quia debemus misereri eis. *Nostræ serenit. orauerint*, quia postulauerũt beneficium à principe, cùm alicuius potentiam perhorrescunt, vt alius respondeat eis sub principe, vel fortè ne conueniãtur sub principe tantùm. & ita licet his pupillis & similibus recusare iudicem ordinarium: quod non permittitur alij, licèt possit petere associari suspecto iudici archiepiscopum: vt s. de iudic. authen. si contigerit. si ergo in his speciale est, ergo de iure communi non licet, † recusare ordinarium iudicem: vt not. s. de iurisd. omn. iud. l. nemo. hîc ergo non tenet rescriptum indultum contra has personas, vt non conueniantur in sua prouincia. Contra personas autem illas datum actori rescriptum teneret in præiudicium rei, licèt imperator terrendo dicat se non daturum rescriptum actori, nisi primùm adierit ordinarium rei iudicem: vt j. authent. de mandat. princip. §. si tibi. & §. & nõ promittere, & vt differen. iud. j. responso. & §. si quis verò. & pertinet iste versiculus, quòd si pupillus, &c. ad primam partẽ rubricæ, quando imperator cognoscit inter pupillos & viduas vel miserabiles personas. Quod autem in principio textus ponitur, pertinet ad vltimum verbum rubricæ, sc. ne exhibeantur.

Marginal numbers: 1, 2, 3.

VBI CRIMINIBVS AGI OPORTEAT.

Tit. xv.

1 *Index extraordinarius.*

L. 1.

QVAESTIONES, Quæ constituuntur ex assertione vnius partis, & negatione alterius. aliter sumitur quęstio ff. de iniur. item apud. §. quæstionem. *Legibus*, vt in l. Iulia de adulteriis, de falsis, & similibus. *Extra ordinem*, quia de his non est ordinata vel scripta aliqua pœna, vt in furto, & aliis multis: vnde habes specialem tit. ff. de extraor. cognitio. *Vbi commissa*, i. vbi cõmissa sunt crimina, ex quib. nascũtur quæst. aliàs est litera commissa, & tunc

subaudi crimina. *Vel inchoata sunt.* fortè apud † extraordinarium iudicem, si f. sciuit non suum iudicem, nec opposuit exceptionem in principio: vt j. de proba. exceptionem. & ff. de iudi. sed & si susceperit. si verò ignorasset suum iudicem non esse, non tenet sententia: vt j. si à non competen iud. *Vel vbi reperiuntur*, non intellige vbicunque, sed vbi habet domicilium: vt s. de iurisd. om. iud. l. iuris. licet quidam voluerunt dicere quòd vbicunque possit conueniri, arg. j. vbi qu s de curiali vel cohortal. l. j. sed ibi speciale est, & ideo non est trahendum ad consequentiam. Dixit etiam P. posse conueniri vbi reperiuntur si ibi latitant, & si ibi non habeant domicilium. sed hoc non videtur l. probari, licet alibi sit quæstio sabbarina de debitore vagante per orbem terrarum. dicitur tamen quòd si conueniatur vbi deliquit, & alibi latitet, quod transmittatur ad locum illum vbi deliquit. vt j. authen. vt nulli iud. §. si verò cognoscatur. [1]

1 *Crimen plagij.*
2 *Crimen ex animo commissum.*
3 *Forum quomodo sortiendum in re immobili.*

L.2. SCIENS LIBERVM. Bene dicit de sciente, aliàs enim plagij non committeretur, si aliquis crederet vendere seruum, & venderet liberum. *Plagij.* ideo dicit † crimen plagij, quia maximam infert plagam amicis & parentibus eius, qui venundatur qui super hoc quæri potest. Sed nónne quilibet de populo admittitur, cùm sit crimen publicum? Et certè imò: vt j. ad leg. Fabiam de pla. l. plagij. hoc ergo dicit propter infames qui non admittuntur, & aliæ enumerantur personæ: vt ff. de accusa qui accusare. Assignatur authent. QVA IN PROVINCIA. & etiam super primam legem legi possit. *Quis deliquit, aut in qua pecuniarum.* quia fortè subripuerat pecuniam. *Aut criminum, &c.* Quod hîc dicitur, aut criminum, nihil videtur addere, quia & in principio dicit de eo qui deliquit. vt ergo differat primum à sequenti, dicas quòd delicto conueniebatur mulier. in adiecto autem intellige quòd accusatio institueretur de crimine. vel subaudi deliquit, non ex animo. illud enim propriè delictum dicitur: vt s. notaui, si aduersus delictum l. j. Aut criminum, subaudi, † commissorum ex animo: vt j. ad legem Cornel. de sic. l. j. & quod dicit, aut in qua pecuniarum, intellige, vt s. dixi: vel quia ibi contraxit & constituit se debitorem. & accipias nomen contractus pro obligatione: vt ff. de iud. heres absens §. vlt. & l. seq. Præterea largissimè intelligendum est nomen pecuniæ, vt referatur ad omnia: vt j. de constit. pec. l. pen. *Siue de terra.* quia conuenitur rei vindica. pro aliqua terra vel agro. *Et terminis.* quia conuenitur de termino moto. *Siue de proprietate.* vt cùm conuenitur rei vindicat. pro aliqua re mobili: siue de possessione, quia aliquis vi deiecit me de campo meo: & ita volo recuperare possessionem meam, vel intellige de possessione recuperanda vel adipiscenda, vel retinenda. *Siue de hypotheca.* ponit exemplum de alia actione in rem: & est idem in qualibet actione in rem, vt subiungit. *Vel qualibet occasione, illic & iuri subiaceat, quod sui perpetuum est.* i. generale vel regulare, habet enim exceptionem in fi. Liquet ergo ex prædictis quòd locum habet [1] [2]

habet in delictis & quasi delictis in contractibus & in realibus actionibus & interdictis possessoriis. addit ergo iuri veteri: quia leges loquuntur quando quis crimen commisit in aliquo loco: authent. verò loquitur in delicto & crimine, & in omni obligatione, sed in realibus actionibus dixerunt quidam quòd ratione possessionis rei immobilis 3 † tantùm sortitur quis forum vbi res, per hoc quod dicitur j. vbi in rem actio. l. vlt. vt ibi notaui. *Si ergo ambo sunt in prouin.* actor & reus. s. sed si reus non est in prouincia illa in qua deliquit, mittetur ibi: vt. j. authent. vt nulli iudi. §. si verò cognoscatur, & intellige quod idem sit in prouincia & in Italia: quia in corpore authen. in fine dicit quòd hæc l. vbique suam extendit virtutem, omni priuilegio cessante. videtur ergo correctum quod est s. de dilatio. si quando. sed dic quòd illud non corrigitur, imò si actor impetrauerit rescriptum ad extraordinarium iudicem, bene valet: sed in reo corrigitur vt non valeat priuilegium indultum si impetret se eximi à foro communi. Qualiter autem sint hæc verba intelligenda circa priuilegia indulgenda à principe viuente, & non circa indulta, propter posteriores authenticas, vt clerici apud proprios episcopos, & de episcopis & clericis, & quomodo locum habet exceptio in indulgendis, & ne exceptio illa tollatur per ea quæ dicuntur in eo. authen. §. vltim. dic hæc & alia quæ pertinent ad istam authent. vt diligenter dominus meus in summa notauit.

VBI DE POSSESSIONE AGI OPORTEAT.

Tit. xvi.

VBI AVT *vis.* Aut quidam pro et. quasi aliàs vis facta de possessione non est nisi vbi possessio extitit. sed & aliàs fieri potest violentia: vt ecce possessio est Mutinæ: ad quam cùm ire vellem, me in itinere tenes, & ego suspicor me posse repelli, amisi enim possessionem, quam animo retinebam, & si non corpore: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. interdictum, & §. siue autem. ergo agi poterit vel vbi existit possessio, vel vbi violentia facta est: vt dixi. Postu. est. i. existat. L. vnic.

VBI FIDEICOMMISSVM PETI OPORTEAT.

Tit. xvii.

FIDEICOMMISSVM. *Relicta est.* id est relicta existit, non enim dicendum est quòd si reliquit fideicommissum in itinere, vel peregrinatione, quòd ibi petendum sit. & ad hoc vt plenè scias vbi petatur fideicommissum, & gratia petitionis vbi soluatur, distingue sicut optimè dicitur in summa huius tit. vsque in finem. L. vnic.

VBI CONVENIATVR QVI CERTO LOco dare promisit. TIT. XVIII.

L. vnic. QVI CERTO. *Arbitraria.* Non est proprium nomen actionis: imò est adiectiuum. cùm propria nomina istarum actionum etiam instit. de actio. §. præterea. Ideo autem dicuntur arbitrariæ, quia ex arbitrio iudicis pendent, vt ff. de eo quod cer. lo. §. penult. & dic quæ sint arbitrariæ, vt bene dicitur in summa in prin. dic etiam de qua hîc agatur, vt in summa ibi, videamus &c. & dic defensionem. Io. & P. sicut ibi cõtinetur, est autem sciendũ, &c. super hoc quod dicitur, & alio loco. *Alterutrius.* quidam intellexerunt. i. actoris tantum, vel rei tantum. nos de vtroque intelligimus posse interesse, sicut hæc diligenter notata sunt in summa. Est autem iudicis officium vsque ad alium §. illud notandum est. *Suo loco.* vbi s. est solutio facienda, vel ibi vbi facta est promissio, si habeat ibi domicilium: vt ff. de iud. heres absens. §. vlt. & ff. de bo. aucto. iud. l. iij.

VBI ACTIO IN REM EXERCERI DEBEAT. TIT. XIX.

1 *Actio in rem prætoria.*
2 *Circuitus vitandus.*
3 *Rem vindicare, ratione dominij.*

L. I. IN REM ACTIO *Contra possidentem.* de iure ciuili. sed & iure † prætorio competit contra venditorem ratione doli: 1 vt si alienauerit iudicij mutandi causa: vt s. de aliena. iud. mutandi causa. vna. & ita vterque teneretur. sed hîc nihil dicit de dolo venditoris, sed de possessore, qui dicebat secum non debere agi, cùm ab alio causam habuit: quia si succumberet, alius teneretur ei de euictione, & sic fieret † circuitus. vnde ad vitandum talem 2 circuitum videretur quòd auctor vel venditor esset conueniendus, & non possessor. sed contra est, vt hîc dicit, præterea si vellet dare æstimationem, bene scis quòd non debet audiri. Item quod dicit dominium vindicantem, intellige quia dicebat suam esse rem, non quòd dominium peteret, cùm enim dominium habeat, peteret quod haberet. Glossa ergo, sicut antiqui fecerunt, dominium vindicantem, id est, rem † ratione dominij contendas tu qui desideras &c. *Nam si denun-* 3 *ciasti.* & ita dat consilium quòd denunciet ei qui vendidit. *Euictionis periculum.* C. si denunciauit ei, & non absente emptore contra eum pronunciatum est: vt j. de peric. & commo. l. j.

1 *Alterius nomine possidere.*
2 *Emphyteuta.*
3 *Colonus partiarius.*
4 *Ratione possessionis, actio.*
5 *Actio realis contra quemlibet possess. datur.*
6 *Denunciatio quando fieri debet.*
7 *Præscriptio triennalis cont. non interrumpitur.*
8 *Nego-*

8 *Negotiorum merita partium assertione panduntur.*
9 *Possidens auctore pretore, iustè possidet.*
10 *Actio noxalis.*
11 *Pignus pretorium.*

SI QVIS ALTERIVS *nomine*.fortè quod erat colonus,vel inqui- L.2. 1 linus.isti enim alterius † nomine possident , vt instit. de interdict. §.possidere.ergo non possident: quia si mihi possident, ergo non sibi: vt ff. de acquiren.poss. quod meo.Idem in eo qui habet precarium. & possum concedere precario rem mobilem & immobilem: vt ff. de precario.l.ij §.vltim.& l.seq.& voluit intelligere dominus P. l.istam in eo qui nullum ius habet in re : vt in colono qui conduxit ad modicum 2 tempus,& similibus.si enim haberet ius,vt quia † emphyteuta vel fructuarius , vel feudatarius , vel quia ad longum tempus conduxit, tales non denunciarent domino, sed ipsi tanquam domini tenerentur respondere,nec daretur eis tempus ad denuntiandum.sed hoc de æquitate sua dixit.hoc enim litera videtur dicere,cùm dicatur alterius nomine quolibet modo possidens.& ideo Io. verba generaliter posita generaliter intellexit.nec distinxit in possessore, sed in quocunque dixit locum habere. licet tamen habeat ius, verè tamen res est alterius. Sed videtur quod fieri possit oppositio,quia jlle qui ius habet in re, vt fructuarius vel tales,non possunt, imò haberent interdictum vnde vi : vt ff. de vi & vi.ar.l j.§.interdictum.& quod possideat naturaliter,dicit l. ff.de acq.poss.naturaliter.sic est & in vasallo , & in eo qui conduxit ad spatium xxx. vel xl. annorum:vt ff.de rei vindica.si ager.Qualiter ergo possidet alij vel alterius nomine? Nisi diceres alterius nomine possidere feudatarium vel fructuarium,qui à domino habuit possessionẽ. Sed dic quòd quamuis in re ius habeatur verè tamen alius est dominus,vnde dicitur nomine alterius posſidere,id est,pro alieno,& sic sumitur ff.de vsucap.l. pignori. Denunciabant ergo tanquam alterius nomine possidentes,vt quod omnes tangit,&c.vt j. de aucto.præstan. 3 l.vlt.Sed quid in colono † partiario,quia in alio qui nummis suis cõduxit,satis dici potest,sed partiarius videtur conueniendus rei vindic. Dominus Albericus dedit consilium vt posſit conuenire rei vindic. & hoc videtur lex permittere de quocunque : quamuis non sit consuetum,& ita cõueniuntur rei vindicat.sed nihilominus dominus po-4 terit:nam ratione possessionis datur † hæc actio,vt ff.de rei vindic.officium.& dabitur contra eum , siue habeat ciuilem & naturalem possessionem,siue naturalem tantùm , vel ciuilem tantùm. Nec dicat aliquis quòd sola ciuilis non potest restitui,quia benè potest,scilicet, secundùm Io.per inductionem in possessionem:licet alij contra.nec præiudicatur ei qui habet naturalem possessionem,quia domino naturaliter posſidere non possunt:& ideo sibi non nocet, nisi fortè scierit, & passus est causam agi,vt ff.de re iudic.sæpè. *Immobilem sæpè rem.* Et ita videtur quod locum non habeat in re mobili:sed per authent. qua in prouincia.videtur quòd idẽ sit,siue sit res mobilis,siue immobilis,quia loquitur generaliter in contractibus , & quasi,& in re mobili, vel immobili. Dicit enim ex cuius domo iniquum quid patior, quòd detinet rem ad me pertinentem voluntariè vel iussu absentis. *Sustineat.*

Datur enim hæc actio contra quemlibet † possessorem, etiamsi deti- 5 neat, vt dicit l. officium. in ff. de rei vindic. Aliud in hæredit. petit. quia non datur contra possidentem nomine alterius, vt ff. de heredit. petit. etiam. §. si quis absentis. *Statim, &c.* Aliàs cùm denunciatur venditori, non oportet statim, sed quandocunque † ante sententiam, vt dicit l. ff. 6 de euict. si rem. §. vltim. *Dominum nominare.* Id est, offerre libellum, & dicere quòd rem illam possidet nomine alterius, & ita ei denunciare, & quòd dicit, debet statim, &c. intellige, si potest: sic ff. de offic. proc. l. obseruare. §. vlt. ne fit contra in eo. tit. l. solent. §. sicut. Vel dic, debet statim si vnquam facturus est. Nec enim videtur quòd habeat necesse, sicut dicit authent. qua in prouincia. licet renunciare, &c. Hoc enim datum est ad maiorem defensionem sui, & nequid fiat domino ignorante in præiudicium suum. Vel dic quòd debet inspici persona eius cuius nomine possidetur. si enim non denunciauit, & ita alius missus sit in bon. possessio. tenebitur ille conductor, vel depositarius, vt ff. de locat. l. item quæritur. §. exercitu. *Actio. inten. excep.* Scilicet, defendendo & accipiendo, sed nunquid tunc iste qui modò conueniebatur, eximitur de iudicio? Resp. non, imò permanet, si habuit ius in re, etiam facta denunciatione: nam venditor tenetur defendere emptorem, nec tamen si defendit eximitur persona emptoris de iudicio, vt notaui s. eod. l. 1. & sic non transfertur in venditoris persona, cùm emptor possit conueniri. *Tanquam lite.* Scilicet, contestata, vt inferiùs habes, ex eo die, &c. *Longi temp. præscript.* Ideò dicit, quia aliud est † in triennij præscriptione, cùm non intercumpatur litis contesta- 7 tione, vt ff. de vsucap. pro emptor. l. 2. §. vlt. sed aliæ omnes interrumpuntur: vt j. de præscrip. x x x. sicut in rem. & l. cùm notissimi. l. vlt. in vsucapione contra, nisi in casibus, j. de annal. except. vt perfectius. sed quoad effectum idem est, cùm res restituitur iudicis officio, vt ff. de rei vindic. si post. *Vtpote.* Designatiuum veritatis est. *Humanitatem.* Id est, indultum tempus. Indulgebitur autem tempus secundùm quod dicit authent. qua in prouincia. vel secundùm distantiam loci, vt determinat l. ff. si quis cautio. l. 1. *Curabit iudex vtpote domino, &c. summatim.* Id est, non definitiuè, cùm vtraque pars non sit in iudicio, tunc enim plenè cognosceretur & pronunciaretur, vt suprà de iudic. iudices. negotiorum enim † merita partium assertione panduntur: vt 8 j. si per vim vel alio modo. l. vltim. Interdum tamen semiplenè & summatim etiam vtraque parte præsente prounnciatur, vt notaui in l. illa iudices. *In possessionem rerum, &c.* Et hoc ideò, quia citatus non venit, nec mittit sufficientem responsalem vel procuratorem, vt dicitur in corpore authenticorum, qua in prouincia. vnde lite quasi cum eo contestata mittitur in possessionem. Sed posset quæri vtrum si isti sint missi in possessionem possideant? & videtur quòd non: vt ff. de acq. poss. possideri. §. vltim. Sed ibi loquitur cùm agebatur personali actione. Aliud si agatur reali, & tu citatus non vis venire, statim enim misso me in possessionem, possideo. sed tamen si lis non est contestata, vel quasi, licet domino recuperare possessionem vsque ad annum. vt j. de præscript. x x x. annorum si quis. §. pen. si contestata, vel quasi, vt hic: tunc si mittatur in possessionem, nō licet recuperare possessio-

sessionem, sed de proprietate auditur, vt hîc dicit. sed nunc vsque ad annum vel x. vel xx. Videtur quòd vsque ad x. inter præsentes xx. inter absentes, cùm missus bonam fidem habeat, & ita præscribit. vel si ponas quòd malam, etiam sciens rem alienam, iustè videtur possidere,
9 cùm auctore prætore † possideat: vt ff. de acq. poss. iustè, & ff de noxali. & generaliter. & ita hic vsucapit actor, licet ille sit dominus. secus est in damno infecto, quia ibi missus in possessionem ex secundo decreto,
10 statim sit dominus, si alius fuerat dominus. Idem in † actione noxali, vt transferatur dominium, si alius sit dominus: vt ff. si ex noxali causa, l.2.§. vlt. & ff. de damno infec. si finita. §. Iulianus. Aliud etiam in personali actione, cùm teneris mihi ad x: & mittor in possessionem bonorum, sum enim in possessione causa pignoris: & aliis licet pecuniam soluere, & agere pignoratitia nisi missus in possessionem vendiderit, vel cesserit in solutum pro eo quod reus debeat, vt j. de præto. pigno-
11 re. & si in causam iudica. † pignus captum sit. & hoc cùm lis est cōtest. vel quasi, nec est liquidum de causa. si verò esset liquidum de cætero non audietur siue de possessione, siue de proprietate: vt s. de iudic. properandum. §. sin autem reus.

ACTOR. Patet ergo quòd actor sequitur forum rei, vt hîc & s. de iurisdict. om. iu iuris ordinem. *Siue in rem siue in personam.* Siue etiam criminaliter: vt s. de iurisdic. om. iud. in criminali. *Constituta sunt.* Vel sitæ: vt s. l. prox. in princip. & voluerunt hoc quidam intelligere in re immobili. ad quam videntur bene aptari posse verba ista, dixerunt enim in immobilibus, posse conueniri aliquem ratione possessionis vbi res est. aliud in mobilibus, nisi habeat ibi domicilium, vnde; & si vltramontanus vel Mutinensis transiret per ciuitatem istam cum equo meo, non admiserunt quòd eum possem conuenire, sed lex loquitur indistinctè ff. de iudic. quòd legatur. & s. auth. qua in prouincia. quare idem dicendum in vtraq; quòd ratione possessionis sortiatur quis forum vbi res est. L.3.

VBI DE HÆREDITATE AGATVR, ET vbi scripti hæredes in possessionem mittantur.

Tit. xix.

ILLIC. *Mitti hæredes.* Interdicto quorum bonorum in forma iudicij, quia ibi est actor & reus, vel implorato iudicis officio, vt mittatur in possessionem ex testamento nō cancellato, vel aliqua sui parte vituperato, vt j de edicto diui Adriani tollend. l. vltim. & ibi nemo conuenitur, sed postulat tantùm se mitti in possessionem ex testamento suprascripto, sicut impubes per Carb. edictū, & in aliis quibusdam causis: & ideo non est iudicium postulan ū ab eo in cuius iurisdictione sunt. alioquin non valet, sed remittetur ad eum qui facere potuit: vt s. de iudic. properandum §. si autem reus. & ff. de bon. auct. iud. possid. cùm vnus in fi. *Degit.* Subaudi, maximè. & si enim ibi non denegat, sed res ibi sunt, ratione earum ibi poterit conueniri: vt s. prox. dicta in eu. L. vnic.

VBI OPORTEAT AGI DE RATIOCINIIS tam publicis quàm priuatis.

Tit. xxi.

L.1. Dum qui. *Vbi hæc gessit.* Siue sint priuata ratiocinia, siue publica, non distincto eo, inueniantur ibi, vel non: vt notaui. s. de iurisdic. om. iud. l. 2. Vel fortè speciale est vbi gessit publica negotia: vt & si alibi sit, transmittatur ad locum illum in quo hæc gessit, vbi & instructio sufficiens. & nota testimonia & verissima possunt documenta præstari: vt dicit l. seq. & s. vt omnes tam ciuiles ex l. 1.

L.2. Nemo. *Cingulum.* Id est, dignitatem. sicut enim per cingulum decoratur homo, ita & per dignitatem. *Militiæ causa.* Militia alia armata, alia inermis. Inermis alia aduocatorum, alia magistratuum. *In milita. oportet iudi.* Fortè quia respondebit coram magistro militum, hodie coram præside vel episcopo: vt suprà, vt omnes tam ciui. quàm mili. & j. authen. vt iud. sine quoquo suffra. §. necessitatem. & si fugerit velut inhonestus seruus capi poterit. vt d. §. necessitatem. aliàs si quis conueniatur vbi deliquit, & ibi latitet, dicitur quòd transmittitur ad locum vbi deliquit: vt infrà, vt nulli iud. §. si verò cognoscatur.

VBI CAVSA STATVS AGI DEBEAT.

Tit. xxii.

L.1. Ea quæ ate. *Sed non vbi deprehensa est, audiri debet.* Et ideo male faciunt Ferrarienses. Petitur autem transferri per interdictum vtrubi, vt ff. vtrubi. l. 1. vel iudicis officio.

L.2. Procuratores. *Statu cauſ. exami. non posse.* Inter duos priuatos: secus tamen si inter fiscum & priuatum, vt infrà eodem. iamdudum.

L.3. Si in possessione. *Senat. dignita. actor deco.* Id est, licet sit senator.

L.4. Si de possessione. *Vbi domic. constit. habet.* Quia actor rei forum sequitur.

L.5. Iamdudum. *Vnde mo. es. quæst.* Quia vnus dicebat ipsum habere cognitionem, alius non habere. *Remitterentur.* Cognoscit ergo inter fiscum & priuatum de causa libertinitatis & seruitutis procurator Cæsaris. inter duos autem priuatos cognoscet quilibet iudex. De ingenuitate verò & seruitute, vel de ingenuitate & libertinitate solus præses cognoscit: vt s. de pedaneis iudicibus. l. 2. & de arbitriis non distinguemus. §. de liberali.

L.6. In litibus. *In posterum cessare sancimus.* Et sic corrigitur. ff. si quis ingenuus esse dicetur. l. 2. §. 2.

VBI

VBI QVIS DECVRIALI VEL COHORTALI aliáve conditione conueniatur. Tit. xxiii.

1 *Deprehendi potestas quando datur.*
2 *Miles fugitiuus.*
3 *Vbicunque te inuenero, ibi te indicabo.*

SI QVIS VEL CVRIÆ. *Quibuscunq; corporibus.* Puta pistorum, vel cerdonum, vel similium. *Comprehensus.* Et sic mirabile est quòd datur † alicui postas deprehendendi aliquem sua auctoritate. Vel inciderunt in edictum diui Marci, vt ff. quod met. cau. extat. Sed hîc ducet eum ad iudicem, cui dicet ipsum fugisse à tali curia, vel loco vbi officium exercebat: & si hoc probauerit, reducet eum. sic & j. de decurio. generali. sic & in debitore fugiente, & ff. de his quæ in fraud. cred. l. ait Prætor. §. si debitorem. & habes specialem titulum quando liceat sine iud. alicui se vind. *Per ambitum.* Id est, per ambitionem cœperat militare in inermi militia: cœpit enim habere honorem aliquem iste † fugitiuus decurialis vel cohortalis, cùm diceret se magnum militem, sicut & Barbario Philippo contigit: vt ff. de offic. Præt. Barbarius. *Præscrip. summotu.* Quia nō poterit fori præscriptionem opponere eius sub quo per ambitionem militauit, sed respondere oportet sub iudice illius loci. Excipitur tamen si militauit sub armata militia, vt in l. sequenti. *Qui in locis.* Aditus subaudi. & ita sub quocunque iudice qui in locis illis fuerit, poterit conueniri. Et hoc videtur facere pro quibusdam qui dixerunt: Vbicunque te † inuenero, ibi te iudicabo. Sed non ita est in eo qui conuenitur decuriali vel cohortali conditione, vt notaui s. vbi de crimine. l. 1. — L. 1.

1 *In duplum condemnatio.*
2 *Præfectus vel magister militum.*
3 *Concussiones & exactiones.*
4 *Ante lit. contest. fertur sententia.*

HAC PERPETVA, &c. *Vel cohortalibus.* Erant dignitates quæ coarctabant vel adstringebant aliquem in curia ad aliquid faciendum. *Qui superexactiones.* Qui in duplum † codemnantur, vt ff. de publica. l. 1. & j. de superexact. l. vna. *Firmentur.* Repete, non posse fori præscriptionem opponere. *Tua magnificentia.* Loquitur ad præfectum prætorio: *Velut debiti.* Scilicet illi curiæ vel corpori quibus tanquam debiti sunt. *Prouinciali iudicio.* Non sunt datiui casus, sed ablatiui, id est, per prouinciale iudicium. *Vbi iura moueri.* Apud sc. præfectum † vel magistrum militum, vt dixit. ad quos debent mitti per rectorem prouinciæ. *Super publicis, &c.* Repetit quæ s. dixerat, & excipit sicut s. *Et debitis.* Aliis prædictis, puta concussionum † & superexactionum. *Specialiter excepi.* l. armatæ militiæ, & qui habent priuilegium speciale ne conueniantur sub Imperatore. *Excelsæ tuæ sedis.* In ciuitate Romana apud præfectū prætorio. *Tanquam contutna. sen. profe.* — L. 2.

Nota quòd sententia fertur contra eum qui nunquam præsens fuit in iudicio. & ita speciale est hîc quòd ante † lit. contest. feratur. quod aliàs non fieret, nisi à iudice appellationis: vt j. de temp. appell. l. vlt. Vel dic quòd hîc non feretur sententia definitiua, sed interlocutoria, vt de miss. in possess. bonor. vt .j. de bon. auct. iud. poss. l. antepen.

VBI SENATORES VEL CLARISSIMI ciuiliter vel criminaliter conueniantur.

Tit. XXIIII.

L. 1. QVICVNQVE NON ILLVSTRIS. Quia si illustris, aliud esset, sicut dicit l. seq. quotiens. *Vel in alia culpa.* Enormi. Præscriptione id est, exceptione fori non vtetur. conuenietur enim ibidem, non alibi vbi ex priuilegio habet respondere, *Reatus.* hoc est, crimen tale excludit omnem honorem. & est simile quod aliàs dicit l. s. de Iudæis. Iudæos. & canon, Priuilegium meretur amittere, qui concessa abutitur potestate.

L. 2. SENATORES, &c. In hoc differt hæc l. à prima: quia hîc ciuilibus, suprà in criminalibus.

L. 3. QVOTIENS. *Nec postquam crimen,* &c. Per hanc negationem abundat prima. *Statuendi aliquid con. facul.* Et est hoc notabile, quia talis iacet cognitor eos non poterit condemnare sine consilio imperatoris, absoluere tamen inconsulto principe poterit, vt hîc dicit, & videtur contra regulam generalem: vt ff. de re iud. l. 2. & est hoc ratione priuilegij istarum personarum. & est simile in clericis, quia si conueniantur de crimine apud præsidem, non poterunt condemnari donec prius causa referatur ad episc. & spoliauerit eos episcopus suis ordinibus: vt s. de episcopis authent. clericus.

IN QVIBVS CAVSIS MILITANTES fori præscriptione vti non possunt.

Tit. XXV.

L. vnic. OMNES OMNINO. *Sociantur.* Aliàs negotiantur. *Cum non armata militia.* Tunc enim secus esset: vt notaui s. vbi de cohortali condi. l. 1.

VBI CAVSÆ FISCALES VEL DIVINÆ. domus hominúmque eius agantur.

Tit. XXVI.

1 *Vindicare necem defuncti.*
2 *Morte extinguitur crimen.*
3 *Defendere pro agere quando sumatur.*
4 *Prefertur causa criminalis quæstioni bonor.*
5 *Pecuniaria causa non extinguitur morte.*

Non

NON DEFENSAE. Casus huius legis ita ponitur secundùm Io. & dominum meum. Quidam conueniebat hæredem institutū coram procuratore Cæsaris, ideo quia adie-
1 rat,& defuncti necem †non vindicauerat, vnde dicebat ab eo auferenda bona. Econtrario respondebatur, imò testator non fuit interfectus, sed sua morte obiit. quæritur verum de hac quæstione procurator cognoscere possit, & quando bona peti à fisco debeant. & respondet procuratorem non posse cognoscere quandiu hi qui dicuntur occidisse viuant. si enim viuant, oportet quòd priùs accusentur & conuincantur coram præside:& tunc demum peti possunt bona. Idem
2 & si mortui sint. nam & tunc quia † conuinci non possunt, cognoscet procurator de non defensa, id est non vindicata nece defuncti. *Non*
3 *defensa mortis*, Id est, non vindicatæ. & sic defendere † sumitur pro agere. sic j. de testibus. l. 1. econuerso. ff. de edend. l. 1. fit enim vindicatio proposita accusatione: vt s. de precib. impera. l. 1. priùs ergo debet intentari accusatio de crimine, quàm de bonis cognoscatur. & quòd hoc sit crimen, probatur j. de his quibus vt indignis, minoribus. Nec hîc inter duos priuatos cognoscit procurator Cæsaris, cùm nec aliàs possit: vt s. de pœn. iud. l. 1. conuictis ergo reis de crimine apud præsidem, pòst tractabitur causa de dilatione bonorum apud procuratorem, cùm habeat cognitionem inter fiscum & priuatum. præfertur ergo causa
4 criminalis † quæstioni bonorū, licèt aliàs detur electio, vt j. ad l. Corn. de fals. l. damus. & in tit. quando ciuilis actio. Hic tamen semper præponi debet criminalis, si rei possunt accusari: vel decessetint, apud pro-
5 curatores causa est agenda, quia non pecuniaria † sed criminalis causa morte extinguitur, vt ff ad Silan. Gaius Seius. Sic & distinguere videtur, ff. de Carbon. edict. l. 2. & ad idem facit, licet aliter intelligamus eam, j. de fid. instr. l. vlt.

NON ANIMADVERTEMVS. Lege per te. L. 2.

1 *Pœna legalis.*

1 PROCVRATOR MEVS. Id est fisci. Ille enim exigere potest †pœnam legalem, id est, quæ statuitur in desertorem accusationis à l. vt ff de præuaricat. l. præuaricationi. §. 1. Vel si habes in litera, non potest, intellige de procuratore Cæsaris, & de pœna conuentionali, quod est est inter duos priuatos cùm conueniuntur sub pœna, ne causam deferant, non enim de tali iudicabit. L. 3.

CVM VENDENTE. Lege per te. L. 4.

AD FISCVM. *Rationalis*. Aliàs vocatur præfectus, & sic soluitur contra. ff. ne quid in loco publico fiat, §. interdictū. Aliàs lege per te, sed in lege illa, vniuersi, notauit Pla. quòd si fuisset tempore illius l. nō tantam pœnam imposuisset. Præterea quòd dicitur in vlt. hac l. & speciale est in seruis Imperatoris quòd possunt agere, vt probatur ff. de iud. vix. & suprà de iud. seruus. & sic est cùm ab Imperatore, vel à curia venit ad ecclesiam seruus. retinet enim quod priùs habebat. L. 5.

QVANDO LICEAT SINE IVDICE VNIcuique vindicare se, vel publicam deuotionem.

TIT. XXVII.

L.1. LIBERAM. *Populator.* Deuastator. *Quàm post exitum vindicare.* Vt s̄.in quibus cauſ.ceſſ.in integ.reſtit.lancimus. & eſt ſpeciale quod hic dicitur,& contra generalem tit. Ne quis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat.

L.2. OPPRIMENDORVM DESERTORVM, Id eſt, eorum qui deſerunt militiam,& ideo à quolibet interfici poſſunt.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TIT. XXVIII.

1 *Senatuſconſ.Trebellianum.*
2 *Teſtamentum ex parte nullum, non valet.*
3 *Generalis petitio hæred. quando non datur.*
4 *Duo in ſolidum hæredes eſſe non poſſunt.*

L.1. CVM TE. *Ex cauſa fideicom.hær.tenet.* Et ita patet quòd hæreditas reſtituta erat ex Trebelliano † ſenatuſconſulto:vnde detinetur à fideicommiſſario de facto & de iure. *Non eſt iniquum,* Imò æquum,quia leges permittunt quòd filius exhæredatus agat contra hæredem:& iſte quodammodo hæres eſt, quia quantum ad effectum,vt ff.quod cum eo.ſi filius.§.ſi filio.& ff.ad Treb. l.1.& l.reſtituta.& l.facta.& ſic reſtituta erat hæreditas,& adita.nam ſi non adita,teſtamentũ † quod non valet quoad alia,non valeret quoad exhęredationem:vt ff.de bonor.poſſeſſ.contra tabul.filium.§.1. Quid ſi lis erat conteſtata contra inſtitutum hæredem, & ſic reſtituit hæreditatem,nunquid ſententia lata contra hæredem faciet nullam reſtitutionem? & certè videtur quòd ſic,vt ff.ad Trebell.ſi patroni.§.vlt. *Licet accommodari,* Videtur quòd demonſtret illud quod ſequitur, ſc. vt perinde fideicomm.&c. & ita ille iuris hæres antequam ſit intentata querela,tenebitur tanquam poſſidens pro hærede vel poſſeſſore. At hoc eſſe nõ poteſt,quia verum habet titulum. Ideo intellige quòd fiat demonſtratio ad id quod poſtulatum eſt,ſc.de querela inoffic. de qua vult dicere.Hac ergo ſibi accommodata,& expugnato teſtamento deſiit alius habere titulum,& tunc tenetur ac ſi pro hærede vel pro poſſeſſore poſſideat,non ante:& ſic verba iſta notabunt ſimilitudinem, & tunc gloſſa proinde ſubaudi prolata querela.Vel etiam poſſent notare veritatem diſtincto tempore inchoatæ querelæ, vel iudicij perſeuerãtis & ſententiæ,vt s̄.dictum eſt. Quidam tamen dixerunt, vt Alberic. & M.quòd agebat querela, & intentando eam habebat petitionẽ hæreditatis,& pro ſe induxerunt:ff.eo.qui de inofficioſo.facit etiam pro eis s̄.eo ſi quis filium.ſed hîc non ita dicendum, quia falſum ſequeretur.dixerunt & notauerunt hîc,quòd fideicommiſſarius ſciens inofficioſum

ciosum testam.accepit hæreditatem:& ideo tenetur petit. hered. sicut aliàs in eo qui sciens emit alienam hereditatem:vt ff de her.petit. l. e-
3 tiam.§.si quis sciens. aliàs enim generaliter non datur †hered. petitio. contra titulo possidentem.sed hoc non ita dicendum , quia falsum sequeretur , cum oporteret illum qui sic intentat querelam, esse hæredem ex testamento vel ab intestato:vt ff.de petit.hæred.l.1.& 2.& 3. sed ex testamento nón est hæres,cùm sit præteritus , vel exheredatus , nec ab intestato,cùm alius sit scriptus ex testam.quod liquet ex eo, quia l. dicit eum perlata querela desinere esse heredem:vt ff. de vulg. substit. in substitutione.& ff.eo.Papinianus.§. si ex causis. ergo heres erat antequam perferretur,si ex testamento erat, ergo alius non poterat esse
4 ab intestato,quia duo † in solidum hæredes esse non possunt: vt ff. de acquirend.hære.quamdiu.& de reg.iur.ius nostrum.& l.quod contra. Item probatur quod non agit hæred petit, qui agit querela,vt ff. eod. posthumus. §. si quis. dic ergo quòd primùm intentat querelam per quam adnihilat.tit.possidentis,irritando testamentum, & sic scriptus desinit esse heres,& alius incipit ab intestato,qui habet heredit. petit. aduersus alium pro hærede opinione vel pro possessore possidentem.

1 *Qui aliunde habet auxil. non vtitur querela.*
2 *Bonorum poss. quæ ius nō tribuūt.*
3 *Emancipati a iure ciuili incogniti.*
4 *Possessoria hæreditatis petitio.*

L.2.

QVAMVIS DE INOFFIC.&c. Sed qualiter bon.possessionem acceperat qui est accusaturus querela:quia querela non datur ei
1 †qui aliud habet auxilium:vt instit.eo.§.non tantùm.Sed dic quòd nō
2 loquitur de bon.poss.quæ tribuit ius quoddam, cùm sint quædā † bon. poss.quæ ius nō tribuunt:& illæ sunt quatuor ab intestato,vnde liberi, vnde cogn .ti,vnde vir & vxor.& vnde agnati. Sunt & aliæ duæ ex testamento,vt secundum tab.& contra tab.Est alia septima,quę ex legibus nouis datur,de qua potes videre in l.seq.& ff.de bon.possess.quæ ex legib.& sen.cons.& instit.de bo.poss.per totū, sed quatuor primis quæ ab intestato dantur,non habet hic aliqua locum , quia hic fuit testamentum factum,& illæ competunt ab intest. secundùm tabulas non, quia non fuit iste institutus,& illa datur instituto. Contra tabulas nō, quia hic fuit exhæredatus,& illa non datur exhæredatis:vt ff. de bon. poss.contra tab.l.non putauit.Nec septima extraordinaria, quia illa datur tantùm illis quibus ex legibus nouis defertur:vt instit.de bon.pos. §.septima.Sed hic ex veteri iure cōpetit, cùm sit filius. dic ergo quòd loquitur de quadam bonorū poss.qua nullum acquiritur ius, sed datur
3 emancipatis qui non † cognoscūtur de iure ciuili , gratia agnoscendæ litis quasi quoddam signum,vt eo signo habito admittantur ad querelam quæ de iure ciuili est.& est simile ac si quis peteret aliquid à me, & ego dedissem ei signū aliquod vt domi ostenderet, & sic habeat petitam rem,& de hac bonorum possession.facit l.mentionem. ff eodem. posthumus,& l.sequenti,& l.Papinianus. §. 2. vel 3. Scio tamen quòd Alb.dixit quòd hic loquitur de bonorum possess.vnde liberi,& arg. ff. si tabu .test. nullæ ext. l. 1. posuit enim quando filius emancipatus erat exhæredatus , & in potestate retentus præteritus. sed tamen non

est verum:quia sicut dixi,non datur querela.cùm habeat locum aliud auxilium:nec constat prædicta l. quia ibi non tenebat testa. & ideo ab intestato datur illa. Si tamen quis vellet intelligere l.istam in eo qui non est exheredatus, sed præteritus cùm esset emancipatus, & ei daretur bonorum possesio.denotaret ius non fictum corporalem possessionem:vt ff.de bo.l.3. & ita haberet bonor. poss. possessoriam † hereditatis petitionem : vt ff. de possessoria heredit petit.l.1.& 2.& dicitur hic inofficiosum testam.ratione præteritionis:sicut instit.de success.liber.§.si verò,& ff.eo.pater.Vel posset poni in filio instituto sub conditione, & exheredato in defectum conditionis: interim enim accipit bonor. possess.non cum effectu,vt ff. de bonor. possesio. secundùm ta. l. 1. §. si sub conditione. & vt notaui j. eod. filius. post defectum verò conditionis cùm sit exheredatus,poterit intentare querelam. & intellige quòd petita bo.poss. inciuile sit scriptis heredibus auferre possessionem scilicet de facto.habet enim interdictum quorum bo.gratia adipiscendæ possessionis:vt ff.quorum bon.l.1.& instit.de interdictis.§. adipiscendæ. 4

1 *Agnatione rumpitur testamentum.*
2 *Ex præterito bono, præsumitur futurum.*
3 *Viriles,& hereditariæ portiones, differunt.*

L.3. SI MATER. *De inofficioso querelam,&c.* Hic non videtur stare posse quòd querela locum habeat,quia agnatione postumi † ipso iure 1 rumpitur testamentum,vt instit.quib mod. test. infirm. & j.de postumis hæred. Sed dic quòd leges illæ loquuntur in testa. patris vel aui paterni,vel eorum qui ex linea paterna sunt ascendentium, non in testamento patris vel aui materni. Illi enim etsi natus fuisset non haberent in potestate:ideo non rumpit testamentum ipso iure hic sicut faceret in masculis. Vnde Gallus non dedit consilium nisi homini circa institutum,vt ff.de liber.& postum.Gallus.§.nunc de lege.matris enim præteritio habetur pro exhæredatione,vt instit. de exhæred. liberorũ. §.vlt.Hodie tamen dicerem testamentum matris rumpi agnatione postumi per authent.j.de liberis præteritis. ex causa præteritionis. *Iniquitas.* Accidit illa iniquitas per casum, non per hominis factum. *Per coniecturã mater præt.*Quia præsumitur,ex eo quòd inceperat instituere, velle eum instituere,& ideò propter † præteritum bonum, præsumitur futurum,sic aliàs in malo:vt ff.de accusat.l.si cui.§. is cuius. aliàs in bono,vt ff de re milit. non omnis. §. à barbatis. *Præter maternum factum.* Sed si maternum factum sibi potuit imputare,videtur quòd non admittatur,vt ff de his quib. vt indig.l. 2. Sed ita intellige, quia si aliquid de facto imputaretur eis,illud posset imputari:non tamen intelligas quòd fuissent causa mortis maternæ, & tale præter, habes j. de legit.hæred l.penult.*Tunc de inoffic.testam.* Quid si in præcedenti testamento sui instituti sunt cum extraneis? succederétne pro virili, an ageret de inofficioso?Resp.idem dicendum acsi omnes essent sui ad hoc vt valeat testamentum,vt ff.eod.l.si pars. Virilem ergo habet si omnes in viriles sunt instituti: si verò non in viriles, imò variæ sunt portiones, ipse tamen habebit virilem, † alij hæreditarias, vt ff. de hæred. 3 inst. 2

inst.qui complures.

CVM EX CAVSA. *Secundùm decret prae.* Quia cùm hæres nollet manumittere, iudex aditus imposuit decretum pronunciando libertatem deberi, & vt moraretur in libertate, vt ff. de fideicom. liber. l. cùm verò. §. vlt. *Non est aequum.* Forsan hoc propter sententiam, sed si præstitæ non essent libertates fideicommissariæ, præstandæ essent viginti scilicet aureis à singulis præstãdis: directæ non competunt, cùm ante quinquennium rescinditur: si post quinquennium, conseruantur omnes, præstandis eo casu viginti aureis ab vnoquoque, vt ff. eo. Papinianus. in fine. hodie omnia debent præstari, & tenetur præter institutionem, vt j. de lib. præt. auth. ex causa. L. 4.

SI PATER. *Post litem contest.* Idem si non contestatus est litem, dummodò non probetur ingratus, vt j. eod. si quis filium. antiquitus non transmittebatur nisi præparata vel comminata: vt ff. eodem posthumus. §. vlt.

1 *Quarta Trebellianica.* 3 *Grauamen in vsufructu.*
2 *Curiales.* 4 *Vxor quando habet alimenta.*

CVM QVÆRITVR. *Si.* Id est, an. *Quartam partem.* Scilicet, omnium bonorum, cùm omnes volunt dicere de inofficioso: nam si vnus inspicitur, antè si habeat quartam eius partis quam habiturus esset ab intestato, vt j. de collat. l. penult. & j. eod. parentibus: hoc tamen de quarta corrigitur per authent. hîc positam. *Inspicitur.* Hodie ageret ad supplementum, vt j. eod. scimus. & l. omnimodo. AVTHENT. *Nouissima vt si quatuor, &c.* Non credo quòd authent. hæc augeat † quartam Trebellianicam, vel eam quam quis habet in re institutionis, sed eam tantùm quæ debetur iure naturæ: nam & ita continetur in corpore authent. quia his augetur qui poterat agere de inofficioso. Isti enim magis in hac quarta onerantur quàm in alia, vnde & dicuntur quodammodo domini rerum paternarum, vt instit. de hæred. qualit. & differ. & ideo dicit l. quòd si legetur seruo filij vel patris, nõ debetur. non enim cui acquiratur, sed cùm honor sit habendus: vt ff. de leg. præst. petit bonor. possess. contra tab. l. 3. §. 1. *Ex substantia.* Non ex fructibus, vt j. ad Trebell. l. iubemus. & j. eod. scimus. *Triens.* Intellige quando omnes sunt exhæredati, qui trientem habet totius substantiæ si vnus tantùm esset exhæredatus: non tamen erat habiturus ab intestato, & ita habet tertiam quartæ, cùm quatuor essent. Si verò tres, & omnes fuerint exhæredati, habent tertiam totius: si vnus, tertiam dimidiæ: si verò existat vnus habet tertiam totius, vt j. de collat. l. pen. & ff. eod. Papinianus. §. quoniam autem. Fallit quod hîc dicitur, in † curialibus, debent enim habere noniuncium hæreditatis quam ab intestato erant habituri: vt j. in corpore authent. 1. columna. *Si plures.* Aut quia v. vel vi. aut plures si x. debebat habere ab intestato x. partem. ergo habebit dimidiam decimæ, scilicet vicesimã totius. *Debetur,* Scilicet ex officio pietatis vel naturæ debito: vt j. de codicillis, l. vlt. vnde etiam deducitur æs alienum, & funeris impensa: vt ff. eo. Papinianus. quod non fieret, si verè deberetur. *Quoquo relicti titulo.* Non per illud authen. de triente & semisse, sed per illum, cùm de appell. cogno. est necesse quòd habeat

L. 5.

1 (margin)

Sic reperimus in veteri libro.

2 (margin)

iure institutionis non legati vel fideicommissi,quod intelligo si faciat testamentum.nam si codicillos, sufficeret quoquo relicti titulo, sicut hîc dicitur,nouissima lege ista de triente & semisse, nō enim dicēdum quòd hoc authenticum sit extractum ab illo, cùm de appellat.cognos. quod est nouissimum. *Nec vsufructu frau.à pa.* Si reliquit omnia bona filio suo,& eorum bonorum omium vsumfructum vxori suæ:nunquid grauari poterit †in vsufructu patris debitæ filius? Videtur quòd sic: vt ff.de vsufruct.leg.l.vxori.sed antiqua lex est,& non respicit istam. at alia ratione videtur quòd imò:quia hîc loquitur quando non habebat nisi trientem.sed vbi dedi proprietatem omnium bonorum, videtur succedere in supplementum vsusfructus proprietas:& ita in nullo grauatur propterea:sicut si auferrem alicui Bononium, & darem eidem imperiale:& si hoc, filij perirent fame. & ideo datum est consilium, quia verba ita sunt expressa hîc,quòd non potest vsufru. fraudari à patre.& j.auth.eo t.t.& j.eo.scimus.quòd siue instituatur in vniuersum siue in tertiam,quòd non possit fraudari vsufruct. legitimæ portionis. scio tamen quòd cùm quis ita dicat, relinquo dominam & † potestatiuam vxorem meam omnium bonorum,ita interpretantur omnes doctores de æquitate quòd videatur ei reliquisse alimenta & vestiarium & calciarium honestè, non quòd posset percipere & recondere.

2

3

1 *Querela præparata seu comminata.*

L.7. NEPTEM, &c. *Experiri posse.* Sed nonne præcessit pater? Resp. imò:sed decessit præmortuo patre suo,& lite contest. in querela: & ideo transmittit ad neptem defuncti : vt ff. eo. quemadmodum, & not.j.eod.tit.Vel dic quòd neque † præparata,neque comminata fuit à patre,& ita sequēs admittitur:vt ff.eo. si is qui admittitur, & l. pater. Vel dicas quia successit in locum patris:vt dixi j.eo. fratris.

1

1 *Semel approbatum,non potest reprobari.*
2 *Falcidia,cur ita dicatur.*

L.8. PARENTIBVS, *Dum tamen non minus,*&c. Patet quòd ex iudicio patris defuncti filius debet quartam obtinere, sicut & pater in testam.filij:vt ff.eo.nam & si.*Eius par.quæ ab intestato.*Vt j.de collat.l.pen. *Eo quòd deb.pater.*Potest & alio modo cognoscere : vt ff.eodem.si pars. §.vltim & l.nihil interest,& l.vltim.quod ergo semel†approbauit,non potest reprobare:sicut dicit Pomponius.ff.de negot.gestis,Pomponius. *Si is maior fuit.*Aliud enim si minor:vt notaui supra de in integr. rest.l. 1 Habes authent. VNDE SI PARENS, &c.Et differt à lege,quia ibi loquitur in testamenti confectione,hîc in donatione inter viuos.ibi inspicitur tempus mortis,& in locum quæritur. vnde videretur cōtradicere,quia hîc dicit inspiciendum tempus donationis:& est ratio, quia in vltima voluntate dum viuit posset reuocare , aliud in donatione inter viuos, cùm statim facta donatione transeat dominium. at in legato non transiit dum viuit, vt dixi. *Immensam*, id est, vltra dodrantem. *Nomine Falcidiæ*, Impropriè appellatur Falcidia. Falcidia† enim dicta est,quia à Falcidio auctore inducta fuit.sed de ista nunquam tractauit Falcidius : & ideo nec debitum naturale vel Trebellian:cam quar-

1

2

quartam dico esse impropriè Falcidiam. illa enim de legatis & fideicommissis detrahitur. dicitur ergo sic per similitudinem, *Quantum debers poterat*, &c. Sed quomodo petet istud? Respon. per querelam inofficiosæ donationis. sed dicas imò in actione famil. ercisc. quia non tenuit donatio: vt j. de inoff. donat. si pater. & verum est quidem si ponas eum in potestate fuisse, sed si loquatur hic de emancipato, locum habet querela & in suo: quia licèt ab initio non tenuit donatio, confirmatur postea per mortem. sed prior verior vel secunda. Vel dic quòd fiat supplementum per conditionem istam ex auth. illa.

DE INOFFICIOSO TEST. MILITIS. Miles est qui iurat se non euitaturum mortem propter rempublicam. aliud in nostris militibus qui existunt in domibus suis. nam & hi qui missi sunt de militia, non habent priuilegium, vt ff. eod. Papinianus. sed filiusfam. siue dimissus sit à militia, siue nõ, habet priuilegium: vt j. cod. l. vlt. quod videtur hodie correctum per authent. s. de episc. & cleric. presbyteros. Hodie ergo locum habet querela: vel fortè proponetur condictio ex lege, vt j. eod. l. vlt. notaui. & intellige quòd l. ista dicit non posse queri filios, si ipsæ sciunt se habere filios: aliud si ignorasset, vt j. de testam. milit. sicut. L.9.

SI HÆREDVM. *Bona ad fisc. pertin.* Et ideo contra fiscum potest intentare querelam, sicut aliàs contra fideicommissarium, vt supra. eod. l. 1. in secundo casu cùm bona sunt vacantia, quia hæredes nõ adierunt, vt ff. de diu. temp. præsc. intra non est necessaria querela. cùm querela incipiat ab adita hæreditate: vt j. eod. scimus. & quia nullum est testamentum, vt ff. de contra tab. si liberum. §. vlt. & l. seq. L. 10.

1 *Obiicere sibi turpitudinem nemo potest.*

IN ARENA. *Legit. success.* Quæ deferuntur ab intestato ex lege, multo magis ex testam. *Neque de inofficioso*, &c. Præsumitur enim ingratus, cùm parens nihil dixit de eo in testamento, & hæc causa ingratitudinis connumeratur inter alias in auth. colla. 8, vt cùm de appel. cog. *Nisi & ipse similis*, &c. Tunc enim non posset obiicere [1] †turpitudinem sibi, quia nihil Iudæus Iudæo, vel hæreticus hæretico. non enim Iudæus remouere potest Iudæum à testimonio, quia est Iudæus, vel hæreticus hæreticum, vt s. de hæret. quoniam. ad idem, ff. de dolo. si duo, & ff. si omissa causa testa. quidam. L.11.

1 *Testatoris impietas.*
2 *Querela quid.*
3 *Querela nec actio, nec accusatio est.*

SI PATER. *Ex triente.* Id est, ex tertia parte hæreditatis, s. quatuor vnciis. *inofficiosi actionem.* Impropriè appellatur actio, quia actione quis conuenitur ad aliquid dandum vel faciendum. vnde actio est ius persequendi, &c. vt instit. de action. Sed hic neque vt daret vel faceret aliquid, conuenio ipsum querela: & ideò non est actio. nec etiam accusatio: quia cum accuso aliquẽ, accuso ipsum ad hoc vt puniatur in L.12.

corpore vel in substantia. Sed hîc solùm conqueror de impietate † testatoris, & ita quandoque querela dicitur actio vel accusatio impropriè. Quid ergo erit? Ista querela † potest dici ius quoddam ad rescindendum testamentum, sicut si aliquis vellet intrare domum, nec posset, cùm clausum esset ostium: ita quidem est hîc, quia filij exhæredati de iure ciuili non poterant intentare petit. heredit. Vnde datur eis querela, per quam testamentum primò infirmatur, & postea admittuntur ad hæredit petit. Aliud etiam est auxilium per quod rescinditur testamentum, vt bonor. possess. contra tabul. Medium ergo nomen sortita est querela. nec † enim est actio, nec accusatio. *Poterat ad eum peruenire*. Non ergo debuit sibi imputari, ex quo ad eam potuit peruenire, & sic si substituit ei, non habebit querelam, vt ℨ. eo. Papinia. §. si quis impubere. Nec enim patri debet imputari quod pro bono fecit, vt ℨ. eod filiis. & l. seq. fecit enim causa consilij, non oneris, & sic non obstat ℨ. eod. quoniam. & est simile ad hanc l. ℨ. de vsur. si ea lege.

1. *Iudicis iniquitas.*
2. *Querela rescinditur testamentum.*
3. *Institutione corruente, præstantur legata.*
4. *Testatus & intestatus pro parte, nemo decedit.*

L. 13. CVM DVOBVS. *Contendisse*. Et obtinuisse. *Ab altero autem victum*. Hoc iniquitate † iudicis, vel ratione probationis, quia vnus probauit, alius non. Vel etiam potest esse ex diuersitate personarum, vt ff. eodem. circa inofficiosi. Sed nunquid si obtinuit contra eum qui institutus erat in septem vnciis, resoluetur testamentum in septem vnciis? Videtur quòd sic, quia in tãtum erat institutus, & pro eo victus est: sed posset esse quòd non. Quid enim si duo erant qui poterant agere de inoffi. non esset tanta pars istius ab intestato: & ideò non in tantùm resolueretur testa. si solus erat ille qui intentat querelam. Benè concedo quòd pro septem vnciis resolueretur, sed in hoc posses decipi: vnde ita intellige quòd si deferatur alicui in semissem hereditas, & egit querela pro VII. vnciis, & aduersarius nihil allegauit, nec repugnauit, benè resolueretur in totum: quia ita dicitur in his qui ad successionem ab intestato non admittuntur: vt ff. eo. posthumus §. si quis ex. sed illi non prodest, imò aliis quibus defertur ab intestato, debet ergo resistere institutus, & dicere, non debes rescindere nisi pro eo quod ab intestato eras habiturus: & iudex habet eum audire in hoc, & sic iudicare. & aliud remanebit penes illum, nisi sit alius qui agat de inofficioso. *Neque legata neque fideicommissa*. Sed nunquid hoc corrigitur per authent. ex causa. ℨ. de liber. præter? quidam dixerunt quòd sic: dominus meus contra: quia illud authent. non loquitur, quando per querelam † rescinditur testa. sed quando à principio fuit nullum. ponit enim quando quis fecit testamentum, & præteriuit vel exheredauit filium suum, nec assignauit causam exhæredationis: & ita ipso iure non tenuit testa. cùm ergo quoad institutionem tantum sit nullum à principio, potest dici quòd legata & fideicommissa præstentur, licet † non teneat institutio: aliud si iure factum est testam. quia assignauit causam exheredationis, tunc enim tenuit à principio. vnde si quis

intentet

intentet querelam, & dicat se non fecisse iniuriam testatori, & quòd hoc probent hæredes: si probauerint, debet actor repelli si non fuerit probata causa, ageret querela. & ita si tollatur institutio à qua pēdent legata & fideicommissa, cassantur & illa vt hîc dicit, & ff. de iniusto rupto. nam & si sub conditione. & ita si aliud dicatur expressa causa quàm non expressa, satis est admittendum. huic l. assignatur contra. instit. de hæredibus instit. §. hæreditas. Sed dic quòd à principio nō 4 potest quis decedere pro parte † testatus & pro parte intestatus, nisi miles. sed ex postfacto bene potest, scil. pronuntiato testa. inofficioso: vt ff. eo. nam & si §. vlt. & l. seq. *Directè competunt & fideic.* In totū, cùm non possint competere pro parte. & videtur quòd à singulis præstari debeant xx. aurei vt ff. eo. Papinianus. §. vlt. sed ibi in totum testa. pronunciatum est inofficiosum, & sic loquitur in alio casu. dic ergo quòd indemnis debet seruari is qui ab intestato admittitur: & sic æstimabūtur serui: vt ff. de excep. rei iud. l. iudicatæ.

EVM QVI, &c. *Tenuit.* Id est, obtinuit. *Idem ob. & si ex contrario.* &c. Si verò legatum accepit, vel alio legitimo modo comprobauit, postea non poterit dicere inofficiosum: vt s. eo. parentib. & ff. de his quib. vt indign. post legatū. Assignatur cōtra. ff. de bo. liber. si patronus ex. sol. ibi loquitur quādo patronus institutus est in minori debita portione. hic autem nihil erat argenti relictum. vel dic quòd aliud est in liberis quibus magis debetur hereditas parentum, quàm patrono libertorum, vel eorum qui sunt ex linea materna. L. 14.

1 *Bonorum possessio contra tabulas non datur exheredato.*
2 *Causa ingratitudinis exprimenda.*

FILIAM PRÆTERITAM A MATRE. Ideò dicit, quia præteritio matris, vel eorum qui sunt ex linea materna, habetur pro exhæredatione, vt inst. de exhæred. lib. vlt. in patre si præteriuit filium in potestate constitutum, ipso iure nullum est testamentum. si emancipatum, valet, sed habet bo. pos. contra tab. præteritus autem in testa. 1 matris non potest habere poss. contra tab. cùm illa non detur † exhæredato: vt ff. de contra tab. non putauit. hodie tamen videtur correctum: quia si non est assignata causa præteritionis, ipso iure non tenet testa. & agere poterit petit. heredit. Idem in exhæredato à patre, quia opor- 2 tet exprimere † causam ingratitudinis: vt j. authent. vt cùm de app. cog. si verò filia ista esset præterita, quia nec instituit eam nec exhæredauit, & assignata est causa præteritionis, tunc tenet testamentum & est necesse proponere querelam, vt hîc dicit. L. 15.

1 *Contra desides currunt præscriptiones.*
2 *Trium tutelarum excusatio.*

CONTRA. Ibi incipiat constructio, præscriptio ex prioris iudicij mora quinquenn. tempo. non nascitur contra maiores, &c. *Quæ officere non cessan. non potest.* Non enim fuit deses, nec aliqua negligentia potuit ei imputari. & ideò si ex priori iudicio tractum sit tempus vltra quinquennium, non curret ei illa præscriptio, quia præscriptiones currunt † cōtra desides. & sui iuris contēptores: vt j. de anna. L. 16.

except.l.vltim. si ergo per appellationes transcēdat prima causa quinquennium, & tandem in ea succubuerit, quia pronunciatum est testamentum solemne, & nihilominus admittitur ad querelam, & tunc currit ei quinquennalis præscriptio: argumentum tamen videtur contrarium, quod in tutore dicitur, quia si aliquis vocatus est ad tutelam, spatium habet quinquaginta dierum ad prætendendas plures excusationes. Vnam, si vnam proponat, & in ea succubuerit, transacto tempore præfinito non dabuntur ei alij quinquaginta dies, si aliam velit probare: vt instit. de excusatio. tut. §. qui autem. Sed ideò est aliud ibi, quia diuersas excusationes insimul prætendere possunt & probare: & ratione trium † tutelarum posse me excusare, & ratione liberorum: vt ff. de exceptio. l. nemo. & ideo si in vna tempus finitum transierit, non habet iterum tempus ad aliam proponendam. Sed hîc cùm competerent sibi duæ actiones, & intentauit primam, quia testamentum iure non sit perfectum, iterum querelam non potuit intentare: quia si non tenuit testamentum, nec querela habet locum. nec è conuerso, quia si querelam intentat, non poterit interim dicere iure non perfectum, vt j. de seruo corrup. l. 1. & si seruus emi. se man. l. 1. & ideo non præiudicat sibi, vt hic dicit, & est simile in tempore appellationis. Debet enim quis prosequi appellationem intra annum vel biennium iusta causa interueniente. Si in medio compromisit, & postea soluatur arbitrium, non præiudicatur in tempore appellationis, cùm non fuerit negligens, vt j auth. de appell. in 8. collat. 2

L. 17. CVM FILIVM TE PRÆTERITA. Et sic habetur pro exhæredata: sicut econuerso, si mater filium prætet iret, quare mater potest intentare querelam, vt hîc dicit: idem in auo materno & similibus. Aliud in patre præterito, quia idem ius habet pater in bonis filij emancipati, quod patronus in bonis liberti, vt in st. quib. mod. ius pat. po. sol. §. præterea. si verò non esset emancipatus, non teneret test. nisi haberet peculium castrense: & tunc non habet locum querela, nisi dicamus correctum per auth. s. de episc. presbyteros. vt notaui j. eod. l. vlt.

L. 18. CVM TE. *Religionem.* Religio est inter patrem & filium, nedum inter Deum & hominem.

L. 19. SI FILIAM. *Si non inconsulto calore.* Quia fortè aliquis dixit ei propter malum filiæ. *Sed ex meritis eius.* Quia ita fuit in veritate. Habes hic authent. SED SI POST XXV. ANN. &c. *Se libero.* Esset ergo aliquid in seruo, vbi enim peccat in corpus, siue cum libero, siue cum seruo, non ob hoc potest exhæredari: & sic minuitur ex hoc authentic. quòd peius facit si copulauit se seruo, quàm si cum eo peccaret in corpus suum.

L. 20. FILIA IN ORBITATE. Scil. quia mortuus erat pater suus, est enim pater oculus filij vel filiæ, & ideo dicitur orbata. *Colens concordiam.* Quia studet ei seruire secundùm quod debet & potest.

L. 21. FRATRIS. *Filij.* Nominatiui casus. *Patrui vel auunculi, &c.* Ista sunt genitiui casus. *Frustra dicunt.* Videtur hodie correctum per auth. vt fratrum filij. Quia in successione ab intestato succedentes in locum fratris admittuntur cū fratribus. Vel dicas quod patri succedat quantum

quantum ad habendam hæreditatem ab intestato, non quoad querelam quæ odiosa est.

1 *Nouissimum ius.* 2 *Actio quando resuscitatur.*

SI MARITVS. *Exhæred. in fa. mi. probetur.* Ergo videbatur quòd esset præterita, cùm non possit probari exhæredata, neque iustas causas offensæ præstitisse conuincatur: sed si hoc, non habebit querelam, si enim fuit in potestate, ergo ipso iure non valuit testamentum, & ita non aget querela, si fuit emancipata, valet, sed habet bonorum possessio. contra tabul. & sic rescisso testamento intentabit possessoriam hæreditatis petitionem: sic ergo habebit bonorum possessionem contra tabulas. contra inofficiosum testamentum patris, vt notaui s. eodem. filiam. Vel dic sicut antiqui hic glossauerunt, quòd non probetur exhæredatio de iure: de facto enim benè probatur: *Nihil.* Subaudi, maximè. Etsi enim aliquid esset ei relictum, posset agere de inofficioso secundùm veteres leges: hodie verò ad supplementum, vt j. eodem. scimus. & l. omnimodo. Vel dic quòd compositores istius libri qui sciebant tam vetera quàm noua iura, addiderunt hoc, referentes 1 se † ad nouissimum ius, vbi si nihil est relictum, potest agere, & sic glossauerunt hic antiqui. Dixerunt enim hoc additum esse à Iustiniano. *Obtinuit.* Scilicet, filia. *Tibi.* Scilicet, vxori. *Id ab ea reddi oportet,* Sed cùm semel extincta fuerit actio ante aditionem hæreditatis, qualiter resuscitabitur, cùm regula contra dicat ff. de solut. si res. §. aream. Dic quòd fallit hic, sicut & in aliis casibus notaui s. si aduersus trans- 2 act. & est ad hoc bona concordantia † quòd resuscitetur actio. ff. eod. cum qui inoff. §. vlt. distingue tamen vtrum sciebat test. inofficiosum, annon: vt in primo casu amittat debitum, in alio nequaquam vt arg. ff. de his quibus vt indign. hæredem, & ad Sila. propter venent. §. nuptis. & ad Trebel. l. vlt. L.22.

TESTAMENTVM. *Neq; à patre, neq; à liber. eius, &c.* Hodie contra, vt notaui j. l. vltim. L.23.

1 *Pendente conditione, datur bonorum possessio.* 2 *Suspensiua litera.* 3 *Patria potestas inæstimabilis.*

FILIIS. *Iure compertum est.* Ibi incipiat constructio, Iure compertum est, &c. patet ergo quòd ita consulit matri, vt instituat filios sub illa conditione, si emancipati fuerint à patre, & hoc ad vtilitatem filiorum. *Eo pacto.* Vel facto. *Cum re, &c.* Id est, cum effectu, sed videtur contra. ff. de bo. pos. sec. tab. l. 1. §. si sub conditione, quia dicit quòd si filius sit institutus sub conditione, interim pendente conditione 1 † admittit prætor eum ad bo poss. sed non intelligas quòd cum effectu admittat eum: sed ius bene competit ei & cum effectu adueniente conditione: vt in eadem l. §. si quis ita, & istud videtur dicere litera ista. videtur etiam contra. ff si omissa causa. l. pater. §. 1. & vnde liberi. l. filius, sed ibi defecerat conditio: & ideo non potest peti. hic autem non defecit: & ideo aliter potest dici. *Qui conditioni.* Quidam habent 2 literam, qui cùm conditioni: & † tunc suspensiua est litera. *Restituere ergo debet.* Sed cui fiet restitutio? & dic quòd curatori qui bonis de- L.25.

bet dari, vel etiam filio facto sui iuris morte patris, vel dignitate, vel aliis modis qui notantur in summa, quib. modis ius potest. dissoluitur. licet enim ita contineatur in conditione, si emancipatus fuerit, nihilominus habet si alio modo exiuit de potestate. vt ȷ̃. de instit. vel subst. l. 3. & ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si cui. & ad hoc quòd restituatur curatori, facit authentic. vt lic. mat. & auiæ. Potest etiam sibi restitui cùm fuerit in potestate patris, scilicet si pater multa facit in frau. fideicom. vt ff. ad Trebel. imperator. Sed poterítne cogi pater vt adimpleat conditionem? dic quòd non: quia patria † potestas inæstimabilis est: vt ff. 3 de lega. 1. §. filius. §. planè. tamen si ei relictum sit vt emanciparet, & agnouit legatum, benè cogeretur iudicis officio: vt ff. de condic. & demonst. si cui.

L. 26. **E**X TRIBVS. *Certum est.* Videbatur contra, quia in portione illa non potuit grauari. Sed dicit quòd non onerauit eum, imo suæ vtilitati prouidit, cùm non liceat ei testari intra tempus pubertatis. & ideo si fecit ei test. ne res periret, bene fecit. vnde propter hoc quòd ei substituit, sic non habet querelam: vt hîc, & ff. eo. Papinianus. §. si quis impuberi. & etiam si in vno casu potuit ad ipsum emolumentum peruenire, in alio non valet fideicom. substitutio: vt ȷ̃. eo. si pater.

1 *Vterinorum & consanguineorum differentia.*
2 *Per emancipationem tollitur ius agnationis.*
3 *Quæ causæ impediant querelam.*
4 *Infamiæ nota.*

L. 27. **F**RATRES *vterini.* Vterini sunt, qui sunt † ex eadem matre: consanguinei qui ex vtroque parente vel patre tantum nascuntur. 1 *Durante vel non agnatione.* Tollitur autem agnatio capitis deminutione: vt inst. de leg agn. tut. §. vlt. siue sit maxima, siue minima. & intellige quando minimam passus est capitis diminutionem non per emancipationem, sed aliter, quia arrogatus est. lex enim dicit per † emancipationem tolli ius agnationis: vt ȷ̃. de legit. tut. l. 4. Item si maximam 2 passus est capi. diminut. non est dicendum quòd admittatur ad querelam. Cùm enim tollat esse hæredem, vt ȷ̃. de hæred. instit. l. 1. ergo multo magis excludet aliquem à querela, & licet hîc fiat distinctio inter fratres, sint vterini, an consanguinei, videtur tamen correctum per authentic. de hęred. quæ ab int. §. reliquum. vbi non distinguitur inter fratres, sint coniuncti ex parte patris tantùm vel matris. vel dic quòd ibi loquitur quando intestatus quis decessit. tunc enim quoad successionem non est differentia inter eos qui ex patre tantùm fratres sunt, vel ex matre. sed vbi quis decedit testatus, & quæritur de querela, distinguitur, vt hîc. Repelluntur autem à querela isti fratres si fuerint agnati, cùm & filij & patres repelluntur. Et sunt tres † causæ 3 ingratitudinis, vt si vitæ fratrum fuerint insidiati, si manus iniecerint, si intulerint iacturam substantiæ, vt ȷ̃. authent. de nuptiis. §. ingrati. Si verò non sint ingrati, admittuntur, sed ita demùm, si scriptus hæres sit infamis, vel turpitudinis, vel leuis notæ macula aspergatur, vt si damnatus interdicto vnde. Licet enim non sit infamis secundùm verba edicti, re tamen ipsa & opinione hominum non effugiet

4 effugiet † infamiæ notam, vt ff. de obsequiis. onera & l. licet. Idem si libertus est institutus per adulationes & blanditias. Et hoc est quod dicit, *maximisque beneficiis*. id est, blanditiis: & est dictum ironicè, beneficium, i. maleficium. Sic enim & aliàs beneficium ponitur pro maleficio: vt ff. de fur. inter omnes. *Excepto seruo, &c.* Excipitur ergo seruus institutus qui est hæres necessarius, siue velit siue nolit: nam & in fraude creditorum hæres potest institui, vt inst. quib. ex caus. manum. in princ. Illud solet quæri, si minùs quarta habeat frater, vtrum possit agere querela. & dixerunt quidam quòd sic si infamis persona vel turpis sit instituta, sed non videtur, quia non posset agere nisi ad supplementum: quare si frater est, non videtur quòd possit tentare querelam, aliàs enim plus haberet quàm liberi vel parentes.

Liberi. *Vt hoc probato, &c.* Cùm enim negaretur hoc fecisse alteri, parti incumbebat probatio. Vel dic, quia præsumitur mater grata, nisi probetur ingrata. Aliud in filiis, quia isti debent se probare gratos: & hoc ideò quia magis diligit descendentes quàm ascendentes: vnde non præsumuntur ingrati, & ideò aliud est ibi. Sed hodie contrà est, vt ꝉ. eod. omnimodo, & est arg. quod dicitur in l. ista, si mater copulauerit amicitiam suam cum inimicis filij, ad hoc quòd vasallus priuetur commoditate feudi, si ab inimico eius cui fecit sacramentum fidelitatis, accipiat in feudum. L. 28.

1 *Dos & donatio propter nupt. confirmatur.*
2 *Quæ computantur in quartam.*
3 *Dos proprium filiæ patrimonium.*
4 *Dos non est in bonis patris.*

Quoniam. *Nouella constit. diui Leonis.* Quam habes ꝉ. de collat. l. vt liberis. Nec intellige quòd hic sit ratio, vt quia dos & donatio † propter nuptias conferuntur, quòd ideo debeant computari in quartam, nisi dictum sit expressim à testatore, vt simplex donatio, vt ꝉ. de collat. l. penult. §. vlt. Est ergo ratio, quia sicut donatio propter nuptias confertur ad similitudinem dotis, ita computabitur in quartam ad similitudinem dotis. Quoad multa enim sunt similia dos & donatio propter nuptias, vt ꝉ. de pact. conuent. & hic erant similia quoad 2 hoc † vt computentur in quartam: computantur etiam legata, vt instit. eod. §. vlt. Sed videtur contra: ff. ad leg. Falcid. pater. Ibi enim dicit quòd dos non computatur in quartam. Sed ibi loquitur de quarta quæ debetur iure institutionis, vbi non computantur nisi ea quæ obueniunt iure hæreditario, scilicet, tanquam hæredit. si enim iure legati obueniat aliquid, non computatur in quarta: vt ff. ad legem Falcid. in quartam. Sed in ista quarta debita iure naturæ computatur quoquo relicti titulo, vt habes & notant s. eod. authent. nouissima. Hodie aliud est, quia debet habere iure institutionis: vt ꝉ. authent. vt cùm de appellat cog. §. aliud & §. si tales. Debet enim institui in vniuersitate, vel in quota portione, aut re in re aliqua singulari. Quid si in dote instituatur? nunquid valebit institutio, & computabitur in quartam? Dominus B. dixit quòd sic quia pater communiter agit cum filia pro dote: sed videtur contradicere quod dicit lex dotem proprium esse fi- L. 29.

liæ † patrimonium: vt ff. de minoribus. denique. §. sed vtrum. vnde cùm 3 sua sit, non poterit institui in ea: quia quod suum est, magis suum fieri non potest, & sicut dixit P. & notauit in summa de liberis præteritis. & idem domino meo visum est. Et licet fieri possit institutio in re certa, nisi alij fuerint instituti vniuersales hæredes, quamuis exhæredatio fieri non possit: vt ff. de liberis & posthum. cùm quidam. & de hæred. instiut. ex facto. Illud tamen intelligendum est de re certa testantis propria, hic autem non erat sua: quare quod habet iure proprio, habere nō poterit iure institutionis, & ita si instituatur in dote, vel ei legetur, quia idem est quoad hoc, cùm suum sit, & alij sint hæredes, vel etiam sine his non valebit institutio. Item videtur quòd non valeat, quia etsi exhæredetur filia, nihilominus habet dotem: vt j. de rei vxor. actio. Item quia dos † non est in bonis patris, vt ff. ad leg. Fal- 4 cidiam. pater. Quid ergo faciet pater? Respon. Quia instituet filiam in dotem, & præterea relinquet ei de patrimonio suo centum libras, vel etiam duodecim denarios, vel quantumcunque. Et sic benè puto quòd dos debeat computari in quartam, sic enim magis erit sine scrupulo, & ita fit in ciuitate ista. si ergo in quantitate certa instituatur, etiam si alij fuerint vniuersales hæredes, iure institutionis percipiet: & si alij repudiauerint, perueniet ad eam hæreditas, quod non fieret si perciperet iure legati. sed cùm quis certis rebus contentus esse iussus est, in hoc casu nullatenus soluitur testa. & si minus habeat legitima portione, ab heredibus adimpletur: vt infrà, authentic. vt cùm de appel. cognosc. §. hæc autem disposuimus.

1 *Grauamen tollendum.*
2 *Liberi grati præsumuntur.*
3 *Feudi amissio.*

L. 30. OMNI MODO. *Vel alio modo.* Vt per bo. pos. contra tab. *Mortuis consulere.* Scilicet conseruando eorum iudicia. *Quàm liberis eorum.* Eis portionem tribuendo legitimam. *Vel aliis personis.* Puta fratribus & sororibus, vel patronis: vt instit. de succes. liber. §. si verò. vel etiam parentibus: vt ff. eo. nam & si exigere scilicet, condictione x. hac l. *Testator edixit.* Hodie necessarium est quòd exprimat causam: vt j. authentic. vt cùm de appel. cogn. si ergo in vncia instituitur, repelletur à querela. si verò vtrinque grauetur in suo iure conditionibus quibusdam additis, dicendum est quòd † tollatur grauamen. & ita eis con 1 sulitur. j. eod. quoniam in priorib. *Non licebit eius here. ingra. &c.* quia præsumuntur vt grati. & per hoc corrigitur quod dictum est s. eo. liberis. præsumuntur ergo † grati, nisi probentur ingrati: & quilibet 2 bonus, nisi probetur malus. & est simile ei quod hic dicitur quod aliàs dicitur in donatione. si enim heredes donationis velint reuocare donationem quam donator in vita sua non retractauit, non possunt, vt infrà de reuocand. dona. l. 1. in fi. & est arg. ad hoc quòd si vasallus commisit aliquid contra dominum propter quod deberet amittere † feu- 3 dum: si tacuit hoc in vita dominus, post mortem eius non poterunt agere heredes. *Vel alia eorum mentione.* Vt quia dixit, sit alienus à substantia mea: vel alio simili modo. *Tunc vetera iura.* Et erat vetus ius, quòd si à patre exheredaretur, haberet querelam. si verò præteriretur,

ipso

ipſo iure non valet teſtamentum, ſi erat in poteſtate patris. ſed ſi à matre fuerit præterita perſona, habetur pro exheredata. *Eiuſdem militiæ.* Id eſt, præbendæ aliquæ, non intellige militiæ armatæ. *Silentiarius.* Qui erant in ſilentio domini imperatoris, & audiebant ſecreta ſua: vt. j. de ſilentiariis. li. xii. & l. penult.

QVÆ NVPER. *Ad teſtamen. ſine ſcrip. facien.* Hoc ſolùm addit hęc lex quia omnia alia dicta erant in ſuperiori. l. prox. L. 31.

1 *Vtile per inutile non vitiatur.*
2 *Turpis conditio ſeu impoßibilis.*
3 *Exemplaris ſubſtitutio.*

QVONIAM IN PRIORIBVS SANCTIONIBVS. Vt ſ. eo. omnimodo. *Tollatur.* Et eſt hoc notabile: quia aliàs dicit generale, vtile † per inutile vitiari: vt ff. de reg. iur. actus. In totum enim vitiantur actus legitimi, ſi apponatur dies vel conditiò. hìc vero ſi addatur conditio vel alia ſimilis diſpoſitio moram vel quodcunque onus introducens, pro non ſcripto debet haberi. ſic eſt & in teſtamento quando turpis vel † impoſſibilis conditio apponitur: vt inſt. de hær. inſtit. §. pen. & j. de inſt. & ſubſt. reprehendenda. Conditiones ergo iſtæ licet non ſint turpes vel impoſſibiles, tamen pro turpibus & inhoneſtis accipiuntur, & ita tolluntur: nec vitiatur illud cui erant adiectę, quia dicit aliud generale. Vtile per inutile non vitiatur: vt ſi cert. petat. certi condictio. §. quoniam. & quod hìc dicitur, quòd conditio debet haberi pro non appoſita, eſt intelligendum quādo eſt appoſita ad grauamen vel onus. nam & ſi voluit ei prouidere, poterit apponere conditionem: vt ſ. eo. filiis. Vel ſi aliquem inſtituit in legitima, potuit ſibi pupillariter ſubſtituere, nec enim videtur grauatus, vt quidam dixerunt, & allegauerunt in cauſis de facto. vnde dixerunt per l. iſtam corrigi quod dicitur ſ. eo. ex tribus, quod non credo, quia cùm intra illud tempus non poſſint facere teſtamentum, potius videtur ſubſtituere eis ad vtilitatem eorum, quàm ad onus: vt ibid. notaui. poteſt enim † fieri exemplaris ſubſtitutio: vt j. de impub. & aliis ſubſtit. humanitatis. idem in fideicommiſſaria: vt ſ. eo. ſi pater. L. 32.

1 *Minuſcula legitima.*
2 *Inficiatione creſcit actio.*
3 *Infans exheredari non poteſt.*
4 *Peccata ſuos auctores tenent.*
5 *Delictum vnius quandoq; nocet alteri.*

SI QVIS SVO. *Ipſam tamen legitimam.* Patet ergo quòd hìc appellat minuſculam legitimā, & valet hoc notare ad l. ff. quod cum eo. l. 2. & 3. ibi enim dicit, ex minima parte, quod quidam intellexerūt, id eſt, legitimam: ſed de illa non videtur intelligendum, cùm hic dicat † minuſculam legitimam, & ita minorem minore, cùm ſit ſuperlatiuum: non ergo dicetur ibi minima, id eſt, legitima, ſed ſecundùm arbitrium iudicantis: & erat olim iſta legitima quarta, hodie eſt triens. ſi fuerint quatuor vel pauciores. ſi plures, ſemis: ſicut habes, & notaui ſ. eod. auth. nouiſſima. Hodie etiam videtur quòd non appelletur tertia minuſcula vel minima, vt poteſt notari. j. de bonis quæ lib. l. antepen. §. cùm autem. cùm ibi dicat: pars non minima, &c. quod ſ. L. 33.

dictum est liberum relinquat, contra consuetum modum loquitur, cùm hæc enunciatio pluratiuo modo proferatur, sicut & codicilli, vt ff. de verbor. significat. non est sine liberis.] *Reddiderit*, Id est, dederit. *Legitimis ictibus feriatur.* Dabit enim quod voluit testator, & præterea æstimationem tertiæ partis: aliàs in duplum condemnatur quis propter contumaciam, vt ff. de redhib. redhibitoria. aliàs propter inficiationem † crescit actio: vt in legato relicto venerabilibus locis, & in l. Aquilia, vt j. ad l. Aquil. & instit. de actio. § omnis. sed videtur quòd hic totam hæreditatem debeat amittere propter hoc quòd non soluit: vt j. de fideic. quæstionem. contra. Respond. Quia ibi non dicit totam debere amitti, sed quòd ita in legib. antiquis continebatur. Vel ibi loquitur quando nunquam parere voluerit voluntati testatoris. Aliud si tardè, vt hîc. Vel fortè ibi in extraneo hærede, aliud in filio testatoris, quia illi hanc specialem pœnam debent pati, hodie generale est in omnibus, vt si non restituant intra annum præmoniti à iudice, sustineant pœnam quam ibidem imponit authent. amplius. non posse ingratum vocari à matre sua scripsit Iulius Paulus: & benè. quia infans non † potest exhæredari. Idem multo magis in eo qui nondum natus est, aliud secundùm vetera iura, quia postumus benè exhæredatur, vt j. de lib. & postum. l. vlt. & de exhæred. lib. hodie contra, maximè per auth. vt cùm de appel. cog. cùm debeat inseri causa ingratitudinis: & ideo postumi & infantes cùm nullam possint committere causam exhæredationis, non possunt exhæredari. Si verò quis maior sit infante, potest exhæredari, quia ingratitudinis causa reuocatur in seruitutem, vt inst. quib. mod. tut. finitur. Vnde & sicut potest in seruitutem reuocari, ita & exhæredari. *Nisi hoc odio, &c.* Hîc malè excipit. Peccata enim † suos tenent actores, nec vlterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum, vt j. de pœn. sancimus. Nec enim filius portabit iniquitatem patris: vt ff de pœn. crimen. Speciale tamen est in crimine læsæ maiestatis, vt j. ad l. Iuliam maiestat. l. penult. & vlt. Quia enim fecit Adam contra præceptum Dei, omnes descendentes contrahunt originale peccatum, nisi tollatur per baptismа. Videtur aliud speciale & contra. huic l. ff. de offic. proconf. l. 4. §. 2. sed ibi non punitur proconsul propter delictum vxoris, sed propter suum cùm fecerit contra senatum Cotta & Messà. consulibus. Prohibet enim ne ducat proconsul secum vxorem. Sed quandoque videtur quòd delictum vnius † alteri noceat: vt ff. de instit. act. sed & si pupil. §. præscriptum. sed ibi tenetur præponens propter factum suum, quia præposuit huic l. ff. de contra tab. l. 3. §. si filius emancipatus. Quod secundùm quòd dixit dominus Yrn. non est intelligendum quòd nepos exhæredetur propter delictum patris, sed si contraxit nepos matrimoniū contra voluntatem patris vel aui. Nec est contra. j. de his quib. vt indign. turore. quia non punitur pupillus propter delictum alterius. Reputatur enim pupillus facere, cùm tutor accusauerit: vel non grauatur in aliquo, quia restituit sibi damnum tutor: vt ibi dicitur, *Nec suam naturam*. Id est filios qui nati sunt secundùm naturam ex eo, vel decipere filios in eo quod debent habere secundùm ius naturæ.

2

3

4

5

1 *Auxilium legis Velleia.*
2 *Nepos, quando proximior.*
3 *Quandoque nepotem exhæredare non est necesse.*
4 *Subiecti filij cur appellentur.*
5 *Dilectio proprij filij maxima.*
6 *Patronus quando in successione admittitur.*
7 *Pater & filius pro eadem persona habentur.*
8 *Prius querela agenda quàm pet. hered.*

SI QVIS FILIVM EXHÆREDATVM FECERIT. Id est, exhæredem omnino re & verbis. Posset enim esse quòd exhæredauerit eum, quia non instituit, & iussit ei restitui hæreditatem vel legauit ei: & ille exhæredatus non habetur pro exhæredato. sed de tali non loquitur. *Nulla hæreditatis petitione.* Ex hoc, & ff. eod. qui de inofficioso. assumunt quidam arg. quòd qui intentat querelam, agat hæred. petit. sed dominus meus contrà: vt notaui s. eod. l. 1. & l. si pater. *Omne adiutorium.* Et querela, & l. Velleia. *Quia postea & adita est hæreditas.* Et ita non habuit pater querelam, cùm competit ab adita hæreditate: vt j. eo. scimus. & ff. eo. Papinianus. §. conditionem. hîc autem post mortem eius fuit adita, & sic non habet nepos querelam, nec † auxilium l. Velleiæ, quia habet locum cùm primò decedit filius quàm pater relicto nepote: nepos enim habetur loco posthumi, & ita rumpit testamentum: vt instit. de exher. liber. §. posthumorum. & ita omni destituitur nepos auxilio, cùm post mortem patris adita est hęreditas præmortuo auo. & sic consonat. ff. vnde lib. script. in prin. & instit. de hæred. quæ ab intest. §. hac ratione. si enim ante aditam hæreditatem decessit pater, & hæres post adiuit, nepos natus secundùm vetera iura nullum habet auxilium: quia qui non obstat iure intestati, iure testati videtur obstitisse: quia si pater decessisset ante aditam hęreditatem, & postea repudiatur à secundo hæræde, vel quia noluit esse hęres, aut quia non potuit, nepos admitteretur ab intestato: quia quo tempore apparuit & certum est decessisse auum intestatum, solus † inuenitur nepos proximior, neque dici potest quòd pater fuerit proximior ab intestato, cùm in vita sua nō esset sibi delata hæreditas ab intestato, & præterea nepos iste fuit in potestate aui. quare licèt non fuerit auo in gradu proximior, est tamen in hac successione: & sic suus hęres erit nepos auo vice intestati: id est, quando non est adita hæreditas: vt ff. de legit. hæred. l. 1. non obstante patre suo. Cæterùm si est adita, quod fieri potuit, quamuis iste nepos non sit exhæredatus, sed pater suus, tamen obstat ei persona patris. & sic videtur decessisse testatus auus. præcessit enim eum pater: & ideo non potest petere nepos hæreditatē in illo casu. nec est † necesse quòd nepos exhæredetur: sed de filio, quia præcessit eum, & erat in potestate aui. Sed videtur quòd sicut filium, ita & nepotem necesse habeat exhæredare: vt instit. de exhære. liber. §. posthumorum, & certò verum est quòd habet necesse si velit euitare quoddam periculum: quia posset esse quòd pater nepotis moreretur in vita aui, & tunc succederet nepos in locum ipsius. vnde in illo casu vt institutus posset adire, bene haberet necesse exhæredare, si non interueniat illud periculum, non habet necesse: tenet & tenuit testa. vt dicit l. scripta. *In medio,* scilicet sapientum coram omnibus. *Inhumanè reliquerunt,* tanquam insolubile,

L. 34.

Sic in veteri libro reperimus

quod dicitur tractatus. *Et filios & nepotes*, Quia diligimus eos ac si essent filij & nepotes, vel dic filios, substitutione. subiecti † enim filij 4 appellantur. vnde subiectis etiam senibus dicimus, Fili fac hoc. & quãdoque sic dicit quis ratione minoris ætatis. *Et imitatione.* Subaudi paterna, *Secundùm quod possibile est.* Ideo dicit, quia impossibile est quòd aliquis diligat eum tantùm, qui verè filius suus nõ est, quantum † eum 5 qui est in rei veritate. *Habebat*, Id est, habitutus erat adita hæreditate postea. & iste secundùm l. istam nouam rumperet testam. auitum per querelam, sicut pater potuisset si vixisset, cùm adita nunc sit hęreditas. aliud secundùm vetera iura: vt suprà dixi. *Ingratum patrem.* Sed videtur quòd siue probetur ingratus, siue non, quòd admittatur ad querelam: vt ff. eo. is qui. Idem est in patrono. si enim habet quis patronum & filios, & liberi sint ingrati, & patronus, † qui est in sequenti gradu, ad 6 mittitur: vt inst. de success. liber. §. si verò. In legibus illis loquitur quãdo admittitur ille qui est in sequenti gradu, vel quia præcedens noluit intentare querelam, vel quia non potuit, & sic suo proprio iure sequẽs admittitur, sed si iure præcedentis personæ vellet vti, non posset. hîc autem non admittitur suo proprio iure, sed quia eadem persona cum patre. vnde si pater fuisset ingratus, & ita nunquam posset petere, nec isti competet querela: sed cùm pro eadem persona † debet haberi, & 7 pater potuisset si vixisset, ergo & iste poterit. Vel dic quod ibi loquitur quando præcedenti personæ deferebatur querela, hîc autem non deferebatur, vnde cùm non admitteretur pater, & multo minùs nepos. si ergo pater probetur ingratus, & nepos velit admitti, non potest: quia ex persona sua non, cùm pater præcesserit eum, nec ex persona patris, cùm pater fuit ingratus. *Remoto*, Id est, rescisso per querelam. & sic exponitur verbum ĵ. authen. vt cùm de appel. cognos. euacuato. vt notaui ĵ de lib. preterit. auth. ex causa. Non intellige remoto, quasi non teneat ipso iure. ptiùs † ergo debet agere querela post hæred. petit. ab 8 intestato. *Secũdum nouel. constit.* Suprà eodem. omnimodo. *Vel repudiauit querelam.* Sed quando repudiabit, cùm nunquam competierit, quia iacebat hæreditas? Et ideo statim glossat, scilicet, post aditam hæreditatem. non enim repudiare poterit donec adeatur.

1 *Priuilegium.*
2 *Legitima portio.*
3 *Donatio, quando in quart. non comput.*

L. 35. SI QVANDO. *Nihil aliud videri princ. conced. nisi vt*, &c. Sed in quo priuilegiatus erit qui tale quid impetrauit, cùm nunc non liceat ei testari nisi secundùm ius commune, & ante idem posset? Respon. quia idem intelligendum est quod hîc dicitur, de eo qui non poterat testari aliàs, modò libere licet tamen eius, sed videtur contra ff. de iniust. rup. test. l. si quis filium §. sed & si quis capite. Respondeo, ibi militi conceditur libera testa. factio. tunc est sibi concessum quòd possit testari iure militari, hîc verò pagano. & ideo testabitur vt paganus. Præterea videtur contra ff. de bon. liber. l. etiam. §. planè. sed ibi sciens imperator libertum alterius esse, dedit † priuilegium liberto. asserebat enim 1

Sic reperimus in veteri libro.

so

se alterius libertum,& dixit,non obstante lege aliqua, vel non obstante l.illa, & illa.& ideo non debet eos præterire sine causa. Itē videtur contra ff.de bonis lib.Paulus §.sed si patroni. Sed dic quòd corrigitur per illam l.j.de bon.liber. si quis in posterum. Vel aliter, quia ibi loquitur in filio qui misit epistolam liberto patre viuente: aliud si mortuus esset,quia posset præterire in testamento suo: vt notaui infrà, de bon.liberto. *Minimè grauari*, sed videtur contrà ff.si à parente,quis manum.fuerit.l.j.§. si quis parens. Respondeo,quia aliud est si filius faciat pactum cum parente,quàm ècontra:quia magis debetur hæreditas parentum filiis,quàm filiorum parentibus: vt ff.eodem. nam etsi. vnde speciale est ibi in parentibus quod grauentur pacto.vel dic idem vtro-
2 bique.sed ibi acceperat † legitimam portionem.vnde dicit, quantum satis est, &c. Si ergo fecit pactum ne inquietaret eius iudicium, tunc non poterit inquietare.nec obstat.ff.ad legem Falcidiam,l. cum quo.§. vltimo,quia ibi donauit quantum sufficiebat ad Falcidiam: & ideo nō consequetur emolumentum l.Falcidiæ, si verò non esset sufficiens ad Falcidiam,posset:& ita non contradicit. *Sub ea conditione, vt hæc*, &c.
3 no. quod alio modo non computatur in † quartam donatio inter viuos,nisi hoc dictum fuerit à patre,aliud in legatis.

1 *Repletio legitimæ fit per condict.ex leg.*
2 *Si quarta euincatur, agi potest de euict.*
3 *Debitum bonorum subsidium.*
4 *Quod differtur non aufertur.*

SCIMVS *antea constitut.* suprà eod.omnimodo. *Ipso iure.* sed qualiter fit ipso iure?éstne ita intelligendum, vt per l. suppleatur, sicut dicitur in libertate quæ repræsentatur per l.si non manumittatur seruus intra diem à testatore præfinitum? & certè non est ita intelligen- L. 36.
1 dum:sed sic,quia licèt testator non dicat de repletione † secundùm ius, tamen fit repletio,& filius petet fieri per condictionem ex l. illa omnimodo.necessarium est ergo quod petat sic.& dicitur testa. ipso iure nullum,in quo præteritus est filius in potestate constitutus. si enim vellet allegare & dicere testa.ipso iure nullum, debebit admitti: alioquin omnia præstabuntur quę voluit testator:vt ff.de iniustè rupto testamento,l.filio.Idem quando dolus dedit contractui bonæ fidei,dicitur enim contractus ipso iure nullus,sed si velit deceptus intentare actionem ex eo contractu,potest:vt ff.de iure dot.si res.§.1. *Emendari vitium*,&c. Videtur contra ff.de leg.2.cum pater §.euictis.Solutio. hic loquitur quando iure naturæ obuenit aliquid filio.si enim ratione quar-
2 tæ obueniat,& euincatur,bene poterit agere † de euictione: vt dicit. sed ibi præter Falcidiam aliquod corpus erat legatum, quo euicto non licet agere. præterea videtur contrà ff. de bonis liberorum. si verò. §.1. Respondeo,quia aliud est in patrono, de quo ibi loquitur: & aliud in liberis: quia liberi agere possunt ad supplementum vel emendationem, vt hic dicit. & quod dictum est in patrono, videtur hodie correctum: vt Institut.de successione liberorum.§.si verò. Quid si

sine confectione testa. filius dicat se nihil velle habere de bonis patris? & certè non videtur sibi præiudicasse, argum. suprà eodem. l. siquando. §. illud. *Qualiscunque causa interueniens.* per Falcidiam vel euictionem. *Repletionem autem fieri ex ip. substan. pa.* videtur contra. ff. eodem. Papinianus. §. fructus. Sed dic quod illud corrigitur per istud. statim consulitur filio in debito † bono. subsidio, vt habeat ex substantia patris: vt notaui j. ad Trebell. iubemus. *Non si quid ex aliis causis, &c.* Sed nónne sufficit si filius habeat quocunque modo debitum bonorum subsidium? & videtur, cùm dicat generale. Non interest à quo fiat: vt ff. de petit. hered. item veni. §. à quo suprà de precib. vniuersis. ff. de verbo. oblig. cùm seruus. Sed non ita est hic, quia lex fauet liberis in debito bonorum subsidio, & vult quòd fiat testamentum officio pietatis, & quod testator exhibeat quartam. si exhibeat, bene est. s[?]non tantum quòd sufficiat ad supplementum ex ipsa substantia testatoris: vt hîc dicit. & l. supradicta, ad Trebell. iubemus. Si verò ex substitutione lucratus est aliquid, potius habet illa à casu, quàm prouidentia patris vel legis. Præterea quod dixi, non interest à quo fiat, videtur falsum: quia ponamus quod duo vendiderunt rem alicui, si vnus venditorum succedat alteri, si semel eum conuenit de euictione, nihilominus potero conuenire iterum. & videtur quòd non, cùm semel satisfecit. sed contra est. ff. de acquir. vel amitt. poss. non est nouum. sed tamen in duabus lucratiuis causis dicit. l. quòd non possunt cócurrere in eadem persona & eadem re: vt instit. de lega. §. si res. *Quæ antea posita est.* suprà eodem, quoniam in prioribus. *Pura & mox filio restituitur.* non enim potest defraudari per dilationem debito bonorum subsidio. & sic videtur quòd nec peru. f. pater filium. in quarta parte possit grauare. si enim instituerat filium heredem, & iussit quòd vsumfructum omnium bonorum vxor percipiat, non debet habere vxor. 11. f. in Falcidia. videtur tamé per l. veterem: vt ff de vsufru. legato vxori, sed hîc est argu. contra. & j. authentica suprà eodem. nouissima. Quidam tamen dixerunt contra. quia quod deest in vsufructu recipiat vel recuperet in proprietate, & amplius, verius tamen est quod debeat habere plenè Falcidiam, & sine aliqua expectatione: vt hîc, & infrà authent. de triente & semisse §. prohibemus. *Vt non lic. here. quando volue. adire.* & ita videtur quòd liceret heredi quãdo vult adire. sed tamen contra est. *Defraudetur debito naturali.* & sic quod differtur, aufertur. aliàs quod † differtur, non aufertur. *Intra sex mensium spatium.* Vidctur correctum per l. j. de iure deliberan. scimus. sed illud generale est, fallit quando speratur mouenda querela. *Per officium iud.* appellando. *Hoc facere,* id est adire vel repudiare. & ex hoc assumi potest arg. contra P. qui dixit post annum minimè adiri posse hereditatem per l. j. de iure deliberan. cum antiquo. est ergo cogendus: vt intra annum adeat vel repudiet. sic & cùm quis institutus est sub conditione. est enim cogendus vt pareat conditioni, vel vt repudiet: vt de cura. bo. dando. l. j. *Ad suam posteritatem.* fac vim in eo quod dicit posteritatem: quia necesse est quòd sit de liberis, aliud in extraneo: vt hîc & ff. eo, quemadmodum. & l. posterius. § penult.

3

4

1 *Paganum testamentum cur ita dicatur.*
2 *Peculium triplex.*
3 *In castrensi non habet locum querela.*
4 *Aduocati non habent pecul. quasi castrense.*
5 *Peculium quasi pusilla pecunia.*

CUM ANTIQUIS legibus. sic & habemus suprà eo. l. de inofficioso testa. *Vel enim paganum est*, id est, quod non est militare. & dicitur à pago, † quod est villa, quasi in villa adquisitum, & de bonis patris profectum, vel aduentitium. & in hoc non licet testari filio in potestate constituto, etiam patre iubente, quia testamēti factio publici iuris est: vt instit. quibus non est per fa. test. §. 1. & ff. de testa. is qui in potestate. si verò sit castrense vel quasi, potest. & secundùm ea quæ dixi, non tantùm peculij triplex † inuenitur causa, quia paganum, aliud profectitium, aliud aduentitium, & alia duo sunt castrense vel quasi in castrensi licet testari iure militari, id est coram duobus vel tribus testibus: vt infrà de milit. testam. & ff. de milit. test. & hoc cùm in militia quis existit. si verò redit de militia, licet, sed iure communi tantùm: vt infrà de milit. test. l. pen. tamen quantum ad querelam nulla est diuersitas. siue enim in militia fiat testam. siue post, cessat vtrobique querela, & hoc intellige si sit filiusfam. miles, si quidem paterfam. & est in militia, idem: vt suprà dixi si dimissus est de militia, non cessat querela: vt ff. eo. Papinianus. contrà veterani, sed filiofam. misso licet testari in † castrensi, nec habet locum querela: vt suprà dixi, & continetur instit. quibus non est permis. fa. testa. in prin. Sed in quasi castrensi similiter poterit: quod olim non erat, cùm esset concessum tantùm consulibus & præfectis legionum. At per l. istam omnibus qui percipiunt salarium de publico concessum, vt patronis causarum & similibus quos hîc enumerat, non tamen vt milites poterunt testari, sed iure communi. Si quis dicat, nunquid aduocati in potestate patris constituti si acquirant aliquid ex aduocatione sua, habent illud tanquam quasi castrense peculium? & certè non puto, quia illud habent à Martino, & ita nō de peculio, sed à priuatis. Si verò de publico, quia electus erat & destinatus ad causas iudicandas, propter quod salarium accipiebat de publico, quasi castrense peculium erat illud: & in eo licet testari. nec habet locum querela, sed alij aduocati † qui salarium percipiunt à quolibet, & quolibet modo, quandoque honestè, quandoque inhonestè, meritò non sunt tanti priuilegij, vt in eo possint condere vltima elogia. non ergo irritantur testamenta aliorum ad similitudinem liberti, vt vt hîc dicit. omnino est simile, quia illi sunt filiifam. In liberto autem loquitur sui iuris, si verò fi. fa. factus est sui iuris, non habet castrense vel quasi castrense peculium. amisit enim nomen peculij, & sic poterit condere testa. & habebit locum querela. & sic propriè sumitur peculium, quasi † pusilla pecunia: vt ff. de pecul. depositi. §. pecu. aliàs appellatur peculium patrimonium vel substantia: vt ff. ad Treb. ll. cogi. aliàs res paraphernales, quæ extra dotem sunt: vt ff. de iure dot. si ego. § vltimo, aliàs pecunia reposita causa præsidij: vt ff. de leg. & fideicommiss. si chorus aut famil. legetur. §. 1. non ergo habet priuilegium factus sui iu-

L. 37.

Sic in vet. lib. reperitur.

Sic in veteri libro reperimus.

ris,cùm non possit pro parte testatus decedere, pro parte intestatus. Nec est prætermittendum quia hodie iure authent. videtur querela locum habere in quasi castrensi peculio: vt suprà de episcopis authent. presbyteros, & infra ad Tertull. in testamento. vel fortè agitibi condictione ex lege, vt habeat debitum bonorum subsidium non querela

DE INOFFICIOSIS DONATIONIBVS.

Tit. xxix.

1 *Allegatio facti.*
2 *Doli exceptio.*
3 *Quarta legitima.*
4 *Donatio facta in fraudem legis.*
5 *Filius quando quarta fraudari potest.*
6 *Immensæ donationes.*

L.I. SI VT ALLEGATIS. non loquitur de allegationibus iuris, de quibus fit mentio suprà de iud. authen. iubemus. sed de †allegationibus facti. sic §. de iur. & fac. ignor. l. 1. & de aduo. diuer. iud. laudabile. §. quotiens. *Penè vniuersas*, puta quia donauit vltra dodrantem fortè x. vncias: vt infrà pleniùs dicam. *Factis donationibus*. aliud esset si vendidisset, vel alio modo alienasset. *Ex duabus vnciis*: in hoc differt hæc querela à superiori, quia illa non datur, si aliquid habeat filius iure institutionis hodie: sed agitur ad supplementum: vt §. tit. 1. omnimodo. & l. sancimus. & ☞. authen. cùm de appel. cog. §. cæterùm. & §. aliud. Item alia datur tantùm ex testam. hæc etiam ab intestato: vt ☞. eo. precibus. Item differunt in aliis, vt quilibet notare potest. *Subueniri vobis vtpote*, &c. denotat veritatem: sed quandoque denotat similitudinem, & re vera subuenitur tam aduersus hæredes si minùs habeât quarta, quàm aduersus legatarios vel fideicommissarios per doli †exceptionem: quia debent filij habere quartam huiusmodi, siue hodie trientem sine aliquo onere: vt suprà tit. 1. l. quoniã in prioribus, & l. sancimus. sed videtur quòd hîc non possit habere locum hæc querela inofficiosæ donationis, cùm filij sint quatuor. & hoc potest haberi per hoc quòd dicit in quosdam liberos, oportet quòd sint duo ad minùs, & per hoc quod postea dicit, subueniri vobis. si ergo duo fuerint instituti in duabus vnciis, bene habent debitum bonorum subsidium, cùm omnibus non debeatur secundùm hæc iura, nisi quadrans: vt §. tit. 1. cùm quæritur. ergo isti duo quartam partem sex vnciarũ quas habituri erant ab intestato, debent habere: sed quarta † sex vnciarum est vncia & dimidia. vnde videtur quòd quæri non possunt, cùm habeant duas vncias, sed dic quòd non instituit eos in duabus totius, sed eius quod remansit factis donationibus, & est necesse quòd eius quod erat ante donationem: vt §. tit. 1. authent. vnde si parens. vel dic quòd in duabus vnciis totius si exhausit per legata. & sic habet querelam in modum conditionis: sicut aliàs in testa. inofficioso, l. Papinianus. §. si filius. Consueuit quæri qua actione possent agere ad istam quartam supplendam. Resp. dixit petit. hæredit. vtili, quasi

quasi tit.habeatur pro non tit.Sed contrarium est,quia donatarius factus est dominus,& bona fide: vnde non debet haberi tit. pro non tit. Alij dixerunt directa rei vindicatione, quasi non sit translatum dominium ex facta donatione contra l.vt s. de legib. non dubium. sed hoc 4 non placet:quia illud locum habet cùm donatio †facta est in fraudem legis.at hic facta fuit in fraudem hominis : vnde translatum est dominium,sicut in donatione facta in fraudem patroni vel creditoris : quia tenet,sed non reuocatur:vt ff.de iure patro.si libertus,i.respond. Domino tamen meo videtur priùs fore agendum querela inofficiosæ donationis ad similitudinem inofficiosi testam. & pronuntiata donatione inofficiosa rescissa tutela poterunt filij agere rei vindicat. vel condict.ex authent.illa,vnde si parens. Item quæritur, si post factam donationem augentur facultates matris,ita quòd sufficiant ad quartam, vtrum reuocabitur facta donatio? Respond. non : quia tempore quo intentatur querela post mortem, respiciebatur habeat querelam vel non:vt j.authent.de nupt §.quia verò hactenus. Sed casus posset assi-5 gnari in †quo fraudatur filius quarta,nec habet querelam:vt si quis habet c c c c.& donet c c c.& in aliis c.filium instituat, & reliquit legata, vel instituat eum cum alio,hic non habet querelam,quia donatio non fuit immensa,& in residuo habet quartam & plus. Si verò ponas mihi plures donationes factas,non detrahitur de vltima tantùm, quasi ea sola sit fraudatus,sed de omnibus:vt argum. ff.ad leg.Falcid.in quarta. quandoque etiam fraudatur filius in quarta, cùm serui sunt in patrimonio tantùm:vt ff.de inoffic.testam.Papinianus.Item quid si non im-6 mensas †fecit donationes,sed postea casu bona quæ retinuerat, perierunt:nunquid locum habet hæc querela? Respond.non:quia legitimè fuit facta:& ideo non est irritanda:vt j.de administrat.tuto. sancimus.

1 *Soli cohæredes vtuntur famil.ercisc.iudicio.*
2 *Tacita legalis confirmatio,mulium operatur.*
3 *Donatio,re & consilio inofficiosa.*
4 *Donatio facta filiofam.quando valet.*

SI PATER. *Permansit*,subaudi,&c.*arbitri famil.ercisc.* &c. Cessat L.2. hîc querela:quia alio actio competit. sic nec datur querela inoffic. testa.cùm aliud competit auxilium : vt instit. de inoffic. § tam autem. Sed certè videtur quòd non possit habere locum iudicium famil.ercisc. 1 inter istos fratres,quia iudicium fam.ercisc. locum habet †tantùm inter cohæredes:vt ff.famil ercisc.l.1.& 2. sed isti fratres non sunt cohæredes.nam hic dicit quòd omne suum patrimonium exhausit per donationes. Respondeo,quia imò fuerunt coheredes in aliqua particula,& ibi,omne,subaudi ferè. non enim totum dederat,sed dodrantem excessit.vel licèt non sint cohæredes, datur tamen vtilis actio famil. ercisc.vt ff.de do præleg.l.1.§ si socer.Item potest opponi, quia si actio famil.ercisc.non datur nisi pro rebus testatoris, vel pro his quæ erant in hæreditate,puta pro commodatis vel depositis, hoc tamen probatur l.sed ita reperitur scriptum in pet.hæred.vt ff. de petit. hæred. non tantùm.sed res donata filio manēti in potestate,nō videtur ratio fuisse testatoris,confirmata donatione morte: vt infrà de donat.inter virum

& vxo.l.antepenult.Respondeo, confirmatur quoad quædam, vt non teneatur de damno dato iurare. Item quoad fructus, vel quoad alias accessiones, non quoad dominium, vt videatur retrò fuisse dominus: quia hoc expressa sua voluntate fieri non potuit: vt ff. de legat. ij. cùm pater. §. pater filiæ. & ff. de dona. inter vir. & vxo. si seruus. & ff. de offic. proconf. l. obseruare. §. vlt. vel fortè plus operatur tacita † confirmatio quæ fit per legem, quàm expressa quæ fit ab homine: vt ff. de sol. l. sub conditione. Vel refert se iureconsultus potius ad veritatem, quàm ad fictionem, vel non confirmatur donatio pro ea parte pro qua defuncti fraudatus est frater à debito bonorum subsidio. potest ergo agere ad suam quartam supplendam: vt infra sequitur. Quidam verò voluerunt distinguere vtrum sit inofficiosa † donatio re & consilio: an re tantùm, si re tantùm, fit reuocatio bonorum subsidij debiti, vt hîc, & infrà eodem. si totas. si verò re & consilio, fit reuocatio in totum si vnus erat filius. si verò duo sunt, pro parte dimidia. & ita intelligunt quod dicitur. ff. de legat. ij. Titius Seio. §. imperator. Sed Domino meo visum est vt semper fiat reuocatio pro parte legitima: vt hîc, & infrà eodem. si liqueat. nam ibi ponit exemplum cùm ita consilio fuit inofficiosa. nec obstat. ff. de legat. ij. nam quod ibi dicit quod donatum est, pro dimidia reuocari, sic est intelligendum, vt reuocet dimidiam trientis substantiæ: vt infrà eodem si mater. nam dimidiam omnium bonorum. & probatur per l. istam, quòd donatio facta inter † patrem & filium non valeat existente in potestate patris. sed fallit, vt puto, cùm donat ei in dotem vel propter nuptias, vel cùm remittit ei vsumfructum, vel cùm donat filio eunti in castra: vt infrà fam. ercisc. si filius. & l. filiæ. & infrà de bon. quæ lib. l. antepen. hodie potest ex omni causa: vt ĵ. de immensis donar. coll. vii. sed tamen reuocatur illa donatio si fuerit inofficiosa, secundùm quod iam dictum est.

2 3 4

L.3. PRECIBVS. id est, in libello precum. *Rescripta.* Leges & argumenta.

L.4. SI FILIVS. *Discussa fide veri.* Debet enim inquirere veritatem: vt s. de edendo, is apud quem.

L.5. SI TOTAS. *Per donationes va.* Id est euacuasti per donationes immodicas. assignatur contra. infrà de reuoc. donat. si nunquam. ibi enim dicit quòd reuocant filij totum quod datur libertis à patrono. Solue vt ibi.

L.6. CVM DONATIONIBVS. *Non agnouisti.* Quia si approbasset, non posset venire contra. vt s. eo. tit. prox. l. parentibus. *Beneficio ætatis.* Tuæ vel paternæ.

L.7. SI MATER. *Vt quar. par. dimidium.* Subaudi totius assis. quia si duo erant, cuilibet debebatur semis ab intestato. sufficit ergo si habebat quartam. i. vnciam & dimidiam.

L.8. SI LIQVEAT. Aditum, id est auxilium. *Idem consilium.* Malitiæ. Et euentus, quòd fraudatur filius, si nec ambo sunt necessarij: vt s. eo. si totas. subaudi ergo maximè. idem enim si euentus tantùm comprehendatur, vel consilium & euentus sunt necessaria, si incipiat à consilio. si ab euentu, licet non præcedat consilium, fiet reuocatio: & sic quan-

quandoque sunt necessaria, si ab vno incipiamus: vt notaui j. de iure delib potuit.

NON CONVENIT. *Vel vna causa.* Considerata in genere. *Vel* L.9. *similis exist.* Considerata in speciebus. *Idem & tempo. & mo.* Quia vtraque quinquennio tollitur: vtraque quod factum est, rescindit.

DE INOFFICIOSIS DOTIBVS.

TIT. XXX.

CVM OMNIA. *Concordare legibus promptum est.* Sicut testatur authen. de exhiben. re. §. vlt. in fine. & est intelligenda l. ista quando mater fecit pactum de lucranda dote. aliàs enim non haberent filij vnde quererentur cùm ad ipsos rediret. assignatur contra. j. de iure dotium, nulla lege. sed illud intellexerunt quidam in muliere virgine quæ adhuc nõ venerat ad primum matrimonium. aliud in vidua, quæ habet filios ex primo matrimonio, si transeat ad secundum. vel aliter vt in summa, ibi, nec obstat. & dic vsque in finem. L. vnic.

DE PETITIONE HEREDITATIS.

TIT. XXXI.

1 *Vbi est eadem ratio, dispositio eadem esse debet.*
2 *Forma libelli in petit. hered.*
5 *Attingere pecuniam hereditariam quid.*
4 *Vsure pecunia hereditaria quando debentur.*
5 *Vsura fructuum.*

SENATVSCONSVLTVM. &c. Ita loquitur l. ista ac si aliquis quæreret vtrum ll. quæ factæ sunt de testamentis, habeant locum in pactis. dicit enim quòd ea quæ statuit S.C. Adrianum, vel ab Adriano factum in persona fisci, habent locum in persona alicuius priuati. Erat enim delata portio hereditatis de bonis alicuius rustici fisco, cùm esset pro non scripta, aut in causa caduci, vt notari potest, j. de caduc. toll. in princ. & meliùs in vlt. §. si possessa sit ab aliquo illa portio hereditatis: & lata sit sententia de restituenda hereditate in causa fiscali euicta hereditate. quæritur quid restitui debeat. quod & in priuato obseruandum est, vt hîc dicit, & plenius tractatur. ff. eodem. Item veniunt. §. pridie vsque ad illum §. nón solùm autem &c. & est optimum argument. l. ista contra stultos determinantes. ll. de vltimis voluntatibus loquentes, ita 1 scilicet illud est fauore vltimæ † voluntatis vel cùm loquitur de fisco, illud est speciale in fisco. sed certè idem est dicendum in priuato, nisi aliqua ratio repugnet, vt hîc, & ff. de pact. pactum inter heredem. & de iur. & fac. ign. l. regula. §. vlt. possunt autem repugnare, quia multa reperiuntur in testamentis specialia, & in fisco de test. & j. de priuilegiis fisci. & ff. de iure fisc. Sed videtur l. ista ponere frænum L. 1.

à cauda, cùm dicat quòd S.C. cautum est quid & ex quo tempore euicta hereditate restitui debeat, cùm alioquin incerta sententia non valeret: vt ꝗ. de senten. quæ sine certa quant. l. hæc sententia, sed dic quòd in actionibus singularibus verum est quod dixisti in hac authent. vniuersali vniuersaliter sententia, & concipi potest † libellus sic: Conqueror de tali qui detinet hereditatem Sempronianam ad me pertinentem iure hereditario: & iudex poterit ferre sententiam de restituenda hereditate non specificata re aliqua: vt plenè notaui. ꝭ. de edendo. si ergo lata sententia dicam rem illam mihi restituendam, & alius neget ipsam fuisse in hereditate, mihi incumbit probatio quòd fuerit in hereditate: & iudex inquiret veritatem, cùm ad eum pertineat lites dirimere: & sic restituetur vel non. potest etiam iudex specificare res in sententia: & sic magis consultè fit. & postea dicere generaliter, & omnia bona quæ habes ex hereditate ipsius: ne aliquam postea patiatur quæstionem. *Vsuras verò*, &c. Hoc adiectum est ꝭ. & est hic versiculus vlt. §. & loquitur in vsuris pecuniæ redactæ ex venditione rei hereditariæ ante lit. contest. ex die venditionis. nec intellige literam istam sicut quidam stultè fecerunt, in pecunia quæ inueniebatur in hereditate. in ea enim, siue sit possessor bonæ fidei siue malæ fidei, non tenetur ad vsuram, nisi pecuniam attingat: vt ff. eod. si possessor hereditatis. qualiter † autem attingere videatur, dicitur ff. eod. l. sed & si lege. §. si quis re. non ergo tenetur bonæ fidei possessor ad vsuram redactam ex pretio rei hereditariæ, nisi factus esset locupletior. tunc enim teneretur: vt ff. eod. sed & si lege. §. consuluit. & §. adeo autem. & inspicitur sint locupletiores, an non, rei iudic. vel lit. contest. tempore: vt ff. eod. si à domino. §. quo tempore. & ff. de neg. gest. litis contestatæ. ita est † & in vsuris, & pro fructibus quòd tenetur bonæ fidei possessor in quantum factus est locupletior, & est bonæ fidei possessor: vt ff. eod. sed & si lege. §. scire, & ad idem ff. de lib. cau. igitur. §. potest. & de fideicom. lib. cùm eum. §. vlt. Sed minus perfectè videtur hoc dixisse. idem enim est in re principali & fructibus vel vsuris: vt ff. eod. illud quoque. sed ideo fortè de fructibus & vsuris tantùm dixit, quia de his fiebat tantùm quęstio. idem in re principali, vt dixi. post lit. contest. tenetur de fructibus perceptis & percipiendis, & de vsura pretij rerum ante litem contest. distractarum à lite contest. computanda. Sed quid in vsura † fructuum? Et certè bonæ fidei possessor factus malæ fidei per lit. contest. tenetur de vsura fructuum perceptorum ante litem cōtest. non autem perceptorum post. & sic intelligimus quod dicitur ff. eod. heres furiosi. §. vltim.

1. *Scientia operatur malam fidem.*
2. *Fatalitas.*
3. *Causa iusta præsumitur, nisi probetur iniusta.*
4. *Ignorans aliquis præsumitur, nisi probetur sciens.*
5. *Qui locupletior factus est, vltra non tenetur.*
6. *Fructibus augetur hereditas.*
7. *Actio mixta in rem, & personam.*

L.2. SI POST MOTAM. *Non ignarus.* Ideo dicit, quia si ignarus comparasset, non censeretur malæ fidei possess. sed hic sciebat iste muscus,

ſeus, vel muſardus controuerſiam motam eſſe de bonis: & ideo fit
1 malæ fidei poſſeſſor per ſcientiam † vndecunque habitam per lit. conteſt.vt s̄.l.1.& per denunciationem à quocunque factam:vt ff. eod. item veniunt. §. à quo. ſecus in rei vindica. qui in ea tantùm per lit. conteſt. vt j̄. de rei vindica. l.certum.hoc quo cùm fructus ſ. vt reſtituantur,non quoad hoc vt non faciat ſuos,quia facit:vt ff.de vſur. qui ſcit in fine.Item quoad vſucap.remanet etiam lit. conteſt. bon. fi. vt j̄. de rei vindic.l.moræ.& per denuntiationem in limine contractus factam:vt j̄.de rei vind. Sed M.dixit hîc non fieri.i.in petit. hered. malæ fidei poſſeſſorem per controuerſiæ motionem,vel etiam per lit.conteſtationem, niſi habeat conſcientiam rei alienæ. & hoc habebat ex eo quod dicitur. ff.eod. ſed & ſi lege.§.ſi ante, ſed dominus meus contra
2 quoad fructus, non quoad † fatalitatem: vt ff. eod.illud. *Heredes eius.* Ideo dicit de heredibus,quia ipſi ſuccedunt in ſcientiam defuncti, licet prætendere poſſint bonam fidem ex perſona ſua: vt j̄. de fruct. & lit. expen. l. 2. & ff.de diuerſ. temp. præſcript. cùm heres fructus perceptos & percipiendos:vt s̄.l.1.& ff. de rei vindic. ſi nauis. §. vlt. *Lite antiquiorem*,ſ.ſi probetur factam eſſe venditionem antequam controuerſia eſſet mota de bonis Mænecratis.& ſic videtur quòd præſumatur facta venditio poſt controuerſiæ motionem, cùm alij incumbat probatio quòd ante fuerit facta.ſed videtur contra,quia aliàs præſumitur
3 † iuſta cauſa, niſi probetur iniuſta: & aliquis gratus,niſi probetur ingratus.Sed fortè hîc dicitur probare hoc ipſo,quòd non probauit alius contra:vt j̄.qui mili. non poſſ.ſuper ſeruis.ad idem ff. de iur. dot. dotis fructum. §. vlt. & l.ſeq.& l.dotem.vel dicit eum probare ad maiorem euidentiam cauſæ.& vt liquidior ſit,non.quòd habeat neceſſe probare.qui enim dicit poſt factum eſſe, debet probare ſuum poſt: vt j̄. de probationibus.l. matrem.præſumitur enim quis bonæ fidei poſſeſſor,
4 niſi probetur malæ:& ignorans,niſi † probetur ſciens: vt ff. de probationib. veriùs. Sed quod s̄. dixit de malæ fidei poſſeſſore, debere reſtituere fructus, poſſet quæri qua actione. & ſatis videtur quòd heredit. petit. vt patet per literam ſequentem, fructibus enim augetur hereditas,cùm ab eo,&c. & ita illud refertur ad iſtum caſum malæ fidei poſſeſſoris, in quo omnibus augetur hereditas, & ante litem perceptis, & poſt. vel poteſt referri ad proximum.& ita ad bon. fid. poſſ. qui emit ante litẽ motam:&tunc nõ augetur ante litem fructibus niſi in quantũ locupletior factus eſt.ſed hoc probo falſum,quia hereditatis pet.non datur contra bo. fid. poſ. emptorem hereditatis, niſi in duobus caſibus, quando modico diſtracta eſt hereditas,vel ſi non comparuit venditor:vt ff.eod.etiam.§.1.Sic ergo magis referendum eſt ad ſuperiorem caſum malæ fidei poſſeſſoris. vel ſi ad alium, tunc agetur in prædictis duobus caſibus.ſed quòd videtur impedimentum. quod etiam in illis duobus caſibus non teneatur, pone enim quòd ille qui vendidit,fuit bo. fi. ſi euincatur pars hereditatis ab iſto emptore, habet regreſſum contra venditorem de euictione.Si ergo tenetur de euictione ad pœnam dupli, nónne afficitur damno bo. fi.poſſ.i.venditor,
5 quod eſt contra S.C.non enim vult teneri bo.fi.poſ.vltra quàm † locupletior factus eſt.ergo emptor non tenebitur heredit.petit.vt hoc pro-

batur.ff.eod.sed & si lege. §. item si rem distraxit.sed potest responderi quia hîc loquitur secundùm quod distinxi quando non comparet venditor,vel modico distracta est,vel quando non habebat regressum de euictione,cùm actum esset nominatim ne haberet. vel ibi loquitur quando emit rem singularem.tunc enim si conueniretur rei vindicatione à vero herede, certum est quòd habet regressum. & idem si hered.pet.aliud si emit vniuersitatem:vt in l.illa,etiam.Sed nónne secundùm hoc vltrà hoc tenebitur bon. fi. poss. quàm sit locupletior factus? lex toleratur,& ego.& fallit regula, quia generale est ne teneatur bonæ fidei possessor,nisi in quantum locupletior factus est. & voluerunt quidam dicere ex eo quod hîc dicitur,fructibus enim † augetur hereditas,&c.quòd fructus non fiant bonæ fidei possessoris, & ita teneatur heredit.petitione ad fructus:si enim sui fierent, non diceretur augeri hereditas.aliud in rei vindic. quia per eam singulæ res petuntur, & non alia rei vindic. petuntur fructus per quos augetur. & pro eis est ff.eod.illud quoque §.prædo.& l.ancillarum. Dominus meus dicit quòd sui fiunt in vtroque casu,& restituit hered.petit. cùm mixta † sit hæc actio in rem & in personam:& ratione realis non veniunt: sed ex eo quod in personam.& idem est in redhibi.vt ff.de ædil.edict.cùm autem.§.vlt.& hoc plenè notatum est.ff.eod.l. item ne.§. fructus. *A quo peti potest.* Vt si possidet pro herede vel pro possessore:vt ff.eod regulariter. videtur quòd in superiori casu non augetur fructibus hereditas, cùm non pro herede vel pro possessore possideat. si enim sciens emit alienam hereditatem, non habet opinionem heredis. præterea habet titulum: & ita non possidet pro possessore. *Emptor autem*, &c. Quidam voluerunt hîc mutare casum: & dixerunt quòd istud locum habet quando euincuntur res singulares. tunc non tenetur possessor hereditatis petitione, neque de fructibus. sed ratione singularum rerum rei vindicat. dominus meus ad superiorem causam refert.s.quando empta est vniuersitas, emptor enim conuenitur hered. petit.vt s. dixi. & nedum potest conueniri pro vniuersitate her. petit. sed etiam pro rebus singularibus rei vindicat. & est hîc diligenter notandum, quia licet aliàs non datur heredit. petit. contra tit. possidentem. fallit in duobus casibus, quando quis emit hereditatem à fisco, vel sciens alienam. si verò bona fide emit, tenetur in duobus casibus quando modico distracta est hereditas,vel si non apparet venditor: vt s. dixi. Item tenetur,cùm tit.habetur pro non tit.vt ff.eod.nec vllam.§.1.si verò singularem. siue mala siue bona fide non tenetur, nisi titulus pro non titulo habeatur.

6

7

L.3. HEREDITAS. *Petita.* subaudi & lata sententia contra me in ea. *Non obstaret.* vt s. de inoff. test.eum qui. *Ex alia causa.*puta quia dicit minus solemne vel falsum.sed si primo agam directè ex testamêto,postea agendo iure fideicommissi,non possum reducere idem testa. ad codicillos:vt notaui. j.de codicillis. l. vlt.& pone casum huius l. vt in summa.

L. 4. IN INSTRVENDA. ergo erat sententia lata.*Compensatio eius.*quia de eo nõ pronũciauit iudex,sed dixit vniuersaliter,hered.t.restituatur. & quia cui damus actionem,multò magis.& exceptionem. *Hereditate.*

vt plenè

vt plenè intelligatur l.ista,dic vt diligenter in summa notata est.

Hic deest lex vna.

1 *Ratione dubitationis,tenet aliquid.*
2 *Legitimus administrator.*
3 *Negotiorum merita,partium assertione panduntur.*

SI PVTAS. *Nepotibus tuis*, natis.s.ex filio emancipato.Sed nonne videtur quòd non sint in aui potestate,cùm pater sit emancipatus? Respon.quia cùm emancipauit filium, retinuit nepotes in potestate: quod facere potuit. ff. de adopt. liber.& institut. quib. mod.ius pa.po. sol.§.admonendi. Vel dic quòd non erant nati ante emancipationem patris, imo post, ante tamen concepti: & sic sunt in potestate aui: vt instit.quib mod.ius pa.§.illud,cùm ergo fuerint in potestate, non potuit eis dari tutor:vt instit.de tutelis.§.permissum, vel si detur quasi nō sit in potestate,non tenet:sicut ei qui credebatur esse xij. annorum, & erat maior,datus esset tutor:vt ff.de tuto.& cu.da. ab his.l.Seiæ.in casu tamen potest dari:vt j.de bo.quæ lib.l.vlt. & ff.de iudi. si longius. sed ibi potius dat causæ quàm personæ. *Ab his.* subaudi tutoribus. Sed quomodo petetur ab his heredibus, cùm dixerit eos non iure datos: & ita videtur sibi ipsi contrarius.sed dic quod licet in veritate non essent tutores,dubitatur tamen: & ratione dubitationis possunt conue-

1 niri. & sic † ratione dubitationis tenet aliquid quòd aliàs non teneret:vt ff.de cura.da.ab his.ei qui.& notaui s. si propter ius vel vtili. p. præscriptione. Sed quomodo petetur ab his, cùm non possideant pro herede vel pro possessore? Dic quòd non conueniantur nomine suo, sed nepotum qui dederant pro herede vel pro possessore: aliud si alius cōueniatur nomine absentis:vt ff.eo.etiā.§.si quis.Sed quomodo petit auus iste hereditatem filij sui emancipati nomine filij sui emancipati? Nomine filij videtur esse prima causa successionis: vt instit.de hered. qual.& diffe.§. sin autem. & ff.de bon.poss.contra tab. si retentus. Sed dic quòd commodum, hoc est, vsusfructus pertinet ad auum, & ideo petit:licet proprietas ad nepotes pertineat:vt j. de bo.quæ lib.l pen.& vlt.Sed nonne in petenda heredit.consensus nepotum est necessarius, sicut dicimus cùm tutor petit? Sed dic quòd infantes erant, alioquin

2 cùm consensu eorum peteret tanquam legitimus † administrator.*Statuturo.* id est pronunciaturo. & est idem si mandetur sententia executionis in bonis mariti, & captæ sunt de rebus vxoris: probato enim quòd non pertineat ad maritum res illa,in irritum reuocabitur ab eodem iudice executio malè facta. *Præsidalibus actis.* id est instrumentis in quibus continebatur de datione illorum tutorum. *Negarentur esse.* id est non dicerentur. non intellige quod eo tempore quo dati fuerunt, negarentur esse in sua potestate, & de hoc esset quæstio. vel intellige quod negabantur tunc altera parte absente in alterius potesta-

3 te esse. non præiudicatur enim absenti, quia † negotiorum merita partium assertione panduntur:vt j.si per vim alio modo l.vlt.

L.6.

1 *Præscriptio, quando locum habet.* 2 *Actionum sicut hominum, sunt discreta vita.*

L.7. HEREDITATIS. l. ista duas notat rationes, occultè tamen, quare hereditatis petitio non tollitur præscriptione longa.x.vel xx. annorum: vna est, quia datur contra possidentem pro herede vel pro possessore. & hoc est quod dicit quæ,id est. quia aduersus pro herede vel pro possessore,&c.& est bona ratio, quia præscriptio longi tēporis. ita † demum habet locum locum, si aliquis habeat tit. & bo.fi. pos.& res non sit vitiosa.& rei vindicatio bene competit contra talem possessorem.sed ista non,quia non datur contra tit. possidentem,& ita non submouetur præscriptione longi temporis. Alia est ratio, quia in ista est actio in rem,& in personam. & natura personalis actionis hoc non patitur.sunt enim discretæ † vitæ actionum,sicut hominum, reales x. x x. iij. tolluntur, personales x x x. annis. ista autem mista est: quare ratione mixtæ personalis actionis hîc respondere compellitur. Datur tamen hæc actio contra habentem titulum quandoque vt notaui.l.iij.& in eo casu bene tollitur, triennio non, cùm excedat suos terminos,à non suis terminis excedatur:vt ȷ.de edict.diui Adria.l.vlt.

1 *Quæstio præiudicialis.* 2 *Carboniana bonorum possessio.*

L.8 LIBER,&c. *Ante omnia.* id est antequam quæratur de testamentis, de legatis & similibus.est enim præiudicialis † quæstio ista: cùm si fuerit seruus, successorem habere non possit: vt ȷ.communia de success. seruus. assignatur contra ȷ. de edic. diui Adria. quamuis. cùm enim apparet prima facie testamentum verum,non vitiosum, nec cancellatum,statim scriptus heres, etsi dicatur inofficiosum, mitti debet in possessionem: vt ȷ. l. vlt. & in illa l.quamuis.& ita non ante omnia disquiri debet,liber necne, &c. Respond. quia cùm agitur de possessione adipiscenda locum habet quod ibi dicitur,lex autem ista locum habet cùm agitur hereditatis petit. & ita aliud in petitorio iudicio quàm in possessorio,& poterit assignari ratio diuersitatis,quia in possessorio licet prætermittatur quæstio de libertate vel seruitute, non nocet ei qui prætermisit.adhuc enim subesse poterit quæstio in principali iudicio,pertineat ad istum vel non hereditas.& ita quasi parum & nihil nocet prætermittenti. sed in heredi. pet. quia actio principalis est,& in ea iudicatur sit mea hereditas vel non,si prætermitteretur,omnino tolleretur ius suum,in possessorio non,si prætermittitur: vt dixi.Idem potest distingui in Carboniana † bonorum possessione: aliud in hereditatis petitione,vbi plenè omnia debent inquiri:vt ff. de Carbo.edic.l.iij.§.missum.

1 *Vtilis actio est prætoria,directa verò ciuilis.*

L.9. SI SCRIPTI. *Cognati.* genitiui casus. *Honorario.* s. petendo bon. pos.quæ non est de iure ciuili.*Vel ciuili.* adeundo, scilicet hereditatem ab intestato tibi delatam,quia agnatus eras. illi enim admittuntur de iure ciuili.Patet ergo quòd indistinctè loquitur hîc & de directa heredita pet.& de vtili:quia vtilis † datur ei qui petit iure honorario,

rario, directa qui ciuili: vt ff. de possess. heredit. petit. & ibi duo tituli sunt, hîc non. *In eadem causa* ideo dicit, quia si vsucaptæ vel præscriptæ essent res, nõ daretur heredit. petit. vt dixi. §. l. hereditatis in eo qui tit. possidet. *Vindicare* est enim in ista hæc actio in rem & in personam: & ideo potest dicere res esse suas, non tamẽ omnes: quia in heredit. petit. veniunt hereditaria & non hereditaria: vt ff. eo. & non tantum in pr. l.

SI FILIVS F A. *Adquisisse videtur.* Sed nónne oportet præcessisse iussum patris: vt ff. de acquir. here. si quis bona. §. iussum. sed ibi delata est hereditas ex testamento, hîc ab intestato. vel ibi loquitur de acquisitione quæ statim fit, hîc non de subita: imò cùm longo tempore à filio possidetur, præsumitur enim tunc iussu patris adiuisse. si enim patre sciente & non contradicente longo tempore derinuit, lex fingit iussum præcessisse. & est simile ℑ. de pat. potesta. l. j. & sicut si filius possedit longo tempore patre sciente, videtur agnouisse pater: ita si pater possedit longo tempore, credendum est amisisse hereditatem. & ita acquiritur quoad proprietatem filio, patri quoad vsumfructum: vt ff. de acquir. vel omitt. l. vi. nec est prætermittendum, quia quandoq; filius in potestate constitutus etiam sine iussu patris facit patrem necessarium heredem: vtputa si filius exheredetur, & nepos ex eo instituatur, cùm sit mortis tempore in potestate patris. facit eum necessarium heredem: vt ff. de acquir. here. qui in aliena. §. interdum. L. 10.

1 *Titulum dicere non est quis cogendus.*
2 *Titulus quando probandus.*
3 *Titulus propriè quid.*
4 *Titulus multas habet significationes.*
5 *Titulus pro qualitate possidendi.*
6 *In res vend. dominium probandum.*
7 *Publiciana cui datur.*
8 *Interrogationes quomodo faciendæ.*

COGI POSSES. casus planus est, quia ita breuiter potest poni. Aliquis detinebat rem aliquam: alius dicit rem illam esse suam, ille negauit. si ergo quærat ille qui expetit vel qui agit verum possideat 1 tit pro dote vel pro herede. vel quoquo alio, non est cogendus † alius dicere titulum suæ possessionis. Excipitur tamen, vt quando aliquis possidet pro herede vel pro possessore: quia ille bene tenetur dicere titulum vel causam suæ possessionis. sed videtur contra ℑ. de fur. ciuile. Sol. quod ibi dicit ciuile, non est intelligendum, id est de necessitate iuris ciuilis. Sed ita expone, ciuile est. id est elegans atque vrbanũ est. si enim exhiberet venditorem, apparet de honestate sua, qua patet eũ non subripuisse. si non ostenderet, non bona haberetur contra eum præsumptio, vel ibi dicebat tit. confitebatur enim se emisse, sed à transeunte vel ignoto spanaldo quodam. ille non euitat alienam boni viri vel bono viro suspicionem. præsumitur enim quodãmodo subripuisse. sed hîc non dicebat, emerit vel non, nec ad hoc cogi debet, vt dicit. Præterea quod hîc dicit cogi possessorem, &c. intellige à principio. i. dato l. bello, nec aliquo probato. tunc enim quæritur quare cogeretur dicere titulum suæ possessionis. Si verò l bellum obtuli, & iuraui rem esse meam, vel aliter probaui, tunc si resistat alius, & dicat se emisse, oportet eum probare titulum, alioquin necesse habet restituere. & sic L. 11.

ſoluitur contra.j.de probationib.ſiue poſſidetis. ibi enim fundauerat intentionem ſuam, vel præſumitur contra poſſidentem: quia conſtabat rem fuiſſe paternam:& ideo oportet † eum dicere titulum,& probare tit. aliàs non tenetur quis dicere pro qua parte res ſua eſſet, an non:vt ff. de rei vindic.in ſpeciali. ſed tamen cogitur dicere, poſſederat vel non:vt ff. de interrog.actio. de ætate.§.2.& l.qui ſeruum. §. vlt. & eſt ſciendum quòd regula iſta propriè pertinet ad reales actiones, in quibus quis conuenitur ratione poſſeſſionis, vt rei vindic. hypothecaria,& ſimilibus. ſed tamen ratione fallaciæ pertinet ad hered petit. fallit enim, vt hîc dicit. & eſt bona concordantia ad l. iſtam, ff. de iure fiſ. extat.& j.de rei vindica. res alienas. Vidimus ergo plenè de regula iſta. conſequenter videndum eſt, de exceptione ipſius. & in primis videtur quòd nihil valet quod regula dicit, quia regula dicit quòd poſſeſſor non cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis. Sed quid appellas tu verè titulum?& certè verus eſt tit. quo † continetur dominium rei, vt pro donato, vel pro ſoluto, pro dote,& ſimiles. ſed pro poſſeſſore non potes dicere quòd ſit titulus, vel quòd eo dominium rei poſſit acquiri, quia ille poſſidet:quia qui poſſidet, nihil aliud habet niſi poſſeſſionem puram qua non adquiritur dominium, niſi ſpecialiter in feris beſtiis apprehenſis. vnde iſtud pro poſſeſſore non eſt tit. & ideo malè à titulis excipitur, quia non poteſt excipi de regula, illud quod non eſt in regula: ſed ibi non loquitur niſi de veris titulis. ergo non comprehendit iſtam: & ideo malè excipit ab ea. & ideo B. viſum fuit quòd in regula non ſumatur tit. pro vero titulo, ſed pro qualitate poſſidendi: titulus enim † multas habet ſignificationes: quia quandoque ſumitur pro dignitate, quandoque pro modo acquirendi dominium. quandoque in titulo pro literis, quandoque pro rubrica, quandoque pro qualitate poſsidendi. & ita ſumitur hîc, nec dicat aliquis, quòd nullius ſit addictus iurare in verba magiſtri. quia bonam. l. induxit ad hoc vbi eodem modo dicitur, ſumitur titulus pro qualitate † poſſidendi: vt ff. eod. nec vllam.§.omnibus. ſic ergo non malè excipiet. In hereditatis ergo petitione ſi interrogatus quis fuerit poſſideat pro herede vel pro poſſeſſore, tenetur reſpondere. videamus ergo qualiter & quàdo fiat talis interrogatio. fit autem ante lit. conteſt.& ita ſpeciale eſt: quia antequam intentetur hered. petit. oportet ſcire poſſideat quis pro herede, an non. ſi non procedat illa via, ſi rei vindica. vel publiciana, aut ſimili.& eſt idem rei vindica. quia antequam intentetur, oportet ſcire poſſideat quis vel non. & interrogatus vtrùm poſſideat, debet reſpondere, vt ff. de rei vindic. qui petitorio. & ita quod ibi facit ſimplex poſſeſſio, facit hîc illa modificata. Et poſſet quæri quare hered. pet. non datur contra tit. poſsidentem, ſicut & rei vindic. Reſpond. quia in rei vindic. oportet † rem probare meam, & me dominum. ſi ergo hoc probaui, nulla erit iniquitas ſiue habeat ſiue non habeat titulum ſi auferatur à poſſeſſore. ergo ſi non debeat conſiderari tit. in hered. petit. maxima ſequerentur inconuenientia: quia ibi non eſt neceſſarium rem illam eſſe petitoris: imò ſatis eſt ſi probet in hereditate fuiſſe tempore mortis. ſed probatur ſe heredem eſſe, & bene poteſt eſſe quòd ſim heres,& res illa non ſit mea. ſi propter hoc priuetur re illa.

2 3 4 5 6

7 re illa, esset absurdum, cùm illi detur † Publiciana contra quemlibet non dominum: & iste fortè non est dominus: quia non oportet agentem petit. hæred. probare se esse dominum: vt s. dixi. & ideo non datur contra possidentem tit. nisi in casibus: vt notaui s. eod. l. 2. patet ergo quando debeat fieri interrogatio. Est autem dicendum qualiter fieri

8 debeat. & domino B. visum fuit ita faciendam esse † interrogationem, possides pro hæred. vel pro possessore: & ita dimisit an. & in loco, deposuit verum. vel postea resumit an. sic, annon possides pro hærede vel pro poss. si respondeat, possideo pro hærede vel pro possessore, bene est, quia locum habet petit. hæred. si dicat quòd non possideo pro hæred. vel pro pos. non habet locum. Sed hoc videtur contra literam istam, cùm tantùm possideat pro her. vel pro poss. P. dixit quòd non debeat interrogatus resp. possideat pro her. vel pro poss. sic enim loquetur contra se tanquam furiosus. sed tamen dicebat requiri titulum si probetur, non procedetur ista via: si non probetur, præsumitur pro hærede vel pro possessore possidere, & sic secundùm P. bona est exceptio. Sed hoc videtur falsum: quia veritas siue pro me, siue contra me sit, non debet celari: imò bonum est semper dicere veritatem. Dixit etiam P. in rei vindic. respondere per proximum cognatum, hîc per quemlibet, sed hoc lege non inuenitur. Io. visum fuit vt primùm interrogetur, possideat an non. si dicat se possidere, requiret tit. & hic accessit aliquantulum ad opinionem P. si probetur tit. non tenetur petit. hered. si non probetur, præsumitur pro hærede vel possessore, & quòd ita facienda sit interrogatio, probatur ff. eo. qui interrogatus.

1 *Centumuirale iudicium.*
2 *Exceptio post & ante lit. cont. locum habet.*
3 *Propter diuitias creditur simplici promissioni.*
4 *Condictio ex lege quando datur.*

CVM HÆREDITATIS. *Locus fuerat.* Idem est si non esset locus, L. 12. si tamen speraretur natura: vt dicit in litera seq. exceptio contra

1 creditores & legatarios, & alios quos j. enumerat. Centumuiralis † iudicij, id est petit. hæred. quæ iudicata est à senatoribus, qui erant c. numero. *Suscipere sperat.* subaudi vel susceperat, vel mouerat, cùm j. dicat petitione hereditatis conueniendum ex contractibus defuncti, sed olim siue mota esset vel speraretur mouenda, locum haberet exceptio contra legatarios & creditores hæreditarios: vt s. dixit, & probatur ff. de act. & oblig. qui cum hærede, & ff. de interrog. act. & quia §. 1. & ff. de iure fis. apud. & fortè videtur contra ff. de excep. si post litem, quia post litem contest. non videtur habere locum exceptio: vt ibi dicere

2 videtur litera. sed dic vtroque casu habere locum † exceptionem & ante lit. contest & post. & quod ibi dicit post lit. contest. subaudi, & finitam. & hoc patet per verba sequentia. futuri enim, id est nô facti vel diffiniti. & ita est glossatum ibi antiquis. vel intellige quod hic dicitur quando conuenitur scriptus hæres, vel possessor hæreditatis. sed ibi petebantur singulares res. tunc enim non habet locum exceptio: vt ff. de heredit. petit. si bonæ fidei poss. *Pro legato, vel fideicommisso,* pecuniario,

quia de libertatibus specialiter dicit infrà. assignatur contrà infra de litig. sed ibi loquitur in rei vindicat. tunc enim res est litigiosa, sed hic in hæred. petit. & ideo interim pro legatis agitur contra possessorem. *Pro qualitate*, si enim homo est †diues, credetur suæ simplici promissioni sine fideiussore, si verò dubitetur de eo, fideiussor petetur. *Vel si ipse maluerit*, legatarius, sciendum nos, vt alij voluerunt intelligere, quòd heredi detur electio. *Negotiorum gest.* cùm heres verus est, quia gessit eius negotia. *Vel ex lege*, vt si nō est hæres. non intellige quòd istæ duæ actiones dantur contra eundem, quia condictio †ex lege datur, quando noua obligatio per l. inducitur: vt ff. de condic. ex l. & ita si non est heres, reputatur pro hærede, & datur condictio ex lege. *Euanescunt*: videtur contra ff. de except. rei iud. l. 1. sed glossa, euanescunt, id est euanescere videntur prima facie: vel dic quòd loquitur, quando pronuntiatum erat contra scripturam in querela. post agitur hæredit. pet. tunc enim præiudicatur libertatibus: vt ff. de inoffic. testa. Papinianus. §. si ex causa. *Si non falsum testamentum*, quamuis irritum. & quomodo fit hoc, non curo: quia fauor est libertatis. Quid si codicilli falsi probentur? non impediuntur. vt j. de fideicommissis, l. quamuis, quia ex codicillis non habet dominium seruorum, sed magis ex testamento. & ideo falsitatis tit. impedit, non codicillorum. *Sub ea vt*, &c. & hoc est contra regulam generalem j. an seruus ex suo facto. & fallit hic, quia sicut inducitur vnum speciale pro eis vt ad libertatem ipso iure post annum producantur, ita & aliud inducitur contra eos, vt teneantur reddere rationem.

3

4

DE REI VINDICATIONE.

Tit. xxxii.

1 *Bona fides in acquirendo quando exigitur.*
2 *Mala fidei possessor omnia restituit.*
3 *Iudicium acquisitum ex opera.*

L. 1. ETIAM, ideo dicit, quia nedum per meum seruum adquiritur mihi etiam me ignorante & inuito: vt ff. de acquir. rer. dom. etiam inuitis. & ff. de verbor. oblig. seruus vitante. & de iure dot. quemadmodum. sed etiam per alienum emptum ab aliquo fi. sed per meum acquiro ex omni causa & omni re, per istum autem ex re eius qui eum possidet, vel ex operis serui. & ita ex duabus tantùm causis. *Bona fide*, scil. à prin. si post enim nouerit seruum alienum, nihilominus quærit ei: vt ff. de vsur. qui scit. §. vlt. *Dominium*, intellige corporalium rerum. *Vel obligationem*, sc. incorporalium. datur enim sibi actio ex contractu ipsius, sicut si meus esset. si verò extra prædictas causas acquirat aliquid, non quærat bona fide possessori, sed vero domino proprietatem, scilicet non possessionem: vt ff. de acquir. poss. l. 1. §. sed per eum. & de acquir. rer. domin. homo liber. §. quicquid tamen. Eo tempore scilicet quo possedisti, non quo bon. fi. posse-

1 possedisti, non enim exigitur bona † fides ad hoc quod acquirat, sed principium consideratur: vt s. notaui. *Defensionibus tuis.* quia contra agentem habet exceptionem: vel si alius detineat, poterit agere. sed videtur contra ff. eo. prȩterea. ibi enim dicit restituendam post iudicium quod adquisiuit non ex re. vnde videtur quòd si acquisiuit ex opera, quòd restituat. nec loquitur illa lex in malæ fidei possessore, vt patet per leges præcedentes & sequentes, quæ loquuntur in vsucapion., &
2 ita in bonæ fidei possessore. Præterea si esset malæ † fidei possessor, omnia restitueret tam acquisita ex re, quàm ex opera, subaudi ergo ei quod ibi dicitur, non ex re, vel ex opera, vt illud suppleatur per l. istam. vel aliter, quia acquirit bo. fid. poss. ex re sua, & ex opera serui: sed tamē
3 restituit post iudicium † acquisitum ex opera, sicut est in fructibus post lit. contest. perceptis à bo. fisc. poss. quia suos facit, sed tamen restituit: vt in l. illa de vsur. qui scit. Item videtur ͞j. cōtrà ff. de acquir. rer. dom. si seruus. quia ibi videtur dicere quòd non acquirat bon. fid. possessori seruus alienus ex operis suis. sed ibi ponit duos casus, in primo dicit domino non acquiri, subaudi ex re bona fide possessa, vel ex opera ipsius serui. In alio dicit quòd bonæ fidei possessori non acquirit, nisi ex re sua subaudi, vel ex opera hoc acquisierit. *Nihil*, ergo non ex re sua, vt hîc probatur, & ff. de donat. inter vir. & vxor. si vxor filio.

1 *Tectoria in pariete communi.*
2 *Dirupto ædificio, cui materiam auferre liceat.*
3 *Præsumptio iuris & de iure.*
4 *In alieno solo ædificare.*
5 *Iudex ex personis & causis variè constituit.*

SI INFERIOREM, *Imposuit*, id est, super ȩdificauit. aliud si vicinus L. 2.
1 meus in pariete meo & suo † tectoria habet: vt ff. vti possid. si duo. §. antepenul. & intellige quando super rem meam inædificatum est immobile. secùs si ex tabulis meis faciam horreum mobile in solo alieno: vt ff. de acquir. rer. dom. Titius horreum. cedit ergo inædificatum in re aliena, vel solo domini eius cuius est rēs. si aliquis tamē ædificet in mari ædificium, non accedit solo, imò è conuerso: vt ff. de rer. diu. in tantum. Per hoc ergo quòd probo inferiorē partem ad me pertinere, probo de dominio: vt patet per literam istam. & est bona concordantia. ff. de acquir. rerum dominio, si suprà. *Si non donandi animo.* Siue ergo quis inædificauit in solo alieno, siue bona fide, siue mala, dissoluto ædificio materia ad pristinum dominum redit, si non animo donādi ædificium impositum sit. & videtur istud multùm facere pro opinione domini M.
2 qui dixit quòd † cuicunque ædificanti in alieno dissoluto ædificio licet auferre materiam, nisi animo donandi ædificauit. B. tamen visum fuit quòd cùm quis sciens in alieno solo ædificat, præsumatur donare.
3 & hæc præsumptio est † iuris & de iure: vt inst. de rer. diu. § ex diuerso. si obiiciatur de hac l. respond. quia quandoque quis ædificat de aliena materia in alieno solo. quandoque de suo proprio. si dȩ alieno in alieno, transit dominium ad dominum soli, sed soluto ædificio redit materia ad veterē dominū, vt hîc dicit, siue bona, siue mala fid. sit ædificatū,

nisi animo donandi &c. si verò de suo sciens alienum, præsumitur donare. vt per §. & qui idem. Cùm quis ædificat † in alieno solo, si bonæ fid. possessor sit & tempore possessionis, & quo de nouo ædificat, habet exceptionem si conueniatur à domino ad rem illam, nisi restituat omnes expensas, & hoc cùm dominus erat easdem facturus, vel habebat rem venalem, aut erat locuples. alioquin permittitur bonæ fidei possessori auferre quæ imposuit, sine læsione prioris status. si tamen dominus tantum dare vult possessori quantum habiturus erat his rebus ablatis, potest. & sic iudex variè ex personis† causisque constituet: vt ff. eo. in fundo. sic ergo non habet actionem, sed exceptionem tantùm: vt probatur ff. de condict. inde. si in aliena area. & ff. de act. empt. idémque Iulianus. & de doli except. Paulus. M. tamen dixit quod habet actionem. & induxit pro se ff. de neg. gest. si pupilli. §. sed & si. sed illud nihil ad rhombum, quia ibi loquitur quando gessit nomine domini: & ideo habet actionè. cùm autem nomine meo bona fide ædifico in rem alienam, non habeo actionem contra dominum, sed tantùm exceptionem, quia non volui eum obligare: vt ff. communi diuidundo. in hoc iudicio. si verò ædificat quis sciens in rem alienam, distingue vt s. dictū est: ita est cùm quis ædificat de nouo in alieno. si autem reficiat, dic vt notaui j. eo. domum. 4 5 2

1 *Vinculi obligationis consideratio.*
2 *Negotium, quomodo ratum habetur.*

L. 3. MATER, &c. videtur contra. ff. de contrahen. emp. rem alienam. Respond. ibi non consideratur † nisi vinculum obligationis. si [1] enim res aliena vendatur, tenet venditio in substantia sua, non tamen tenet in præiudicium domini, quia poterit vendicare, vt hic dicit. *Etiam non oblato.* nisi in vtilitatem soluerit pretium: vt ff. eo. emptor pretium. *Consensisti.* nunquid ratam habere venditionem potuit? & certè sic, si nomine suo vendidit alius. si verò non nomine suo. i. domini. nō potest agi neg. gest. ab aliqua parte nisi in subsidium re perempta vel vsucapta, vel præscripta. tunc enim domino, ne alienetur cum aliena iactura, tenetur ad pretium in subsidium, cùm non habeat ad rem recursum. sed si re extante haberet, venditorem non conueniret, quia † negotium non suo nomine gestum ratum habere non potest: vt ff. de [2] negot. gest. si pupill. §. sed si ego & l. vlt. ff. de precario, si seruus. si cert. pet. si eum. & j. de rebus alien. non alienan. l. j. & ij. tamen videbitur quòd ad rem superesset recursus, nihilominus tūc agi posset neg. gest. pro pretio. & pro se induxit l. istam. sed illud cum prædicta determinatione intelligendum est.

L. 4. ADVERSVS *vel.* pro. i. antiquitus. si enim bona fide emerit à malæ fid. i possessore, poterat vsucapere: vt hic, & instit. de vsucap. §. cum autem. hodie malæ fidei possessore alienante, cessat longi temporis præscriptio: vt j authent. de spon. larg. in viij. collatione.

1 *Ex multis causis potest quis esse obligatus.*
2 *Mobilia occupari, immobilia inuadi dicuntur.*
3 *Pensiones.*
4 *Impensæ necessaria repetuntur.*

5 *Pessima*

5 *Pessima possessio.*
6 *Iudicis officium quomodo implorandum.*
7 *Voluptuaria impensæ amittuntur.*
8 *Aliud est facere, aliud reficere.*

DOMVM. *Pertinere.* verbum istud largissimè patet: vt ff. de verbo. L. 5. sign. verbum pertinere. & ita reddit obscurum petitorem: vt ff. de iure fisci. ita fidei. & ideo cùm sic prodiderit libellum actor, rei cōsueuerunt dicere actori, vt causam dicat in personali actione: quia ex 1 multis † causis possum habere aliquem obligatum, necessarium est exprimere. at cùm in rem ago non expressa causa ex qua rem meam esse dico, omnes causę in vna petitione apprehenduntur: vt ff. de except. rei iudica. & an eadem §. vlt. *Occupatam.* quia te vi expulit. & dicuntur oc- 2 cupari † mobilia, propriè autem inuadi dicuntur immobilia: vt instit. vi bon. rapt. §. quòd autem. & videtur quòd ita concipi possit libellus sufficienter, vobis potestati conqueror de tali qui expulit me de fundo meo: vnde peto iustitiam exhiberi tam de fundo, quàm de violentia. & ideo dicūt de vtroque sapientes aduocati, quia si in vno succubuit, de alio potest agere. idem dicunt in rei vindicatione, quia dicunt se agere ratione proprietatis vel possessionis: quod videtur contra l. ordinarij, nō enim insimul vtrumque potest proponere, cùm priùs de possessione, postea de proprietate iudicetur, quidam tamen insimul admittunt, vt ibi dixi. *Cum pensionibus, quas perce.* Præstat ergo pensiones 3 † quas percepit, aut percipere, & omnem causam damni dati: vt hîc, & ff. eo. non solùm. & l. seq. ergo ratio habetur pensionum, & damni dati. sed quo iure damni? quia in fructibus perceptis, condictione sine causa in percipiendis iudicis officio. & idem in pensionibus: sed in damno dato non potest habere locum condictio sine causa, cùm ad eum nihil peruenerit, sed dic quòd iudicis officio habetur ratio damni. si nihil dicat de damno dato ante lit. contest. non habetur ratio, quia de eo non est actum nec expressum. de sequenti lite habetur ratio, etsi nō dicatur: quia ea quæ post lit. contest. emergunt in rei vindicat. pertinent ad iudicis officium. & si habeatur ratio, non tenetur postea l. Aquilia: vt ff. eo. non solùm. *Meritò*, sc. propter illius improbitatem, & hoc dicit in sequenti litera. *Cùm malæ fidei*, &c. nec dicas non debet locupletari cum aliena iactura, quia sibi debet imputare. non ergo ha- 4 bet repetitionem impensarum, nisi † necessarias fecerit. sed quomodo repetet? nunquid actione neg. gest? & sic hoc videtur falsum, quia lata sententia & restituta re haberet actionem. quod nemo sani capitis diceret. vnde quidam ita dixerunt quòd sit repetitio per a & e, & per i & o: vt per actionem neg. gest. per e, vt per exceptionem doli, per i & o, vt per iudicis officium, & hoc vltimum habet locum hîc, quia non habet actionem, cùm non gesserit nomine alieno: ergo non habet a 5 nec e: quia considero suam † pessimam possessionem, & prædonis causam. & ita cùm sit totus dolosus, non habet doli exceptionem. sed licèt non habeat exceptionem illo considerato, habet tamen i & o: quia potest dicere iudici, domine, vos vidistis probationes meas, & illius, & omnia, ego nescio si condemnabitis me, an non. sed si tale in-

fortunium contingeret quòd ego condemnarer, istud nolo quòd lateat vos, quòd necessarias impensas feci in illa re. res enim illa destructa erat, & ego reædificaui. vnde iustè iudicate, & istud perspicite. & ita implorare † poterit iudicis officium ad impensas. non autem habet doli exceptionem. Quandoque quidam habent exceptionem: & de tali exceptione vel iudicis officio loquitur, ff. de petit. hæred. l. planè. & l. vlt. Vtiles autem impensas auferre potest sine læsione prioris status, voluptarias † autem amittit. Sed quod dictum est de necessaria, videtur falsum, quia donare præsumitur: vt instit. de rer. diuis. § ex diuerso Respon. quia hîc loquitur quando malæ fidei possessor reficiebat, non de nouo ædificabat. tunc enim donasse videtur: vt notaui s. eo. l. 2. aliud. enim est facere, † aliud reficere: vt ff. de itin. actúque priua. l. 3. ita est in malæ fidei possessore. si verò bo. fi. possessor reficit, locũ habet doli exceptio in necessariis & vtilibus expensis, voluptarias aufert sine læsione prioris status: vt ff. de hæred. petit. l. planè. & l. seq. nisi dominus paratus sit tantum dare quantum haberet re oblata: vt ff. eo. illud. quid autem sit necessaria impensa. ff. de verb. sign. impensæ.

6 7 8

L.6. SI EX *ea pecu.* Generale non est quod dicit l. ista. fallit enim in casibus: vt j. l. 3. notaui.

L.7. PARTVM *ancillæ.* idem in partu equæ: vt ff. eo. si frumentum. §. idem scribit. Sed videtur contra j. de ser. fugit. l. vlt. sed ibi speciale est in seruis deputatis fabricæ publicæ, si cognouerit ancillam alicuius eo sciente nec contradicente, sequitur enim conditionem partus patris, non matris: vt ff. de statu ho. cùm legitimæ. & l. lex naturalis.

L.8. SI VT PROPONIS. *Non negabit.* videtur contra s. eo. si ex ea pecun. sed intellige quod hîc dicitur, quando procurator militis vel negotiorum gestor emit. & ita non est mirum si teneatur rei vindicat. vel personali actione, si non esset procurator vel negotiorum gestor, & emit suo nomine, non videtur quòd teneatur. vel aliter, quia verbum quod hîc ponit, obtentu militiæ soluit contrarietatem. Istud enim locum habet in milite, illud verò in pagano agente qui disposuit. hic ergo miles habet vtilem rei vindic. vnde speciale est in milite. Item dicit lex in minore in arb. tut. curatore. Idem in Ecclesia, Idem cùm vxor donat marito: vt ff. de donat. inter vir. & vxor. vxor marito.

1 *Præsumptio de præterito ad præsens.*
2 *Res inter alios acta, quando præiudicat.*

L.9. DOS, & c. *Dotalem fuisse.* Dotale autem dicitur, quod est inæstimatum. si esset æstimatum, magis diceretur emptum vel empturum: vt j. de rei vxor. actio. §. vlt. & valet probatio ista ad duo. ad fundandam intentionem mariti, cùm probet se esse dominum, & ne vxor agere potuerit pro ancilla. si enim probat ancillam dotalem fuisse, ergo erat dominus de iure gentium & ciuili. licèt alij contrà: vt plenè notaui j. de iure dotium. in rebus. & sic præsumetur hodie dominus, & vxorem non potuisse agere. Idem cùm filius probat rem paternam fuisse, & patri successit. habetur enim præsumptio de † præterito ad præsens: vt j. de probat. siue possideris. aliud in possessione & ætate: vt notaui s. in integ. rest. mi. sti. probato ergo ancillam dotalem fuisse, certũ erit

1

erit maritum posse agere,& vxorem non fuisse admittendā. & ita ista probatio duos habuit effectus.si ergo egit vxor pro ancilla, & contra eam iudicatum est,non præiudicat viro si probet rem dotalem fuisse: vt s.dictum est.sed videretur φ imò, quia ad vxorē pertinet secundario:vnde si marito sciente & patiente iudicatum est contra eam, præ-2 iudicat sibi res inter † alios acta in hoc casu: vt ff de re iud. sæpe §. si scientibus.sed dic quòd ipse ignorauit. vnde si probet dotalem fuisse, non nocet sibi,vt dicit.nec enim potuit agere vxor, & hoc constante matrimonio.si verò solutum esset,agere posset vxor,& etiam quandoque dum consistit matrimonium,si vir vergat ad inopiam: vt j. de iure do.in rebus.si poneres quòd ancilla esset alienata à marito, & consentiente vxore,& iurante ne veniat contrà,ibi esset alia quæstio. & dico quòd non obstante sacramento,cùm facta sit alienatio contra l.Iuliam fundi dotalis,poterit vindicare rem soluto matrimonio: vt j. de iure dot.in rebus.& instit.quibus alienare licet,in princ.

CUM SUPER *vernis*. Vernæ dicuntur mancipia quæ ex ancillis meis nata sunt,vel mancipia delectationis, à vernas quod est delectario.*In iudicio*,id est apud iudicem. *In quo*,id est sub quo. *Postulare debuisti*.Illud magis refertur ad sequentia quàm ad præcedentia. *Vel ipsorum interrog*.Patet ergo quòd hic torquentur mancipia propter veritatem eruendam.sed videtur contra.ff.de quæstio.minore.§.vlt. Respond.quia hic erat quæstio de dominio mancipiorum, aliud in causa liberali seruitutis & dominij:vt ibi. si verò quæstio esset sicut in possessione libertatis an seruitutis,in possessorio iudicio torquetur: vt j. de liberali causa,eam quæ.& ideo intelligitur quod ibi dicit, sui conceptione,id est,quòd debeat interrogari sit in possessione seruitutis, an libertatis. L. 10.

SI QVIS SCIENS. Bona est concordantia ad l.istam.Instit.de rerum diuis.§ ex diuerso & sequen. L. 11.

IN CIVILE. *Atque insuatum*.Et ita est contra ius scriptum,& contra ius non scriptum. quare non valet: quia non est mos imperatoris in iniuriam alterius tribuere beneficia,vt j.de emancipat.libero. l.nec auus.nec impetrari debet rescriptum,quod in totum tollit ius alterius:vt suprà de preci.imperat.quotiens. *Quod tradidisti* causa venditionis:vnde infra loquitur de pretio.si ergo vendidit & tradidit,nec habuit fidem de pretio, non transfertur dominium: & ita posset dari rei vindicatio ad rem restituendam si non solueret pretium: vt instit. de rerum diuis.§.venditæ.sed si postulat, vt inuito emptore fide habita de pretio,ex rescripto restitueretur venditori res,male postulat: vt hic dicit,& s.probaui.agatur ergo ad pretium,non furti, vel condictione furtiua ad rem.sicut aduocatus quidam dedit consilium, si res inuito venditore detineatur. L. 12.

1 *Res quando in iudicio exhibenda.*
2 *Cui datur ad exhibendum actio.*
3 *Rei vendicatio non datur possidenti.*
4 *Possess.prius agitandum quàm petit.*

L.13. ORDINARII *Iuris est*. Tres erant hic quæstiones de exhibitione mancipiorum facienda, & de possessione, & proprietate. est ergo iste ordo verus, vt prius † exhibeatur res 1 in iudicio possessionis vel proprietatis: & hoc si actor iurauit non petere exhibitionem calumniandi animo: vt ff. de exhibit. thesaurus. & debet dicere signa rei: vt ff. ad exhibendum. l. 3. datur enim ad exhibendum † actio ei qui acturus est de dominio vel possessione: 2 vt ff. ad exhiben. l. 3. §. est autem. Patet ergo qualiter primò res debeat exhiberi. post iudicabitur de possessione: deinde de proprietate: & hoc ab eodem iudice: quia licet possessio sit vnum per se, proprietas aliud, nec enim proprietas est possessio, vel econuerso: vt ff. de acquirend. possess. l. naturaliter. §. nihil, tamen propter continentiam & concomitantiam ab eodem iudice causa & proprietatis & possessionis est decidenda: vt habes & notaui suprà de iudic. nulli. & voluerunt quidam dicere quòd cum agitur pro possessione recuperanda vel adipiscenda, simul intentari possit iudicium proprietatis. secus si de retinenda: quia tunc idem esset sibi contrarius, cùm rei vindicatio † non de- 3 tur possidenti: vt instit. de actio. in princ. aduersario enim parit possessio in rem actionem: quare contenderet se possidere & non possidere, quæ absurditas non admittitur: vt notaui infrà de furt. l. 1. & quòd intentari possit rei vindicatio cùm agitur de possessione recuperanda, probatur ff. de vi & vi arm. cùm fundum. §. vltim. nos contrà dicimus, quia siue agatur de recuperanda possessione, siue retinenda, siue adipiscenda. prius debet iudicari de possessione quàm de proprietate. & pro nobis facit l. ista cùm loquitur generaliter de possessione. & infrà de interdictis. l. incerti. & ff. de iudic. si de vi, & infrà quorum bonorum. l. vltim. nec obstat. l. de vi & de vi arm. quia quod ibi dicit, pendente iudicio, subaudi, & deserto. omisso enim iudicio rei vindica. poterit ad interdictum transire: & dicitur pendere: quia cùm renunciauit actor, reus poterit postulare vt absoluatur: & sic poterit pronunciari: vt per authent. qui semel. nec obstat. l. de adquirend. possess. naturaliter. nihil. dicit enim quòd ei qui cepit rem vendicare, non denegatur interdictum vti possid. sed intellige quòd non denegatur interdictum ei qui cœpit rem vendicare. subaudi, & emit renunciatum quæstioni de proprietate. vel non facias vim in eo quod dicit, cœpit rem vendicare: quod intelligendum est, quòd pronunciatum esset de eo: & tunc non denegatur ei intra annum interdictum. & sic glossauerunt ibi antiqui. vnde non debent admirari de expositione quam facimus respondendo l. de vi & vi arm. prius ergo debet 4 † possessorium iudicium intentari quàm petitorium. nec tamen reus dicere poterit, age primo petitorio vel possessorio: quia in re sua quilibet arbiter vel arbitrator existit, poterit ergo agere quocunque velit. sed si vtrumque proponat, iudex dicit ei, frater elige iudicium possessorium, & post intentabis petitorium. nec est prætermittendum quòd sicut hic datur consilium, vt prius intentetur iudicium possessorium quàm petitorium. sic aliàs ff. eod. si quis destinauit.

Sic in vetéri libro reperimus.

1 *Quem*

1 *Quem de euictione tenet actio,&c.*
2 *Prædium dotale non potest alienari.*
3 *Legitima administratio non transit ad hered.*

CVM A MATRE. *Doli mali except.* Quia cùm succesſit matri, te- L.14.
1 netur de euictione:vnde non poteſt petere: quia quem † de euictione tenet actio, hunc euincentem repellit exceptio: vt ff. de euict. l. vendicantem. *Pro qua portione.* Conſideratur enim in quota portione ſucceſſerit: & ſecundùm hoc habet locum exceptio in domo, non ſecundùm quantitatem in qua ſucceſsit. verbi gratia ſi in dimidia inſtitutus eſt heres. quæ fortè non valet quatuor denarios, licet dimidia pars domus valeat c. lib. ſed repellitur tamen pro dimidia domus, non pro quãtitate ſucceſſionis, ſed pro quantitate. ſed cum dotale eſt quod alienatur, & vxor heres extitit viro, diſtinguit. l. vtrum deductis legatis remaneat tantum de hereditate, quod ſufficiat ad dotem: vel non, vt ſecundùm id quod remanet vel non remanet, reuocetur vel non: vt ff. de fund. dot. dotale. §. ſi vxore. & hoc eſt fauore prædij dotalis, quod
2 lex † vetuit alienari. ſed hîc nullus eſt fauor, imò tenuit à principio venditio: vnde non debet illud conſiderari: vt ſuprà de neg. geſt. ſi ab eo. & infrà de bon. auct. iud. poſſ. ſi vxor. ſed pone quòd pater alienauit: eritne idem quod in matre ſi filius ſucceſſit ei: dominus meus dicit quòd ſic. ſunt tamen quædam ſpecialia in patre, quia non tenuit alienatio, cùm prohibeatur per l. vt infrà de bon. quæ lib. l. vltim. præterea poſſet pater vendicare tanquam legitimus filij adminiſtrator. non in matre ita, quia non eſt legitima adminiſtratrix. Idem etiam eſt in tutore, quod in prælato eccleſiæ: quia non valet alienatio, & ipſemet poteſt contrauenire: vt ſuprà de ſacroſanct. eccleſ. iubemus. §. prædia autem. ſed ſi filius patris heres extitit, non reuocabit. ſed quare non ſicut pater poterat? alia eſt ratio, quia pater nomine filij tanquam legitimus adminiſtrator poteſt, vt dixi, ipſe autem non poterit, quia no-
3 mine patris non, cùm legitima adminiſtratio † non tranſeat ad heredes, nec ex ſua perſona poteſt: vt ſuprà dixi in matre. Quidam tamen dixerunt aliud eſſe cùm ſuccedit patri, quàm matri, & pro ſe induxerunt ff. de iis quæ in fraud. patro. patronus. in princ. & §. patronum ex aſſe. & §. ſequenti. ibi enim dicitur quòd licet patronus heres extiterit liberto ſuo, reuocat alienata in fraudem. ſed ibi patronus non habet Falcidiam, vnde licet ſit inſtitutus, habet iure inſtitutionis, non tanquam iure ſubſtitutionis, ſed tanquam debitum: & ideo reuocare poteſt: ſed filius non videtur vt debitum, & ideo præiudicat ſibi. Quid ſi filius iſte fecit inuentarium? poteritne vendicare? & certè ſic: quia non confunditur actio niſi in quantum habet actio de bonis: vt ſuprà de iure delib. l. vlt. Quid ſi in debito bonorum ſubſidio inſtituatur? & certè poteſt iterum vendicare: quia Falcidia intelligitur deducto ære alieno. Quid ſi in re certa? loco legatarij habetur, cùm alij ſunt vniuerſales heredes. & ideo non prohibetur intendere rei vindicationem.

1 *Crimen stellionatus.*
2 *Stipulatio dupla.*
3 *Sine traditione adquirit ecclesia.*

L.15. QVOTIENS, &c. Assignatur contra. ff. ad leg. Cor. de Falc. qui duobus. quia per l.illam qui duobus in solidum vendidit, pœna falsi coercetur. sed hic dicit quòd vendidit primo & secundo:& ita tenet iure. nec intellige iure, id est, quòd commendata sit secunda venditio, cùm videatur decipere primum: quia qui duobus obligat, tenetur de crimine † stellionatus. qui duobus vendidit, crimine falsi, & ita 1 per l.illam punitur. sed non tenet contractus in vtroque, vt hic: quia & rem alienam vendere possum: vt notatur suprà codem, mater. *Antecedente tempore.* Probat ergo prius: vt suprà de petit. hered. l.2. notaui. *Recipere.* Quando scilicet patitur rem à se euinci: vel si velit, eum potest repellere. idem in emptore, quando ille qui vendidit, vult euincere: vt ff. de euict. vindicantem. Præterea quod dicit cum vsuris, quare dicit cum vsuris? imò videtur quòd duplæ † stipulatione propter euictio- 2 nem, vel ad interesse: & benè posset. sed cùm non apparet de interesse, venit pretium cum vsuris. alius tamen poterit compensare fructus vsque ad concurrentem quantitatem sumptuum: vt hic, & ff. eo. sumptus. & in alieno casu compensatur. ff eod. emptor. & est speciale contra regulam, quia bo.fi. possessor fructus lucratur, vt ff. fin. reg. l 4. §. post litem autem. Et ad maiorem euidentiam istius distingue, quia si eadem res distrahatur ab eodem domino duobus in sol:dum, obtinet quod in l.ista dicitur, vt is cui prius res tradita est, sit possessor: s. soluto pretio, vt inst. de rer. diui. §. venditę. nisi alius sit priuilegiatus, vt ecclesia, † cui sine traditione res acquiretur, vt s. de sacros. eccl. l. vlt. & ipsa 3 ideò præfertur, licet ei primò non traditur. Idem dico si ab eodem non domino sit vendita res duobus, sed ibi non requiritur de pretio, vt ff. de Publiciana de pretio. Idem si ab eodem, qui cùm vendidit, non erat dominus, sed post factus est, vt ff. eod si à Titio. Si verò à diuersis non dominis eadem res duobus vendatur, & isti contra tertium experiantur, potior est is cui prius tradita est res: vt ff. de act. emp. l. si ea §. vterque nostrum. Sed inter se potior est possessor, vt ff. de Publician. & si quidem. si verò ab vno domino, & ab alio non domino, potior est qui à domino emit, vt ff. de act. empt. si ea. in fin. nisi non dominus causam habeat à domino, vt ff. de diuers. tempor. præscript. de accessionibus.

1 *Casamentum quid.*
2 *Horreum mobile.*

L.16. SI IN AREA. Hìc sumitur area pro solo alto ad ædificandum, & dicitur in terra ista casamentum, † quandoque sumitur pro eo so- 1 lo vbi excutiuntur segetes, vt j. de seru. l. vlt. §. vlt. *Extruxit.* Extruitur domus ex pariete, & tecto, & fundamento. *Iure fecit rat.* Ratione soli, quia ædificauit in alieno solo, & ius dicit quòd solo cedit, vt inst. de re. diu. §. cùm autem. & s. eo. si inferiorem. fallit in littore maris. Præterea quod dixi, intellige quando ædificata est domus, vel aliud immobile: secus

2 secus si horreum † mobile ædificetur, vt hæc omnia not. s̄.eo. l.si inferiorem. *Cuius portionem*, Benè dicit, debet enim designare qui in rem agit, verum totam rem, an pro parte petat, & pro quota, vt ff. eod. si in rem. *Bo. fi. pos.* Intellige in principio, & tempore ædificij: tunc enim habet doli mali exceptionem ad impensas: vel iudex poterit ferre sententiam deductis impensis, quod ad idem recidit, vt ff. eod. in fundo. Non autem habet actionem, licet quidam contradixerunt, vt plenè not. s̄. eod. si inferiorem. Et licet hic loquatur quando de nouo ædificat. Idem si reficiat bonæ fi. pos. quia habet doli except. quamuis lex dicat quòd aliud est facere, aliud reficere: idem tamen quoad hoc, vt not. s̄ eod. domum.

1 *Denuntiatio facit possessorem malæ fidei.*
2 *Denuntiatio impunè contemnitur.*
3 *Non videtur deceptus qui scit.*

1 SI FVNDVM. *Non rectè*. Id est, non bona fide, denunciatio † enim fecit eum malæ fidei emptorem: vnde facit l. ista ad illud generale, denunciationem non impunè contemni. Ad idem est quòd aliàs dicit l. in creditore qui denunciauit alicui ne emeret à debitore in fraudem suam, vt ff. de his quæ in frau. ait prætor. §. si quis particeps. ad idem quod dicitur in operis noui nunciatione, vt ff. de ope. no. nunc. l. 1. Aliud cùm debitor denunciauit creditori ne vendat, impunè enim contemnit: vt j̄. debi. vend. pign. l. 1. & 2. vnde est aliud generale, denun- 2 ciationem † impunè contemni. Et voluerunt quidam distinguere, quia si denunciauit, & ille sciuit alienum per denunciationem, tenetur, vt hîc dicit. Si verò non credidit veram denunciationem, & sic interim emit, excusatur: arg. ff. de eo qui falsus erat tutor, & volebat cum alio contrahere, alius denunciauit ei cum quo volebat contrahere, ipsum non esse verum tutorem: si non credidit denuncianti, quia credidit verum tutorem posse præstare authoritatem in contractu, nihilominus habet actionem in factum, quia contraxit cum eo qui asserebat se verum tutorem, sed hîc non excusatur contra denunciantem. Nec ibi dicit quòd habeat excusationem contra eum qui denunciauit, sed contra eum cum quo contraxit, quia ignorauit: secus si sciret, 3 quia non videtur † deceptus qui scit. Et est notandũ quod hic dicitur, quia in rei vind. fit aliquis malæ fidei poss. per litis contestationem & denunciationem in limine contractus factam, secus in hæreditatis petitione, vt ff. de hære. pet. item veniunt. §. à quo. *Percepisse.* Quare non tenetur de percipiendis, vt not. j̄. eo. certum est. L.17.

RE TVA. *Proprietatis error.* Credebam enim esse suam, tamen erat mea in veritate, & sic deposuit sæpè penes me, vel commodauit mihi. Vel pone quando ignorans rem suam esse petenti aduocationem præstiterit, vt ff. eo. inter offi. Ista enim non nocerent, etiamsi longo tẽpore tacuerint, vt j̄. de lon. temp. præsc. nec petentem. L.18.

INDICIA. Non respũntur: ergo si à lege non respuatur indicium, benè videtur quòd debeat admitti, vnde si dicat quis aliquid esse prohibitũ in lege, debet illud probare, quia præsumitur, cõcessum, nisi L.19.

probetur prohibitū,vt ff.de probat.ab eo.& ff.quib. ex causis. nec nō. §.quod eis.& de procur.matris.§.1. Sunt autem multa indicia,per testes,per quæstiones seruorum,per confessionem aduersarij,& alia secundùm quod iudici videbitur,vt ff.de testib.l.3. & est bona concordantia ad l.istam,j.de fid.inst.in exercendis.Illud tamen fallit s.si minor factus.si alterius.& j.de non num.pec.generaliter.

L.20. NON SERVVM. *Detinere*.Bene dicit detinere: seruus enim propriè non possidet,vt ff.de verb. oblig. stipulatio ista habere. §.hi qui. *Sed eius dominum*. Nec enim seruus potest interesse iudiciis, vt s. de iud.l.4.Sed quare dominus conuenitur,cùm ipse non detineat?Sed dic quòd ipse possidet naturaliter & ciuiliter per seruum: vnde potest conueniri rei vindicatione,cùm habeat facultatem restituendi,vt s.vbi in rem actio.l.pen.

1 *Interesse præstatio.*
2 *Nudum iudicis praeceptum.*
3 *In litem iuratur in infinitum.*

L.21. A POSSIDENTIBVS. *Intendistis*. Aliàs intendistis. *Condemnaproce.de*. Contra sc. possidentem, cùm pronuntiatum est quòd mea erant mancipia:si enim non restituat, iuratur cōtra eum in litem. Aliud potest habere locum auxilium, vt sc.ab eo auferatur res manu militari,vt ff.eod.qui restituere. Alia etiam duo possunt habere locum auxilia,quia potest cōdemnari ad interesse,vel æstimationem rei, quia regula dicit: Cui quod plus est licet,non debet quod minùs est non licere.Si verò dolo desiit possidere,habent locum tria auxilia, in litem iuratio,interesse † præstatio, vel rei æstimatio: si culpa duo tantùm, 1 quia condemnantur ad interesse vel ad pretium:si nec dolo nec culpa, nullum habet locum. Et voluerunt quidam dicere quòd in hac actione primò videbatur quis de re restituenda interlocutoriè sententiare: postea feratur sententia definitiua,arg.pro eis.j.de fideicom.amplius. & s.de dolo.arbitrio.Sed hoc reprobo, quia per tale † nudum iudicis 2 præceptum,i. non redactum in scriptis nihil deciditur,vt l.de sentent. & interl.post sententiam. Hìc autem per hoc, controuersiæ finis imponitur,& ideò dic quòd prima & secunda sententia sit definitiua, vt j.de re iud.l.1.Item sciendum quòd in litem licet† iurare in infinitum, 3 per l.ff.eo. qui restituere.sed per iudicem moderatur, vt ff. de in litem iurand.videamus.

1 *Malæ fidei possessor quis dicatur.*
2 *Plures species fructuum.*
3 *Fructus naturales qui.*
4 *Industriales qui.*
5 *Extantes & consumpti.*
6 *Fructus percepti quando dicantur.*
7 *Fructuarius.*
8 *Condictio sine causa.*
9 *Fructuum compensatio.*

L.22. CERTVM EST. Scilicet,apud sapientes. *Malæ fidei possess.* Ille dicitur malæ fidei possessor, qui † emit cùm sciret rem esse alie- 1 nam, multò magis est malæ fidei, si sua auctoritate ingrediatur in possessionem rei meæ. Bonæ fidei econuerso qui emit à non domino quem credebat esse dominum, vt ff. de verb. signif. Bonæ fidei

Omnes

2 *Omnes fructus.* Per hoc patet quòd plures † sunt species fructuum, istud enim signum vniuersale omnes, oportet quòd distribuat inter aliqua,& ideò hic potest adhiberi distinctio fructuum. Præterea cùm in hac eadem l. faciat differentiam possessorum, quia quidam sunt bonæ fidei quidam malæ fidei, similiter distinctio eorú potest hic dici. Sciendum ergo quòd fructuum alij sunt naturales, alij industriales. Natura-
3 les sunt † qui percipiuntur ipsa natura sine hominis cultura, vt fœnum, poma, pyra,& similia. Et hoc nomen reperitur in lege, vt ff. de v-
4 sur. fructus. Industriales † sunt, qui cultura & diligentia vel cura percipiuntur, vt frumentum, fabæ, & similia: nec inuenitur tale nomen in lege,& licet quidam sapiens dominus tanti denarij quæsisset, vbi esset tale nomen in lege, nihilominus tamen sententia legis haberi potest: vt inst. de re. diu. §. si quis à non domino. & ideò causa intellectus licet
5 fingere tale nomen. Præterea alij extantes, vt † illi qui sunt in rebus humanis: alij consumpti, vt illi qui desierunt esse. Item alij dicuntur stantes, vt spicæ: alij dicuntur pendentes, vt poma & pyra, & hi censentur pars fundi, dum cohærent, non enim veniunt in rei vendic. per se, sed cùm re ipsa, vt ff. eo. fructus. Item, alij percepti, alij percipiendi. Percepti sunt, qui s. à solo separati sunt: secus dixerunt quidam in fructuario: ubi enim dicuntur fructus percepti, quando de vua fit vinum,
6 & grana de spicis excutiuntur:& sic dicuntur percepti, separati à terra,& in horreis reconditi, vt ff. quibus mod. vsusfruct. vel vsus. l. si fructuarius. Et in hac opinione fuit dominus Ioan. & ita distinxit fructuarium à bonæ fidei possessore. Dixit enim bonæ fidei possessorem plus habere iuris in percipiendis fructibus quàm vsufructuarium. Sed domino meo visum est idem in vtroque, quòd scilicet percepti dicantur, & vtriusque fiant postquam fuerint a terra separati. In fructua-
7 rio † tamen exigitur quòd ipse separauerit, vel alius nomine suo, secus si ab alio: bonæ fidei verò possessor facit suos siue ipse siue alius non nomine suo separauerit: vt ff. de vsur. qui scit. §. præterea. & ff. de vsufru. si fur. Percipiendi dicuntur duobus modis, siue quia non potuerunt ab aliquo percipi propter immaturitatem, percipi tamen poterunt tempore procedente. Possessorum alij bonæ fidei sunt, alij malæ fidei: alij cum titulo, alij sine titulo. Prætermittendum non est quòd nullus etiam bonæ fidei possessor naturales fructus facit suos, siue titulum habeat, siue non: vt ff. de vsur. fructus. Nec obstat quod dicitur ff. de acquir. rer. domin. bonæ fidei. Quod enim dicit omnes, sic exauditur, etiam alterius facto vel cultura percepti: vt ff. de vsur. qui scit. §. præterea. Si ergo hi fructus extant, vendicantur: si consumpti sunt. da-
8 tur † condictio sine causa, cùm consumpserit bonæ fidei possessor meam rem, in quam de suo tantùm expendisset, vt ff. si cert. pet. si me. Si verò fructus sunt industriales, fiunt cuiuslibet bonæ fidei possessoris,& est bonæ fidei possessor siue titulum habeat, siue non, plerunque tamen sumitur pro eo qui habet titulum. vt inst. t. de rerum diuis. §. si quis à non domino, sed hic non distinguitur. nam aliàs distinguit lex ff. finium regund. l. 4. & ita sumpserunt nomen bonæ fidei possessoris omnes Doctores. Præterea siue vsucapiat, siue non, facit suos: vt ff. de acquir. rer. dom. bonæ fidei. §. vlt. Nec impeditur ob hoc, quòd post scit

rem alienam, vt ff. de vsur. qui scit. §. vlt. Sed licet suos faciat, si extent, debet restituere, & hoc officio iudicis: nam rei vindicatione non posset, cùm fecerit suos bonæ fidei possessor, si non extant sui, in casibus † tamen compensantur cum impensa vel vsura, vt ff. eo. sumptus. & l. emptor. & notaui s. eodem. quotiens. Si verò sit malæ fidei, de extantibus tenetur rei vindicat. de consumptis condic. sine causa, vt j. de condic. sine causa mala. De percipiendis autem excusatur si habet titulum, vt s. eod. si fundum. nisi in casibus quando emit ab eo quem scit vendere in fraudem creditorum, vt ff. de his quæ in fraud. credit. ait prætor. §. per hanc. Item cùm emit ab eo qui metu compulsus ei vendit, vt ff. quod met. cau. sed & partus. Item cùm emit contra interdicta legum, vnde tanquam malæ fid. possessor quilibet detineri debet, vt j. de agricol. & censit. quemadmodum. & j. authent. de non alienan. aut permutan. §. si quis igitur emere. Idem est si fructus maturos patiatur corrumpi, siquidem sit sine titulo, de consumptis tenetur condictione sine causa, de extantibus rei vindic. de percipiendis: iudicis officio: vt instit. de offi. iud. §. illorum. 9

L.23. SI MANCIPIVM. *Nulla necessitas.* Nisi in vtilitatem tuam fuerit solutum, vt ff. eod. emptor.

L.24. NVLLO MODO. *Vsucapio cesset.* Vt ff. de vsucap. Celsus. Fallit tamen quandoque, vt ff. pro legat. l. 1. & vlt. & ff. pro empto. quod vulgò. secus in longissima præscriptione, quia ibi non requiritur tit. vt j. de bo. mater. l. 1. & j. auth. ibidem.

L.25. SOLEMNIBVS PENSIONIBVS, &c. Vt si soluit censum pro alio, minimè facit eum dominum talis solutio: & est bona concordantia ff. de acq. rer. do. quæ quisque. secus si vendidisset, vel soluenti tanquam pro suo consensit: vt j. de do. censualis.

L.26. MORÆ. *In præteritum æstima.* Secus in vsucap. triennij: illa enim non interrumpitur litis contest. vt ff. eo. si post. Iudex tamen ex officio suo nihilominus condemnabit eum ad restitutionem rei, vt ibidem dicit: sed modò in re currit vsucapio, vt ff. pro empt. l. 2. §. vlt. fallit tamen quod dictum est quandoque, quia sola libelli oblatione interrumpitur vsucapio, vt j. de ann. exc. vt perfectius.

L.27. SERVVM. *Non potest.* Ad hoc enim quòd fiat suus, oportet quòd tradatur, & quòd soluerit pretium, vt inst. de rer. diu. §. venditæ. Aliud in ecclesia, quia & sine traditione acquiritur ei dominium rei venditæ. vt s. de sacros. eccles. l. vlt.

L.28. RES ALIENAS. *Implenti.* Vel quasi implenti, quia inducebat iudicia: potest enim deferri sacramentum.

DE VSVFRVCTV, ET HABITATIONE ET ministerio seruorum. TIT. XXXIII.

1 *Vsusfructus propriè & impropriè sumitur.*
2 *Actio vtilis sine cessione.*
3 *Fructuarius fructus suos, ante satisdat non facit.*
4 *Plus potest hæres quàm defunctus.*

SI v-

SI VSVSFRVCTVS. Nomen vsusfructus sumitur hîc L.1. 1 propriè & impropriè. propriè † quoad immobilia. in illis enim propriè dicimur habere vsumfructum, & etiam in quibusdam mobilibus, quæ scilicet vsu non consumuntur. aliud in pecunia, & frumento vel vino. in his enim impropriè constituitur vsusfructus: vt inst. eo. tit. §. constitutũ. sic ergo dictio semel posita vel sumpta ponitur propriè & impropriè: vt de off. procõs. l. 2. *Solutã*. Id est, soluendam. *Accipere*. Illud verbũ potest respicere illud quod 2 dicitur, à debitoribus, habet enim † vtilem actionẽ sine cessione is cui constituitur vsusfructus in nomine, sicut cùm legatur nomen, vt infrà de leg. ex legato. & oportet eum cauere secundùm formam S.C. vt dicit, non referas sicut dictum est, imò intellige conuenit debitores, & exegit ab eis debitum. non aliter illud quod exactum est, ab hęredibus accipere poteris nisi præstita cautione. i. satisdatione. & sic sumitur impropriè, sicut habes & notaui s. de procurator. & probatur ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consu. l. tribus. oportet ergo satisdare, nec. n. antè faciet ante vsuras prouenientes ex debito. imò rediguntur in sortem: vt ff. de vsufru. leg. l. vxore. & est arg. ad verum vsu-3 fructuarium, quòd ante non faciat fructus suos † fructuarius, quàm satisdederit: imò tenebitur restituere. Vel dic aliud in vero vsufructuario. si tamen bona fide percepit, bene facit suos: vt s. tit. prox. notaui. licet enim errauerit in iure, non fit malè fi. possessor: vt ff. de hæred. petit. sed & si lege. §. scire. Sed cur dicit in hac l. præstari contra voluntatem defuncti cautionem? Nónne in l. XII. tab. continetur quòd voluntas defuncti pro lege debet obseruari: vt inst. ad leg. Fal. Resp. quia voluntates deficientium sunt obseruandæ, non tamen omnes. quędam enim inualidæ sunt, & à iure reprobatæ. vnde non potest cauere in test. suo ne leges ibi locum habeant. similiter nec hic vt non caueatur hæredi. hæc enim cautio pertinet ad vtilitatem hæredis, & eius fauore est inducta. aliud in satisdatione de fideicommisso vel legato præstando adueniente die vel conditione. illa enim gratia testatoris & voluntatis vltimæ seruandæ interponitur: & ideò cùm ad aliud respiciat, eam potest testator remittere, non aliam: vt j. vt in possess. lega. l. scire. Sed nunquid hæres poterit remittere cautionẽ illam de vtendo fruendo arbitrio boni viri? Et certè bene credo quòd sic. potest enim renunciare his quæ pro se introducta sunt, vt s. de pact. l. penult. Ergo plus 4 † potest hæres quàm defunctus, & verum est in hoc casu. Idem in Falcidia, quam potest retinere contra voluntatem testatoris: vt ff. ad l. Fal. quod de bo. §. vlt. si tamen vellet, posset ibi præiudicare: vt j. eod. tit. potest hæres.

VERBIS. &c. Patet per l. istam, quòd non obstante vsufructu nihilominus potest obligari proprietas. L.2.

1 *Morte filij pater amittit vsumfructum.*

SI PATRI TVO MORTVO. Ergo pater non habet vsumfructum L.3. eius quod patri relicturus fuerat filius. Idem dixit P. in vsufruct. 1 quem pater habet in rebus filij ratione potestatis: quia si decessit † filius, non habet vlterius pater vsumfructum. dominus meus contra:

vt ȷ̃.ad S.C.Tertullia.l.vlt.& de legit.hæred. de emancipatis. Iure tamen authentic. videtur confirmari P. opinio: quia si decedat filius, admittitur pater cum fratribus, nec habet vsumfructum in portione fratrum:vt ȷ̃.de bon.quæ lib.authentic.item hæreditas.

1 *Vsusfructus quid.*
2 *Cautio quandoque non præstatur.*
3 *Deterioratio.*
4 *Propter inopiam,remittitur satisdatio.*

L.4. VSVFRVCTV.*Consequens est.*Ergo aliud est,antecedens scilicet, vsusfructus constitutio. Primò ergo oportet vsumfructum constitui, consequenter satisdari. & ita reprobatur quorumdam opinio qui dicebant cautionem istam esse de substantia vsusfructus.Vsusfructus est † ius alienis rebus vtendi fruendi salua rerum substantia, id 1 est, præstita cautione de saluanda rerum substantia. vt sic secundùm eos vsusfructus esse non possit sine cautione. & sic de definitione ipsius.sed malè dicunt. nam & antequam sit cautio,est vsusfructus: vt probatur.ff.de vsufruct.ea re.quæ vsu.l.hoc senatusconsultum.§.si pecuniæ.& ff.quemadmod. seruit. amitta.si patrem.§.si per.& ff. quando di. le. ce. cùm ita. §. cum seruo. Præterea quandoque † non præstatur 2 cautio:vt infrà.de bonis quæ lib. l. vltima. & ff. vt lega. no.caueri. l. 1. à fisco.& ff. de vsufruct.quemadmodum ca.si vsusfructus.mihi.§. planè. *Vt satisdatio,&c.* Præstat enim fideiussores: & si vult dare pauperes & suspectos,respuuntur,quia non sunt locupletes,& sine omni suspicione debet bonus vir interuenire,sicut aliàs interuenit arbiter ad fideiussores præstandos. ff.qui satisd.cog.arbitro. *Quòd nullam læsionem, &c.*Tenetur ergo si † deteriorauit: præterea si non consumpserit res, 3 vt not.ff.eo.si cuius rei.§.de præteritis. Ponit ergo hîc vnam clausulam de his quæ debent contineri in cautione, s.quòd nullam læsionem ex vsu proprietati afferet: alia etiam debet contineri, s. de restituendo tanto frumento vel vino.præterea consueuit quæri, si non habeat fideiussores fructuarius,nec inuenire potest, vt ita succurratur ei si iurat se dare non posse, & se frui boni viri arbitrio, vtrum satis sit. Et videtur quòd sic, sicut in alio dicit l. vt etiam auth. suprà de episcop. & eler.generaliter. sed ibi aliud est, quia ibi non petitur satisdatio, propter hoc quòd extorqueatur aliqua res, sed tantùm vt admittatur ad agendum. Vnde suo sacramento creditur si non potest dare fideiussorem. Aliud cùm petit vel vult extorquere rem aliquam, ibi enim magis debet grauari,vt hîc:vult enim ab alio vsumfructum habere,& ideò non sufficit ipsum iurare,sicut dicitur in procuratore:si enim datus est ad agendum,sufficit satisdare ratam rem dominum habiturum. Aliud si detur ad rem aliquam recipiendam, de qua non est quæstio: tunc enim oportet probare mandatum,vt not. s̃. de procur.l.1. Quandoque tamen propter † inopiam remittitur satisdatio: vt ff.si cui plus 4 quàm per leg.Falcid.cùm non facilè.nec obstat.ȷ̃.de sec.nupt.hac edictali.§. mobilium. Est enim speciale in matre quod ibi dicitur de præstatione vsurarum vsque ad tertiam centesimæ pro vsufructu, vel

vel pretio earum rerum, vt dicit: nec obstat j. de assert. toll. l. 1. illud enim speciale est gratia libertatis.

1 *Vsusfructus instar habet propietatis.*

SI PATER, &c. Bene enim potuit ex tempore & ad tempus constitui vsusfructus, aliud in prædiali seruitute, vt ff. de seruit. l. 4. & ideo † vsusfructus instar habet proprietatis, vt ff. eo. l. 2. & 5. *Perceptos.* Sed quare non tenetur de percipiendis, sicut traditur in quolibet malæ fidei possessore, ff. de rei vind. si nauis. §. vlt. sed hîc excusatur, quia mater erat, à percipiendis, vt s. tit. prox. si fundum. Vel dic quòd ibi nõ neget quin teneatur de percipiendis: vnde tenetur sicut j. de vsufruct. si mater, quia vsuræ fructibus comparantur, vt ff. de vsur. l. moræ. L. 5.

1 *Pignori dari licere, vtilitas.*
2 *Proprietas æstimata.*

INTEREST. Ad hanc l. induci potest de iur. dot. si vsusfructus, & l. cùm in fundo. assignatur contrà, vt ff. de vsur. l. vlt. Dicit enim quòd fructus rei est pignori dare licere: & alia l. dicit quòd omnes fructus pertinẽt ad fructuarium, vt ff. eo. l. vsufructu legato. Sed dic quòd omnis fructus pertinet ad fructuarium, i. omnes prouentus rei, non autem omnis vtilitas. Est autem quædam vtilitas † pignori dare licere: vel dic quod fructus rei est pignori dare licere, s. vsumfructum. Vsusfructus enim obligari potest à fructuario: vt ff. de pignoribus. si is. § vsusfructus, & l. seq. aliud in proprietate, vt hîc. *Eadem possessio redderetur.* Et ita inæstimata fuit data proprietas, vnde hîc subaudi alium casum, vt patet per responsionem, quia quod dicit, eadem possessio redderetur, subaudi, vel eius pretium, & ita fuit data æstimata. Tres ergo casus videtur ponere, primum exprimit, & expressim ei respondet: quando s. datus est vsusfructus solummodò in dotem, quia non potest obligari proprietas: secundum similiter exprimit, s. quando proprietas solùm data est inæstimata, sed non ei expressim R. sed tacite per contrarium sensum eius quòd R inæstimata, & aliàs videtur infra de fun. do. l. 1. & 2. & Inst. quib. alien. licet vel non. in princ. tertio tacito respõdet expressim, s. quando data est solùm proprietas † æstimata: potest enim obligari. Quidam tamen voluerunt quinque casus ponere, si enim accepit solum vsumfructum in dotem, non potest obligare proprietatem vel alienare. Si verò tantùm proprietatem, refert data sit æstimata an inæstimata: si inæstimata, obligari nõ potest: si æstimata, distinguo: simpliciter, an eo pacto vt reddatur alterum: si simpliciter, obligari poterit, quia habetur pro vendita, vt j. de iure dot. quotiens. & ff. de iure dot. plerumque. Si autem pactum factum est, distingue, an fauore vxoris, quia sibi datur electio: an mariti. Si vxoris, quasi inæstimata non potest obligari vel alienari. Si mariti, potest: vt ff. de iur. dom. plerumque. §. vlt. & de fun. do. l. si marito. & l. erit ergo. & l. quòd si fundus. & hi quinque casus veri sunt, lex tamen ista non videtur ponere de tribus. L. 6.

Sic in veteri libro reperimus.

1 *Modica refectio pertinet ad fructuarium.*

L.7. EVM AD QVEM,&c. *Sarta tecta.* Quia tecta, id est, domos debet farcire suis sumptibus. modica enim † refectio pertinet ad fructuarium, scilicet ad fructus cogendos vel recipiendos: vt eo. hactenus, quam legem quidam habent pro. §. distingue etiam in expensis, vtrum ad perpetuam vtilitatem rei pertineat, sicut dicitur ff. de impensis in res dot. fa. l. 3. §. nos. Vel fortè intelligenda est l. ista, vt fiat quæstio de proprietario, quia ipse fecerat expensas in reficiendo, tenetur ei fructuarius restituere, nisi paratus sit recedere ab vsufructu: vt ff. eo. si absente.

L.8. NEQVE FRVCTVARIVM. *Præscriptio.* Intellige de præscriptione decem vel xx. annorum, aliud in longissima xxx. vel xl. annorum. quia illa ratione ius & omis actio tollitur. vel satis dici potest quòd nullo tempore præiudicetur proprietario: quia illa longissima præscriptio consueuit nocere petenti qui non possidet. hic autem proprietarius possidebat ciuiliter. ergo non potest ei præiudicari: vt j. de præscript. xxx. ann. malè agitur. & est arg. l. ista, ad hoc quòd feudatarius non possit præscribere, cùm dominus per legem vel consuetudinem retineat ciuilem possessionem.

L.9. VSVFRVCTV. *Et mancipiorum.* De quibus secundùm eorum conditionem vti debet, & alere & vestire secundùm ordinem & dignitatem eorum: vt ff. eod. sed & si quid. §. 1. & 2.

L.10. SI DOMINA. *Locaueris.* Assignatur contra j. locati. viam. sed ibi loquitur quando rem corporalem conduxit. tunc enim conductoris morte non extinguitur conditio. aliud in corporali, vt hîc, quia personale ius est, & ita moritur cum persona. sed in vsufructu distingue an habeam seruitutem vsusfructus: vt quando à domino proprietaris cõduxi, quia ille potest facere vt habeam seruitutẽ: & tunc morte exstinguitur, vt hîc. an non habeam seruitutem vsusfructus, quia conduxi à fructuario. ille enim bene poterit facere vt fructus perciperem, non autem seruitutem, id est, quod habebat in me transferre, & tunc non exstinguitur morte mea, sed morte primi conductoris: vt j. de iure. dot. si socrus, & ff. de peric. & commo. quòd si pendente.

HABITATIO. Id est, ius habitandi: & differt ab vsu & vsufructu: vt nota j. eod. cùm antiquitas.

1 *Legatum conditionale.*
2 *Vsusfructus sæpius præstatur.*

L.12. AMBIGVITATEM. *Sub certo tempore.* Id est, ad certum tempus: vt paret per sequentia. *Ad eam peruenerit, siue non,* &c. Et videtur contra. ff. de legatis 1. si cui legetur cum xiiii. per l. enim illam videtur quòd legatum tale † sit conditionale: & si hoc, deficiente conditione deficit legatum: sed hîc deficit conditio, quia non peruenit ad illam ætatem: ergo videtur quòd non possit peti. & hic dicit contra. sed ibi reliquit cùm ad ætatem xiiii. annorum peruenerit: & sic est conditionale legatum: vnde deficiente conditione deficit relictum, vt dicit. ita est in pecuniario legato: speciale tamen est in libertate fideicommissaria, cùm sic relinquitur, vt non conditio, sed dies videatur inesse: vt j. de fideic. liber. aliud in testamentaria: vt j. de test. manumis-

nomiſſine, cùm teſtator. ſed hîc contra. eſt. voluit enim dari vſumfructum teſtator donec illa veniret ad ætatē illam. ergo voluit me ſtatim vti frui. ergo non eſt conditionale: vt ỹ. quando dies lega. cedit, ex his verbis. dicendum ergo quòd Lilla loquatur in aliqua re corporali præſtanda, quam in euentum conditionis dari voluit hîc in vſufructu, 1 † qui ſæpiùs præſtatur. vnde cùm ita relinquitur, donec filius vel alius ad eam ętatem peruenerit: ſi ante moriatur, nihilominus debetur, quia cùm ita continetur ex eo quòd peruenit, voluit nō deberi. vnde ſi antè decedat, cùm non peruenit, non voluit non deberi, & ideo nihilominus poteſt percipere. *Donec in furore*. Id eſt, donec peruenerit ad ſanam mentem: illa ſuperueniente deſinit deberi. vnde ſi moriatur in furore, non peruenit ad ſanitatem, vel ſanam mentem: & ideo durat vſusfructus, & extenditur in vſufructuarij vitam: vt hîc dicit.

1 *Habitatio morte naturali tantùm amittitur.*

CVM ANTIQVITAS. *Et ſpecialem natur. ſorti. eſ. habita.* Vt inſtit. de vſu & habita. §. vlt. ſi. n. non ſpecialē naturam ſortita eſſet habitatio, ſed eſſet eiuſdem naturæ, cuius vſusfructus vel vſus, ergo amitteretur capitis deminutione, vel vtendo, vt inſtit. de vſu & habit. & 1 de vſufru. §. vlt. ſed hoc falſum eſt. Morte enim † naturali tantùm amittiur, ff. de vſu & habit. ſi habitatio. Aſſignatur contra. ff. de vſu & habit. cæterùm. Sed ibi non dicit quod ſi habet habitationem, poſſit locare: ſed ſi habet vſum, dicit quòd non poteſt locare ſeorſum à ſe, ſed hoſpites recipere: at ille qui habet habitationem, ſeorſum à ſe & ſecū poteſt hoſpites recipere, vt hîc. Sed videtur quòd illa verba, vſumfructum habitationis relinquo, non valeant: non enim poteſt eſſe vſusfructus ſeruitutis, vt ff. de vſufructu. l. 1. ſed iſtud ita eſt intelligendum, vſumfructum habitationis, id eſt, vtilitatem habitationis, vel ipſam habitationem, quaſi ſequens verbum ſit expoſitio ſequentis, vt ff. de vſu & habit. ſi habitatio. L. 13.

1 *Hæres hæredis, teſtatoris eſt hæres.*
2 *Verba generaliter prolata, generaliter ſunt accipienda.*

ANTIQVITAS DVBITABAT, &c. *Apud heredem.* Legantis, q. d. teſtator legauit fundum deducto vſufructu hæredibus ſuis. *Solutus modis.* Morte, capitis deminutione. *Vnà cum hærede.* Scilicet 1 primo. Videbatur contra, quia hæres † hæredis teſtatoris eſt hæres, vt ỹ. de hæred. inſt. l. vlt. ſed illa regula fallit hîc, & in pupillari ſubſtitutione, vt ff. de vulg. ſubſt. qui liberis. §. vlt. in aliis caſibus. vt ff. de verbor. ſign. ſciendum. contra. eſt arg. in priuilegio conceſſo mihi & hæredibus meis: nam in perpetuum ſuccedentibus durat: vt ff. de iur. immun. immunitates. Præterea videtur in alio caſu recipere inſtantiam, vt ff. de verb. oblig. ſtipulatio iſta, habere §. ſi quis ita. aliàs verba gene- 2 raliter prolata, † generaliter ſunt accipienda, vt dicit canon, ſi Romanorum. & ff. de leg. præſt. bon. poſ. contra tab. pet. l. 1. §. generaliter. & ff. de publ. de pretio. L. 14.

INTER ANTIQVAM. *Multi enim ea. reb. inc.* Interpoſitio eſt.

1 *Vsusfructus non vtendo amittitur.*
2 *Res incorpor. non recipiunt traditionem.*
3 *Tempus non est modus tollendæ obligationis.*

L.16. CORRVPTIONEM. Id est, amissionem. *Per modum & tempus.* Id est, per moderatum tempus. *Dubitabatur.* Non in omnibus casibus, sed in vno, vt dicit consequenter. *Non vtendo.* Per annum vel biennium. *Excludere.* Et sic non vtendo per x. annos vel xx. amittitur vsusfructus † & personalis actio. cùm de vtroque s. fecerit quæstionem. Sed videtur quòd non habeat locum etiam de facto quæstio Imperatoris: oportet enim quòd is cui debebatur vsusfructus, cœperit eum habere, aliàs enim mori non posset. vt ff. quib. mod. amitt. vsusfr. l. 1. Fit ergo meus per traditionem & solutionem: quando ergo potest habere locum quæstio, vtrum personalis actio tollatur non vtendo: quia omnis obligatio tollitur solutione eius quod debetur, vt inst. qui. mo. toll. obl. Ergo si soluit, tollitur personalis actio, & ita non habet locum tollatur post per capitis deminutionem, vel non vtendo. Resp. Quia hic fit oppositio si aliter non posset fieri meus vsusfructus, nisi per traditionem & solutionem, quod falsum est. Aliter enim potest esse meus vt legatus est in testamento: sicut enim iudex in domo lorica legata, quòd ab adita hæreditate transit dominium, vt ff. de fur. à Titio. & de pecu. sed si damnum. & ita in vsufr. & qualibet seruitute, vt ff. quemad. seru. amitt. si partem. §. 1. In hoc ergo casu competenter potest quæri, si amittatur vsusfructus non vtendo, vtrum & similiter tollatur actio personalis ex testa. sed & in alio casu potest habere locũ cùm debetur mihi vsusfru. ex aliquo pacto inter viuos. Licet enim inductus sit fructuarius in possessionem, non valet illatio, ergo solutione sublata est obligatio, quia regula illa locum habet in corporalibus, vsusfructus res incorporalis est, & ius, vt inst. de reb. incorporalibus. Ergo ibi non habet locum regula tua, res enim incorporales non † recipiunt traditionem vel solutionem, vt ff. de acq. rer. dom. seruus. §. incorporales. Sed videtur quòd tradi possint. cùm dicat l. per traditionẽ & patientiam constitui seruitutes: vt ff. de Publicia. si ego. §. 1. sed glosa per traditionem, & pro i. vel patientiam. Nec enim tradit vsumfructũ si inducit in possessionem fundi, & sic patitur vti frui. & per hoc quasi possidet vsumfructum, vt ff. eod. l. 3. Ende & lex dicit, quoniam seruitutes sine prædiis possunt constitui: nemo enim potest seruitutem acquirere, neque quisquam potest debere, nisi qui habet prædium: vt ff. communia prædiorum. l. 1. & hoc intellige vt seruitus cœperit esse in sua substantia, & cum effectu debeatur: alioquin etsi nõ haberet prædium, benè posset, vt ff. famil. erciscundæ. hæredes eius. §. an ea. Ergo etsi induxeris me in possessionem, non es liberatus traditione: imò habeo confessoriam contra te, & ex stipulatu, vt patiaris me vti frui. bona est ergo quæstio imperatoris, vtrum amisso vsufructu non vtendo vel cap. deminu. tollatur actio personalis: & dicit quòd nedum vsusfructus non amittitur non vtendo, sed nec etiam personalis actio. nisi non vsus fuerit per x. vel xx. an. tunc tollitur vsusfruct. & personalis actio: licet videretur extendi ad xxx. vel xl. an. vt j. de constit

pec.

pec.l.pen.& ꝟ.de hæred.petit.sed hîc cōtrà.est, quia tollitur per excep non ipso iure: quia tempus non est modus † tollendæ obligationis: vt ff.de actio.& oblig.l.obligationum ferè.

EX LIBRIS. *Apud filium remanere.* Sed quis est fructuarius? si pater, ergo morte eius exstinguitur: si filius, similiter eius morte exstinguitur. sed intellige quod hîc dicitur, quando dubitabatur cuius contemplatione esset relictus vsusfructus. si enim certum esset cuius contemplatione legatus esset, morte ipsius finiretur, sicut dicitur in donatione causa mortis: vt ff.de donat.cau.mortis.l. si filio. assignatur contra.ff.de vsu & habita.plenum.§.si vsus.Respon.ibi non dicit cuius morte finiatur, sed quis posset vti rei durante vsufructu. nam si patri relinquatur, ipse & familia poterunt vti. aliud quando acquiritur per filium, quia pater potest vti, non cum tota familia sua. Item videtur cōtradicere ff.eo.qui vsumfructum.§.vlt. dic pro ibi secundùm Pisanam literam, serui Titio.& sic non contradicit, vel si habes seruo Titij, dic quòd hæc corrigit illam. L.17.

DE SERVITVTE ET AQVA.

TIT. XXXIIII.

1 *Confessoria pro vindicanda seruitute datur.*
2 *Titulus quando non requiratur.*
3 *Causa continua in seruitute quid.*
4 *Præscriptio libertatis.*
5 *Scientia & patientia Domini, quando exigatur.*

SI QVAS ACTIONES. Bene dicit. si quas putas tibi competere actiones. ipsi enim qui postulant consilium, sciunt meliùs naturam & veritatem rei quàm alius. sed homines malititiosi exercentes versutias & calumnias non dicunt suo perito veritatem negotij. tamen non dicit l.ista vtrum competant actiones aliquæ vel non aduersus hunc qui sic contra veterem formam exstruxit. sed nunquid possunt competere? Et certè sic plures. datur enim pro seruitute vindicanda † cōfessoria. præterea si ex pacto debebat, datur personalis. non enim personalis adquiri potest ex tempore, cùm non sit modus constituendæ obligationis. vt ff.de obligat. obligationum ferè. §. placet. Item datur interdictum vti quasi possidetis, si sim in serui possessione, ne me inquietet: vt ff.eo.quotiens.& si seruit.vind. sicuti. §.Aristo. Item datur Publiciana: vt ff.de Publicia.§.1. *Contra veterem formam.* Id est, obligationem seruitutis debitæ, quia vicinus obligatus erat ad seruitutem præstandam. Vel glossa, id est, veterem siue formam vt ita præscripserim, vel habeam actionem.& sic præscriptione vel actione possim eum prohibere, sed de prima expositione non est dubium, de alia dubitari posset: quia nunquam est intelligendum quòd si domus vicini nullam debeat seruitutem ex eo quòd habuit depressam longo tempore, possim eum prohibere. potest enim esse quòd pauper fuit, nec ædificare potuit. mod ditatus est, & vult eleuare domum suam. & videtur quòd non possim eum prohibere: vt ꝟ.eo.altiùs. vnde intellige quòd crede- L.1. 1

bat se habere seruitutem in domo vicini, qui vicinus semel ædificare voluit, & alius vel pater ipsius prohibuit ipsum. si ita fuit in quasi possessione seruitutis, & bona fide. aliter enim non prodesset: vt ff. quemadmo. ser. l. vlt. ad acquirendam sibi seruitutem. nec est † requirendus 2 titu licet in aliis rebus corporalibus requiratur. *Longi temporis cõsuetudinem.* Sed videtur contra. ff. eo. seruitutes prædiorum. & ideò quidam glossauerunt longi, id est, longissimi, hoc est eius cuius non extat memoria, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. vltim. & l. 2. §. antepenultim. Vel inhærens verbo intellige de longo tempore x. vel xx. annor. & dic quòd prædictæ ll. locum habent in seruitute quæ non habent continuam † causam, vt in itinere, & similibus. aliud in aquæductu: vt 3 in l. seq. item tigni immittendi: vt ff. eod. constitui. §. quæcunque, & in ea quæ naturalem habet causam, vt in casitatione stillicidij, vt ff. de seruit vrban. præd. foramen. & l. sed & si. Idem in seruitute altius non tollendi. ista enim habet naturalem causam. quare acsi esset perpetua, longo tempore acquiritur, vt hîc dicit. vnde & l. dicit quòd vbi seruitus non inuenitur imposita: qui diu vsus est seruitute neque vi neque clàm nec precario habuisse lõgam consuetudinem velut iure impositam seruitutem videatur, vt ff. de aqua plu. l. 1. §. vlt. ad idem ff. de vsur. cùm de in rem verso. *Modò si u, &c.* Id est, cum isto moderamine. *Si is qui pulsatur.* Scilicet, per ædificium alterius, id est, tu cui seruitus debetur, nec vi, nec clàm nec precariò possederis: & sic primùm quidam posuerunt in acquirenda seruitute. Ibi autem, *Et is qui iudex, &c.* Vsque in finem posuerunt alium casum, scilicet in amittenda seruitute. & quod dicit de longi temporis præscript. referunt ad præscriptionem longi temporis x. vel xx. ann. quæ spectatur † in libertate præscribenda, vt ỹ. eo. l. vlt. ff. si serui vind. si sit. & sic ponitur hoc nomen seruitutis impropriè pro libertate, vt ff. de seruit. vrb. pręd. l. 1. & in vsucapienda libertate exigitur bona fides, & factum suum, vt ff. de seruit. vrban. prædio. hæc autem iura. Vel pone totum casum in acquirenda seruitute, nec facias hîc transitum ad aliam personam. Hic ergo ideo quia scientia domini exigitur ad hoc quòd acquiram seruitutem non eius qui vi vel clam possidet, vel precario, & sic notatur in præscriptione rerum corporalium & incorporalium, quia exigitur hîc † scientia & 5 patientia domini, ibi non, vt ỹ. de præscript. long. temp. l. vlt.

1 *Sola interdictione interrumpitur vsucapio.*

L. 2. SI AQVAM. *Eo sciente.* Ergo scientia domini est necessaria in vsucapienda seruitute, non prædonis, vt s. l. prox. sed videtur contra. ff. de aqua cottid. & æstiua. hoc iure. §. ductus. sed hîc loquitur quando duxit per possessionem priuati: aliud si de fonte publico, vel ibi non ducebatur aqua continuò, & ita non habet continuam causam, quia si haberet, sufficeret longum: vt hîc, & ita hæc seruitus longo tempore adquiritur, sunt & aliæ, vt notaui s. *Interdictus,* sc. per litis contestationem, quia proponebatur negatoria: vt s. de rei vendic. motæ. si per ætatem est, vt ỹ de præscript. x x. anno. cùm notissimi. Vel ipso facto interdictus est, quia impediebatur ducere, sicut aliàs, ff. de vsucap. naturaliter. Vel fortè hic sola † interdictione interrumpitur vsucapio, 1 quod

quod nõ est aliàs.& quòd possit intercumpi,probatur ff.de vsur.idem. & l.seq. Vel potest intelligi de interdictione quæ fit per iudicem. Vel dic speciale hîc,nec erit contrarium ff. de serui vendit. sicuti. §. planè. quia ibi aliter putabamus.

ET IN PROVINCIALI. Non tantùm in Italico. L.3.

AQVAM. *Vsu eiusdem aquæ perti.* Ratione proprietatis: secùs si ratione seruitutis,donec esset agrum ingressa,vt ff.de seruit rustic. ex modo.& de aqua cottid.& æst.l.1.§.illud.& est simile huic l.ff.de seruit.rust.l.2.in fin.& l.per quem locum. L.4.

SI QVID DAMNI. Habetur enim ratio interesse: nam in confessoria & negatoria venit fructus,vt ff.si vsusfr.pet.l.vtisi ui. §.vlt. L.5.

PRÆSES. Consonat huic l.ff.commun.præd.vend.tot.§.vlt. L.6.

SI MANIFESTE. *Prouidebit.* Debet enim spectari pactum, consuetudo longa,cùm habeat continuam causam,vt s.l.1.& 2 L.7.

ALTIVS,&c. Consonat huic l.de seru.vrb.præd.cùm eo. & l. cuius. L.8.

SI IN ÆDIBVS. Suprà posuit quando nulli debebatur seruitus, hîc ponit econtrà. L.9.

SI TIBI. *Nec hac non vtente te.* Aliàs.Hanc te non vtente. L.10.

PER AGRVM. *Nemo rectè prohibetur.* Quid si habeat plaustrum in via,& ego volo transire,nunquid compellitur remouere? Resp. vt ff.ne quid in loc.publ.l.2.§.2. L.11.

NON MODVS PRÆDIORVM. Id est, Si post constitutionem seruitutis aucta sunt prædia. L.12.

1 *Negatoria quo tempore tollatur.*
2 *Ius prohibendi præscribitur.*

SICVT. *Sed vnius spatium.* Suprà tit. 1. corruptionem. *Differentiis explosis.* Ergo confessoria tollitur spatio x. vel x x. annor. sicut rei vindicatio.sed negatoria quo tempore tollitur? Resp.in his quæ continuam † habent causam x.vel x x.vt s.l.10. In aliis verò nullo tempore secundùm quosdam,vt ff.de seruit.seruitutes.Sed Ioan. dixit eam xxx. annorum tolli spatio.Sed tamen agetur pro præsenti aditione. Vel dic quòd præscribitur † ius prohibendi,quia non poterat prohiberi. Nec sequitur,ergo est ei quæsita seruitus,qui vtebatur Est enim contra legem,quia licèt prohiberi non possit,non tamen est ei quæsita seruitus, vt & aliàs ff.de seruit.rust.per fundum.Et dic vt diligenter ista quæstio tractatur in summa de vsufr.§.quæritur. L.13.

1 *Tempus præscript. quomodo duplicatur.*

CVM TALIS. *Si in primo vel secundo.* Vel pro &.*Singulo die.* In quo scilicet,poterat transire ad syluam suam x x.*an.desidia.* Videtur ff.quemadmo.seruit.amit.si sic.dicit enim duplicari tempus. & quidã intellexerunt x x.inter præsentes x L. annis inter absentes. nostri doctores dixerunt † hîc duplicari tempus inter præsentes & absentes, & sic colletur vbique x x. annis. *Nemini licere sic ædificare.* Assignatur contrà suprà eod.altius.sed dominus M. dixit,quòd speciale est quod hîc dicitur in area propter publicam vtilitatem, licet non debeat seruitutem. Domino B. visum fuit intelligendum quando pactum fuit L.14.

ne altiùs tolleret.cùm enim ibi domum non habeat cui nocere possit, videbatur pactio nulla:vt ff.de seruit.quotiens.sed tamen contra.est,vt hîc dicit, ne inutilem domino aream & fructuum etiam inutilitatem faciat.

DE LEGE AQVILIA. TIT. XXXV.

L.1. DAMNVM. Damnum † dicitur à diminutione patrimonij: 1 vt ff.de dam.infect.l.3.si verò damnum non sit datum, imò emolumentum,si excisa sit silua cædua,cessat hæc actio,sicut cùm quis colligat oliuas meas matoras.nulla enim iniuria est,cum tibi impensas donauerit.vt ff.eo. si seruus seruum §. si oliuam.*Per iniuriam*.Id est,culpam vt ff. eo. sed & si quemcunque §. iniuriam.licet aliàs diuersimodè sumatur,vt ff.de iniuriis. l.1. & est necessarium quòd vtrumque interueniat & damnum,& culpa, sine damno † enim non datur hæc actio,vt s̄.probatum est.Item sine culpa licet dānum datum sit, non datur, sicut est in damno dato ab infante, vel ad 2 mei defensionem:vt ff.eod.sed & si quemcunque.& legibus præcedētibus, & ff. de rei vindica. quod infans. oportet enim quòd damnum intercedat.& sumitur largè damnum † etiam pro lucro quod potuimus sentire:vt ff.eo.si seruum meum.§.1. est & præterea culpa necessaria:& nomine culpæ continetur dolus,& etiam leuissima culpa:vt ff. eo.in l.Aquilia.etiam leuissima,nisi in causa:vt eod.item si putator, & ff.de acquir.rer.do. homo liber, §.1. credo tamen quòd si damnum sit damnū, eo ipso videatur iniuriari,& per culpam datum:nisi probetur contra.vt j̄.ad l.Cor.de sica.l.1.& de iniuriis,si nō conuicij, & expressius.ff.eo.si quis fumum.§.quod dicitur. *Si probare potest*. Considerauit finem,& quod solet accidere, sc. quòd actore nō probante absoluitur reus:tamen siue probet,siue non,vti potest actione legis Aquiliæ, qui interrogatus fortè per sacramentum calumniæ confitebitur,simile habes. ff. de negot. gest. l. vlt. nec est contra. ff. eod. proinde. quia actor debet probare quanti sua interest: & per probationem ipsius iudex † æstimabit damnum.vt instit. de ve:bor. ob.§. vlt.& ff. de præto. stip. 4 l.vlt fortè & res ipsa vel aspectus ipsius rei testificari posset pro damno vt iniuriarum in actione fin.reg.& tutelæ:vt de fe.l.2.& fin. regūd. l. si irruptione. j̄. de administrat .tut.lex quæ. nunquid deficiente actore deferet iudex sacramentum actori? & fortè non,nisi quando dānum datum est † impetuosa violentia : vt j̄. vnde vi. si quando. *Legis* 5 *Aquiliæ*.Dicitur autem ita ab auctore:vt ff.eo.l.1. quandoque appellatur damni dati,vel damni iniuriæ.

SI LEGIS. *Depofuiffe.* Nifi deponeretur caufa incendij arcendi: vt ff.eod.fiquis fumo.§.quod dicitur,& ff.quod vi aut clam.fi alius.eft & alia exceptio,fi aquam fontis vel riui tui.& ita ratione damni datur Aquilia vel interdictum quod vi aut clam, quia molitus eft aliquid in folo meo:vt ff.quod vi aut clam.l.1.in prin. L.2. *Sic in libro veteri,Sed credendum eft verbum (auertit) omiffum fuiffe,vt fit fenfus perfectus.*

1 *Quando criminaliter agi non poffit.*
2 *Abfolutio pura.*

EX MORTE. *Quàm crimina.act.* &c.intentata enim ciuili nõ prę-iudicatur in criminali,cùm competant pro re familiari: vt j. quã-1 do ciui.act.l.1.fi verò ciuiliter agam, interim † non potero agere criminaliter:fed finita caufa,illa bene potero iudicium aliud exercere,vt dicit lex,obfcurè tamen.ff.vi bon.rapt. quæ dicit nihilominus denegãdam nõ effe actionem, &c.quafi diceret,deneganda eft accufatio,fubaudi interim.quidam dicunt nihilominus,id eft,multò magis, fed alia litera melior eft.folet quæri, fi ciuilem propofui actionem, & abfoluatur reus in ciuili:an poftea poffim de crimine accufare ipfum, quidam dixerunt quòd non:fed Io.contra, quòd idem facit condemnatio 2 cum folutione,quod facit abfolutio † pura:vt ff.de excep.rei iud. fi quis cùm totum.§.planè.Sed contra hanc opinionem, & pro aliis videtur multum facere lex,j.de fid.inftrum.l. vlt. fed quod ibi dicitur, intelligendum eft non quoad hoc vt puniatur corporaliter: vnde fi velit accufare criminaliter,poteft,nec refcindetur prima. L.3.

CONTRA. *Probetur.* Et hoc quia conuincitur per teftes: aliud fi per iufiurandum,vt ff.de iureiur.eum qui.Prçterea intellige quãdo perftitit in negatione:fi enim pœnituerit,& fic confiteatur, non in duplum condemnabitur, maximè ante litem conteft. vt ff. de noxal. electio.§.neque. L.4.

DE PECORIBVS. Affignatur contra. ff. eod. item fi obftetrix,§. item fi quis hominem.Sed hîc datur vtilis l. Aquiliæ de æquitate,ibi in factum in fubfidium directæ l. Aquiliæ, & fimiliter de æquitate,& ideò non contradicit.*In duplum.* Notandum eft quod hîc dicitur,quia licet aliàs dicat l.contra negantem in duplum dari actionem l. Aquil contra confitentem in fimplum: vt ff. eod. idem Neratius.§. pen.videtur tantùm dictum effe de directa.fed idem eft in vtili,vt hîc, & in actione in factum,quando damnum datum eft à non corpore in corpus. L.5.

DE HIS. *Ex fententia l. Aquilia* Datur enim vtilis vel de paftu pecoris,cùm ipfa pecora fe immifcuerunt,quia non homo fuo corpore damnum dedit: non autem agitur directa,ficut aliàs dicit l. cùm aliquid confumitur eo vfu ad quem eft inuentum: vt ff.eod. qui occidit.§.fi quis alienũ. Secus fi glans tua in meum fundum cadat, & eam immiffo pecore depafcam.Nec enim habet locum l.Aquiliæ actio, vel de paftu pecoris,fed in factum,vt ff.de præfc.verb.qui feruandarum. L.6.

FAMILIÆ ERCISCVNDÆ. TIT. XXXVI.

1 *Famil.ercifcund.iudicio femel agendum.*

L.1. SI NON OMNEM. Ideò dicit, quia si omnis esset diuisa, certum est quòd non habet locum actio famil.ercisc. Assignatur contra. si filia. §. famil.erciscund.Respon.Quia hîc causa cognita iterùm intentatur, fortè quia erat minor. ff. eod.l.vlt.aliàs ampliùs quàm semel agi † non posset,vt ibi. Vel quòd agitur communi diuidundo pro his quæ remanserunt indiuisa, vt ibi dicit:& sic glossa famil.erciscc.id est,communi diuidũdo: sicut quidam fecerunt:vel aliter,quia hic nec actum fuit famil. ercisc. iudicio, cùm spontanea voluntate sua diuiserunt quædam, vt dicit: secus si coram iudice,vt ibi,& hanc solutionem facit ff. eo. cùm putarem. 1

1 *Probabilis ratio.*
2 *Aduerbium redditiuum rationis.*

L.2. VXOR. *Cui dotem numerauerat.* Ita est cùm numerauit patri, idem si marito iussu patris, aut si vertit in rem patris: præcipiet enim dotem,vel si in peculium,in quantum patitur peculium,vt ff.eo.si filia. §.1. *Cùm hæres ei.* Id est,patri.Nec est necessaria ratio, sed † probabilis: etsi enim hæres non extiterit,nihilominus agere potest ad dotem vtili famil.ercisc.vt ff.de dote præleg. l.1. §Celsus. Vel intellige quòd non agat famil. ercisc. nisi extiterit hæres, & nota vtili, id est, in factum. *Adhuc in matrimon.* Ideò dicit,quia si semper actum esset matrimoniũ in vita patris,non ageret: vt ff. eod. si maritus. *Ad exequendam.* Id est, consequendam,ab exequor exequeris: non exæquandam, ab exæquo exæquas.Mortuo enim patre quædam filios sequuntur etiam antequã fiant hæredes,vt matrimonium,liberi,& tutelæ:vt ff. eod.si maritus.& ideò dotem debet percipere, quamuis, i. quia. vt sit † redditiuum rationis,non aduersatiuum:vt quamuis matrimonium post mortem patris modico tempore tenuit,sic ergo dotem præcipiet,cùm onera matrimonij sustineat,vt ff.de iur.dot.si is qui.§. ibi. 1 2

1 *Crimen expilatæ hæreditatis,quando exerceri potest.*

L.3. ADVERSVS. *Secundùm iuris formam.* Quia offerri debet libellus, vt s.de lit.cont.offeratur. *Sublatum.* Potest etiam agi furti, licet res fuerit communis, si appareat rem contrectasse malo animo, vt ff. pro soc.rei communis. *Expilata enim hæred. &c.* Intenditur enim illud crimen deficiente alia actione:vt j.de crim.expil.hæred.l.vlt. nec videtur vsquequaque verum quod hîc dicitur,quia nónne datur rei vindica. & hæred.petit.si quis iacentem hæreditatem vel aditam, non tamẽ apprehensa possessione expilauit, & nihilominus crimen † illud exerceri potest?Respond.quòd sic,sed ratione possessionis, aliud in actione famil. ercisc. quia datur ratione eiusdem criminis. & quando locum habeat crimen expilatæ hæreditatis, videtur ff. de crimin. expi. hæred.l.2. 1

1 *Liber & similia non conferuntur.*

L.4. SI FILIVS. *Donatæ tibi.* Eunti in castra. *A patre.* Vel matre, vel aliis propinquis vel amicis:vt j.l.xii.de castren.peccu.l.1. *Non communes cum frat.tuis habes.* Et sic speciale est hîc.quod donatio valeat facta filio

cta filio manenti in potestate. alia sunt specialia, vt notaui s. de inoffi. do. l. 2. & est arg. l. ista pro filio eunti ad scholas, quòd si quæ res mobi-
1 les vt libri † & similes datæ sunt ei à patre, non sunt communes. Obueniunt. ab extranea persona, & sic in patre distinguitur, dederit mobile, an immobile, non in extraneo. sed tamen & si pater dedit immobile, morte videtur confirmari: sicut in eo qui non est miles: vt j. de donat. int. vir. & vxo. l. antepe. & præterea intellige cùm datur ab his qui ex castris noti sunt. aliàs enim non esset castrensis peculij: vel si id non sine militia erat adquisiturus: vt ff. de castren. pec. si forte & l. castrēse.

IN IPSIVS. *Clementia.* Dominica & humanitas. *Nouissimam eius voluntatem*, &c. Sicque iudex faciet diuisionem, vel curabit pœnas imponi: vt ff. eo. his consequenter. §. sed an. L. 5.

EA QVÆ. IN *Nominibus.* Nomina appellantur actiones: vt j. de actio. & obl. l. nominibus. & de legat. ex legato nominis. *Non recipiunt diuis.* Quod dicit l. ista, verum est quando tantùm sunt nomina in hæreditate: vt ff. eo. hæredes. §. 1. si verò sunt aliqua corporalia, gratia corporalium veniunt nomina non diuidēda, quia ipso iure diuisa sunt pro portione hæreditaria, vt s. de pactis, pacto successorum. sed quia laboriosum esset me agere pro tertia & illum, veniunt adiudicanda vel assignanda: vt ff. eod. l. 3. & 4. eadem ratione sunt diuisa prædia: cùm si sint duo, cuique competit dimidia. Respon. verum est, sed tantùm pro indiuiso, & possunt diuidi, sed nomina non: vt hæc quæstio in summa notatur super l. istam. L. 6.

1 *Hypothecaria actio.*
2 *Vniuersale natura & effectu.*

SI QVA. *Suas partes debet accommodare.* Primo casu datur actio ex testamento ad legatum, sicut cuilibet extraneo. siue præceptionis
1 modo relinquatur, siue alio quocunque, datur etiam † hypothecaria, vt j. communia de lega. l. 1. si verò vult agere fami. ercisc. vt in secundo casu veniunt ibi res hæreditariæ diuidendæ, quæ scilicet diuidi
2 possunt, veniunt etiam adiudicandæ. est enim vniuersale † natura & effectu: quia eius naturæ est quod pro vniuersitate detur: & efficaciter pro ea datur, & ideò in eo vniuersaliter omnia veniunt: vnde iudex assignauit secundùm legem testatoris vt hîc & ff. eod. rem pignori, & l. si ita. L. 7.

BONA. *Famil. ercisc. iud.* Vno etiam vt ff. eod. hæredes. §. de pluribus. idem in actione pro socio, quia pro pluribus societatibus possum intentare vnam actionem pro socio: vt ff. pro socio, cum duobus. §. plures. *Vt diuidantur.* Quando diuidi possunt si non recipiunt diuisionem, vel non possunt commodè diuidi, fiet adiudicatio: vt j. communia vtriusq. iudi. possessionum. & instit. de off. iud §. penult. L. 8.

1 *Fructibus augetur hereditas.*
2 *Actio directa famil. erciscunda.*

NON EST AMBIGVVM. *Titulus.* Id est, actio. & quot modis dicatur titulus notaui s. de petit. hæred. cog. *Portionem hæredi.* Quia confitetur te esse hæredem, tunc enim habet actionem famil. L. 9.

ercifc.& augetur hæreditatis portio fructibus: vt dicit, fi verò diffiteatur te effe cohęredem,tunc habet locum petitio hæred.pro hæreditatis portione:vt ff.eo.l.1.Sed in eo quod dicit,portio.hæred.fructuum incremento † augeri, videtur diftinguere quædam lex, vtrum fcilicet cùm percepit fructus fcierit fe habere cohæredem,annon,vt ff.eo. inter cohæredes.§.fructus.fi enim fciuit & percepit,augetur hæreditas. fi ignorauit,facit fuos tanquam bonæ fid.poff.vt ꝫ.rei vendic.& fi. regun.vt ff.fin. reg. l.4. fed fiue fciat, fiue non, augetur femper hæreditas,tamen vbi fcit,proponitur † directa famil. ercifcund. quia fecit vt cohæres : vt ff. eod. ex parte. & l.& puto.§. 2.Præterea quòd augetur fructibus,probatur,quia ita eft in hæreditatis petitiohe,vt s.de hære. pet.l.2.& fenatufconfultum quod in petitione hæreditatis factum eft, habet locum in familiæ ercifcundæ actione,vt ff.de hæredit. petit. fed & fi lege con.§. hoc fenatufconfultum.& §. vlt. & legibus fequentib. Ergo ficut in hæreditatis petitione bonæ fid. poffeffor facit fuos fructus,fed poft tenetur reftituere hæreditatis petitione,ita hîc, & fic augent hæreditatem.

1 *Legis Falcidiæ ratio quando habeatur.*
2 *Certæ poffeffiones.*
3 *Vltima derogant primis.*

L.10. QVOTIENS INTER OMNES. Si enim inter quofdam fucceffionem diuifit,& alios fimpliciter inftituit,hęredes primi habentur loco legatarij, & ita non detraherent Falcidiam. Vnde benè dicit omnes,quia quemlibet inftituit hæredem in prædiis, hunc in pofitis citra Rhenum cum mancipiis quæ ibi erant conftituta: illum in aliis quæ erant vltra Rhenum, fimiliter cum mancipiis fuis: & ideò inter eos habetur ratio legis † Falcidiæ, vt ꝫ. dicit,falua lege Falcid.&c.Sed fi teftator inftituit quofdam in prædio quodam quod non valet nifi tres folidos cum mancipiis, alios in c. prædiis cum mancipiis, vterque fimpliciter intelligitur inftitutus, & ita de præceptione alterius detraheretur Falcidia,vt optimè tractat de ifta materia. l. ff. de hæred. inftit.ex facto proponebatur.Poteft etiam poni cafus non cùm eos inftituit in certis † poffeffionibus, fed affignauit vel diftribuit inter eos ea prædia: & ita non voluit inter eos teftari. Habet enim locum Falcidia, vt quando dies legat. ce. l. vltim. Sic ergo valet hîc in certa re vel rebus inftitutio, licet exhæredatio à re certa non valeret. & hoc.nifi alij in vniuerfum vel quota portione fuerint inftituti, vt fuprà dixi. & notaui infrà de hæred. inftit. quotiens. *Nec mutat quod in fequentibus, &c.* Si ergo commendauit hæredibus fuis omnia mancipia fua indiftinctè,fic adiiciens:vt volo quòd habeatis mancipia mea commendata.per hoc non videtur velle communicanda mancipia,imò difcretiuè & diftinctè funt intelligenda verba, fecundùm priorem diuifionem, cùm vtique his ea videatur infinuaffe vel dixiffe , quibus etiam teftament.relinquenda effe decreuit:& fic non confusè funt dicta,fed difcretiuè,quia difcernuntur & diftinguuntur per præcedentia. Videretur tamen quòd per claufulam generalem derogatum effet prio-

prioribus, ficut & cùm dicitur, Titius, imò Seius hæres esto: per vltimum enim quod ponitur aduersatiuè, Titius non est hæres, vt ff. de
3 hæred. instit. si ita, & quòd vltima † derogent primis, dicitur ff. de iure codi. Diuus. & al. ff. de verbo. sign. si cùm fundum. Sed non ita est, imò per præcedentia determinantur posteriora generaliter prolata, & possunt ad hoc tria aurea similia induci, vt ff. de vulg. subst. cohæredi. §. qui discretas. & §. qui patrem, tertium. ff. de leg. 2. legatorum. §. vlt. arg. contra. ff. de legat. 3. qui complures. & est bonum hoc notare propter literas domini Papæ, derogentur prima per posteriora, an non, subaudi, & commendauit sic ff. eo. cùm putarem.

INTER FILIOS AC FILIAS. Idem enim est in filia, quod in filio, vt de legit. hæred. benè. L. 11.

NON IDEO. Consonat huic l. j. de probat. proprietatis, & l. cùm res. & s. si mi. se ab hæred. abst. l. 1. L. 12.

3 *Peculia castrensia vel quasi non conferuntur.*
2 *Dolus dans causam contractus, reddit ipsum nullum.*

CERTVM EST. *Peculia.* De castrensi vel quasi, non potest intel- L. 13.
1 ligi, nec enim conferuntur, imò † præcipua sunt: vt ff. de collat. bo. l. 1. §. nec castrense, idem in aduentitio, vt j. de colla. l. vlt. Restat ergo quòd de profectitio, & secundùm hoc impropriè ponitur quod sequitur, ad communionem esse reuocandum. Nam & ipsa erant communia: vnde intellige quòd reuocentur ad communionem in eo quod de facto processit, quia possedit & tenuit ea: non quòd desierint esse communia. Sic & dicitur rescindi venditio, quæ ipso iure non valuit
2 cùm dolus † dedit causam contractui, vt j. de rescind. vendit. si dolo. Aliud est simile ff. de feriis. l. 1. *Etiam ignorante.* Ideò dicit, quia si iussisset præciperet, & si nihil est in peculio. Idem si non iussit, sed verti in rem patris præcepit: secundùm quòd vires peculiares patiuntur, in quartam quantitatem condemnatus est his cum quibus ipse contraxit, sed obligatus, quia in quantum obligatus est præcipiet, vt ff. eod. si filia. §. 1. ad idem. ff. de pecu. sed etsi damnum. §. vlt.

1 *Cohæredes inuicem de euictione tenentur.*
2 *Actio ex stipulatu.*

SI FAMIL. ERCISC. Intellige l. istam quandò diuisio facta est à L. 14. iudice. si enim à testatore, non posset agi de euictione: vt ff de leg. 2. cùm pater §. euictis. *Præscriptis verbis.* Ergo tenetur actione præ-
1 script. verb. coheres, nisi † conuenerit vt vnusquisque euentum rei susciperet, tunc enim non teneretur, sed videretur quòd imò ad pretiū: vt ff. de act. emp. emptorem. §. vlt. sed dic quòd ibi solus venditor volebat non teneri de euictione. vnde & si in venditione comprehendatur nihil euictionis nomine præstaturum, vt & non vult. l. quòd venditor retineat pretium re euicta, vt ibi dicit: at hic vterq; subiecit se periculo: & ideo non agitur de euictione ad interesse vel ad pretium. sed videatur quòd hic non teneatur præscript. verbis actione, neque alio modo de euictione: quia ita demum tenetur quis, si cautum sit. & sic assignari potest cōtra. ff. de lega. 1. si domus, sed intellige quod ibi dicit

scilicet,necessariam esse cautionem, ad hoc vt sit ex † stipulatu actio: 1 quia aliter agi non potest ex stipulatu.sed tamen & si non cauerit,agetur actione præscriptionis:vt hîc & ĵ.communia vtriusque iudicij. *Si fratres.* Et potest quæri,si fecerunt diuisionem hæreditatis in quo erat allodium, hoc est res quæ propriè fuerunt patris, & feudum mihi adiudicatum est,tibi allodium:postea admissus est feudus, quia fortè decessit sine filio, vel alio modo. vtrum agi possit de euictione contra hæredem. & satis dici potest quòd sic, sicut in superiori casu. vel dic quòd si non est inter eos actum, videor recepisse cum periculo, & sic non agam de euictione.

L.15. SI DIVISIONEM. *Vsque ad id pactum stetit.* Quia non fuit processum ad traditionem,sed in pacto nudo steterunt, nec vltrà processerunt. tunc enim arbiter famil. ercisc. prouidebit inter nos finiri diuisionem: vt dicit. nec enim pactum diuisionis valuit ad agendum, nisi traditione vel stipulatione sumat effectum:vt ff.de pactis.l. diuisionis. sed videtur contra communi diui.l.5.§.vltim. dic quòd ibi res fuit tradita. & ideò iudex seruabit quod inter se pepigerũt: quia is cui traditum est,habet exceptionem,si in nudo pacto stetissent,non præiudicaretur alicui,vt hîc dicit,& s̄.dictum est.

1 *Testamentum quomodo rescindatur.*
2 *Quarta Trebellianica.*

L.16. FILII PATRIS. Disponentis inter liberos. & fac ita constructionem. filij nullam habent facultatem rescindendi patris test. si hoc inofficiosum probare non possunt. & intellige largè inofficiosum per exhæredationem,& ita habet locum querela,vel præteritionem: & sic bo.pos.contra tab.rescindirur enim † per aliquod eorum testa. vt no- 1 taui.ĵ.de bo.pos.contra tab. non ergo potest,nisi inofficiosum probet. sed tamen potest dicere irritum vel ruptum, vel solemnitate iuris destitutum.non tamen rescindit,quia à principio non tenuit: vt s̄.notaui de inoffic. testa. *Iudicium eius.* Scilicet patris, idem in matre & auo materno:vt ĵ.eo.inter omnes,& ĵ.de testa.hac consultissima. *Deficiat.* Quia solẽnitates desunt. *Retentionis modo seruato,&c.* Vt si tractetur de Trebellianica † quarta:quia rogatus est frater de restituenda portione 2 hæreditatis fratris, nihil sibi retento. detraxerit enim quartam: vel si habeat minus quàm sufficiat ad Falcidiam, detrahit enim de præceptione alterius,vt notaui s̄. eod.quotiens.sed & similiter retinere potest quartam delatam iure naturæ hodie trientem. *Addictum.* Addictus est,qui compellitur sequi quod ius dicat.

L.17. COHÆREDIBVS. Assignatur contra. ff.eo. l. 2. §.dubitandum, sed intellige quòd ibi dicit accipi posse iudicium fam.ercisc. inter pauciores hæredes ex pluribus propter damna vel expensas, aut alias personales præstationes,quas ab vnoquoque peti & exigi pro parte necesse, non antequam ad rei diuisionem accipi potest, vel dic etiam ad diuisionom,sed in præiudicium præsentium tantùm:vt ff. eod. cùm putarem.

1 *Iudi-*

1 *Iudicium famil. ercisc. est vniuersale.*
2 *Dos quando præcipiatur.*
3 *Donatio inter viuos, inter patrem & filiumfa. non consistit.*

FILIÆ CVIVS, &c. Duo videntur notabilia in principio, quia arbiter famil. ercisc. habet diuidere, habet etiam facere, vt præcipuè adiudicet quædam. & sic veniunt quædam in præcipienda actione fa. ercisc. quod videtur esse contra significationem vocabuli. non enim sonat nomen nisi de diuidendis, vt familiæ ercisc undæ, id est, substantiæ diuidundæ. & sic videretur quòd nihil veniat præcipiendum, sed 1 diuidendum tantum. quod falsum est. est enim † vniuersale iudicium, & ad omnia extenditur ratione hæreditatis inter cohæredes. vnde in hoc iudicium veniunt prælegata: vt s. eo. si quasi. sic & veniunt donata filiæ tanquam meritæ, quia bene seruiuit patri, vel conferens in eam vltimum arbitrium: aliud est cùm concessit filio peculium ad sui sustentationem: vt s. eod. certum est, & patet per l. istam quòd pater præsumitur donare filiæ eo quòd comparauit nomine suo. vnde est arg. pro libris emptis à patre filio, idem in equo & armis & similibus, quòd ea non habet communia cum aliis, sed præcipiat ea. ad idem j. de donat. inter vir. & vxo. si filij, si quis alteri vel sibi. l. 2. & ff. eo. quæ pater. & s. eo. si filius. vt ibi notaui. *Rescriptum est.* Ab imperatoribus. *His.* Subaudi rescriptis, & hoc per illud quod ante posuit. *Si patri successisti.* Ideò dicit, quia si non fuisset heres, non haberet locum actio 2 famil. ercisc, veruntamen dos † quandoque præcipitur ab eo qui non fuerit institutus: vt ff. de dote prælcg. l. 1. §. Celsus. *Famil. ercisc. vel nego. gest.* Nunquid habet electionem? & videtur per l. istam. sed tamen alias distinguit. l. potuit negotium pro parte geri, an non. In primo casu non agatur famil. ercisc. sed in secundo: vt ff. eo. hæredes, §. si vnus vel communi diuid. vt ff. communi diuid. si quis putans §. 2. nec obstat. s. de neg. gest. siue pro fratre. quia ibi desierat res esse communis: & ideo agi non potest communi diuid. directa, vt ibi notaui. Quæri possit quid si istud quod ita præcipitur, vtrum donatio inter viuos: an cau3 sa mortis vel legatum. Donatio inter viuos † non est, quia non tenet inter patrem & filium in potestate constitutum: vt suprà de inoffic. donat. si pater. nec donatio causa mortis, quia obligaretur donans, nec legatum, quia oporteret adiri hæreditatem ad hoc quòd fieret suum. Respond. quia est quasi donatio quædam: nec propriè dicitur aliquod prædictorum, & confirmatur morte, vt j. de donat. int. vir. & vxor. l. antepen.

L. 18.

1 *Actio leg. Aquil. contra negantem datur in duplum.*

INCERTI. *Vel deteriores fecerunt* Tenetur ergo hæres act. famil. ercisc. si deteriorauit res communes. sed & leg. Aquil. quia competit 1 pro damno dato: vt notaui s. ad l. Aquil. sed actio legis Aquil. † contra negantem competit in duplum, ista in simplum. præterea ista datur in hæredem, & si nihil ad eum peruenit: alia in quantum peruenit: vt ff. eod. damno. & ff. communi diui. l. item quamuis, & intellige quãdo deterioratio facta est dolo vel culpa. tenetur enim præstare eandẽ diligẽ-

L. 19.

tiam quam solitus est in suis rebus præstare, vt instit.pro socio.§.vlt. depositarius diligentiam adhibet quam in suis, qui licet adeò diligens sit, vt hominum manus desiderat, vt homines consueuerunt esse diligentes, si tamen curam in deposito non præstet ad modum suum, id est, quem obseruat in rebus propriis, fraude non caret: vt ff. depo. quod Nerua.

L.20. IN FAMILIÆ. *Ab vno.* Scilicet cohæredum, & vt plenè intelligas l.istam. distingue vt diligenter notatum est in summa super l.istam.

1 *Falcidia & Trebellianica detractio.*

L.21. SI COGITATIONE. *Exemplo Falcidia.* Ideò dicit quia sicut institutus detrahit Falcidiam, ita rogatus ab intestato restituere. Trebellianicam quartam detrahet, vel etiã si institutus est in minus quarta detrahit in præceptione alterius, vel vendicat debitam iure naturę: vt s̃. eo. quotiens, notaui. *Virili praterea*, &c. Assignatur contra. ff. eod. quæ pater inter filios. Solu. hîc viriles erant portiones hæreditariæ, & ideò siqua remanserunt indiuisa, in his viriles habent portiones, vt dicit. secus si non erant viriles portiones hæreditariæ, vt ibi. 1

L.22. SERVVM. *Suum non facit.* Exigitur enim titulus ad hoc quòd vsucapiat, vt ff. de vsucap. Celsus. nisi in casib. vt ff. pro lega. l. 4. & vlt. & ff. pro empto. quod vulgo.

L.23. LICET. *Mutari non possit.* Sunt enim nomina diuisa ipso iure pro hæreditaria portione, vnde & si pactum fiat vt vnus de hęredibus in solidum teneatur creditoribus, non mutat ius: vt hîc, & s̃. de pact. pacto successorum, si tamen placitum excesit, præscriptis verbis poterit conueniri, quia pactum non seruat: vt j̃. de rer. permut. rebus. *Stipulationis & iuris.* Id est, stipulationis iustè factæ.

1 *Quarta iure fideicommissi detractio.*
2 *Peculium aduentitium, non confertur.*
3 *Quasi prælegatum.*
4 *Verba precatiua & directa.*
5 *Quarta, de singulis rebus detrahitur.*
6 *Circa præcipuum, seu præceptionem, distinctio.*
7 *In vna re, detrahi potest Falcidia.*
8 *Violentia litera non inferenda.*
9 *Compensatio in quartam, opponi potest.*
10 *Iudicio familiæ ercifcundæ veniunt legata & fideicommissa.*
11 *Quarta Trebellianica.*
12 *Quem sequitur onus, debet sequi emolumentum.*
13 *Hic XII. enumerantur quartæ.*

L.24. FILIVM QVEM, &c. Lex ista fama est difficilis & re. casus eius ita ponitur, aliquis habebat octingenta in bonis, & præterea quatuor filios. de quatuor dico ratione exempli. sic patet quòd hereditaria portio singulorum filiorum erant. CC. condidit testa. & instituit eos solos, & omnes hæredes æqualiter. de extrãneis enim nihil dicit. l. ista, vtrum essent hæredes, an non. & vnus ex filiis habebat fundum. vnde pone sicut l. quia non dicit qualiter. & intellige quòd fundus valeret. XL. rogauit eum vt portionem hæreditatis restitueret fratribus cohæredi-

cohæredibus, & quibusdam extraneis.pone Titio & Mæuio, sub tali conditione si nauis veniret ex Asia, & si cohæredes sui darent ei x x. sicque decessit pater, post mortem extitit conditio: & ita filius habens 1 fundum tenetur fideicommissum restituere, & detrahet †quartam.sed qualiter? Respon.imperator, quia hæreditaria pars prædij debet sibi imputari in quartam.Erat autem pars hæreditaria x. cùm posui quòd valeret x L.& quater decem faciunt x L.ipsa verò erant quatuor: & ita hæreditaria pars x L.fuit quarta scilicet x.habet ergo x. pro quarta sua. Præterea dicit quòd in quartam debent computari illa x x. quæ præstant cohæredes,& ita habent x x.non tamen sufficit adhuc ad quartam:quia cùm pars sua esset c c.& quarta c c.est L.ergo restabant x x. soluenda.Illud ergo supplementum quartæ quod deest, soluetur ei in eo fundo:& sic quod supra quartam habuit,compellitur restituere.*Filium*,i.filius:sicut in illo exẽplo,Vrbem quam statuo,vestra est. & in diuino sermone,Hunc sermonẽ quem audistis,nõ est meus,&c.i.iste sermo.& sic facta expositione,leges suspẽsiuè literam vsq; in fin.quia cõstruetur cum illa litera,supra quartam habens, &c.in hunc modũ: Ille filius quem scilicet filium habentem fundum testator sanxit restituere verbis precariis portionem hęredit.& vel leges planè & meliùs: & tunc non ita exponetur,sed ibi incipiet constructio, testator sanxit filium quem,id est,aliquem fundum,&c. & licèt diuersæ sint expositiones,sensûs tamen ad idem recidit.*Habente in fundum.*Pro nihilo videtur istud adiecisse,quia similiter posset dicere,quem habentem corrigiam albam vel aliquid simile. Quid enim si ex castrensi peculio habuit? Et certè tunc non haberent locum sequentia. cùm enim suus proprius esset, quare deberet tunc computare in quartam? idem si ex peculio aduentitio habuisset,quia proprius eius esset, vnde nec etiã 2 conferre † illum teneretur:vt ꝟ.de colla.l. vlt. patet ergo quòd non ita habuit,nec pro nihilo adiicit: quia postea dicit detrahi quartam. potest ergo esse quòd concessus erat ei à patre,sicut dixerunt antiqui, vt haberet eum in peculio ad sustentationem vitæ suæ: & tunc est intelligendum de peculio profectitio.tale enim peculium venit in famil. ercisc.iudicium:vt s.eod.certum.lo.dixit sibi prælegatum esse in testam. dominus verò meus non dicit habere iure peculij vel prælegationis: sed donatum erat à patre tanquam benemerito, vel conferens in eum vltimum arbitrium.vnde venit in hoc iudicium famil.ercisc. præcipiẽdum:vt s.eo.filiæ.licèt enim non tenuit donatio si in potestate fuit, cõfirmatum tamen morte,vt ꝟ.de donat.inter vir.& vxor.l.antepen.& sic 3 quasi †prælegatum est.non enim audes dicere quòd esset emancipatus:quia cùm tenuerit donatio,quod suum esset proprium, non imputaretur in quartam:vt s.dixi.*Portionem hæreditatis.* Cùm testator rogat hæredem restituere,distinguitur vtrum dicat simpliciter. Volo quòd restituas portionem tuam,an portionem hæreditatis. siquidem iubeat eum restituere portionem hæreditatis, non tenetur hæres tamen restituere prælegata,sed id tantùm quod habet iure hæreditario. si verò rogetur restituere portionem suam, tunc omne quod obuenit ei de hæreditate siue iure legati,siue iure hæreditario, debet restituere: vt ff. ad Trebell.l.Marcellus.§.quidam & not.ꝟ.de fideicom. cùm virum

Et quibusdam aliis. Non dicit quòd essent hæredes,nec ego dico. *Verbis precariis.*Non esset necesse hoc apponere, cùm restitutio fideicommissi semper fiat verbis precariis : sed ad maiorem euidentiam dixit, quæ autem sunt verba † precatiua,habes infrà.communia de leg.l.2.& instit.de sing.reb.per fideicom.rel.§.vlr.directa sunt cùm dicit,Si filius meus in pupillari ætate decesserit,ille sit hęres,tunc enim substitutum directè volo accipere libertatem,non per manum alterius,sicut in fideicommissarij substitutione. *Sanxit testator.* Quia nonne sancire est imperatoris? vnde cõstitutiones suæ dicuntur sanctiones.sed quòd similitudinariè dictũ est: quia sicut per sanctiones punitur quis,si faciat contra eas:ita per id quod testator sanxit,si contrauenerit: vt j.de his quæ pœnę nomine. *Post euentum eius.*Oportet enim antè existere quàm fideicommissarij petere possint.nam si antè paratus sit restituere hæres,nihil agit:vt ff.ad Trebell.sed & si alio loco. §. vlt. si tamen conditio omnino exstitura erat, vt cùm rogatus est quis restituere post mortem suam,potest & antè restitui:vt j. de fideicom. post mortem. *Hæreditaria parte prædij.*Sed videtur quòd nõ debeat retinere hæreditariam partem prædij in quartam,imò quartam quartæ: quia quarta † detrahitur de singulis rebus quæ sunt in vniuersitate.ergo cùm prædium sit hæreditarium,quartam quartæ detrahit, non totam portionem hæreditariam.Respon. verum est quando detrahet ex voluntate testatoris. si enim testator iussisset eum restituere portionem hæreditatis, retenta quarta,tunc non imputaretur in quarta, nisi quarta pars portionis hæreditariæ.at ibi cõtra voluntatem testatoris deducit quartam, quia scilicet testator non iussit eum retinere,cùm totam hæreditariam portionem imputat in quartam:vt ff.ad l.Falcid.Titia. *Quod à cohæredibus vt mut.percep.* Accipit à cohæredibus in vi modi vel conditionis implendæ, non curo.*Quod à cæt.in eo fundo soluitur.*Hinc nascitur tota malitia istius l.cùm enim præcipit aliquid hæres qui rogatus est restituere portionem hæreditatis, distinguitur † vtrum illud quod præcipit sit pecunia,vel corpus. si enim pecuniam, totam imputat in quartam, vt ff.ad Trebel.deducta §.nummis.& ff.de leg.2.cùm pater.1.respon.& ad l.Falc.in quartam.ergo cùm prædium istud sit hæreditarium, sic enim dicit superior litera hęreditaria parte prędij,&c.patet quòd suam hæreditariam partem debet computare in quartam. cæteræ verò partes quę sunt cohæredum,debent esse extra quartam.& sic eas à cohæredibus accipit,sicut dicit finis illius.ff.ad Trebel.deducta. §. nummis. & non imputabit in eam,prout dicit l.prędicta,in quartam.Cùm enim partem fundi habeam iure hæreditario,partem iure legati, præsumit l.quòd tam diuersis iuribus in quartam non debeat imputari.Quid est ergo quod dicitur hìc,quia soluendum ei quod superest in eo fundo, & sic totus fundus computetur in quartam?Respon.Io.quia quod hìc dicitur soluitur à cæteris,est intelligendum in rebus aliis hæreditariis. & quod dicit in eo fundo,referatur ad literam sequentem scilicet habens supra quartam.vt sic fiat constructio, deducto eo quod à cæteris soluitur,non quidem in eo fundo.sed in aliis rebus habens supra quartam in eo fundo.habet enim quartam & vltra quartam,id quod est in

fundo

fundo restituere compellitur, videlicet residuum. Alij verò sic exponunt, in eo fundo, id est, pro eo fundo. Quare dicat, deducto eo quod à cæteris soluitur pro eo fundo, id est, ideo quia cùm fundum sibi in quartam non imputat, reddere compellitur habens id quod habet supra quartam. Antiqui dixerunt quòd verisimile erat testatorem voluisse vt in hoc fundo assignaretur ei quarta, ideo, quia eam sibi concesserat in peculio. Sed si hoc verum esset, quòd ex voluntate patris deberet iste totum fundum computare in quartam sibi, quare diceret l. ista quòd deberet sibi imputare in quartam hæreditariam partem prædij, quare non dixisset quòd totum fundum sibi imputaret in quartam. quare vidétur diuinare ita dicentes, licèt quidam dixerunt quòd 7 hæres in vna re † possit detrahere Falcidiam. nos enim non hoc dicimus, licèt secùs sit in legata parte bonorum: vt ff. de leg. 1. non ampliùs, & l. sequen. non autem sic est in Falcid. cuius ratio habenda est aduersus omnes, vt j. ad l. Falcid. l. 2. sicut ibidem notaui. Domino meo videbatur quòd planiùs possint omnia procedere, & sine diuinatione. Inferre enim, vt superiùs dictum est † violentiam literæ, non est conue- 8 niens, imò contra ius diuinum & humanum istud fit. distinguendum est ergo quotiens hæres rogatur restituere extraneis aut cohæredibus: siquidem extraneis, tunc habet locum quod dicitur in illa l. ff. ad l. Falc. in quarta scilicet, vt si corpus hæreditarium est ei legatum, partem suam tantùm & non partes aliorum imputet sibi in quartam. si verò cohęredibus rogatus est restituere, tunc non solùm partem suam quam habet in corpore hæreditario, sed sibi legato, sed etiam partes aliorum cohæredum imputat sibi in quartam. & sic non tanta prærogatiua conceditur ei aduersus cohæredes, quanta aduersus extraneos. vnde cùm iste dicat, soluite mihi residuum, cohęredes obiiciunt exceptiones doli, s. vt compenset sibi in quartam id quod percepit ab eis in eo fundo, videlicet partes eorum hæreditarias. & sic expones quod in litera ista dicitur, deducto eo quod à cęteris, scilicet cohæredibus, non intelligas de extraneis. *In eo fundo soluitur.* Scilicet, per compensationem. nam dicunt ei cohęredes, compensa tibi in quartam partes no- 9 stras hęreditarias in hoc fundo. & quòd ita possunt compensa. † opponere, probatur bene & subtiliter ff. ad l. Falcidiam. Nesennius. Item si referres quod hîc dicitur in eo fundo, istud stare non posset: quia cùm non habeat supra quartam in eo fundo, non portio eius est quarta tantùm: quomodo dicetur reddere quod non habet? nisi poneres quòd quarta fundi valeret supra quartam quam debebat hęres iste detrahere de tota portione sua. verbi gratia, Testator iste habebat c c. in bonis, & quatuor filios, sicut suprà dictum est, instituit eos hæredes, fundus autem valebat c. scitis quòd portio vniuscuiusque sunt duodecim & dimidia. sed quarta fundi qui valebat c. sunt x x v. cùm ergo quarta fundi sit plus quàm quarta, quàm debet detrahere de portione sua, posset stare expositio illa, quæ sic compellitur reddere, habens supra quartam in eo fundo, i. quod est in eo fundo supra quartam. Quæritur quid faciat l. ista ad tit. istũ. videtur meliùs poni sub tit. ad Treb. cùm ibi tractet de restitutione vniuersitatis, & de quarta detrahenda.

vel etiam magis pertinere videtur ad titu. illum ad l. Falcidi. Respond. imò bene ponitur sub titu. isto. quia in act. familiæ erciscundæ, veniunt omnia ratione hæreditatis, vt legata & † fideicommissa. vt s. co. si qua fideicommissa. & ita cùm hic sit rogatus de restituendo, veniet istud. in actio. famil. ercis cun. non tamen extranei duo quibus erat rogatus restituere. cum fratribus agent famil. erciscund. cùm non sint instituti. sed ex testamen. ad hoc vt adeat & restituat. Idem quæritur de qua quarta loquatur l. ista. hic enim non exprimit. & videtur quòd totum fundum deberet habere præcipuum, vtpote sibi donatum & prælegatum: ac nihilominus de fideicommisso detrahet quartam. Respon. loquitur hic de quarta † Trebellianica, quia hic tractat de instituto rogato vniuersitatem restituere: secus si rem singularem: vt ff. ad Trebellian. cogi. §. & generaliter. Cùm ergo de Trebellianica intelligatur ideò fundus iste imputatur in quartam Trebellianicam. quamuis secus in Falcidia cui detrahitur de singularibus legatis. in Falcidia enim non imputantur prælegata in quarta: vt ff. ad l. Falcid. quòd autem, & quòd in Trebellianica imputentur prælegata, dicit l. ff. ad l. Falcid. Titia, & l. in quarta, & est ratio diuersitatis, quia in Falcid. tenetur omnino hæres oneribus hæreditariis: nec legatarij subiiciuntur in aliquo oneribus hæreditariis. vnde cùm habeat onus, non mirum si in aliquo releuetur, secundùm illam triplicem rationem, primam, quia † quem sequitur onus, debet sequi emolumentum: vt ff. de regulis iuris, secundùm naturam. secundam, quia si oneratur in vno, debet releuari in altero, item quia magis consulendum his quibus maius periculum intenditur: vt ff. de Carboniano edicto. l. 1. §. sed & si quis: verùm quando rogatus est restituere hæreditatem, non sentit onera hæreditaria nisi pro ea parte tantùm quæ remanet apud eum. nam ille cui restituitur, tenetur pro ea parte quæ ei restituitur: vt j. ad Trebellian. l. 1. & institu. de fideicommiss. hæredita. ergo cùm quartam istam habeat magis pinguem, nec mirum si in hoc magis grauetur scilicet, quòd computet sibi prælegata in quartam illam. Quidam voluerunt dicere quòd hic loquatur de quarta debita iure institutionis, hoc autem esse non potest: quia detrahitur de singulis legatis. hic autem non erant plura legata, sed fideicommissum vniuersale. nec de quarta quæ debetur iure naturæ, posset intelligi, nam in ea non imputantur data causa conditionis implendæ: vt s. de inofficio testament. sancimus, debet enim suppletio illius quartæ fieri ex substantia patris. Sic † ergo habes tres quartas. Est & quarta, quarta, si quæ debetur arrogato in bonis arrogatoris, vt instit. de adoptionibus, & ff. eod. l. 2. §. si quarta. & ff. de inoffic. testament. Papinianus. §. si quis ex his personis. Est & quinta quarta, vt quando curialis intra ecclesiam retinet sibi quartam propriæ substantiæ: vt s. de episco. auth. sed neque curialem. Est & sexta quarta, j. ad Trebel. authen. contra. Est & septima quæ debetur filiis de bonis decurionum: vt j. quando & quibus quarta l. 1. lib. x. Est & VIII. vt j. vnde vir & vxor. in auth. Nona. ff. de iudi. sed & si restituatur. Decima, instit. de vulga. substit. Vndecima. j. de repud. iubemus. Duodecima, extraordinaria. s. de episco. cum Lege Leonina. cum authent. presbiteros.

10 11 12 13

Sim-

1 *Simplex donatio non confertur.*

EX CAVSA DONATIONIS. Propter nuptias, vel in dotem. simplex † enim non confertur, nisi epressim à testatore dicatur: vt j. de collat. l. penult. & suprà, de inoff. testam. testat. quoniam. vel intellige quòd si dixit conferendum auus, si respuat hæreditatem non confert, quia pœna non conferentis hæc est, quòd denegantur ei actiones hæreditariæ. si verò habeat iure legati, potest similiter respuere hæreditatem, & admittere legatum: vt ff. de legat. 1. & quidam totum. & potest intelligi quod hîc dicitur, in auo paterno: & tunc non valuit donatio à principio, si habuit in potestate, vel in auo materno. L. 25.

INTER OMNES. *Suos.* Idem si nec sui nec emancipati: vt j. de testa. hac consultissima. & habent hîc quidam auth. signatam. SI MODO SVBIICIATVR, &c. Sed quia meliùs concordat cum alio, dominus meus non legit hîc, sed j. de testa. Dominus B. & M. dicunt diuersimodè authent. corrigere. l. veterem: vt hæc & alia quæ pertinent ad materiam istam, notaui j. de testa. hac consultissima. L. 26.

COMMVNI DIVIDVNDO.

TIT. XXXVII.

1 *Cum sit adiudicatio, tota res æstimatur.*
2 *Voluptuaria alienatio.*
3 *Nomine alienationis continetur obligatio.*

FRATRES, &c. *Si solam portionem.* Ideo dixit, quia si totum distraxisset, teneret etiam pro parte aliena venditio quoad personam, obligationem, non quoad possessionem vel dominium, imò reuocari posset: vt ff. de contrahen. emptio. rem alienam. sed vbi pro parte sua tantùm vendidit, non fiet reuocatio: vt dicit hîc. *Ea actione*, scilicet communi diuidundo. *Licitatione*, id est, promissione vel pollicitatione, sicut pueri erigunt digitum quandoque. *Pro parte pretij*, id est, pretio partis, vel dic parte pretij, quia cùm 1 fit † adiudicatio, tota res æstimatur: vt ff. famil. ercifcundæ. Mæuius, §. vlt. maior enim fit æstimatio partis dimidiæ re tota æstimata, quàm si per se vt separata pars dimidia æstimaretur. & est similis expositio ff. de lega. 2. cùm filius. sed ibi non æstimatur pars, quia indiuiduum erat, vt seruitus. vnde meliùs videtur dicendum pars pretij, quàm pretium partis, quia res illa non recipiebat partē. *Sine cuiusquam iniuria*, Quia in prædiis diuidendis quod omnibus vtilissimum est sequitur iudex: vt ff. famil. ercifcundæ iudicem. *Vt post lit. contest.* Imò antè prohibetur, scilicet mota controuersia, sicut in petit. hæred. vt ff. de petit. hæred. diuus. cùm enim in iudic. hęred. petit. sit prohibitum, nec in actione cōmuni diuidundo, videtur habere locum: vt ff. de hæredit. pet. sed & si lege, §. penult. nec obstat ff. fam. ercifcun. alienationes. quia ibi post iudicium maximè subaudiendum est. prohibentur enim & ante, vt dixi, 2 Præterea intelligendum est de † voluptuaria alienatione, quia illam L. 1.

non licet facere post lit. contest. Aliud in necessaria: vt dicit l. prædicta,alienationes. sed & ante motam controuersiam causa iudicij mutandi in hoc iudicio alienatio prohibetur:vt ff.de alie.iu.mu. causa. l. vltim.& quod dixi in alienatione, idem videtur habere locum in obligatione:quia nomine †alienationis continetur: vt j.de rer. alien.nō alien. l.vlt.sed videtur contrarium,j.authen.de litig. §.ad hoc. sed illud habet locum cùm causa mouetur de dominio: quia scilicet agitur rei vindic.secùs si communi diuidun.vel simili. 3

L.2. SI PROBATVM. *Partem tui fratris valere.* Videtur contrarium. ff.communi diuidundo iud.§.inter eos. sed ibi loquitur, quando res valet multo plus quàm obligata sit. tunc enim non quantum valet æstimatur,sed in tantum quantum pro ea parte debetur. si minùs valeret,deberet æstimari vetum pretium,vt hîc. Vel aliud est quando agitur inter fratrem & creditorem fratris,vt hîc,quàm si inter creditores,vt ibi. *Æstimata parte tua.* Non per se,sed cum toto: vt s̄.prox. notaui.

1 *Incidens societas.*
2 *Licitatio quid.*

L.3. AD OFFICIVM. *Cum emptorib. ta.commu.sunt.* Vt s̄.l. 1. vel si obligauit,ager cum creditore:vt s̄.l.proxi. Societate, id est communione.nam non oportet quòd sit societas ob commodiorem vsum & vberiorem quæstum ad hoc quòd locum habeat actio communi diuidundo. intellige ergo de tali † incidenti societate. *Inter socios non potest.* Commodè,quia erat nimis paruus. *Vel ex pluribus singuli.* Repete diuidi non possunt.vel aliter,ex pluribus scilicet agris, singuli scilicet agri adiudicantur vnicuique sociorum. *Mihi*, id est, vel tibi, vel alij tertio æstimatione iustè facta. *Compensat.prat. inuicem facta.* Nummis x x. quia fortè quædam prædia valebant x x.alia x x. vnde condemnabit eum qui habet prædia meliora, alij in x x. annorum habita compensatione:vt ff.famil.ercisc.Mæuius §.penult. *Vincere*, id est, vt vincat. *Licitantem.* Et est licitatio,† quando vnus ex sociis suis dicat, Ego dabo tibi parte tua x.alius fortè dicit,& ego pro parte tua x 11. & hoc potetat alter viliùs facere quia pauper etat,alius diues, tunc admittitur aliquis scilicet emptor extraneus ad licitationem, vt re sibi adiudicata restituat vnicuique secundùm quod facta est licitatio. 1 2

1 *Maior,ad diuisionem prouocare debet.*
2 *Diligentia quaenam præstari debet.*

L.4. SI MAIOR. *Nec tempus in integ.rest.præf.* Quòd sit tempus in integ. rest.habes.s̄.de tempor.in int. *Æstimabit.* & hoc cùm venditæ fuerint res quæ sine decreto possunt alienari,secùs si seruando seruari poterant.tunc enim non est opus in integr.resti.cùm ipso iure subueniatur eis,oportet enim in diuisione earum rerum interuenire iudicis auctoritatem,& quòd maior †prouocet ad diuisionem: vt j. de prædiis minorum.siquidem & l.inter omnes,& de administ.tut.lex.si verò aliqua remanent diuidenda,præses item diuidat, habita ratione fructus & sumptuum.distingue tamen in sumptu:quia si in parte sua expeditè 1

non

non potuit facere fine parte alterius,agetur cum diuidundo. alioquin si potuit habet neg.gest. vt communi diuid.si quis putans,§. siue, & §. seq. *Dolo & culpa.* Non tamen sicut diligens paterfa. debet custodire: 2 sed sufficit si præstet eandem diligentiam quam † in rebus suis: vt ff.fa. erc.l.hæredes §.non tantum.&in hoc differt ab actione pro socio:quia hic spectatur tempus diligentiæ quam habet in suis rebus dum durat communio: in societate tempus diligentiæ quam habebat antequam esset societas:vt instit.pro socio.§.vlt. depositarius quidem tenetur de dolo & lata culpa.vnde eandem diligentiam debet præstare quam in rebus suis:non tamen ad eum modum quam natura hominis desiderat:vt ff.depositi,quod Nerua.

1 *Prouocatio ad diuisionem præscriptione* x x x.*ann.impeditur.*

IN COMMVNIONE. *Inuitus detineri.* Quod hic dicitur, fallit ratione vltimæ voluntatis,fallit etiam ratione pacti : vt si conuenerit quòd res sit communis vsque ad v i i.annos,secus si in perpetuum: vt ff.eod.in hoc iudicio.§.si conuenerit. Item fallit ratione præscriptionis:quia si res steterit per x x x. annos communis , currit præscriptio, 1 nec postea potest prouocare † quis ad diuisionem: secundùm B. & M. contra,quia dixit non posse præscribi , cuius res ab vtroque possideatur,secus si ab altero tantùm.sed prior opinio magis videtur æquitati consentanea:vt notaui j.de annali except.l.1. L.5.

COMMVNIA VTRIVSQVE IVDICII, TAM familiæ ercisfundæ,quàm communi diuidundo.

TIT. XXXVIII.

DIVISIONEM. *Vicem emptionis*,&c.Ad dominium transferendum,ad agendum de euictione re euicta , ad agendum redhibitoria,ad vsucapiendum. differunt tamen , quia in emptione etsi res non tradatur , agetur ex empto , vel præscriptis verbis.aliud in diuisione,quia datur cōdictio ob causam,quasi quædam fit permutatio:vt ff.de rer.permut. l. 1. præterea in emptione ex solo consensu,re non interueniente nascitur actio.aliud in diuisione:vt ff.de pactis.l.diuisionis. *Clam dominiū nactus est.* Quia si non valet iure arbitrij,valet tamen iure pacti. L.1.

MAIORIBVS, *Per dolum.* Qui dedit causam contractui. *Vel fraudem*, id est, dolum incidentem. *Vel perperam.* Quia re ipsa deceptus est.si enim dolus dedit causam contractui rescindetur quod factum est,si fuit incidens,aget ad decipiendum. si verò re ipsa sit deceptus vltra dimidiam iusti pretij, vel supplebitur quod minus datum est:vel rescindetur diuisio:sicut & dicitur in venditione:vt j.de rescindenda venditione l.2. L.3. 3

SI PATRVVS. *Non omnium bonorum.* Ideo dicit, quia si omnium bonorum socius esset,teneretur communicare, non dico hoc ipso quod emit,esset communis,sed per actionem pro socio cogitur communicare : vt ff. pro socio , si quis societatem. aliud in bonis quæ L.4.

habet tempore societatis contractæ:quia eorum dominium transit & sine traditione:vt ff.pro so.l.1.&2.si verò non sit socius omnium bonorum, & emit de pecunia communi, res est sua, nec tenetur eam communicare.sed tamen alij prouidetur in pecunia sua sibi restituenda,vt hîc dicit.

1 *Quæstio proprietatis qua actione agitanda.*
2 *Instrumenta communia apud quem collocari debeant.*

L.5. DE INSTRVMENTIS. *Apud quem*, &c. Hoc solum erat in quæstione,apud quem debeat collocare: quia fortè timebat ne destrueret ea.si de † proprietate esset quæstio, ageretur rei vindicatione,vel ad exhibendum, & ita casus ille non pertinet ad præsentem titulum,imò magis ad illum de rei vindic.vel ad exhibendum. Sed videtur quòd ad hoc scilicet apud quem collocari debeant,non datur actio.fam ercisc.vel communi diuidun.quoniam non ad diuidendum aliquid daretur.Resp.quia bene potest agi illis actionibus cum domino ad aliquid assignandum,vt in cautionibus & in tabulis testa.dicitur:vt ff.fam.ercisc.cæteræ.§.vlt.& l.seq. ergo cùm assignari hîc vel collocari petantur instrumenta, poterit agi famil. ercisc.quia, vt dixi: veniunt res in ea assignandum. sed apud quem † collocabuntur circa tabulas test.dicit lex,iuniori seniorem,& amplioris honoris minori,& marem fœminæ præponendum esse:vt ff.de fide instru.l.vltim. Vel dic quòd si omnia paria sunt, quia quilibet masculus, &c. peruenietur ad iudicium sortis,sicut dicit generale:aut deponetur in æde sacra, licitatione inter eos non admissa:vt ff.fam.ercisc.cæteræ.§.vlt. & duabus ll. sequen.& ita deponentur instrumenta quæ communia sunt, & agetur fam.ercisc.vel communi diuidundo,vt dixi.

Sic in veteri libro reperimus.

1 *Res diuidi possunt sub conditione.*

L.6. SI CVM. *Nocere potest.* Sicut enim possessio vel dominium rei tradi potest sub conditione,& conditione existente acquiritur: vt ff. de solut.sub conditione.& ff.de acquir poss.qui seruo. §. 1. ita & diuidi † possunt res sub conditione: & non existente conditione habentur pro non diuisis,vt hîc dicit.& simile potest assignari.ff. de iureiurand. si quis.

L.7. SI FRATRES. *Si intercess.stipul.alioquin quàm inter præscrip.ver.* Nisi scir. nt rem obligatam:vt j.de euict.si fundum.sic & aliàs.ff.de publicanis,imperatores.

L.8. SI INTER. *Vos maiores ann. XXV.* Aliud enim si minores:vt no.s. tit.prox.si maior. *Consensu.* Non intellige quòd si vterque consentiat ad hoc vt rescindatur diuisio, quòd non possit rescindi. sed si alter vult,altero inuito non poterit. *Minimè possunt.* Nisi dolo vel fraude, vel perperam diuisio fiat:vt s.eo.l.3.

L.9. FAMIL. ERCISC. *Maneant communia.* Quia qualiter possent diuidi si non manerēt communia?sed videtur quod agatur communi diuid.etiam post interitum rei. & ideò assignatur contra. ff. communi diui.in summa.sed intellige quòd hîc dicit non posse agi,scilicet iudi-

iudicio directo: potest tamen vtili, vt ibi. vel intellige quod hîc dicit nõ posse, scil. ad diuisionem rerum faciendam, si tamen interitum rei alter sociorum sumptus fecerit in re post poterit: vt ibi dicit, ad damna & quasdam præstationes.

SCRIPTVRA. *Omnia diuisa continentur.* Dixerat enim testator in testaměto, se omnia diuisisse, quod falsum erat, vt post apparet. & ideo nihilominus postea diuidere potuerat res quas indiuisas omisit: vt hic dicit, & s. ti. 2. si cogitatione. & ff. fam. ercis. si pater. ita est cùm simplici verbo dixit quid si iurauerit se omnia diuisisse, videtur quòd postea non possit diuidere aliquid, & quòd stetur eius sacramento: vt probatur per authentic. j. de probat. quod obtinet. & sic videtur l. ista determinanda per illud auth. sed tamen adiiciendum est aliquid: si enim ita dixit se omnia diuisisse, & ita iurauit, sed tamen aliqua erant diuidenda possessa ab hæredibus, si staretur eius sacramento: ergo ista remanerent semper communia. & hoc videtur cauisse per verba sua. hoc autem non potest esse: vt ff. communi diuid. in hoc iudicio. §. si cõuenerit. Intellige ergo quòd stetur eius sacramento quando apparet persona cuius commodo iurauit: quia erant apud aliquem amicum res non diuisæ, quas iurauit se diuisisse. si enim non appareat de persona cuius gratia præstitit sacramentum, non teneretur stare eius dicto, sicut aliàs dicit. l. ff. de leg. 1. filiusfam. §. diui Seuerus & Antoninus. L. 10.

1 *Possessio pro proprietate sumitur.*
2 *Manentes & supersedentes qui dicantur.*

POSSESSIONVM. Aliter sumitur hîc possessio quàm j. de acq. poss. & j. ff. sumitur enim † 1 pro proprietate. sic ff. de verbo. sig. interdum. *Vt integra.* Agnatio vel affinitas. *Vel colo. ascrip. cond.* Qui scilicet, liberi sint: vt notaui. s. de episcop. & cler. iubemus. qualiter ergo veniunt in act. famil. erciscundæ? Sed dic quòd licet sint liberi, censentur tamen quadam necessitate seruire: vnde l. dicit quòd non multum differunt à seruis j. de agricol. & cen. diffinimus. datur ergo pro his diuidendis actio famil. erciscun. sic etiam sicut & vtilis rei vind. contra quemlibet possidentem. *Seu inquilinorum.* Non intellige de inquilinis qui breui tempore inhabitant, sicut scholares, sed de his qui necessitatem habent supersedendi in villa, & domino exhibent quolibet anno certa seruitia. & appellantur in terra ista † 2 manentes, alibi supersedentes. & intellige quòd hîc dicitur, quando diuisio fit per iudicem: vt ff. de ædil. edict. plerumque. Quid si faciant domini inter se, vt scilicet habeam fratrem, tu sororem, fortè non potuerunt venire contra: sicut dicitur in eo qui imposuit seruitutem prædio communi. nam licet non valeat, hîc tamen propter consensum suum non poterit venire contra: vt ff. de seruit. rust. præd. per fundum. Si ergo sicut dicit l. ista, fiat diuisio à iudice. malè fiet, aliud si eorum spontanea voluntate diuisisset, vt dixi. non enim debet venire contra factum suum. L. 11.

1 *Dos ab intestato confertur.*

ILLVD ÆQVITATIS. *Vel si alio.* Scilicet, homine extraneo, non patre. *Ille autem.* Scilicet pater. *Vel filiis suos, vel extraneos.* Hîc L. 12.

indistinctè dixit quòd scripsit, sed inferius diuisit. *Tunc.* Id est, in eo casu quem dixit, cùm scilicet fecit testa. & filios instituit hæredes, & quorundam dos vel donatio propter nupt. ad eum reuersa est: cùm sic non teneatur conferre is qui dotem habet: quia ab intestato † dos cōfertur. hîc autem fecit testamentum, in quo eos hæredes instituit. tunc alius filius præcipuum debet habere quòd ad patrem peruenit, vsque ad similem lucrum: quia si amplius peruenit ad patrē quam alij remanēt, non totum percipiet, sed vsque ad concurrentem quantitatem. & hoc habet locum inter fratres: vt dicit j. sed hodie videtur quòd hæc quæstio inter eos locum non habet, quia ex testamento & ab intestato cōfertur dos: nisi pater hoc vetauerit. *Scripsit heredes.* Cum filiis. aliàs si de solis extraneis intelligas, nihil esset. *Omnimodo.* Sit in fratres aliquid collatum, vel non ita licet distinxerit s. *Si tamen minus.* Nunc redit ad primum casum. *Tota.* Et nihil amplius.

Sic in veteri libro reperimus.

1

FINIVM REGVNDORVM.

TIT. XXXIX.

1 *Pars fundi, fundus appellatur.*

L. 1. REGIONEM CERTAM. Dominus enim imponendo fines agro suo, partes quas vult instituere potest, vel parietem domibus. nam cùm aliàs nomen fundi totum fundum cōtineat: cùm non sit nomen impositum à natura, destinatione domini pars fundi † fundus appellabitur: vt ff. de legat. 1. quod in rerum natura. §. vltim. & l. plenè §. vltim. & ff. de verb. sign. locus. *Vindicare.* nec rei vindicatione, nec personali actione: quia de ampliori nō conuenit, & quia illi fines non ad designationem emptoris impositi erant, sed vicini, & venditoris: imò alius terminus inter emptorem & venditorem erat appositus. & est arg. l. ista ad hoc, quod si solum alicuius occupauit magistratus propter fossata cōsensu vniuersitatis: si vendidi illud solum, & certos fines ostendi, postea repletis fossatis illud redit ad priorem dominum: nec iste emptor poterit vindicare vltra suos terminos. 1

L. 2. SVCCESSIONVM. *Agris.* Id est, partibus agrorū. *Monumenta.* Id est, fines. *Permutatam.* Si nihil appareat immuratum, vetera monumenta seruantur. nec obstat. ff. de aqua plu. ar. quod principis: quia hic omnino in alio casu loquitur, & in successoribus eorum qui primò agros constituerunt.

1 *Quæstio de finibus regund. respicit proprietatem.*
2 *Agrimensor.*
3 *Querimonia.*

L. 3. SI QVIS. *Locis.* Locus est certa fundi portio: vt ff. de verbo. sig. locus. vnde intellige de locis aliquibus: vt j. eo. quinque. *Cohæret.* Cohæret ergo quæstio de finibus quæstioni proprietatis: quia cùm de finibus agitur, cognoscit iudex vsquequò possideas, vel sit res tua, sicut in rei vindicatione. non tamen est iudicium proprietate principale,

palc.tunc enim probato quòd res esset tua: totum tibi restitueretur
1 vt ff.de rei vindica.officium, & l. seq. est ergo quæstio † principalis de finibus regendis.secundaria de proprietate: quia vt s. dictum est, primò cognoscitur quousque extendatur possessio istius: postea quid suum sit: & fortè de modo adiudicabitur alteri aliquid. diffinitur ergo quæstio de possessione prius. & postea agrimensor. &c. & facit ad l. s.
2 de rei vindica.ordinarij.Sed quare ibi ad loca † agrimensor? primò enim cognoscitur quousque extendatur possessio istius, post terminatur de finibus & proprietate.Sed in his quid opus est agrimensore? Sed fortè hic loquitur quando erat quæstio de finibus possessis: quia dicebam me habere decem iugera, & ita continebatur in instrumento emptionis fundi.alius negabat, & ita necessarium est ad aperiendam veritatem, quòd agrimensor vadat & metiatur agrum meum. Vel intellige quando erat certum, quam portionem debeam habere, non tamen ostendi poterat ad oculum, quia erant fratres: & ita videtur quòd vnus habeat dimidiam, alius aliam, sed si res exegerit, oportet iudicem interesse, vt loca videat: vt ff.eo.si interruptione, §.vlt. *Patefacta*. Vt s. posui exempla. *Quæstio*. Suprà dixi de querimonia quando libellus est oblatus, & lis non contestata: & tunc iudex dicet: Ego cognitor talis querimoniæ, si lis est contest. & præstitum sacramentum calumniæ, sic ego
3 cognitor talis causæ. In principio ergo loquitur de querimonia † & lite non contestata. post de examinatione causæ. Intellige ergo quod hîc dicit, quando altera pars se absentat post lit.contest. tunc enim non est quæstio per negationem & affirmationem alterius: & tunc procedit iudex si liquidum sit de causa, alioquin absoluet à iudicij obseruatione: vt s. de iudic. properandum, speciale tamen est in eo qui cognoscit de appellatione, vt lite non contest. possit ferre sententiam, vt j. de temp. appellat. l. vlt. & notaui. s. vbi de cri. agi oport. authent. qua in prouincia. ergo querimonia dicitur quando lis non est contestata, quæstio lite contestata, controuersia est ante litem contest. & post.

1 *Affectus quando punitur.*

SI CONSTITERIT. *Vsurpare*. Non est intelligendum quòd voluerit facere, & non fecerit. tunc enim contra esset ff. de pœn. cogitationis. vnde gloss. id est, voluntariè vsurpasse: vt ff. de rei. diuis. l. vlt. Intellige ergo quòd vsurpauerit, vel vsurpare tentauerit, & ita processit ad actum, quia tentauit, & non potuit: non tamen ad effectum pro-
1 duxit, vnde nihilominus † punitur: vt ff. de extraor. criminib. l. 1. secus per constitutionem, siquis in tantam, quia oporteret quòd violentia esset commissa, & in interdicto vnde vi. sed quare imponitur pœna per Listam? nónne sufficit pœna constitutionis, siquis in tantam? Respon. quia illam pœnam communem & generalem imponit in omni re. hîc autem specialis imponitur, quia loquitur de agro. & pónit in agro, ibi generaliter vbicunque aliquis violentiam commisit. L.4.

QVINQVE PEDVM. Antiquitus cùm magis esset vilis terra quàm hodie, submouebatur quis exceptione, si intenderet quis finium regundorum actionem pro spatio terræ quinque pedum, quasi pro tam vili re locum nõ habeat hæc actio, sicut & in actione de L.5.

dolo dicitur. ff. de dolo. si oleum. §. vlt. hodie cùm sit magis cara talem subscriptionem remouet, & dicit pro vno vel duobus pedibus hanc actionẽ posse intentari finalis iurgij scilicet totius, vel locorum scilicet aliquorum: quia locus est portio fundi: vt ff. de verb. sig. locus.

1 *Quo tempore incipiat præscriptio in finibus regundis.*
2 *In negatoria act. agitur post* xxx. *annos.*

L. 6. CVNCTIS. *Si* xxx. *tamen annorum.* Tanto enim spatio tollitur omne ius: vt j. de præscript. xxx. anno. cùm noti. & l. si quis empti: sic ergo non currit vsucapio. si tamen bona fide quis vendidit, emptor poterit vsucapere .x. inter præsentes xx. inter absentes, cùm res non sit vitiosa, vt ff pro empt. l. 1. §. sed si fundus. sed nihilominus habet locum actio fin. reg. si quæras † à quo tempore incipiat currere ista præscriptio: Respon. quando fines turbantur, & de eis incipit esse controuersia. alij dicunt quando vicinus non erat præsens, & ita alius per xxx. annos rem suam vsurpauit. post enim alius non habet actionem. sed fortè non agetur pro fructibus perceptis, vel damno dato. sed si fuerint turbati fines per xxx. ann. videtur quòd prætor debeat diffinire potius quàm currant ad arma, vel ne semper in rixa sint, vt probatur. ff. de vsufru. scimus. §. sed si inter duos. & ita agetur pro eo quod in præsenti sit, non pro præterito: sicut dicitur † in negatoria, quòd agitur post xxx. annos, non pro præteritis aditionibus, sed pro præsenti, vt notaui s. de seruit. l. pen. 1 2

DE CONSORTIBVS EIVSDEM LITIS.

TIT. XL.

L. 1. EXPLOSIS. *Agendi.* Pro se. *Vel respondendi.* Pro se.

L. 2. COMMVNE. *Sine mandato potest.* Sicut aliàs in his personis in quibus mandatum non exigitur, vt ff. de procurato. l. Pomponius. §. vlt. *Rem ratam*, &c. Sed videtur quòd ad cautionem istam non teneatur post lit. conte. & sic assignatur contra. ff. de procurat. l. Pomponius. §. rati autem habitio. sed hîc loquitur quando lis est contestata à domino, & ita ipse interuenit in principio. postea dum isti interuenerint, debent satisdare, vt dicit. aliud quando ab ipso procuratore lis est contestata: vt ibi.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS.

TIT. XLI.

1 *Dominus est caput serui.*
2 *Furti actio, in hæredem non competit.*
3 *Propter furtum, non datur aliquando actio furti.*
4 *Contrectatio sterilis & infœcunda.*

SI EXSTAT *Corpus.* Ideò dicit, quia si non extaret in rerum natura, non haberet locum rei vindicatio, vel ad exhibendum, nisi dolo desiisset possidere: quia ille habetur pro possessore. *Hæreditate.* Non adita, quæ obtinet vicem domini. *Constitut.* Scilicet postea per aditionem, nam tunc quando subripuit, non erat liber, alioquin teneretur actione furti. vel dic, constitit, propter spem libertatis consequendæ, vel dic liberum esse iussum 1 in testa. constitit. *Caput,* Id est, dominum, † quod est caput serui, vel etiam ipsum seruum manumissum. & quòd ita sumatur, legitur instit. eod. §. omnis. *Quæ in hæredem non competit.* Ad quid dixit hoc? & certè 2 non potuit subticere naturam istius actionis, quæ † in hæredem non datur, competit tamen in manumissum, & in dominum: vt dicit. sed si seruus aliquid domino auferat, furtum committit, nec datur furti actio: quia inter eos non potest nasci: vt inst. de oblig. quæ ex delic. §. hi qui. & ita habes quòd furtum quandoque cõmittitur, & res furtiua 3 est, non tamen datur † actio furti, vt cùm extraneus subripit domino. quandoque fit furtum, nec est res furtiua, & datur actio furti, vt quando creditori debitor subripit, vt hîc probatur instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nascun. §. hi qui, & notaui. ꝟ. de ser. fugir. l. 1. *Neq; aduersus ip. si post manu.* Quia cùm in principio ex persona contrectantis non sit nata furti actio, nec postea dabitur. sed tamen ex præcedente contrectatione & ex sequenti bene datur: nec est contra. ff. de fur. ei qui. quia l. illa intelligenda est quando prima contrectatio peperit furti actionem. tunc enim actio furti non magis nascitur ex assidua contrecta-4 tione, vt ibi dicit, si verò prima contrectatio sit sterilis † & infœcunda, bene potest dari ex posteriori quæ fit in alio statu, id est, quando non manumissus est: vt hic dicit. si autem de iure communi dari potest rei vindi. & ad exhibendum: aliud etiam competit auxilium extraordinarium, vt ff. si quis testa. lib. l. 1.

L. 2. SI SERVI. *Furtim arbo. cæcide.* Et sic de iure communi tenetur. l. Aquil. vel etiam potest conueniri ad duplum per actionem arborum furtim cæsa. vt ff. de arbo. furt. cæ. l. furtim. *Fuerat præstituta.* Potest esse quòd homines certam pœnam statuerant in eum qui cæderet arbores ex saltu, præter pœnam legalem tenetur in aliam dominus, si non vult dare seruum noxæ.

L. 3. SIVE. Solemniter, id est, cum inscriptione. est enim necessaria libelli oblatio, & quòd accusator interueniat: vt ff. de mun. & hono. rescripto. §. si quis accusatorem, & ff. de accusato. l. 2.

1 *Delictum personæ non redundat in damnum ecclesiæ.*
2 *Sine noxæ deditione, liberatur dominus.*

L. 4. SI SERVUS. *In quantum ad eum peruenit, &c.* Idem in abbate, quia 1 licet delictum personæ † non redundet in damnum ecclesiæ, tenetur in quantum ad eum peruenit. *Detracta noxa dedit.* Propter scientiam, ergo & patientiam amittit dominus beneficium. l. item propter iussum, & propter moram, vt si non dederit noxæ intra quadrimestre tempus post rem iudicatam. Vel dic etiam quòd post quatuor menses habeat prædictam scilicet facultatem noxæ dedendi, si antequam

iudicati conueniatur dederit.vt ff.de petit. hære.item veniunt §. item rectè.In casibus etiam sciendum est quòd etiam si dominus non dedit seruum pro noxa, nec soluat debiti † æstimationem, liberatur, vt in 2 summa istius tit.§.in casibus autem.

L.5. SI TIBI. *Ciuile.* Appellatur pecuniarium,& omne quo non agitur ad pœnam,alioquin bene posset,vt s.eo. siue. *Non posset.* Secundùm regulam.*Eum.*scilicet dominum.

AD EXHIBENDVM.

TIT. XLII.

1 *Rei alienæ venditio,quando valet.*

2 *Actio ad exhib.est præparatoria rei vend.*

L.1. SI DOMINIVM ANCILLÆ. Subaudi maximè:vt ff.eo. l.1. idem enim in quasi dominio & vsufructu vel possessione:vt ff.eo.l.3. *Pertinuit.* Ergo eo ipso ad te pertinere videtur,cùm ei successeris,vt j.de probat.siue possidetis.*Nec iure,* &c. Quo ad translationem dominij, & similia. aliàs enim bene teneret † venditio rei alienæ.sed res emptori aufeti potest: vt ff. de con- 1 trahen.empt.rem alienam. *Vindicare paratus es.* Sed qualiter paratus est vindicare? scilicet primò offerendo libellum in actione ad exhibendum, quæ † præparatoria est rei vindicationis, postea rem vin- 2 dicando, vel proponet ad exhibendum, & rei vindicationem, sed primò cognoscetur de exhibitione:vt s.de hæred.pet.ordinari. *De rei veritate quæratur.*Scilicet per testes vel instrumenta, aut per quæstionem ipsius ancillæ.vt s.de rei vindica. cùm super.Idem cùm quæritur sit in possessione libertatis, vel seruitutis: vt j. de liberali causa. eam,non tamen in liberali causa torqueri debet: vt s. de quæstionibus. de minore,§.vlt.

L.2. SI CRIMINIS. *Postulatur.* Instituta noxali actione contra dominum serui,hæc enim actio competit ei cuius pecuniariter interest. vt ff.eod.si liber homo,contra & debet interesse ex honesta causa: vt ff. eo.l.pen.

1 *Exceptio rei iudicatæ,quando non obstat.*

L.3. NEQVE. *Aliter pronunciatum est.* Fuit enim fortè absolutus in rei vindicatione,vel ad exhibendum:quia non possidebat, vel exhibere non potuit:& ideo cùm modò possideat,& possit exhibere, non poterit intentari vtraque actio. nec habet locum exceptio † rei iudi- 1 catæ,quia non est eadem causa ista & prior,nec eadem res,vt hîc,& ff. de excep.rei iudic.si rem.& l. siquis ad exhibendum. aliud si absolueretur ob hoc quòd non potuit intentionem suam probare. rem enim, nisi noua causa interueniat, videor totam in prima vindicatione deduxisse:vt ff.de excep.rei iudicatę.si mater.§.eandem,& l.& an eadem. §.actiones,& notaui.s.de iudi.l.2.

1 *Quis*

1 *Quis hodie dominus præsumatur.*
2 *In rei vend. locum habet interrogatio.*

NON IGNORABIT. Id est, non verisimile ipsum ignorare : vel ipsum non oportet ipsum ignorare. *Fuisse.* Subaudi tempore lit. conte. non enim si aliquando quis possedit, præsumitur hodie possidere. aliud tamen est in dominio: quia si aliquando † fui dominus, præsumor hodie esse: vt s̄.eo.l.1.& j̄.de probat.siue.& est ratio, quia faciliùs amittitur possessio quàm dominium: vt ff.de acquir.possess.si quis vi. §. differentia, vt hoc notaui.s̄.de in integ.rest.l.minoribus. non ergo extendendum est quod hîc dicitur ad quodcunque tempus, sed restringendum à tempore lit.contest. vt dixi. in rei vindicatione † enim interrogatur quis, possideat vel non: vt ff.de interrog.act.qui seruū.§.vlt. & sic fit interrogatio de tempore præsenti, non præterito: vt de rei vindica. in tem.litis ergo contest. tempore debet possidere, vt hîc. sic & aliàs.j̄. de reuo.dona.his solis.ibi, quicquid igitur, &c. & ita videtur quòd tẽpore sententiæ possideat, nisi probauerit se amisisse: & tunc non tenebitur: vt ff.ad exhiben. tigni. & ff.de rei vindic.sin autem. §. possidere. Ita est in reali actione: in personali verò, si rem pignori dedi.& sic quãdoque confitetur se possedisse, modò autem neget, præsumitur hodie possidere, nisi manifestis rationibus probet contrarium: vt j̄.de pignora.ac.l.4. sed in rei vindicatione ratione possessionis non ita est si hodie dicam me non possidere. aliud putó in quadam quæstione quam notaui s̄.de minoribus. *Iurisiurandi in litem.* Scilicet ad interesse potest, vel pro quãto nollet re carere.& iudex taxabit : vt ff. de in litem iurañ. videamus, & l.in instrumentis.

L.4.

1 *Dolus pro possessione habetur.*
2 *Directa & vtilis cur ita dicantur.*

AD EXHIBENDVM. *Sed etiam eum qui dolo fecit.* Est enim generale, dolum pro possessione † haberi: vt ff.de reg.iur.l.vlt.& l.parem. sic ergo qui dolo desiit possidere videtur quòd teneatur vtili ad exhibendum. sicut aliàs vtili hæred.pet. vt ff.de hære. petit. nec vllam. §.vlt. sed videtur contra.ff.eo.cùm seruus. Respon. quia hîc non datur vtilis ad exhiben. imò directa: non tamen directò, sed vtiliter. sic & in hæred.petit. vt notatur in summa.de hære. petit. quia ista nomina † vtilis directa dicuntur respectu actoris, directò & vtiliter respectu rei. vel ei quòd ibi dicit, vtilis nulla constituenda est, subaudi, in præfato casu, cùm seruus tenuit & dolo desiit possidere, tunc enim non tenetur vtili ad exhibendum dominus, cùm nõ possideat, nec dolo desierit possidere : sed actione in factum noxali ex persona serui, qui scilicet dolo desiit possidere. aliàs tamen constitui potest, vt contra eum qui dolo desiit possidere, vt hîc dicit. vel intellige quòd nulla vtilis constituenda est contra possessorem, licet intentetur contra eum qui dolo desiit possidere, vt hîc dicit.

L.5.

1 *Actio in factum.*
2 *Immobilia inuaduntur, mobilia verò occupantur propriè.*

INSTRVMENTA. *Pertinentia.* Ad maiorem exaggerationem dicit: quia etsi non essent sua, sed apud eum commodata vel deposita

L.6.

nihilominus haberet locum actio vi bo. rapt. siue enim in bonis sit, siue ex bonis, datur illa actio, vt instit. vi bono. rap. §. pen. siue vult intendere actionem ad exhibendum, potest: quia vtrumque auxilium competit ei, vt hîc dicit, sed pro suis dabitur tantùm ad exhibendum, si non erant sua, sed quia interest sua exhiberi, augetur † in factum: vt ff. eod. l. 2. §. pen. vnde intellige quòd hîc essent sua. *Inuasisse*. Id est, occupasse: & ita impropriè ponitur, quia res immobiles dicũtur inuadi, mobiles † occupari: vt instit. vi. bo. rapt. §. quæ non solum, quandoque econuerso sumitur occupasse, id est, inuasisse: vt s. de rei vindic. demũ. *Asseueras*. Alias asseuerans. *Crimen*. Id est, criminis accusationem. *Solemnibus*. Est enim necessarius libellus: vt ff. de accusat. libellorum. *Fidem asseuerationi*, &c. Debet enim probare: vt s. de edend. qui accusare. *Iudiciorum more*. Olim in criminalibus non dabatur libellus: vt j. de dignita. quotiens. hîc autem hodie mos non obseruatur, datur enim in criminalibus: vt s. de lit. cont. offeratur.

1 *Facultas restituendi, non possessio consideratur.*
2 *Contra dolosum in litem iuratur.*
3 *Forma substantialis.*
4 *Actio in factum subsidiaria.*
5 *Res deterior tradita.*
6 *Necessaria de dolo actio.*

L. 7. EXHIBITIONIS. *Facultatem*. Scilicet, rei restituendæ vel exhibendæ: vt ff. eod. l. 2. §. vlt. siue naturaliter & ciuiliter, siue altero istorum modorum possideat: vt ibi dicitur. sic ergo per l. istam facultas exhibendi inducit hanc actionem, non possessio. nam si seruus in fuga est, non tenetur quis nomine ipsius ad exhibendum: sed ad hoc solùm tenetur, vt caueat se exhibiturum, si in suam peruenerit potestatem: vt ff. eod. Celsus. §. vlt. & ita non debet considerari possideat † vel non: sed vtrum habeat facultatem restituendi vel non, vt dictum est. *Culpam vel dolum*. Siue ante lit. contest. siue post committatur dolus: quia dolus habetur pro possessione: vt s. eo. ad exhibendum, & quidem in culpa videtur quòd similiter teneatur per l. istam, sed distingue vtrum sit bonæ fidei pos. an malæ fidei: si bonæ fidei, non tenetur ante lit. cõt. sicut dicitur in rei vindi. vt ff. de rei vind. si homo. si verò sit malę fidei pos. tenetur ante & post. datur etiam dissimiliter auxilium pro culpa & dolo. nam contra † dolosum iurari potest in litem, non contra aliũ: vt ff. de rei vindic. quia resti. & de in lit. iuran. videamus, & l. in actionibus. *In explendo precep*. Scilicet, iudicis qui iubet exhibere. & alius non vult sibi parere. *Ita vt qui rem deteriorem*, &c. Modò po[ni]t contrarium. s. enim dixerat quando tenetur, ad exhibendum: hîc ponit quando non tenetur, vt qui rem deteriorem exhibuit: sed tamen in eadem forma: vt quia scyphus erat primo, & modo scyphum exhibet deterioratum. nam † formam retinet substantialem. non tamen fortè accidentalem. si enim in eadem forma substantiali non exhibet, vt quia scyphum modò prius exhibet in massa, non videtur exhibere, quia forma rei vbi Marcellus ait, ff. eo. Iulianus. §. sed si quis. & ideò tenetur ad exhibendum, quanti in litem contra ipsum iuratum fuerit, sed vbi in eadem forma habetur rei vtilitas, & ideò liberatur, quia nõ tenetur ad ex-

ad exhibendum. sed in factum † subsidiaria. l. Aquiliæ vt hic dicit. sed
4 videtur contra. ff. de poss. l. 1. §. si tes, & ff. commoda. l. 3. Resp. quia depositi vel commodati agit quis ad hoc quòd res restituatur: & non videtur reddita, si deterior reddatur, quantum ad hoc vt teneatur eodẽ modo sicut ante deteriorationem tenebatur. hic autem non est in obligatione vt restituatur res, si habeat copiam restituendi. cùm ergo hoc fecerit, liberatus est in actione ista, nec enim tantùm continetur de exhibitione rei in ista quantum in illa quæ continet rei restitutionem, & ita rem habet: tamen petit rem quæ fuerat priùs, vnde hic po-
5 test adhiberi distinctio: quia in contractu bonæ fidei si res † tradatur deterior, non videtur tradita: & ideo agetur ex eodem: vt dicunt ll. illę. ff. commo. & depo. Idem in eo quod est stricti iuris, sed imitatur naturam bonæ fidei. in contractu autem stricti iuris aut non traditur res plenè, quia aliquid deest ad rei traditionem, vt puta cautio quæ præstari debebat, aut, inquam, deest ad rei traditionem: sed tamen quod traditur, ita traditur, vt euinci vel euocari possit, & in his duobus casibus est idem. quod in contractu bonæ fidei, quia agitur ex eodem: vt ff. de solu. l. etiam. & l. & si rem. aut traditur plenè, & quòd auocari nõ possit, sed tamen in ipsa traditione deterioratur: & tunc non potest a-
6 gi ex ipso contractu, sed necessaria est de † dolo actio: vt ff. de dolo, & eleganter. §. 1. & huius differentiæ est ratio j. de actio. empt. l. 2. & hæc plenè notantur in illo generali, Rem peto, & rem habeo. & in summa instit. de legatis.

1 *Alteri stipulari nemo potest.*
2 *Vtilis depositi actio.*
3 *Ex pacto alterius, datur actio.*
4 *Specialia, non trahenda ad consequentiam.*

SI RES. *Stricto iure.* De stricto enim iure ex alterius pacto facto al- L. 8.
1 teri non oritur † actio vt ff. de pact. si vnus. §. pacta. & ff. de verb. ob. stipulatio ista. §. alteri. & ff. de reg. iur. quod tutela. §. nec paciscendo, & instit. de inuti. stip. §. alteri. *Propter æquitatis rationem.* Sed quæ est ratio æquitatis? vt scilicet res restituatur domino: vt ff. depo. bona fides. & videtur quòd non haberet rationem, quia suo nomine, non quia alteri stipulari nemo potest: vt s. dictum est, nec alieno, cùm sibi sit tantùm, & ab altero dari stipulatus. vnde si vis fiat in verbis, & accipiatur de iure stricto, bene vera sunt quæ dicuntur: sed tamen lex fingit de æquitate stipulatum esse sibi dari: sicut ff. si cert. pet. certi condictio. §. quoniam.
2 & ideo datur † vtilis depositi: vt hic dicit. Sed nunquid idem dicẽdum in commodato, cùm superiùs fecerit mentionem de vtroque? Alber. & domino meo videtur quòd sic: quia cùm in vno respondet, per consequentiam videtur responsum & in alio: vt s. de diuer. rescript. l. 1. & arg. s. de aduo. diuer. iud. restituendæ. contra tamen possent notari arg. quia in vno permittitur, quod in alio prohibetur: vt ff. de iud. cùm prętor. & de peculio, licet, & de minor. quòd si minor. § si seruus. sed hic cùm eadem ratio inueniatur in vtroque, idem dicendum in vno
3 quod in alio: vt suprà dixi. & ita erit hic speciale, quòd † ex pacto alterius detur actio, & al. ff. soluto matrimonio. Caius, & infra de donat.

quæ sub mo.quotiens.& ff.si cer.pet.certi.condi. & l. si in area. M. tamen voloit propter hoc dicere quòd semper ex pacto alterius detur vtilis actio.& sic dixit generale & non speciale.nostri verò doctores dixerunt contrà:quia speciale non debet vltra extendi quàm sit permissum,& ideo † non trahenda ad consequentiam: vt ff.de legibus & senatusc.quod verò.& l.seq. 4

L.9. Si ex quocunque. *Chirographa tua*.Sed etsi non sint sua, interest tamen sua sibi exhiberi,agetur actione in factum: vt ff. eod. l.2.§.pen.sed in aliis rebus,siue sint meæ,siue non,si tamen mea interest exhiberi,datur ad exhibendum: vt ff. ad exhibendum: l. 2. §.vltim. *Naturaliter*,Id est,solutione:quia omnis obligatio † tollitur solutione eius quod debetur. *Exhiberi*:Intellige quando expensis suis facta sunt instrumenta.tunc enim sunt sua.si verò soluit creditor tabellioni, non aget debitor ad exhibendum,vel rei viodicatione, sed condictione sine causa:vt j.de condic.sine causa,dissolutæ.

Huius tituli interpretatio in vet. libro omissa est.

DE ALEÆ LVSV, ET ALEATORIBVS.

Tit. xliii.

DE RELIGIOSIS, ET SVMPTIBVS FVNERVM.

Tit. xliiii.

L.1. Si vi fluminis. *Vel alia iusta causa*. Si iusta causa non interuenit Augusti affatus: vt j.eo.l.vlt. & intellige l. istam quando perpetuæ tradit sepulturæ. si enim ad tempus, poterit sine licentia imperatoris:vt j.si necdum.

L.2. Invito. In puram possessionem, id est, nec sacram, nec religiosam.

L.3. Legatum, Ex testa. *Et quod in funus*. Funeraria actione. *Vel morbum*.Neg.gest.vel mandati,si interuenit.

L.4. Si sepulcrum.*Monumenti*. Monumentum potest dici cenotaphium,quod Virgilius dixit esse rem religiosam,& ita non posse alienari.sed falsum est:vt ff.de rer.diuis. in tantum: & l. seq. quandoque dicitur munimentum,id est,locus sepulchri recipiendi causa destinatus:& tunc legari potest & alienari:vt ff.eod.quòd si locus.quandoque dicitur sepulchrum,vt hîc,& tunc non potest alienari. *Sed si*,id est quamuis.idem enim esset in hæreditario. *Familiare*.Et est familiare,quod sibi & familiæ suæ,id est agnationi suæ quis constituit. hæreditarium est,quod sibi quis & hæredibus suis & filiis constituit, & emancipatis,non tamen libertis: vt ff.eo. familiaria. & l sequenti. *Prophanat tamẽ*,&c. Patet ergo quòd loca prophana partibus diuisis & accedunt,& ad idem facit ff.de contrahen.empt.in modicis.

L.5. Voluntatem, *militis*.Aliàs incipit lex,*Militis voluntatem*.*Nõ debens*.Quamuis enim stricto iure nulla teneātur hæredes actione

ne ad monumentum faciendum, tamen principali vel pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremę voluntatis: vt ff. de hęred. petit. hæreditas. Delatio, id est, accusatio. *Inuidiam.* Quia grauatur eorum opinio apud bonos & graues. Io. tamen dixit intelligendum vt ponatur pro blasmo vel infamia facti. *Continentiam.* Aliàs conscientiā, subaudi malam, vel mali.

MONVMENTORVM INSCRIPTIONES. Quæ fiunt sine voluntate domini: sed & si fiant eius voluntate, idem videtur: vt ff. eo. vel quid paterfam. §. 1. sed fortè ibi scripserunt, & non adhibuerunt solemnitatem testium, vel aliquam aliam. in omni enim vltima voluntate sunt necessarij v. testes: vt j. de codicillis, l. vlt. *Præscriptio autem,* &c. Non referas ad sepulcrum, sed ad locum purum iuxta sepulchrum: vt s. eo. si sepulchrum. si enim in sepulchrum vsum habuit longo tempore, non quærit ius inferendi: vt ff. de mor. inferen. l. longa. quia non est in alicuius dominio vel possessione: & ibi agitur possessio & titulus: & ideo non præscribitur spatio x. vel xx. annorum. L. 6.

STATVAS. *Monumento.* Quid sit monumentum, notaui s. eod. si sepulchrum. L. 7.

IVS FAMILIARIVM. *Adfines.* Affinitas contrahitur per matrimonium. *Seu proximos cognatos.* Quia non continentur nomine familiæ: imò coniuncti per masculum sexum. Agnati autem sunt hi qui coniunguntur per fœmininum sexum. sed hodie videtur per authent. quod ita pertinet ad agnatos sicut & cognatos: quia non distinguitur ius agnationis à cognatione: vt j. authent. j. de legit. hæredibus: sed nō ita est in affinibus. L. 8.

LOCVM. *Manifestum est.* Vt instit. de émpt. & vend. §. vlt. L. 9.

SINE CDVM. *Perpetua.* Secùs si non perpetuæ: vt j. l. vlt. L. 10.

OBNOXIOS. *Nō vetamus.* Aliter si capitaliter fuerit damnatus vel relegatus aut deportatus in insulam. tunc enim oportet ab imperatore impetrari: vt ff. de cadauer. punit. l. 1. & 2. L. 11.

MORTVORVM. Ne sanctum, &c. quia ciuitas facta est hodie, non obseruatur quod dicit l. ista. L. 12.

IVS SEPVLCHRI TAM HÆREDITA. *Quam familiar.* Quid hęc sunt, dixi s. eo. si sepulchrum. 13.

NEMO, &c. Hic posset distingui vtrum traditum esset humanum corpus perpetuæ sepulturæ, an ad tempus. & si perpetuæ, iustè, vel iniustè: vt s. eo. l. 1. notaui. L. 14.

Finis tertij libri.

INCIPIT LIBER QVARTVS.

DE REBVS CREDITIS ET iureiurando.

Tit. I.

SVMMÆ.

1 *Sacramento deciditur causa.*
2 *Confessi, pro iudicatis habentur.*
3 *Voluntarium Iusiurandum.*
4 *Necessarium, cur ita dicatur.*
5 *Iudiciale retractari potest.*

L.I. CAVSA: *Remisso.* Pro eodem enim habet lex si remittatur, acsi esset præstitum: vt j. l. actori. *Decisa.* Ergo sacramento † deciditur causa, vt continetur j. auth. de fide [1] instrumentorum. & ait Apostolus: Omni controuersiæ finem imponit sacramentum. Sunt & alij modi decidendi causas, vt per transactionem, per definitiuam sententiam. nec intelligas quòd per sacramentum causa decidatur sic, quin postea altera parte postulante super hoc possit ferri definitiua sententia, sicut & in transactione & in confessione: licet † confessi pro iudicatis ha- [2] beantur: vt ff. de confessis, Iulianus. Et videtur l. ista innuere quòd sacramentum aliud est voluntarium, aliud iudiciale. est & tertia species scilicet, sicut de his in rubrica continetur. ff. de iureiuran. Voluntariũ appellatur † quod defertur ex sola partium voluntate extra iudicium: [3] & illud secundùm omnes actiones parit, & exceptionem: vt j. eod. actori. Iudiciale est quod à parte parti defertur in iudicio: & istud referri potest. necessarium est quod à iudice defertur alicui partium, quasi in se contineat quandam necessitatem, quoniam de necessitate suscipitur, nec referri potest, quia cui referretur? iudici? non: nec alij parti, cùm non detulerit. recusari tamen potest. vt j. eod. l. penult. Et quòd tale sacramentum dicatur † necessarium, habes ff. de in litem iu- [4] ran. l. vlt. quidam tamen econuersò posuerunt. nam illud quod nos appellamus iudiciale, dixerunt necessarium, quasi illud necessitatem. necessarium appellauerunt iudiciale, quia à iudice defertur. sed hæc controuersia de nomine est. vnde pertinacibus est relinquenda: vt j. de constit. pec. l. penul. §. & neminem. circa fi. l. *Nisi hoc specialiter lege excipitur.* Lege, quia in casu retractari † potest iudiciale, vt j. eo. l. vlt. In [5] casu etiam retractatur necessarium, vt ff. eod. admonendi. §. siquis noua & ibi lata erat sententia, & sacramentum præstitum, quod est bene notandum, quia sola sententia propter noua instrumenta non rescinditur, vt j. de re iudica. sub specie. sed si sit cum sacramento, secus est, &

est,& est in odium eius qui deierauit. Voluntariũ in nullo casu retractatur prætextu periurij si obiiciatur. ȷ. de pœn. iud. authen. nouo iure. Respon. quia ibi non loquitur de aliquo istorum sacramentorum, imò de quodam quod in iudicio præstatur ab vnaquaque partium, ad sui purgationem, dicẽs se nihil iudici dedisse vel alij vt pro eo feratur sententia. si falsum est, patietur pœnam, vt ibi dicit.

1 *Crimen heresis quomodo punitur.*
2 *Genius.*

IVRISIVRANDI. Intellige de eo iureiurando quod defertur super eo quod est in lite vel controuersia: & ita de voluntario vel iudiciali vel necessario est intelligendum. huius enim sacramenti contempta religione lex non imponit pœnam aliquam propter bonum pacis & concordiæ aliud si sacramentum interueniat loco pactionis: vt cùm quis iurat ne veniat contra transactionem. tunc enim punitur per l. vt §. de transact. si cùm maior. secus in aliis casibus. ff. de crimine stellio. l. vlt. & ȷ. authent. ȷ. de pœn. iud. nouo iure, & ȷ. de digni. quotiens. *Satis Deum.* Aliud in crimine † hæresis, quia punitur quis primò per Deum, post per principem: vt habes in constitutione, cunctos populos, suprà, in princip. ;c. & intellige quod hîc dicit, quando iurauit per Deum: tunc enim per Deum punitur, quia Deum offendit. sin autem iurauit per genium, vel per salutem principis, principem habet vltorem: sed tamen non debet decapitari, vt hîc dicit. Est autem † Genius Deus principis qui in genitura potẽtiam suam exercet. olim enim antiqui colebant Apollinem, Iouem, Mercurium. videtur contra. ff. eod. si duo. §. vlt. sed hîc non imponit pœnam corporalem, s. capitalem, sed castigabitur fustibus vt ibi. Vel ibi loquitur quando peierauit ex antecedenti deliberatione & certa scientia. si verò calore iracundiæ, remittitur pœna: vt hîc, & ȷ. ad l. Iul. de adu. Gracchus. & ff. de publicanis, licitatio. sic ergo per l. primam delato sacramento, non retractatur prætextu periurij, nec per istam punitur.

L. 2.

1 *Inculcatio verborum non obest.*
2 *Medium inter probare & non probare.*
3 *Actori quando deferendum iusiurandum.*
4 *Plena probatio.*
5 *Semiplena probatio.*
6 *Meliori defertur iusiurandum.*

IN BONÆ FIDEI NECNON IN ALIIS CÆTERIS. Videtur ergo quòd in omnibus contractibus siue ex delicto vel quasi, siue ex contractu vel quasi ex qualibet causa venientibus, siue sint stricti iuris, siue bonæ fidei, quòd inopia probationum causam per iusiurandum decidi oporteat: ampliùs etiam quia in reali actione quæ nõ est ex contractu vel quasi, idem est. & ideò dicit, necnon in aliis cęteris. sed videtur illud quod adiicit cæteris scilicet superfluere. Respond. quòd est inculcatio † verborum, sicut sæpe reperitur in testamentis, do, lego. vel dicet quis quòd verba textus sunt testatoris, & ideò non est curandum. hîc autem sunt verba legis: & ita pro nihilo non vi;

L. 5.

ſed in integrum reſtituitur,ſi probet ſe deceptum. non enim hoc ipſo 1 † quod minor eſt,videtur deceptus:vt ff.eo.nam poſtea.§ ſi minor.

CVM ETIAM. *Velut ab ipſis pupill.* Videtur enim oneratus tutor propter hæreditatem in qua pupillus erat inſtitutus,vt ff.de lega. 2. peto.§.2.& j.de fideicom.etiam. & hoc cùm oneratus erat pupillus. aliàs enim non poſſet tutor onerari, cùm ei nihil relictum ſit:vt j. de fideicomm.ab eo. L.5.

CVM PROPONAS. *Arbitri.* Non intellige quòd de cauſa ingenuitatis eſſet compromiſſum,quia necdum de ea poteſt cognoſcere arbiter:vt ff.de arbitris,non diſtinguemus. §.de liberali. ſed nec iudex pedaneus:vt ſuprà de pœn.iud.placet. erat enim deciſa illa quæſtio per ſacramentum extra iudicium delatum. poſt fuit compromiſſum in aliquem ſuper hoc quòd ipſe decideret, vtrum debeat ſeruari. ſed iudicauit arbiter quòd iuſiurandum bene poteſt præſtari in cauſa ſtatus,&c. *Præſes prouinciæ.* Secundum hoc dixit, conſulet filiis amjttæ tuæ:& ſic non ſuper quæſtione ingenuitatis & generis fuit compromiſſum.ſed de ſacramento,vtrum poſſet in cauſa ingenuitatis pręſtari. L.6.

NEC FILIVS. *Vnde ſi contra mandatum.* Id eſt,præter.ſatis enim eſt, ſi fecit citra mandatum.aliàs enim inuitus dicitur, qui non probatur conſenſiſſe:vt ff.de procur.filius. §. inuitus:& ff.d fur. qui vas. §. vetare. L.7.

1 *Ex ſacramento præſtito naſcitur actio.*

ACTORI. *Infactum.*Ergo videtur quòd ex ſentẽtia competat actio in factum.ſed aliàs dicitur competere de re iud.miles. & in aliis legibus eiuſdem tituli,ſed ſiue hoc,ſiue illud dicatur, non curo: quia eſſet de nomine cõtrouerſia.ſed cùm iuraui, diſtingue vtrum adiecta cauſa vel forma:vt quia vendidi, dico te debere: & tunc habeo vtilem actionem ex forma illa:vt ff.eo.ſi duo.§.pen.& antepen. annon 1 adiecta forma,& tunc in factum. naſcitur † ergo actio ex ſacramento præſtito:& in hoc paris eſt auctoritatis cum ſententia & in excipiendo vt hîc diligenter tractatur in ſumma.§.voluntarium.ibi,igitur in agendo & excipiendo. L.8.

1 *Iuſiurandum referri poteſt.*
2 *Iuſiurandum licet recuſare.*

DELATA. *De calumnia.*Olim ſuper iurabatur de calumnia in cauſa,prout emergebant capitula in ea:& ideo in iudiciali ſacramẽto delator iurabat de calumnia.licèt ſecùs eſſet in relatione: vt ff. eod. iureiurando.ſed hodie neuter neceſſe habet iurare de calumnia: quia ſemel tantùm iuratur,& in principio, quòd non exiget probationem ſibi non neceſſariam:ergo nec iuſiurandum, cùm ipſum ſit loco probationis:vt ff.eod.ſed & ſi poſſeſſori.§.ſi cùm de hæreditate. & j. eod. ſi quis. *Niſi referat.* Eſt enim manifeſtæ turpitudinis, nec iurare, nec 1 iuſiurandum referre:vt ff eod. manifeſtæ. & eſt generale, † quòd referri poſſit.fallit in actione iniuriarum, & rerum amotarum, & furti: vt ff.de iniur.lex Corn.§.hac lege,& ff.rerum amo.Marcellus.& l. ſeq. Idem vbicunque defert lex alicui ſacramentum:vt infra de fideicom. quæſtionem, & de iure deliber. ſcimus. §. licentia. niſi eadem lege L.9.

referendi permittatur potestas.ȷ̄.de bonis aucto. l. vlt. circa finem: sic ergo per l. istam licet deferre,& referre sacramentum. est & alia via, quia licet † recusare,vt ȷ̄.eod.l.penult. 2

L.10. IN ACTIONE. *Deferri potest.* Vt iuret se depositum non accepisse.

L.11. SI QVIS. *Iusiurandum reuocauerit.* Subaudi, & eo reuocato iterum vult deferre. *Et alias probationes.* Hic innuit sacramentum probationem esse. *Vsq; ad litis tantummodo terminum.* Ideo dicit,quia olim deferebatur sacramentum in sentẽtia,vt fieret post sententiã.hodie præstatur in principio, vel in medio, vel in continenti ante sententiam: vnde ante quandocunque non potest reuocari. sed ita si non fuerit præstitum,vt in l.seq.

1 *Plenissima definitio quid.*
2 *Vera probatio.*
3 *In principio causæ, deferri potest sacramentum.*
4 *In continenti facta,inesse videtur.*
5 *Relatio à iure permittitur.*
6 *Recusatio.*
7 *Cõsensus impedit appellationem.*
8 *Iusiurandum recusari potest.*
9 *Appellatione extinguitur pronunciatum.*
10 *Omnis relator,delator est.*

L.12. GENERALITER, &c. *Vel à iudice.* Et istud dicitur necessarium apud nos:sed aliud secundùm alios:vt notaui.s̄.eo, l.1. *Increbuit.* Id est,euenit sæpe. In plenissima definitione,id est, in definitiua sententia qua reus absoluitur vel condemnatur, vt ff. de re iudica.l.1. & quòd ita sumatur † plenissima definitio pro sententia definitiua.aliàs 1 pro regula generali.vnde ita legitur de reg. iur. definitiones in iure omnes periculosæ sunt. In auctoribus dicitur. definitiò est oratio explicans substantiam vel esse rei. *Sacramentum imponere.* Veluti condemno talem,si alius iurauerit ita esse vel non esse. *Prouoca.lit.suspen.* Si enim interuenit prouocatio, potest esse quòd interim moriantur antequam præstetur sacramentum: & sic cadunt rerum probationes, vel intellige sine prouocatione, ante scilicet, quam sacramentũ præstiterit. & sic probationes deficiebant,& ita sacramentum habet locum probationis, non tamen est † vera probatio: quia si agam contra aliquem l.Aquilia,& ille inficietur damnum esse datum, si deferatur ei sacramentum,condemnetur in simplum,licet alter conuictus condẽnetur in duplum:vt ff.eod. eum qui iurauit in princ. & quòd obtineat locum probationis,probatur.ff.eo.sed & si possessori,§. vlt. & per eandem l.obtinet locum veritatis in princ. quandoque vicem rei iudicatæ:vt per eandem l. §. vlt. quandoque litis contest.quantum ad perpetuandam actionem:vt ff.eod,nam postea.§.si is. quandoque vim nouationis vel delegationis:vt ff.eo.qui iurasse.§. vlt. *Cum multum discrepat.* Non enim nouit hæres ita veritatem sicut principalis persona: & hoc sacramentum propter veritatem defertur,vt ff. eo. iusiurandum. & ff. rerum amotarum. Marcellus. *Necessitate*, &c. Ne scilicet deficiant probationes. *Pinguius.* Id est,plenius. *In principio litis.* Principium litis dicitur litis contestatio: vt not. s̄. de iura. calum.de plus petit.de procurat. Et nota quòd in principio causæ † potest deferri sacramentum. potest etiam dicere actor, ad quid iurarem de calumnia? iuret 3

ita

ita esse vel non esse,& sit absolutus, vel soluat. Vel hoc potest fieri in medio,aut in ipsa diffinitiua sententia: vt dicit, & est arg. in minore qui iurat de veritate dicenda, non de calumnia. quòd si iudex viderit hoc faciendum,possit facere in principio, & in medio, & in fine. antiqui tamen iudices consueuerunt eos facere iurare prope diffinitiuam sententiam, quasi aliis deficientibus probationibus: nec illud sacramentum est voluntarium vel necessarium, sed quia veritatem exquirit iudex per sacramentum illius in præiudicium suum, vt si dixerit aliquid contra se, si pro se, non crederetur ei. & intellige in principio, id est, post principium, nec enim iuratur ante lit. contest. quamuis econuerso glossem quòd sequitur, vel in diffinitiua sententia id est, ante paulumlum, hoc est iuxta diffinitiuam sententiam: vt probatur per literam sequentem. *Non expectata vel vltima diffinitione*, &c. Et tales expositiones bene possunt fieri, qui si in continenti post principium fiat, videtur esse factum in principio. idem si ante diffi-

4 nitiuam sententiam paululum. ea enim quæ † in continenti fiunt, videntur inesse: vt s. de pact. in bonæ fidei. & l. petens, & ff. si cert. pet. lecta. Videtur ergo correcta per istam lex superior, quæ permittit sacramentum præstari post definitiuam sententiam:& ideò si deferatur, reuocari potest ante, vt dicit, eadem ratione corrigitur infrà ead. l. §. vltim. & respon. vt ibi. *Reluctatus*. Id est, ad præstationem sacramenti à se vel ab alio, vt patet per id quod sequitur, *cui refertur*. aliàs, cui iure

5 refertur. & tunc glossa, quia relatio à † iure permittitur. habet enim quis potestatem iurandi vel referendi. & hoc est generale de relatione, quandoque enim fallit: vt cùm lex defert sacramentum hæredi: vt iuret pro legato: vt infrà, de fideicommissis, quæstionem. nisi reseruetur auctoritas referendi, in eadem. l. vt infra de bonis auct. iud. l. vlt. & notaui s. eod. delata. & ita intellige quod hîc dicitur de relatione quando à parte parti defertur sacramentum, non à iudice parti, tunc

6 enim non habet locum relatio. sed † recusatio vt infrà. *Quasi illato sacramento*. Hoc est, ita fiat, ac si ipse detulisset alij, & ille suscepérit, tunc enim succumbit delator. idem & hîc, vel si non suscepit: sed remissum est: vt s. eod. actori. *Causa*. Tota. *Vel capitulum*. Id est, aliqua pars causæ tanquam capitulum vel membrum: & hoc cùm plura capitula sunt in causa, vt cùm conuenió aliquem tutelæ, famil. etciscundæ. *In his quæ ipse facienda precur*. Est enim æquum, vt quod quisque iuris in aliū statuerit, ipse eodem iure vtatur, vt ff. quod quisque iur. & Cato dicit: Patere legem quam ipse tuleris. Et est generale, ne aliquis ap-

7 pellet ab eo † ad quem ex consensu suo peruenit, vnde sententia per confessionem tuam contra te lata, non rescinditur per appellationem, vt j. quorum appellat. recip. *Obseruare minimè voluerit*. Vel refellere. *Quasi volente eo, &c.* Istud duobus modis potest exponi, vno sic, id est, ita fiet ac si ipse detulisset, & ille noluit iurare, sed remisit ei: tunc enim succumbit delator, ita & hîc, vel ita fiat acsi alij detulerit, & ille referret, & delator noluit subire, tunc enim succumbit: ita & hîc, & eadem est sententia, licet diuersa expositio. nec est omnimoda similitudo in prima vel secunda expositione, cum eo quod hîc dicitur, quia hîc potest appellare condemnatus, non ibi: & ideò dicit,

quasi volente,&c. Vel hoc attestetur, quare sc. recusat,& potest casus assignari quare recusetur sacramentum, quia si cõuenio te ad aliquid, & ita defero sacramentum, poteris † recusare iustè, si dicas te dubitare 8 vtrum ita fuerit ibi vel non, licet ita credas esse, & iuratum fuerit de calumnia, tunc enim non cogor iurare ita esse vel non esse: & fortè dicere poterit se nolle referre, quia aduersarius est talis homo qui pro modico iuraret,& qui nunquam amitteret si sacramento suo crederetur: & ita neque iurabit neque refert si talem prætendat excusationem,& tunc iudex benè debet recipere excusationem suam. Sed videtur contra. ff. eodem. manifestæ. quia ibi dicit, manifestæ turpitudinis esse, nec iurare, nec iusiurandum referre, sed dic quòd illa corrigitur per istam: sed hæc solutio non videtur bona per finem istius legis. Dic ergo quòd hic loquitur quando interuenit iusta causa, vt s. dixi, ibi non interuenit, vel illud quando delatum sacramentum suscipitur. Dicit enim se iuraturum & facturum quicquid de iure facturus est, istud autem locum habet antequàm susceperit. *In vltima prouocatio.* Id est, Tale vltimò habebit auxilium, quòd licebit ei appellare à sententia contra se lata. *Sin autem non ritè.* Videtur ergo per literam istam quòd primò debeat iudex appellationis pronunciare vtrum ritè recusatum fuerit. in præcedenti causa sacramentum, annon: & post confirmabit vel non sententiam: sed quare ita faceret, cùm breuius possit, Vnde intelligendum est quod in principio debeat pronunciare, vtrum primus iudex benè condemnauerit, an non: & ex eo apparebit an iniustè recusauerit, annon: sicut habuimus s. de ordin. iudic. adire, quasi ex recusato, &c. *Neque præiudicij.* In nullo enim præiudicabitur sibi ex prima sententia, quia appellationis remedio † extinguitur pronunciatum, vt ff. ad Turpillian. l. 1. §. vltim. *Neque dispendij.* 9 Quia neuter alteri condemnabitur in expensis, cùm vnus vicerit in prima causa, alius in causa appellationis, vt per authentic. illud, de iudicibus. *Nullum prouoc. re in hoc seruabitur.* Et videtur quòd ille qui refert, posset appellare, cùm ex quadam necessitate hoc faciat. Et in hac opinione fuit dominus P. Ioanni tamen visum fuit, quòd sicut nec delator potest, vt suprà eadem. l. in principio. ita nec relator: quia omnis † relator delator est, sed non econuerso. Is verò cui defertur, 10 potest appellare: vt s. eod. § sin autem. *Sed etiam huic legi subiungamus.* An nescis longas regibus esse manus? *Sub actorum.* Id est, scripturarum quæ fiunt de illa præstatione sacramenti. *An ab vtraque parte.* Scilicet, Cùm vnus alius retulit. *Vel ab altera.* Scilicet, cùm delatum. *Siue in domib.* Vt quia est persona egregia, vel morbo impeditus, vt ff. eo. ad personas. *Siue sacris scripturis.* Sicut in Italia. *Siue in sacrosan. orato.* Vt faciunt quidam vltra montes qui iurant super altare. *Non enim vt aliquid derogetur,* &c. Nonne s. eo. l. notaui quod derogatum est quibusdam aliis antiquis per hanc? quid est ergo quod hic dicit? & dic quòd non protulit hanc l. vt omnia corrigat quæ dicta sunt de sacramentis, vt ff. non enim corrigit nisi in casibus exceptis. s. & hoc est quod dicit.

1 *Negatiua non probatur.*
2 *Actio de dolo aduersus legatarium.*

CVM QVIS LEGATVM. *Manifestum factum est.* Quia patefacta est veritas per testes. Non intellige quòd prober per testes eum deierasse.sed videtur quòd hoc non sit sufficiens probatio, quòd scilicet non continetur in testamento.nam quandoque plus scribitur quàm dixerit testator, quandoque minùs: vt ff.de hære. inst. l.1. & l. quotiens.vnde licet tabellio non scripserit, potest esse quòd testator voluerit, & dixerit. vnde quidam dicunt quòd hoc manifestatur per sacramentum testium,cùm scilicet,iurant se non audiuisse testatorem 1 tale quid reliquisse,sed hoc non videtur, cùm negatiua † non debeat probari. satis tamen esset præsumendum. cùm nullus hoc audiuerit. & dic quòd hic non prætendebatur inter partes, plus fuisse scriptum vel minus.& est speciale in l.ista quòd sacramentum delatum à parte parti,retractari possit:vt notaui §. eo.l.1. aliud per l. veterem: vt §.de dolo. quòd si deferente. nec contradicit l. sequens, si legatarius. loquitur enim quando non delatum erat sacramentum,sed legatarius calliditate 2 sua iurauit hæreditatem sibi sufficere ad Falcidiam.tunc enim † datur de dolo,vt ibi dicit.secus hodie vt hic. & fortè quadam ratione potest venire contra,quæ facit ad euidentiam huius l. sicut enim non potest transigi de his consiliis quæ testamentis pendent nisi inspectis verbis testamenti:vt ff.de transact.de his, & quemad. test. aperiantur. ita nec hic transactio fieri potuit per sacramentum de his controuersiis quæ ex testamento proficiscuntur.vnde repetit, quasi non valuerit sacramenti delatio,vt hic dicit. *Falcidiam.*de hoc non erat dubium cùm super eo non esset interpositum sacramentum, quid si iurasset quòd non deberet Falcidia? hic non dicit: & fortè non detrahetur, imò seruabitur sacramentum: quia causa ista non pendet ex testamento. *Si tamen locum habeat:*Potest tamen esse contrarium, si tantùm habeat de hæreditariis bonis.

L.13.

SI CERTVM PETATVR.

TIT. II.

1 *Statuta iniqua.*
2 *Legatarij iure prælegati non tenentur.*
3 *Hæreditas interdum damnosa.*

NEQVE ÆQVAM NEQVE VSITATAM REM DESIDERAS, &c. Sic ergo nulli iuri consonat suum desideriũ, omne enim ius nostrum aut constat ex scripto, aut ex non scripto. vnde cùm ei non patrocinetur iustitia neque consuetudo, quæ quandoque æquum continet, quandoque iniquum, sunt enim † quædam statuta iniqua,non est admittendum, vt dicit; si enim æquum esset quod desiderat,ergo ius: quia ius est ars boni & æqui.idem,si consuetudine approbatum.nam diuturni mores consensu

L.1.

vtentium comprobati, legem imitantur, vt instit. de iure natur. §. ex non scripto. *Ut æs alienum patris.* Id est, quod pater tuus debuit, non quod ei deberetur: vt ff. de verbo sig. cedere. §. æs alienum. *Ad scriptos hæredes.* Vel nuncupatos, non curo. *Pro portionibus hæreditariis.* Si enim æs alienum sit. c. & ipsi sunt tres hæredes, conuenietur quilibet pro tertia. vnde & si tertia non valeat nisi duos sol. quilibet tenetur tertiam. c. præstare, vt notaui suprà de rei vindicat. cùm à matre, olim non conueniebatur nisi in quantum in bonis defuncti inueniebatur. hodie nedum pro ære alieno, etsi fines hæreditarios excedat, sed etiam pro legatis & fideicommissis, vt j. ad l. Falcidiam. authentic. sed cùm testator, teneretur ergo pro portione hæreditaria, etsi minor sit debito, vt habes & notaui suprà de nego. gest. si ab eo. non pro eo quod aliquis habet iure prælegationis, tenetur, legatarij enim † non tenentur: vt j. de actio. & oblig. l. vlt. quia non sunt iuris successores, sed rei singularis: & actio personalis quæ competebat in defunctum, non sequitur rem ipsam: vt ff. ad Trebel. l. 1. §. si hæres. transit enim legatum ad legatarium sine damno, hæreditas verò interdum † damnosa est: vt ff. manda. si hæreditatem. §. 1. si tamen hæreditaria portio non sufficiat ad æs alienum, imò totam absorbeat. dicendum est institutiones istas nullius esse momenti: vt ff. de hæred. inst. l. ex facto §. [2] [3]

1 *Mutuum quid.*
2 *Mutuum tribus modis reconciliatur.*
3 *Dos quando reconciliatur.*
4 *Doli exceptio.*

L. 2. QVAMVIS PECVNIAM TVAM. Siue sciebat esse tuam, siue ignorabat, & vt expressiùs dicam, etiam si subripuerit mihi meã pecuniam, qui & credidit, stipulatione ius sibi obligationis acquirit: tenetur tamen actione furti, nec hoc impedit qui contracta sit obligatio inter Asclepiadem & cum cui credidit. si verò interposita non fuit stipulatio, non haberet actionem: quia mutuum † est, quod de meo fiat tuum, vt ff. eod. l. 2. & iste nihil facit accipientis, quare non potest intendere actionem. & ita considerata numeratione non agit, sed inspecta stipulatione, ex qua iure ciuili oritur actio. vnde est ei obligatus, vt dicit. Et notatur hîc quòd mutuum † reconciliatur tribus modis, stipulatione, consumptione, & vsucapione, stipulatione, vt hîc. consumptione, si numeraui pecuniam alienam, & debitor consumpsit eam. licet non teneatur à principio ex consumptione, ff. eod. nam & si. Vsucapione, si credidi alienam pecuniam, & debitor eam detinet bona fide, nec consumitur, quod difficile contingit. vsucapit enim eam, sicut faceret seruum alienum vel loricam, & ita possum agere modo, & valet quod à principio non valuit. hoc lege non est expressum, sed sic dicitur domino reconciliari causa mortis: vt ff. de dona. causa mot. si alienam. sic † & reconciliatur dos, vt ff. de iure dot. Proculus nepoti. Consueuit quæri, si numeraui mutuam pecuniã, & stipulatus sum de ea reddenda, vel tantundem in eo genere, & ita reconciliatur mutuũ stipulatione, vt j. si dominus veniat & vendicane rit pecuniã: an nihilominus debitor qui teneatur ei qui numerauit, ex stipu- [1] [2] [3]

stipulatu.& videtur hîc esse quædam perplexitas. nam contra dominũ non potuit se excusare: & nihilominus videtur quòd iste remaneat obligatus propter stipulationem interpositam. quid ergo dices? Resp. non tenetur ex stipulatu, quia cùm ea pecunia quæ erat penes ipsum, erat causa quare teneretur, propter eam enim tenebatur ad tantundem in eo genere: si illa sit ab eo oblata sine dolo & culpa sua, habet 4 † doli exceptionem: vt ff. de stipula. seruo. l. 1. §. 2. Alia sit quæstio circa mutuum quod consumptione reconciliatur. quid enim si nõ consumpsit, sed perstitit ne consumeret? videtur quòd non teneatur, cùm non reconcilietur consumptione. Puto tamen distinguẽdum, an iusta fuerit causa quare non consumat, vt quia denunciauit dominus alienam esse pecuniam, an non: si iusta, non imputatur ei, vt ff. eo. nam & fur. si non est admonitus ab aliquo, imò detinet mala fide, tenetur cõdictione. & videtur contra regulam iuris quæ dicit, quod ab initio non valuit, ex postfacto non conualescit, in generali de initio spectando.

Sic in vetteri libro reperimus.

L. 3.

EOS QVI OFFICIA. Etsi nõn sit potestas siue officialis in communi, si tamen officium habeat ad tempus, aliud si essent perpetui: vt ff. eo. præsidis. *Agitare.* Id est, exercere, quia nõn vult pecuniam esse otiosam.

1 *Absenti quæritur actio.*
2 *Per liberam personam nihil acquiritur.*

L. 4.

SI ABSENTIS. *Nomine eius.* Sic ergo mutuata fuit pecunia ab sentis nomine suo, id est, tanquam sua, & vt sibi quæratur actio & obligatio. si verò non nomine alterius, sed eius qui dat fœnori numeratio fiat, stipulatus est tamen alteri reddi, non valet stipulatio: vt ff. eodem. certi condictio. §. quoniam. nec est vis facienda in eo quod hîc dicitur de absente: idem enim esset si præsens esset, & nomine præsentis credita esset pecunia. siue ergo sit absens siue non, cùm nomini e-1 ius † credatur, quæritur ei actio, vt in §. pen. illius. l. certi condictio. quare ergo dicit hic de absente? quia dubitabatur in eo. si enim esset absens, non est verisimile quòd reprobaret, cùm in vtilitatem suam fiat. sed cùm absens est, potest conuenire eum qui numerauit: & præterea potest reprobare nomen. Vnde diligenter est distinguendum, dederit pecuniam mutuam mandato meo, an non. Primo casu quæritur actio, neque licet reprobare, quia mandaui. si verò non mandaui, & suam credat tanquam meam, vel etiam meam, quæritur actio. sed quo-2 modo, cùm per liberam personam excepta causa possessionis † nihil possit acquiri: vt j. per quas no. acqui. l. 1. sed dic quòd illud generale est, speciale est hic in mutuo: quæritur ergo mihi actio etiam ignoranti: sed licet reprobare nomen, id est, actionem de mutuo, sic & sumitur nomen. j. de actio. & oblig. nominibus.

1 *Fœnerator.*
2 *Vnius rei dominium apud duos insolidum esse non potest.*
3 *Re contrahitur in solidum obligatio.*
4 *Beneficium diuisionis.*

5 *Ciuilis obligatio, naturalis habet efficaciam.*
6 *Contractus innominatus.*

L.5. SI NON SINGVLI. Casus talis est. Venerunt tres scholares ad fœneratorem.& voluerunt ab eo accipere mutuam pecuniam. ille dixit se non habere præ manibus: sed ita dixit quòd fieret instrumentum de acceptione pecuniæ, & post duos dies vel tres numeraret eis. & ita fecerunt, postea totam pecuniam numerauit vni eorum. quæritur verùm alij teneantur, qui nihil acceperunt, & quamuis de stricto iure teneri videantur, de æquitate tamen contrarium est, cùm nihil ad eos peruenit: & hoc si † fœneratori denunciauerint hi ante testes se 1 nihil accepisse. alioqhin post biennium tenerentur. sed & ante biennium, licet nihil acceperint, tenentur: vt si intercesserint pro eo cui numerata est pecunia, vel etiam in solidum vnusquisque promiserat se redditurum pecuniam, & renunciauerunt nouæ constitutioni & diuisioni, vel si re obligatus est quilibet in solidum sine stipulatione aliqua: vt si voluntate eorum totum numeratum est vni: ita est quandò scripserunt pecuniam se accepisse, si verò oleum scripserunt se recepisse, & spe recipiendi olei, multominus tunc tenerentur: quia nec eis nec aliis fuit appensum vel datum, cùm intercessit stipulatio reddendi olei. & sic facta solemni contestatione, manente eo quod factum est, in suo statu, ex scriptura accepti olei nihil debetur, si non singuli in solidum, &c. Sed nunquid re in solidum possunt obligari? Videtur quòd non: quia † dominium eiusdem rei apud duos in solidum non potest esse: vt ff. commo. si vt certo. §. vlt. Sed intellige sicut in casu posui, 2 quòd vni numerata esset in solidum, & sic † re contrahitur in solidum 3 obligatio. *Vel stipulanti creditori*, &c. Promisit enim quilibet per stipulationem se in solidum redditurum pecuniam, & renunciauerunt, vt in casu dixi: & ita stipulatione in solidum obligantur. & hoc bene potest esse, re enim & stipulatione plures constitui possunt rei debendi in solidum: vt ff. de duobus reis, eandem, & posset aliquis contradicere, quia nonne habent diuisionem si in solidum obligauerunt se, per authent. de duobus reis? sed intellige quod hîc dicitur, quando in solidum se obligauerunt, & renunciauerunt nouæ constitutioni & diuisioni: vt s. dixi. Si non renunciauerunt, conueniri possunt in solidum: sed habent beneficium † diuisionis. Præterea in alio casu cùm inter- 4 cesserunt, videtur per authen. quòd prius conuenienda sit principalis persona, quàm ipsi fideiussores. sed dic quòd hîc loquitur secundùm iura Codicis, aliud per authen. *Vel intercessionis*: Repete, si non: vt sit sensus, vel si non intercessionis, &c. *Vos conuenire possis*. Scilicet, intra biennium. & ad hoc facit sequens determinatio, si intra præstitutũ, &c. elapso enim biennio teneretur. vt j. de non num. pec. in contractib. ciuiliter & naturaliter, secundùm quosdam. Vel, vt Io. dixit, ciuiliter tenetur. & illa ciuilis † obligatio habet efficaciam naturalis, vt j. de non 5 numer. pec. l. si intra. & l. cùm vltra. *Quæstionem*. Id est, querimoniam. sunt enim contestari se nihil accepisse, & interuenit scriptura: quod est necesse: vt j. de non num. pec. authen. hanc autem querelam. *Oleum suf. instru. fit col*, Subaudi, spe recipiendi olei. si enim pro pecunia accepta

pta ab alio oleũ dare promisissent, bene tenerentur, vt j. de rerũ permuta. rebus, quam l. dixerunt contrariam. sed habenti bonam literam non contradicit, quidam enim habent hic pro pecunia numerata, & male. imò sine pro debet esse litera, vt sint ablatiui casus absoluti, sic, si pecunia numerata, subaudi vni oleum susceptum, &c. vnde intellige quòd scriptum sit de oleo spe recipiendi olei. & ita mutuum contrahitur, & est necessaria solemnis contestatio, alioquin si pro pecunia promisissent oleum, non esset mutuum: vt ff. eo. l. 2. imò innominatus 6 † contractus: & ita non est contestatio necessaria. *Cùm si reddendi*, &c. Sed quare non habent exceptionem, cùm hoc solemniter testati sunt, etiam si interuenit stipulatio? & certè habent non nu. pec. si interuenit scriptura, vel si non interuenit, in factum: vt j. de non numer. pec. cùm vltra. & inst. de except. §. 1. nisi confiterentur se accepisse oleum animo nouandi, vt alius. s. liberaretur.

1 *Pecunia per nouationem in mutuum conuerti potest.*
2 *Omnis obligatio, tollitur nouatione.*
3 *Falsa causa vitiat legatum.*

SI EX PRETIO. *Contra quem.* Subaudi, ab eo: vt sit sensus, ab eo L. 6. contra quem, &c. *Falsa mutua data*, &c. Per hoc videtur quòd nõ sit factum mutuum per nouationem quare assignatur contra. ff. eod. singularia. Resp. sicut Y. distinguendo, habeas pecuniam quæ debetur ex 1 venditione destinatam solutioni: an non, si sic, per † nouationem conuerti poterit in mutuum, vt ibi. alioquin contra. ff. manda. qui negotia. nec exigitur quòd pecunia sit præsens, sed satis est quòd extet vbicunque. aliàs enim ex præsentia rei transfertur dominium: & ita non est speciale in mutuo, quod dicit lex esse: vt ff. eo. certi condictio. §. vlt. *Cùm obligatio non defecerit.* Sub. imò videtur quòd defecisset quia nón- 2 ne tollitur † omnis obligatio nouatione: vt instit. quib. mo. ob. toll. in prin. & §. præterea, sed intellige quòd non defecit in genere, primò enim forte debebat ex venditione. facta nouatione similiter debet, licet prior obligatio ciuilis & naturalis sit sublata: & ita prius erat obligatus, & modo est obligatus, & sic non defecit obligatio in genere. *Si vero extra vinculum stipula.* Aquilianæ, qua fit nouatio, vt s. dictum est, licet non sit conuersa pecunia in mutuum. nec enim est mutua. nec fuit, & ideò non fuit falsa demonstratio, &c. hoc enim non tollit quin debeatur vsura per stipulationem debita ex pecunia, quæ in nouationem deducta est: sicut nec aliàs falsa † causa vitiat legatum: 3 vt instit. de legat. §. longè. *Conuenit.* Nuda pactione, *Simulatis pro infectis habitis.* Sic ergo & si in scriptura redigatur pecuniam deberi ex mutuo. & præterea conuenerit de vsuris, non fit nouatio per scripturam, sed in vsura non respondet, & dici potest quòd non debeantur: quia non tanquam ex fœnebri pecunia, quia ibi exigeretur stipulatio: vt j. de vsur. quamuis nec tanquam ex ea pecunia quæ duret in prima obligatione, quia pactum non fuit in continenti appositum: & ideò non debetur, vt ff. depositi. Lucius, sed videtur his quæ s. dixi quòd non fiat nouatio per scripturam, contradicere. j. de non numer. pecu. aduersus. Respondet quidam quia hic non interuenit scriptura ad

nouationem,ibi ad probationem. Vel dicas quòd consonent. dicit enim l.illa quòd si ex iusta causa præcedenti habebat pecuniam quis, & scribatur in instrumento,quòd in mutuum conuertatur, non habet exceptio non nu.pec.quia illa exceptio locum habet, cùm aliquis spe futuræ numerationis scripsit se accepisse, ibi autem non ita fuit:& ideò non habet locum:durat tamen prior obligatio in suo statu,nec fit aliqua nouatio,vt hîc dicit.

1 *Titulus non inquirendus.*
2 *Pro re aliena vendita,datur actio.*
3 *Mutuum naturale.*

L.7. NON VNDE ORIGINEM. Origo hîc appellatur titulus, posset enim dubitari, quando maxima datur mutuo pecunia, vnde habuit eam creditor:& si quæri posset ab eo † quo titulo habuit,& dicit lex ista,non hoc requirendum esse:sed si vt propriam numerauit is qui contraxit,sic aliàs possessor non cogitur dicere titulum suæ possessionis: vt s. de hæred. petit. l. cogi. sed superficialiter assignari posset contra.j.de pig. act. nec creditores. dicit enim quòd si originem rei, &c.sed ibi agebat,& ideò probare debet: vt s. de edendo. qui accusare.probat ergo rei originem.i.pignori se dedisse. alius nō potest referre quæstionē de dominio, licet debitor non fuerit dominus: vt ibi notaui.sic nec is cui res aliena tradita est.habet enim actionē is qui commodauit, licet non probet se dominum:vt ff. commod.ita vt fur.sed & pro re vendita † aliena habeo actionem: vt ff. de contrahend. empt. rem alienam. hîc autem non agit: imò omnino aliena est sententia: & ideo non contradicit, sed alia ratione videtur quòd requirendus sit titulus vel origo rei ab eo qui accepit mutuum: quia aliter non valet mutuum, nisi ille cui datur fiat dominus. est enim mutuum, cùm de meo fit tuum: vt ff. eodem l. 2. & certè si tractemus de † mutuo naturali, verum est quod dixi. tunc enim oportet transferri dominium: sed non est necesse quòd de eo tractemus, quia potest confirmari mutuum tribus modis, etsi à principio non valuerit, vt notaui s. eo.quamuis.

1 *Centesima vsura.*
2 *Vtile non vitiatur per inutile.*
3 *Venetorum consuetudo.*

L.8. SI PRO MVTVA. *Æstimatas acce.* Fuerunt ergo istæ datæ æstimatæ secundùm quod inter eos conuenit, & debitor fortè vendidit res illas,& ex pretio æstimato promissa fuit vsura. sed non dicit vtrum pecunia illa quæ pro æstimatione rerum debetur, conuertatur in causam mutui,annon. quare non videtur credidisse, sed potius vendidisse,cùm dederit res,& pro rebus promissum fuerit pretium. quomodò enim tunc teneretur ex mutuo, si dicat aliquis quòd æstimatio debetur ex vendito?sed placuit inter eos,vt illa pecunia deberetur vt mutua, sed & hîc non videtur vt transeat in causam mutui: vt ff. mand. qui negotia.sed respon. vt secundùm Y. notaui. s. in l.si ex pretio. *Vltra centesimam.* Centesima † vsura est, quæ æquiparatur sorti in capite 1 anni.

anni. Illa in paucis præstatur: vt ī. de vsuris. eos qui. Idem intellige in triente vel besse vsura, quia quidam sunt qui tantùm eas possunt stipulari: vnde si stipularentur vltra, redigitur ad legitimam: & videtur per hoc quòd illicitas stipulatus vsuras, repellēdus est à sorte. sed con-
2 tra. est, quia vtile † non vitiatur per inutile. *Quod minoris esse*, &c. Et
3 hoc de iure. aliud secundùm cōsuetudinem, vt † apud Venetos: quia si non tantùm valet pignus, non debet teneri in plus ille qui debet.

CVM IN GALLIA. *Vel re pro solido.* Quia Syntrophus, & alius numerauit, vt haberet eum quilibet obligatum pro solido: quod & fieri potest per stipulationem. sicut enim constitui possunt duo rei debendi in solidum re vel verbis, vt notaui s. eo. si non singuli, ita & duo rei credendi. & tunc is qui dedit cum Syntropho, aget in solidum ex persona sua, vel si factus sit procurator ab hæredibus Syntrophi, licèt non in solidum tenebatur sibi debitor, aget tamen in solidum, vt hîc dicit. sic & ff. famil. ercisc. l. 2. & 3. L. 9.

EO. Id est, ideo, & incipiat ibi cōstructio. Exactio non interpellatur, &c. *Nam.* Bene dixi quòd exactio non interpellatur in primo casu: nam idem est in isto secundo, vel dic, nam, pro certè. L. 10.

1 *Ratio duplex, naturæ & legis.*
2 *Interitu speciei, liberatur debitor.*

INCENDIVM. Idem in ruina, naufragio, & omni cāsu: vt ī. probari duabus rationibus. *Ære alieno.* æs alienum appellatur quod nos
1 debemus: vt notaui s. eod. l. 1. *Non exuit debitorem.* Duplex † est ratio, naturalis, & legis. naturalis ratio hoc non dictat, quia non tenebatur in specie, imò in genere: & genus non perit. si enim ad speciem teneretur, si periret sine dolo & culpa sua, & ipse non existente in mora, inte-
2 ritu † speciei liberaretur: vt ff. de verb. ob. si ex legat. ergo dic quòd teneretur in genere ad c. & tunc non perit: vt s. dixi. fallit autem regula ista ratione pacti: vt ff. de nautic. fœno. periculi. fallit etiam in noxali: vt ff. de nox. electio. §. si is. fallit in actione de peculio, si noxali, & ff. de pecul. lega. si peculium. per legem probatur, quia distinguit lex vtrum in specie sit aliquis obligatus, an ad incertum. si in specie, liberatur interitu speciei. si ad incertum, distingue, quia aut erat incertum de incertis, aut incertum de certis: si incertum de certis, puta quia debebam vnum de seruis meis, aut vnum de illis aureis: si omnes amisit, liberatur. si incertum de certis, puta loricam in genere, ibi aliud esset, quia non liberatur, vt dicit lex ff. ad l. Falc. in ratione. §. incertæ. L. 11.

1 *Liberatio ratione officij.*

SI IN REM. *Cum Ione.* Nomen est proprium.. *Nec re, nec solemniter*, &c. Videtur ergo quòd si re vel verbis se obligauerunt in solidum, & vnus soluit integram pecuniam, quòd non possit repetere. sed siue pro parte, siue in solidum erant obligati: si totum soluat alter, agere poterit. In eo tamen casu quando vel re vel verbis obligati sunt in solidum, si vnus soluat totum, verum est quòd liberat se & alium, sed se principaliter: non ex officij ratione liberatur alius, sed natura obligationis, vt vno soluente alius liberetur: vt ff. de duobus reis, l. 2. In alio L. 12.

verò casu, vt cùm non in solidum obligati sunt re vel verbis, liberatur †alius ratione officij: vnde habet neg. gest. si quæras qualiter agat, cùm 1 in solidum tenebantur, & vnus totum soluit, hîc dissentiunt: vt notaui ꝟ. de duobus reis, l. 1. *Vt*, id est sicut, potest enim petere sicut debitū.

L. 13. **Cum qui.** Vt plenè scias quid obtineat cùm quis accipit mutuū gerendo alterius officium: distingue vt diligenter tractatur in summa istius tit. §. item nec liberatur, ibi, vbi autem quis, &c. vsque illuc, illud notandum est, &c.

L. 14. **Mutuæ.** *Non habet obligatum.* Licèt enim quodammodo consentire videtur in contractu, non tamen pro se, sed pro alio.

L. 15. **Non adversus.** *Contra iuris.* Cum respectu tamen tuo, non eorum quibus tradidisti, ibi sit mutuata pecunia.

1 *Emptor legum quis.*

L. 16. **Quisquis.** *Si in prouincia fuerit versata.* Si ergo nō est de prouincia illa potest iudici nuntiare. *Quasi emptor legum.* Consueuerūt enim debitores multùm timere creditores, cùm eos vident. & si videret eum coram se in curia, non diceret ius propterea, quia credidit sibi pecuniam. & ita est † emptor legum, & etiam in prouincia. *Collectarius.* Id est ille qui emit honorem, vt idem honoris in decuplum accipiat vendendo sententias, vel alia quæ ad eum pertinent ratione officij empti: vt ꝟ. authent. vt iud. sine quoquo suffra. §. cogitatio. & §. si quis autem. & ita impeditur mutuum ratione dantis & accipientis. eadem ratione impeditur si iudex vult fœnori date. & idem in officialibus, si non sint perpetui: vt s. eos. & ff. eo. principalibus. & l. seq.

1 *Chirographum unde dictum.*
2 *Testis infamis non vitiat contractum.*

L. 17. **Super** *Chirographariis instrumentis.* Creditorum confitentium sibi solutum esse, vel credentium aliis. Est & chirographum † priuata scriptura, à chir, quod est manus, & graphe, quod est scriptura, & potest dici, quod idem esset si interueniret tabellio, quòd tres testes essent necessarij. Vel dic quòd ibi non est necessarium, sicut hîc, quia instrumentum publicum maioris est potētiæ quàm priuatum, cùm domesticum per se non probet, sed cum aliis: vt ꝟ. de probat. instrumenta. *Probatæ opinionis.* Non ergo sufficiunt tres, nisi essent probatæ opinionis. idem in testamentis, vbi rogati debent esse. sed tamen in contractibus semper tenet contractus, etiam si infamis † testis interueniat: 2 nec exiguntur ad substantiam contractus. secus in testamentis & similibus. *Capiat*, Scilicet testimonium trium testium. & quomodo capiet si subscripserunt? *Minimè hoc admitti.* Non dicit quòd non valeat, si enim certum est datam esse pecuniam, bene valet: sed per tale instrumentum non probatur. assignatur contrà. ꝟ. qui pot. in pig. hab. scripturas. sed hîc in maiori summa . . libratum loquitur, ibi in minori: vt ibi pleniùs notaui. Habes authenticum hîc designatum, Sed novo iure, &c. Vt plenè scias quid obtineat circa materiam istam: & quod difficillimum est abstrahere de corpore authen. distingue vt diligenter in summa notatur, §. item in mutui obligatione.

DE

DE SVFFRAGIO.

Tit. III.

1 *Ex pacto nudo nascitur actio.*
2 *Solemnis sponsio.*
3 *Bona fides in contractibus consideranda.*
4 *Propria auctoritate nihil moliendum.*

SI QVI DESIDERIA EXPLICARE CVPIENTES. L. vnic. Per allegationes & argumenta, & leges quæ necessariæ sunt in causa. *Et ob referendam vicem.* Sicut enim habet auxilium ab eo, ita debet reddere vicem. *Sponsione constrinxerint.* Promiserunt enim de solutione, & si quidem fuit solemnis sponsio, habet locum certi condictio, si certum fuit in obligatione: si incertum, actio ex stipulatu: si nuda fuit pactio, conuenietur cliens condi-1 ctione ex l. ista: vt sit hîc speciale, quòd ex nudo pacto † nascatur actio, sicut & in aliis specialibus casibus etiam ex nudo pacto nascitur. si nulla interuenit conuentio, postulabitur iudicis officium, vt præstetur salarium secundum facundiam aduocati, & qualitatem causæ: vt ff. de var. & extraor. cognit. l. 1. §. in honorariis. Ista ergo tria notari possunt, 2 quia distinguendum est, an interueniat † solennis sponsio, an nuda, vel nulla. *Cùm ea qua optauerunt, consequantur.* Ergo videtur quòd demum finita causa salarium sit restituendum. quod quidam voluerunt dicere: sed litera non facit pro eis: quia non dicit, cùm ea quæ optauerunt fuerint consequuti: imò dixit, consequantur, vnde interim dum consequitur non finita causa, dicimus nos quòd salarium debeat præstari. & quòd causa pendente præstetur, dicit l. 3. de iudic. propeaandũ, §. honorariis. *Si artibus moras nectant.* Quia procrastinando differunt solutionem. *Collatio.* Suprà dixi de traditione, & ideo glossa, id est, traditio, aliter sumitur ꝟ. de colla. *Hac ratione*, id est, propter bonam fidẽ. *Cumulatur*, Quia traditio interuenit, & superuenit bona fides: & ideò dicitur cumulum quendam addere. & dicit ideo de bona fide, quia cõ-3 sideranda est † in contractibus: vt ꝟ. de actio. & ob. bonam fidem. *Et rem fuisse comple. ge. test.* Videtur prima facie dicere litera ista, quòd duæ scripturæ exigantur. Io. dixit vnam sufficere. vel aliter, quia tractauit de scriptura in obligatione contrahenda: præterea necessaria est alia de solutione & traditione: & ita duæ sunt necessariæ. *Neque de veteri iure*, &c. Hoc est quia nec dominus aliter amttet dominium, nec alius acquiret. & voluerunt quidam sumere arg. per l. istam, quia sicut si res immobilis tradatur ex causa suffragij dominiũ non transfertur, nisi scriptura efficiatur, ita cùm conuenit vt venditio in scriptis contrahatur, dominium non transfertur nisi mundum fuerit completum, & suis partibus absolutum: vt plenè notaui infrà de fide instrum. contractus. & dic vt ibi. *Eo à petitione exclusa*, &c. Notandum est quod hîc dicit quia si aliquis habet actionem pro re aliqua, & auctoritate 4 † sua sumat, excludetur à petitione, & in pristinum statum possessio

reducetur maximè per edictum diui Marci: vt ff. quod met. causa. extat.& præterea potest habere locum illa generalis constitutio nostra.j. vnde vi,si quis in tantam,nec contradicit huic l.quòd dicitur.s. ne liceat poten.vt ibi notaui.& dic vt ibi.

L.5.

DE PROHIBITA SEQVESTRATIONE pecuniæ. Tit. IIII.

1 *Possessio debet remanere in suo statu.*
2 *Sequestratio.*
3 *Sequester quis.*

QVOTIENS EX QVOLIBET CONTRACTV. Siue realis actio intentetur,siue personalis: quia possessio † debet remanere in suo statu, nec restituitur res etsi sit aliena, nisi intentionem suam implenti: vt s. de rei vindicat. res. *Pecunia.* Largè sumitur enim nomen pecuniæ pro specie vel quantitate quæ est in obligatione: vt j. de constit.pec.l. penult. *Sequestrationis.* Id est, separationis: quia non priuabitur possessione. & ideo dicta est † sequestratio, quia videtur interim quòd neque actor neque reus possideat, nisi actum esset in sequestratione vt custodiæ tantum causa fiat depositio: vt ff. depo licet. 1. Respon. & §. 1. & de acquir. poss. interesse. Est autem sequester † ille apud quem plures rem eam de qua controuersia est deposuerunt, dictus ab eo quòd occurrenti & quasi sequenti eos committitur res: vt ff. de verb. sign. sequester, prohibita est ergo sequestratio nisi fiat ex voluntate partium, sed in casibus est speciale quòd fiat ex necessitate. vt diligenter in summa notatur.§.item fit.

DE CONDICTIONE INDEBITI.

Tit, v.

1 *Auctoritate sententiæ inhibet repetitionem.*
2 *Intransitiua constructio.*
3 *Ciuilis accessio.*

L.1.

PECVNIÆ INDEBITÆ NON EX CAV. IVD. SOLVTÆ. Ideo dicit, quia si condemnatus esset quis ad id quod non debebat, & soluit, hoc non repetit, licet soluat indebitum. auctoritas † enim sententiæ inhibet repetitionem:vt ff.manda.si fideiussor.§.in omnibus. & dico indebitum consirata antiqua causa ante sententiam.post sententiam enim verè est debitum.& dicit hoc non ex causa iudicati, &c. gratia exempli. idem enim in eo quod non solutum est ex causa iudicati,sed quia delatum erat sacramentum.licet enim sit indebitum, non potest repeti: vt ff. de iureiurand.l. 1. idem ex causa transactionis: vt s. de transaction. l. 2. Idem

Idem in quibusdam aliis causis quæ per inficiationem crescunt: vt ĵ. ea quæ. idem si soluam causa pietatis, vel sciens indebitum. intellige ergo quod suprà dicitur, positum esse ratione exempli. sic ĵ. de dotis promiss. l. 1. *Iure condictionis*. id est, eo iure quod est condictio: vt sit † intransitiua constructio, sicut ibi, creatura salis. *Vsuras autem*, &c. Videtur malè dicere, quia fructus: vt ff. eo. indebiti: & vsuræ obtinent more fructuum, vt s̄. de vsur. vsuræ. quare videtur quòd præstetur vsura. sed regula illa de vsuris locum habet in bonæ fidei iudiciis, & in legatis, & in fideicommissis. aliud in stricti iuris, vt hîc: quia ibi non venit ciuilis † accessio secundùm quosdam ante lit. contest. nos dicimus quòd non venit ante vel post ciuilis accessio: secùs in naturali. *Actione enim condictionis*. Intransitiuè construe, vt suprà dixi.

Si citra. *Condictionem*. Indebiti, si soluisti, vel sine causa vt libereris. L. 2.

Cum et soluta. *Vel doli exceptio*. Nam cui damus actionem, multò magis & exceptionem competere quis dicet. L. 3.

1 *Inficiatione crescit causa.*
2 *Confessio, & solutio, quando non præiudicant.*

Ea quæ per. *Inficiat. in li. crescunt*. Vt in l. Aquil. contra negantem. idem † in legato relicto venerabili loco: vt instit. de oblig. quę ex quasi contra. §. vlt. In talibus si soluatur etiam ab ignorante, non habet locum repetitio, quia si confitear me damnum dedisse quod ab alio est datum: si à nemine esset damnum datum, non præiudicarem mihi per confessionem vel solutionem. & quòd † non per confessionem, dicit l. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. vlt. ergo nec per solutionem si datum esset damnum. aliter esset, vt s̄. dictum est. *Repeti non posse*. Siue erret in facto, siue in iure. Quidā dixerūt quòd si erret in iure, non repetit. si in facto, contra est, nos nō distinguimus: & pro nobis est ff. vt in poss. leg. l. 1. Ita est cùm actio crescit per inficiationem. si verò à principio esset pœnalis, repeteretur, vt ff. eo. eleganter. §. vlt. & inst. de act. §. sed furti. L. 4.

Si a patre. *Intra tempora præst*. id est, annum vtilem. L. 5.

Si per ignoran. *Non debitam*. Scilicet, hac ratione, quia iam fuerat soluta, & hoc est quare dicit non debitam solutam. L. 6.

Fideicommissum. *Repeti posse*. Præterquàm si venerabili loco sit relictum, & soluatur indebitum: vt notaui s̄. eo. ea quæ. L. 7.

Creditoris. Assignatur huic l. contra. ĵ. de furt. falsas. solue & distingue, vt ibi diligenter notaui. L. 8.

1 *Scientia condi. indebiti impedit.*
2 *Duobus modis ratum quid haberi potest.*

Indebitum. *Sciens non repetit*. Ergo scientia impedit actionem istam, vnde † ita legitur ff. de reg. iur. Cuius per errorem, &c. sunt & alia impedimenta: vt notaui s̄. eo. l. 1. *Ratum contractum*. Re scilicet ipsa, vel verbis. potest enim † istis duobus modis ratum haberi: vt ff. rem ratam haberi, respondit. & ff. ad Maced. sed Iulianus, §. si filius. *A se debitum*, &c. Et ita cessat condictio indebiti. L. 9.

1 *Creditor quando in alternatiuis non habet electionem.*

L.10. SI QVIS SERVVM. Assignatur contrà ff.eo. si non sortem. §. vlt. dic quòd corrigitur per istam, sicut & hîc corrigit quorundam opinionem hoc si vnus erat debitor. si autem correus eram debendi cũ alio, alternatiuè habebit electionem † creditor: quia facilè possemus dissentire: vt ff.eo. planè patet ergo quid sit per l. istam quando duo debebam alternatiuè, & vtrumque solui. si alterum ad quod præcisè putabam me teneri, nihil repeto: vt ff. de lega. 2. si is cui. nam vnum ex necessitate, quia ad hoc tenebat. & aliud sciens indebitum solui, quare neutrum possum repetere.

L.11. PRO DVBIETATE. *Ancipit.* id est, dubio vtrum esset debitum, an indebitum.

DE CONDICTIONE VT OB CAVSAM DATORVM. TIT. VI.

1 *Cùm principale non valet, nec subsecutiuum.*
2 *Iustissimus error.*

L.1. PECVNIAM, id est, pecunia quam te, &c. sic ȷ̃. de fideicom. eam quam. vel secundùm Io. ita distingue, tu proponis pecuniam, quam, id est, aliquam, &c. *Pactúmque quod.* Inter. po. &c. quod sit istud pactum, non dicit: sed intellige quòd pactum apponeretur de lucranda dote, vt fieri solet cùm matrimoniũ contrahitur. *Actionem habet*, scilicet pecunia illa, id est, tu nõ, propter pecuniam datam actionem de dote. vel dic, nullam de dote actionem habet, scilicet mulier illa, pone Berta quæ dedit pecuniam in dotem. cùm enim nullum fuerit matrimonium, nec dos est, nec actio de dote: vt instit. de nupt. §. pen. vel antepenult. si ergo principale non valet, † nec subsecutiuum, vt hîc, & s̃. de legib. & const. non dubium. & ȷ̃. authentic. de nupt. §. si verò. & est simile huic quod al. dicit. l. ff. eo. dedi. §. si liber. & ff. de condi. & demon. conditio. & intellige l. istam quando iustissimus † error interuenit. tunc enim habet repetitionem pecuniç. si verò sciret non posse contrahi matrimonium, deberet confiscari: vt ȷ̃. de incest. & inutil. nup. qui cõtra. P. dixit quòd licèt nullum sciat esse matrimonium, nihilominus pecuniam reperit, fortè quando nec de facto secutum est matrimonium. si enim de facto esset cõtractum, videretur confiscari. & pro se induxit ff. de condict. sine causa l. vlt. sed Ioh. intellexit l. illam, quando ignorabat nullum fuisse matrimonium: & in errore iuris, si sciret, nòn repeteret. arg. pro se induxit. ff. eo. l. 1. §. si paren. & l. seq. si non esset prohibitum matrimonium, & solueretur morte vxoris vel diuortio existentibus liberis, dos remaneret apud patrem. si verò morte mariti, non eam lucratur, imò redit ad vxorem: vt ff de pact. dota. l. 2. & de dote præleg. l. 1. *Iure condictionis.* Intransitiuè construitur.

L.2. SI VT PROPONIS. *Decerni.* Decernebatur olim actio à magistratibus, hodie competit per l.

1 *Pigno*

1 *Pignoris obligatio quando inutilis.*
2 *Alienatio de iure & de facto.*
3 *Res sua nemini seruit.*
4 *Quæ contra legem fiunt, pro infectis habentur.*
5 *Ex solo pacto non agitur rei vendicatione.*
6 *Pactum prohibitorium.*

EA LEGE. *Id efficit.* Id est, effectum habet talem. Condictio scilicet ob causam. *Si non fuer. condi. seruata*, &c. Id est, lex vel pactum appositum de non alienando. videtur ergo quòd lex ista quæ apposita fuit in donatione, approbata sit per l. istam: sed aliàs videtur quòd pactum tale non possit stare vt ff. de pac. nemo paciscendo. & ad idem facit ff. de distract. pig. si creditor. §. vlt. Præterea aliud videtur posse induci contra. ff. de pig. act. l. 4. Resp. ad l. primam, quia in re quæ erat mea, non valet tale pactum. aliud in re quæ non erat mea, sed fit mea per donationem vel vindicationē. ibi enim licet apponere: vt hîc dicit in donatione. Ad aliud dicendum, quia secundùm vnam lecturam non cōtradicit. si enim habes, certum est nullam esse venditionem, vt pactioni stetur, erit sensus quòd non poterit alienare vt valeat pactum. & sic consonat cum l. ista, si habes, certum est nullam esse conuentionem, vt pactioni stetur, tunc contradicit. Ad aliud dicas quòd licet ei vendere 1 facta tibi denuntiatione. aliàs enim inutilis esset † pignoris obligatio. & videtur contra. j. si manci. ita fue. alleg. ea quidem. præterea videtur per aliam l. quòd lex illa sic apposita impediat dominij translationem: vt j. de reb. alien. l. vlt. non ergo datur condictio, cùm non transeat dominium: & sic non fecit contra conditionem. hîc autem dicit dari si non fuerit conditio seruata. Respon. quidam, quòd pactum istud operatur ne dominium alienet, vel vt donatori, &c. sed hæc disiuncta pro vna tantùm parte est vera scilicet pro illa, nec dominium prorsus alienet. & ita tota est vera: quia omnis disiuncta est vera, cuius altera pars est vera. & sic non contradicit. Ad aliud contra. dic quòd hîc facta fuit 2 † alienatio de iure & de facto: & tunc datur condictio. alioquin cessat, vt ibi. dominus B. distinxit, vtrum in tradendo apponatur pactum, vt tunc non transferatur dominium, an in contrahendo tantùm, vt tunc transferatur. & induxit pro se ff. de action. empt. si tibi. & de seruit. vrb. præd. si binarum. sed certè ibi loquitur de quodam pacto imponēdæ seruitutis rei suæ quam quis vendebat. ex quo certum est seruitu-3 tem imponi non posse ante traditionem, quia † res sua nemini seruit: vt ff. si vsusfructus petatur vtifrui. sed pactum de non alienando fieri potest in tradendo & contrahendo. & ideo non est bona illa distinctio. dicimus ergo quòd siue in tradendo tantùm vel in vtroque apponatur conditio, nihilominus is cui donatum est, potest dominium transferre, quia dominus erat. si ergo donator prohibuit ne alienaret, non est tale pactum tantæ efficaciæ quin possit transferri dominium. traditionibus enim & vsucapionibus, &c. vt suprà de pactionum traditionibus. secus quando lex vel testator prohibet alienationem, tunc enim si alienaui, ipso iure non valet. vnde dicitur ex 4 eo, quæ contra † legem fiunt, pro infectis reputantur, vt ī. de legibus,

L. 3.

nondubium, secus in pactis contrahentium, quia non reputantur pro infectis. nec obstat l. de rebus alienis: quia licet illa videantur prohibita, non dicit quòd impediatur dominium transire: transfert ergo, vt s. dixi: sed agetur condictione ob causam in donatione, vt hic dicit, non dico rei vindicatione, vt alij dixerunt habita praecedenti distinctione, dixerunt enim agi rei vindicatione, cùm in tradendo tantum apponitur pactũ, sed in cõtrahenda personali actione. sed ex solo † pacto nõ habet quis rei vindicationem, nisi in casibus specialibus: vt ff. de contrahen. emp. si quis sub. & de addict. in diem. vbi autem conditionalis. §. sed & Marcellus. & j. de pact. conuen. commissoriae, ergo non transfertur in me dominium, cùm superiora sint specialia. dic quòd in l. illa ea quidem. speciale est in seruis, cùm apponatur illa conditio, ne manumittantur, cùm offenderint dominum. debent enim sic seruari: nec peruenient ad libertatem: ne maleficia seruorũ remaneant impunita. & ideo noluit lex quòd perueniant ad libertatem. & ita grauior erit conditio apposita in manumissione quàm aliàs: vt ff. qui & à quibus generaliter. §. vlt. nobis tamen videtur contradicere. j. auth. de aliena. & emphy. coll. ix. §. sanctissimas. sed lex & pactio ibi, faciunt prohibitionem, & ideò non faciunt alienationem. vt s. dictum est. & in alio casu inter † pactum prohibitorium prohibet l. vsumfructum competere patri in rebus aduenticiis: vt j. authent. vt liceat matri & auiae l. responsum quam habes. j. de bonis quae liberis. 5 6

L. 4. **SI CVM EXIGVAM.** *Per condictionem consequeris.* Quia fecit ob causam quae non est secuta.

1 *Impedimentum de iure & facto.*

L. 5. **SI MILITEM.** *Cùm hoc legibus interd. sit.* Si tamen à nullo repellatur, tenet: vt s. de procura. ita demum. & ff. de procura. filiusfa. §. veterani. assignatur contra. ff. de act. & obli. non solum. Solutio, illud quod ibi dicitur, generale est, & habet locum in contractibus nominatis qui celebrantur stipulatione vel consensu. secus in do vt facias, & in aliis contractibus innominatis, vt subtiliter intuenti patet. illud locum habet & in do vt facias & in aliis. quia alij apposita impossibili conditione sunt nulli: & iste similiter est nullus: quia datur repetitio pecuniae cùm † impediatur de iure & de facto vel de iure tantùm: & ita redit ad nihilum: vt s. eo. l. *Ac propter hoc pecu.* Non vt retineat apud se: sed vt impenderet in casu. gratuitum enim debet esse officium tale. 1

L. 6. **CVM ANCILLAM.** *Reuocari non possit.* Nisi ingratitudinis causa interueniat: quae scilicet, causae enumerantur. j. de reuocan. donat. l. vlt. *Non secuta.* Scilicet de iure & de facto: si enim non erat ancilla, sed libera, de iure non potuit eam manumittere. ergo repetit quod datum est. nec distinguo vtrum sciens liberam accipiat, an non: vt ff. eo. dedi. §. si lib. & j. si mancip. ita fuerit. l. vlt. quandoque tollantur, si causa sequatur de facto, non de iure: puta cùm instituit te haeredem si manumiseris seruũ haereditariũ. non enim possum manumittere, cùm nõ sit meus antequam sim haeres: & oportet ad hoc vt sim haeres prius manumittere, & ita de facto procedit manumissio: tamen sum haeres, & seruus consequitur libertatem. vt ff. de cond. insti. mulier. §. pen.

1 De

1 *Donatio simplex.*
2 *Causarum distinctio seu consideratio.*

SI REPETENDI. *Prouocare proposueras.* non enim poterat per se obtinere:& ita mediante vxore voluit obtinere, vt vir eius proficisceretur secum:& sic dedit vxori aliquid, si non potuit obtinere per se,nec per eam,non repetit,cùm nullam addidit conditionem in dando.si enim addidisset,repeteret,& ita distinguendum est in donatione 1 † fuerit simplex,an ob causam:vt ff.de dona.& generaliter. & l.praecedenti.& videbatur quòd deberet repetere,cùm ob hoc tantùm dedit, vt vxor prouocaret virum ad proficiscendum secum: & ipsa non procurauit.sed contra est,quod enim dicit lex,causa non secuta eius quod ob causam datum est, dari repetitionem, est intelligendum in causa expressa.sed hîc non est expressa, vnde non repetit: sicut & dicitur aliàs,ff.eo.dedi.§.si quis quasi,& ꝫ. de nup.imperiali.§. sed si tales.& ita 2 distinguitur,fuerit causa † expressa vel tacita vel finalis,an impulsiua. In expressa vel finali repeto causa non secuta: hac enim cessante non erat daturus. alia est impulsiua vel tacita, quam retineo in corde meo. sed propter hanc impellor ad dandum, tunc enim non repetit, vt hîc, causa non secuta. quandoque tamen etsi non sit expressa causa, sed in corde retenta, causa non secuta datur repetitio: vt cùm dotem dedi causa contrahendi matrimonij:vt ꝫ.de donat. ante nuptias. cùm veterum. Idem si iussus sum dare propter legatum vel haereditatem. x. repudiata enim haereditate vel legato,repeto quod dedi,etsi non expressi causam:vt ff.eod.l.1.§.si parendi. L.4.

1 *Impossibilitas, quando impediat conditionem indebiti.*

DICTAM. *Si non impossibilem.* Subaudi maximè:quia etiamsi impossibilem contineat causam,si non fuerit impleta, quod datum est repetitur:vt ff.eo. l. 1. & s. eo.l.si militem.sed in impossibili repeto: quod fieri non potuit in alia, quia non est secuta. vel distingue vtrum 1 is qui dedit,scierit impossibilitatem † esse, annon, primo casu non repetit.secus si ignorauit.& leges quae loquuntur cùm datum est pro eo qui non potuit manumitti, vt notaui s. cùm ancillam.sunt intelligendae quando is qui dedit,ignorabat impossibilitatem esse,an non. L.8.

SI LIBER. *Hortabitur.* Licet quidam voluerunt dicere quòd cõpellandus esset.sed Io.contra:vt ff. de transact. interpositas in fi. & ꝫ.de libera.cau.post certi.& l.cùm affirmes.nec obstat.ff.de acquir.haered.si seruum.§.si quis dederit.quia ibi subuenitur ei haeredi instituto, ne inuitus haereditati obligetur. L.9.

1 *Casus fortuitus.*

PECVNIAM. *Non culpa est accipientis.* Si enim culpa accipientis secuta non esset,haberet locum repetitio. sed non est ita,vt hîc dicit: imò fortuito casu fuit impeditus. sed nónne contradicunt leges superiores quae dicunt causa non secuta dari repetitionem? Sed dic quòd illud intelligendum est quando voluntate sua impeditur quis ne 1 causa sequatur.si enim impediatur casu † fortuito,vel simili modo, a- L.10.

liud est.nec obstat.ff. eod. l. vlt. quia illa distinguitur per istam, & potes hic interserere distinctionem quam facit lex ff.eod.si pecuniam. §. pen.& vlt.

L.II. ADVOCATIONIS CAVSA. *Si per eos qui accep.* Aliud si per eos non stetisset, vt ff.loca.qui operas.& quid obtineat circa salaria aduocatorum,aut cùm quis locat operas suas tantum,vel rem & operam,dic vt in summa locati.§.sicut ante dixi,ibi, secus autem video in eo qui locat operas,&c.

DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSAM.

TIT. VII.

1 *Turpitudo quando impedit condictionem.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ.*

L.I. SI EX CAVTIONE. Casus huius legis potest poni per l. s̄.de postulan. si sub specie, quando aduocatus fecit sibi caueri vltra licitam quantitatem tanquam cliens mutuò accepisset,vel etiam cùm caui me mutuò accepisse à te vt occideres aliquem. siue enim ex parte vtriusque interueniat † turpitudo siue accipientis tantùm, non potest conueniri ex promissione. 1
Nullam te pecu. &c. Ergo probat non esse numeratam sibi pecuniam, & ob turpem causam se promisisse. sed contra videtur. j̄. de probat. actor.& j̄. de non nu.pec. si ex cautione.sed intellige quod dicit, probandum est,id est,asserendum.hoc enim ipso probat,quòd non probatur contrà.sic.j̄.qui mili.non poss.super seruis.vel dic quòd probat spõte,non necessitate.in exceptione ergo † non numeratæ pecuniæ habet securitatem intra biennium, non postea,sed hic & intra biennium & eo elapso,tunc enim dicitur præiudicare biennio.tunc enim locũ habet quando spe futuræ numerationis cauit se suscepisse. hic non fuit ita,imò spe turpitudinis. vnde siue conueniatur intra biẽniũ,siue post, non præiudicaretur ei vt dictũ est. *Et qui super ea re cog. est proban.* &c. Nota propter causas de facto, quia iudici facienda est probatio, non aduersario, illi enim non posset probari, quia semper negaret. vnde si dicat, proba hoc: alius poterit respondere quòd sibi non tenetur aliquid dicere vel probare,sed iudici,vt hic,& j̄.de testib.eos. 2

1 *Meretrix.*
2 *In pari causa melior est conditio possidentis.*

L.2. CVM TE. *Cùm in pari causa.* Fuit ergo data domus propter homicidium,vel similem turpem causam,scilicet,propter stuprum mulieri non meretrici.secus si esset meretrix: † quia licet turpiter faciat meretrix, non tamen turpiter accipit,cùm sit meretrix: vt ff. eo. l 4.§. sed quid meretrix.& sic non versaretur ibi vtriusque turpitudo.ita est quando volui transferre proprietatem domus. Quid si dedi domum vt retineas loco pignoris? quidam idem dixerunt in pignore, vt frustra desideret sibi restitui.Io.dixit,an cõueniatur actione ex illo cõtractu, 1

ctu, puta pignoraticia, an rei vindicatione tamquam contra quamlibet
2 possessorem si pignoraticia, tunc in pari causa melior † est conditio possidentis. si rei vindicatione, non obstat turpitudo, vel fortè dicendum est quòd repellatur in vtroque casu exceptione: aliquid enim operatur turpitudo, vnde licet contra quemlibet alium haberet vindicationem, hic non admittetur propter turpitudinem suam: sicut aliàs quòd licet cuilibet facere, non licet fideiussori circa pignoris emptionem, vt s. de dolo l. 1.

1 *Turpitudo ex parte accipientis tantùm, parit repetitionem.*

QVOD EVITANDI TIROCINII CAVSA. Intellige quando quis euitare volebat munus militiæ iusta causa interueniente, vt quia claudus, vel aliter in corpore erat impeditus quòd non poterat equitare, & vocatus fuit ad militiam, vt terrorem sibi inferret is qui eum vocauit, & ita extorqueret ab eo pecuniam sine causa: hìc ex
1 parte accipientis solùm versatur † turpitudo: & ideo datur repetitio, vt si dicit, si verò poneres quòd esset homo sanus & bene paratus, & sic daret pecuniam ne vocaretur, puniendus esset, sicut dicitur de patre cùm distrahit filium ne vocetur, mitiùs tamen punitur si subtrahat tempore pacis: vt ff. de re milita. qui cum vno testiculo. §. qui post. & sic habuimus s. quod met. caus. cùm te. L. 3.

QVOTIENS ACCIPIENTIS. Ex parte accipientis versatur turpitudo, quando tenebatur abstinere ab eo quod per pecuniā non facit, veluti ne sacrilegium facias, furtum vel homicidium committas si vérò causa præcedens fuit bonæ fidei, conuenietur ex ea: vt ff. eo. l. vlt. §. vlt. L. 4.

1 *Fiscus scelere acquisitum repetit.*

MERCALEM. *Vtriusque versatur.* Subaudi, cum non erat meretrix, secus si esset meretrix: vt s. l. 2. notaui. *Cess. repetitio.* Intelli-
1 ge ab eo qui dedit. fiscus tamen repetit, cùm sit † scelere acquisitum: vt ff. de iure fisci. Lucius. L. 5.

OB RESTITVENDA. Cùm eius tantùm. tenebatur enim ad hoc & sine pecunia: vt notaui s. eo. l. quotiens. de eodem aliud habes exemplum in l. seq. L. 6.

EVM QVI. *Tam hanc, quàm, &c.* Quia interuenit accipientis tantùm turpitudo: vt s. dixi. l. prox. L. 7.

DE CONDICTIONE FVRTIVA.

TIT. VIII.

1 *Actio furti est pœna persecutoria.*
2 *Condictio verò furtiua, est rei persecutoria.*
3 *Actio furti & de rationibus distrahendis, differunt.*

L.1. PRÆSES PROVINCIÆ Cæteros liberari. non ita dixi in actione furti s. & est ratio quia actio furti pœnæ † per- 1 secutoria est. si enim plures furtum fecerunt, quilibet tenetur ad pœnam. quare enim pœna vnius excusaret alium? vterque enim pariter deliquit, & ideo pro se quilibet tenetur ad pœnam, sed aliud est in condictione † furtiua quæ rei est persecutoria. res 2 autem à quolibet non detinetur, nec quilibet habet rem. & ideo si ab vno quem elegerit dominus, restituatur res, alij liberantur: vt hic dicit & ff. eo. si pro fure. §. 1. Sed videtur contra. ff. de admini. tuto. tres. Resp. imò ibi idem dicit. facit enim differentiam inter actionem furti & de rationibus † distrahendis. in actione enim furti non liberatur vnus, si 3 alius conueniatur ad pœnam, sed aliud est in tutore qui conuenitur de rationibus distrahendis. ab vno enim pœna soluta, alius absoluitur: & sic aliud est in actione furti, & de rationibus distrahendis.

1 *Mora quo modo purgatur.*

L.2. ANTE OBLATIONEM. Damnum ad furem, &c. semper enim videtur esse in mora: vt ff. eod. in re. & ff. de vi & vi ar. l. 11. §. eum qui, & l. pen. & s. quod met. cau. l. 1. sed si obtulit, purgatur hæc † mora. 1 aliter etiam posset purgari, vt si promisisset se reddere animo nouandi, siue animo nouandi purgatur, si res erat in præsentia: vt ff. eod. parui. & notaui s. quod met. cau. l. 1. caue tamen in promissione, quia non illam rem debeo promittere, sed quod dare facere oportet ex causa cōditionis: vt ff. de verb. ob. scire §. si à fure.

DE CONDICTIONE EX LEGE ET SINE causa. TIT. IX.

Interusurium medij temporis quando detrahendum.

L.1. DICET. *Vt fisco.* &c. Est ergo speciale in fisco, vt ante tempus experiatur. sed posset quæri quid facit l. ista ad tit. istum: quia fiscus nec aget hic condictione ex l. neque sine causa. videtur enim quòd eodem modo agere debeat contra debitores sicut ageret debitor suus. & sic non aget condictione sine causa, vel ex lege. Respond. quòd fiscus habet condictionem ex l. si enim veteri actione experiretur, sicut debitor repelleretur cùm ageret tempus, ita & fiscus: confirmatur ergo vetus obligatio. vel dic quòd nascitur noua. vt s. de petit. hæred. l. vlt. & j. de donat. si quis argentum. §. vlt. & ff. ad l. Iul. de adul. quod ex his. sed quare hoc licitum est fisco: nónne videtur iniuriam facere debitori? & hoc non deberet esse, ne inde nascatur iniuria: vnde iura nascuntur: vt j. vnde vi. meminerint. Respon. quia non cum damno debitoris accipiet. detrahetur enim † interusurium medij temporis, sicut in dote dicitur. cùm petitur 1 ante tempus: vt ff. solut. matrimo. si constante. §. quotiens, aliàs interusurium medij temporis non detrahetur: vt ff. manda. si mandauero tibi vt pro me.

DISSOLVTÆ QVANTITATIS. Id est, dissolutæ obligationis L.2. pro quantitate competentis. soluta enim pecunia soluitur obligatio quæ prius ligabat: vel tollitur: vt inst. quib. mo. ob tollitur. *Inefficax.* Ante efficax erat, modo fit inefficax per solutionem. *Per conditionem.* Sine causa, si soluit pretium tabellioni. agit ad exhibēdum vel rei vindicat. vt notaui s. ad exhibendum l. vlt.

1 *Malæ fidei possessor, quibus actionibus fructus restituere teneatur.*

MALA FIDE. *Extantibus.* Subaudi pro. *Parere compellitur.* Vnde L.3. ita legitur. ff. de rei vindica. l. solum. §. meum est, &c. patet ergo 1 quòd malæ fid. possessor dè extantibus tenetur † rei vindicatione, de consumptis condictione, de percipiendis verò iudicis officio, vt hæc & alia quæ ad materiam istam pertinent, notaui. s. de rei vindica.

1 *Negatiua indirectè probari potest.*

SI NON EST NVMERATVM. *Scripsisti.* Scilicet, spe futuræ nu- L.4. merationis. Et necdum transisse, &c. ergo videtur quòd negatiua debet probari. quod est contra regulam. j. de probat. actor. Sed dic 1 quòd probatur † indirectè. probat enim tātùm restare de biennio cùm litem contestatus est. si totum transierit tempus, non habet exceptionem, nec poterit postulare quòd reddatur cautio. Sed quomodo tollitur biennio condictio sine causa, cùm sit personalis actio, & illæ durāt per spatium xxx. xx. vel x. annorum? Sed dic quòd tollitur, non tamen est extincta. ante enim quàm transierit tempus, haberet eam, transacto verò tempore, quasi videatur numeratum, ante non competit: & ita non dabitur nunc pro cautione. est enim modò sublata prima potentia quam habebat: non dico quòd tollatur actio, id est, extinguatur.

DE ACTIONIBVS ET OBLIGATIONIBVS.

TIT. X.

1 *Contractus innominatus.*
2 *Certa quantitas data in specie quid.*
3 *Mandatæ actiones, quando dicuntur.*
4 *Delegatio seu concessio.*
5 *Morte mandatoris, extinguitur mandatum.*
6 *Actio cessa.*
7 *Vtilis actio.*

DATA CERTÆ PECVNIÆ. Quæritur vtrum hîc lo- L.1. quatur de contractu nominato, an innominato: si de nominato, non videtur. si enim diceres quòd data pecunia creditori esset contractus emptionis & venditionis, quia emitur nomen: ergo siue heres existat siue non, habet vtilem actionem sine delegatione: vt j. l. prox. hic autem cùm decessit sine herede, dicit 1 in subsidium dari vtilem. Si dicas quòd fuit contractus† innominatus, non videtur per verba hîc posita, certæ pecuniæ. Et pro eo quod dicit, soluisti: videtur enim quòd ab vna parte interueniat quantitatis nu-

meratio, ab alia cessio, vel demandatio actionis. Sed dic quòd fuit contractus innominatus, quia data fuit quantitas in specie vel sacculo quodam: & sic habetur vice corporis, licet possit numerari: vt ff. de legat. 1. sed si certas, & l. si seruus. & tunc appellabitur † certa quantitas 2 data in specie. Dicitur enim certa quantum ad speciem, licet non sit numerata, & nomen quantitatis referri potest ad numeratam & non numeratam: vt ff. de legat. 3. quisquis. & dicitur soluisse respectu eius qui tenebatur: magis enim videtur tradidisse, vel satis dici potest quòd sit contractus nominatus, & tunc omnia verba ponentur propriè, & ei quòd dicit, sine herede, subaudi, maximè: & similiter ei quod sequitur, quæ si ita sunt, subaudi, maximè. *In vicem.* Non intellige vtrumque, vt consueuit notari, ff. de vsufr. & rebus quæ vsu consumuntur. si tibi. Dic ergo quòd sint duæ dictiones, scilicet, vt in vicem eius pecuniæ quæ data est, mandatæ † sunt actiones. *Pro quo soluisti.* Ergo videtur quòd non habeat vtilem actionem, nec possit petere delegationem, vt ff. de negot. gest. soluendo. sed glossa, pro quo soluisti, id est, pro cuius obligatione soluisti. Voluit enim in se transferre obligationem illius debitoris, & sic non tollitur obligatio si dedit pecuniam vt mandentur sibi actiones: pro se enim soluit, non pro alio: vt ff. de fideiussor. cùm his. & de solu. Modestinus. & manda. Papinianus. Potest ergo fieri † delegatio vel concessio, & sic pro eo soluit, licet non præcessit pactum de cedendo, vt s. dixi. & arg. ad hoc præstat, ff. de lega. 1. si res. & de administ. tut. si minoris. & posset distingui soluat quis nomine suo, an debitoris, an simpliciter: si suo, quandocunque cedi potest actio: si debitoris, nunquam: si simpliciter, si quidem creditor cedat incontinenti, præsumitur suo non debitoris nomine soluisse: si ex interuallo, contra, vt dicit lex de solutionibus, Modestinus. *Sine herede.* Subaudi, maximè, vt s. notaui. Vel dic quòd ideo dicit, quia si haberet hæredem, expectaretur vt cederet. Vnde ne pereat commoditas illi qui ita soluit pecuniam, in hoc casu datur vtilis actio de æquitate, vt dicit. Extinguitur enim re integra morte mandatoris † mandatum, vt 5 ff. de iurisdict. omn. iudic l. & quia & j. mand. mandatum. Sed videtur quòd non extinguitur, sicut dicit l. in actione cessa causa donationis. j. de dona. illam. & ideò quidam dixerunt hanc corrigi per illam. Alij voluerunt dicere quòd aliud sit in † cessa actione, vt ibi: aliud in mandata, vt hîc. Dicitur enim quis mandare actionem, cùm ipsa penes eũ remanet, sed exercitium alij concedit. Cedere est, quando omnino actio à me discedit, sicut facit lex differentiam inter cedere & concedere circa vsumfructum: vt instit. de vsufructu. §. antepen. & in tit. sequenti, & licet sit differentia inter cedere & mandare, vel concedere quoad alia. Io. tamen dixit quoad actiones personales propter eius naturam nullam esse differentiam. ita enim inhæret ossibus, quòd siue cedat, siue mandet, non omnino ius separatur vel transfertur in aliũ, vt ff. de pecul. quis ergo. & pro soc. l. 1. 2. 3. separatur autem per acceptilationem vel solutionem, non prædictis modis. Dic ergo quòd l. de donatio. corrigit legem istam. Vel speciale est in actione ex causa donationis, vel aliud est si finiatur mandatum morte mandantis: aliud si morte mandatarij: sed satis videtur quòd morte vtriusque finiatur.

Quæ-

Quæritur vtrum ille cui cessa est actio, vel cui competit vtilis actio in subsidium, vel causa dotis, vel emptionis, habeat debitorem obligatũ. Resp. non, quia non potest dici obligatio nata ex contractu, vel quasi, ex maleficio vel quasi. Si enim hoc diceres, vide cuiusmodi absurditas sequeretur actione furti vendita: nam si diceres actionem natam, ergo ex emptione illa nec alia nisi furti posset oriri, quod quidem absurdũ

7 est dicere. Dic ergo nullo iure debitorem fore obligatum † ei cui cessa est actio, vel cui competit vtilis. & ideò si ita simpliciter concipiatur libellus; conuenio te tali actione, quòd debeat reportare contrariam sententiam, si ergo vult obtinere in causa, necessarium est quòd comprehendat causam in libello, ex qua s. facta est concessio, vel ex qua competit vtilis actio, & præterea debet exprimi nomen cedentis.

1 *Sub nomine dotis vxorem non esse ducendam.*
2 *Sine cessione datur actio vtilis.*

NOMINIBVS IN DOTEM DATIS. Licet Cato dicat, Caue ne vxorem ducas sub nomine † dotis: hic tamen ponit quando duxit vxorem nominibus in dotem datis, id est, actionibus in dotem. L. 2.

1

2 *Ad similitudinem*, &c. Ergo agit emptor nominibus sine † cessione: vt notaui. s. l. 1. vt probetur per l. superiorem. & notaui j. eod. si quidem, sunt & alij casus speciales, quòd sine cessione detur actio vtilis, vt j. de hæredi. vel actione vendita. postquam: & quando fiscus in solutum, & de leg. ex legato.

OB CAVSAS. Satisfacientes. ideò dicit, quia si non satisfecisset, prius conueniretur principalis debitor, & venditis mobilibus perueniretur ad nomina: vt ff. de re iudi à diuo Pro. L. 3.

BONAM FID. IN CONTRACTIBVS. Sed diuersimodè: quia in bonæ fidei contractu si dolus dedit causam contractui, ipso iure non valet: vt ff. de dolo, & eleganter. & de mino. in causæ. sed in stricti iuris agitur de dolo si processit ad contrahendum, vel obstat exceptio: vt j. de inuti. stip. dolo vel metu, si fuit incidens, agitur ad decipiendum, vt s. de dolo notaui. L. 4.

1 *Contrariorum eadem est disciplina.*
2 *Actio mandati, quando datur.*
3 *Intempestiuus recessus.*

SICVTI. Huic l. consonat quod aliàs dicit lex: quia eadem est causa liberandi & obligandi: vt ff. de verb. ob. inter stipulantem. §. sa-

1 cram. & quod ait Aristoteles, contrariorum † eandem esse disciplinã. & fallit prima regula istius l. sicut & aliæ patiuntur exceptionem. inuitus enim quandoque quis contrahit: vt j. de seru. cõmuni manumis. l. 1. & quandoque tenetur quis vendere viam: vt ff. de relig. si quis sepulchrum. Idem quãdo quis afficit fame seruum vel inedia. vt instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. vlt. Idem si vendidi partẽ quam habebam in fundo communi, & antequam prouocer ad iudic. commun. diuid. si enim adiudicetur mihi pars alterius, emptor debet soluere: vt ff. de act. emp. Iulianus §. idem Celsus. *Ita renunciare.* &c. Fallit hæc secunda regula sicut prima: vt ff. de condict. ob causam. dedi. §. 1. & l. si pecuniam. L. 5.

ſed hic loquitur quando quis vult diſcedere ab obligatione qua tenebatur. ſed ibi quis acceperat pecuniam vt iret Capuam: obligatus erat mihi. vnde non poteſt diſcedere me inuito, ſi ego qui dedi, non ſum obligatus ſibi. & ideò pœnitere poſſum. fallit in depoſito: vt ff. depoſ. l. 1. §. idem Pomponius. ſed ibi deponens non eſt obligatus ne reuocet depoſitum: & ideò poteſt reuocare altero inuito: & fallit in mandato: vt ff. manda. ſi mandauero tibi pro me §. vltim. & inſtit. manda. ſed hoc loquitur quando intereſt aduerſarij obligationem non ſolui. ſi enim non intereſſet, daretur † actio mandati: vt ff. manda. ſi procuratorem. §. mandati. Fallit & in ſocietate: vt ff. pro ſocio, actione. & inſtit. pro ſoc. ſed verum eſt quòd licet alicui renunciare ante tempus, & quando vult, & quamuis diſcedat à ſocietate, non tamen ſoluitur obligatio altero inuito, pro tali enim intempeſtiuè † receſſu agere poteſt pro ſocio. 2 3

L. 6. SI IN SOLVTVM. *In rem tuam procura.* Quod videtur appoſitio in adiecto.

L. 7. SI A CREDITORE. *Vindica.* Non rei vindicatione.

1 *Societas conſenſu contrahitur.*
2 *Quaſi traditio.*

L. 8. SI QVIDEM. *Petere potes.* Sed quare non poteſt petere? nónne in donatione nudo pacto naſcitur actio: vt j. de donat. ſi quis argentum. §. vlt. & videtur correctum, ſed dic quòd hîc non interuenit ſtipulatio, nec nudum pactum, ſed ſolùm mandauerat de dando procuratore. & ita cùm mandauit vt acciperem, & mortuus ſit antequam accipiam, videtur finitum mandatum: & ſic, nec repetam quod dedi, cùm ſimplex fuerit donatio, nec agere poſſum contra procuratorem, cùm ille nihil promiſit vel conuenit, vt hîc dicit, & ff. de leg. 2. cùm pater. §. nemo. *Nec allegato*, &c. ſi enim ceſſa eſſet vel mandata actio, haberet vtilem. alioquin contra, niſi in caſibus ſpecialibus, vt notaui. ſ. eo. nominibus, vnde licet ſocietas † conſenſu contrahatur, non tamen poſſum intentare actiones competentes ſocio donec ceſſæ mihi fuerint: vt ff. pro ſocio. l. 2. & 3. ſicut enim exigitur ad hoc vt acquiratur dominium rei corporalis, traditio, vt ſ. de rei vind. ſeruũ, & ff. de don. qui ſaxũ. ita in incorporalibus oportet præcedere quaſi † traditionem, hoc eſt ceſſionem vel pactum, vel ſimile. verè enim tradi non poſſunt: vt ff. de acq. re. do. ſeruus. §. incorporales. 1 2

L. 9. NEGANTES. *Armata vi.* Licet in Lombardia tractet de duello vel bello faciendo, non credo quòd pro debito ſit admittendum. *Abſoluti.* Debitores. *Conuictos.* Per teſtes vel inſtrumenta. *Ac iuris remediis.* Capiuntur enim primò mobilia vel ſe mouentia, & ad vltimum peruenitur ad nomina. vt ff. de re iud. à diuo. ſecundùm ſtatutum huius ciuitatis, cùm quis non poteſt ſoluere, punitur in bando, vt fugiat de ciuitate, quod eſt l. ſufficit enim bonis cedere.

L. 10. ADVERSVS. *Electu.* Non ex neceſſitate, ſed voluntate ſua: ſi enim ſapiens eſſet, non eligeret hypothecariam vel perſonalem, cùm ambabus vti poſſit: vt j. auth. de fideiuſſ. col. 1. §. ſi neque inde habuerint. *Non tolluntur.* Sed ſoluta pecunia tollitur hypothecaria, ita eſt

cùm

cùm debitor possidebat pignus: si verò extraneus, secundùm vetera iura dabatur electio, personali agat actione, an hypothecaria cõtra possessorem, hodie prius cõueniuntur personales debitores, vt ĩ. eo. l. vlt. L. 11.

NIMIA. *In rem suam.* scilicet colonorum. *Actorum ipsius.* Quia fortè interfuit testis vel subscripsit in instrumẽto mutui: nec enim ob hoc potest conueniri, vt ŝ. si cer. pet. mutuæ.

OB ÆS AL. SERVIRE. Seruire, id est, seruos fieri: & tunc nullã patitur exceptionem. vel si intelligas seruire de facto, non quòd essent serui, tunc reciperet instantiam in eo quem redemi ab hostibus, vt ĩ. de capt. l. vlt. Hîc incipit auth. IMO DEBITO, &c. *Vel parentibus,* sc. agentibus nomine retenti. Vel pone quòd mortuus esset, & agebant contra eum qui detinuit. *Corporalibus.* Quia debet relegari, vt ff. quæ res pign. vel hypoth. l. vlt. L. 12.

EVM CVI. *Abstulisse.* i. accepisse. sic ff. de fur. qui vas. L. 13.

EST IN ARBITRIO, &c. Hoc secũdùm ius vetus: secùs iure authent. & sic haberes auth. hodie prius mandatores, &c. Sed videtur contra ĩ. authent. de litigiosis. §. ob hoc autem. & solue, vt notaui ĩ. de pign. in auth. hoc si debitor. L. 14.

VT ACTIONES AB HÆREDE ET CONTRA HÆREDEM INCIPIANT.

TIT. XI.

1 *Cum mortuo agi non potest.*
2 *Actiones ab hærede & contra hæredem incipiunt.*
3 *Nimia verborum subtilitas vitanda.*

CVM ET STIPVLATIONES ET LEGATA. Vt si aliquis stipuletur post mortem suam, vel legatũ sit alicui post mortem suam. Videbatur enim quòd hæres non posset agere, cùm mortuus nõ posset: idem in promissore, si aliquis promittat post mortem, vel pridie quàm moreretur, cum mortuo † enim agi non potest, vel cum eo qui est in periculo mortis. & sic tales contractus respuebat antiquitas: vt inst. de legat. §. post mortem: & de inutil. stipul. post mortem. sed hodie correctum est, vt hîc, & ibidem continetur. Cùm enim eadem persona censeatur testatoris & hęredis, nouo iure actiones ab hærede † & contra hæredem incipiunt. Caue tamen tibi, quia aliter non incipit competere actio contra hęredes vel ab hærede in stipulatione, quàm in legato. si enim stipulatus sum post mortem meam, statim competit actio, sed repellor exceptione, idem in promissore. Vbi verò legas mihi post mortem meam, nunquam mihi competit actio in vita, sed hæredi tantùm quasi ex persona sua, vt ff. de euict. si per imprudentiam. §. non mirum. & l. qui à pupillo. *Contemplatione,* &c. Ex his enim sumebant regulam, quòd actiones ab hærede vel contra non inciperent, & est arg. ista ad quæstionem illam, cùm aliquis vestitur futura præbenda vacante: vt notaui ŝ. de pactis. l. vlt. *Ne propter nimiam subtilitatem.* Ergo debet † vitari nimia verborum subtili- L. vnic.

tas:sed videtur contra arg.ff.de iur.dot.si ego Seiæ. sed ibi non loquitur de subtilitate verborum,sed de iuris subtilitate.

NE VXOR PRO MARITO, VEL MARItus pro vxore conueniatur.

.TIT. XII.

L.1. FRVSTRA. *Propter S.C.* Antiquitus habebat exceptionē per S.C. Vellcianum,hodie per Imperatorē liberatur ipso iure:vt j.ad Velleianum,auth.si qua mulier.

L.2. OB MARITORVM. *Leges vetant.*Nisi in casu, etiam si res sit dotalis,vt notaui in l.sequenti.

1 *Causa primipilaris.*
2 *Vir tenetur respondere pro vxore.*
3 *Quandoque ex contractu alterius obligamur.*
4 *Filius eadem persona censetur cum patre.*

L.3. CVM TE. *Non in dotem.*Sed pone quòd in dotē dederit, possúntne ob hoc inquietari?& certè non.Subaudi ergo maximè, idem enim esset,si in dotem dedisset: speciale tamen est in casu, vt res in dotem datæ propter ciuilia munera mariti teneantur, vt ex † causa primipilari:vt j.quib. cau.pig.tac.contrahitur, l. satis notum est, sed ea quæ in dotem data non sunt,neque ex primipilari causa,neque ex alia possunt inquietari. *Mariti eius.* Subaudi, filia tua interpellari non potest,& hoc per literam sequentem. *Cùm neque marit.pro vxo.*&c.Generale est quod hîc dicit:recipit enim instantiam in casu,quia vir † tenetur respondere pro vxore:vt ff de offic.proc.l.3. §. proficisci. vel ibi sua culpa videtur præcedere,quia duxit eam secum, & ideo tenetur pro ea respondere. *Obnoxium,*Potest enim intercedere pro ea. *Certissimum enim est ex alter.*&c. Fallit quod hîc dicitur, quandoque enim quis obligatur † ex contractu alterius,vt exercitor pro magistro nauis vt ff.de exercito.l.1.sed & pro contractu institoris tenetur is qui eum præposuit:obligatur etiam quis ex contractu procuratoris,tutoris,curatoris:& pater vel dominus ex contractu filij vel serui:& ideo intellige quòd ex contractu alterius non obligetur quis directò, i. ciuiliter: nam iure prætorio vel vtiliter bene quis obligatur. Datur vtilis actio ex contractu procuratoris domino,& contra ipsum: vt ff. de actione empti.Iulianus.§.si procurator. Vel intellige quod hic dicitur ex contractu alterius,i.de omnino altero.Isti autem non sunt omnino alteri, quia filius vna & eadem persona † censetur cum patre. idem in procuratore ratione officij,& sic in aliis. Vnde teneor respondere ex eorum persona:vt dictum est.Habes hîc authent.signatam.

1 *Res alienas quando capere licet.*
2 *Pœna benigniùs interpretanda.*

ET OMNINO. *Secundùm formam pignorationis.*Qui si non pignorauit,sed extorsit ab alio vi quantitatem, & certe eadem vel maior pœna est imponenda: & est authent. ista contra statuta quæ fiunt in quibus

quibusdam locis, vt si quis non vult soluere quod debet, denuntiato hoc rectori illius prouinciæ liceat † capere res aliorum. *Actione pro qua talita præf. cadat.* Secus dicimus si rem modicam de suis assumpsit, non enim cadit nisi à iure quòd illa habebat: arg. ff. quib. vt indig. rescriptum. Sed caditne hic ab actione ipso iure, an per sententiam? & videtur quòd per sententiam, quia benigniùs † pœnæ sunt interpretandæ: & ita dicimus in constitutione, si quis in tantam, & arg. s. est de hæret. quicunque. & notaui j. auth. illa, incestas nuptias contrahentis. Patet ergo quòd alius pro alio non potest conueniri: vnde quidam habent hic constitutionem Friderici, qua continetur ne quis iniuriam aliquã inferre scholaribus præsumat, nec ob alterius eiusdem prouinciæ delictum aliquod damnum eis inferat: alij habent in tit. seq. sed meliùs assignatur hîc.

CVM TE. *Minimè prohiberis.* Vnde ita legitur j. de excu. tut. voluntariæ tutelæ, munera, &c. & notaui s. de episcopis. presbyteros. sic ergo si in vno præiudicaui mihi, non debet in alio præiudicari, arg. contra. est. j. de his qui à non domino manumit. l. vlt. & illud est ratione eiusdem consequentiæ, vt ibi notaui. Præterea præiudicat sibi hæres agnoscens quantitatem substantiæ, si postea soluat legata, vt j. ad leg. Falcid. authent. sed cùm testator. L.4.

NEC FILIVS PRO PATRE, NEC PATER PRO filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel seruus pro domino conueniatur.

TIT. XIII.

NEQVE EX EIVS FILII, &c. *Neque si contra* S. C. &c. Quomodo potest esse quòd non sit accepta contra Maced. S. C. habet enim locum illud S. C. quando filiofa. data est mutua pecunia? Resp. Quia hîc loquimur quando degebat alibi causa studiorum: vt j. ad Maced. Zenodorus. & in l. 1. vel publicè agebat & contrahebat tãquam paterf. vel in probabiles causas mutuaui. Sed in hoc casu tenetur pater de in rem verso: vt ff. de in rem verso. l. 3. § & regulariter. In his ergo casibus non contrahit filiusfamiliâs contra S. C. si enim esset contra S. C. non teneretur pater de peculio, vt j. ad Maced. S. C. si filius tuus. *Amplius.* Subaudi, quàm duntaxat, &c. *Extorta est,* Non vi, sed quia nimiùm instabat apud patrem: & ita credens se teneri, soluit indebitum, si enim vi esset extorta, haberet locum constitutio de rapina, & authen. superior, & omnino. L.1.

NE CONTRA. *A quo emancip.* subaudi maximè. L.2.

SI FILIVS F. *Inuito patre.* Quia contradixit vel ignorauit: si enim patre consentiente, & non contradicente vel sciente filiusfam. decurio vel magistratus creatus sit, tenetur in solidum, vt ff. ad municip. quotiens ita est quando publicum est munus auctoritate & vtilitate: tunc enim tenetur pater in solidũ ob ea quæ principaliter spectant ad remp. aliud si secũdario, vt ff. de pec. sicet. in vlt. §. si nõ est publicũ vtilitate, sed auctoritate, vt tutela, siquidẽ vocatus est ad datiuã, tenetur L.3.

pater si consensit, alioquin contra, in testamentaria verò non tenetur etsi consenserit, nisi de peculio, vel nisi receperit periculum si accusatus fuerit suspectus: vt ff. de tutelis. si filius, & ꝟ. quod cùm eo. l. 1.

L. 4. PATRIS NOMINE. *Nec debus causam.* Videbatur contrarium & in hac, & in seq. l. ratione subiectionis.

L. 5. EX PATRONI. *Non possunt.* Licet contra videtur, vt s. l. proxim. a dixi.

AN SERVVS EX SVO FACTO POST MANVMISSIONEM TENEATVR.

TIT. XIIII.

L. 1. QVAMVIS. *Tamen ex ante gesto negotio.* Videbatur contra, quia manumissus est sub conditione, & ita tanquam liber, videtur quòd teneatur. sed contra est: statuliber enim seruus est, vt ff. de statuliberis. statuliberum. & l. statuliberi. ergo si impleta sit conditio, non tenebitur ex antegesto, vt dicit.

L. 2. CREDITORIBVS. *Maximè, &c.* Quando inter viuos data est libertas: si verò in vltima voluntate reliquit directam, & ita dicitur Orcinus libertus, & datum est peculium, tenetur. Aliud in fideicommissaria, licet habeat peculium, vt ff. de dote. l. 1. §. per contrarium. & ff. quando actio de peculio l. 1. § penultim. antepenultimo.

L. 3. PROMISSAE *tibi pecuniæ.* Si verò promisisset operas in seruitute, non teneretur, si autem cùm peruenit ad libertatem, tenetur: vt ff. de liberali causa, l. vlt. & de operis lib. vt iurisiurandi. Si verò dederit expromissorem pro pecunia, si manumissus non patitur in se transferri obligationem, vel si expromissor non est soluendo, datur domino: vt ff. de dolo. eleganter. §. seruus.

L. 4. LICET. Differt hæc l. ab aliis, quia in aliis tractatur vtrum ex contractu seruus tenetur post manumissionem: hîc de delicto. *Conueniri non poterat.* Scilicet furti, sed noxali poterat dominus. si tamen fuit ad libertatem producta, quia caput sequitur noxa, directè poterit conueniri: vt hic, & inst. de noxa. §. omnis.

L. 5. SI VT ALLEGAS. *Adempto peculio.* Subaudi maximè. idem enim etsi non ademisset, vt s. eo. l. 2 *Donatus.* Id est, honoratus.

L. 6. SIVE SERVI. *Domi eos conuen.* Fustibus eos castigando. *Ex antecedentibus,* &c. Quandoque fallit, quia seruus tenetur reddere rationem post libertatem de his quæ ante gessit: vt s. de hære. petit. l. vlt. sed illud speciale est, sicut enim inducitur pro seruis vnum speciale, vt libertates competant ipso iure post annum, etsi testamentum non valeat, dummodo non sit falsum: ita & aliud contra eos, vt facti liberi reddant rationem de gestis in seruitute. *A domino quondam.* Benè dicit, secus enim esset in extraneo.

QVAN-

QVANDO FISCVS VEL PRIVATVS DEbitoris sui debitores exigere potest.

TIT. XV.

PROPTER ÆS ALIENVM. *Qui nihil ex bonis,*&c. Si enim teneret, deberet satisfacere de eis: si non posset, non tenetur satisfacere de suo. L.1.

SI IN CAVSA IVDICA. *Valentis.* Proprium nomen est. *Compelluntur.* Si non inficiantur. quid autem fit cùm inficiantur, dicit l. sequens. L.2.

1 *Nemini prodesse debet sua calumnia.*
2 *Solius est Dei hominum mentes noscere.*

SI DEBITVM NON INFICIANTVR. P. distinxit, malignè inficiantur, an non: si malignè, idem est ac si non inficiarentur. & pro 1 eo est, quia nulli † debet prodesse sua calumnia, alioquin prodesset: vt 2 ff. de tribut. illud. §. pen. Io. tamen non ita dixit, quia solius Dei † est noscere mentes hominum, vel secreta cordis: vnde cùm impossibile sit scire fiat animo calumniandi, an non: non ita distinxit, quia circa res corporales si capiantur loco pignoris ex re iudicata, dicit lex quòd si referatur controuersia, debet judex summatim cognoscere fuerint condemnati, an non: sed licèt ibi summatim cognoscatur, non idem tamen dicendum est in corporalibus, vt sc. in omnibus, cùm capiuntur pignori. Videtur enim lex inter hæc facere differentiam, vt ff. de re iudic. à diuo. §. si super reb. & §. sic quoque. quod. ergo remedium adhibebitur cùm negatur ita per malitiam? & certè dabitur curator bonis, qui actiones moueat & exerceat. arg. ff. de cur. eo. sed si is. §. si impubes. L.3.

NON PRIVS. *Nisi patuerit,*&c. Idem in aliis duobus casibus quãdo nomina sunt facta ex ratione fiscali, vel ex contractu suo: vt ff. de iur. fisc. l. 3. §. mulctam.

1 *Semel datum iterum dari non debet.*
2 *Cedere & mandare differunt.*

IN SOLVTVM. *Nisi mandatis,*&c. Quare exigit quòd mandentur, 1 cùm dicat hîc dedisse nomen in solutum: & quod semel † datum est, iterum dari non debet? Sed certè hîc notatur similitudo inter corporalia & incorporalia. si enim vendas rem corporalem, sequi debet venditio: ergo à simili si dedit nomen in solutum, mandare debet actionẽ, & me cõstituere procuratorem in rem meam ad exercitium actionis. 2 Neq; distinguo inter cedere † & mãdare, vt not. s̃. de actio. l. 1. *Ex persona sui. deb.*&c. Sed quando dicitur actio dari ex persona sui debitoris? quando sc. actionem sibi mandauit: competebat enim ei actio furti vel similis directa, & mandauit eum, tunc ex persona debitoris datur directa. *Suo autem nomine.* Mirum est quòd dicit dari vtilem suo nomine: nam si cessit ei, non est sibi obligatus suo nomine: sed non intellige quòd detur suo nomine vtilis, i. quòd sit sibi obligatus: nec contraxit cum eo, sed propter illam conuẽtionem de datione in solutum, quantum ad exercitium datur sibi, non enim obligatus est sibi ex contractu vel quasi contractu, vt not. s̃. de act. l. 1. & probatur ff. fam. erc. l. planè. L.4.

DE ACTIONIBVS HÆREDITARIIS.

TIT. XVI.

L.1. PECVNIAM PRO PARTE TIBI COMP. Non hæreditaria: vt j. eo. si adulta. & j. de bon. auct. iur. si vxor. & s. de neg. gest. ab eo. sed intellige pro parte, sc. debiti sibi competentis, vt pro ea parte qua extiterunt hæredes, iste cohæres eos conueniat, non pro parte sua, vt s dixi: vel glossa, pro parte, i. actione competenti pro partibus eorum. *Sed & si res*, &c. Habet ergo personalem actionem pro parte, sed hypothecaria competit, vt dicit auth. de fideiuss. sed nunquid in solidum poterit pignora persequi, cùm sit pro parte hæres? puto quòd sic, si non conueniat eos vt hęredes, sed vt quoslibet possessores, nec enim pro parte potest, vt probatur j. de distra. pign. quandiu.

L.2. PRO *hæreditariis partibus*, &c. Fallit hæc regula ff. de verb. oblig. l. 2. & l. in executionib. § 2. ff. commo. sed mihi. §. hæres ff. depo. si duo. ff. de pollic. ex pollicitatione. ff. de legat. 2. cùm ab vno. & ff. de ali. & ci. leg. 3. ff. de relig. veluti.

L.3. HÆREDEM *Contra debitores hæreditarios*, &c. Sed videtur quòd cõtra debitores experiri possit: cùm enim bona omnia mariti sint ei pro dote obligata, vt j. de rei vxor. in princ. ergo & nomina. Instituet ergo actionem vtilem contra debitores: vt ff. de pign. si conuenerit. sed illud in expressa obligatione, secus in tacita: vt ff. de iu. fis. Moschis.

1 *Hæreditarij debitores qui propriè dicantur.*

L.4. SVB PRÆTEXTV ÆTATIS, &c. Quomodo de statu & de bonis differtur propter ætatem, vt j. de Carb. edi. & ff. de Carb. ed. l. 2. §. 1. & 2. Sed hîc erat de pecunia: & ideo non differtur. *Debitoris hæreditary*, Aliàs propriè appellantur † hæreditarij debitores, qui tenentur 1 hæredi & hæreditati: hîc autem aliter sumitur, vt quia decessit obligatus testator, & ideo pupillus qui ei successit, dicitur debitor hæreditarius. *Enisi*. Vendendo bona, vel aliter accipiendo pecuniam mutuò.

L.5. VT DEBITVM. *Antè de hæreditate*. &c. Aliàs ante aditam hæreditatem. *Præpostera petit. est.* Quasi frænum ponat à cauda. Debet ergo priùs determinari quæstio illa de hæreditate, s. fuerit hæres, vel non: & si patuerit ei quæsitam hæreditatem, extinguitur actio. Idem si cõtra cohæredes suos voluerit experiri ante aditam hæreditatem, quia non potest nisi pro hæreditaria portione, & ipsi non habent: ad hoc, nec pro toto posset, quia nõ accrescit sic eis pars illius nisi repudiaret, vel elapsum esset tempus præfixum ad eundum.

SI ADVLTA. *Nec ab eo quicquam exigere*, &c. Si enim esset prohibita exigere, videretur quòd gratia compensationis eam instituisset: vt j. de hæredit. instit. si compensandi. *Pro besse*, i. pro aliis duabus partibus hæreditatis, hoc est. 8. vncias. *Non confunditur*. Ergo pro sua confunditur. & distingue hic cùm debitor principalis creditori vel è conuerso succedat, vt in summa circa medium, ibi porro quædam, &c. *Siquidem cohæredes eius*, &c. Vel quia alij fortè præferrentur ei ab intestato, quod veriùs credo. *Se etiam obligant*: Vt sc. conueniantur pro hæredi-

reditariis portionibus, & tunc si soluendo sunt, soluent in solidum. *Postulata separatione.* Causa, sc. cognita, & alia exiguntur, vt ff. de separationib. l. 1. & no. in summa. de separationibus.

CREDITORES. *Non habere personalem*, &c. Fallit ff. de iure delib. scimus. §. scientia. *Huic rei, Æri alieno soluendo.* L. 7.

EX DELICTIS DEFVNCTORVM IN quantum hæres conueniatur.

TIT. XVII.

1 *Executoris conuentio.*
2 *Condictio furtiua.*

POST LITEM CONTEST. *Concussionem.* Quia per impressionem extorsit aliquid ab aliquo iudex, vel aliquis positus in officio: vt s. quod met. caus. si per impressionem. & ff. de concus. Si ergo lis est contestata cum defuncto, hæredes in solidum tenentur, vt hic. Quid si præcessit sola executionis conuentio? nunquid idem dicendum? & videretur per l. ff. de actio. & obligat. constitutionibus. Sed satis dici potest quòd perpetuetur actio per 1 executoris †conuentionem, si lis non est contestata, tenentur in quantum ad eos peruenit, vt dicit. Speciale tamen est in actionibus quibusdam, vt eis non teneantur etiam in eo quod ad eos peruenit, vt ff. de vi bon. rapt. l. 2. §. vlt. Idem in interdicto vnde vi: sed hîc non loquitur de actione aliqua, sed quòd teneantur de eo quod ad eos peruenit, nō de ista actione vel illa: non ergo datur vi bon. rapt. datur tamen condictio 2 †furtiua: vt in supradicta l. vi bon. rapt. continetur. similiter non datur interdictum vnde vi, sed actio in factum de æquitate: vt ff. de vi & vi arm. l. 1. §. vlt. Ita est in delictis, in contractibus idem multo magis, & ideo ad maiorem euidentiam, distingue vtrum nascatur actio ex maleficio vel quasi, vt in summa de hæreditariis actionibus. in princip. L. vnic.

DE CONSTITVTA PECVNIA.

TIT. XVIII.

1 *Constitutum in diem vel sub conditione valet.*
2 *Pluribus modis constitutum fieri dicitur.*

SI PRO ALIENO DEBITO, &c. Idem si pro suo: pro se enim quis constituere potest, & pro alio, si tamen sit debitum de iure ciuili & naturali, vel naturali tantùm: si iure ciuili sit debitum, sed indebitum per exceptionem, non tenet constitutum, vt ff eo. l. 1. & 111. Item si sit debitū sub cōditione, vel 1 in diem, tenet †constitutum vel in diem, vel sub conditione, vt ff. eod. idem sub conditione. Et habes hîc authentic. SI QVANDO. Sed ita tenetur quis, si constituendo personaliter, de se promittat: alioquin impersonaliter loquendo, non obligatur. ita imperfectè ponebatur secundùm veteres. Sed dominus meus pleniùs apposuit sic authentic. L. 1.

Si quando aliquis pro se vel pro alia persona pecuniam constituerit vel spoponderit, sic dicens, satisfaciam: tenetur † pro quantitate quam 2 promisit. Si autem dixerit, satisfiet. verbo impersonali probato, non tenebitur. Si autem sic, satisfiet & à me & ab alio: & illo & istis quidem quos nominauerit non consentientibus: solus pro rata portione persoluet. Si autem sic, erit tibi satisfactum aut à me, aut ab alio, quem nominauit, non consentiente eo, solus in solidum tenetur: vt j. auth. cùm de appel. cog. §. vlt.

1 *Redhibitoria actio.*
2 *Actio receptitia.*
3 *Campsores.*

L. 2. RECEPTITIA. *Vestigio.* Sic ff. de acq. poss. l. 1. *Id est annorum metis* xxx. Illud generale est: fallit in quibusdam personalibus, vt nō tanto tempore durent, vt in redhibitoria, † vel quanto minoris: vt ff. 1 de redhibit. sciendum. §. vlt. & l. seq. fallit etiam de actio. & oblig. in honorariis. *Naturalibus priuilegiis.* Sua priuilegia sunt, quia ex nudo pacto nascitur hîc actio, vt inst. de act. §. de pecunia. Præterea dantur x. dies intercedenti pro alio ne soluat, vt ff. eo. l. promissor. Hoc enim speciale est in actione de constituta pecunia, cùm aliàs inesset tempus vt ff. de verb. oblig. continuus. § 1. & de solutio. quod dicimus. & instit. §. purè. *Vt pro debito. &c.* Intellige de debito, vt exposui s. l. prox. aut de debitore vel spe. nam s. dictum est quando debetur in diem vel sub conditione. *Et si quid non fuerit debitum.* Indebitum enim benè poterat constitui, sed repetebatur per † receptitiam actionem. *Con- 2 stitutæ sunt.* Et ideo si antiquitus in constitutæ pecuniæ actionem veniebant ea quæ verè pecunia non erant, non est mirum si modò fundus & alia veniant. *Sed & possibile,* &c. Alia ratio. *In pecuniam conuerti.* Sed non econuerso, vt ff. de fideiuss. l. si ita fideiussorem. *Ita omnes res.* Largissimè sumitur hîc ad omnes res nomen pecuniæ. aliàs strictissimè ad quantitatem vel pecuniam. vt inst. de contrah. empt. §. item pretium. aliàs largè ad ea quæ constant pondere, numero & mensura: vt ff. de legat. 1. talis scriptura. quandoque pro iis quæ quis habet in patrimonio, vt ff. de verb. signif. pecuniæ, l. 4. *Indefensè.* Id est, defectu. & voluerunt hîc quidam sumere argum. pro scriptura campsoris quòd possit præiudicare alicui cùm scribunt quòd aliquis debet eis pecuniam, sicut consueti erant facere istí argentarij: sed non ita est. alia enim ratio est in argentariis quàm in † campsoribus. argentarij enim 3 illi iurabant quòd fideliter omnia agerent, & forsè eligebantur à fisco, secus in campsoribus, vt ff. de edendo. l. quædam, §. vlt. & l. seq. & j. de probat. instrumenta.

1 *Duo rei debendi hodie viriliter tenentur non in solidum.*

L. 3. DIVI HAD. EPISTOLAM. Licet non habeamus verba istius epistolæ, tamen sententia continetur hîc, vt inst. de fideiuss. §. item si pluribus. Per epistolam ergo D. Hadriani inductum est vt fideiussores qui prius tenebantur in solidum modò pro virilibus portionibus conueniantur. Et idem inductum est per Iustinianum in duobus

reis

i reis debendi. Hodie enim † viriliter tenentur, non in solidum, vt ǰ. auth.de duobus reis.Idem est etiam in his qui non ex pacto sed auctoritate legis obligantur:vt ff.de tut.& rat.distr.l.1 §.nunc tractemus. *Diuersas species,&c.*Siue ex stipulatu,vel de constituta pecunia, vel mandati conueniantur.

DE PROBATIONIBVS.

TIT. XIX.

1 *Creditor quis dicatur.*
2 *Fœnerator debet probare numeratam fuisse pecuniam.*
3 *Affirmanti incumbit probatio.*

VT CREDITOR, &c. Creditor appellatur generaliter cui debetur † pecunia ex quocunque contractu, puta emptionis, locationis, & similibus: vt ff. si cert. pet.l.1.sed hic restringenda est eius significatio.Quid enim si ex causa donationis debeatur pecunia? nunquid probabit numeratam? non,sed pactum vel promissionem intercessisse.Intellige ergo de creditore † fœneratore. Ille enim debet probare numeratam esse pecuniam, vt hîc dicit,& ǰ de non numer.pec.si ex cautione.*Implere cogitur.*Si sacramento suo dixisset sibi numeratam,prima facie videtur verum: sed quãdo probat per testes?tunc impleuit intentionem suam:implet ergo vel per testes,vel per sacramentum,quod satis ad idem recidit. sic & dicitur s̄. de rei vindicat.res alienas. Sed quare facit similitudinem creditoris ad debitorem? Respond. Quia vterque affirmat,& generale est, quòd † affirmanti probatio incumbit:vt ǰ.eod.actor.siue asserat directè, siue per exceptionem,vnde siue debitor dicat solutam,siue excipiat cõtra creditorem, probare debet, vt ff. de excep.l.1. Aliud si negat excipiendo, siue quocunque modo: & ita dicit l si ex cautione, & notaui suprà si contra ius.vel vtili præscriptione.nec obstat ǰ. eod. frustrà. vt ibi notaui. — L.1.

1 *Verbum pertinere,latissimè patet.*
2 *Dominium pro possessione sumitur.*

POSSESSIONES. Id est,Res possessas,vt ita possessio sumatur pro dominio,sic ff.de verbor.signif.interdum,vel pone propriè, quòd siue agatur pro dominio vel possessione aliqua, interiecto more iudiciorum persequi debet.*Pertinere.*Verbum istud latissimè † patet, nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominij nostri sunt, & eis quas iure aliquo possidemus, quamuis non sint dominij nostri, vt ff.de verborum signific. verbum pertinere. *More iudiciorum.* sc. offerendo libellum,vt s̄. de lit contest.auth.offeratur. *Neq; enim possessor. &c.*Vt s̄. de rei vindicat.res. *Dominium apud eos remanet.* Sed qualiter remanet dominium apud eos, si ille qui petiit, non erat dominus? Sed dic quòd sicut suprà ponitur possessio pro dominio,ita hic† dominium pro possessione:vt & notaui s̄.de rei vindicat. quotiens. Vel dicas dominium, — L.2.

id est, res quas iure dominij peto. Vel aliter secundùm P. dominium, s. præsumptum. Præsumitur enim quis dominus, si aliquando possedit vt dominus, secundùm ipsum Io. contra. quia & si quis probauit titulum, & alia quæ enumerantur. ȷ. eod. cùm res. non præsumitur habere dominium, ergo multò minùs qui nihil probauit, sed est in possessione, præsumitur esse dominus.

1 *Beneficium diuisionis.*
2 *Neglegentia alterius quando nocet.*

L. 3. EX PERSONA. &c. Ad euidentiam istius l. sciendum est, quòd si plures tutores administrauerint tutelam alicuius, quilibet tenetur in solidum: si tamen soluendo fuerint, habent † beneficium diuisionis, vt ff. de tutel. & rat. distr. l. 1. §. nunc tractemus. & not. s. de cõst. pec. l. vlt. Voluerunt ergo quidam intelligere quod hîc dicitur. quia sc. cùm tutor vel eius hæres non tenetur in solidum, si collega fuit soluendo tempore depositi officij, præsumitur hodie fuisse soluendo: & ita eo probato, s. ipsum tunc fuisse soluendo, debent enim probare: vt ff. eod. non est necesse. & ff. de cond. & dem. l. antepen. modò non conuenitur in solidum, sed pro parte, cùm modò præsumatur soluendo esse: & induxerunt simile. ff. quibus quibus modis pign. l. sicut. §. superuacuum. & sic facit ad illud generale præsumendum esse de præterito ad præsens. sed dominus meus non credit illud esse rationem: quia etsi certum esset modò non esse soluendo, nihilominus non tenerentur in solidum. sed est ratio, quia cùm fuerint soluendo, & cessauit pupillus factus pubes eos cõuenire, si modò soluendo non sunt, non tenetur, quia mihi non debet † nocere eius negligentia, vt ȷ. de diui. tut. l. 1. 2

1 *Emptor debet probare venditorem dominum.*
2 *Solo instrumento non probatur dominium.*

L. 4. PROPRIETATIS DOMINIVM. Id est, dominium quod proprium est alicuius. *Non tantùm, &c.* Q. d. eo modo probatur, & aliis & ita per instrumenta probatur dominium, vel aliis legitimis modis: vt ȷ. eod. res. Vel dic quòd non solo instrumento emptionis probatur dominium, quia ibi non continetur nisi quia ille vendidit & tradidit. Præterea quia ego pretium solui, & per hoc non probatur dominium, cùm forte ille qui tradidit, non erat dominus. Intellige ergo quòd solum illud non sufficiat, sed alia sunt necessaria, s. quòd † probet venditorem dominum: sicut aliàs dicit l. vt ff. de pign. & quæ nondum, §. quod dicitur. Vel solo instrumento † non probatur directum vel vtile dominium necessariò: sed probabile est arg. quòd si contineatur ipsum tradidisse & vendidisse. Vel dicas quòd vtile probatur si contineatur ipsum vendidisse & tradidisse: nec est necessarium pretium fuisse numeratum, vt ff. de Publicia. de pretio.

1 *Instrumentum domesticum quid.*
2 *Comparatio literarum, quando non habet locum.*
3 *Quæ non prosunt singula multa iuuant.*
4 *Instrumento vitioso non statur.*

INSTRVMENTA DOMESTICA. Domesticum dicitur instrumé- L.5.
1 tum quodlibet, quod † non est publicum, à priuato aliquo factum, non ab eo qui habet ius ab Imperatore, vel ab illo cui Imperator concessit. siue ergo scribat creditor sibi deberi, non sufficit solum, vt in l. seq. siue debitor scripserit se promisisse, & ita contra eum producatur instrumentum, non ideò probo ipsum promisisse, si dicat se non scripsisse: & licet sit similis suæ scripturæ, non tamen per eam possum probare, sed necesse est quòd aliis iuuetur adminiculis, s. testium qui viderunt ita scripsisse, & confessum fuisse: vel etiam per aduersarij con-
2 fessionem. nec enim comparatio literarum locum habet ex tali instrumento, nisi tres testes probatæ opinionis interueniant, vt j. de fid. instrum. comparationes. Probatur etiam per tale instrumentum, si causa fuerit expressa: vt j de non nu. pec genera. alioquin facit præsumptionem, vt ff. de neg. gest. Nesennius non tamen ei soli debet iudex crede-
3 re vt ff. de test. l. 3. §. eiusdem. vnde ita legitur: Et quæ † non prosunt singula, multa iuuant. secus in excusationibus tutelarum, l. vna. testes ergo poterunt iuuare in priuato instrumento, vt s. dixi, si esset publi-
4 cum, staretur ei nisi esset vitiosum † vel cancellatum, vt j. eod. iubemus. & j. authent. de fide instrum. & j. qui potio. in pign. scripturas. *Seu priuata testatio.* Nomen posuit generale, nunc subiicit specialia: nomine enim instrumenti domestici continetur priuata attestatio & adnotatio, sine testibus notula priuata facta causa memoriæ.

1 *Rationes ad probationem non sufficiunt.*
2 *Confessio testatoris quando præiudicat hæredibus.*

RATIONES. Differt hæc lex à prima, quia ibi loquitur de instru- L.6.
mento domestico, quod est nomen generale, hic de rationibus quæ sunt de datis & acceptis: vt ff. de edendo. si quis ex §. rationem. *Res sibi deberi significauerit.* Idem si dicat à seruo vim mortis illatam sibi esse, vt ff. ad Silania. si quis in graui. secus tamen si dicat sibi solutam esse pecuniam, vt j. de sal. cau l. 1. Hic habes authent. QVOD OBTINET, &c. Posset quæri qualiter aptari possit authent. ad legem veterem, vel cui referatur illud quod dicit. Dicit enim quòd si inueniantur
1 rationes † in bonis alicuius, ad probationem debitæ quantitatis non sufficiunt: idem si in testamento significauit sibi deberi, quod videtur verum, tamen quia in testamento continetur ita esse, & quia de Deo moriens cogitare videtur, nec fecisset scribi nisi verum esset. Vis ergo dicere quòd hæc obtineant si non iurauit testator: & si iurauit, quòd per eam scripturam præiudicetur debitori, & certè hoc falsum esset. Apta ergo sic, quod dicit certam pecuniæ quantitatem, subaudi tantùm: si enim debebantur testatori c. & ipse scripsit sibi deberi L. in eo
2 quod vltra debetur, non præiudicatur † hæredibus. nisi probatum fuerit testatorem hoc velle remittere. & hoc cùm non iurauit, si enim iurasset tantùm sibi deberi, etiam si plus esset debitum, sufficit ad probationem. Præsumit enim lex ita esse, cùm iurauit se tantùm debere, & minus deberat, tenentur enim hæredes soluere, & sic per sacramentum hæredibus præiudicare potest, non creditori vel debitori, & ita authen. determinant l.

L.7. EXEMPLO. l. iſta circa priuata inſtrumenta, ſicut & duæ ſuperiores, ſed tamen alio modo, quia circa priuatam ſcripturam vel ſubnotationem à fiſco confectá. Quid ſit adnotatio, dic vt ſ. l. inſtrumenta.

1 *Reus aliquid aſſerens tenetur probare.*

L.8. FRVSTRA, &c. Videtur contrà, ſ. eo. l. 1. ſed dic quòd ſi reus † aſſerit aliquid, tenetur probare: ſi verò pulſatus neget, non tenetur, vt hîc: imò alij incumbit probatio, vnde bona eſt concordantia, ff. eod. qui. *Probatio exigatur.* Actore non implente intentionem ſuam, aliud in cauſa criminali, quia ſi accuſator non probet, exigitur ab vtroq; vt j. de abol. fallaciter. in fin. & ad l. Corn. de fal. l. vbi. 1

1 *Dominium ſolo tempore non amittitur.*
2 *Poſſeſſio facilius amittitur quàm dominium.*
3 *Per aſpectum corporis probatur quis minor.*

L.9. CVM TE. *Proponas.* Infinitæ poſſunt eſſe cauſæ quare proponeret ſe minorem, vt quia nunc mulier accepit arras ſponſalicias, vt j. de ſponſalibus. l. vlt. vel quis decipiebatur minor in contractu, vt ſ. de in integ. reſti. ſi minorem. vel vocabatur ad tutelam, & alia multa. *Probare.* Sed nónne aliquando fuit minor? ergo videtur & præſumi debet hodie minor, ſicut in dominio dicimus. & j. eo. ſiue poſsidetis. ſed aliud in dominio, quia dominium † non amittitur ſolo tempore, minor autē ętas ſolo tempore aufertur, & ideo non ſequitur, fuit minor: ergo hodie eſt minor, vt ſ. not. de in int. reſt. ſi minorem. Aliud etiam dixit Io. in poſſeſſione †, quia facilius amittitur quàm dominium, vt ff. de acq. poſſ. ſi quis vi. §. differentia. Vel dic quòd per aſpectum corporis probatur † quis minor xxv. ann. adito præſide. 1 2 3

1 *Natales quid.*
2 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
3 *Lex, probabilia, non neceſſaria argumenta requirit.*

L.10. NEQVE NATALES. Id eſt, ſcriptura quæ fit. quòd de tali ingenua & tali die † fuit aliquis natus, quandoque ponitur pro natiuitate: vt j. eo. non epiſtolis. *Pro filia tua.* Fortè quia detinebatur vt ancilla, & proclamabat ingenuitatem, vel alius pro ea. *Cùm nihil probib.. & te inge. & eam ancil. eſſe.* Scilicet, quia nata fuit ex ancilla. & ita cùm hoc poſsit ſine eo eſſe, nō probatur per illud. vnde facit ad illud generale. non † probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, ſi verò vnum non poſsit eſſe ſine altero, vel vix contingat, vno probato probatur & aliud. nec enim requirit l. neceſſaria † argumenta, ſed probabilia tātùm. vnde & ſi aliquis aliquando fuit ſeruus, præſumitur hodie ſeruus, niſi probetur contra. vt j. eo. matre. & ſimiliter præſumitur, ſi pater fuerit dominus, me eſſe dominū licet poſsit eſſe cōtra: vt j. eo. ſiue poſſidetis. 1 2 3

1 *Qui ſolemnitatem allegat, probare debet.*
2 *Quod ab indigno aufertur, fiſco applicatur.*

L.11. SI SCRIPTVM. *Vel de teſtamenti vitio.* Quia ſcilicet, dicebas nō ſolemne. non intellige quòd fuiſſet ſubreptum. ita quodammodo eſſet

esset vitiosum, vel dic quòd dicebat falsum, sed videtur quòd alius debeat probare cùm dicit solẽne: quia † qui solẽnitatem allegat, probare debet: vt ff. de Publicia. quæcunque. §. vlt. & j. authentic. hoc ius porrectum est. Respon. quia cùm confiteretur eam testatam fuisse, præsumebatur solemne testamentum, nisi probetur contra. vt s. de iur. & fa. igno. & si post diuisionem. & prodest hoc notare: quia multotiens cùm producuntur instrumenta, dicuntur falsa prima enim facie videntur vera, si constat eum qui scripsit tabellionem fecisse. *Vel quacunque alia ratione.* Videtur alia ratione quodammodo maledicere, si enim est vellem eum repellere, quòd dicerem eum indignum ab hæreditate maleficio suo, non haberem ego, imò fiscus: quia † quod ab indigno aufertur, fisco applicatur, vt ff. de inoffi. testa. Papinianus. §. meminisse. & est specialis titulus. j. de his quib. vt indig. ideo intellige quòd probauit non solemne vel falsum vel alia simili ratione probauit non debere habere hæreditatem.

Sic in veteri libro reperimus. Sed, fuisse, non, fecisse, legendum videtur.

1 *Rei nomine, corporalia & incorporalia continentur.*
2 *Instrumenta non sunt de substantia contractus.*
3 *Sine possessione non acquiritur dominium.*
4 *Possessio demonstratiua, & causatiua differunt.*
5 *Vacua possessio, quando tradenda.*
6 *Ad probandum dominium, tria requiruntur.*
7 *Multis modis venditor probari potest dominus.*

L. 12.

CVM RES. Istud cùm potest intelligi temporaliter vel causatiuè, si temporaliter, glossabis, cùm, id est, quando. si enim in scriptis contraxi, per scripturam debeo probare, vt j. de fide instru. contractus, si sine, quibus potes iure proditis probationibus, vt dicit, si causatiuè intelligas, tunc glossabis cùm, i. quia. Res, id est contractus vel obligationes. res enim se habet † ad corporalia vel incorporalia: instit. de rebus incorporalibus. *Non instrumentis geruntur.* Non enim sunt † de substantia contractus: vt ff. de pig. contrahitur. & de fide instru. l. antepen. alioquin siue his non posset contractus celebrari: vt ff. de contrahend. empt. pacta. *Factam emptionem.* Gratia exempli dicit. nam idem in alio tit. *Et in vacuam possess.* Per hoc dixerunt quidam quod sine possessione † non acquiritur dominium. sed Io. contra, vt ff. de fund. do. si fundum, & de acquir. rer. dom. §. quicquid Præterea in vltima voluntate iudex quòd ab adita hæreditate statim transit dominium ad legatarium. sed & sine possessione adquiritur dominium in pacto. l. commissoriæ addictionis in diem. dic ergo quòd hîc continetur de vacua † possessione demonstratiue non causatiuè, si enim facta est emptio, & te induxit in vacuam possessionem, non intellige quòd hoc sit necessarium ad dominij translationem. & ita demonstratiuè loquitur imperator, nõ causatiuè; sicùt si esset quæstio deturbata, & diceret imperator si non es inductus in possessionem, non habes dominium. sed tamen bene credo quòd ad hoc quod liberetur, vacuam habet † possessionem tradere: vt ff. de act. empt. l. 2. §. vacua. & l. ex empto. §. inde Neratius. & not. §. de pact. traditionibus. sed & si non

tradat vacuam, possum habere dominium. per traditionem tamen liberatur.& dixerunt quidam quòd tria quæ hîc numerantur, sufficiũt ad hoc quòd rei venditæ probetur † quis dominus. s. quòd probetur 6 de emptione,& sic de titulo,inductione in vacuam possessionem:&de pretio numerato:vt instit.de rer.diui.§.venditæ. secus in publiciana.ff. de public.iudic.de pretio.sed Io. addidit quartum, scilicet quòd probet dominum fuisse venditorem,arg.ff.de pig.& quæ nondum.§.quod dicitur & ff.de proba.ante omnia.sed qualiter probabit eum dominũ? videtur difficile.sed dic quòd multis † modis potest per vsucap.triennij,vel decennij secundùm M.vt not.s.de pact.traditio.per occupationem eorum quæ nullius sunt,per specificationes.& similes modos qui notantur in summa inst.de rer.diuis. 7

1 *Necessitudo quid.*
2 *Adoptionis & arrogationis differentia.*
3 *Epistolis non constituitur consanguinitas.*
4 *Possessio fraternitatis,quando obest.*
5 *Epistolæ quando instrumentorum vicem obtinent.*

L.13. NON EPISTOLIS NECESSITVDO. Necessitudo † dicitur 1 ius agnationis:vt ff.de instit.& iu.lvlt.vnde Io. dicit, Necessarij mei venerunt ad me. *Sed natalibus.* id est,solemni natiuitate,quæ fit per matrimonium, quandoque dicitur libertas quam quis habet à matre: vt instit. de ingenuis. & j de nata. restitu. *Vel adoptionis.* nomen est generale. referri enim potest ad adoptionem & arrogationem. Adoptantur autem qui in alterius sunt potestate:arrogantur † qui sui iuris 2 sunt: vt ff. de adop. l. 1. & 2. nec intellige quòd hic adoptatus esset in fratrem.cùm enim absens esset & in alia prouincia,non posset fieri: vt j.de hered.insti.nec apud.si pater adoptauit sibi filium. censetur enim filius adoptiuus, frater alterius. patet ergo quòd non epistolis † con- 3 stituitur consanguinitas.& fortè ibi in epistola illa continebatur,Dominæ Bertæ sorori suæ talis salutem. & quòd curam haberet de hæreditate mihi delata,illa nimis eleuata propter verba illa curauit de hæreditate & contra absentem petiit arbitrium fa. ercisc. vnde videbatur quòd ista præiudicarent,scilicet,quòd missa erat epistola tanquam sorori & liberæ, & quia tanquam pro cohærede petitus fuit arbiter famil.ercisc.at hic dicit contra: quia per talem epistolam non tollitur substantia veritatis,sæpe enim in talibus epistolis appellamus eos dominos qui non sunt.si tamen fuit in † possessione fraternitatis, præiu- 4 dicaret, & oporteret eum probare contra. alioquin non tollitur per hoc quæstio fraternitatis per talem confessionem extra iudicium factam:nec obtinet vim pacti:vt ff.de interrog. act. l. 1.§. vltim. domino tamen Iacobo visum fuit quòd præiudicaret,etsi non erat in possessione fraternitatis,nisi probaret contra:vt in l. seq. at secundùm nos non præiudicat,nisi fiat in contractu, & causa demonstretur : vt j. de non nume.pecu.generaliter,& notatur ff.de iis qui not. infa. quoniam intelligitur,nec est contra.ff.eod. l. vlt. bene enim verum est quòd tales † epistolæ nonnullam vicem instrumentorum obtinent, quia faciunt 5 aliquam præsumptionem non plenam, sed semiplenam, non enim est

ita

ita violenta, quòd oporteat probare contra. per se enim non sufficiũt, si non aliis adminiculis adiuuentur: vt s. eod. instrumenta.

1 *Nudis asseuerationibus, non fit aliquis filius.*
2 *Possessio filiationis, quid operatur.*

NON NVDIS. Sicut s. dictum est quòd non continuatur fraternitas per epistolam vel per arbitrium fa. ercisc. petitum. ita dicitur quòd non fit aliquis filius † nudis asseuerationibus, vel ementita professione. E pro ex. vt sint duæ dictiones. *Sed matrimonio legitimo concepti.* Vel adoptione solemni, filij ciuili iure patri constituuntur. *Detege.* Non obstat. ff. eo. l. quidã. quia hîc erat in † possessione filiationis: & ideò præiudicat sibi sua confessio, nisi probet contra: vt s. l. proxi. not. & legitur ff. eod. Paulus. quæ lex cum hac & superiori videntur facere pro opinione domini Iacobi, si non esset in possessione filiationis, quale generaretur ei præiudicium, sed non ita violentum, quòd oporteat stare, nisi probetur contra, vt in lege superiori dictum est. L. 14.

1 *Iniusta possessio libertatis, quomodo præsumatur.*

VIS EIVS. *Minimè prodest.* Non ergo probat: nec per hoc is qui eum habet in vinculis, consequitur commodum possessoris: vt ff. eo. si quis hominem. & bene tractat de materia ista ff. de acqui. poss. cum hærede §. vlt. *Aufugisse.* Primò ergo inquirendum vtrum fugerit, aut non, si aufugit, præsumitur iniustè † possedisse libertatem: vt s. vbi causa stat. l. 1. si autem dubitatur aufugerit an non, prius inquirendum vtrum fuerit in libertate sine dolo malo, an non, & de his primò pronunciari debet, quàm de liberali cau. vt ff. de libera. causa. liberis. §. vlt. L. 1

1 *Contra titulo possidentem, non datur hæreditatis petitio.*
2 *Possessor non cogitur dicere titulum suæ possessionis.*
3 *Præsumptio, quando transfert onus probandi.*

SI IVRE POSSIDETIS. *Emancipati.* Tunc enim valet donatio: vt j. de dona. siue alioquin. si essent in potestate, non valeret: vt s. de inoffic. donat. l. 2. *Patris potestis.* Quidam habent aliam literam, scilicet patris hæreditatem petitis. sed mala est: quia non agebat hæreditatis petit. sed rei vindicatione. nam hæreditatis petitio non datur contra tit. possidentem: vt supra, de hæredit. pet. notaui. dicas ergo quòd petebant prædia, vel dicas, *Petitu vt intentionem vestram*, &c. Et tunc verba illa non erant de responsione. *Docere compelluntur.* Non præcisè, sed causariuè si non vult reus non cogitur, sed ad hoc vt detegant non constitisse intentionem actoris si velint obtinere, necesse habent docere. sed videtur quòd malè dicat, quia possessor † non cogitur dicere titulum suæ possessionis. vt s. de hæredit. pet. cogi. at hîc loquitur quãdo actor fundauit intentionem suam, quia obrulit libellum, & iuratum est de calumnia: & per præsumptionem probauit rem esse suam: & tunc bene cogitur dicere tit. possessionis suæ, & restituere, nisi excipiat vt ff. de rei vindicat. officium. aliud si non processit in causa. Cùm ergo pater eorum fuit dominus, & ipsi ei successerint, videtur eis L. 16.

L. 19.

1 EXCEPTIONEM, &c. Ad euidentiam istius l. sciendum est quòd exceptionum alia dilatoria, alia peremptoria. vel †alia temporalis, alia perpetua: vt distinguitur in II it. de except. § pen. vel antepenul. Dilatoria datur exceptio, cùm pactum factum est de non petendo vsq; ad mensem vel annum, vel quando auctoritate legis peti non potest, nisi
2 post annum, vt in dote. & ita dilatoria est quæ † datur ad tempus. per-
3 emptoria autem, quæ perpetuò competit: vt est exceptio †rei iudicatæ. hîc autem loquitur de dilatoria: circa quam distinguendum est vtrum
4 sit †declinatoria iudicij, an solutionis. si iudicij, vt est illa qua possum recusare iudicem non meum, subdistingue quòd aut scio mihi competere aut non, si scit, & non opposuit, præiudicat sibi, vt s. de iurisd. omn. iud. l. 1. si ignorat, non præiudicat, nec valet sententia: vt j. si à non compet. iud. j. de except. præscriptione, & j. sent. rest. nõ posse peremptorias. si verò sit declinatoria solutionis, de qua s posuit exempla, opponi debet in initio, probari autem postquam monstrauerit quod adseuerat, vt hîc dicit, & distinguit lex, negem an confitear an dubitem: vt j. de except. siquidem. sed quare non probat eam in principio,
5 cùm opponat eam in principio: & exceptio est actionis † expulsio: vt ff. de except. l. 2. & ita videtur ipsum confiteri habere actionem: & ideo de intentione sua. sed alia lex dicit quòd non videtur confiteri de intentione aduersarij, qui exceptione vtitur, vt ff. de except. non vtique, &c. quando negabat quis debere: & si propter pactum deberet, dicebátne teneri hodie dare. & sic non confitetur de intentione actoris: quia oportet eum quod asseuerat monstrare: & post probabit reus, vt hîc dicit. si verò c. peterentur, & ego excipiam de pactis de non petendo vsque ad quinquenninm, tunc videor confiteri de intentione actoris, & sic reus probaret in principio, vel dicas quòd hîc loquitur simpliciter: & licèt de subtilitate iuris exceptio sit actionis exclusio, non tamen de æquitate videor confiteri de intentione actoris. nec est idem si dicat, debeo sub conditione, & simpliciter non debeo. quod quidam dicunt: quia qui cõfitetur se debere sub cõditione, nõ dicit se obligatum. quare idem dicunt esse in vtroque. sed non ita est: quia qui dicit se debere sub cõditione, quodammodo confitetur se obligatum, qui autem simpliciter negat, nullo modo videtur obligatus. & ideo in prima exceptione cùm conueniant in substantia debiti, & differant in qualitate, statim probat reus, non autem in secunda: vt suprà dictum
6 est. patet ergo per l. istam quòd dilatoria exceptio opponenda † est in principio, & s. de procurat. ita demum. & l. licet, & ff. de procurat. l. Põponius. §. ratihabitionis, & appellatur initium, tempus lit. contest. vt ff. de procurat. ante litem, ad idem facit s. de procurat. ita demum: vt ibi notaui. & s. de iureiur. calum. l. 2. opponitur ergo in initio, id est, ante lit. contest. vel in ipsa litis contestatione. de peremptoria exceptione
7 non loquitur. & sciendum quòd illa competit † quandocunque ante sententiam, & quandoque post. sed tunc speciale est, vt in milite: sicut notaui s. de iur. & fac. igno. l. 1. Sed videtur quòd in initio debeat haberi contestatio: vt j. de præscript. long. temp. emptor. at Io. intellexit quòd ibi dicitur ex voluntate, non ex necessitate. *Monstrauerit.* Per instrumenta vel testes. licet enim ei producere testes semel & iterum,

nisi didicerit testificata.& ideo legit Authent.dominus meus. *At qui semel.* Licèt alij in tit.sequen.& voluerunt quidam intelligere quòd ibi dicitur,de productione testium. aliud in productione instrumentorum.nam illam quartò licet facere,& si didicerit testificata, præterea de testibus aliud in alienis. sed idem videtur & in alienis, vt hîc,& in corpore authen.§.sed quoniam ex diuina lege. ex præcepto imperatoris sc.nónne quod principi placuit,legis habet vigorem? & certè sic: vt instit.de iure natu.& certè fit.sed aliàs dicit imperator quòd rescripta † contra ius elicita, vel quæ in totum ius alterius perimunt, non sunt admittenda: vt š.de precib.impe.offe.l.quotiens.si autem peteretur tale rescriptum,videretur ius alterius lædi. sic ergo scientia † sola nocet ad productionem testium,non autem sola renuntiatio, vt in nouellis continetur. *Quarta productio.* Ergo quatuor habebit dilationes. sed videtur contra š.de feriis,l.1. sed dic quòd non loquitur hîc de dilationibus,sed de productione testium.infra autem vnam dilationem possum plures testes producere, sicut quidam faciunt calliditate sua: vt ibi notaui.& intellige quod hîc dicitur, in eadem instantia iudicij. si enim appellaui,etiãsi didicerim testificata, in primo iudicio possum producere testes,vt videtur innui j.de appell.per hanc quidam tamen dixerunt quòd nec in causa appellationis possum. præterea quidam intellexerunt quòd possum producere testes etsi didicerim testificata, vt addam vel confirmem testificata.sed omnia talia videntur esse prohibita,& licèt sacramentum generale calumniæ præstetur semel tantùm in principio causæ, hoc tamen nihilominus postea præstatur, vt dicit. *Aduocatorum,* Ideo dicit,quia quidam aduocati sunt ita feruentes in causa,vt obtineant,quòd multas cogitant deceptiones.

8 9

1 *Subtractione instrumentorum non iuuatur intentio subtrahentis.*

L.20. SI DE POSSESSIONE. *Subtractis.* Si verò à domino datum esset instrumentum,posset proclamare in libertatem: vt j. de Latina liber.§.sed ne furandi. *Cùm petitori,*&c.Ista autem Eutychia sustinet partes petitoris,cùm proclamet in libertatem:vt ff.de lib.cau.§.vlt.& ideo onus probationis incumbit ei vt hîc dicit. sed instrumentis † subtractis non potest iuuari sua intentio.sed si petatur in seruitutem,sufficit probare emptionalia ab ea esse subtracta. per hoc enim præsumitur me esse dominum:quod est mirabile, quia aliàs plura exigũtur ad hoc quòd quis probetur dominus rei emptæ,vt habes,& notaui š. eo. cùm res.sed videtur quòd istis testibus qui probant de furto,non esset credendum:quia tantæ videtur potentiæ publicum exemplum,quantæ isti testes.sed illi non creditur nisi originali instrumento: vt š.de edendo,authent.si quis in aliquo. ergo nec istis habenda est fides. sed dic quòd verum est,nisi esset delictum aduersarij. si enim dicam te ancillam meam,& tu neges:si probo te subtraxisse instrumenta emptionis, per consequentiam titulus emptionis videtur esse probatus: quia interuenit delictum per alium,obesset non prodesset quantum ad fundendam intentionem meam probare de amissione. sed ad hoc iuuat quasi v.tenebat inducere testes, minori numero debeo releuari: vt j. cod.testium.

Sic in vet. libro reperimus.

1

AD

AD PROBATIONEM, &c. Ita fac constructionem, subtrahẽtes aliena instrumenta ad probationem dominij his vti minimè possunt. *Si quidem*, id est, quia. *Intentioni nullum præ.* &c. Non enim ob hoc si ex pecunia tua res sit empta, fit tua, nisi esses pupillus, aut mulier, aut miles, vel ecclesia: vt notaui s. de rei vindic. si vt proponis. L. 21.

AD PROBATIONEM. *Non sufficit.* Liberi enim quandoque seruilia faciunt ministeria: vt ff. de vsu. & habita. l. Proculus. si verò probaretur matrem eius fuisse ancillam, præsumitur seruus: nisi probetur contra: vt s. eo. matrem. *Necessitudine*, id est, consanguinitate, vt no. s. non epistolis. L. 22.

1 *Negatiua, quomodo probari potest.*

ACTOR. *Cùm per rerum nat. fac. neg.* &c. Sed videtur contra s. eo. siue. ibi enim probat quis rem non fuisse alterius. sed illud facit non directè. probet rem non esse tuam. Ibi ergo probant rem sibi donatam, & sic per istam affirmatiuam indirectà bene probatur negatiua. bene enim sequitur, quòd si est mihi donata, ergo non est tua: quia duo eiusdem rei dominium in solidum habere non possunt, idem si aliquis inducat instrumentum in quo continetur te dedisse fortè omnia bona tua, sicut de facto contingit, & in tali loco factam donationem, potest enim probari 1 † negatiua & falsum instrumentum: vt si probem me illa die fuisse infirmum, sic quòd ire nõ potui ad locum illum. vel si eram in alia ciuitate quàm contineatur in instrumento: vt j. de contrahend. stip. opt. Quorundam tamen fuit opinio, quòd impossibile sit probare negatiuã: quia res quæ est, habet genus & species, per quæ potest probari: illud autem quod non est, non habet genus neque speciem: quare quod negatur ostendi non potest. at hoc falsum est: quia negatiua bene potest probari, vt s. dixi. Et nota hoc per rerum naturam, vt natura sumatur pro cõsuetudine, res pro causa, hoc est per causarum consuetudinem. L. 23.

1 *Pœna talionis, à quo subeunda.*
2 *Sine accusatore punitur quis.*

IVBEMVS. *Comminiscuntur.* Pone commisi, quia accusaui producẽrem instrumenta suspecta de falsitate. si enim non astringit veritatẽ suæ accusationis is qui accusat, tanquam falsariũs punietur: quia scis quòd debet subire 2 † pœnam talionis: vt j. de accus. l. vltim. vel intellige in eo qui reducit ad memoriam instrumentum suspectum, & qualiter dicatur suspectum, notaui j. ad leg. Cornel. de fal. l. vlt. si enim profert tale instrumentum coram iudice, siue sit actor, siue reus, debet probare verum esse. alioquin retinebitur à iudice, & punietur vt falsarius. & quòd in proferente intelligendum sit, probatur j. tit. 2. iudices, & ff. ad leg. Cornel. de fal. l. antepenult. & ita sine accusatore 3 † punitur quis: vt & alij casus notantur in summa qui accusa. poss. §. 1. Si non esset suspectum, contra est: imò crederetur ei: vt s. eo. cum precibus, sicut proferenti testamentum non cancellatum, non vitiatum, nec in aliqua parte sui abolitum: vt j. de edict. diui Adria. toll. l. vlt. L. 24.

1 *Sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnare.*

L.25. SCIANT. *In publicam notionem.* Id est, in notionem iudicis, qui cognoscit ex officio publico. *Testibus idoneis.* Et licet in ciuilibus inopia probationum deferatur sacramentum, vt ĩ. de iureiur. l.3. hîc tamen in criminalibus accusatore non probante absoluitur reus. sanctius est † enim impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnare: vt ff. de pœnis, absentem. debet ergo habere testes idoneos, non infames, vel alios de quibus fit mentio ff. de testibus. l.3. documentis. i. instrumentis. *Vel indiciis,* &c. Potest enim esse quòd cõuincatur quis de crimine per indicia & præsumptiones, & ex suspicione punitur. vt j. ad l. Iul. de adult. quamuis, & j. authent. ibidem assignato. *Luce.* Meridiana. 1

DE TESTIBVS. Tit. xx.

1 *De seruitute in ingenuitatem prouocare.*
2 *Resistendo, non agendo fit mota controuersia.*
3 *Experiri, pro defendere ponitur.*
4 *Argumentum quid.*
5 *Testes regulariter non producuntur ante litem motam.*

L.1. SI TIBI. Casus iste ponitur in eo qui erat in possessione seruitutis. & proclamabat in ingenuitatem. si enim in ingenuitatis possessione esset & vendicaretur in seruitutem, potius agenti essent necessaria instrumenta & arg. quàm ipsi. pone ergo quòd isti sunt necessaria arg. vt hîc dicit: & ita de † seruitute in ingenuitatem prouocat. *Controuersia.* Id est, exceptio. sic ff. de procura. non solùm. §. si status. & quòd reus dicatur facere controuersiam, habes ff. si pars hæred. pet. promittendum. *Mota fiat.* Scilicet, per contradictionem. dicebat enim se ingenuum, & alius negabat: & sic ponitur impropriè, cùm resistendo fiat † mota, non agendo: vt ff. de Carbo. edi. l.3. §. si duo. *Defende.* Id est, age. sicut enim dicitur quandoque agere qui verè defendit: vt ff. de eden. l.1. ita actor dicitur defendere tamen verè agit. quandoque etiam experiri † ponitur pro defendere: vt ff. de re iudic. sæpe. §. si scientibus. vel aliter potest poni casus, quando scilicet erat in possessione ingenuitatis, & mouebatur ei quæstio de statu. & tunc omnia ponuntur propriè, debet ergo ostendere instrumentum in quo contineatur matrem suam fuisse manumissam: vel argumenta scilicet, ipsam egisse contra patronum suum & talia indicia per quæ mater videatur libera, & ipse ingenuus, & defenderet se argumentis fortè, quia instrumenta reducebantur in dubium. argumentum est enim † ratio rei dubiæ faciens fidem. & sumitur pro chartis: quamuis alias testes contineat, & omnia per quæ causa posset instrui: vt ff. de fid. instrum. l.1. sed quare dicit quòd eam defendat instrumentis? hoc enim est eius qui dicit eum seruum: vt ff. de li-

Sic in vetri libro, in cõtextu tamen legitur decest (mota.)

1 2 3 4

de libe.cau.l.liberis §.vlt Respon.quia consulendo dicit hoc dominus imperator. si enim iste qui erat in possessione ingenuitatis, nihil diceret, sed taceret, alio probante succumberet. si verò induxit testes vel instrumenta, derogat præsumptionibus illius vel in totum, aut pro parte. & ita bonum dat ei consilium dominus imperator. quod enim dicunt leges, actori incumbit probatio, non reo, verum est quòd actor debet probare, alioquin succumberet. sed reo non incumbit onus probandi: etsi enim non probauit, non succumberet. potest tamen, si vult, si tamen transtulerit in se reus onus probandi se ingenuum, & probauit, nedum absoluitur à petitione actoris, sed pronuntiatur ingenuus: vt ff. de proba. circa. *Solis etenim*, &c. Videtur mentiri. quia nónne diuinus est sermo, quòd in ore duorum vel trium stat omne verbum? ergo verbum ingenuitatis stabit in ore duorum vel trium testium. sed dic quòd hæc dictio soli, non ponitur hìc nominaliter, imò aduerbialiter pro solummodo. non enim solùm testes sufficiunt, sed alia possunt induci ad probationem ingenuitatis, scilicet instrumenta & argumẽta: vt s. dixi. & ita intelligitur, non in solo pane viuit homo. & fit similis expositio aliàs ff. de vsu & habita. l. 2. & in aliis exemplis quæ ibi notauit dominus Io. videtur ergo per l. istam quòd testium productio fieri 5 debeat causa mota. sed nunquid ante? Respon. regulare est † quòd producantur demum lite mota. possunt tamen & ante, vt publicentur eo rum, quia fortè senes erant. & idem in instrumẽto, quia antiquum est. vnde hic potes legere authent. SI QVIS AB ALIQVO, &c. *Contra. leges*, Furtum vel simile. & sic videtur loqui in maleficiis, quando damnum sc. datum est contra legem. sed idem est in delictis vel quasi, & in contractibus, & etiam in testamento. & quòd ita sit in testamentis legitur j. de testa. testamenta omnia. & in authentico ibidem signato. sic ergo admittitur publicatio testimoniorum, si vocata altera pars à iudice nolit venire: & perinde valebũt ac si ea præsente receptæ fuissent. ad idem facit ff. eo. curent, & ad idem induxerunt quidam ff. ad l. Aquil. in l. Aquilia si deletum. intelligentes eam in publicatione testimoniorum. sed & ibi in causa publicationis inducti erant testes, sed ad probandam intentionem actoris, & erat mota controuersia, & lis contestata, & iuratum de calumnia.

Sic in veteri libro reperimus. Hæc auth. in vulg. codicibus reponitur sub l. si quando ii, infr. eod.

1 *Furtum domesticum.*
2 *Vxor an sit domestica viro.*

ETIAM. *Fides improbatur.* Vnde ita legitur ff. eo. eos testes, &c. sed nunquid si habes Cachium, vel alium seruientem, & vis eum producere in testimonium, domestici dicũtur? videtur quòd non: quia lex quæ dicit quæ sint domesticæ personæ, videtur loqui tãtùm in adscriptitiis & similibus: vt s. de his qui ad eccle. præsenti. Sed tamen ratione quadam similitudinis potest dici quòd idem sit in his, quia furtum eo- 1 rum † dicitur domesticum: vt ff. de pœnis. respiciendum. §. furta. & ideo ipsi possunt dici domestici. & ita etiam conuenit seruari, ne recipiantur. quidam tamen eiiciunt eos de domo, vt postea possint producere: & si fiat causa pendente videtur factum in fraudem. si antequam incepta sit, licèt aliquando fuit domesticus, modò non est: & ideo vide-

L. 2.

tur admittendus. Præterea domesticus videtur frater fratri qui sunt in eiusdem potestate. tales enim personæ dicuntur domesticæ in testamenti confectione: vt instit. de testa. §. pater. Quid in vxore? éstne † domestica? videtur cùm sit subiecta, & vnum corpus sit cum viro, & sic dixit P. quòd admittatur. Quod enim dicitur domesticis, intelligendũ est de his qui sunt de domo, vt de subiectis scilicet, seruis vel mercenariis. non autem idem est in vxore, quia non est in dominio meo vel possessione: nec est mihi subiecta, nisi quãrum ego sibi subiectus sum, ego censebo eam caput par, quia quædam sunt tantæ honestatis, vt potiùs vir pareat eis quàm ipsæ viro. 2

1 *Causa testificationis à teste assignari debet.*
2 *Licentia de alienatione facienda, quomodo impetratur.*
3 *Legata pendent ex voluntate legantis.*
4 *Ratio quando à lege in teste non requiritur.*
5 *Testes iurare debent.*

L.3. SOLAM TESTATIONEM. Id est, sine assignatione causæ: quia non dicit se vidisse vel audisse: vel etiam si interrogatus fuerit vbi fuit mutuata pecunia, non † assignat locum, sed dicit, factum fuit tantùm: tunc non valet, etiamsi dicant se præstitisse sacramentum de veritate dicenda. quid simpliciter dicant se scire ita factum esse, nec causam assignent? videtur quòd valeat. & sic est arg. contra. s. de episcopis & cleric. auth. hoc ius porrectum. sed ibi non loquitur in testibus: illi enim causam suæ testificationis debent assignare: sed ad licentiam impetrandam † de alienatione faciẽda satis est quòd iurẽt debitum sub esse, & ex mobilibus solui non posse. ad idem etiam facit, vnde videtur arg. contra. ff. de cond. & demonst. cùm tale. §. falsam. sed illud est quia † legata pendent ex voluntate legantis, hîc autem debet assignare causam suæ testificationis, quomodo sciat ita esse. & hic solet esse quæstio sabbathina. sed videtur contra. j. de repud. hodie quantiscunque. Sed quod ibi dicit, non recipitur, vt testimonium in iudicio, sed vt videatur habere certum indicium mortis mariti. vel ibi non interrogatur de causa. & est distinguendum, quia si testis interrogetur à iudice quo modo sciat, & nullam assignet causam, non est fides habenda eius testimonio. si verò non est interrogatus de causa, & dixit simpliciter se scire ita esse vel non, credendum est testimonium. præsumitur enim quòd ipse in corde causam scierit: sed quia non fuit interrogatus, non dixit. non est alia ratio exquirenda, sicut † nec a lege exquiritur. ff. de legib. non omnium. Vel pone casum quando testis iurauit coram tabellione scilicet, sine iudicis auctoritate, vel alicuius cui mandauit iudex: si talis sola testatio respectu iudicis modo producatur coram iudice, non valet: vt ff. eod. l. 3. §. idem. Vel dici potest sola testatio respectu sacramenti quod non fuit præstitum. debent enim † iurare testes: vt j. eod. iurisiurandi. alioquin non valet eorum testimonium, vt hîc dicit: aliter sumitur testimonium in constitutione ff. hæc quidem. vt ibi notatur. 1 2 3 4 5

L.4. EOS. *Iuuandam.* Et verè iuuant. *Omni gratia.* Quia non amicitia cẽsebatur suspectus. si autem ignoti vel obscuri adiiciãtur, cum verberi-

bcribus admittuntur, vt ỹ. auth. de testib. in princ. *Vel potentatiui.* Quia fortè erat potestas, vel in aliqua dignitate positus is qui testes produ-cebat, & testes timebant eum ratione potentiæ. *Religioni,* Debet enim religiosus esse iudex: vt s. de iudi. placuit.

1 *Liberorum testimonium non admittitur contra parentes.*
2 *Ætas filij probatur per matrem.*
3 *Frater quando pro fratre admittatur.*

L. 5. PARENTES. Et liberi, quid contineatur parentis appellatione, dic vt ff. de in ius vocan. quique. §. 1. & ff. de verb. sign. liberorum appellatione, nec distinguo inter liberos fuerint emancipati vel non. & licèt non admittatur testimonium liberorum † cōtra parentes vel ecō-tra, alias tamen dicitur quòd matris professio liberorum recipitur, fortè non ad plenam fidem sicut testis: sed vt ex dictis eius & indiciis iudex instruatur: vt ff. de probat. etiam. scit enim meliùs ætatem † filij, quàm alius. *Aduersus.* Nec ergo pro: quia testis iurat de veritate dicē-da pro vtraque parte, vt dicta generalis consuetudo, & innuitur s. de episcopis authent. sed iudex. Quid in collateralibus? videtur quòd admittentur, non tamen coguntur in criminali causa: vt ff. eod. l. lege. In ciuili admittitur frater † pro fratre, nisi sint in potestate patris, & in re de qua agitur, haberet emolumentum, puta vsumfructum: vt videtur innui, ff. de testa. qui testamento, & instit. de testa. §. pater.

L. 6. NIMIS GRAVE. *Sibi,* id est contra se, non aduersus se, simile habes in instrumentis s. de edendo. l. 1. & l. qui accusare. Quid si cō-ueniatur abbas? nunquid compellendus est monachos adducere, vt ferant testimonium pro veritate dicenda, & contra se? Et certè de iure non videtur compellendus, nisi auctoritate maioris fieret. speciale tamen est in rectore prouinciæ, vt finito officio exhibeat assessores, fortè vt ferant testimonium pro eo quod gessit: vt s. de assesso. si post.

L. 7. SERVOS. In criminalibus bene admittuntur præcedentibus indiciis, & in quibusdam, licet non præcedant, vt ỹ. de quæstio l. 1. nec est ista probatio plena, sed cum aliis proficit. est tamen efficax ad veritatem exquirendam, vt ff. de quæstio edictum. & hoc secundùm qualitatem seruorum: vt ff. de quæstio. l. 1. §. quæstioni. *Non ambigitur,* vt ỹ. de quæst. l. interrogari.

1 *Iusiurandum pro vtraque parte præstari debet.*
2 *Obstetrices iurare debent.*
3 *Iuramentum calumniæ remitti non potest.*
4 *His qui verisimiliora dicunt, credendum.*
5 *Tabellioni creditur de scriptura.*
6 *Vnus testis, nullam inducit probationem.*

L. 8. IVRISIVRANDI. Debet enim iurare testis de veritate dicēda, nō admixta falsitate aliqua, propter calliditatem cuiusdam, qui dixit duas contradictorias ita esse & nō esse, sic dicebat se veritatem dixisse, & liberatum. & debet † præstari pro vtraque parte: vt not. s. eo. l. parentes. *Prius,* &c. Non ergo debet ferre prius testimonium, & post iurare. esset enim ordo præposterus, & intellige quòd debeat præstari corporaliter tactis sacrosf. euangeliis. speciale tamen est in casu vt in episc.

qui iurat præpositis sacrosanctis euangeliis. sufficit enim visus, & tantùm facit ac si taugeret: vt s̄. de episco. auth. si iudex, sed nec † obstetrices quæ missæ sunt ad ventrem inspiciendum, iurant, imò satis est si dicant mulierem videri prægnantē: vt ff. de ventre inspic. l. 1. similiter est speciale in laico, cùm vtraq; pars remisit ei sacramentum, sicut simile legitur ff de feriis. l. 2. §. 1. Aliud tamen in sacramento calumniæ † quia non potest remitti: vt s̄. de iureiuran. l. 2. § si autem. aliud etiam in eo qui non admittitur ad postulandum: vt ff. de postulan. quos prohibet: *Et vt honestioribus.* Debet enim considerari honestas, sint inculpatæ vitæ, an non. si verò æquales sunt in bonitate & honestate, credēdum est pluribus. vel his qui † verisimiliora dicunt: vt ff. eo. l. 3. & l. ob carmen. si nec ista inueniantur, absoluendus est reus. *Simili modo sanximus.* Media breui. *Facile.* Id est, facilius esset, & temerarium si admitteretur, sic ff. de proba. si quis hominem indignissimè, id est, indignissimū esset. quidam dixerunt quòd ob hoc dicit, quia quandoq; vnus admittitur, sc. tabellio: vt. j̄. ad l. Cor. de fal. si quis decurio. sed authen. de hæredi. & falc. contradicit: & verū est quòd tabellioni † creditur de scriptura. cùm testes non supersunt. & est solemnis scriptura. non autem creditur ei vt simplici testi. sed cùm sit persona publica, & ad hoc officium destinata, nō est mirum si aliàs solemnis est scriptura, si credatur ei: & voluerunt quidam dicere, per l. istam, quòd vnus testis nullā inducit † probationem: & per aliam ff. de quęstio. maritus. Sed Io. contra. quia si duo plenam inducunt: ergo vnus semiplenam, & quòd vnus semiplenam probationem faciat, est arg. ff. quemadm. test. aper. l. 1. & ad idem facit ff. de do. præleg. Theopomp. & respon. ad l. illam de quæstionib. quam ibi ideo prohibet, quia seruus non potest torqueri in caput domini in pecuniariis: vt not. s̄. eo. seruos.

2 3 4 5 6

1 *Legatarius vt testis, admittitur pro hærede.*

L. 9. OMNIBVS. *In rem propriam.* Sed nunquid legatarius admittendus est pro testamento? & videtur quòd non. sed contra tamen est, admittitur enim † pro hærede vel contra vt inst. de testa. §. legatariis. non enim propriè dicitur causa sua, sed potius hæreditaria. pro legato tamen suo non admittitur, nec est contra. j̄. de fideicom. quæstionem, vt ibi notaui, Quid in venditore? & videtur quòd non admittitur. vt ff. quando appellan. sit. l. 1. §. in propria. Consueuerunt tamē admitti pro emptore, sed eis non debet adhiberi multa fides, cùm ad ipsos pertineat damnum & emolumentum. 1

1 *Qui semel fuit seruus, hodie seruus præsumitur.*
2 *Capitales inimicitiæ.*
3 *Serui tanquam testes non admittuntur.*
4 *Socius & particeps criminis, repellitur à testimonio.*
5 *Socius quando admittitur.*
6 *Nemo militat stipendiis suis.*

L. 10. QVONIAM LIBERI. Quid in seruo? & certè non debet esse testis in aliena causa, cùm pro mortuis & nullis de iure ciuili habeantur: vt ff. de reg. iur. seruitutem. nec in testamentis admittuntur: vt in-

vt instit. de testa. §. testes. & ideò legere potes hîc authen. SI TESTIS, &c. *Ex natiuitate* Et sic dicat se ingenuum. *Habita disputatione.* Ergo didicerunt testificata, licet inducere testes ad reprobandos testes. *Respondetur.* In corpore authentic. est ita testamentum ac si neque datũ fuerit ita sit. *Instrumentum.* De manumissione. *Ostendat.* Et sic si semel 1 fuit seruus † aliquis, præsumitur & hodie seruus: vt notaui s. tit. 1. siue. *Si dicatur odiosus, &c.* Distinguitur ergo ex causa criminis, an pecunia- 2 ria causa, alias distinguit lex vtrum capitales † intercesserunt inimicitiæ annon, ad hoc quòd aliquis repellatur: vt ff. de procura. filiusf. & ff. de arbit. quinetiam & de re patris & instit. de excu. tuto. sed hic non requiritur nisi vtrum mota fuerit inter eos criminalis quæstio vel ciuilis. & in his casibus, vt cùm seruus dicitur vel odiosus, criminis à principio respuitur: eius testimonium si dicatur admittitur, & postea 3 probat se non esse infamem. serui ergo non admittuntur † tanquam testes, admittuntur tamen cum tormentis: vt infrà, de quæstionibus. l. 1. & per totum tit. *Postulantur.* Iudicis officio, non iure actionis. ipse enim officio suo debet compellere eos vt veniant: vt j. eodem si quando. *Si socij, &c.* Repellitur ergo quis à testimonio, quia socius † & 4 particeps criminis: & sic aliàs ab accusatione: vt j. de libera. causa, si filium, & ff. de fide instr. repetita. Caue tamen tibi in socio: quia si dicatur socius, ita quòd ad eum pertineat damnum & emolumentum, non admittitur: vt s. eod. l. proxi. & ita diceretur societas quæ contrahitur consensu ob commodiorem vsum & liberiorem quæstum. si verò quia habebant rem communem, & de parte sua nulla sibi quæstio, 5 sed alij, bene puto quòd † admittatur: quia socio victo vel vincente nihil minuitur vel acquiritur sibi. *Per accusatorem.* Principaliter & sollemniter accusantem. *Aut ab his.* Quoniam fortè erat denunciator, & denunciauit crimen: vt j. de accus. ea quidem. *Sumptus comp. &c.* 6 Vnde beatus Paulus: Nemo † militet stipendiis suis. *Idem iuris, &c.* Quantum ad dationem impensarum.

Sic in veteri libro.

Sic in vet.

Hic incipit explicare verba legis.

Sic in veteri libro reperimus.

LIBERTORVM ADVERSVS PATRONOS. Idem & si pro. L. 11. nam testes debent iurare pro vtraque parte de veritate dicenda: vt not. s. eod. parentes. & quòd idem sit, dicit. l. j. de quæstio. pridem. quid in hærede patroni? idem etiam quod in extraneo, arg. s. de in ius voc. venia. aliud in iure succedendi, & in operis, quia non transeunt ad extraneum hæredem: vt notaui j. de Lati. liber. §. sed sub conditione, & in tit. de operis liber.

1 *In secreto fertur testimonium.*
2 *Notorium crimen, & quando iudex per se sine accusatore potest punire.*
3 *Testis improbitas quomodo punienda.*
4 *Regulariter sine accusatore, non imponitur pœna.*

NVLLVM. *Ad emendandum iudicis motum.* Fit enim iudex ratione L. 12. delicti: vt s. de criminibus. authent. qua in prouincia. *Qui in ciuili.* Non idem in criminali, quòd scilicet, pœnam imponat. & certè sit multo magis. sed de ciuili magis posset dubitari. *Intrare secretum.* In 1 secreto † enim fertur testimonium. *Vt quæcunque.* Aliàs quicunque.

Formidandum. Bene dicit: quia ille iudex quem offenderit, sit administrator, debet eum verberibus subicere. si non habet administrationẽ, debet eum ad potestatẽ remittere: vt ĩ. authen.eo.tit. §.si vero in. *Animaduertendi.* Speciale est hîc: quia aliàs oportet interuenire accusato rem, esse cognitionẽ: & ita solemnitate quadam adhibita fertur sẽtentia. sed hîc est idem accusator & iudex, & imponit pœnã: vnde speciale est: aliàs enim distinguitur fuerit notorium † crimen, an non. si est notorium, potest iudex per se sine accusatore punire: quod certum est apud omnes: vt ĩ de accusa.ea quidem. si non est notorium, debent prę cedere illa solemnia. sed hic certum erat iudici vt iudici. & ideò sine accusatore, cum improbitatem quendam perpenderit in testimonio, potest † testem punire, arg.ff. de verbo. ob. continuus. habemus ergo hic vnum speciale, secũdum est s̃.de proba.iubemus.tertium. ff.ad leg. Iul.de adul.l.1.§.si publico, quartum ff.de suspect.tut.l.3. aliàs generale est sine † accusatore non imponatur pœna: vt ff. de mune. & hono. rescripto.§.si quis accusatorem. 2 3 4

1 *Testis semel approbatus, non potest reprobari.*
2 *Propter capit. inimicitias remouetur testis.*
3 *Testis deposi io, qualiter arguenda.*
4 *Tale est testimonium, qualis est ratio.*
5 *Quæ de nouo superueniunt, indigent auxilio.*

L. 13. SI QVIS TESTIBVS. *Excipere.* Quandoque dicitur excipere, cùm aliquid red g tur in scriptis, vt ff.loc. sed addes. §. cùm quidẽ. sed hîc intellige, id est, exceptionem remouere. cùm enim semel † approbauit illos testes & pro se, non debet in alio reprobare: sicut dicit lex alias ff.ad l.Iul.de adult.si vxor.§.iudex.& ff. de neg. gest. Pompon. præterea cùm pro se credidit eis, ergo & contra se debet, & ad hoc est optimum arg. in authent. de his qui ingred. ad appell. §. illud etiam iudica. coll. v, quæ est ĩ. de fid.instru.ad hæc. *Inimicitias.* Propter capitales inimicitias † remouetur quandoque quis, sed authentic. s̃. eo.si dicatur.non distinguit fuerint capitales, an non, sed an lite criminali vel ciuili fuerit odiosus. *Arguere.* Sed qualiter arguere ex depositionibus Respon.bene potest esse quòd ita † dixit testis, bene scio quia debet c.ex causa mutui, vel quia vendidit. si quæratur ab eo quomodo scit, & ipse dicat, ego vidi instrumentum contractus: tunc ademit fidem suo testimonio, tale est enim testimonium, qualis est ratio. si verò interfuit numerationi tunc bonum est. sed primo modo redarguitur ex depositione sua. & dicuntur depositiones firmissimæ assertiones testium, quæ dicuntur depositiones apud Ianuenses. & siue dicantur positiones siue depositiones vel allegationes, idem est. *Corruptor.* Sed distingui potest vtrum dederim pecuniam, vt pro me ferat testimonium, an vt simpliciter. si pro me, incidit in l. Cornel de fal. vt ff. ad l. Cornel. de fals. l. 1. si simpliciter, ibi color aliquis potest allegari, sicut de quodam contigit qui dedit testi corbem rogatiį vt diceret veritatẽ. & idẽ voluerunt quidam dicere in iudice. sed tamen cõsueuimus dicere quòd turpitudo versatur ex vtraque parte, siue dedit vt pro se iudicet, siue dedit vt simpliciter iudicet: vt ff.de con.ob turp. 1 2 3 4

causam

causam. l. 2. & idem dici potest in teste, vt hîc satis perpendi potest, & ff. eodem. l. 3. §. penultimo. siue dedi vt ferat testimonium, siue pro me, non erit sincerum testimonium ipsius vt ibi dicit. Enumerantur ergo duæ causæ hîc quibus aliquis repelli potest à testimonio: & ideo voluerunt quidam dicere, quòd non sint aliæ causæ, Io. idem dixit in qualibet superuenienti, quid enim si induxi Titium in testimonium, & tunc erat bonæ opinionis homo? non debet modò repelli si postea duxit vxorem, & aliorum bona rapuit, & factus est fur: damnatus est in his, & ita infamatur, repelletur ex istis superuenientibus 5 causis: quia quæ postea † superueniunt, auxilio indigent, vt potest notari per multas leges, sed sufficiat ff. de interrog. act. de ætate. §. ex causa.

1 *In scriptis debere quid.*
2 *Solutio quando per scripturam probari debet.*
3 *Probatio per æquipollens.*
4 *Cæcus de auditu potest ferre testimonium.*
5 *Amissio instrumenti quomodo probanda.*
6 *In confessione exiguntur quinq; testes,*

L. 14.

TESTIVM. *Qui in scriptis.* Loquitur ergo ista lex de eo qui de- 1 bebat in scriptis. Sed quis dicitur † in scriptis debere? In scriptis dicitur quis vendidisse, quando scriptura erat de substantia contractus, vt j. tit. prox. contractus. A simili potest hîc dici debitum in scriptis quando inter contrahentes dictum est vt fiat inde scriptura, & quòd aliter non valeat, nisi scriptura interueniente. Consueuit dominus meus dicere, quòd siue sit dictum quòd aliter non valeat nisi scriptura interueniente, siue simpliciter dicant se contrahere in scriptis, fieri placuit, &c. *Viles.* Animo siue corde, non intellige corpore. *Nisi quinq;* Non excipit, sed quasi expositio præcedentis est. & est regulare 2 quando in scriptis contrahitur, quòd per scripturam † solutio debeat probari, quia naturale est vnumquodque dissolui per id, &c. vt legitur 3 ff. de reg. iur. Nihil tam naturale. vel potest fieri probatio per † æquipollens, s. per quinq; testes, vt hîc dicit, si non habet scripturam, & ita duobus modis potest probare. Si verò ita sit pactum, quòd non probet nisi per scripturam, vel per redditionem instrumenti, sicut consuetum est in quibusdam ciuitatibus, satis dicendum est, si pactum vel consuetudo hoc suadeat, quòd debeat seruari. *Summa atq; integra opin.* Quia non sunt infames, vt ff. eo. l 3. §. pen. *Deposuerint.* i. pro certo affirmauerint. *Sub præsentia.* Et ita creditur eis de visu, de auditu autem nonnisi in contractib. & obligationibus: sed necessarius est visus. vnde dixerunt quidam, quòd si est cæcus, non valet: nos dicimus quòd siue vi- 4 deat siue non, siue sit cæcus † siue non, in contractibus & obligationibus, dummodò intelligant contrahentes, posse de auditu ferre testimonium: non est tamen prætermittendum quòd quandoque aliquis fert testimonium se non conscium esse alicuius malignitatis: vt j. authent. de hæred. & falc. *Etiam debiti solu. per testes.* Communi iure duos vel tres, & ita releuatur quis à maiori numero testium, si probauerit 5 amissionem † instrumenti. Aliud si per factum aduersarij sit amissum:

non enim est aliis indiciis opus, sed instrumētorum furtum monstrare sufficit: vt s. tit. 1. si de possessione. Assignatur authen. ROGATI *vt in testamentis, &c.* secus in codicillis. l. vlt. Notantur ergo hîc casus in quibus exiguntur testes rogati in solutione, testamento, in confessione solutionis. Sed tamen quidam dixerunt quòd in confessione non exiguntur v. testes: quia lex vetus non dicit nisi in numeratione: sed domino meo † videtur v. exigendos, sicut in solutione si in scriptis cōtrahatur. Quartus casus est in diuortiis, vt ff. de diuor. l. nullum, aliàs contra ff. de testib. ad fidem, & voluerunt quidam dicere legem illam correctam per auth. quia in corpore auth. loquitur generaliter in obligatione contrahenda, sed cùm loquatur de solutione in scriptis, videtur intelligendum & de obligatione contrahenda in scriptis, vbi exiguntur v. rogati. secus si sine scriptis, vt dicit l. illa. & ita non corrigitur per auth. In confessione tamen licet probare contra intra xxx. dies, vt j. de non nu. pec. in contractib. & fuit facta extra iudicium causa expressa ista confessio, & sic non facit pro opinione domini Iacobi. Præterea videtur intelligendum quando contractus excedit libram auri, si non excedat, duo vel tres sufficiunt, vt dictum est s. cert. pet. l. vlt. & in summa illius tit. in fin. & videtur quòd authent. illa de fid. instrum. corrigeretur per hanc posteriorem de testib. sed melius est quòd distinguatur per eam. 6

L. 15. SI QVANDO INVITO. Hoc fallit in quibusdam, vt ff. eo. muti. & in auth. eo. quoniam verò Po. assignatur contra ff. quemad. test. aper. §. sed si quis. Sol. ibi loquitur agnitione sigillorum testamenti, vbi dicit quòd non debent trahi inuiti testes: sed aliud est in testimonio vt hîc, & ita aliud est in apertura testimonij, quàm in examinatione causarum. Vel ibi loquitur quando testis non est de territorio iudicis: aliud si est de territorio, vt hic. *In pecuniariis.* Idem in criminalibus multò magis, vt ff. eo. l. 3.

1 *Testis super eodem capitulo, bis produci non potest.*
2 *Varij & suspecti testes puniri debent.*

L. 16. CVM APVD COMPROMIS. IVD. Per similitudinem dicūtur iudices. *Statutum est.* s. pacto. *Iterùm adduci.* Videbatur quòd nō debent iterùm cōtra eum produci: vt ff. eo. produci. Sed illa litera pluribus modis legitur, & secundùm Io. ita, vt in eadem causa in eum reū, i. accusatum in eodem capitulo non audiatur, nisi fortè à iudice vocatus aliquid immutet, aliquid in eodem capitulo repellitur, quia corruptus apertè præsumitur: non ergo produci † potest in eodem capitulo, 1 vt dictum est, sed in alio poterit antequàm didicerit testificata: sed postea non, vt j. auth. s. tit. 1. antiqui semel. Si verò non vocati redeant spontanea voluntate, & loquantur cum aliquo partium volentes aliquid emendare, tanquam † varij pro suspectis habentur: vnde videtur 2 quòd debeant puniri: vt ff. eod. qui falsa. *Omnis iure legitimo, &c.* Nota quòd licet vti testibus contra testes productos, etiā si didicerint testificata, & ita cōsueuit obseruari. Sed quæ dicitur prima productio, vel secunda vel tertia? Io. prima est, cùm intra tēpus à iudice statutum testes producuntur, secunda infrà secundum, tertia infrà tertium.

DE

DE FIDE INSTRVMENTORVM, ET AMISSIONE EORVM, ET ANTAPOCHIS, ET DE his quæ sine scriptura fieri possunt.

Tit. xxi.

1 *Modi legitimi in probationibus qui.*
2 *Iusiurandum quando defertur.*

DEBITORES TVOS QVIBVSCVNQVE. Intellige legitimis, vt per testes, per confessionem, quandoque per cōsentientem famam, vel per quæstiones seruorum: isti enim sunt † modi legitimi, non autem debet eos armata vi terrere, vt s. de act. negantes. *Nec oberit tibi amis. instr.* Si enim prætendat debitor, non reddam tibi debitum donec reddideris mihi instrumenta quibus obligatus sum, non potest: nam & aliud interuenire potest remedium, instrumentum s. solutionis. *Manifestis probationib.* Et tunc non est necessarium subesse auxilium. sed vbi non manifestæ sunt probationes, recurritur ad sacramenti † delationem: vt s. de reb. cred. l. tertia. L. 1.

1 *Pœnam falsi patitur, qui falsum arguit, & non probat.*
2 *Preiudicium.*
3 *Sententia quando facit ius.*

SI *veteris inst. de quo alius.* Frater vel cohæres vel socius. *Et paratus est.* Is qui alium vicerat. *Te reum fa. & discrim.* Quidam voluerunt dicere quòd aliter de crimine agi non possit, nisi criminalem instituendo prius accusationem, vt j. eodem. l. vltim. sed contra est, datur enim licentia agendi criminaliter, vel ciuiliter, vt j. ad l. Corn. de fal. damus. & s. de transact. si ex falsis. Poterit ergo, si vult excipere vel replicare de falso, vt dictum est. *Discrimen.* Id est, incertum euentum: si enim non probauerit, eandem pœnam patietur † quam & reus si conuictus esset. *Calumniantes enim, &c.* Vt j de accusat. l. vlt. Videtur ergo quòd ille qui accusat, debeat profiteri se eandē pœnam, vt dicit l. illa vlt. de accusat. sed siue subscripserit siue non, si non probat, nihilominus patitur eandem pœnam: vt s. de aduo. diu. iud. l. 1. nisi iudici visum fuerit nō calumniasse. Non enim qui non probat quod intēdit, protinus calumniari videtur, vt ff. ad Turp. l. 1. circa princ. *Non oberit, &c.* Subaudi plenè: sed tamen qualequale facit præiudicium, quia licebat sibi appellare: vt ff. de app. à sententia. sed non omnino debet ei stari, etiamsi non probetur contra. Sic ergo licet lata sit sententia contra cohæredem, non tamen † præiudicat mihi. & est simile quod dicit l. in querela inoff. test. vt ff. de inof. test. cura. & s. de inof. test. cum duobus. *Crimini.* i. criminationi, quia non erat accusatus, nec in sentent. aliquid continebatur de eo. Sed quare non præiudicat ei ista sententia? quia si falsum est instrumentum, ergo nec pro me, nec pro illo poterit prodesse. & videtur quòd ista sententia faciat ius, sicut aliàs video. Sed dic quòd iste casus non excipitur specialiter, sicut in ingenuitate si pro eo lata L. 2.

fit sententia, ius facit & præiudicat inter omnes: idem in causa inoff. test. si enim testamentum pronuncietur inofficiosum, sententia † ista facit ius, quia ius quod ante non erat, modò est. lata enim sententia, is qui erat hæres, desinit esse hæres, vt ff. de inoffic. testament. Papinianus. §. siquis ex his. secus si pronuncietur falsum: iudex enim non facit falsum, sed declarat, sicut dicitur in seruitute, quia eam non constituit, sed constitutā declarat, vt ff. de seru. vind. sicut autē §. sed si quæritur.

1 *Ad id cui renunciatum est, redire non licet.*

L.3. SI ADVERSARIVS. *Apud acta.* Fac vim in eo quod dicit: quia si non apud acta esset professus, non præsumeretur falsum. *In dubium.* Et in hoc constituenda est vis. Si ergo non in dubium reuocetur, sed diceretur verum, & sic alius contestatus esset se non vsurum, non præiudicaret ei. Sed tamen refertur quæstio, quia dicitur falsum, & ipse subintulit se non vsurum, videtur dixisse propter præcedentem causam. Vnde licet ita subintulerit, quia spetabat alias sufficientes probationes habere, & decipitur, quia non habet, non licet redire ad id cui † renunciauit, vt s. de reb. cred. l. antepen. 1

1 *Rationes cur exhibenda.*

L.4. ILLATÆ. Id est, solutæ. *Dispensatori.* s. procuratori fisci vel Cæsaris. *Inspectio ratio.* &c. quare tenetur exhibere contra se? nónne videtur contra s. de testi. nimis graue. & s. de eden. l. 1. sed leges illæ loquuntur quando peto tuum proprium instrumentum exhibere, sed hoc quasi commune erat: ratio enim appellatur scriptura de datis & acceptis hinc inde: vt s. de eden. si quis ex argentariis. Et ideo tenetur † exhibere, vt ff. de eden. prætor ait. Vnde exhibentur cum die & consule, licet alius sit in instrumentis propriis, ne fabricetur malitia, vt ff. de eden. l. 1. 1

1 *Facilè non credendum.*
2 *Exemplo non est habenda fides.*

L.5. SICVT. *Ita non statim casu, &c.* Patet ergo quòd non debet esse nimis incredulus, nec facilè † credere, sicut dicitur ff. de eo per quē factum est, l. 1. §. 1. in fin. sed quid prodest amissio? quia si probet amissum per aduersarium, iuuat ad fundandam intentionem: vt s. de prob. siue posside. siue per aduersarium, sed per alium, vel alio casu, etiam si probet se habuisse instrumentum de debito per testes duos, vel v. vel c. qui dicunt se vidisse instrumentum vbi continebatur: istud non sufficit ad probandam intentionem. Exemplo enim † non est habenda fides: vt s. de eden. l. procurator. & authen. ibi signato. Cùm ergo publico exemplo non habeatur fides, non habebitur istis testibus, quia non debent plus valere quàm exemplum, sed tamen bonum est iudicium, & cum aliis valeret. sed & potest valere ad exonerationem maioris numeri testium, vt s. de testib. testium. in fine. *Vel.* Pro saltem. 1 2

L.6. STATVM. *Natalis.* De ingenuitate, quia fiebat scriptura quòd ingenuus quis natus esset, sed hodie non consueuit obseruari.

1 *Vete-*

1 *Veterani multis priuilegiis vtuntur.*
2 *Monachus debet habere instrumentum quod missus fuerit de monasterio.*

1 SI SOLEMNIBVS. *Priuilegia.* Habebant enim veterani † priuilegia multa, vt j. quando prouoc. non est necesse. l. pen. & de excus. veter. *Vsurpare.* i. per illũ obtinere: aliàs aliter, ff. de vsucap. l. 2. & potest l. ista induci in argu. ad hoc quòd monachus debeat habere instrumẽ-
2 tum † quòd missus fuerit de monasterio. sed in milite est distinguendum, vtrum fuerit bonus, an negligens: vt ff. de re milit. non omnes. §. à barbaris. L.7.

SI CONSTITERIT. *Possessionis.* i. rei possessæ. L.8.

INSTRVMENTIS. *Non habetur irrita.* Vt s. de pact. pactum pro bona. L.9.

CVM INSTRVMENTIS. *Non interuenientibus.* Non enim oportet interuenire, sicut aliàs: vt in l. seq. L.10.

1 *Quando necessaria est scriptura.*

EMANCIPATIONE. *Et si actorum.* Scilicet, scripturarum quæ cõsueuerunt fieri in emancipatione. *Non solet conuelli.* Videtur consonare, legi superiori proximæ: quia sicut vẽditio fieri potest sine instrumento, vnde si amittitur, nihilominus vita manet, ita dicendum in emancipatione. Sed non est ita, quia s. loquitur in venditione, &c. *Scri-*
1 *ptura.* Et sine scriptura fieri potest: hîc autem necessaria † est scriptura: vt j. de adopt. l. vlt. vnde videbatur quòd sicut in principio exigebatur, ita si postea admittatur, quòd ad irritũ deducetur. sed contra est, vt hîc dicit. Intellige ergo quòd hîc dicitur. non existat, s. modo. sed in princ. extitit, alioquin non ita valeret: vt ita soluatur contra. j. de adopt. l. vlt. L.11.

NON IDCIRCO. Patet quòd si in donatione prætermittatur instrumentum, nihilominus valet quod factum est. L.12.

1 *Iudex non potest iudicare secundùm propriam conscientiam sed secundùm allegata.*

APVD EOS. Potes dicere sc. iudices, quia induxit testes apud iudices de amissione instrumenti. qui sc. iudices nesciebant cõtractum, hoc est mutuatam fuisse pecuniam: si enim ita fecerunt, non prodest ad probationem intentionis, quia per exemplum non probatur, & sic nec per testes istos: vt notaui s. eo. sicut & ideò dicit, qui rem gestam ignorauerunt: quia si scirent iudices mutuatam esse pecuniã, po-
1 tius iudicarent secundùm conscientiam † & veritatem, quàm secundùm allegata: nos cõtra. nam non debet iudicare secundùm quod notum est ei vt homini priuato, sed vt iudici: vnde & si ipse sciat veritatẽ rei, non secundùm id debet ferre sententiam, sed secundùm quod persuasum ei fuerit per allegationes: vt ff. de offic. præs. illicitas. §. veritas. Expone ergo quòd hîc dicitur, ignorauerint, sub. maximè. Nam & si non ignorauerint, idem est. Vel intellige apud eos s. homines vel testes. Dixit enim coram vicinis vel testib. qui ignorabant factum mutuum, se amisisse instrumenta, non prodest testatio. L.13.

1 *Priuata scriptura non facit fidem.*
2 *Directò contraria, scriptura fidem impediunt.*
3 *Quæ simul verè esse possunt, contraria non dicuntur.*
4 *Perplexitas verborum.*

L.14. SCRIPTVRÆ. Publicæ scilicet, priuatæ enim † non facerent fi- 1 dem, vt s. de probat. instrumenta, & ita siue derogent, siue non, nihil haberent firmitatis. *Sibi inuicem derog.* Sed quomodo sunt sibi inuicem derogantes? Quidam voluerunt dicere, cùm ostendo scripturam in qua continetur me emisse proprietatem fundi Semproniani: tali die & talibus testibus præsentibus. Præterea induco aliud instrumentum quod dicit me eodem die emisse, & eisdem vel aliis testibus præsentibus vsumfructum eiusdem fundi: & ita istæ scripturæ sunt sibi inuicem derogantes: si enim verum est me habere proprietatem, non habeo vsumfructum, vel econuerso: non dico quòd directò † sunt con- 2 trariæ. Potest enim esse quòd eodem die emero proprietatem & vsumfructum: sed diuersis temporibus: vel aliter, quia induco scripturam qua continetur me stipulatum c. tali die Bononiæ. Aliam ostendo per quam stipulatus sum eodem die Romæ, quod non potest esse: nec enim sunt directò contrariæ, sed aliquo mediante. Si enim dicerem, homo est animal, alius diceret, non est animal, ista essent, directò opposita: sed si dicat, non est substantia, non est directò oppositum, sed per cõsequens, benè enim sequitur, si non est substantia, non est animal. Loquitur ergo in diuersis scripturis, & non contrariis directò, & siue sint scripturæ diuersæ, siue contrariæ, idem est, quia non habent firmitatem. Et dixerunt quidam dominum Io. dixisse non habere locum in contrariis scripturis. sed malè dixerunt: quia locum habet in contrariis & in non contrariis. vt dixi. Si enim sit instrumentum in quo continetur me emisse sine vxore tali die, & aliud post, quod dicit me eodem die cum vxore emisse, ista non sunt contraria, possunt enim simul esse vera, sed non est verisimile, quòd eadem die ita diuersis modis eme- 3 rim. Vnde derogant sibi inuicem tales scripturæ, nec aliquid habent firmitatis, & induxerunt quidam per concord. ad l. istam regulam quandam, ff. de reg. iur. vbi repugnantia. Sed ibi loquitur quando in eodem testamento est repugnantia, & de † perplexitate verborum, vt 4 notatur per l. 3. ff. de cond. inst. si Titius. hîc autem loquitur in diuersis scripturis, & de perplexitate naturæ, vnde non est bona concordantia.

1 *Maioris auctoritatis est instrumentum quàm testes.*
2 *Vox viua, validior mortua.*
3 *Verisimiliora non respuuntur.*

L.15. IN EXERCENDIS, &c. Speciale est in casibus, quòd maioris auctoritatis est instrumentum † quàm testes, vt j. de non numer. pec. 1 generaliter. & s. de sacrosf. eccles. auth. hoc ius. & s. si minor se ma. si alterius. §. vlt. nunquam tamen inueni quòd probatio duorum testium sit validior instrumento, sed quidam contradicunt per auth. de instrum.

1 ſtrum.caut.quia vox viua †validior mortua eſt.ſed malè dicunt, quia illud intelligendum eſt de voce viua. quòd validior eſt voce mortua comparationis inſtrumentorum: comparatio enim non poteſt æquiparari publico inſtrumento & teſtibus,vt ibi dicit: etiam & ſi tres teſtes contradicant publico inſtrumento,poterunt probare contrarium: vt ſ.de teſtibus.cum precibus.quandoque tamen reſpuitur in contrarium probatio:vt j.arbit.tut.l.vlt,& j.ad Velleian.antiquæ. Et voluerunt quidam dicere per l.illam & ſuperiorem, quòd ſi teſtes ſibi inuicem derogant,quòd nullam faciant fidem, ſed dominis noſtris viſum fuit contra.licèt enim teſtes contradicant ſibi,non ſunt reſpuendi,ſed iudex conſiderabit quis ſit maioris auctoritatis & honeſtatis,& illi credetur.neque enim poteſt imputari inducenti, quia aliud ſibi dicebant in principio,quàm dicant iudici,cùm ferunt teſtimonium in ſecreta-
3 rio ſuo:& ſic veriſimiliora †non reſpuentur:vt ff.de teſtib.ob carmen. §.ſi teſtes.& j.auth.de teſtib.§. ſi verò apertè. ſed in inſtrumentis non contingit illa mutilatio,& ideo imputatur inducenti.

Sic in vet. libro reperimus.

1 *Quænam donationes ſunt actis intimandæ.*
2 *Donatio impropriè dicitur contractus.*
3 *Contractus arrarum.*
4 *Tranſactio potius eſt diſtractus,quàm contractus.*
5 *Scriptura,quando eſt de ſubſtantia contractus.*
6 *Teſtamentum in ſcriptis qualiter fiat.*
7 *Mundum quid.*
8 *Tabellio,quomodo conficere debeat inſtrumenta.*
9 *Scheda quid.*
10 *Vendicatio rei & iuris differunt.*
11 *Venditor,quando non tenetur perficere contractum.*
12 *Quod in vno permittitur,in alio prohibetur.*
13 *Pœna arrarum computatur in intereſſe.*
14 *Contractus legem ex conuentione accipiunt.*
15 *Conditionale debitum.*
16 *Dominium etiam in contractu nullo, traditione transfertur.*

L.16.

CONTRACTVS. Accuſatiui caſus. *Vel donatio.quas intimari.* Aliàs intimari actis. *Non eſt neceſſarium.* Niſi aliter placuiſſet inter
1 partes,vt j.patet. Sed quæ ſunt donationes quas intimari † ſit neceſſarium,ſ.quæ tranſcendunt ſummam quingentorum ſolidorum: vt j. de donat.l.pen.§.vlt.& l.ſancimus. hæ non valent niſi in actis intimatæ: vnde ſiue interueniat pactum,ſiue non,oportet in ſcriptis redigi. ſed de tali non loquitur,imò de minori, quæ poteſt fieri in ſcriptis vel nō, ſicut & cæteri contractus venditionum,permutationum, vt dicit. Et
2 dicitur impropriè contractus † donatio, quia in contractu oportet quòd hinc inde oriatur obligatio.ſed hîc nō oritur niſi ex parte donātis:potiùs ergo dicitur aliquid geſtum vel actum.vt ff.de verb. ſig. Labeo. *Donationis etiam arrarum.* Ergo donatio arrarum eſt contractus per ſe innominatus,vt hîc patet:quod eſt contra M.qui dixit gratia vēditionis celebrari,& de vēditione eſſe:& per hoc probauit, quòd ſicut in datione arrarum,ſi reſcindatur contractus, poteſt agi condictione

ob causam,vt ff de act.empt ex empto.§.his qui vina.ita & in nominato agi potest condictione ob causam.Nos contradicimus,quia contractus nominatus non respicit retrò ad recuperandum quod datum est, si agetur ex empto ad rem vel ad interesse, aliud in contractu † arrarum,vt dicit l.illa,ex empto.& ita respondemus illi l. *Vel alterius*, &c. Specificatis sc.contractibus qui sine scriptis fieri possunt,dicit in omnibus generaliter,vel alterius cuiuscunque,&c. *Illos tamen.* Loquitur ergo de contractibus venditionis,permutationis quos in scriptis fieri placuit.*Transact.*&c.Quare dicit de transactione , cùm s. de omnibus generaliter dixisset,ibi,vel alterius cuiuscunque,&c. Resp.Ideo specificat de isto in fine,quia de eo posset dubitari: vel quia transactio non videtur contractus,sed potiùs † distractus,quia qui transigit,discedit à lite.& remittit alij debitum:vnde tollitur naturalis obligatio , vt dicit l.Stichum.de solu.§.naturalis.& quanuis tollatur obligatio, nihilominus nascitur obligatio ex transactione saltem naturalis non ciuilis,nisi stipulatio interueniat:vt s.de transact.siue apud. vnde cõtractus est, sed illis rationibus quas dixit de eo interseruit. *Conuenit.* Ideo dicit, quia si non conuenisset,posset fieri sine scriptura,vt s.de pact. pactũ. & de transact.si apud.sed qualiter est intelligendum quod conuenerit contractum fieri in scriptis: & voluerunt dicere antiqui Do. quando ita conuenit inter partes,& dixerunt nihil valere sine scriptura. Dixerunt enim scripturam esse de substantia obligationis : & verum est quod dicunt,si ita fecerunt contrahentes , non tamen credo fore necessarium quòd ita dicant : sed siue dicatur nihil valere nisi scriptura interueniat,siue simpliciter quòd cõtrahatur in scriptura,sufficit, nec tenebit contractus sine scriptura. nec illi aliquam legem habent pro se,nisi istam,quæ potiùs contra eos retorquetur : vt nota. s. tit.1. l. testium.si nihil dicatur in contractu de scriptura,sed dentur arræ,& post dationem dicant fieri scripturam ad probationem contractus : quæritur vtrum l.ista locum habeat:vt scilicet non possit agi donec compleatur scriptura &c.quæ hic continetur. & bene tenetur facere scripturam altera pars,si ita dicitur,& sit res in qua cõsueuit fieri,vt campus, vinea.nam pro libro non consueuit: vt hæc probantur ff. de ædil. edicto,quòd si nolit.§ quia assidua. non tamen dicetur contra ius fieri in scriptis:& sic tunc non habebit locum lex ista, imò bene poterit agi ad interesse antequam suppleatur scriptura : vnde distinguendum est vtrum celebretur contractus ante scripturam,& tunc non habet locũ lex ista,an in contrahendo fiat m entio scripturæ , sicut s. notatum est: & tunc locum habet,& omnia oportet procedere sicut hic habetur:& tunc scriptura erit de substantia contractus,nec sine ea pertinebit periculum ad emptorem, licèt venditor in mora non fuerit,vt probatur à contrario sensu l.1.j.de peric.& com.cùm inter emptorem. Præterea quod dixi non exigi quòd dicant se in scriptis contrahere,& aliter nõ valere,potest videri in testam.quia etsi non dicat testator se velle testari in scriptis , nihilominus per appositionem sigillorum & alia dicitur testamentum in † scriptis,& non nuncupatiuum. & ita in contractu potest. *Vires.* Ad agendum,vt patet per sequentia. *Nisi instrumen.* Id est,breuiationes,quæ vulgò appellant rogationes,vbi breuiter continetur

3

4

6

7 tinetur contractus. *In mundum*. Mundum dicitur † scriptura in quo omnia continentur quę aguntur inter partes, sicut in mundo. vel quia debet esse munda, non viciata, non cancellata: vt ȷ. de edic. diui Adrian. l. vlt. *Recepta*. Antiqui tabelliones consueuerunt facere ex parte pili in schedula rogationes, & post recipere mundum ex parte carnis. & ita videtur secundùm authent. de tabell. & protocoll. *Et si per tabel.* Nō est necessarium quòd tabellio scribat, imò sufficeret si scriberent con-
8 trahentes. sed si interuenerit † tabellio, debet scribere omnia quæ conueniunt, in principio annum Domini, in fine actum in loco tali, illis præsentibus. postea nomen suum, quod antiqui consueuerunt omittere, & fatuè, ne dubitetur auctoritas instrumenti absoluta. cùm enim scripsit, debet à partibus quærere si placet ei sicut scripsit. *A scheda*.
9 Scheda appellatur † charta in qua ponuntur rationes. & dicitur à scindo, scindis, vel à cædo, cædis. *Vendicare*. Nota quòd res dicitur vendicari, rei vendicatio enim competit pro rebus corporalibus contra pos-
10 sidentem. sed cùm dico, vendico ius, non † est intelligendum de vendicatione quæ competit contra possessorem rei corporalis, scilicet vt præstet interesse. *Vel id quod interest*. Hoc est contra Mar. qui imposuit necessitatem venditori rei tradendæ per l. ff. de rei vindic. l. qui restituere. alij imposuerunt causatiuè. poterit enim si vult præstare interesse, vt hic dicit, & ȷ. de act. empt. si traditio, & de act. vel hær. vend. qui tibi. si ergo in scriptis contraxi, non imponitur necessitas vendi-
11 tori † contractum perficere, vel præstare interesse ante perfectionem scripturæ. sed si datæ fuerint arræ siue in scriptis, siue sine scriptis cōtrahatur. si venditor velit, in duplum reddet. vel si emptor, arras amittet: vt dicit in fi. & dixit M. quòd si ago actione ex empto ad arras in duplum, quòd cōtentus esse debeo ista pœna. per hoc enim videor recedere à pœna legis, scilicet ne petam interesse. arg. pro eo. ȷ. de pact.
12 conuen. l. vlt. prętereà illud generale, quod in vno † permittitur, in alio prohibetur. sed nostri doctores alio modo dixerunt, quia licèt egerim
13 ad arras nihilominus agere potero ad interesse. sed tamē pœna † arrarum computatur in interesse. si quidem interesse sit minus, habeo arras in duplum. si pœna minor sit, agam ad interesse, vt pœna habita de interesse, suppleatur quod deest, & quòd computetur pœna arrarum in interesse, probatur ff. pro socio, si quis à socio pœnam. & l. seq. aget ergo ad pœnam si maior est interesse. nec fit nouatio, quia hodie oportet nominatim fieri. alioquin peti poterit iure pristino: vt ff. de vsuris. si stipulatus. §. si post. & solet quæri si conuenit de scriptura, sed venditor properauit in traditione, & ita tradidit antequam perficeretur scriptura, an transferetur dominium? Et B. quodam tempore visum fuit quòd non, arg ȷ. de suffrag. in fi. sicut enim ibi le. authent. in rebus immobilibus impedit dominij translationem antequam scriptura fiat, vi-
14 detur hîc quòd conuentio: quia contractus † legem ex conuētione accipiunt. sed post mutata opinione dixit quòd transfertur: quia cùm quis nullo iure obligatus transferat traditione, sed post repetit condict. inde. vt per tot. tit. de cond. inde. ergo multo magis hîc. præterea
15 idem video in † conditionali debito: vt ff. de iur. dot. §. vltimo ergo cùm hîc videatur inesse conditio, si compleatur scriptura, si antequam

extiterit quòd causa tradatur. bene transfertur dominium, sicut ibi si obiiciatur de illa l. de suffra. respon. quia ibi speciale est in aduocato. plerumque enim necessarij sunt aduocati & medici. & ne aduocatus nimium extorqueret, voluit l. quòd rei immobilis dominium transferretur sine scriptura. vnde & si tradatur. cùm contra l. fit, pro infecto habetur: vt dicit l. non dubium. sed hic nulla l. dicit contra, imò potius concordat, quia traditionib. & vsucapionib. dominia rerum acquirũtur. vnde licet non contra tenuerit, sed ille qui tradidit, fit dominus, nec aliàs l. impediatur. bene transfertur dominium, vt dicitur si dolus causam dedit contractui: quia contractus ipso iure nullus est: tamen transfertur † dominium traditione, sed repetitur actione de dolo. 16

1 *Testes vbi examinari debent.*
2 *Sententia interlocutoria, in sola locutione consistit.*
3 *Qui testificata didicit, testes producere non potest.*
4 *Sigillum facit fidem.*

L. 17. IVDICES. Subaudi sancimus. *In aliis locis degere.* Ideo dicit, qui si esset de eius territorio vel prouincia, posset eos compellere vt venirent: vt s. de testi. si quando. secus si sunt de alterius districtu vel territorio, sic & dicit. l. in agnitione sigillorum. vt ff. quemad. test. aper. sed si quis: ibi, destinare vt facilior sit probatio: vt ff. de incendio, rui. nauf. l. ne quid. §. vlt. *Depositionibus.* Quid sit depositio, notaui. s. l. in exercendis. *Vtriusque partis.* Debent enim sub vtriusque partis præsentia, sed non ferre testimonium. vel intellige quòd vtroque præsente testificentur. non coram eis, † sed in secreto, vel camera iudicis. *Similis proferatur sententia.* Intellige de sententia interlocutoria, quæ in sola † locutione consistit. & de tali sententia loquitur s. de episcopis & cler. omnes. *Fidem adhibere, &c.* Is enim qui protulit, si suspectum sit instrumentum, debet fidem adhibere: vt suprà, de testi. iubemus. sed apud quem fient istæ testificationes, hoc dicit authentic. hic signatum. APVD ELOQVENTISSIMVM, &c. *Vel vrbem* Scilicet, Romam. & ita fuit authentic. secundùm veteres, & cùm res exegerit, tormentis subiiciuntur. sed dominus meus adiecit, sic testimoniis quidem non editis, sed gestis signa monumentorum percipientibus nec alicui partium datis ne forte aliis egeat testibus causa naturalis, & excludatur propter editionem testium adiectio, si enim didicerit † testificata, non posset producere testes: vt s. de testibus authent. at si quis. & per hoc quod s. dicitur, g. stis signa monu. percip. pat t quòd testimonia debent sigillari, & nulli partium referari, vnde hic est arg. quòd per sigillum fiat † fides eius de quo quæritur. & ad idem facit s. de manda. prin. l. vna. [1] [2] [3] [4]

1 *Apocha & antapocha quid. & nu. 3.*
2 *Annuæ præstationes, quomodo præscribuntur.*

L. 18. PLVRES. s. debitores. vel homines, vel coloni. *Vel redditũum.* Id est, pensionum solutarum. *Vel vsurarum.* Iam solutarum. *Dubitatio exorta.* Quia colonus vel debitor dicebat se nihil soluisse domino

vel

vel creditori: & ita cùm peteretur ab eo pensio post xxx. annos, allegabat præscriptionem, & negabat se apocham habere. quod falsum erat. vnde dat imperator consilium domino vel creditori qualiter debeat facere: quia si debitor est ita prouidus, quòd † apocham velit accipere à creditore, creditor debet ab eo petere antapocham, vbi contineatur debitorem nomine possessionis tãtùm soluisse. vel si malit habere exemplar apochę cum subscriptione colonorum, & antapocham, non repetar, quia illud idem valet quod antapocha. *Negando*, Creditori. *Faciunt vacillare*, Plures debitores. *Temporalem præscriptionem*, Istud multum facit contra M. qui dixit in † annuis præstationibus, siue ex cõtractu sint, siue causa legati, necessarias esse tot præstationes quot sunt anni, & induxit pro se ꝟ. de præscrip. xxx. ann. cùm notissimi. §. in his. Io. dixit quòd si ex contractu sit annua præstatio, quòd vera est actio. nec obstat l. illa: quia quod dicit ab initio cuiusque anni, subaudi, quo cessatum est, non pro eo tãtùm, sed pro omnibus. at in legatis annuis necesse est quòd tot sint præscriptiones, quot anni. In promissionibus contra, vt ibidem notaui. Et est apocha scriptura † de recepto facta à creditore, & debitori data, vel à domino data colono: vt ff. de adm. tut. Lucius Titius curator. §. tutor. Aut apocha est scriptura à debitore facta, & data creditori vel domino. & dicitur ab ante secundùm Io. vel secundùm alios dicitur scriptura facta de obligatione pensionis, quia creditor confitetur de solutione contra primam obligationem, quam vocant apocham. & tunc dicetur antapocha, ab anti quod est contra. sed prima expositio videtur verior ff. de acceptil. l. si acceptolatum, §. vlt.

1 *Solennitas testamenti, per duos testes probari potest.*
2 *Quomodo fit comparatio literarum.*
2 *Archiuum publicum.*

COMPARATIONES. *Habuerint subscriptiones.* Hodie idem & si non subscripserint, si tamen interueniant, vt ꝟ authent. de instru. cau. §. 1. & 2. & 3. vel meliùs & veriùs, quia hic loquitur de priuata scriptura, ex qua fit comparatio ad aliã probandam vel improbandam, ibi de ea ad quam fit cõparatio. & quia per istam nitor vincere aliam, maior solennitas exigitur hîc quàm ibi: & ita non contradicit. *Duobus ex his*, Nota quòd licèt plures testes exiguntur, duo sufficiunt ad probationem. & est arg. pro domino M. qui dixit, quanuis vii. testes sint necessarij in testamento, per duos posse † probari solennitatem: vt not. ꝟ. de bon. pos. secum. tab. l. vlt. *Naturaliter*. id est, ex ingenio naturali alicuius tantùm, aliàs est litera, non aliter. *Ab his qui comparat*. Hodie iurant alij duo, & qui inducit instru. ad comparat. & qui petit fieri comparat. vt ꝟ. de authent. eo. §. si verò nihil aliud. sic ergo patet quòd per l. istam fit comparatio ex † publicis instrumentis, ex forensibus & priuatis habentibus subscriptionem trium testium. Addit authent. AD HÆC EX HIS LITERIS QVIBVS ADVERSARIVS TVVS VTITVR. Et qualiter sit intelligendum hoc, quomodo fiat cognitio ex his literis quibus aduersarius tuus vtitur, item ex charta quæ profertur ex archiuo publico, & quid sit archiuum † publicum, quid etiã hîc appelletur publicum testimonium, & quod sit forense instrumen-

L. 19.

tum,& vt ex his & aliis fiat comparatio, dic vt diligenter in summa notatum est §.& quia comparatio literarum.vsque ad illum §. est autē comparatio.& intellige quòd priuati fit comparatio ad priuatum instrumentum,ex publico ad publicum,ex forensi ad forense. non enim ex forensi fit ad publicum, quia publica scriptura non fit in eadem forma,sicut bene nouerunt qui causis de facto interfuerunt. Habes aliud auth.

At si contractus,&c.Et verba istius auth. non sunt ita posita in corpore authen.& potest intelligi in priuato instrumento. tunc enim si contractus fiat in ciuitate,& vnam libram auri excesserit, omnimodo collatio ad eum debet augmentum,quia debent venire testes & attestari suis subscriptionibus,vel si non subscripserint,dicere sacramēto suo quòd eis præsentibus factum est,si esset publicum, & superesset tabellio,non fieret comparatio.si non superest tabellio,sed minister tabellionis, & annumerator, id est, is qui numerauit pecuniam pro domino, fit comparatio literarum tabellionis & signorum vel notarum,non autem literarum subscribentium.si verò non superest tabellio,neque minister vel annumerator, fiet subscribentium comparatio & literæ tabellionis & signorum, vt sic vna quædam colligatur fides, vt in summa,sicut dixi super legem,& j.authent.

Sic in veteri libro reperimus.

1 *Quando liceat retractare sententiam.*
2 *De falso ciuiliter agi potest.*
3 *In criminali causa iuratur de calumnia.*
4 *Creditor pignoris amissionem probare debet.*
5 *Pœna quomodo falsario imponenda.*

L.20. Cum quidam vel aliam. Priuatam. *Eique fidem.* Ergo dicebatur suspecta:vnde oportuit probare fidem: vt s. de probat. iubemus.si enim nō diceretur suspecta,nec de falsitate eius esset quæstio:nec est contrarium ei quod j.dicit.si ex falsis instrumentis,per totum:ergo ne ei aduersetur,intellige quando mota erat quæstio de falso ante sententiam. Lata enim sententia si non est appellatum, non poterit post de falso quærere:cùm pronuntiata in principali,videatur de eo pronuntiasse.sed vbi antè de eo nihil dixit, de eo non videtur fieri mentio:vnde † licet retractare etsi non est appellatum. intellige quando dicebatur suspectum, & alius approbauit fidem: vnde videbatur quasi quietus.sed pendente iudicio potest quærere de falsitate, & hoc præstito sacramento & arrepta pagina subscriptionis,vt dicit.sed quare est hoc necessarium? nónne de † falso potest agi ciuiliter excipiendo vel replicando:vt j.ad l.Corn.de fal.damus.& notaui s.eod.l.2. Respondeo ideo esse,quia hic semel dixit suspectum, & alius fidem imposuit:& ita qui dicebat suspectum,videtur succubuisse.non ergo modo auditur nisi iurauerit & arripuerit paginam subscriptionis, vt dicit.ea igitur ratione non,nisi prædicta solemnitas interueniat, admittitur.Vel ideò dicit ipsum debere iurare,post subscribere, quia si vult agere ciuiliter,iurabit, si non arripit paginam subscriptionis. melior est tamen prima ratio:& est arg.l.ista quod in criminali causa † iuretur de calumnia.licet quidam valuerunt dicere in ciuili tantùm, vt hanc discu-

1 2 3

tionem plenè notaui s. de iuramen. calum. l. 2. & voluerunt quidam inducere quod hîc dicitur ad quęstionem de creditore cùm dicit se amisisse pignus: quia sufficit si iuret se amisisse pignus. & ita quidam aduocati quandoque argumentantur, sed male: quia lex dicit quòd creditor debet probare se amisisse manifestissimis probationibus: vt j. de pignoraticia l. 4. §. solo ergo sacramento non creditur. sic enim ferè omnes amitterent sua pignora periurio, ergo necesse habet † probare manifestis rationibus amissionem. si dicat quis, quare hic similiter nō debet probare? ratio est, quia aliud est cùm quis tenetur mihi personaliter ad aliquid faciendum vel dandum: aliud quando nullo modo. cùm enim quis tenetur mihi vt creditor, non remittitur illa obligatio, vt ibi dicit. sed hîc nullo modo tenetur, nec enim promiserat de exhibitione, nec ideo quòd primo exhibuit, tenetur personaliter: & ideo satis est si præstet sacramentum se non dolo malo perdidisse, vt soluatur ab exhibitione. si non vult iurare, habetur instrumentum pro falso: ipse tamen non punitur tanquam falsarius. & est arg. cùm quis accusatur de crimine, nec plenæ inducuntur probationes, sed indicia multa habētur quòd ille fecerit, quòd pœna † est imponenda non tanta quanta si certum esset ipsum fecisse. *Subtilis reuerentia tenti.* Quidam ergo ita sunt religiosi, quòd etiam verum iurare nolunt, vt hîc dicit, & ff. de condit. instit. quæ sub conditione, nec facit l. ista contra quæstionem quam notaui s. ad leg. Aquil. l. 2. sicut ibi dixi. *Et contrarium aliquid nostro eueniat propo.* Est enim nostrum propositum, vt lites dirimantur, nō resuscitentur.

PLVS VALERE QVOD AGITVR QVAM quod simulatè concipitur.

TIT. XXXII.

1 *Plus valet veritas quàm scriptura.*
2 *Publicæ scripturæ statur.*
3 *Veritas potiùs inspicitur quàm simulatio.*
4 *In testamentis prævalet scriptura.*
5 *Simulationes quomodo fiunt.*

IN CONTRACTIBVS. Ideo dicit in cōtractibus, quia L. I. de eis tractauit & tractaturus est, habet enim similiter locum quod hîc dicitur, in vltimis voluntatibus: vt ff. de hæred. instituen. quotiens: si enim testator legauit c c. & scriptum est de c. tantùm, plus valet † veritas quàm scriptura. in omnibus ergo videtur locum habere regula. *Quàm scriptura.* Quæ facta est vt suffocetur veritas, vel ea simuletur, sed necesse est vt probetur simulatio, alioquin si scriptura esset publica, staretur † ei: vt s. de probat. cum precibus. potiùs ergo debet prospici veritas vt valeat quod actū est, quàm scriptura: & hoc si promissum est fieri quod agitur. alioquin cōtra: sicut est in donatione inter virum & vxorem, vt ff. de donat. int. vi. & vxo. si sponsus, §. circa. & de contrahen. empt. si quis donationis. sed & in aliis

casibus potius † prospicitur veritas, quàm simulatio vel scriptura: vt s. 3 quod met. cau. si per impressionem. in fin. & ff. de don. inter vi. & vxor. hæc ratio. §. non tantum. & ff. de tuto. l. v. §. sanè. & est hoc generale. fallit enim, si aliquis se accepisse causa mutui, & transactum sit biennium: vt j. de non nu. pec. in contractibus. & in alio casu j. de do. cau. l. vlt. sed in testamentis quandoque potius inspicitur † scriptura quàm 4 veritas: vt ff. de vsufru. l. si alij. & dixit Dominus B. quòd illud speciale erat. dominus verò Io. dixit quòd ibi loquitur quando testator aliud egit. l. dicitur egisse. non tamen constabat. alioquin si constaret, præualeret veritas, fiunt autē istæ simulationes † vel deceptiones, quandoq; 5 de re ad rem: quandoque de persona ad personam: vt notaui. s. de legi. non dubium. præualet etiam scriptura in sententia, in iureiurando, in transactione: vt s. de transact. l. 2. vt ff. de reg. iur. res iudicata. & ff. de iureiur. ed & si. §. idem si iurauero. sed & in casibus contra omnes præiudicat sententia, & potius valet scriptura quàm veritas: vt cùm pronunciatur testamentum inofficiosum, vel in causa ingenuitatis vel filiationis: vt ff. de libe. agnoscen. l. 1. & de inoff. test. Papinianus. §. si quis ex his. & de sta. ho. ingenuum.

L. 2. ACTA, &c. Casus iste poni potest per l. s. quod me. cau. si per impressionem. in fi. simili pœna, &c. *Per præsidem.* Vel iudicem.

1 *Fraus ex qualitate rei percipitur.*

L. 3. EMPTIONE, &c. Casus iste poni potest sicut notaui. j. de pact. pigno. & lege commiss. l. 1. & dic quòd percipitur † fraus ex quali- 1 tate rei, vt ibi dixi. vel etiam quia ille qui habet pignus, est fœnerator.

1 *Fraus de persona ad personam.*

L. 4. SI QVIS GESTA. Potest poni in eo qui donauit vel vendidit, & fecit scribi alium donasse vel vendidisse. & ita fit † fraus de perso- 1 na ad personam.

L. 5. SI FALSVM. Falsum dicitur quantum ad me qui volebam locare, & ita non consensi, &c. nam & codex totus censetur vitiosus & inutilis, si in aliqua parte signa reperiantur vitiosa, vt s. de veteri iure enucle. l. 2. in fi. sic ergo si credens aliud in instrumento contineri, subscripsit, non præiudicat sibi: vt j. de reb. alie. distrahente.

DE COMMODATO.

TIT. XXIIII.

1 *Vis maior qua dicatur.*
2 *Commodatarius quando teneatur de damno.*

EA QVIDEM. *Vi maiore.* Vis maior est † cui resisti non po- 1 test: vt ff. quod met. cau. l. 2. & l. 3. non ergo de damno tenetur commodatarius, nisi potuit † præcauere, vt hîc dicit, dicit, & ff. loca. sed de damno, & l. præcedenti, si recepit periculum, tenetur de casibus fortuitis, si tamen fuerint specificati. vt ff. si quis

si quis caut. sed & si quis. § pen. quidam dicunt, quod si recepit periculum. siue specificentur casus fortuiti, siue non. tenetur. si non interuenit pactio, tenetur de culpa leui & leuissima, non de casu, nisi specialis interueniat pactio: vt s. de neg. gest. negotium gerentes.

1 *Mysterium quid.*

CVM EVM. *Suscepit.* A socero tuo. *Ministerij.* Ministeriū dicitur de faciendo carminando. mysteriū † dicitur secretū à mysti quod est secretū: sicut dicitur garemenres. hic ergo loquitur quando suscepit ancillam vt seruiret ei vsque ad tale tempus, vrget eum bona fides ad restituendum si socius probauit causa huius rei tradidisse ancillam, sin autem ad vsum aliquem suscepit, debet vsus ille præfiniri antequā possit agere, vt ff. eo. in commodato §. si quis — L. 2.

1 *Actio commodati, quando competit.*
2 *Actione mandati, negotiiq; gestis quando agendum.*

DE RESTITVENDIS REBVS. Aliàs sequitur, marco vel malo quas obligandas pro se &c. cùm rem meam obligo pro alio, aut trado ei vt obliget, aut ego obligo pro illo: si trado, aut gratis, & tunc datur † actio commodati, non gratis, & tunc datur actio præscriptis verbis, vel locati. si interuenerit merces in quantitate, si quidem ego obligo, aut pro præsente, & tunc agitur mandati aut † pro absente, & tunc agitur neg. gest. vt ff. eo. si vt certo. §. rem tibi. sed & cùm ego obligaui, agam pignoraticia actione contra debitorem soluta pecunia: his actionibus agitur cùm transactum est tempus ad quod obligari passus sum rem si verò tempus non expressi, agam mandati, si diu extitit in obligatione tali, & cessatum est in solutione: arg. ff. man. Lucius. §. fideiussor. Cùm. n. rem meam pro alio obligo, videor intercedere, vnde satis dici potest quòd teneatur mandati, vt per l. illā probatur. — L. 3.

1 *Non est compensatio speciei ad quantitatem.*
2 *In deposito non admittitur compensatio.*

PRÆTEXTV NON PROBABILITER RECV. Nō intellige quòd dicat in commodato locum non habere compensationem, quia falsum esset. amittitur enim si desiit, aliàs nō: quia non est † compēsatio speciei ad quantitatē nec potest retineri prætextu debiti. at in deposito speciale est quòd nō admittatur † cōpensatio: vt j. de cōpen. l. vlt. & inst. de act. emp. §. in bonæ fid. non ergo licet debitori retinere commodatum prætextu debiti: quia obligauit ei pro pignore. si verò propter impensas factas in commodato retineat rem commodatam, nihil aget actione commodati contraria, sed aliàs non, vt hîc dicit. — L. 4.

DE PIGNORATITIA ACTIONE.

TIT. XXIIII.

QVOD EX OPERIS, &c. Releuāt ergo debitum quod ex operis ancillæ vel pensionibus domus pignori obligatæ perceptum est.

L. 2. CReditor. *Obligatur.* Id est, ex obligatione tenetur satisfacere pignoraticia: neque enim dico quòd ipsum pactum sit obligatio, vel obligatio actio, vel econuerso. tenetur ergo vel ad damnum resarciendum, vel ad debitum exonerandum. admissa compẽsatione, etiam eo quòd res deterior facta est, quod v l. insinuat, actum non adimit si malè vendat.

Hic deest lex pa. ctum 3.

1 *Vitij nomine multa continentur.*
2 *Quando in litem iurari potest.*
3 *Amissio pignoris, à quo probari debeat.*
4 *Is qui dolum dicit probare debet.*

L. 4. SI creditor sine vitio. Sed nónne tenetur de culpa? & videtur quòd sic, vt hæc litera dicit, & licet plerumque nomen vitij ad animũ referatur, vt ff. de ędil. edic. l. 1. & l. ob quæ vitia. hîc tamen refertur ad animum & culpam. si ergo glossemus sine vitio, id est, sine dolo: intelligemus & sine culpa, vt sonet cum litera sequenti. & ita dicitur j. eo. si nullam, & sic nomine vitij † apprehendemus dolum, negligentiam & culpam admissam in faciendo. *Deprehenditur.* Sed quomodo deprehendetur? non nisi per probationem debitoris. debitor enim probare debet debitorem culpam admisisse, non creditor: quia ea consueuerunt probari, quæ ad vtilitatem probantis respiciunt. hoc autem non expediret ei. est ergo intelligendum quando deprehenditur per probationem debitoris, & quando debitor negabat se creditorem amisisse. *Rationibus manifestis.* Facienda est vis in hoc quod dicitur. si enim dicat quòd iurabit se amisisse, non credo sufficere, licet sit arg. contra. s. de fide instr. l. vlt. sed ibi nullo modo tenebatur nisi ratione detentionis ad exhibitionem. hic autem personaliter erat obligatus. quare non est mirum si fortior & manifestior exigatur hîc ratio quàm ibi. *Interest.* Ergo condemnatur ad interesse ad minus: & potest in litem † iurari cùm actio ista sit bonæ fidei: vt ff. de in litem iuran. in actionibus. & ita cõdemnatur ad singulare interesse vel commune. sed quæri potest vtrũ nedũ de amissione teneatur probare creditor sed de dolo, scil. se amisisse sine dolo & culpa. B. distinxit an debitor confiteatur de amissione, si dicat de dolo & culpa creditoris amissum: vt tunc dolum probare debeat. an diffiteatur amissionem, & tunc debitor probat † amissionem & dolum: quia cùm probat de principali, ergo de subsecutiuo vel qualitate amissionis probare debet. Io. visum fuit, quòd siue confiteatur debitor, siue neget amissionem, sibi doli incumbat probatio: quia tantum debet facere probatio creditoris de amissione, quantum confessio debitoris. nec sequitur, quòd si probet creditor principale, scilicet, amissionem, probare debeat vel possit amissionis qualitatem: vt quia posset esse quòd amisit, quia iuit per talem viam: quod præstitit causam amissionis: vel potuit habere ducatum, & non habuit. quare is qui dicit † dolum, probare debet. ff. de probat. quotiens. §. qui dolo, & j. eod. si nulla. & qui casum allegat, probare debet: vt j. de testa. l. 2. quandoque tamen oportet probari custodiam decessisse in carcere sine dolo & culpa custodis: vt ff. de custo. reo. l. vltim. & in tit. de tironibus. nec obstat. ff. locat. si quis fundum.

fundum. §. imperator. probatur enim sine fraude ipsius eo ipso quòd non probatur contrarium: vt ĵ. qui milita. non poss. super seruis. & ff. de iur. dot. sed nisi.

1 *Casibus fortuitis non potest prouideri.*
2 *Lata culpa, quando præstatur.*
3 *Latrocinium computatur inter casus fortuitos.*
4 *Diurnus latro magis punitur, quàm nocturnus.*

QVÆ FORTVITIS. *Cùm præuideri non potuerunt.* Non ergo casibus qui fortuna contingunt, potest † prouideri: & ideò non præstantur, vt hic, & ff. de adminis. rer. ad ciuit. perti. l. 2. §. si eo tempore. sed si potuisset prouidere, & non prouidit, imputatur ei: vt notari potest per exempla. ff. quibus ex caus. maio. sed & si per præto. §. antepenult. & ff. locati, si quis domum. §. 1. sed hoc si nullo modo potuit præuideri. vel si aliquo modo potuit, sed à diligentissimo: quia hic præstatur † culpa lata & leuis, non leuissima. nec enim exactissimam diligentiam sed exactam tantum tenetur adhibere: vt instit. quib. mod. re contrahitur oblig. §. vlt. & est casus fortuitus, quando aliquid contingit, vt mihi dolus vel culpa leuis aut leuissima non possit imputari. quidam dixerunt quoddam medium inter casum fortuitum & ista: quia non sequitur quòd si sine dolo meo & culpa lata leui & leuissima sit aliquid factum, quòd per casum contingat: sed satis dici potest. primo modo vt vocari consueuit: vt ff. nautæ. caupo. l. 2. *In quibus etiam agg. latro.* Computat ergo latrocinium inter † fortuitos casus. sic & inst. t. quib. mod. re contrahitur. §. item cui. sed furtum non est à casu fortuito: quia illud potest culpa fieri: potest & sine culpa, vt ff. de furtis, eum qui emit. §. idem scribit. & pro socio, cum duobus. §. damna. & magis punitur latro † qui de die insidiatur in itinere, quia furca debet suspendi, quàm fur qui clam & de nocte rapit: vt not. ĵ. de seruis fugit. authen. sed hodie. — L. 5.

CREDITOR. *Necessarios sumptus.* Sic fecit imbui artificiis seruos pignori obligatos iam imbui cœptos, datur contra pignoraticia, sicut dicit & distinguit. l. ff. eodem si seruos. non tamen debet expendere vt grauatus sit debitor ad liberationem: vt ff. eod. si seruos §. vltim. — L. 6.

SI NVLLA CVLPA. Lata seu leuis & debet culpa probari à debitore: vt s̄. eo. si creditor. — L. 7.

PIGNVS. Id est, res pignorata: sicut aliàs dicitur furtum id est, res furtiua. quandoque dicitur pignus pro pignoris obligatione: vt ĵ. quæ res pign. obligari l. 2. *Res deposita sunt.* Et non fuerit locus tutior: vt ff. de damno infecto, vtique, in fin. & ff. de administrat. tut. tutor pro pupillo. §. 1. laici alio modo dicunt. distingunt enim, amiserit aliquid de suo creditor, an non. si amisit, non tenetur, perit & pignus debitori. si nihil de suo amisit videtur dolo versari. nec eandē diligentiam quam in suis adhibuisse: quod debet fieri sicut in deposito. ff. depo. & quod venia. — L. 8.

1 *Pignoratitia est personalis.*
2 *In rei vend. non quæritur de origine rei.*
3 *Depositario, non licet de dominio quæstionem referre.*

L.9. NEC CREDITORES. *Nec qui his successerunt.* Intellige de hæredibus, non de extraneo habente post eum possessionem, ille enim longi temporis præscriptione muniri posset: vt j. aduersus credi. l.1.& est ratio, quia contra extraneum non intento rei vindica. & actio illa cùm sit realis tollitur decennio inter præsentes, vicennio inter absentes. sed contra creditorem vel eius hæredem ago pignoraticia † actione quæ scilicet, personalis est: vt j. de distract. pig. l. vlt. ergo 1 non tollitur nisi spatio XXX. vel XL. annorum: vt s. de constit. pec. l.2. Sed quare non tenetur longi temporis præscriptione heres? Resp. quia testator sciuit rem esse alienam,& ipse succedit in scientiam. vel quia sic habere non est titulus quærendi dominium, sed pro dote, pro donato,& similia: & ideo non præscribit longo tempore, siue agatur pignoraticia, siue reali. *Vindicare dominium.* Scilicet, pignoraticia agendo personaliter ad restitutionem, secundùm Alber. sed hæc expositio nimis videtur mordax. vnde dicas, rei vindicatione, quæ instituitur ratione dominij vel quasi. sed si ita ponas quòd dominium vendicet rei vindicatione, quare dicit, si originem rei probare potes? In rei vindicatione enim non quæritur † de origine rei, quia ibi non probo nisi 2 dominium meum, interrogato possideat vel non. datur enim contra possessorem. Resp. ideo probatur de origine rei, quia si constat me pignori dedisse, præsumitur hodie creditor possidere, & ita vendicabo dominium, nisi probet manifestis rationibus vel probationibus se amisisse: vt s. eod. si creditor. & sic erit arg. pro alia opinione domini G. de Gabriano, si intentem rei vindic. contra eum qui habet à me causam, non potest obiicere quæstionem de dominio. vnde licet deponens fuerit fur, vel latro, non licet depositario de dominio † quæstionem 3 referre. Io. tamen dixit aliud esse in his. licet enim causam habeat à me, si tamen conueniam ipsum rei vindicatione, non ago tanquam contra depositarium, sed tanquam contra quemlibet extraneum, ergo habeo necesse probare de dominio: & ipse poterit referre quæstionem sicut quilibet extraneus. arg. j. loca. ad probationem. pro aliis est arg. j. de præscript. XL. annorum. si quis emptionis, & induci potest lex ista ad illud generale, originem negotij probandam, per vindicationem scilicet, cùm creditor proponit hypothecariam vel obligationem vt ff. eod. si rem alienam. §. vlt. *Depositione.* In ecclesia, vel vbi volet iudex. j. de vsur. acceptam.

L.10. PIGNORIS. *Cura pacti.* Ergo si conuenerunt, poterunt auctoritate sua facere: sed vrbaniùs & meliùs fiet auctore præside: vt j. de pigno. l.3. *Auferre potest.* imò incideret in edict. diui Marci: vt ff. quod me. cau. extat.

L.11. QVOMINVS, &c. Ita construe, creditor nullo spatio longi temporis defenditur, &c.

DE

DE EXERCITORIA ACTIONE ET INSTITORIA. TIT. XXV.

1 *Officium sine pecunia exerceri non potest.*
2 *Institor quis dicatur.*

SERVVS TVVS. *A te probetur*,&c. Ab eo qui dedit mutuã pecuniam: vt ĩ. eod. si mutuum. & ita ille qui præponit negotio, non tenetur probare. sed distingue an ille qui mutuũ accepit, contraxit gratia negotiationis, an non. si causa officij cui præpositus erat, nihil debet probare ille qui dedit mutuum: 1 quia videtur ei dominus tacitè promisisse accipere, cùm † officium sine pecunia non possit exerceri, vt ff. eod. quicunque §. pen. & ad Maced. sed Iulianus. §. interdum. si non gratia negotiationis, tunc mutuãs tenetur probare ei promissum esse vt id faceret, & ita debet lex ista 2 intelligi, & dicitur institor † qui præponitur alicui negotio gerendo: vt ff. de instito. l. 2. exercitor, dominus nauis. vt ff. de exerci. l. 1. in princ. & §. exercitorem. L. 1.

EX CONTRACTIBVS. Vel quasi de peculio. aliud in delictis: vt ff. de pecu. licet §. ex furtiua causa, & ff. de noxa. *Versum est.* Siue appareat versum siue non. dummodo hoc accepit, etiam si casu perierit: vt ff. de in rem verso. l. 3. L. 2.

INSTITORIA. *Mensa.* Non est in hoc facienda vis. idem enim esset in alio: vt ff. eo. cuicunque. *Si eius negocij causa.* Fortè deposita fuit vt expenderet si indigeret ea. L. 3.

1 *Magister nauis quis.*

1 ET SI A MVLIERE MAGISTER NAVIS. Magister † nauis est, cui ancora totius nauis mandata est: vt ff. de exercito. l. 1. §. magister nauis. L. 4.

1 *Directa institoria, quando datur.*
2 *Vtilis institoria quando competit.*

SI MVTVAM. Assignatur contra. ff. mand. si literas. dic vt ibi. *Ad exemplum institu.* Quare dicit ad exemplum. nónne datur institoria? 1 Respon. quòd sic: sed ideo dicit, quia directa † datur quando aliquis præponitur alicui negotiationi gerendæ. vel mutuis pecuniis accipiẽdis. sed si accepit vnam quantitatem, non est negotiatio vt hîc: & ideo 2 non datur directa † sed vtilis, vel hoc dicit propter antiquam solemnitatem cum qua proponebantur actiones, quæ hodie sublata est: & proponebatur actio sine illa solemnitate, sicut antiquitus proponebatur cum illa solemnitate: vt s̃. de formu. & impetra. Et sciendum quòd institoria est proprium nomen actionis vel secundùm nos adiectio quædam, datur enim certi condictio de mutuo institoria. L. 5.

QVI SECVTVS. *Ad instar*, &c. Eodem modo potest exponi sicut s̃. l. prox. notaui de eo quod dicit ad exemplum, &c. L. 6.

QVOD CVM EO QVI IN ALIENA POTEstate est, gestum esse negotium dicitur.

TIT. XXVI.

1 *Pater, quando pro filio tenetur de peculio & de in rem verso.*
2 *Pater, quando tenetur in solidum.*

L. 1. CVM FILIVSFA. *Tutor datur.* Si à testatore, vt differat ab inferiore litera, vbi nón à testatore datur, sed à iudice. cùm ergo filiusfa. datur tutor à testatore, si administrat tutelam sciente & consentiente patre, tenetur † de peculio 1 & de in rem verso, non in solidum: nisi cùm aliquis vellet eum facere suspectum, & pater pro eo intercessit, & suscepit in se periculum: vt ff. de administ. tut. Lucius Gaium Seium. si verò sit datus à iudice: si pater agnouit, † tenetur in solidum. si non agnouit, de peculio tantum: vt 2 ff. de tutelis, si filius. agnouisse enim videtur, si gerenti consensit, vt ibidem dicitur. ita est cùm filiusfam. vocatur ad munus quod publicum est auctoritate & vtilitate, vt quia creatur duumuir vel decurio, si patre consentiente, tenetur in solidum, sed pro his quæ principaliter pertinent ad rem publicam, nam si secundario, vt quia caueri non curauit rem pupilli saluam fore, de peculio tenetur. si vero creetur patre ignorante tenetur de peculio tantum: vt ff. de peculio, licet §. vltim. & ff. ad municip. quotiens. *Tutela vel neg. gest.* Reddere singula singulis. datur enim neg. gest. contra curatorem: vt s. de nego. gest. curatorem.

1 *Altera actio.*

L. 2. EIVS REI. *Nisi in id quod facere possit.* Habita scilicet, ratione personæ, ne egeat: vt ff. de reg. iur. in condemnatione, & quando habeat istud beneficium, & in quibus casibus fallat, bene dicitur ff. eod. l. 3. 4. 5. & 6. & erat dubitatio illius legis, quia videbatur quòd is qui cũ eo existente in potestate patris contraxit, non haberet cum eo facto sui iuris actionem. sed contra est, vt hic dicit: habet enim, sed alteratã, & † minùs acerbam. *Interpretatione.* Licet aliàs dicatur interpretatio 1 expositio obscuræ sententiæ. aliàs artare vel corrigere. hic sumitur pro expressa sententia. non enim verba vel sententia deficit: vt eodem. si ex alio.

1 *Inter mandare & iubere est differentia.*

L. 3. ETIAM SI NON MANDANTE. Et pro hoc quod dicit postea, neque iubente, potest haberi differentia inter mandare † & iube- 1 re. vnum enim imponit necessitatem, aliud non, vt in literis Papæ potest videri petuntur enim literæ de mandato postea præceptoriæ.

L. 4. SI EX CONTRACTV. *Frustra vereris, &c.* Neque enim tecum contractum est, sed cum patre: vt ff. quod iussu Lvlt.

1 *Dominus quando de peculio non tenetur.*

NVLLA RES. *Filiofam.* Pro seruo intercessore negotium peculiare non agente non tenetur † dominus de peculio: vt ff. de peculio, licet §. si filiusf. *Maiores.* Ideo dicit, quia si essent minores, possent in integ restitui: vt ff. de minor. denique. §. sed vtrum. *Defensionib. &c.* Veluti quando non habebat peculium, vel habebat, & ipse non vult deducere quod sibi debetur, & aliis qui enumerantur. ff. de pecul. sed & si damnum. §. peculium. — L. 5.

SI SERVVS TVVS. *Et ingrediens rem tuam,* &c. Non videtur quòd dominus auctoritate sua possit ingredi: quia seruus traditione sua priuauit dominũ possessione: vt ff. de acq. poss. possideri. §. quòd si seruus. & ita incidit in constitutionem illã, si quis in tantam. vel in edictũ diui Marci. sed intellige quod hîc dicitur, de domo dominica, non de peculiari. vel intellige quòd ingredi possit sua auctoritate antequam alius ingressus fuisset: vt ff. de acq. poss. peregrè. §. vlt. Vel potes intelligere l. possideri, quando tradidit volens transferre possessionem ciuilem & naturalem. sed hîc non ideò tradidit, sed vt inhabitaret. vel illud secundùm vetera iura, hodie aliter, vt j. de acq. poss. l. vlt. — L. 6.

EI QVI SERVO. *Honorariam.* Scilicet, de in rem verso. *Rem agente eius.* &c. Hoc est gerente suum negotium sine mandato. si tamen mandatum interuenisset, teneretur mandati contraria vel institoria: vt notatur & distinguitur. s. tit. 1. si mutuam. & in summa. si cert. pet. §. item nec liberatur, ibi, si autem gerat officium priuati &c. — L. 7.

SI EX ALIO CONTRACTV. *Non ex illicita mutui datione.* Veluti si cõtra Macedonianum S.C. dedisset. *Secundùm edicti formam.* Ergo non deficiunt verba vel sententia, vt notaui. s. eo. eius. — L. 8.

1 *Pignus quando non valet.*

SI MANDATOR. *Si te his omnibus oblig.* Idem si simpliciter, quasi videantur omnia solemniter acta, arg. ff. de fideiuss. si quis pro eo. §. si nummos. vt plenius notatur ff. locati. quæro. & distingue cùm præcipit pater vel dominus dari pecuniam filiofa. vel seruo, vel extraneo, an sit pignus domini vel patris. datum ante præceptionem, an postea. si ante, an sit pignus datum, aut non. si scit, confirmatur: vt ff. quib. cau. pig. tac. contra. si gratuitam. §. si quis. si ignorauit, non valet † pignus: vt ff. quod iussu. l. antep. si autem postea, idem est, quia non valet vt ff. quib. cau. pig. ta. si gratuitam. §. si quis fideiubeat. — L. 9.

1 *Actio quòd iussu quando competit.*
2 *Res à seruo tradita quando non vsucapitur.*

SI LIBERAM PECVLII ADMI. Quæ conceditur specialiter, vt ff. de pecul. quam Tuberonis, §. sunt qui putant. *Nullam habet facultatem.* Possunt enim alienare cùm liberam peculij habent administrationem, sicut & procuratores. ff. de procur. procurator cui libera. & distingue, quia si contraho bona fide cum seruo liberam peculij administrationem habente, quod † iussu dominum conuenio: rei quoque mihi traditæ dominium acquiro, vel vsucapiendi causam mihi — L. 10.

paro, vt ff. quod iussu l. 1. §. iussum. & ff. de rei vind. si quis hac. §. vlt. & de acquir. possess. si seruus. si autem non est seruo commissa administratio omnium, non quæro. vt hic, ago de peculio tamen, vt ff. de pecul. si quis seruum. §. etiam. Si quæras an hic ementi causa vsucapiendi quæratur? dico si res incidit in furti vitium, quod statim cùm seruus amouet furandi animo, si res erat dominica: si peculiaris cùm tradita fuit vel scienti vel ignoranti, non † vsucapitur. si autem non incidit, contra est, vt ff. de fur. interdum. §. si res. & ℑ. de seru. fugit. l. 1. & inst. de vsucap. §. fur. hoc tamen ita, si is qui emit potest habere seruum ius distrahendi: sic enim bonæ fidei emptor est, vt ff. de verb. sign. bonæ fid. & de vsucap. si seruus.

Sic in veteri libro reperimus.

2

L. 11. CVM ANCILLA. *Quam iure.* Scilicet, ciuili. naturali tamen potest, eo enim iure libera dicitur: vt ff. de reg. iur. quod attinet, & instit. de fideiuss. circa prin. si enim nullo iure obligaretur, nec dominus teneretur de peculio. *In quantum locupletius est.* Contrarium est quod hic dicitur, his quæ aliàs dicuntur, quia dominus tenetur in quantum vires patiuntur, sed hic loquitur quando ancilla cum qua contractum est, erat impubes, tunc non tenetur nisi in quantum peculium locupletatum est. vt hic dicit, & ff. de pecul. l. 1. §. si cùm in pecul. si esset maior, teneretur inquantum vires peculij paterentur: vt ff. de pecul. l. 1. nisi in casibus. ff. de neg. gest. si pupilli. §. sed si ego, & ff. de aleæ & lusu l. vlt.

L. 12. DOMINVM. *Non posse.* Iure ciuili: sed prætorio obligatur de peculio: vel si in rem eius versum est, agitur de in rem verso.

1 *Quod iussu, non est proprium nomen actionis.*
2 *Villicus quis.*
3 *Ratihabitio, mandato comparatur.*
4 *Cum agitur de peculio, seruus in suo peculio non æstimatur.*

L. 13. DOMINOS. *Quæ appellatur, quod iussu.* Nec est proprium nomen 1 actionis secũdum nos, sed adiectio quædam, sicut nec institoria. *Conductori.* Id est, qui conduxit domos dominicas. *Procuratori.* Ad vnum negotium constituto. *Actori.* Ad plura, & dicitur villicus, † quòd 2 villa est compromissa. *Cultorésve terrarum.* Cùm non sint domini, sed aliàs tenentur bona fide, cùm terram seruos faciunt colere. & quia colunt per seruos domini, ideo dicuntur cultores. *Nisi specialiter.* Per hoc voluerunt quidam dicere, quòd ita demum habeat quis actionem quod iussu, si interueniat speciale siue generale mandatum, quod locum habeat: vt ff. quod iussu. l. 1. intellige ergo quod hic dicit specialiter, id est expressim, sic ʃ. de neg. gest. l. vlt. video enim quòd ratihabitio † quantum ad actionem quod iussu mãdato comparatur: vt ff. quod 3 iussu. l. 1. §. si ratum. sed & si serui chirographo subscripserint, domini tenentur quod iussu. §. sed & si. *Multari volumus.* Quantum ad actionem quod iussu. *Si liber à ratiocinijs.* Debet enim deduci id quod domino debetur. Item iis qui sunt in sua potestate, nisi in casu. Item sociis. secus in bonorum possessionibus: vt ff. de pecu. sed & si damnum. §. peculium, & §. vltim. & l. seq. & l. si seruus meus, & l. si noxali. §. vlt. & l.

Sic in veteri libro reperimus.

& l.sed & si. Item cùm agitur de peculio, † non æstimatur seruus in suo peculio: vt ff. eo. deposui. §. Stichus.

PER QVAS PERSONAS NOBIS ADQVIRATVR.

TIT. XXVII.

1 *Præpositus domino non acquirit actionem.*
2 *Per liberam personam nihil acquiritur.*
3 *In vsucap. possessio causa est dominij.*
4 *Per procuratorem acquiritur possessio.*
5 *Per extraneas personas datur actio vtilis.*
6 *Specialia non trahenda ad consequentiam.*
7 *Res quomodo redintegratur.*
8 *Alteri stipulari nemo potest.*

EXCEPTA POSSESSIONIS CAVSA, &c. Præmittit L.1. regulam generalem, & ex illa regula infert, & videtur ex illatione quòd regula tantùm locum habeat in actionibus personalibus. videamus ergo primò de ista regula, & ponamus exemplum in ea: si enim præposui aliquem in aliqua negotiatione, ex contractibus ipsius datur in me institoria, ipse tamen non ac-1 quirit †mihi actionem: & ideo dominus agere non potest ex eius contractu, nisi illo existente non soluendo: vt ff. de instito. l. 1. & 2. vel nisi cedat: vt ff. de acq. poss. possessio quoque. §. vlt. habes ergo quòd per li-2 beram personam quæ alterius iuri non est subdita, nihil † acquiritur, excipit l. ista causam possessionis. non dicit possessionem, sed causam possessionis, & quando dominium est causa possessionis: vt cùm ago rei vindicatione, per dominium acquiro possessionem. quandoque è 3 conuerso: vt in vsucapione. ibi enim est possessio† causa dominij. Intelligimus ergo quod hîc dicitur, vt per procuratorem acquiratur causa possessionis, id est, dominium & ipsa possessio, vt in dominio dicit l. ff. de acquir. rer. dominio, si procurator. quidam tamen voluerunt intelligere excepta possessionis causa, id est, excepta sola possessione: voluerunt enim subtilitate sua dicere, quòd per procuratorem acquiritur †possessio tantùm, & per possessionem dominium. & ita notauerunt in libello instit. per quas personas. §. vlt. sed Io. contra, quia vtrumque dixit adquiri. sed procurator est. si non habet mandatum, non acquirit, nisi ratum habeam: vt ff. de neg. gest. si ego. & no. j. de acq. poss. l. 1. sed mediante possessione bene acquiritur dominium non tamen acquiritur possessio: sed procurator sicut dicitur quòd per traditionem acquiritur, ergo tamē adquiro mediante possessione: vt notaui j. de acquir. poss. per procurat. rem. fallit tamen prædicta regula, quia & per extra-5 neas omnino personas† datur mihi vtilis actio: vt s. ad exhiben. si res, & ff. de instito. l. 1. in fi. & de exercito. l. 1. in fi. §. sed econuerso sol. ma. Gaius, & de verb. ob. quodcunque. §. si ita quis, & de pign. act. l. si cùm

venderet, & de pact.dota. pater pro filia, & de donat. quæ sub modo quotiens, vnde propter hoc dixit multa N. quòd vbique ex pacto alterius detur vtilis actio, quod falsum est: quia specialia † sunt illa, & ita non sunt trahenda ad consequentiam. *Per liberam.* Ideo dicit, quia si esset seruus, non est dubium quòd acquireretur dominium & possessio & actio: vt ff. de verb. ob. seruus vetante. *Alterius iuri.* Si enim esset subdita alterius iuri, certum est quòd acquireret: vt ỹ. de bonis quæ lib. l. penult. & instit. eo. §. non solùm. *Sequitur*, &c. Bene infert ab vniuersali ad particularem. *Redintegrata rei vendic.* Quidam intellexerunt hoc quando procurator victus est de re restituenda domino elapso biennio & ỹ. per refusionem pretij, & restitutionem rei, † redintegratur res, vel potes ponere casum & meliùs de redintegratione rei scilicet, quando procurator meus vendidit & pactus est vt non soluta pecunia ad diem, sit res inempta, vel liceat domino vendicare. ex tali pacto non habet dominus personalem actionem, sed rei vindicationem rescisso contractu. qui enim intendit illam actionem, nullo iure dicit aduersarium sibi obligatum: vt instit. de act. in princ. & ita redintegratur res, quia non solùm pecunia redditur rei vindicatio quam priùs habebam, sicut & si dominus vendidisset sub pacto adiectionis in diē: quia redditur dominium allata meliore conditione huic ad talē diem: vt ff. de in diem adiec. vbi. §. sed &. datur etiam procurator si venditio facta est sub lege commissoria, actio ex vendito: vt ff. de leg. commis. l. 3. licèt videtur quòd res deberet apud emptorem remanere, quia alteri stipulatus † est quod non potuit, nec sibi voluit, sed licèt nulla sit stipulatio, lex fingit procuratorem esse stipulatum, & habet actionem ex vendito: vt s. dixi.

6 7 8

Sic in vet. libro repetitum.

L. 2. **Cvm per liberam.** *Acquiritur ei enim nomine*, &c. Vt de hac materia plenè notaui s̄. si cert. pet. si absentis. & est speciale quod hîc dicitur, & contra regulam primæ l. *Expellentes.* Quod enim statutum est in principali, debet in accessorio obtinere.

1 *Iubenti quæritur actio.*
2 *Quando nominato acquiritur per seruum.*

L. 3. **Si dvo.** *Qui domino qui iussit afferunt stipulationem*, &c. Sed videtur contradicere quod in fine dicit quòd si iussus est ab aliquo, & expressit alium quòd expressè acquirit, hîc autem dixit quòd iubenti, & ideo quidam distinxerunt, quia si tantùm ad iubentem pertineat, quæritur † iubēti, etiam si alium nominauit: vt in hoc casu, pertinet autem ad iubentem, si stipulatus est seruitutem ad prædium suum, vel dotem vxoris: vt ff. de stipula. seruo. proinde si pertineat ad nominatum quærit: vt ỹ. dicit. vel aliter distingui potest, & poni casus, quia quando dominus iussit seruum stipulari, si dixit quòd stipularetur nomine suo, acquirit iubenti, licèt alium nominauerit vt hic. si verò dixit simpliciter non adiecto nomine suo. & seruus alium nominauit, † acquirit nominato, vt in vltimo casu. *Ignorat & nescit.* Dic differentiam inter ignorare & nescire, vt notaui ỹ. de rei vxor. act. §. sed vt pleniùs.

1 2

AD SENATVSCONSVLTVM MACEDONIANVM.

TIT. XXXVIII.

1 *Error facti prudentissimos quosque fallit.*
2 *Certiorari non debet, qui non ignorauit.*
3 *Mendacium, quibus modis punitur.*

SI FILIVS. *Accepit.* Videtur ergo distinguendum, vtrum accepit, an non in patris positus potestate, non iure celebratus sit contractus, & cautionem fecero: vt ff. eo. l. 4. §. penult. & l. seq. *Iusta ratione,* Aliàs ignorantia iusta. credidit enim habere patrem, cùm longissimo tempore steterit vltra mare, & 1 ipse dicebat eum mortuum: & sic errauit in facto: qui error †plerumque prudentissimos fallit: vt ff. de iuris & facti ignor. l. 2. & 3. si tamen creditor sciebat eum esse in patris potestate, cùm se patrē falsò dice-2 ret, non videtur deceptus, quia sciuit. neque † certiorari debet qui nō ignorauit: vt ff. de act. empt. l. 1. sed aliàs si iustè errauit, subuenitur ei, & denegatur filiofam. exceptio. & sic punitur hìc quis propter mēda-3 cium: quia denegatur exceptio ei. aliàs propter † mendacium in duplum: vt in l. Aquil. quandoque facit mendacium vt quis careat possessione: vt ff. de rei vindic. l. vlt. Item aliàs punit lex mendacium ꝭ. qui potio. in pig. auth. item possessor, & ꝭ. de non numer. pec. authent. contra rogatus. & notaui ꝭ. de fideicom. l. vlt. L. 1.

1 *Senatusconſ. Macedon. quando cessat.*
2 *Renuntiatio facta Macedoniano, non valet.*

CVM SVI IVRIS ESSE PVB. VID. Hæc est vna ratio sufficiens. nec enim totum hoc quod dicit, est necessarium, sed publicè sui iuris videatur, & quòd patris voluntate contraxerit, si enim publicè sui iuris videbatur, quia sic agebat, sic contrahebat, sic muneri-1 bus fungebatur, cessat †decretum amplissimi ordinis: vt ff. eod. l. 2. *Aut patris volun.* Hæc est alia ratio quare cessat, & intellige de voluntate tacita vel expressa: vt si accepit patre sciente & non contradicente: vt ff. eo. si filius. *Patris oneri incumb.* Vt si accepit pecuniam, scilicet vt dotaret sororem suam, quam tenebatur pater dotare: vt ff. eo. sed Iulianus. §. sed & si filius. nouatione facta, &c. Notabile est quod hìc dicit. nam si in patris positus potestate accepit pecuniam, & animo nouandi promisit, non tenetur alius, si factus sui iuris hoc fecerit, sicut hìc dicit. si 2 verò mutuauit, & renuntiauit Macedoniano † non valet renuntiatio, quia non est inductum fauore ipsius, sed odio creditoris: vt ff. de condict. indebiti, qui exceptiones. sed aliud est vbi mutauit & promisit, & factus sui iuris dedit pignus. obligatio enim confirmatur vsque ad quantitatem pignoris: vt ff. eo. sed si pater. L. 2.

1 *Origo negotij, quando consideratur potiùs quàm finis, & è contra, numero. 2.*

SI FILIVS. *Origo enim, &c.* Et ita consideratur hìc origo negotij 1 potiùs quàm † finis: vt ꝭ. de pig. nec creditores. Preterea de orig. spe- L. 3.

ctanda habes ff. de dona. qui id quod, arg. tamen contra. est ff. de pœn. licet, §. ex causa fur. *Titulus actio.* Potest enim esse quòd ex causa emptionis debebat aliquid, & habebat pecuniam paratam & destinatam ad solutionem. sed conuenit inter eos vt retineretur ex causa mutui. tunc enim incipit mutuo haberi: vt ff. si cert. pet. singularia, & not. s̄. si cert. pet. si ex pretio. non tamen spectatur † finis, sed principium. locum habet ergo Macedo. in mutuo, quod re ipsa contrahitur: secus si fictione iuris. nam ibi non habet locum, vt dicit. 2

L.4. SI PERMITTENTE. Et ideo persecutio, &c. non videtur bona satisdatio, quia si permisit contrahere, non videtur permisisse pignus obligare, vt ff. quod iussu l. antep. sed intellige quòd hîc dicitur, quādo permisit ei pecuniam accipere & pignus obligare. nec enim sequeretur in alio casu. vt dixi. & posset distingui vt notaui s̄. tit. 2. si mandator. *Modo si nullus*, &c. Si enim aliquis prior esset creditor, præferetur isti: vt ff. qui pot. in pign. vel si alij vendidi: & videretur malè positū istud modo: vt ff. qui potio. in pig. qui prior. §. sed simpliciter. sed ita continuabatur persecutio contra omnem. *Modo*, &c. Nota quod dicit ratione ordinis & tēporis: quia multis modis dicitur aliquid plus alio tempore, ordine, & etiam natura, & loco: vt dicit Aristoteles in prædicamentis Porphyrij.

1 *Macedonianum quando cessat.*

L.5. MACEDONIANI *Alibi degenti.* Pone quòd est in ciuitate cum patre: sed dedit pecuniam in has causas. nónne idem erit? & certe tenetur de in rem verso, & ita † cessat Macedonianum: vt ff. de in rem verso. l. 3. §. vlt. Videtur ergo versum in rem patris. cùm sibi erat necessarium. sed ideo dicit de absente, vt euidentius appareat versum in rem patris: quia si præsens esset pater, non esset verisimile quòd permitteret filium indigere. & bene dicit necessarias. nam si crederet vt ludat, non cessat Macedonianum. *Non recusaret.* Id est, non recusare deberet, nam si ita seuerus esset pater quòd nihil ei vellet dare, nihilominus aget. 1

L.6. SI FILIVS. *Nequaquam potest.* Secus si in vsus accepisset necessarios: vt s̄. notaui.

1 *Ratihabitio, retrotrahitur.*
2 *Ex mandato non nascitur actio neg. gest.*
3 *Ratihabitio, mandato non comparatur.*
4 *Præsumptio iuris, & de iure quid.*

L.7. SI FILIVSFA. Cum nostra nouella lege quæ est ī de donat. inter vir. & vxo. l. antepen. *Retrotrahitur.* Patet ergo quòd ratihabitio † retrotrahitur, & mandato comparatur. sed non intelligendum quòd per omnia comparetur mandato, inde enim nascitur actio mandati quod falsum est: imò datur neg. gest. vt ff. de nego. gest. Pomponius, nec ex mandato nascitur † actio negot gest. vt institut. de oblig. quæ ex quasi contract. §. 1. Comparatur ergo quantum ad confirmanda ea quæ à principio non valuerunt, aliud dictum est in actione quod iussu. siue enim à principio iussit quis, siue post ratum habuit 1 2

quod

quod iussu datur actio:vt ff.quod iussu l.1.finitam. fallit autem, quòd
3 ratihabitio † mandato non comparatur:vt ff.de acquir.hæred. si is qui bona fide §.iussum,& ff.de his qui not. infa. quid ergo 1. respon. & ff. rem ra.hab.l.penult. In his enim casibus ratihabitio non trahitur retrò. *Ex præsumptione.* Ex hoc patet quòd si filiusfam. miles in non castrenses causas accipiat,cessat Macedonia.præsumitur enim semper in castrenses accepisse & expendisse: & appellauerunt antiqui hanc præ-
4 sumptionem iuris,† & de iure: quia ita præsumitur à lege,& ius super hoc constituitur:& ita non amittit probationem in contrarium. sic & j.arbit.tut.l.vlt.& j.ad Velleia.antiquæ,& notaui s̄.de probat. siue,& est bo.arg.pro prælatis & administratoribus quòd præsumantur semper in vtilitatem ecclesiæ expendisse pecuniam.non ita est in fœneratore, quia debet probare versum esse in vtilitatem ecclesiæ vel minoris:vt j.authentic.hoc ius porrectum,& s̄. si aduersus.

AD SENATVSCONSVLTVM VELLEIANVM.

TIT. XXXIX.

1 *Mulieribus ex Velleiano subuenitur.*
2 *Velleianum,quando non habet locum.*
3 *Mulierum auarissimum genus.*

MVLIERIBVS. *Alie.obli.suscipiunt.*Fideiubendo,mandando,constituendo. Intercedere potest fideiubendo & ante contractum,& postea,constituendo tamen post, mandando ante.fit autem primùm stipulatione,aliud nudo pacto, tertium consensu.generalem ergo præmittit clausulam,sic dicendo,alienam obligationem suscipiunt. non ergo porrigitur ad id quod specialiter post comprehenditur.scilicet aut in se transferunt, &c. arg.ff. de verb.oblig.doli clausula.& quib.ex cau.maio. sed & si per prætorē. §.deinde,dic ergo quòd in generali clausula loquitur quando vterq; remanet obligatus: postea verò quando omnino in se voluit transferre obligationem nouatione:vt cùm pro eo suscepit iudicium vel solutionem:vt ff.de sol.solutionem.fit etiam stipulatione nouatio, vt ff. de in rem verso,si pro parte,§.1. *Si id contrahen.non igno.*Videtur quòd referatur ad ea quæ superiùs dixit, scilicet mulierem intercedere pro alio,vel in se transferre obligationem.sed hoc videtur falsum,siue enim
1 sciat,siue non sciat,†subuenitur ei:vt ff.eod.vir vxori.1.respon.& ideo hîc subaudiendum est maximè: vel intellige si non ignorant ipsas esse mulieres.si enim deferebant pannos viriles,vel tonsæ erant sicut viri, vt potest videri in quibusdam, & ita ignorauit eam mulierem,& cre-
2 didit virum,non habet † locum Velleianum:vt ff. eod.si decipiendi, l. 2.§.vlt. *Sed si pro aliis,*&c. Patet ergo quòd si non erant pro aliis obligatæ,& soluerunt,quod non repetent.si verò obligatæ fuissent, subueniretur ei:vt ff.de condi.inde.qui exceptionem.sed quare? quia mulie-

L.1.

res facilè obligant' se propter fragilitatem sexus & discretionis. sed donare rarò consueuerunt, auarissimum enim † genus est mulierum: 3 vt ff.eo.sed si ego.& de donat.inter virum & vxo.si stipulata. & ad idē facit j.de don. ante nupt.si à sponso.

1 *Mulieri principaliter obligatæ, non subuenitur.*
2 *Velleianum, quando non prodest mulieri.*

L.2. FRVSTRA. *Quoniam princip.ip.deb.fuisti.* Non enim natura istius tituli imitatur naturam illius tit.de in integ.rest. ibi enim propter fragilitatem consilij si minor contraxerit cum alio, subuenitur ei. non autem ita est in muliere cùm se principaliter † obligat: vt hîc & j.eod. 1 si mater.fallit tamen quandoque: vt si tecum contracturus essem, & mulier interuenit, vt cum ea contraheretur. datur enim actio in aliū, non contra mulierem.vt ff.eo, quamuis.§.si cùm essem. datur ergo actio contra illum, nisi mulier faceret animo decipiendi: vt ff.eo. quidā. §.vlt.quandoque tamen etsi pro ea obligatione quæ prima facie videtur aliena, intercedat, non tamen ei † subuenitur: vt ponuntur exempla ff.eod.aliquando.t.respon. *Sed pro alio.* Aliud si non esset omnino 2 alius, vt j.dicit. *Vel ab eo*, sc.creditore.

L.3. SI CVM. *Fidem suam interposuit.* Quia pro te intercessit.

L.4. SENATVS. *Vel participauerit.* Non intellige quòd ipsa obligaretur pro parte, alius pro alia.sed vterque fuit obligatus in solidum: & ideo dicitur participare, quasi pariter ista & ille essent obligati, vel quia sibi associauit alienam obligationem.

1 *Res aliena sine domini consensu obligari non potest.*
2 *Vir & vxor sunt duo in carne vna.*
3 *Præsentia & patientia quando non præiudicant.*
4 *Res aliena vendi potest.*

L.5. SI SINE, &c. *Non tenentur.* Ad hoc enim vt res aliena obligetur oportet quòd interueniat domini †consensus: alioquin non valeret 1 obligatio: vt j. quæ res pignori obl.pos.l.cùm constet, & j. si aliena res, &c.l.si probaueris.sed hîc non videtur alia persona, cùm vir & vxor sint duo in †carne.vna vnde videretur quòd vir posset obligari: nō 2 tamen ita est.& licèt videretur dominium habere rerum suarum, cùm eius sit dominus, non concedit hæc lex j. de pac. conuen.hac edictali. *Sciente.* Ideo dicit quia si ignoraret, & ita vellet eam decipere, non haberet exceptionem, vt consequenter potest haberi. *Quòd si patientiā, &c.* Cùm enim posset contradicere de iure & de facto, si patientiam præstitit, non iuuatur, imò præiudicat sibi, sicut dicitur in domino: vt ff.de noxali, in delictis, si verò de iure potuit contradicere, sed non de facto, quia verberaret eam maritus, tunc contrarium est, nec enim potest ei fraus imputari. Quæritur an idem sit si aliquis vēdat rem meam me præsente & patiente, vt scilicet præiudicetur mihi, sicut dicitur in obligatione pignoris. Et videtur quod sic.sed contra est: non enim sola præsentia & patientia †præiudicatur mihi.sed si pretium accepissem, 3 videor vendidisse: vt ff.de euict.quidam. potest ergo fieri venditio me inuito, licèt præsens sim, & contradicam. nam res aliena vendi † po- 4 test:

test:res tamen ab emptore auferetur: vt s. de contrahen. empt. rem alienam. Idem etiam dicit lex in legato: vt ff. de pign. Gaius. aliud in obligatione, quia ibi oportet consensum interuenire. vnde si præsens sim cùm possim contradicere, & non contradico, lex interpretatur me cõsentire, vt in dubio res potiùs valeat, quàm pereat: vt ff. de reb. dubiis, quotiens. & quòd illa sit ratio diuersitatis in venditione, legato, & pignoris obligatione, probatur ff. de re iudic. sæpe. §. si scientibus. An idẽ in traditione rei meæ quantum ad dominium? & videtur quòd non transferatur, nisi consentiam. sed tamen si me sciente & non contradicente tradit alius, contra est: vt ff. de donat. inter vir. si seruus communis, & hæc pleniùs notantur in generali de scientia & patientia.

SI MATER. *Securitatem promise.* Propter administrationis cessationem, cessauit enim administrare, & promisit tutoribus indemnitatem. *Videtur gessisse suum negotium, indemnitatem ei repromit.* De eo quòd impẽderet in rem pupilli. intercessit enim pro filio apud tutorem, cùm vellet se excusare propter hoc quia videbat multùm grauatum eius patrimonium. *Periculum susce.* Indemnitatem promittens ipsi minori. *Auctoritas iuris eam tuetur.* Nisi specialiter decreto comprehensum fuerit eius periculo dari: vt ȷ. si mater indemni. l. 1. & 3. & 5. & vlt. si verò repromisit indemnitatem tutoribus pro his quæ debẽt vel debituri erant, non habet auxilium, quoniam vix sit aliqua apud eundem pro eo ipso, intercessisse intelligi possit: vt ff. eo. tutor. 1. respon. L. 6.

SI SCIENS. *Nec tibi necesse*, &c. Et ita non soluet pretium, licèt vendicet. L. 7.

SI PATERNAM. *In id quod se obliga.* Assignatur contra ff. de fideiuss. si Titius. Solutio, ibi in solidum vterque erat obligatus: & ideò muliere subducta, alter in solidum tenetur. hîc verò non in solidum, sed viriliter intercesserunt filij & filiæ. *In posteriore.* Vbi filij & filiæ se obligauerunt. *Tenentur*, Pro parte filiorum. *Sed & si in priore.* Id est, in primo contractu, vbi non intercesserunt filij & filiæ. *Fuerint obligatione.* Scilicet, pignora. hactenus tenebuntur pro parte filiarum. Illa enim per restitutoriam actionem redit ad patrem: & ita tenebuntur si in priore data fuerunt obligatione pro parte filiarum tantùm, non filiorum: quia cùm pro eorum parte sit facta nouatio, liberantur pignora: vt ff. de noua. l. nouatione. L. 8.

QVAMVIS. *Si ignorans.* Si enim sciret, videretur donare: vt ff. de reg. iuris. cuius per errorem. L. 9.

SI ADVERSARIVS TVVS, &c. *Benefic. ampliss.* Habet enim exceptionem. L. 10.

1 *Donationes inter virum & vxorem prohibentur.*
2 *Iuris remissio quando valet.*

ETIAM. *Ius hypothecarum.* Quia habet res mariti obligatas pro dote. *Remitti posse.* Quia fortè non volebat quis contrahere cum eo nisi remitteret ius hypothecarum, & remisit. sed nónne donat? & donationes prohibentur †inter vir. & vxorem. dic quòd non continet donationem: vt ff. de his quæ in fraud. creditorum, si pignus. res enim nõ est donata, in qua fit remissio, nec illa pecunia obligata erat, quia non remisit dotem. creditores tamen habent Paulianã ad reuocandũ quod L. 11.

fecit, si in fraudem fecit: vt in prædicta.l.si pignus, continetur. vel alia ratione videretur quòd non valeret † remissio: quia certum est quòd 2 rem suam non potest obligare pro marito, & ita videretur quòd non possit remittere ius obligationis. non tamen ita est, præterea non loquitur de remissione quæ fit al j pro marito matrimonio constante. neque enim prohibetur, licet prohiberetur donatio, vt dicit.

L.12. SI DOTARE. *Falsò putas.* Considerato iure communi bene iuuaretur, sed lex soluit hanc contrarietatem: nā dicit hoc speciale esse in hoc casu. idem in pretio libertatis dandæ: vt j.eo.l.vlt.& penult.

1 *Fœnus quid.*

L.13. SI FOENEBRIS PEC. IVXTA FI. VERI. Id est, in veritate. *Fœnoris.* Fœnus appellat † fœnebrem pecuniam mutuam. *Non i* 1 *gnorauit.* Contraxit enim principaliter cum ea. s. dando ei pecuniam: & ideo non oportet curare scierit an non. *Cau. contract.* Id est, quare contraxit vel accepit pecuniam: vt ff. eod. vir vxori: nisi sciret rem suam obligatam. & ita dedit pecuniam vt pro marito solueret, vt ff. eo. Seia. §. vlt. Si verò contraxit cum masculo, non subuenitur ei nisi sciat mulierem mandasse de accipienda pecunia pro alio, vt ff. eod. si fideiussores. & l. seq.

1 *Actio vetus, quando restituitur.*
2 *Inanis obligatio aliquando confirmatur.*

L.14. MVLIEREM. *Hæres non extitit.* Ideo dicit, quia si extitisset ei hæres, non haberet auxilium. si enim pro marito obligationem suscepit, ipse teneiur eodem modo quo ipsa teneretur si intercessit participando obligationem, si verò nouandi animo rescissa obligatione vetus restituitur actio in † veterem debitorem. vnde si successit ei 1 cùm ipse teneretur, eodem modo tenebitur ista in hoc sicut in aliis. vnde quasi non damnificetur, siue conueniatur rescissoria siue non, sed sed alia non habet auxilium. vnde ita dicit lex quòd inanis † obligatio 2 aditione hæreditatis confirmatur aliquando. & ponit exemplum in hoc casu: vt ff. de sol. Stichum. §. aditio, & §. seq.

L.15. SI VXOR. *Defendi potes.* Distinctio de sententia eius qui accepit marem vt nota. s. eod. si fœnebris.

1 *Rescissoria non est proprium nomen actionis.*
2 *Legis actio perpetua.*

L.16. SI MVLIER. *Alie. suscep. oblig* Transferendo in se nouandi animo, quia aliter non daretur rescissora, vt dicit in fi. & sic aliter accipitur quàm s. eod. l. 1. Rescissoria non est proprium † nomen actio- 1 nis, imò adiectiuum. rescissa enim obligatione datur vetus actio contra priores debitores, vnde ita legitur ff. de actio. in honorariis, quòd rescissa vsucapione anno finitur, quia contra ius ciuile datur. sed illa alia est rescissoria de qua tractat in tit. de in integ. rest. ma. datur enim reuersò postulata in integ. rest. à præside viuente. quamuis enim ex edicto prætoris detur, oportet eum viuentem pronunciare. sed aliud in muliere quæ intercessit, quia non est necesse adire præsidem, sed statim

tim habet creditor vtilem vel directam contra veterem debitorem, vt probatur. ff. eod. debitrix. §. vlt. & j. eo. antiquam. habet ergo à lege a-
2 ctionem. vnde videtur † perpetua. sed qualis erat prius, talis est. si temporalis, temporalis. si perpetua, perpetua.

SI CVM PATER. *Instrumen. conscrip. est.* Falso. L.17.

FOEMINIS. *Vel veteres.* Quando præcedens persona iam erat obligata. *Vel nouas.* Quando nō erat obligatus is pro quo mulier erat intercessura, sed erat contracturus, & ipsa fideiussit, conuenietur eodē genere actionis quo mulier obligata est. verbi gratia, si per stipulationem mulier & tu quasi ex stipulatu conuenieris: vt ff. eo. quamuis. §. si cùm essem. *Deceptus sit.* Vt quia habebat vestes viriles, sicut notaui s. eo. l. 1. L.18.

CVM AD EAS. Declaratur vt habes s. eo. consultum. L.19.

1 *Priuilegium videtur finitum cum persona.*
2 *Priuilegium quando ad heredes transit.*

HÆREDES. *Non dubium est.* Apud sapientes: sed alius bene posset dubitare: quia priuilegium videtur † finitum cum persona: vt ff. de reg. iur. priuilegia. sed dic quòd hoc priuilegium in fauorem eius
2 cui datur, inuentum est, & ideò debet prorogari † etiam ad hæredes: sicut dicitur in integ. restitutione. s. de tempo. in in integ. resti. ea quæ in vlt. & penult. §. L.20.

1 *Vxori renunciare licet iuri hypothecarum.*
2 *Renunciatio generalis, quid operatur.*
3 *Quando statur generali renunciationi.*
4 *Sponsalicia largitas quid.*
5 *Geminatus consensus, quando non sufficit.*
6 *Quandoq; idem contractus tenet, & non tenet, sed diuersa ratione.*
7 *Fundi dotalis, prohibetur alienatio, etiam consentiente muliere.*

IVBEMVS LICERE. &c. Potest poni quòd hîc dicitur quando maritus vendit, & ita obligat res suas pro defensione rerum venditarum, vel quando accepit pecuniam mutuo, & obligat res suas. li-
1 cet enim renunciare † vxori iuri hypothecarum, vt hîc & s. eod. etiam. *Sibi competenti.* In rebus mariti quæ obligatæ sunt pro dote. *Illibatúmque custodiri.* Quia prætor ait, Pacta seruabo. *Coarcetur.* Et sic verba generaliter prolata restringuntur ad id de quo agitur inter † partes, vnde bene concordat. s. de transact. si de certa. ad dem ff. de transact. cum Aquiliana, sed videtur contra. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. Paulus. Solutio: generale est quod ibi dicitur. falli hîc, quia sicut fauetur mulieribus in Velleiano S. C. ita in renunciatione iuris hypothecarum, non in totum, vt scil. cet, non valeat, sed quòd debeat restringi. vel ibi solutum est pignus quo ad personam illam, non quo ad alios, vt dictum est. vel hîc loquitur quando probatur de persona pro qua fa-
2 cta est illa † renunciatio generalis. tunc enim ad eam restringitur, vt dicit. si non probatur. statur generali renūciationi, vt ibi. *Consenserunt.* In præteritum, vt j. dicit. *Opponendi licentia,* &c. Ergo & in aliis con- L.21.

tractibus non præiudicabitur eis, ftea res mariti. sed pone quòd maritus contulerit in eam donationem propter nuptias, modo vult obligare res illas, & mulier consentit: an præiudicat ei? & in hac quæstione consilium habeamus cum authent. hic posita. *Siue à me*, &c. Vel posset legi in l.seq. post. auth. si qua mulier. *Quod ex ea est immobile.* Quid si mobile? Respon. eo quòd non prohibita inuenitur alienatio, videtur concessa, & quia seruum dotalem potest manumittere, si est soluendo: vt j. de seruo pig dato l.1. *Nihil proficit.* Quia non præiudicatur quominus detur actio in rem sponsalicia largitate, vt addidit in hoc auth. dominus meus. est autem sponsalicia † largitas quæ fit in sponsalibus 4 simpliciter donationis causa, & fit ante matrimonium, sed hæc non est simplex donatio, imò ante nuptias. vel melius propter nuptias, quæ fieri potest ante matrimonium, & post. vt j. de don. ante nup. l. vlt. præterea donatio ista restituitur, sicut dos soluto matrim. nisi pactum fiat in contrarium. aliud in simplici donatione. & sic impropriè sumitur sponsalicia largitas. *Vbi tamen pro dote*, &c. Vt si maritus vergat ad inopiam: vt j. de iure dot. *Vbi vt de intercessionibus.* Si enim intercedat pro alio, & secundam post biennium interposuerit cautionem, tenetur. vt in l. seq. sed amplius etiam desideratur hic, quàm in intercessione. s. quòd secundo post biennium profiteatur, & aliæ res sint viro, ex quibus consuli possit, vt dicit, & ita non sufficit solum repetitus † con- 5 sensus. Tamen secum contrahentibus obligabitur. nota quòd non valet alienatio vel pignoris obligatio in præiudicium alterius: sed tamen contrahentes obligantur. ergo contractus iste tenet † & non te- 6 net, sed tamen diuersis respectibus, sic ff. de diuor. l. vlt. & de donat. inter vir. & vxo. cùm hic status. §. si socer. *Et hæc multò potius*, &c. Ergo videtur quòd omnia supradicta multo fortius in dote sint obseruanda, scilicet, vt consentiente muliere post biennium dos possit alienari, &c. sed dic quòd non debet referri ad omnia superiora, prohibetur enim alienatio fundi † dotalis etiam consentiente muliere. vt ff. de fundo. & 7 instit. quib. mo. aliena. licet, in prin. & j. de rei vxor. act. refert. ergo ad ea quæ suprà dicta sunt de prohibitione alienationis, non de promissione, multò enim debet magis obseruari in dotem. *Omnibus tamen priuilegiis.* Habet enim multa priuilegia mulier propter dotem. j. de priuileg. dot. l.1. & qui potio. in pig. l. vlt. *Si mulier agat.* Subaudi vel eius filius, non etiam extraneus.

1 *Mulier non potest intercedere.*
2 *Præsumptio iuris, & de iure.*
3 *Velleianum, an habeat hodie locum.*

L.22. SI MVLIER PERFECTÆ ÆTATIS. Ideo dicit, quia si non esset perfectæ ætatis non præiudicaret ei, duplici ratione: tum. sc. quia mulier, tum quia minor, ex eo enim quòd † mulier, certum est 1 quòd non potest intercedere. ex eo quòd est minor, habet beneficium restitutionis: vt ff. de mino. denique. §. sed verum, etiam post biennium toto tempore minoris ætatis, & post intra quadriennium: vt s. de tempo. testi: l. vlt. & sic habet maius priuilegium ratione ætatis quàm sexus. nec enim mulieres minoribus per omnia comparantur: vt ff. eod. l. vlt.

l. vlt. *Iuge.* Id est, continuum. *Ex consequentia suæ fragil.* Argum. est ad id quod dicitur ff. de mi. l. 3. §. scio. ibi enim reddit rationem dominus Y. quòd ex consequentia primæ captionis vel aditionis incidit in secundam, sicut dicit hîc de mulier. *Videtur etenim ex eius. temp. prolix.* &c. Ergo est hîc præsumptio † iuris, & de iure quæ non admittit probationem in contrarium: sicut in seq. l. notaui: & videtur hîc dicendum sicut in delicto. dicit enim l. quòd in die Paschali veniam meretur si semel peccauit, aliud si bis: vt s. de episcop. aud. l. 3. sed non est ita. distinguitur enim in tempore, nec sola iteratione debet teneri. præterea videretur quòd alia consideratio habeatur hîc quàm in authent. siue à me: ibi enim speciale est in donatione propter nuptias quòd post biennium secundo profiteatur, & aliæ res sint viro quibus consuli possit. sed hîc aliæ res exiguntur, aliàs enim non distinguitur in tempore, neque in rebus, sed vtrum tantum emiserit secundam cautionem: vt s. de plus petit. l. vna. & de hoc notaui. j. de non nu. pec. in contractibus. Sibi imputet si quod sæpius, &c. & est quoddam generale quod ita dicit ad idem ff. mand. si fideiussor conuentus, & ad l. Aquiliam. si putator. *Obnoxium facere.* Scilicet, in persona sua, se principaliter obligando. *Vtiliter dare.* Confirmando quæ fecerat prius. Habes hîc authen. SI QVA MVLIER, &c. *Nullatenus.* Etiam ipso iure. *Pro eadem re fiat.* Etiam post biennium siue priuatum siue publicum. *Fit.* Videtur ergo quòd corrigatur l. per authent. sed hoc non dicit dominus meus. hic enim loquitur in marito, in l. quando se vel res suas pro extraneo obligauit. & voluerunt quidam dicere quòd totus tit. per hoc authen. correctus sit, nec habeat locum hodie † Velleianum: quia si versa est pecunia in vtilitatem mulieris, tenetur: alioquin ipso iure liberatur. & ita non indiget Velleiano. sed non ita dicendum, quia hîc speciale est in marito, cùm mulier pro eo se obligat. vt s. dixi. aliud si pro extraneo: vt per totum istum tit. vnde dicit l. quod oportet eam renunciare Velleiano si vult tutelam subire. & ita patet quòd locum habet, quia pro nihilo renunciaret: vt j. quando mulier tut. off. auth. matri & auiæ.

1 *Velleiani auxilium, non est de iure communi.*
2 *Velleia. auxil. quando denegatur mulieri.*

ANTIQVÆ IVRISDIC. RETIA. Quia sicut in retibus capiuntur aues, ita per ea decipiebantur homines. *Et superuacuas dist nctiones.* Olim enim aliter distinguebatur circa materiam istam. *Et à tribus testibus consignatum.* Hodie non consueuerunt consignare testes, sed interuenire, & audire quæ inter partes aguntur. *Omnimodo.* Et ita videtur hîc præsumptio iuris & de iure, si in instrumento publico dixerit se aliquid accepisse: vt notaui s. ad Macedo. l. vltim. Et ita non admittitur probatio in contrarium: quod est contra regulam generalem, si enim in publico instrumento confitear me mutuum accepisse, possum probare contrarium intra biennium: vt j. de non nu pec. in cōtractib. idem ex alia causa: vt s. de probat. cum precibus, sed alia generalia sunt, & locum habent in suis casib. hoc autem quod hic dicitur, omnimodo, &c. speciale est, per totum enim tit. istum tractatur de

priuilegio quodam, & illud admittitur faciliùs, quamuis commune. vnde valde iniquum esset, si ego non accepi pecuniam mutuam, & non liceret saltem mihi probare intra biennium me non accepisse. vel si scriptum est aliquid aliud in publico instrumento, sed auxilium Velleiani † non est de iure communi. vnde si mulier scripsit se aliquid 1 accepisse in publico instrumento & tribus testibus consignato, non est mirum si auferatur, nec admittitur probatio in contrarium. non enim par eadémque ratio videtur amittere debita, & lucra non capere: vt ǰ. de codicill. l. vltim. & potest simile induci in tutore qui confitetur de substantia pupilli in publico inuentario. post enim non est audiendus si conatur in contrarium: fauore publicarum personarum quæ interueniunt, & fauore pupilli: vt ǰ. arb. tut. l. vlt. *Sed si minus idonea mulieri*, &c. Valde est notandum quod hîc dicit: licèt aliàs generaliter si intercedat mulier animo nouandi pro debitore, datur rescissoria creditori contra debitorem, vel ei pariter, vt ff. eod. quamuis. §. si cùm essem. hîc tamen vbi accepit pro intercessione pecuniam, & ideò † non iuuatur, 2 videretur quòd si sit soluendo, quòd non subueniretur creditori. sed contra est, si enim soluendo est mulier, denegatur ei auxilium, si nihil habet, totum petit à veteri debitore, vel partem, si aliquid habet mulier. *Nisi instrumento publicè confecto.* Quid si accepit pecuniam, & intercessit sine scriptis, vel in instrumento non publico, sed priuato? ait M. ipso iure non tenetur: sed videtur contra. s. eo. l. si mulier. §. sin autem. ibi enim dicit quòd si sine scriptis intercessit, vel in instrumento non publicè confecto, si stipulator possit ostendere eam accepisse pecuniam, non habet auxilium, ergo nō videtur bene dicere, sed ipse dixit illum §. superiorem corrigi per istum vltimum, & dixit hanc l. in fi. tit. legendam, & vltimam habebat in suo codice. nec inuenit ibi vltimam, non legit vltimam. vnde non videtur verisimile quòd cùm ab eodem imperatore fuerit composita l. ista, quòd in eadem l. contradiceret sibi, & vellet corrigere quod tam nuper constituerat. & ideo secundùm B. distinguendum est vtrum intercedendo pro alio olim iuuaretur, an nō. si iuuabatur, tenebatur, sed habebat exceptionem Velleiani. hodie conseruatur ipso iure illæsa, nisi intercedat in instrumēto publicè confecto, & à tribus testibus consignato. & sic intelligebat §. istum, si non iuuabatur, siue accepit pecuniam siue non, aut si intercessit in instrumento vel sine, tenetur cū effectu. & quòd ita sit, tenor duarum constitutionum sequentium testatur.

Sic in veteri libro reperimus.

L. 24. VETERVM AMBIGVITATES, &c. Cessat hîc Velleianum propter libertatem seruo præstitam.

L. 25. GENERALITER SANCIMVS. &c. Cessat & hic fauore dotium: vt ff. de iure dotium. promittendo.

DE NON NVMERATA PECVNIA.

TIT. XXX.

1 *In tantum videtur asserere qui affirmat.*
2 *Quando possessor non potest referre quæstionem de dominio.*

SI PE-

SI PECVNIAM. *Frustra cautionem.* Bene dicit frustra: quia licet emiserit cautionem confitendo numeratam esse pecuniam: obligatur de iure ciuili. sed tamen habet exceptionem: vt instit. de litera. obliga. in prin. Idem si in cautione contineatur de promissione: vt j. eod. cùm vltra. *Asseris.* Et ita asserit qui dicit numeratam pecuniam non fuisse. quamuis videatur tantum 1 † asserere, qui affirmat: vt s. de probat. actor. *In rem experiri.* Quidam hoc intellexerunt id est, pro re pignoraticia, quæ est actio personalis: vt j. de distract. pign. l. vlt. & verum est, siue debitum solutum est, siue pignus datum est pro pecunia non numerata: vt ff. de pigno. solutum §. vlt. & videtur bene dicere, cùm ibi non oporteat probare de dominio rei, lex tamen hæc videtur dicere de rei vindica. & ita not. s. de pignora. nec creditor. quare ergo dicit de pignoris datione? quia in rei vendicatione siue pignus interueniat siue non, non oportet probare nisi quòd sim dominus, & aduersarius possideat. sed ob hoc dicit, vt appareat ipsum possidere. nūc per hoc quod probo datum esse pignus, nisi manifestis rationibus probet se perdidisse: vt s. de pignora. l. 4. vel ideo quia si probauit pignus se dedisse, & ita aduersarius habet cau-2 sam ab eo, non potest quæstionem † referre de dominio: sicut voluerunt quidam dicere in depositario vel commodarario: & si fur deposuit. sed Io. contra. nec enim sufficit in rei vindica. si probem te à me habere causam: sed oportet probare de dominio: nisi habeas causam maleficij communis: vt j. de præscrip. xxx. ann. si quis empti. §. sed hoc. L. 1.

MINOREM. Suprà, loquitur quando nihil accepit quis, & cauit se accepisse: hic quando accepit minus, & plus cauit. L. 2.

1 *Intra biennium, exceptio non num. pec. opponenda.*
2 *Priuilegium facilius tollitur, quàm ius commune.*
3 *Præsumptio, quomodo elicitur ex pub. cautione.*
4 *Dolus futurus, per pactum non remittitur.*

SI EX CAVTIONE TVA. Facta scilicet, de promissione vel cōfessione, si de promissione opponet exceptionem in factum: vt j. eod. cùm vltra. si verò de confessione, habet excep. non nu. pec. vt instit. de litera oblig. *Seu doli.* Ista generalis est contra quemlibet creditorem. *Seu non num. pecu.* Quia fortè erat de parentibus: vt ff. de doli excep. apud Celsum. §. aduersus. *Compelleretur.* Scilicet, intra biennium, 1 elapso autem biennio si eam non † opposuit exceptionem, non compellitur: vt j. eod. in contractibus, præterea de qua cautione est intelligendum? si de priuata, non obligor per eam: vt s. de probat. instrumenta. si de publica, dixerunt quidam quòd ita debeat præsumi sicut ibi continetur. & ita dominus Alber. induxit pro se S.C. ad Velleianū. antiquæ. & j. arb. tut. l. vlt. istis ergo arg. voluit hoc dicere. sed tamen aliter no. & exposui in [1] illa. antiquæ. ibi enim loquitur de priuilegio 2 adimendo, quod facilius † tollitur quàm ius commune. hîc de iure communi: vt ibi dixi. præterea in inuentario est fauor pupilli, & publicarum personarum coram quibus conficitur. si ergo contineatur de confessione in publica scriptura, statur ei. quia creditur confessionem L. 3.

factam esse, & hoc cautio loquitur. sed quòd sit verum numeratam esse pecuniam, hoc non probatur, plus enim non debet facere illa cautio, quàm confessio debitoris in iudicio. si enim in iudicio dixerit coram iudice se confessum fuisse pecuniam accepisse, non ob hoc credetur esse numerata: imò habet probare creditor. si verò contineatur in publica cautione † numeratam fuisse pecuniam, præsumitur numerata: nec tunc tenetur creditor probare numerasse. sed si contineat tantum de confessione vel promissione, non ita erit vt dictum est. & propter hoc creditores inuenerunt quandam qualiditatem. cùm enim confessus est debitor se accepisse pecuniam in cautione, faciunt ei renunciare exceptioni non nume. pecun. & ita videtur quòd non oporteat creditorem numeratam fuisse probare, licet ante faceret: quia prætor ait, Pacta seruabo. & hoc pactum non est improbatum à lege. Sed quid si verum est ipsum pecuniam non habuisse? nunquid non opponet exceptionem? & si renunciauit, dominus meus non putat. vtrum enim est quòd habiturus erat exceptionem vel habebat, & illi auxilio renunciauit nunc: sed habet aliud auxilium de dolo. dicet enim debitor iudici quòd interroget eum si numerauit. si dicat se non numerasse, ergo dolo versatur: & per pactum † futurus dolus non remittitur: vt ff. de pact. si vnus, si dicat se numerasse, debitor habet necesse probare non esse numeratam. aliter ipse condemnabitur. & ita post renunciationem licet opponere exceptionem propter dolum: quia si dicat non numeratam, clarus est dolus, & clarum est quòd potest opponere. si numeratam, & debitor probet contra, detegetur dolus. & ita patet quòd licet opponere ex dolo poss. adhibita: vt ff. de pac. iuris gentium. §. siue autem. & de tributo. illud. §. 1.

L. 9. [margin] 3 [margin] 4 [margin]

Sic in veteris libro reperimus. [margin]

1 *Pœna contra negantem scripturam propriam.*
2 *Mendacij pœna.*

L. 4. CVM FIDEM. Simile est quod dicitur s. quod met. caus. cùm te. sed qualiter potest esse verum quod hîc dicitur? nónne datur mihi condictio indebiti etiam pro eo quod solui? vt per totum tit. de condic. indeb. Resp. si nihil soluisset creditor, teneretur probare se numerasse. modo autem paraui mihi præiudicium, vt ob hoc probem eum non numerasse, vel dic agnouit fide sciens non debere. quid si teneatur agnouisse, & non agnouit? hoc determinat authentic. CONTRA QVI PROPRIAM, &c. *Contra.* Id est, econtratio. *Propriam scripturam.* Scilicet, quia facta erat manu sua propria: sed abnegabat † eam suam esse scripturam, & consueuit quæri, si negem scripturam esse tabellionis, & post probetur contra. an habeat locum pœna huius authentic. & dic quòd non, hîc specialiter loquitur in ea quæ manu propria debitoris est facta, tunc enim habet locum pœna huius authentic. & hoc si per testes fuerit conuictus. si enim per sacramentum, non condemnabitur nisi in expensas, vt dicit, simile est in lege Aquil. vt ff. de iureiur. eum qui iurauit. ita est cùm abnegat propriam scripturam. idem si suscipiat, dicat autem non solutum debitum sibi: vt in corpore authentic. §. studium verò. *Nisi illa sacra.* Sic ergo declarari debet per sacramentum illius. sic s. de iudic. properandum. *Solidum.*

[margin] 1

Et ita

Et ita præstat solidum, si primò negauit se accepisse, post dicit soluisse licet etiam soluerit: quòd mirum est: quia omnis obligatio solutione tollitur, & ex quo est sublata, dicit lex quòd non potest resuscitari. sed dic quòd hanc pœnam † patitur propter mendacium. quod autem s̃. dicitur, quòd in duplum condemnatur, intellige quòd in condemnatione computetur id quod petitur: non quòd totum duplum sit pœna, sicut notari potest in corpore authent. *Exigitur.* Condictione ex hac l. hic enim antiqua actio sublata est solutione. *Literas suas.* Id est, apocham in qua confessus est aliquid accepisse nomine solutionis.

1 *Destinatio pecuniæ quando operatur mutuum.*

ADVERSUS. *Nec requiritur,* &c. Sed nunquid propter hoc quod scribitur in instrumento, præcedens debitum, fit nouatio, & transit in mutuum, licet non numerauit? videtur, vt s̃. si cert. pet. si ex prædio. sed ibi notaui quòd transit quando debeo ex præcedenti causa, & destinata est pecunia solutioni, aliter nõ posset † transire in causam mutui illa obligatio. ergo non requiritur numerata sit nunc pecunia, an non: sed vtrum fuerit destinata solutioni. quidam tamen dixerunt an scriptura sit facta ad nouationem, vel ad probationem. si ad nouationem, transit in mutuum, vt ibi si ad probationem, & non ad nouationem, non transit, vt hic: sed prior distinctio verior est, & potest poni quod hic dicitur, quando quis confitetur se debere ex causa locationis, non mutui: quia tunc haberent locum quæ dicta sunt: vel ex causa dotis. non enim queritur numerauit, an non, sed vtrum iusta causa præcesserit. si non exprimatur illa causa, loquitur indiscretè cautio: vt ff. de probat. cùm de indebito. §. vlt. si verò exprimatur, ex cautione præsumitur præcessisse: vt j. eo generaliter. L. 5.

FRVSTRA TE DEBITOREM. Si nulli numerata est, datur exceptio principali debitori & fideiussoribus: vt j. eo. l. penult. L. 6.

SI QVASI. *Per condictionem.* Sine causa. L. 7.

1 *Nemini licet æquitatem de corde suo inuenire nisi soli principi.*
2 *Temporales præscriptiones, non currunt minoribus.*
3 *Legalis præscriptio.*

SI INTRA. *In querimoniam.* Qualiter est intelligendum quod hic dicit? quidam antiqui dixerunt coram vicinis, cùm faceret collationem verborum de factis suis vel in domo vel vbicunque. aliud videtur per authent. quia vel iudici debet renunciare, & tunc oportet creditorem vocari, vel ipsi creditori in scriptis: vt j. in contractibus. *Omnimodo* Etiam si non sit numeratum debitori, non auditur si velit opponere exceptionem: nec deferre poterit sacramentum: vt j. eod. in contractibus. la. tamen visum fuit contra. qui dixit quòd post biennium liceat opponere. aloquin dicebat & reputabat maximam iniquitatem esse: & iniquum est quantum ad naturalem iniquitatem, non tamen licet alicui † de corde suo inuenire æquitatem nisi soli principi: vt s̃. de legib. l. 1. *Et si pup.* Sed nónne videtur quòd debeat ipso iure seruari illæsus, vel saltem per restitutionem; temporales enim L. 8.

† præscriptiones non currunt minoribus: vt s. in quib. cauf. restit. in integ. sit necessa.l.vlt. præterea per restitutionem videtur iuuandus: vt ff. de min. etiam ei qui prius, quòd ergo hic dicit de biennio elapso, intellige in vita debitoris maioris. & hoc est quod dicit, sin verò legi. temp. excef. &c. si verò intra biennium mortuus est, curreret talis præscriptio: sed habet beneficium restitutionis secundùm generalem clausulam qua restituuntur minores. si verò succesit in † legali præscriptione, vt in pacto legis commissoriæ, aliud est, ibi enim repellitur à beneficio restitutionis: vt ff. de mino. Æmilius, sed hic non succesit in præscriptione pacti conuenti, speciale tamen est in quadam temporali præscriptione, vt currat eis, & non restituantur: vt j. de statu defunct. l. antepen.

L. 9. CVM VLTRA. *Neminem posse.* Quia vltra non obligatur quis re, quàm datum sit: vt ff. de pact. si tibi, & licet non re, scriptura tamen potest: vt inst. de liter. oblig. *In pactum.* Non nu. pec. vt inst. de except. in princ. & hoc intra biennium, vel post, si intra biennium iuri paritum est: vt superiori l.

L. 10. ASSEVERATIO. Scilicet, debitoris.

L. 11. SI TRANSACTIONIS. *Defendi non potes.* Nec enim spopondit propter futuram nunciationem, sed transactionis causa.

L. 12. TAM MANDATORI, &c. Patet quòd exceptio ista tam mandatori competit quàm fideiussori, sicut & in principali reo.

1 *Nomen cautionis, ad nudam promiss. refertur.*
2 *Negantis, nulla est probatio.*
3 *Confeßio in cautione, quando præiudicat.*
4 *Brocardizare.*

L. 13. GENERALITER SANCIMVS. &c. Cùm generaliter hîc sanciat, videtur quòd hæc generalis sanctio patiatur exceptionem, cum omnis regula & diffinitio in iure sit vitiosa. fallit ergo quod hic dicit in promissione facta ex causa mutui. ibi enim licet opponere exceptionem intra biennium: vt. eo. l. prox. j. fallit etiam in dote: quia vir potest opponere exceptionem intra annum: vt j. de do. cau. l. vltim. *In scriptis.* Id est, scriptura interueniente, non quod esset de cõtractu. Cautum, Id est, promissum: cùm nomen cautionis † ad nudam promissionem referatur: vt j. de verb. sig. sancimus. *Ex antecedenti causa.* Sicut continebatur in cautione. non quòd ita esset verum. promisit enim se debere. c. ex causa depositi. potest esse verum, potest esse falsum. *Et spec. cau. promi. edi.* Ideo dicit: nam si ex antecedenti causa fecit promissionem, & eam causam specialiter non dixit in cautione, non præiudicatur sibi ex tali promissione, loquitur enim cautio indiscretè: vt ff. de probat. cùm de indebito. §. vlt. licet arg. illius §. voluerunt quidam dicere quòd si aliquis promittat, & causam specialiter non dixerit, quia nulla est stipulatio. sed malè dixerunt. quia stipulatio verbis cõtrahitur, & ex interrogatione & responsione: vt per tot. tit. de verb. ob. vnde dico quòd valet stipulatio si postea velim probare indebitè promissum, vel sine causa errando, bene possum. & si aduersarius dicat causam præcessisse, debet probare, *E contrario per apertissima*, &c.

Sed

Sed qualiter probabitur cōtrà, per apertiſſima argumenta ſcriptis in-
2 ſerta, cum negantis † factum per rerum naturam nulla ſit probatio?
Reſp. imò per aliud medium. ſi ergo caui me debere c. ex cauſa em-
ptiotionis vel locationis, poſt induco inſtrumentum in quo contine-
tur quod præcedenti die dederat mihi, vel ſoluit ei procurator meus
vel ſeruus, probatur contra ſcriptis inſerta. ſed nūquid poterit per te-
ſtes probare contra? videtur quòd ſic, cùm in exercendis litibus ean-
dem vim obtineant teſtes & inſtrumenta: vt ſ. de fide inſtr. in exercen-
dis. ſed dic quòd hîc fallit, & ſ. ſi minor ſe maio. l. vlt. nihil enim tam
naturale eſt, quàm vnumquodque diſſolui per id quo colligitur: vt di-
cit regula iuris. vnde ſi hîc ligauit ſe per ſcripturā, ergo oportet quòd
per idem diſſoluatur. vel dic quòd hoc dicit ratione exempli, ſic ſ. de
coudict. indeb. l. 1. Preterea quæri poteſt quid eſſet ſi non promiſiſſet in
ſcriptis, ſed vocatis teſtibus, & expreſſa cauſa locationis vel ſimili. hîc
non dicit quòd præiudicetur. ſed quidam dixerunt quòd non præiudi-
catur, quia non ſolemnis eſt promiſſio, id eſt, in ſcriptis. dominus meus
contra. licèt enim in principio ſpecialiter loquatur de ſcriptura, in fine
tamē generaliter addit quòd ſua quiſque voce dilucidè, &c. ergo cùm
ſit ratio generalis, videtur quòd locum habeat ſiue in ſcriptis prote-
ſtatus eſt, ſiue non. Quid enim ſi confitear me ſubripuiſſe, & ideo pro-
mitto? præiudicatur mihi: licet tamen probare contra hoc inter viuos.
3 ſed quid ſi in vltima voluntate confiteatur † ſe debere ex illa cauſa. nū-
quid præiudicatur ei? & ab hæredibus poſſum petere. & diſtingue v-
trum dixit de eo qui capere poterat, an non. ſi non poterat capere, vi-
detur in fraudem adieciſſe: vt ff. de probat. qui teſtamentum. ſi verum
capere poterat, & iurauit, præiudicauit hæredi: vt ff. de leg. 3. cùm quis
decedens. §. codicillis. ſi non iurauit, ſed confeſſus eſt, expreſsè peti po
terit: vt j. de fal. cauſa adiect. l. 1. & ff. de leg. 2. Lucius Titius, teſtamen-
to. §. quiſquis mihi hæres erit. Idem ſi dicat quis, Lego quæ debeo, ex-
preſſa quantitate: vt ff. de libera. lega. l. legaui. poteſt enim peti iure le-
gati, ſi non debeatur: ſi debetur, inutile erit legatum, vt ibi dicit. ſed v-
bi non legauit, dubium poſſet eſſe quaſi verum ſit, & petat pecuniam
illam. *Religionem.* Nota quòd iudici eſt facienda fides. aduerſario enim
nunquam poſſet fieri, ſic ſ. de teſti. eos. *Nimis enim indignum*, &c. Si vel-
4 let quis † brocardizare, poſſet ad hoc inducere contra, quia quando-
que admittitur variatio: vt ff. de inoffic. teſt. Papinianus. §. ſed nec im-
puberis. & de colla. bon. nonnunquam.

1 *Exceptio non nu. pecu. quando non habet locum.*
2 *Dos quando non præſumatur numerata.*
3 *Quæ ſunt frequentiora, ſemper debent conſiderari.*
4 *Quare in mutuo, locum habet except. non num. pecun.*
5 *Renuntiatio non impedit except. non num. pecun.*
6 *Quid operatur renuntiatio except. non numer. pecun.*
7 *Negatiua quomodo probatur.*
8 *Expreſſa nocent, non expreſſa, non nocent.*

IN CONTRACTIBVS IN QVIBVS PECVNIÆ VEL ALIÆ RES. Lex iſta generaliter videtur loqui in omni contractu: ſed re- L. 14.

ſtringenda eſt ad mutuum tantùm, & ad res quæ conſtant pondere, numero vel menſura.in aliis verò tebus vel in alio contractu non haberet locum biennalis exceptio,ſicut in dote notaui.ſ.eod.l.prox.ſubaudi ergo ei quod dicitur,aliæ res quæ conſtant pondere, numero vel menſura. Numeratæ vel datæ eſſe conſcribuntur. videtur ergo quòd ita contineretur in inſtrumento,Talis accepit à tali x. mutuo. ſed hic quomodo obiicietur exceptio non num.pec. cùm in charta contineatur de numeratione. Reſpon. hic non loquitur in publico inſtrumēto,ſed in priuata ſcriptura:& per illam non probatur: vt ſ. de probat. inſtrumenta.ſi autem eſſet publicum, & contineretur ibi de numeratione,non haberet locum poſtea exceptio † non numer. pec. aliud ſi 1 confeſſionem tantùm contineat:vt notaui ſ.eod.ſi ex cautione. & eſt hic arg. quòd contractus literarum celebrantur per verba præſentis temporis vel præteriti.aliàs fit per verba futuri temporis:vt,Promittis te daturum.ſed hîc ſufficit ſi dicam tantum numeratum.& ſic in inſtit. de litera.oblig.in princip.Io.non videtur contrahi per talia verba,ſed præſumi contractum:vt not ſ.de poſt.ſi ſub ſpecie. *Nullo modo.* Nota contra dominum Iacob.qui dicebat poſt biēnium poſſe aliquem probare de nō num.pec.quod falſum eſt:vt notaui ſ.eo.ſi intra. vnde quidam voluerunt dicere quòd elapſo biennio etiam ſi non ſit numeratum,non licet opponere exceptionem, & obligatur is qui cōfeſſus eſt, de iure ciuili & naturali:biennium enim numerat. alij dicunt obligari ciuiliter:quæ ciuilis obligatio habet vim naturalis & ciuilis,vt contingit in actione in factum,quæ datur ex ſententia,& in aliis. tempus enim non numerat. *Adiuuabantur.* Quia ſicut currebat eis olim quinquennium,ſed reſtituebatur,ita erit in biennio. ſed hodie temporalis præſcriptio non currit minori,ſi in perſona ſua incipiat.ſecus ſi in perſona prædeceſſoris,vt notaui ſ.eo.ſi intra. *Depoſitarum rerum.*Gratia exempli dicit. idem enim ſi promiſit pecuniam ex cauſa legati vel emptionis,& ſimilibus caſibus,præterquàm in mutuo. ſed hoc intellexit P.dictum ſpecialiter in depoſito:vt cùm aliquis dicit in inſtrumento, depoſitum ſibi redditum.ſed non ita videtur loqui,ſed de inſtrumento depoſitionis,per quod depoſitarius cauit depoſitum eſſe. *Publicarum functionum.*Si enim confiteatur procurator fiſci ſe accepiſſe publicas functiones, poſtea poterit opponere exceptionem ea ratione, ne quis grauetur his ſoluere tributa.idem in pretio rei venditæ à fiſco: vt j.de quadrien.præſcript.l.2.§.vlt. idem etiam dicit in marito ſi confiteatur poſt confectionem dotalium inſtrumentorum ſe accepiſſe dotem,ſi ſemel cōfiteatur,non præſumitur †numerata: & ideo habet ex- 2 ceptionem intra annum vel tres menſes:vt j.de dote cau l.vlt.& auth. ibidem.ſed cùm confitetur ſecundo,omnimodo præſumitur ipſum accepiſſe,vt hic dicit. *Simile mulie.*Vt ſ.ad Velleia.ſi mulier. ſed non omni:quia ibi exigitur quòd tranſierit biennium: ſed & ſimilis eſt ſ. de plus petit.l.vna.nec obſtat quod legitur j.eo.l.vlt.vt ibi notaui.'& poſſet quæri quare aliud ſit in mutuo quàm in depoſito & ſimilibus. ſed poteſt aſſignari ratio,quia ſapientes iuris reſpexerunt ad ea † quæ fre- 3 quentiora ſunt & cotidiana.eſt enim ita tota die, quòd quando vult aliquis dare pecuniam mutuo, primò facit inſtrumentum fieri, quàm

det

det pecuniam, multotiens in sequenti tempori non dat. sed in deposito nunquam faceret aliquis cautionem, donec habeat depositum apud se. vnde competenter dictum fuit quod in mutuo † locum habeat excep. non num. pecun. & ideo fœneratores bene auent sibi in mu-
4 tuo: quia faciunt renuntiare except. non numeratæ pecun. & foro clericali & omni priuilegio ante etiam quàm soluant. sed si ita factum sit, & nihil postea solutum sit, nónne poterit opponi exceptio? & certè secundùm nos nihilominus poterit † opponi. & si creditor dicat, sicut a-
5 lij voluerunt dicere, nónne fecisti pactum quòd non opponeres exceptionem non num. pec. & prætor ait, Pacta seruabo. & licet vnicuique renuntiare iis quæ pro se inducta sunt: bene verum est. sed idem prætor dixit quòd non seruabit ea quæ dolo facta sunt. & tu fecisti hic dolum, cùm postea non numerares. si dicas quòd in cõtractu non fuit dolus, nihilominus si postea interueniat, videtur dolo factũ, vt hæc probantur ff. de pact. iuris gentium §. prætor ait. & §. dolo malo, & § siue autem. quæ ergo erit vtilitas creditori renuntiatio illa factã? Respon. quoniam ipse non oneratur nunc probatione, quod fieret si non esset
6 † renuntiatum. & ita debitor debet probare ipsum non numerasse: aliter condemnabitur: vt notaui s. si ex cautione. sed qualiter probabitur negatiua, cùm per naturam rerum, &c. Respon. quòd ille debitor dicet quòd bene cauit sibi spe futuræ numerationis, & renuntiauit testibus præsentibus: sed tunc nihil numerauerat: sed dixit sibi coram testibus, quòd postea numeraret: præsumitur enim sic quòd postea non numerauerit in futurum. vnde & si dicat se numerasse, debet probare se po-
7 stea numerasse. & ita intelligendum quòd probetur † negatiua. & videtur quòd non possit renuntiare, quia quis pacisci non potest quin teneatur de futuro dolo: vt ff. de pac. si vnus. §. illud. & quia ius publicũ, priuatorum pactis mutari non potest. sed intellige de iure publico ne tributa prestetur secus. si exprimatur ne quis de futuro deposito tenea-
8 tur, quia expressa † nocent, non expressa non nocent: vt j. eo. l. si vnus. vel dic quòd si renunciauit, non opponetur exceptio non num. pecu. sed doli generalis: vt s. dixi. Sed posset quæri, si creditor agat post biennium, licet pecuniam non numerauit vnquam, & debitor negat pecuniam numerasse, præstito autem sacramento calumniæ petit debitor creditorem interrogari an numerauit: nunquid est facienda huiusmodi interrogatio? & certum est secundùm nos quòd si ipse vellet probare contrà, non audiretur. & licèt regula dicat faciendam interrogationem vbicunque æquitas mouerit iudicem: vt ff. de interrogato. act. l. penult. illa tamen non probat quòd iudex debeat moueri ad interrogationem faciendam, satis tamen puto quòd si debitor afferat suo sacramento sibi non fuisse numeratum, quòd debeat creditor interrogari. & si quidem dicat se numerasse, erit debitor in causa condemnationis. si verò responderet se non numerasse, dicerem debitorem absoluendum: quia creditor per confessionẽ suam derogat præsumptioni huius legis, quæ dicit debitorem nullo modo audiendum. *Intra triginta tantùm dies*, &c. Patet ergo quòd si creditor confessus est se debitum accepisse, quòd non licet ei opponere exceptionẽ vltra 30. dies, aliud in debitore cõfitente numeratũ esse sibi. ibi enim datur bienniũ:

vt s.dixit.præterea hic videtur distinguendum:vt s.eo.generaliter. sed puto contra.licèt enim hic causam non dixerit: si tamen confiteatur sibi solutum,siue sit solutum siue non, non licet opponere exceptionē intra xxx.dies.quis probabit? aiunt quidam sic esse,vt in numerata pecunia creditor debeat probare sibi non solutum, sicut ibi probat se numerasse ante biennium,propter odium creditorum. alij non recedunt à generalitate. quæ continet, eum qui se soluisse dicit, probare debere:& in isto casu intra xxx. dies probat. postmodum secutus est. *Omnibus modis*.Nota contraria.*Nec licet ei*, &c. No. contra Ia. *Quæ etiam in exceptione non nu.do.* &c.Hic loquitur in muliere quæ confessa est se accepisse dotem à marito. ipsa enim habet exceptionē sicut quilibet creditor.& ita non est contra.s.ea.l.5. sed quomodo. quia loquitur in marito.Habes hic authent.HANC AVTEM QVERELAM, &c.De dote non numerata,vel etiam querela de omni alia pecunia nō numerata; quæ in scriptis debet fieri aliter non. *Oportet eam mulieri.* Per hoc videtur quòd in alio casu loquitur quàm lex.

L.15. SI CVI. *Non numer. pecun. creditores eius*.Scilicet veri.contra istum falsum contra quem debitori competebat excep.non nu. pec. *Siue ipsi conueniantur*.Sed & si debet,opponere possunt except. ne faciāt collusionem:vt ff.de appell.si perlusorio. *Ipsi moueant*. Puta hypothecariā, quia pignus constitutum est propter missionem in possessionem: vt ff. de pign.act. non mirum.*Sed possunt illi debitores*.Vel fideiussorés.*Tempora*.i.biennium.

L.16. INDVBITATI.Quæ enim differentia est,&c.Q.d.nulla:quia iuraui me redditurum quod acciperem.intelligitur enim hic inesse tacita conditio,si detur pecunia.hoc enim gestat in animo qui cauet,& dicit se redditurum,& hoc innuit verbum reddendi:licet aliquando per se dandi habeat significationem. sed secus dico in transactione: vt s. de transact.si ex.& est ratio,quia ibi de falsitate non gestiebat transactor.

DE COMPENSATIONIBVS.

TIT. XXXI.

1 *Compensatio,quando opponi non potest.*
2 *Compensatio non habet locum in diuersis stationibus.*

L.1. ET SENATVS. Centumuirales. *Et sæpe rescriptum est.* A principibus, & ita conuenerunt principes cum senatusc. *Quæ petit*.f.ex eo quod sibi præpositus vendidit, vel credidit alicui.vnde si vni stationem debeo alij credidi. pro debito † vnius non potero compensationem opponere alteri,ne sit confusio diuersorum officiorum,si verò fiscus succedat isti debitori & eidem creditori,licet alij stationi,fit confusio,& liberantur fideiussores: & ita maior est ratio successionis vel confusionis quàm compensationis:vt j.de solu. l. 2. compensatio † enim non habet locum in diuersis stationibus,vt hic dicit. *Propter confusionem*. Vnandam, sic & alias, Vnusquisque habeat suam propter fornicationem. *Tenaciter*. Qui non patitur

Sic in vete ri libro reperimus.

patitur exceptionem. *Quam primum.* Id est, cito.

1 *Ciuilis obligatio ex iudicato oritur.*
2 *Compensatio, quando cessat.*

EX CAVSA. Ista lex loquitur quando nihil debebat qui iudicatum soluit. tunc enim videbatur posse repetere condictione indebiti. vnde si velim eum conuenire ex alia causa, non poterit compensare illud quod non potuit petere. fit enim debitum ex eo quod pronuntiatur, licèt antè non deberetur. idem in iureiurando. vel si dedi aliquid causa transactionis: vt s. de transact. l. 2. nascitur enim ciuilis [1] †obligatio, quæ scilicet habet effectum ciuilis & naturalis: vt s. de condic. indebiti, l. 1. nec intellige quòd ex causa iudicati opponi non possit compensatio: qui contra esset ff. eod. si cùm militi: §. 1. sed & soluto ex falsa sententia, cùm non debeatur, non potest obiici compensatio. & argum. eius quod hîc dicitur, voluerunt quidam dicere quòd non veniat in compensationem indebitum per exceptionem fauorabilem. secus in odiosa, vt in Macedoniano. sed in vtroque videtur domino meo [2] cessare † compensationem: vt probatur ff. eo. quæcumque, & l. quod in diem. L. 2.

1 *Liber rationum, quis dicebatur.*
2 *Vectigalia, quænam erant.*

IN EA. *Iubebit.* Ita tamen, si intra duos menses debitum probaueris: vt ff. de iure fiscii. aufertur. §. qui compensationem. *Ex calendario.* Li[1]bellus erat †rationum, in quo continebantur & credita & debita, & quibus diebus essent data pro ipsis pecuniis ad credendum destinatis poni videtur: vt ff. de leg. 3. qui filium. & de eo habetur mentio. ff. de [2] proba. qui testamentum. *Ex vectigali.* Vectigalia erant ea † quæ præstabantur de his quæ vehebantur: vt habes specialem tit. j. de vectigal. & com. *Neque alimentorum.* Fortè quia alimenta relicta erant alicui deseruienti reip. *Ciuitatis.* sc. Romæ, cùm nõ additum sit nomen: vt instit. de iure nat. ciuil. & gent. L. 3.

1 *Conpensatio non fit ipso iure.*
2 *Vsurarum cursus, quomodo impediatur.*

[1] SI CONSTAT. *Ipso iure.* Io. dixit quòd non fit compensatio donec opponatur † ab homine: vt probatur ff. eod. si quis à fideiussore, & instit. de actio. §. pen. ff. eod. l. verum est, & est contra quosdam qui dicebant antequam opponatur ab homine, fieri compensationem, quod autem hîc dicit, intellige scilicet, cùm fuerit opposita ab homine, vel [2] hoc dicit ad inhibendum cursum † vsurarum: vt ff. eo. si ambo socij, & notatur. ff. eo. super rubricam. sed quantum ad principale debitum oportet quòd fiat ab homine. L. 4.

ETIAM SI FIDEICOMMISSVM. Ab eo debitum non relictum. L. 5.

1 *Conpensatio, quando marito opponi non potest.*
2 *Conpensatio species ad quantitatem fieri non potest.*

NEQVE SCRIPTVRA. *Contra fidem veritatis pot.* Quia regulare est plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur: L. 6.

& ideo si scripsit se dotem accepisse, quam non accepit: non poterit in hoc debito marito † opponi cōpensatio, nisi annus elapsus esset: vt j. de dote cau.l.vlt. *Postulas*. In vera dote, vel in alio debito vero. & sic sol nitur cōtra. j. de rei vxor. act.l.1.§.taceat. hic enim non loquitur de debito dotis, sed cùm ex alia causa vel debito conuenitur. Vel dic quòd illic vltima Iustiniani corrigit istā veterem, vel ibi loquitur quādo ab vna parte debebatur species, ab alia quantitas, tunc enim non † poterit fieri compensatio: vt ff. de pign.act. si conuenerit, aliud quando dos est in quantitate, & res amotæ in specie, sed desierunt esse. fit enim compensatio tam in reali quàm in personali actione: vt j. eo.l.vltim.

L.7. SI EX VENDITIONE. *Compensationem*. Tributorum: vt s. eo.l.3.

L.8. SI PROPTER FRVCTVS. Perceptos, consumptos scilicet.

L.9. EIVS. *Sed alij*. Intellige de omni alio. nam fideiussori competit exceptio, si reo principali sit debitum: vt ff. eo. si quid à fideiussore. Idē in duobus reis: vt ff. de duobus reis. si duo, prgterea filius compensat si patri debeatur, vt tamen caueat ratam rem patrē habiturum: vt ff. eo. si cum filio. & dic plenius vt in summa. §. permittitur.

L.10. QVONIAM LIBERVM, &c. Emptor emit fūdum, deinde putat se teneri obligatione quadam præcedēte, & contractū soluit indebitum. quæritur vtrum possit cōpensare. Respon. posse, si conueniatur. vel aliter, cùm deberet venditor fundum liberum vendere, seruū distraxit, vel alij obligauit. ex qua obligatione præcedente venditione emptor pretium soluit. si conueniatur à venditore poterit cōpensare. *Quod indebitē*. Quantum ad te, debitè tamen quantum ad venditorem, alioquin si à neutro debetur, eius compensationē obiicere non posset, imò indebitum repeteret.

1 *Qui satisdationem non accipiunt à tutoribus, vel curatoribus, actione subsidiaria in factum tenentur.*

L.11. SI TVTORES. Sciēdum est non solùm tutores & curatores teneri minoribus ex administratione, sed etiam eos qui satisdationē accipiunt. datur enim in eos subsidiaria actio in factū, cùm à tutoribus vel curatoribus satisdari † non curauerint: vt Inst. de satisda., vt. §. vlti. si igitur aliquis pupillus tutorem nominauerit, nec accepit satisdationem cùm debet, tenetur actione supra dicta in factum. sed si pupillos liberauerit ab onere primipilli, potuerunt opponere compensationem. *Superstitio. geritis sollicitudinem*. Ne amplius à vobis petatur, si probetur vos soluisse tantum, quantum tutores debuerunt quos nominastis: vel si probetur vos nomine ipsorum secundùm pupillorum morem pecuniam dedisse. in his casibus is qui satisdationem debet, conueniri non potest.

1 *Ius pignoris per obsignationem tollitur.*

L.12. INVICEM. *Offerens*. Si enim obtulit, & consignatum deposuit, tollitur ius † pignoris. & hypothecaria: vt j. de vsur. acceptam. tollitur enim sola oblatione in iudicio ius pignoris, ità quòd agi poterit pignoratitia: vt quibus modis pign. sol. item liberatus. §. I.

1 Cum

1 *Cùm remissio non tenet ex parte vnius, ex parte alterius valere non potest.*

SIVELVT. *Mutiano.* Mutianus iste administrator reip. erat, & ipse suo nomine x. debebat; & ego x. reip. pepigi cum eo, quòd nihil ab eo peterem, si ita faceret vt reip. non soluerem. decessit ille Mutianus. eius successor reip. debitum à me exigit: quod solui. non repeto vt indebitum: sed hæredes Mutiani pro meo debito conueniam. cùm enim 1 remissio † non tenuit ex parte vnius, non valebit ex parte alterius. fallit tamen in pupillo: vt instit. de auct. tuto. fallit & in arbitrio: vt ff. de arbit. si cùm dies. L. 13.

1 *Compensatio speciei ad quantitatem fieri non potest.*
2 *Secus de specie ad speciem.*
3 *In actione depositi, non opponitur compensatio.*
4 *Prædo non potest opponere compensationem.*

COMPENSATIONES. *In rem.* Intellige quando res non potuit 1 præstari, quia desiit esse. si enim extat, non fit compensatio † speciei ad quantitatem: vt ff. de pig. act. si conuenerit ┐. respon. & de cond. inde. si non sortem, §. si centum ☞. de rei vindi. si ex pecunia. & l. si quis sciens. §. planè. & l. si in area, nisi in casibus: vt ff. de hæred. petit. l. vlt. & ┐. arbit. tut. curator. & ☞. de rei vindic. si vt proponis. & ff. de impen. in res dot. fac. quod dicitur, fieri non potest in his quæ constant in pon-2 dere, numero vel mensura. secus de specie † ad speciem: quia non sic sunt eiusdem valoris: si verò ex vtraque parte debeatur, hoc in genere dici potest compensationem hinc inde non admitti ipso iure, arg. ff. si pars hæred. pet. l. 1. §. item si cum me. & de hæred. instit. qui non militabat. 1. respon. & de lega. 2. l. vnum ex familia. §. sed si vno. *Ex sui præst.* Idem in actione ad exhib. l. 2. §. idem. *Except. act. depo.* speciale est ergo 3 in actione depositi, ne † opponatur in ea compensatio. aliud in commodato. nec cõtradicit ☞. de commod. l. vlt. quia ibi loquitur in eo qui prætextu debiti volebat retinere commodatum. *Possessionem.* Immobilem vel mobilem cùm peruentum fuerit ad æstimationem, compensatio non datur, & ita † prædo non potest opponere compensationem. L. 14.

DE VSVRIS. TIT. XXXII.

1 *Qui allegat solemnitatem, debet eam probare.*
2 *Promissio est nomen generale.*

SI INTERROGATIONE *præcedente.* sed nónne sufficit si probet promissionem esse factam per testes, & dicat præ-1 cessisse interrogationem? & certè qui allegat † solemnitatem debet probare. vnde si aliquis se dicat à pupillo emisse, probare debet tutore auctore: vt ff. de Publicia. quæcunque. §. vlt. si ergo per testes probet promisisse, non præsumitur solemnitas, nisi pro-2 bauerit. est enim † generale promissio ad nudam promissionem & stipulationem: vt ff. de ædilic. edi. sciendum §. edictum. aliud si in instrumento contineatur de promissione. præsumuntur enim omnia solemniter acta: vt instit. de inutil. stip. si scriptum. & de fideiuss. §. vlt. L. 1.

Iure optimo, ciuili, quod corrigit quandoque ius præto. quandoq; non. non intellige optimum quantum ad salutem animæ:imò est pessimum bonum est, vt pacto nudo, melius, vt officio iudicis, vel dic optimo. i. vltimo, vltimum enim est scholaribus, & ius bonum, aliud melius, aliud optimum: vt ff. de vsucap. l. 1, & ͠s. de preca. exigendi.

L. 2. VSVRAS, &c. Sed vsura ista præstatur tanquam interesse. ex eo enim quòd fructus percepit, quasi mora sit tenetur ad vsuras tãquam ad interesse: vt ͡j. de act. empt. curabit. & ita non est vsura, quia præstatur tanquam interesse, non tanquam vsura, vel præstatur tanquam vtilitas, & ideo videretur licita, vt ͠s. quia emit bonam vineam ex illa pecunia, & fructus percepit. ob istam enim vtilitatem agitur ad vsuras tanquam ad interesse.

1 *Quæ incontinenti fiunt, inesse videntur, huiúsque regulæ fallentiæ.*

L. 3. QVAMVIS *vsu funebris pecunia.* Nomen pecuniæ strictè accipitur hic pro quantitate, non ad alia extenditur in quibus mutuũ contrahitur. aliàs aliter: vt notaui ͠s. de constit. pec. alioquin contrà esset, quia nudum pactum ibi valet: vt ͡j. eo. frumenti. & hoc si incontinenti fiat † nã videtur inesse: vt ff. si cer. pet. lecta. hic tamẽ licet, incontinẽti fiat, in fœnebri pecunia non valet: odio fœneratorum: sicut & alia specialia ͠s. si aduers. credit. l. 2. secus bon. fid. iudiciis. in quibus non solùm ex pacto incontinenti adhibito debentur vsuræ, sed ex mora: vt ͡j. de pactis int. emp. l. initio. & ff. eo. cùm quidam. §. ex locato. & eod. in bonæ fidei. & ͠s. de pact. in bonæ fidei. & ff. depositi. l. Publia. §. Lucius. & §. Titius. *Neq; vt indebita repet.* &c. Simile est de pact. iuris gentium §. sed cùm nulla.

1 *Vsura odiosa est.*
2 *Quando debentur vsuræ ex nudo pacto.*

L. 4. PER PROCVRATOREM. *Postea.* Scilicet ex interuallo. sic ff. de contrah. emp. l. pacta. si enim incontinenti apponere pactum, videretur repetitum prius, arg. ff. de verb. oblig. l. Titia §. vlt. & instit. ad leg. Aquil. §. penult. sed hic ex interuallo repromisit: & vsura † odiosa est vnde ex istis duobus non præsumit lex quòd in isto sit repetitum de retentione pignoris. si verò debitor soluere velit, poterit in quam causam velit, tam in sortem quàm in vsuras. aliud in creditore pignus distrahente. nam poterit compẽsare pretium in sortem & vsuras quas sibi seruauit per receptionem pignoris, *Non potest videri rat. pign. veten.* Assignatur contra. ͡j. etiam ob chirographar. pecu. sed intellige quod ibi dicit debitum de iure ciuili & naturali. hic autem debentur vsuræ † ex nudo pacto. vel dic quòd vsuræ odiosæ sunt: & ideo non retinetur pignus nisi hoc exprimatur aliud si propter vsuras non retineatur, vt ibi. *Instrumenta emittebantur.* Tenebantur pro maiori vsura. *Adiectionem.* Aliàs actionem.

L. 5. 1 *Præscriptio in odium vsurarum introducta.*

ADVERSVS. *Per certos annos.* Vt si per x. vel xx. annos minores præstitit: vt ff. eo. qui semisses. vel forte v. aut vj. annis sed videtur contra.

contra.ff.de pact.imperatores.sed quod ibi dicit non tenere, intellige expressim.tacite enim tenet: vt hîc dicit. vel hîc debitum non erat liquidum.arg.est pro prima solutione.j.authen.de sanctiss.episc.§. si vero.Item & aliud in authen.vt cùm de appel.cog.§.si verò liberi &propin.sed an is qui tacitè remisit,poterit exigere? Respon. videtur quòd non,propter contrarium sensum:vt ff.de publica.licitatio.§.earum.pro secunda est arg. s. de transact. præses. vel hic non ex toto amittit: sed 1 innuit quia non poterit petere maiores,sed minores.vnde talis † præscriptio in odium vsurarum inducta est etiam contra rem. *Quæ maiores.* Licitas tamen.

SI CREDITRICI. *Obtulisti.* Subaudi, & deposuisti:vt s.dixit & habes j.eo.acceptam si verò promisit minores & maiores, impeditur cursus vsurarum oblatione sola, non quæ iam cucurrerunt, sed aliarum:vt j.eod. si constat. multa enim facienda impediunt, quæ facta non dissoluuntur:vt ff.de his qui sui vel alie.patre furioso. L.6.

1 *Solo tempore non constituitur obligatio.*
2 *Vsuræ quando præsumuntur stipulatæ.*

CREDITOR. Assignatur contra.ff.eod.cùm de in rem verso. Sol. ibi præstiterat x.vel xx.annis,hîc autem paruo tempore:& ita nõ constituitur obligatio sicut ibi. sic soluunt quidã,sed Io.non ita: vnde 1 dixit quòd solo tempore † non constituitur obligatio. si ergo interuenerit solutio & longum tempus, ex his solis non constituitur obligatio,imò potius tollitur,secus si stipulatio datur interuenisse. si enim ta 2 lis causa prætendatur,& longo tempore soluit,præsumuntur† stipulatæ fuisse, vt ibi, secus si prætendatur nudum pactum interuenisse, & longo tempore soluerit: vt s. de pact.si certis. hic inter viuos. secus in vltima voluntate:vt j.de fideic.l.1.sed illud fauore alimentorum & vltimæ voluntatis. L. 7.

QVAMVIS *Bassa.* Aliàs Iassa.*Perseuerauit.* vt s.eo.aduersus. L.8.

SI PER TE NON STET. *Non exiguntur.* Impediuntur ergo maiores sola oblatione quæ nondum cœperant:sed non maiores quæ currere cœperunt. sic ne alias sufficit consignatio: vt s. eod. l.2.imò exigitur,quòd offerat,consignet,& deponat:vt j.eod.acceptam. *In vsuras.* Neque in sortem. L.9.

1 *Antichristus per plures annos regnabit.*

VSVRÆ Per tempora.i. per plures annos,vt in Daniele,Regnabit 1 Antichristus † per tempus & tempora, & dimidium tempus. i. per plures ann.s.duos.i.per annum & dimidium.i.per medietatem an. alioquin.si diceres per tẽpora.i.menses,falsum esset.& pone quòd debeam xx.quorum nomine vsuras solui per longum tempus,repetere vsuras,& si vltra duplum sortis præstitæ sunt,non possum,quæ quia sint vltra duplum, vel vltra legis modum, in capite anni dispiciendum est non habita cõsideratione ad solutionem plurium annorum. *Eam computatione n.* Id est sortem:vt j. eo.eos qui.§.super vsurarum. L 10.

FRVMENTI,&c.Patet per istam ex nudo pacto in frumẽto actiones præstandas.sic ff.de vsur.etiam & de nautico fœno.periculi, in fin. L.11.

1 *Sine oblatione pecuniæ, fructus computantur in sortem.*
2 *Aliquando qui prius liberatus est, fingitur non liberatus.*

L. 12. EX PRÆDIIS. *Post oblatam sibi iure pecu.* Sed quomodo est hoc, quia aut fuit conuentum de vsura, aut non. si non, ergo sine oblatione pecuniæ † fructus computantur in sortem: vt s. de pign. l. 1. si 1 fuit conuentum. ergo non sufficit sola oblatio ad inhibendas vsuras: vt j. eo. acceptam. & ff. de annu. leg. tutor qui pro pupillo. §. tutor. in fi. sed dic quòd non conuenit: & tunc subaudi maximè. si enim non oblata, nihilominus fructus computarentur in sortem. vel si conuenit, aut nudo pacto, aut per stipulationem. si ponas nudo pacto, tunc sola oblatio sufficit ad inhibendum cursum vsurarum: & ita quod postea percipitur, conuertitur in sortem, vt dicit. aliud in stipulatione, vt in l. acceptam. vel si ponas per stipulationem, & ita consignatam & depositã pecuniam: ergò ipso iure est liberatus: vt j. de solutio. l. obsignationem non ergo potest debitum exonerari postea propter fructus vindicatos, quòd consignatã pecuniã postea in vsus suos conuertit, sicq; fingitur † non liberatus, qui prius liberatus est. vel dic oblationem interuenire, quæ sufficit ad inhibendum cursum vsurarum, non quæ iam cucurrerunt in præteritum: vt s. eod. si constat. vt notaui s. eod. si creditrici. vnde quod postea percipitur, exonerat debitum si fructus qui ex conuentione, loco vsurarum percipiebantur. 2

1 *Officium iudicis, operatur stipulationem.*
2 *In bo. fidei iudiciis, sortis & vsur. actio eadem.*

L. 13. IN BONÆ FIDEI. *Vsurarum rationẽ.* Officio iudicis, quod tantum valet in bonæ † fidei iudiciis, quantum stipulatio eius rei nomine 1 facta: vt ff. de neg. gest. quia tantundẽ. *Finita retractanda non sunt.* Quia in bonæ fidei iudiciis non est alia † actio sortis & vsurarum, imò vna 2 & eadem: vt j. depo. l. iiij.

L. 14. SI EA PACTIONE. *Vt vice vsurarum.* Secus si locasset, & pensiones maiores licitis vsuris percepisset. tunc autem in fraudem legitimè videtur factum.

1 *Pœna quando in fraud. vsur. adiecta præsumatur.*
2 *Qualitas personarum quando præsumptionem inducit.*

L. 15. CVM ALLEGAS. *Iuris forma non patitur.* Hoc intelligunt quidã doctores inspecta qualitate personæ, consueuerit s. fœnerare, an nò in primo casu videtur in fraudem legitimarũ vsurarum adiectum. in secundo pœna peteretur, sed domino meo visum est sine distinctione quòd leges præsumpserunt † pœnam adiectam in fraudem vsurarũ 1 in sumpta quantitate, sicut dicitur in venditione: vt ff. de actio. empt. Iulianus, inter eum. § ibidem Iulianus. si ergo ita est in venditione pœna adiecta prætextidem debet esse in locatione & in aliis, nisi pœna adiiciatur speciei vel facto: vt s. de transac. promissis. de act. emp. Lucius, alij inducunt pro se ff. qui semisses in vlt. §. sed ibi loquitur de eo qui agit ad pecuniam: nec imputare potest alij qui depositam habet pecuniam, quòd non fœnerauerit, si idem consueuit facere ipse. at hic loquitur

quitur quando erat stipulatus pœnam simpliciter pro quantitate. vna
2 de distinctione † qualitatis personæ posuit lex in fraudem vsurarum adiectarum.

CVM NON FRVMENTVM. *Competenti vti defensione.* Idem excogitant tota die fœneratores: quia.s.dant mahanutinas secundùm quòd modo valent pone xiij.sol. & paciscuntur vt hinc ad duos menses reddantur pro x.sub pœna.si enim istud excedit modum legitimum,non valet. L.16.

SI EA. LEGE. *Rescindi placita.* Hoc autem intelligebat Io. quomodo dubitari poterat probabiliter vtrum tantum percipitur, an minus:quia consueuit quandoque tantùm,quandoque minus accipi certum,si indubitabile videretur communi opinione, etiam si aliter posset contingere. *Rescindi placita non possunt.* Sicut enim detrimentum pateretur creditor si contigerit,ita & incrementum debet ferre. L.17.

INDEBITAS. *Si ante sor.solu.non fue.* Nam si ante solutam sortem solutæ fuissent,minuerent sortem: & hoc si nullo iure essent debitæ: secus si naturaliter tantùm:vt s.eod.l. quamuis vsuræ. *Exclusa vet.iur.* &c. Quia non distinguitur soluta ante vel post: vel vtrum pignus pro eis sit obligatum.an non. L.18.

1 *Particularis obligatio quando procedit.*
2 *Immobilia non recipiunt consignationem.*
3 *Oblatio quando parit liberationem.*
4 *Oblatio & consignatio simul quando requiritur.*
5 *Oblatio facta in iudicio sufficit ad pignoratitiam.*
6 *Seruiana & quasi Seruiana quibus datur.*

ACCEPTAM. Aliàs sequitur debitor,&c *Mutuo.* Non est vis facienda in eo quod dicit de mutuo. idem enim et si non esset mutua,sed alio quocunque modo accepta. *Cum vsuris.* Ideo dicit, quia solùm vsuras,vel sortem solam non possit offerre vel partē alteri vtriusque istorum,imò totum oportet:vt ff.eod.tutor,§.Lucius.& j.de solut. l.obsignatione.nisi in tribus casibus.cùm ita conuenit, cùm non est liquidum debitum,& pro libertate.in his enim licet † particulariter of-
1 ferre:vt ff.eo.tutor.§.Lucius.& de statuliberis.cùm heres. §. pen. & si cert.pet. quidam existimauerunt. Post testationem. primò enim testatur coram testibus se paratum soluere vicinos, dicens quòd vult soluere suo creditori. & ita dicitur testamento verba illa quæ facta sunt coram testibus.vt j.de proba.instrumenta. *Consignatam.* Debet enim,si potest, consignare. & hoc bene potest, in pecunia.s.& in mobilibus.
2 aliud si debeo prædium, immobilia enim † non recipiunt consignationem:vt probatur per sensum contra.authen.de do.ante nup. dos data. Præterea non est intelligendum de omni re mobili. quid enim si equum vel seruum debeam? hæc non consueuerunt consignari, sed offerri refert.ergo dicit consignatam ad mobilia,quæ s.consignari consueuerunt. si dicat quis, quod ergo remedium erit in aliis? Resp. quia potuerunt offerri.& licet non fiat cōsignatio.si quidem obtulit in spe-
3 cie,licet postea res perierit,liberatur † ipso iure.si verò in genere, per exceptionem: vt ff.de solution. qui x.& ita tantum facit subsequens L.19.

periculum in rebus quæ tantum possunt offerri quantum in eo quod etiam potest consignari. *Vt cursus vsurarum* &c. Siue debeatur stipulatione, siue iudicis officio. licet quidam in debitis officio iudicis dixerunt sufficere solam oblationem. nos idem exigimus in vtroque s. consignationem & † oblationem: vt s. eo. l. 2. & notaui s. eod. ex prædio. 4 ergo oportet offerri & consignari. si verò promissi minores vsuras, & nõ soluero ad talem diem maiores, oblatio sola tollit cursum futuratũ vsurarum, neque iam cucurrerunt: vt s. eod. si per te non stat. & notaui in l. illa, si creditrici. *In hoc autem casu pub. intel.* &c. Bene dicit in hoc casu. aliàs enim non appellatur Publicum sacra domus, vt instit. de rer. diuis. & aliter sumitur ff. ne quid in loc. pub. l. 2 §. publici appell. *Quo subsecuto.* i. sic facta obligatione, cõsignatione & depositione, periculo debitor liberabitur. quòd si non omnia ista interuenerunt, sed sola oblatio, si species offeratur, non liberatur ipso iure sola oblatione: vt s. dixi. si vero pecunia non sufficit, imo oportet alia interuenire, nisi quando debet præstari in aduentum conditionis libertatis causa: vt j. de condi. inser. l. vlt. & alius est casus. j. de suscept. & arcariis. l. 1. lib. x. & ius pignorum tollitur. Sed quantum ad hypothecariam non videtur quòd omnia præcedentia sint necessaria, imo sufficit si paratus est soluere: vt ff. quib mod. pig. sol. item liberatur §. 1. sed & oblatio † sola facta in 5 iudicio sufficit ad pignoratitiam: vt ff. de pignor. act. si rem alienã. §. vlt. quantum autem ad principalem actionem vel cursum vsurarũ inhibẽdum oportet consignare & offerre. *Cum Seruiana.* Seruiana datur domino pro rebus coloni. quasi Seruiana creditori pro † pignore obligato: vt inst. de act. §. Seruiana glossa ergo Seruiana. i. quasi Seruiana. *Declarat.* i. manifestè declaratur per ea quę dicũtur de actione illa. *Actione vtili.* Sed videtur quòd detur directa. cùm enim depositum sit nomine 6 ipsius officio iudicis, & ipse etiam ratum habeat, videtur adquisitum dominium vt notaui j. de acquir. poss. l. 1. & si ita, habebit directam, & non vtilem. quare ergo dicit hic de vtili? Resp. quia verum est quod dixi, sicut dixi. sed si nomine ipsius deposita sit, & ipse ratum habeat. Sed si ponatur in æde sacra, aut in altari, & non apud hominem qui recipiat nomine ipsius. non acquiritur ei dominium directum, sed vtile. vel dic quòd ipse non deposuit vel contradixit, sed alius datur: ergo ei vtilis actio depositi vel vtilis rei vindica. licet non habeat directum dominum sed vtile tanquam per publicam personam sibi acquisitum: vt ff. tem pupilli. non quasi. & not. j. quando tut. mulier. off. auth. matri & auiæ. & s. de lit. cout. offeratur autem. facta tali depositione & consignatione. voluerunt quidam dicere quòd debitor liberatur per exceptionem, nõ ipso iure, & hac ratione, quia si ad eũ perueniat res postea, durat vetus actio. vnde si ipso iure liberatur, fingitur tamen non liberari, quia non durat cùm res postea ad eum peruenerit: vt ff. de in rem verso. si pro patre. §. versum. sed qualiter liberatur, cùm alij non acquiratur dominium? quidam dixerunt quòd benè potest: & posuerunt simile exemplum in muliere quæ dat dotẽ inæstimatam. liberatur enim mulier pro dote promissa, non tamen maritus fit dominus. sed tamen hoc exemplum nobis non placet quia dicimus marito acquiri dominiũ de iure ciuili & naturali: vt notaui de iure dot. in rebus. potest ergo

poni

poni exemplum secundùm omnes cùm nomen est legatum alicui, & heres cedit actionem legatario. nam & si miles velit transferre actionem & obligationem in legatarium, non potest: quia adeo huiusmodi incorporalia hominis inhærēt ossibus, vt sic nunquā separari possint: & tamen quod quis potest faciendo liberatur: vt ff. de peculio, quis ergo. j. de lega. ex legato. vel potest poni cùm creditor debitori mandauit vt Titio solueret: & postea ignorante debitore reuocato mandato debitor soluit, Titio bona fide percipienti, vt ad dominum perferret. hîc quidem non est pecunia facta creditoris, cùm per falsum procuratorem dominium sibi non fuerit quæsitum. B. tamen dixit quasi dominium, licet non verus fuerit procurator: vt ff. de solut. cum quis. §. 1. & tamen liberatur, vt hîc, non per exceptionem: vt alij dixerunt, sed ipso iure, vt dicit l. 1. de solut. obsignatione. nec obstat. ff. eod. debitor, quasi non accipiat liberatur. si accipiat, tenetur vt prius. Satis ergo vidistis de effectu oblationis & consignationis, de sola oblatione quæ tollit hypothecariam, & etiam inducit pignoraticiam, & alios habet effectus, vt s. notaui, & continetur in summa super l. istam circa finem. *Vel ipsas compet. pecunias.* Id est contra possidentem pecunias ipsas.

CONSTITVTIONIBVS. Planum est quod hîc dicitur. L. 20.

SI VSVRAS. *Non designasti.* Quod erat in potestate tua, vt j. de solut. l. 1. & ff. de solut. l. Paulus. §. 1. assignatur contra. ff. de solut. l. 1. & 2. Potest dici grauius esset debitum vsurarum: quia soluimus grauius quod ad nos non peruenit. sors autem dici potest grauior ideo quia parit vsuras: vsura non. sed hîc debitum erat pro vno principali, & alia accessoria. Item contra c. l. eiusdem tit. in his. sed dic quòd illud de vsuris nudo pacto debitis, pro quibus pignus non erat obligatum loquitur. hîc autem erat, vel hîc debitæ erant per stipulationem. *In vsuras.* In quas pignus obligasti. L. 21.

PIGNORIBVS. *Constituto.* Lege ista. hoc iure constituto vetū est. *Pœnam.* Quæ sine stipulatione deberi non potest. *Conuenisse proponas.* Nec conuenit vt pignora pro eo teneantur. *Quidquam amplius.* Scilicet sorte L. 22.

1 *Centesima vsura, quando præstatur.*
2 *Siliqua, quid remissiuè.*

OLEO, &c. Si dedero mutuo x. cados olei, vsuras eorum stipulari in eadem materia, & quidem vsque ad duplum in hoc casu: & hoc ad similitudinem traiecticiæ pecuniæ creditoris periculo mutuo datæ, vbi 1 † centesima præstatur vsura. nam & hoc periculum futuri pretij meum est. poterit enim esse quòd tempore solutionis olei nō valebit oleum nisi valde modicum, cùm modò sit pretiosum. Habes authen. vel legi posse s. eod. cùm frumentum Qui fructus aridos. *Siliquam.* Qui 2 sit † siliqua, notaui. s. de episcopis & cler. authen. sed hodie. & quidam intellexerunt quòd loquatur specialiter in rusticis authen. ista propter rubricam. sed dominus meus dicit locum habere in omnibus. & licèt de rusticis in rubrica contineatur, tamen in textu videtur se & ad alios extendere: sicut j. etiam ob chirographa. pecuniā, L. 23.

intitulatur tantùm de chirographaria pecunia pro qua pignus retineri possit: in textu tamen dicit quòd etsi non chirographum redigatur, possit retineri.

L.24. Si mater. Planum est quod hîc continetur.

L.25. Pro auro et argento. Vbi verò aurum & argentum legatum est, distinguitur: vt ff. eo. in fideicomm. §. vlt. *Et veste.* æstimabis cùm dantur in specie.

1 *Sublato principali tollitur accessorium.*
2 *Centesima, quid.*
3 *Traiecticia vsura.*

L.26. Eos qui principali. *Siue principali siue hypothecaria ceciderunt,* Cùm quis cecidit à personali actione aut per sententiam vel solutionem, aut per præscriptionem. Iterum aut vsura debetur per stipulationem, aut per iudicis officium. si per officium iudicis, quocunque modo sublata sit principalis, & accessoria † tollitur: vt infrà tit. 1. l. 1 4. depo. sed si personaliter debeatur. si principalis est † sublata per con- 2 demnationem aut solutionem, agitur postea pro vsuris: vt ff. de eo quod certo loco l. certum. Iuuatur ergo l. ista per regulam iuris quæ dicit, Cùm principalis actio est sublata, tollitur & accessoria, & videtur reprobari per l. istam opinio domini M. vt not. j. de præscrip. xxx. ann. cùm notissimi. §. pen. *Generalem sanctionem.* Non solùm singula exponere. *Vltra tertiam partem.* Id est, quatuor, si sors sit xij. si autem esset xx. nomine sortis sume tertiam partem xx. & illa dicetur triens vsura. *Centesimæ.* Centesimum appellat perfectum numerum † sortis. i. xij. si 3 autem essent xx. sol. præstarent in anno vj. sol. & ix. denarios de libra. *Ergastorius.* Ab erga quod est opera, & storium quod est statio. *In traiecticiis.* Traiecticiæ sunt, quæ † periculo meo nauigantur. *Citra stipulationem.* Vt s. eod. frumenti. & ff. eod. l. etiam. *Nullam penitus de superflua.* nisi in casu: vt s. eo. l. si ea pactione. Alios medios subiiciunt, & ita fit fraus de persona ad personam: vt not. s. de legi. non dubium. 4

L.27. De vsuris. Planum est quod hîc dicitur.

L.28. Vt nullo. Planum est quòd hîc dicitur.

DE NAVTICO FOENORE.

Tit. xxx.

L.1. Traiecticiam. *Manifestum est.* Cùm enim peruenit, communis præstatur: vt s. eos. qui. an. maior.

L.2. Cum dicas. *In sacra vrbe.* Ierusalem, vel Roma.

L.3. Cum proponas. *Illyricis.* atramento regali, & vestibus regalibus. *Auaritia.* Cupidus: sed egit: quia se ex mercibus prohibitis multa lucraturum putabat.

L.4. Traiecticiæ. Planum est quod hic continetur.

DE

DE DEPOSITIS.

TIT. XXXIIII.

1 *Latrocinium est casus fortuitus.*
2 *Lata culpa & dolus æquiparantur.*
3 *Contractus ex conuentione, legem accipiunt.*
4 *Quæ fortuitis casibus accidunt, non præstantur.*

SI INCVRSV. *Vel alio fortuito casu.* Nota quòd dicit, latrocinium esse casum † fortuitum. sic & instit. qui mo. re contra. obligat. §. item cui furtum. tamen non est casus fortuitus. primùm enim violentia fit. & incursu hostium. sicut incendium & alij fortuiti casus: & ideo aduersus latrocinium non prodest custodia. secus in furto, cùm de nocte & latenter fiat, potest enim fieri vel siue: vt ff. pro socio: cum duobus. §. damna. & de furtis. §. eum qui. §. idem scribit. *Apud interfectum.* Et proprium nomen est. vel dicas quòd vere esset interfectus: vt infrà patet. *Dolum solum.* Non excludit latam culpam, sed casum fortuitum. & videretur cōtra. ei quod dicit dolum & latam culpam. ff. eod. l. 1. & in alijs legibus in titu. illo positis, vbi fit mentio de dolo, & non de lata culpa. sed lata † culpa & dolus idem est, vt ff. eod. quod Nerua. vnde non differt verum dicatur de dolo solo, an de dolo & lata culpa. *Si non aliud specialiter conue.* Vel si non interueniat specialis causa. si enim conuenit in contrarium, non tenetur, quia contractus ex † conuentione legem accipiunt. vt ff. eod. l. 1 §. si conuenit. vel vt dixi, si specialis causa interueniat: vt quia obtulit se deposito: vt ff. eod. l. 1. §. sæpe euenit. *Non pertinet.* Quia quæ fortuitis casibus accidunt, nullo bonæ fidei iudicio † præstantur: vt s. de pignorat. act. quæ fortuitis. *Qui in potestate hereditatis.* Et ita videtur quòd verè fuit interfectus. *Tam depositi.* Pro deposito ergo datur actio depositi, & etiam rei vindicatio, si probauerit se dominum, vel etiam si non probauerit se dominum vv. quia non licet depositario referre quomodo est: & de dominio, vt s. notaui de pig. act. ne creditores. nec præscribit, vt notau- j. de præscrip. xxx. annorum. malè agitur cùm non sibi possideat, sed alteri. si dolo desiit possidere, tenetur rei vindic. & ad exhibendum. vel si decessit, tenetur eius heres in quantum locupletior factus est: vt ff. de rei vindica. cùm autem.

L. 1.

1 (margin: 1) · 2 (margin: 2) · 3 (margin: 3) · 4 (margin: 4)

Sic in veteri libro reperimus.

1 *Nomine specierum non datur vsura.*
2 *In bo. fid. iudicijs ex mora præstantur vsuræ.*

VSVRÆ IN DEPOSITI ACTIONE. Intellige si deponatur res quæ constat in pondere numero vel mensura. is enim ex mora venit vsura: vt equum deposui, vel simile: quia non datur vsura † nomine specierum, nisi in casibus: vt ff. de vsur. in fideicommissis. §. vlt. & l. cùm quidam. § vlt. non solùm autem ex mora venit vsura, sed etiam ex ratione pacti: vt ff. eo. Lucius. vel si conuertit in vsus suos: vt ff. de pign. act. si autem. & lege præcedenti. *Sicut in cæteris bonæ fidei.* In

L. 2.

bonæ fidei enim iudiciis generale est quòd ex mora † præstentur vsuræ:vt ff.eod.mora in bonæ fidei. 2

L.3. SI DEPOSITI. Inuito domino.aliud si me concedente: vt si conuenit quòd tantundem in eodem genere reddatur,non idem.tunc enim nō teneretur furti,nec præstaretur vsura citra stipulationē, quia excedit notissimos terminos depositi. transit enim in creditum : vt ff. eod.Lucius.si verò non permisit ei nominatim,distingue,quia aut deposui rem clausam & consignatam,aut non.si clausam, non est verisimile quod noluerit depositarium ea re vti.vnde si vtatur,tenetur furti. si verò non assignauit,verisimile est quòd noluerit,arg.ff.eo. die sponsalitiorum,& in summa in princ.

1 *Regulare est neminem sine actione agere posse.*
2 *Principali sublato,tollitur & accessorium.*

L.4. SI DEPOSITA. Repetit quod supra dictum est, vt aliud addat. *Vltra non potes propter vsu.experiri.* Arg.eius quod dicitur de reprobata compensatione.ff.de neg.gest.sin autem his fuit.§. vlt. si verò eodem die velit supplere de vsuris,potest:vt ff.de re iu.Paulus.si non eodem die suppleat,non agei decreto ad vsuras, cùm sublata sit actio. & regulare est quòd † nemo sine actione experiri potest : vt ff. de admi- 1 nist.tuto.quotiens.& de edendo l.1.si dicas, nónne licet implorare iudicis officium?non,quia illud habet deseruite actioni tanquam dominæ suæ.& cùm dominā non habet locum,nec seruiens habebit locum: principali † enim sublato tollitur & accessorium, arg.j.de his qui à nō 2 do.manumit: l. vlt. & notaui s.de vsur. eos qui. scitis tamen quòd plerunque licet implorare iudicis officium,licet nulla competit actio, vt in integrum restitutione,in alimentis & aliis multis: vt diligenter notatur in summa instit. de offic. iud. *Iterata actio.* Id est si iterum actio prima proponatur,repellitur exceptione rei iudic. Præterea in eodem tit. videtur contradicere l. euidenter. Respond. verum esse quòd exceptio rei iudic.datur absoluto & non condemnato.s.ratione condēnationis,alia tamen ratione potest,videlicet quia soluit, vel satisfecit. tunc enim debet facere in persona absoluti absolutio, quātum in persona condemnati condemnatio & satisfactio: vt probatur ff. de except.rei iudic.siquis totum.§.planè.Vel dic quòd non habet exceptionem in eo quòd est condemnatus.sed non est condemnatus in vsuris, imò absolutus:& ita habet in eo exceptionem. & sic dicemus j. si plures vna sententia l.j.& ij.

L.5. PROPTER INSTRVMENTA. Quibus fortè continebatur de conductione. *Sequestrem.* sequester est ille apud quem deponunt plures certa conditione:vt ff.eo propriè.

L.6. IS PENES. *Transactione.*i.instrumenta transactionum. aliàs transactionis. *Legem.* Nisi sit improbata.

L.7. DESIDERIVM. *Non congruit.* Sic contingit in multis. *Quo.*s. instrumento.sic enim fortè continebatur in instrumento, ego do pecuniam mutuo,quam apud me deposuit Titius.

L.8. SI IS QVI DEPO. Planum est quod hîc dicitur.

CVM HEREDITAS, &c. Generale est, quòd hereditas personam domini sustinet. fallit tamen ff. de acquir. rer. dom. hereditas in multis. L. 9

QVI DEPOSITVM. *Suo nomine conuen. & condem.* Secus si alieno: vt ff. de his qui not. infa. furti. L. 10.

1 *Contra tit. possid. non datur petit. hered.*
2 *Titulus, multas habet significationes.*
3 *Commodatum retineri potest propter impensas.*
4 *Periculum rei quando ad possess. spectat.*

SI QVIS VEL PECVN. *Titulum.* Aliàs ponitur tit. pro causa qua dominium vel possessio transfertur, siue de vsucapione quæramus, 1 vel de Publiciana pec. vel petit. hæreditatis † quæ non datur contra tit. possidentem: vt ⅉ. in quibus cau. ces. long. temp. præsc. hæreditatem. sed hîc est tit. detentationis, non dominij vel possessionis: & ideo non impediret petitionem hæreditatis: vt ff. de hęred. pet. & non tantùm. 2 multas enim habet significationes † titulus: vt notaui s. de pet. hæred. l. cogi. *Restituantur.* P. dixit, nisi propter impensas retineat: vt ff. de acquir. poss. si quis rem. & de furtis, si is qui. & ff. commo. in rebus. §. vlt. sed Io. contra, vt hic dicit. nec obstant ll. illæ, quia loquuntur in com- 3 modato. † quod retineri potest propter impensas, non autem depositum: vt hic dicit *Cautela idonea.* Hoc est fideiussore: vt ff. ma. l. pen. §. vlt. & dixerunt quidam quòd cautio ista ex abundanti interponitur: quia ille qui denuntiauit, nullam de iure contra eum potest habere actionem. P. cùm non fuerit hic lis contestata, non videtur danda cautio: arg. ff. si cui plus quàm per leg Falc. hæc autem 1. respond. ibi enim ita dicit in cautione quæ præstatur hæredi à legatario. Responde primò, quia illa cautio bene potest committi, & agi potest contra eum, licèt iniustè. oportet enim me probare de restitutione: & potest esse quòd non habeam testes. & ita in primo casu expedit cautio de defendendo ad probationem, in secundo ad expensas. Item videtur de iure cõmuni quòd debeat teneri: vt ff. de edendo. l. quædam. §. his autem. sed hîc loquitur quando restituit ei à quo causam habuit detinẽti: & ideo non est in culpa. Secundò responde, quia fortè speciale est in depositario qui recipit gratia deponentis tantùm, vt ei caueatur etiam ante litis contest. Vel meliùs vt ibi, dic litem tantùm, post lit. contest. imò post controuersiam. sed controuersia etiam facta ante litem caueatur: vt in eodem tit. si cui plus quàm per legem Fal. l. 3. §. si legatarius. hodie autem huius cautionis seu defensionis quàm cum fideiussore interponimus, præstatur immunitas: vt ⅉ. auth. de depo. & denuntia. in fi. §. & ne quis alius. *Quantocyùs*, id est citò. Habes hîc authen. SED IAM *cautum est*, ne quis extrinsecus. ex hoc videtur corrigi quod est ff. de rei vindic. officium. eo. bona fides. quare quidam dicunt extrinsecùs scilicet præter dominum rei, vel eum qui ius habet in re. sed Io. dicit non corrigi. nam hic loquitur de denuntiatione quæ fit simplici verbo dicendo, noli restituere nisi lit. contest. sed si proponat rei vindic. & probet suam intentionem, præfertur depositario qui erat fur. & ita potest habere depositi restitutionem. magis enim petit rei suæ traditionem, quàm interdicat restitutionem. *Qua subsecuta*, id est, facta priùs resti-

tutione. *Damnum quodcunque.* Nota quod dicit de damno fortuiti casus, quia sc. quis tenetur præstare per interdictum. multo ergo magis depositarius post mortem, arg. ff. de leg. 1. cùm res. §. vlt. & ff. eo. si in Asia. & l. si plures. §. siue. quidam tamen dixerunt quòd non tenetur si res erat eodem modo peritura penes deponentem. alioquin contra, & hoc per ll. prædictas, si in Asia, & l. si plures. sed leges illę loquuntur, quando habebat iustam †causam detinendi: tunc enim non tenetur si res naturaliter intereat. alioquin teneretur sicut quilibet existens in mora, vt s. dixi. *Vel publica pers. pa.* &c. i. magistratui: vt instit. de Atilia. tuto §. penult. ne soluat alicui præbendam quam ex principio debet habere. 4

L. 11. SVPERVACVAM, &c. *Vel confecti.* Vt scyphum vel scutellam. assignatur huic l. contra. ff. familiæ ercisc. hæredes. §. idem scribit. & l. item Labeo. Sol. hîc alteri poterat imputari culpa, ibi non, licèt in ponenda quæstione hic ponat de culpabili & nō culpabili. in responsione est aliter. & videtur idem quod hîc dicit in sociis: vt ff. de neg. gest. si ex duobus. sed contra est, vt ff. pro socio. §. si Titius. & l. verum est. *Ne industria pœnas,* &c. Sic j. de allu. & palu. l. vlt. §. si mulier.

MANDATI VEL CONTRA.

TIT. XXXV.

1. *Vsuræ quando veniunt ex officio iudicis.*
2. *Salarium incertum peti non potest.*

L. 1. ADVERSVS. *Mandati actione.* Quia mandatum interuenit: alioquin ageretur neg. gestor. vt instit. de oblig. quæ ex qua. contra. 1. *Et vsuris.* Ex mora sc. inductis: vel quia procurator ille erat, & homo qui consueuit fœnerare: vel extorserat illam pecuniam à debitore qui dabat pro ea vsuras: vt ff. eod. si verò non remunerandi. si verò extorserat à debitore suo, poterit agere pro vsuris ex mora: vt dixi. vel etiam si pactum interuenerit: sed nec videtur quòd actione mandati agat pro sorte & vsuris, nisi pro mandatore vsuras soluerit. in eo enim quod non interuenit mandatum, nō videtur quòd agi possit actione mandati. sed dic quòd agendo mandati contraria pro sorte, cùm istud iudicium sit bonæ fidei venit vsura †per iudicis officium: vt s. de vsur. in bonæ fidei. non enim alia est sortis actio, & vsurarum: vt s. depo. l. 4. *De salario,* &c. Salarium promissum sit solemniter, scilicet stipulatione, & est certum, peti poterit condictione. si verò non est †certum, non potest peti: vt j. eod. salarium. Si verò certum est, sed non solemniter promissum, agi non poterit: sed cognitio extraordinaria à præside præbebitur. Distingue tamen quando pactum est de salario, quia si incontinenti post mandatum pactum interuenit, videtur inesse: & ita pro salario videtur agi actione mandati, si ex interuallo, & solemnis fuit pactio, ex ea agetur. si nō solemnis, imploratur iudicis officium, si certum erat: si incertum, aliud: vt s. dixi. si non fuerit conuentum, non agit ad salarium, licèt in aduocato pro modo litis & aduocati facundia debeat constitui: vt ff. de variis & extraord. 1 2

traord.cog.l.1.§.in honorariis,aliud in procuratoribus,qui non constituitur à iudice,nisi fiat conuentio,vt dictum est.nec intellige quod accesserit animo remunerandi,vel petierit pacisci sibi de certa pecunia. sed dominus si gereret negotia sua, tanquam amico promisit maria & montes.alioquin non ageret mandati,sed locati. contraria enim eius officio merces:vt ff.eo. l.1.in fi. sed hîc causa mercedis, non tanquam mercenarius sumpserit officium.

1 *Actio mandati, quando competit.*
2 *Mota personali, interrumpitur hypothecaria.*

CVM EX *causa exsoluiss. proponas.* Oportet ergo quòd exsoluatur pecunia.si enim solum fideiussit,nec exsoluta esset pecunia, non haberet actionem mandati,esset condemnatus, vel stetisset in obligatione:vt not. j. eo.si pro ea.nec tamen semper sequitur, quod si fideiussit & soluit,quod habeat mādati actionem.quid enim si absens fuit ille pro quo fideiussit?datur actio neg gest.non mandati,cùm non mādauerit:vt ff.eo.ex mandato.§.1.si autem pro præsente & non † contradicente vel mandante,locum habet quod hic dicit. *Pignora.*sed cuius. ℧.fuerit. ℧ pignora.si rei principalis,nō videtur quòd locum habeat actio mandati:quia à reo principali fuerunt obligata:& ideo non posset persequi illa pignora,nisi cessa sibi actione à creditore : vt j. de fideiussoribus.l.2. & ff.de distract. pig. l. 2. sed dic quòd consecutio illa pignoris non fiet per actionem mandati,quasi ipsa non cesso sibi iure pignoris,pro pignoribus intenteur. sed illa intentata personaliter interrumpitur alia,& sic causatiuè per actionem mandari consequitur pignora:quia acquirit sibi exceptionem in hypothecaria cùm personali mota † hypothecaria interrumpatur : vt j. de annali except. l.vlt. vel melius dic quòd iste obligauit sua pignora mandato rei principalis.vnde soluta pecunia à patre suo eam consequitur,& etiam pignora actione mandati.

L.2.

Sic in vet. libro repe- rimus.

1 *Nulla ciuilis obligatio, inter pat. & fil. contrahitur.*
2 *Donatio semel perfecta, renocari non potest.*

SI PATER. *Sui iuris constituto.* Ideo dicit, quia si esset in potestate patris,non posset ei mandare,cùm nulla ciuilis obligatio contrahatur † inter patrem & filium:vt instit.de inutil.stipul. Præterea quod dicit mandauit,est intelligendum cum distinctione. si enim constituit ipsum simplicem procuratorem,potest reuocare mandatū ante lit.cont. vt ff.de procur.ante litem contestatam.si non constituit simplicem, ed in rem suam:quia donauit ei vel vendidit actionem:& nunquid reuocare poterit?videtur quòd non:quia donatio † semel perfecta reuocari non potest:vt s.de condict.ob causam.si repetendi. & instit.de donat. & j. de reuoc.don.l.1.& 2.s de actio.& oblig.sicut in initio. sed potest intelligi in eo quod non est simplex. & quod dicit de venditione , verum est in illa venditione quam facio , & sum personaliter obligatus. tunc enim non possum reuocare,cùm omne ius transtulerim quod habeo. sed vbi cedo actionem , possum conuenire debitorem re integra,quòd talis est res quæ non ita de facili potest separari ab homine,

L.3.

imò inseparabiliter inhæret ossibus: & ideo possum reuocare ante lit. contest: vt ĵ. de noua. l. iij.

1 *Sententia lata contra procurat. mandatur executioni contra dominum.*
2 *Voluptuariæ expensæ.*

L. 4. ETIAM SI *contrariam sententiam reportauerunt.* Videtur ergo per l. istam quod si aliquis constituit procuratorem in causa, quòd contra dominum feratur sententia, non contra procuratorem. sed contradicere videtur l. ĵ de sentent. & interlo. l j. at hic secundùm M. loquitur quando in principio non interuenit procurator, sed dominus: Post autẽ datus fuit in exercenda causa appellationis. vel dic quod licet sit procurator condemnatus, idem ac si dominus condemnaretur: quia † contra eum mandatur sententia executioni: vt ff. de procura. Plautius, & de re iudi. l. iiij. *Nihil culpa sua.* intellige de omni: vt ĵ eo. à procuratore, & ideo dicit, quia si aliquid pro culpa sua factum esset, non haberet inde aliquod emolumẽtum: vt ff. de neg. gest. siue hereditaria. & ff. de lega. j si modo. & in præcedente l. domos hereditarias. *Probabili ratione.* si enim expendit xxx. & potuit expendere xx. non aget. & idẽ est in eo qui facit † voluptuarias expensas vt ff. eo. idémque in fundo. §. idem ait. & hoc cùm aliquis gessit cum mandato. quid si sine mandato, & victus est? non aget, quia non videtur vtiliter gestum negotium: vt ff. iudica. solui. iam tamen §. in hac stipulatione. si ipse vicit, bene aget ad expensas.

L. 5. SI MARITVS. *Si mandasse te.* Patet ergo quòd mandatum fuit ei, & ipse recepit mandatum. si enim non recepisset. ad quid teneretur? & hoc est quod dicit, sic mandasse te, & sic peti potest bonorũ possessio per procuratorem. sed & sic mãdatum non interueniat, petitur per alium, me tamen ratum habente: vt ff. de bon. pos. l. iij. §. acquirere, & rem ra. hab. l. pen. secus in adeunda hereditate, quia non fit per procuratorem: vt ff. de acq. hered. Paulus. sed vbi habeo filium vel seruum, & instituuntur heredes, debet præcedere iussum meum: vt ff. de acq. hered. siquis in bo. fi. §. iussum.

1 *Patientia habetur pro mandato.*
2 *Duplex est mandatum, tacitum, & expressum.*

L. 6. SI FIDEIVSSOR. *Patiente.* Patientia enim habetur pro mandato. vnde † dici potest, quòd mandatum aliud tacitum, aliud expressum. de expresso non est dubium. tacitum est † vt hic dicit idem, quando me præsente & non contradicente mandauit aliquis vt mihi credatur. vt ff. eo qui patitur.

L. 7. SI LITERAS. *Mandati actio tibi competit.* ideo habet locum actio mand. contra dominum, quia dominus ad me direxit mandatum, aliud si procuratori, sic, vade & accipe mutuam pecuniam. tunc enim tenetur institoria: vt s. de institο. si mutuam. & notaui hanc distinctionem ĵ. si cert. pet. eum qui mutuam. si volui obligare cùm dedi, eũ qui destinauit, non tenetur, procurator. si procuratorem. & non dominum, nihilominus tenetur qui mandauit, si pecunia versa est in vtilitatem

tatem ipsius, vel si certum est eum mandasse, ex hoc habet actionem mandati institoriam, secundùm quod dictum est.

SI TIBI IN REM *suam*. Domini. si peculij, similiter habet locum actio mandati. & ita quoad actionem istam non distinguitur in re peculiari vel dominica, aliud cùm agitur de in rem verso. illa enim actione agitur, cùm versum est in rem domini, non peculiarem. *Ipso praecipiente pignora.* Si non praecepit de piguore, sed iussit pecuniam dari: si post dedit pignora, non valet obligatio pignoris, si dominus non voluerit: vt ff. quod iussu, dominum. L.8.

CVM PER *Procuratorem. Laesam esse dicas.* quia non induxit testes, vel non induxit eos quos debebat: vel si debuit appellare, sciens omisit: vt ff. eo. si procurator. §. catulo. ibi dicit quando omisit appellare. sed hîc tamen distinguit, quocunque modo laedatur. datur enim actio mandati. si verò collusione sua absolutus est aduersarius, datur similiter mandati: vt ff. eo. si procuratorem 1. responso. L.9.

1 *Fideiussor officium gratis accipit.*
2 *Beneficia iuris iuuare debent, non decipere.*
3 *Inquilini, quando possint expelli.*

SI PRO EA. *Nulla ratione antequam,* &c. Sed cur non ante, cùm pro eo sit obligatus? & id obesse videtur, in quo obligatus est, vt ff. 1 de negot. gest. si quis mādato. Respon. quia officium fideiussor † gratis accipit, s. de se obligando, & soluenda pecunia: vt ff. de cond. indeb. l. indebitum. quod intempestiuè. i. antequam soluat, reuocare non po- 2 test. quia iuuari non decipi † nos beneficiis oportet: vt J. commo. in commodato. §. 3. at ibi hoc ipso. quod gessit, vel alij mandat qui gerit, perficit mandatum: vt ff. manda. si mandato. 1. responso. §. quotiens. si verò nouandi animo obligationem suscipit, antequam soluat agere poterit, vt dominus suscipiat: vt ff. eo. si mandato meo. §. 1. *Postea.* Ideò dicit, quia si tempore quo intercessi dilapidabat & modò dilapidat, nō iuuor. sed vbi non dilapidabat à principio, datur auxilium: vt ff. de interrogat. actio. de aetate. & vt in poss. lega. l. planè. Idem in latoribus 3 hospitiorum. possunt enim † inquilinos suos expellere, vt ab eis petere satisdationem, si postea facti sunt dilapidatores. aliud si à principio erāt. *Conuenire.* subaudi, nisi diu steteris in obligatione: vt ff eo. Lucius. *Cōtra bonam fidem,* non ipso dolo fecisse videtur: vt ff. eo. si procurator. §. si ignorantes. & adhibe hîc distinctionem de omissione exceptionis, vt diligenter in summa notatur §. contraria. ibi, nullo modo aget fideiussor. L.10.

PROCVRATOREM. planum est quod hîc dicitur. L.11.

CVM *mandati. si contra.* i. citra. sic J. de Iudaeis, coelicolarum. non enim differt siue veniat citra, siue contra. non enim potest vendere, etiam si sit generalis procurator. aliud si liberam habeat & generalem: vt ff. eo. libera. & l. procurator tutorum. L.12.

A PROCVRATORE. *& omnem culpam.* dicit ergo indistinctè de omni culpa. sed si communis est res de qua mandaui, vt quod teneatur tantùm de dolo & lata culpa: si verò mea gratia suscepit tātum mandatum, dixerunt quidam quòd teneretur, sicut in deposito & cōmodata: vt ff. commod. in rebus. §. 1. si vt certo. domino B. visum fuit L.13.

aliud in procuratore ex natura mandati, quod leuissima s. culpa interueniat, licèt mea gratia receperit mandatum, & hoc in summa. §. ex mandato. in fi. §.

L.14. SI SECVNDVM. *Vtriusque voluntate.* pro eodem enim debet habere, ac si mandasset: vt ff. de solu. vero. & l. solutum.

1 *Procurator de leuissima culpa tenetur.*
2 *Quare domini morte finiatur mandatum.*
3 *Probabilis ignorantia.*
4 *Mandati actio morte domini non tollitur.*

L.15. MANDATVM *re inte. do. mor. finitur.* Hoc notabile est, quia locũ habet in isto solo contractu. nam alij re integra morte domini non finitur, imò transeunt ad heredes, sicut videri potest in conditionali stipulatione instit. de verb. ob. §. ex conditionali. incipiunt enim actiones ab hæredibus & contra hæredes. aliud tamen est in mandato ex natura mandati, vt hîc dicit: sicut aliud est ibi ex natura sua quàm in aliis contractibus: quia tenetur procurator † de leuissima culpa: vt 1 not. s̄. eo. à procuratore, & est ratio, quia contemplatione tamen eius qui mandauit faciebam: vnde ipso defuncto, cùm hoc pro hærede non facerem, finitur re integra, vt dicit. Idem in societate, siue sit res integra, siue † non. Idem in mandata iurisdictione, quia mandatoris re in- 2 tegra finitur: vt ff. de iurisdict. omn. iud. & quia. secus enim si semper imperfectum esset negotium, vel inchoatum. & licèt hîc dicat tantùm de morte domini, idem tamen in morte procuratoris: quia si res est integra, finitur: vt instit. eo. §. item si adhuc. Idem si reuocatum fuerit: vt j. eod. tit. §. rectè quoque, & licèt extinguatur morte istius vel illius, si procurator ignorauit dominum mortuum, & ita nihilominus administrauit & executus est mandatum, probabilis † est ignorantia, nec sen- 3 tiet damnum, imò aget pro expensis. vel si dubitabat, habet exceptionem: vt instit. eo. §. item si ad hoc. mandatum enim non † mandati actio 4 morte mandatoris tollitur: vt ff. eo. si præcedente. De mandato autem ideo dicit quia si non mandasset, sed proposuisset aliquem ad aliquid faciendum, non finiretur integra re domini morte: vt ff. de iustit. l. si quis. §. eius. si verò delegetur causa alicui, & moriatur re integra, distingunt quidam, vtrum expressum fuerit proprium nomẽ, an dicatur, episcopo Bononien. primo casu exspirat, secundo non. sed hoc non inuenitur iure nostro, sed secũdùm cõstitutiones vel decretales, & ex beneplacito domini Papæ. quod autem generaliter dicit hîc, fallit ff. eo. si verò non remunerandi §. vlt. & l. seq. sed videtur contrà ff. de solut. l. vlt. quidam dixerunt quòd illud locum habet quando mandatum redundat ad damnum hæredis, secus si sibi expediat: vt in prædicto §. vel conuerte literam sic, ei autem cui iussi debitorem meum soluere post mortem meam, non rectè soluitur. q. d. quod morte finitur mandatum, ita est cùm de re aliqua mandatum est, quod viuo testatore explicari poterat. si verò in vita non potuit consummari, non habet locum actio mandati, sed de dolo, si non seruauit fidem: vt ff. de relig. at si quis. §. si cui funeris.

L.16. AD COMPARANDAS. *Quanti interest.* Competit enim mandati actio cùm cœpit interesse: vt ff. eo. si procuratorem. §. mãdati.

1 *Sala-*

1 *Salarium ex mandato quando peti potest.*
2 *Factum in mandato exequendo, locari non solet.*

SALARIVM *incert. pollicita.* Non est vis facienda in eo quod dicit, pollicitationis, id est, solius offerentis promissionis. nam idem est & incertam, id est, incertò faciat stipulationem: vt ff. de verb. oblig. ita stipulatus. ideo ergo dicit vt denotet quod frequenter solet accidere. ita est cùm aliquid incertū est re, quantitate & genere, si verò re & quantitate, sed non genere: vt quia seruum vel aliquid promisi, peti poterit: vt ff. eo. salarium. & l. qui mutuam. §. salarium. & si quidem in mandato conueniatur de salario, vel statim post, agetur mandati: quia videtur 1 inesse. si ex interuallo, nullo modo, † neque ordinariè, neque extraordinariè peti poterit, vt hîc dicit, aliud in aduocato: quia siue promittatur certum, siue incertum, debet constitui salarium secundùm facundiam ipsius: vt ff. de extraord. cog. l. 1. nec salarium certum impedit actionem mandati, sicut nec in remuneratione: vt ff. eo. si remunerandi, nisi acciperetur tanquam merces, & quasi à quolibet mercenario: vt ff. eo. l. 1. sed in petitione distingui potest an ipse procurator paciscatur de mercede, ita, domine non faciam nisi dabis mihi x. vel equum, 2 vel aliquid tale: vt tunc agatur præscriptis verbis, non locati. nec † enim solet tale factum locari: vt ff. de præscript. verbis, naturalis. si dominus dicit, vade ego dabo tibi c. vel hoc, vel illud, & procurator taceat, ageret contraria actione mandati. si quæras an vltra c. aureos, nō possit constitui salarium in procuratore sicut in aduocato, vel non est expressum, sed satis dici potest quòd idem sit in procuratore. L. 17.

POST *solutionem.* planum est quod hîc continetur. L. 18.

PRETII. Leue est quod hîc dicitur. L. 19.

SI CONTRA. *Frustrà petis.* vt ff. de pactis, sumptus quidem etiam pactum reprobatur in aduocato: vt s. de postulan. si qui aduocatorum. quidam tamen distinxerunt vtrum paciscatur de quota portione, an de re singulari, puta petebatur hęreditas, & pactum est de aliqua re hæreditaria, valet: aliud si de quota portione. Domino meo videtur cō tra, vt s. de postulando. L. 20.

1 *Arbitrorum tria genera.*
2 *Positiuum quando in superlatiuum resoluitur.*

IN REM *mandatam. Cuius est certiss. mand. iudicium.* sed nónne potiùs debet dici incertum, cùm per iudicium mandati petatur interesse quod est incertum, sicut in actione præscriptis verbis. sed dic, certissimum est mandati iudicium sc. dari, vel dic quia per actionē istam damnatur quis ad interesse, quod debet postea certificari & declarari. *Verùm etiam existimationis*, i. infamiæ. minuitur enim existimatio: & ita manente libertate pœna plectetur: vt ff. de var. & extraor. cog. l. pen. §. 1. notatur enim infamia: vt ff. de his qui not. infam. l. 1. & hoc si ex dolo condemnetur, secus si ex culpa: vt alibi instit. de suspect. tut. §. suspectus autem remotus *Moderator atque arbiter.* vt de arbitro compromissario, ꝙ nemo potest esse in re sua arbitrator, i. perpēdere & deliberare expediat sibi aliquid, vel nō potestis, vt hîc dicit. arbitrorum enim L. 21.

† sunt tria genera: vt ff. pro soc. societatem. non omnia negotia. quæ- 1
dam enim sunt quæ facit inuitus circa rem suam, quia vendit quandoque inuitus: vt notaui j. de seruo communi manu. l. j. al. às si mulier. Idem obseruatur in casibus, vt compellatur quis vendere, vt cùm afficit quis seruum suum verberibus: vt ff. de his qui sui vel alie. iur. l. ij. idem est cùm quis non habet viam ad sepulchrum. *Exacto officio.* i. diligentia. quidam dixerunt exacto officio. i. exactissima diligentia: quia tenetur de leuissima culpa: & ita † positiuum resoluetur in superlatiuum. sic inst. quib. mo. re contrahitur oblig. & in illo exemplo, Saturnia sancta deorum. i. sanctissima. & hoc satis admittit dominus meus. Non tamen in hoc vim facit, quia hîc non dicit de quanta diligentia teneatur, sed tantùm de officio gerendo. *Neglectum.* si quod nunquam administrauit, si incepit & destitit. *Culpa vacuū est.* i. culpabile est, quia potest imputari ei vt culpa, vel conuenietur ex ea causa. 2

1 *Lombardi pecunias suas non effundunt.*
2 *Per negationem, res fit dubia.*
3 *Cessio simulata quando intelligitur.*
4 *Simulatio duobus modis præsumitur.*
5 *Inter cedere & mandare, est differentia.*

L. 22. PER DIVERSAS. *Alienis rebus fortu. inhiantes.* Sic j. de præscript. xxx. ann. l. 1. *Litigatores.* ipsos reos vel debitores appellat litigatores. *Cùm certum sit.* præsumptione, quæ præsumptio est iuris, & de iure. non est enim præsumendum de aliquo Lombardo † vel alio, quod pecuniam suam effundat: vt ff. de probat. cùm de indebito. *Pro indubitatis.* i. non deductis in iudicium. si enim essent in iudicium deducta, dicerentur dubia, cùm res fiat dubia † per negationem: vt j. quibus ad liberta. l. iij. sed ante non licet apud homines posse dici dubia. *Ante.* cùm enim iudici non sit dubia, non habetur pro dubia. *Suo vindicare,* i. sibi debito petere, & ita quod personaliter debetur, dicitur vendicari. *Nec enim dubium est.* Præsumptiuè. *Qui tales cessiones,* &c. Sciendum est simulatam cessionem debere dici, quando id actum est † inter cedentem & eum cui ceditur, quòd omne lucrum & emolumentum ad cedentem referatur: sed simulatur cōtra s. quod debeat pertinere ad illum cui fit cessio: & ob hoc ipsum fit cessio, scilicet, vt sic videatur. Item & datur plerūque ob idē aliqua pecu. modica, vt ob hoc pretextu libertatis vexare eum, & in eum sæuire posset. ergo præsumamus † simulationem ex duobus. i. ex paruitate pretij: vt arg. ff. de transact. cùm hi. §. modus. Item quia non reperitur in instrumento nomen contractus ex quo sit facta cessio: sed dicitur sic, ille cessit illi actionem suam contra illum, vel similia. si verò nomen venditionis vel alterius contractus continetur, non præsumitur simulata. nec obstat quod hîc dicitur, licet instrumento cessionis venditionis nomen incertum sit. quia dico prius debet fieri instrumentum cessionis. vel alterius contractus, & postea subsequi cessio, vt non videatur fraus facta. hîc autem primò facta fuerat cessio, & post instrumentum contractus: & ideo aliud est. Item & præsumitur simulata. si actio sic pro parte iusto pretio cessa, pro parte donata: vt j. eod. l. proxim. Si quæras quid faciat lex ista ad titulum istum: 1 2 3 4

istum. respond. quia hic tractat de cedenda actione: ergo secundùm 5 nos & de mandanda, licèt aliàs sit differentia inter cedere † & mandare: vt s. de actio. l. j. *Pecuniis.* s. modicis. *Quas inter coheredes.* inter hos enim bene potest fieri cessio: vt ff. fa. erc. planè. & l. praeced. *Pro debito.* hoc refert ad creditorē. *Pro munimine ac tuit. accep.* s. possessor, & sic redde singula singulis. & intellige quòd acceperit possessor rei alienae cessionem pro munimine ac tuitione ad excipiendum, non ad agendū contra alios. & ita permittitur aliquid excipiendo, quod nō consequitur agendo. & potest poni exemplum quando rem alienam possideo & impetro ab eo qui habet ius in illa re, puta emphyteuta aut vsufructuario vt cedat mihi actionem suam, vt possim me defendere contra dominum, non agere, vt s. dixi. nec pono sicut alij, quando timeo ruinam domus meae, nec vis cauere de damno infecto, sed cedis rei vindicationem, si mea propter tuam corruerit. hîc enim nihil dicit de ruina. *Tam pro exceptis.* l. ista videtur sibi ipsi contraria, si enim valet cessio & in exceptis causis, & in aliis, ergo in omnibus. malè ergo dixit ab initio non valere. vnde dicendum est quòd hîc loquitur de veris, s. verò de simulatis. & haec sit solutio.

AB ANASTASIO. Superior lex proxima dicit venditionem actionis praesumi simulatam ex paruitate precij. Item dictum est non praesumi simulatam, vbi nec donationis nec alterius contractus instrumentum continet, non ibi plenè dixi. quidam circunueniebant l. illam vt facerent medietatem vel tertiam partem actionis pro iusta aestimatione, aliam verò partem daret: & sic cessabat l. superior Anastasij. vnde hoc fieri in hac l. seq. prohibetur. *Re ipsa persoluit.* Non facias vim in hoc, quia si persoluit, vnum est reipsa & vero cōtractu persoluisse. & ita patet quod aget ad illud tantum quod dedit, non aliud cùm particularis est praestatio. aliud sit particulariter dedisse: quia tunc secundùm quosdam non prohibetur agere ad superfluum: vt s. l. proxi. sed secundùm nos satis dici potest, quòd sicut prohibetur in superfluo, ita & ibi. Censemus vt neque ei qui cedit, &c si autem vis scire quādo teneat cessio actionis, distingue vt diligenter notatur in summa, ne liceat potentioribus.

L. 23.

Sic in veteri libro reperimus.

SI SERVVS SE EMI MANDAVERIT.

TIT. XXXVI.

1 *Relatiuorum natura.*
2 *Qui emit, debet facere pecuniam accipientis.*
3 *Iniquum est rem & pretium amittere.*

SI EXTERO. id est, extraneo alicui non domino, & dicitur exterus quilibet praeter dominum. si enim domino suo mandasset de se emendo, tunc sine dubio non valeret mandatū neque à principio, neque ex postfacto. sed posset dubitari, si duo sint domini alicuius serui, & seruus mandauit vni vt eum redimeret suis nummis & manumitteret, an valet tale mandatum à prin-

L. 1.

cipio vel ex postfacto. hanc proposuit quæstionem dominus Io. sed non soluit.& videtur à sensu contrario,cùm in extraneo non teneat à principio,& vix de æquitate & post facto,quòd multo minus valeat in domino. *Se mandauit emendum.* Pone simpliciter quòd mandauerit se emendum. sed & potest esse quòd de manumissione contineretur in mandato.præterea non dicit de suis nummis hoc est peculiaribus, an non.Ideo hoc noto,quia cùm mandat,si dicit se emẽdum nummis peculiaribus,habet auxilium seruus ex constitutione diuorum fratrum missa ad Vrbium maximum, vt manumittatur, siue dictum fuerit vt manumittatur,siue non:vt ff de manumiss.l.iiij. si verò simpliciter mãdauit vt ematur, nullus consistet contra emptorem vt eum manumittat. *Quia hic liber, &c.* Hæc ratio lege comprobatur. Dicit enim lex quod si aliquis cui relicta est fideicommissaria libertas, passus sit se venundari, quòd postea non potest proclamare in libertatem. nam in libero qui passus est se venundari,idem esset:vt ff.quibus ad liber. procla.l.1.vnus.ergo verum est quod non tenet mandatum ex persona serui:quia liber homo mandare non posset. vel alia ratione probari potest,quod non teneat:quia aut tenuit eo iure quo est seruus. s. iure ciuili. aut quo est liber. s. iure naturali. iure ciuili non, quia quoad, ius pro mortuo reputatur.naturali non:quia si liber, esse non posset. ergo multo minus potest seruus,qui liber est iure naturali. *Quoniam qui mãdat,&c.* Hæc est ratio quare non consistat actio ex persona domini: quia cùm dominus mandat rem suam à se comparari, ratione venditiones dicitur venditor,ratione mandati emptor:quia per alium facit, ipse facere videtur.quod non potest esse:regula,eiusdem rei:quia talis est natura † relatiuorum,vt non compatiantur se in eodem,regula eiusdem, sicuti nec aliquis potest dici pater & filius respectu eiusdem personę:vt ff.de rer.permu.l.j. si tamẽ res mea fuisset obligata penes aliquem creditorem & mandaui alicui de ea emenda,tenet mãdatum: vt ff.mandati.si mandauero tibi vt pro me. §. si hi quorum. & videtur quod hìc valeat mandatum· cùm aliàs si contrahat seruus etiam prohibente domino,tenet contractus:vt ff.de peculio. si quis seruum. §.vlt. sed illud est cùm vendit vel emit,non vt seruus auferatur domino. si enim voluit dominum priuare seruo, hoc non voluit prætor: vt ff. eod. cùm seruus. *Optima ratione.* quæ est, ratio ista æquitatis præualet iuri stricto:vt not.s.de iudi.placuit. *Quia non id agitur,&c.* Agitur enim vt detur actio propter mandatum ex alio contractu. si verò in mandato staretur,non ageretur.datur ergo actio mandati.de pretio verò non agit.sed si hoc.litera sequens videtur contradicere,quæ dicit quòd potest agere qualibet, sed non vtraque, vnde Io. ita exposuit sic propter mandatum ex alio contractu.i.propter alium contractum ex mandato vt conuersiuè legatur:sicut aliàs dicitur pretij portio.i. pretium partis, vt s.comm.diuid.l j.vel fiat suppletio ibi,vt ex ipso mandato, sub.solo: sed ex ipso mandato & alio:vt ita mandatum sit causa quare agatur ex sequenti contractu: & econuerso,& ex simili j. de rei vxo. act. §. eodémque modo, quia ibi inutilis stipulatio valet propter sequentem vtilem.& pone exempla vt ibi scripsi. *Soluti sunt.* scilicet domino ignorante peculiares nummi soluti sunt,& ita non liberatur,vt ff. mandat.

cùm

2 cùm seruus extero. Illum enim qui emit, oportet facere † pecuniã accipientis: vt ff. de act. empt. ex empto. Illi autem domini sunt: & quod suum est, amplius suum fieri non potest. si verò solueret domino scienti nummos peculiares, aliud esset, arg. ↄ. de act. emp. si seruos. vel ideo dicit de ignorante, quia non est præsumendum quòd seruus auderet mandare domino sciente. sed nonne videtur contradicere. l. iiij. ff. de manumiss. & ff. de condic. ob caus. l. iij. §. vlt. quæ dicit quòd si alicui relinquatur libertas sub conditione si x. dederit, quod potest dare nũmos peculiares. si ergo ipse potest dare, quare non licet emptori? Resp. quidã ad l. primam, quia si simpliciter mandauit de emẽdo, non liberatur, vt hîc. aliud si mandauit vt emeret suis nummis, nihil differt, quia non liberatur, nec pertinet ad materiam istam l. illa de manumiss. quia hoc solùm dicit, quod locum habet constitutio si is qui soluit, non est liberatus. ad aliam. l. de condict. ob causam. resp. quòd licet seruo soluere de peculio, cùm enim relinquitur alicui libertas si x. dederit, sciebat dominus bene quod ille seruus nihil poterat habere: vt verisimile sit quod voluerit eum de peculio soluere. aliud est hîc, vbi non putauit habere pretium nisi ab emptore. alioquin si de peculio, de suo solueretur, & suum reciperet. debet ergo emptor de suo proprio satisfacere: aliter enim non liberatur, vt dicit: *Etiam mandati de ancilla.* Hîc mutat casum in ancilla. ↄ. enim locutus fuerat de seruo qui mandauerit se emi. & voluerunt quidam intelligere quòd ista actio mandati detur contra emptorem pro ancilla manumittenda. sed hoc non probatur hac l. dicit enim quod solùm mandauit de emendo. quomodo ergo aget mandati vt manumittatur, si de vtroq; continetur. i. in mandato intercessit vt manumittatur, & pretium consequatur dominus? & mandati iudicio ratione affectus cogetur manumittere: vt ff. mandati, cùm seruus. sed hîc non ita mandauit, & ita non ita dicendũ. Præterea si loqueretur de vtraque, non impediretur agere vtraq; ratione contrarietatis, vt hîc. dic ergo quod loquitur de actione mãdati, qua consequimur ancillam. vt retradatur. & hoc bene ostendit litera ista cùm dicit mandati & empti de pretio cõsequendo, hoc enim designat hæc copulatiua coniunctio inter ea posita. præterea hoc dicit sequens litera, ibi, sanè in alterius arbitrio, &c. Sed contra nos videtur quod dicitur, quia contraria mandati non contra dominum datur emptori. s. de seruo recipiendo, vel de peculio: vt ff. mandati, seruus meus. non ergo debet dari domino directa, eadem ratione. Sed illud non obstat: quia quod dicitur, mandati actio vltro citróq; est, expone. i. esse solet, quandoque tamen aliter est, vt hoc casu, sicut in prædicta l. dicitur. & in alio casu ff. manda. potest. Si dicat quis, quomodo aget? quis? Dominus ad seruum retradendum, cùm semel tradiderit & vendiderit. Respon. non agetur inspecta natura contractus. sed considerata natura mandati. si enim seruus meus mandasset tibi de aliqua re emẽda. pone loricam vel aliquid tale, & tu emeres, possum agere mand. pro re illa, ergo si mandauit de se emendo. eodem modo agam mandati ad retradendum. vel si voluit perficere venditionem, poterit agere ad pretium:
3 non tamen aget ad vtrumque. iniquum † enim esset. si emptor rem & pretium amitteret: vt ff. de act. empt. emptorem. §. vlt. Impeditur

ergo ratio contrarietatis. sic j. de fur. l. j. *Empti de pretio.* id est, venditi. veteres enim his nominibus promiscuè vtebantur: vt ff. de act. empt. veteres.

DE SOCIETATE.

Tit. XXXVII.

1 *Amissa pecunia, finitur societas.*
2 *Communicatio, quando non præsumitur.*

L. 1. SOCIETATEM. *Posse contrahi, &c.* Sed quæritur an ille qui pecuniam contulit, debeat habere caput saluum. i. sortem, & lucrum ex ea proueniens communicare. Io. distinxit, an ab initio sic pecuniam vt communicaret, an vt sua permaneat. In primo casu communicatur, in secundo non. quid ergo præsumitur pro eo qui dedit pecuniam? item quid si pecunia constituta propter alterius operam casu fortuito sit amissa? etiam ille sentiet damnum, qui solam operam exhibebat: quia & eius similiter erat lucrum. sed dico non tenebitur iste exhibere operam suam, vtpote cùm finita sit societas † amissa pecunia, vt instit. pro socio. §. item si alicuius. vtpote cùm sine pecunia operam exhibere non possit. nam circa pecuniã exhibebat operam in prima quæstione. Dico quòd non præsumitur † communicatio: vt arg. ff. eod. l. j. †. vlt. & l. ij. non debet esse in parte, quod in toto. hoc de iure. nam propter consuetudinem indigenarum huius loci aliud dicere, quia semper caput saluum exigunt & habent. 1 2

L. 2. CVM PROPONIS. *Ad vtrumq; pertineat.* Licet tu solus solueris pretium & pensitationes. A te solo numeratum. vnde tibi soli dominium asserebas. *Consequeris.* s. à socio.

L. 3. CVM IN societatis. *Fides.* s. bona quæ in his contractibus exigitur. *Inter socios dimidi.* Nisi aliter actum fuerit inter socios: vt ff. eo. si non fuerint partes.

L. 4. SI SOCIETATIS. Fortè omnium bonorum. *Vel transactionis stipu.* Quæ tunc tantùm necessaria est, cùm trãsactionis iure diuisio fiat.

1 *Finita societate, nascitur actio pro socio.*
2 *Manente societate agitur pro socio.*

L. 5. TAMDIV, &c. & est arg. l. ista quod demum finita societate nascatur actio † pro socio. aliter enim nulla esset huius l. illatio. sic est & in actione tutelæ. sed plerumque manente † societate agitur pro socio: vt ff. eo. si renuntiauerit §. nonnunquam. est enim speciale in societate vectigalis: quia qui vectigal conduxerit, etiam finito tempore quandoq; habet necesse retinere. s. si maximos fructus perceperit: vt ff. de vectig. eo temp. §. vlt. vel fortè ibi loquitur exempli causa. & idem vbicunque in qualibet societate expedit societati agi ea manente. 1 2

L. 6. DE SOCIETATE. *Omnimodo conseruandæ sunt,* vtpote cùm legem inducant: vt ff. depo. l. j. §. si conuenit.

L. 7. SANCIMVS. Planum est quod hîc dicitur.

DE

DE CONTRAHENDA EMPTIONE ET VENDITIONE. Tit. XXXVIII.

VENDITIONES. *Non idcirco irrita esse creduntur.* Idem in actione.non enim distinguitur ad persecutionem rei sit presens res,vel non:vt j.de præscript.long.temp.l vlt. Distinguitur quantum ad dominij translationem: quia si in præsentia mea sit res cuius aliquis vult transferre dominium,vel etiam ostendatur, de iure transfertur:vt ff. de acquir. poss. quod meo.distinguitur etiam quantum ad tractationem:vt ff.de solut. qui x.§. ij. & ff. de fur.falsus creditor.§.1.in fin. L.1.

EMPTIONEM. *Venditiones & alios quoslibet contractus*, &c.Imò etiam possunt facere test.nullis dilucidis internallis:vt j. qui testa. fac.poss.furiosum. L.2.

SI DONATIONIS. *Emptio in sui deficit substan.* Substantia emptionis est consensus.non autem consentiunt in venditione, cùm licet verbis emptionem exprimant, corde tamen aliud sapiunt:vt ff.de reb. dubiis,in ambiguo,& ff.eod.l.in venditione.*Sicut perfecta donatio.* Olim stipulatione interposita,hodie nudo pacto:vt insti.de dona. §. & perficiuntur. Vel perfecta dicitur.i. impleta traditione:vt s.de actio.siquidem.& ff.de act.empt. si quis alienam. *Parere conuenit.* Act. præscript. verb.indulta:vt j.de rer.permut.rebus.vel condict.ob causam: vt ff.de præscr.verb.naturalis.§.sin autem,rem do vt rem accipiam, j. de don. quæ sub modo.l.1. L.3.

1 *Cur emptio rei suæ non consistat.*
2 *Venditio ratione iuris quod quis in re habet est valida.*
3 *Pretium quando repetitur.*

CVM RES. *Tibi donatas* à donatrice. *Duplicari tibi tit.poss.* Vt ff. de acquirend.possess.possideri.§.ex pluribus.& ideo intellige tit.possessionis.i.dominij:vt ff.de verb.sign. interdum. *Cùm rei propriæ empt. non poss. consistere.* Nisi gratia possessionis:vel si alius habeat ius in re, vt quia emphyteuta.vel si partim est mea,partim tua, valet pro parte tua emptio, vt si habeo vsumfructum: vt ff. eod. suæ rei. & est fortè ratio 1 quare † emptio rei suæ non consistat:quia vt statim facta est venditio, amittitur exceptio de euictione quia & vbi res aliena venditur: si postea emptor eius dominus fiat,actio de euictione amittitur: vt ff. de euict. si vendidisti. cùm ergo & hic emptor ab initio sit dominus, statim admittitur contra venditorem actio,& emptor tenetur ad pretiũ. sic ergo inuicem compensatione facta causa minuendarum litium nullam esse venditionem censemus. *Affer. perf. etiam dona. pot.defin.* 2 Valet ergo venditio † ratione iuris quod quis in re habet. sic ff. eod. qui tabernas. hoc enim propter querelam ius in re habebat: quia vel petit.hered. vel rei vindica poterat intentare, legatum autem non valet:vt ff.eod.l.2.Manius.§.penul quanquam dici possit quòd nec venditio valet.seu tamen qui emit, habet exceptionem, vt hic quid si e- L.4.

mit putans esse vendentis? Respon. repetit † pretium: vt ff eod. eo. suæ. 3 sed tamen non habet exceptionem. contraria enim eligit volens, vt res inempta vt empta habeatur: ideóque repellendus est: vt ff. quando appellan. sit l. 2. §. sed si alius. sed si non repetit pretium, habet exceptionē. nec obstat quòd non contraxit vt haberet hoc auxiliū, arg. ff. de iur. & fac. ign. regula. § qui igitur. & nónne vsucapio licet putem me dominum ex traditione.

1 *Fraus quomodo præsumitur in tutore res pupilli comparante.*
2 *Tutor quomodo res pupilli emere potest.*

L. 5. CVM IPSE *tutor. Comparare palam.* Tacitè verò si compararet, fraus præsumitur † vt ff. de aucto. tuto. l. pupillus. §. pupillus. & de 1 ritu nupt. l. vlt. sic j. de donat. donatio siue directa. §. in conscribendis. *Et bo. fide prohibe.* Assignatur contra, vt ff. eo. si in emptione. §. penult. & l. non licet. Respond. ibi loquitur quando comparauit clanculo, & mala fide. aliud si palam † & bona fide: vt hic & intellige quando emit 2 à pupillo qui erat proximus pubertati, & qui habebat intellectum. si enim esset infans, non posset. & sic patet quòd erit auctor in re sua. Vel vt omnia procedant sine scrúpulo, intellige l. istam quando emit alio tutore auctore, cuius solius sufficit auctoritas: vt j. de auctor. præstan. l. vltim. & ff. de auctor. tutor. l. 1. §. pupillus. sed ibi loquitur cùm dat pecuniam pupillo. nam ibi quia pupillus obligatur, necesse est vnius actoris auctoritatem interuenire. vbi verò pecuniam quam accepit vt mutuam, scribit se debere. posset sine alicuius auctoritate: vt ff. de administrat. tutor. l. quotiens. §. non tantùm. hîc ergo vendere non potest pupillus tutori sine alterius tutoris auctoritate, sed contra. videtur ff. de administ. tut. tutor rerum & animalium. & ad hoc respond. ibi non dicitur quòd teneat emptio, sed quòd adultus factus maior xxv. annis vendicare non poterit: sed quid non vendicabit. Respond. ea de quibus s. ea. l. locutus est. scilicet argum. & fructus: & hoc ideo quia tutor bonæ fidei sua fecta fuerant, res autem principales si extarent vendicarentur.

L. 6. SI GAVDENTIVS. *Titulo venditionis.* Minore pretio venditionis, quod licet, vt ff eod. suis do. *Iuri eius quicquid derogatum sit.* Quod videbatur, quia in eum peruenerunt statum, vt sibi donare non posset: vt ff. de verb. obl. pluribus. §. & si placeat, vel quia non perseuerauit causa propter quam datum est, vt arg. ff. de in rem verso. si pro patre. §. versum.

L. 7. SI ANCILLAM. *Vel auferre non potuit.* Quia dicat maritus se tibi donasse constante matrimonio, & ideo velit eam tibi auferre.

L. 8. SI NON. Donationis causa. *Actio tibi pretij.* Cùm fides de pretio fuit habita alioquin contra, vt ff. eo. cùm in venditione. *Non eorum quæ dedi.* Repet. competit. quia in nominatis contractibus non habet locum regula, quæ dicitur ob causam repeti posse causa nō secuta, nisi in trib. casibus: vtpura si dolus dedit causam contractui, vel cùm inter contrahentes habita est rei contemplatio, & ideo viliori pretio vendidit, vt j de pactis. inter emptorem. cùm te, vel tibi vendita sit res sub pacto legis commissoriæ: casus tamen est quando in contractu nominato

nato habet locum regula, vt in donatione secundùm P.

EMPTI FIDES. *Sine quantitate.* Conuenta: consensu perficitur L.9. iste contractus. vnde & de substantia est ipsius, vt ff. eo l.1. §. vlt. & intellige de certa quantitate, sermone: vt pro x. quanti æstimauerit ille, vel re ipsa, vt quanti emit ille, vel pro quãto est marcha: aliud si pro eo quod est marcha. Non enim designatur vt quantitas, sed vt species, ff. eo. hæc venditio secundùm, & de leg. 1. l. sed & si certos. *Facta venditione.* Simulata. *Si traditio sequatur.* Idem etiam sine traditione, sed loquitur secundùm sua tempora.

SI *mater tua velut de bon. patris.* Scilicet tui, id est, matris tuæ mariti. L.10. *Cùm rei propriæ, &c.* Vt notaui s. eo. cùm res. *Et hanc simulatam prop.* Et ideo quoque pro infecta habitam. *Nocere non potuit.* Cùm prohibeatur donatio inter virum & vxorem.

INVITUM. Scilicet aliquem. *Non continet desiderium.* Quia libera L.11. voluntas est vnicuique habendi vel non habendi contractus, vt s. de act. & oblig. sicut. Fallit tamen j. de seruo communi manumisso. l.1. & ff. de religios. si quis. & j. de fideicomm. libert. si te. & ff. de iure dot. cùm in fundo. §. pen. l. communi diuidundo. §. vlt.

NON IDCIRCO. *Vel instrumentum.* Fallit quando venditio facta L.12. est in scriptis, vt s de fide instr. contractus.

1 *Venditio collata in alterius arbitrium quando valet.*
2 *Quando ad boni viri arbitrium recurrendum.*
3 *Velata voluntas.*

IN VENDENTIS *vel ementis voluntate.* Si id quod est de substantia L.13. contractus. non pretiũ: vt ff. eo. l. pacta. conferatur in arbitriũ alterius contrahentiũ, nulla est emptio, 1 † vt puta, vendo tibi quantum voluero, vel quanti volueris, vt hic. Si autem in extranei arbitrium, siquidem innominati, non valet nisi in casu: vt ff. loc. & con. si merces. & de pigno. si fundus. §. vlt. si autem nominati valet, si ipse fuerit arbitratus, alioquin nec recurritur ad boni viri arbitrium: vt j. eod. l. vlt. si res ipsa feratur in arbitrium alterius, tenet vt inst. eod. §. penult. Si verò in accidentale conferatur, vt si rationes reddiderit seruus arbitrio meo, siue conferatur in alterius contrahentis arbitrium, sicut 2 in societate, ita & in venditione, ad boni viri † arbitrium recurritur: vt ff. eod. hæc venditio. & pro socio, si coita. & l. si societatem. In strictis verò iudiciis ad alterius arbitrium nunquam peruenitur, vt ff. de ver bor. oblig. l. si quis arbitratu. Porrò arbitrium promittendi si confertur tacite, valet: arg. ff. de condi. & demonst. nonnunquam. si expresse: aut ita promittis, si vis, vel voles, vel volueris: & tunc non valet, aut ita, cùm volueris, & tunc valet, vt ff de verb. oblig. l. certe. §. si ita. & l. à Titio. §. vlt. & de actio. & oblig. l. sub hac. Quod in venditione dixi, idem & in locatione dico. Sed assignatur contra. instit. eod. §. emptio. Dic quòd ibi res fuit collata in arbitrium emptoris, hic commercium: vt s. distinxi Et hoc secundùm quosdam, quod approbat Io. ddens rationem, quia in primo casu statim teneret emptio, sed resoluitur sub conditione, in alio verò ab initio nulla est. Vel ibi dictum est, si tibi placuerit, quasi viro bono. Sed P. dicit aliud esse si dico, vendo tibi

si solueris hanc rem: vt tunc nulla sit emptio, quia emptoris expressa voluntas est. Aliud si dico, si placuerit tibi res ista vel approbaueris eam: tunc enim valet, quia est † velata voluntas, arg. ff. de leg. 3. l. 11. §. 3 sic. quod displicet Io. Quid si dicam, volo tibi vendere pro x. & tu dicas, volo emere pro x. nunquid est emptio? Respon. ita. Nam his verbis & fideicommissum relinquitur, & mandatum contrahitur: vt instit. de singul. reb. per fideicommiss. rel. §. vlt. & ff. mand. l. 1. Videtur tamen quòd non, quia aliud est aliquid facere, aliud ipsum velle facere: nam & qui vult arborem ascendere, non eo ipso ascendit: & qui vult occidere, non eo ipso occidit, quid si dicam, volo vendere pro x. & tu, ego vellem emere? Respond. non est emptio: quia verbum præteriti imperfecti rem imperfectam significat: quid si ita, volo vendere pro x. & tu, volo emere pro x. si tu vis vendere pro x? Resp. non est emptio, vt hîc dicitur.

L. 14. DVDVM. *Superiore lege cassata*. Antiqua, in qua illa continebatur, vel græca erat. *Nisi lex specialiter quasi. par. hoc fa. prohib.* Vt ↄ. de iure emphyt. l. vltim. & ↄ. in lib. xi. ne liceat habit. met. l. vna. & ↄ. de iure fisc. l. vlt. illa enim specialia sunt: & quod hîc dicitur, fallit ibi. fallit etiam in quibusdam locis propter consuetudinem, vt Mediolani. Nam si aliquis vult vendere aliquid, præfertur ex consuetudine socius vel consanguineus extraneo. ita quòd si alienauerit eis irrequisitis, valeant reuocare.

L. 15. SVPER REBVS. *Vt si quid. sp. qui nominatus est, &c.* Hîc posset distingui sicut notaui, s. eo. in vendentis. Sed si eligatur quis vt vir bonus, quia feci sibi iniuriam, & iuraui stare præceptis suis, & accepit pignora, si non procedat in arbitrio, sed vult retinere pignora, videtur quòd cogendus sit, siue ergo non arbitretur, siue malè, compellendus est: quia quando aliquid committitur alicui, videtur commissum vt arbitretur sicut vir bonus: vt ff. de oper. lib. si libertus. & de verb. obl. continuus §. 1. vel hi. *Quia hoc penitus impossibile*. Scil. per coniecturam scire.

DE HÆREDITATE ET ACTIONE VENDITA.

TIT. XXXIX.

1 *Hæreditas habet onus & emolumentum.*
2 *Ex inopia debitoris, in alium decernitur actio.*

L. 1. AES ALIENVM, &c. Assignatur contra. ↄ. de quadrienn. præscript. l. vlt. & instit. de vsucap. §. vlt. sed dic quod illæ corrigunt. vel ibi loquitur in re singulari: aliud si venditur 1 hæreditas. Hæreditas enim habet † onus & emolumentũ, vt hic, & ad quem pertinet onus, & emolumentum. Hic enim tenetur cred t ribus hæreditariis, vt dicit. Sed & alibi tenetur vero hæredi hæreditatis petitione, licet habeat titulum, vt ff. de hære. petit. etiam. §. si quis à fisco. Habet ergo locum lex Zenonis in re singulari alienata à fisco: ita est ac si nomine fisci vendatur hæreditas, vt hic, & ff. de iure fisc. Secus si nomine priuati. vt in l. seq. quid si non fuerit soluendo

emptor

emptor, nunquid fiscus heres tenebitur? Videtur quòd sic, quia hoc est priuilegium fisci & datur ei quando emptor est soluendo: arg. est
2 generale quod dicit ex inopia debitoris in † alium decerni actionem: vt ff. de eo per quem fac. e. l. vlt.

1 *Actiones hæreditariæ dantur in hæredem.*
2 *De facto suo satisdat venditor.*
3 *Exceptor, quis dicatur.*
4 *Stipulatio quomodo committatur.*
5 *Eadem est ratio obligandi & liberandi.*

RATIO IVRIS POSTVLAT. Et est illa iuris ratio, quòd secũdùm leges XII. tabularum actiones hæreditariæ † dantur in hæredem: vt s. de actio. hæredit. l. vlt. & de pact. pacto successorum. Hic autem ob hoc quòd vendidit non desinit esse hæres, quia qui semel est hæres, semper erit hæres, nisi in casibus, vt ff. de vulg. substit. in vulgari. & l. ex facto §. Iulianus. *Suo ordine.* Id est, legitimo porrecto libello, & aliis obseruatis. *Experiaris.* Siue iustè condemnatus est, siue non, & culpa sua non interuenit: vt ff. eo. l. 2. §. solet. *Nam vt tibi satisdetur serò desideras.* Videretur quòd imò posset, quia de facto † suo satisdat venditor: vt ff. eo. l. 2. Resp. in fin. l. venditor ex hæreditate, & sic videtur satisdare emptor de restituendo quæ præstiterit ille: alioquin contingeret inæqualitas, sed contra est. Serò enim hoc desiderat, vt dicit, nisi à principio in venditione fuerit comprehensum: Et idem dicit l. in venditore, qui tenetur in duplum pro euictione repromittere. Si enim à principio non fuerit dictum de satisdatione, serò pòstea desiderat satisdari: vt ff. de euict. prętori. sed nũquid tenetur cauere? Videtur quòd sic, secundum regulam generalem, cùm sit bonæ fidei iudicium, vt ff. de iudic. in omnibus. *Tamen excepero.* Id est, accipere: & ita dicitur reus † exceptor, quasi excipiat & se defendat. aliàs scriptor dicitur exceptor: vt ff. locati. sed addes, §. vlt. *Inuitus cogi non potest.* Et videtur quòd inuitus teneretur accipere ratione pacti, vt probatur ff. de operis nou. nunc. l. antepen. §. 1. & 2. Sed dic quòd nõ præcisè ad illud faciendum cogi potest, sed præstabit interesse, cùm ad hoc vel illud teneatur, & idem in procuratore rei, qui satisdedit de defendendo. Non enim cogitur præcisè ad defendendum, sed committitur † stipulatio: aliud in procuratore actoris, vt ff. de procuratore actoris, sed hæ. §. penult. & l. mutus. §. vlt. Vel dic quòd non potest à creditoribus, sed à venditore ratione pacti, vt dictum est. Si verò susceperit spontanea voluntate, nõ dantur postea in hæredem, imò defenditur exceptione taciti pacti: vt s. de pact. post venditionem. Quare non possunt eum cogere creditores? quia ipse agit contra eos. Ergo videtur quòd ipsi contra eum, cùm eadem sit † ratio obligandi & liberandi, quia contrariorum eadem est disciplina: vt ff. de verborum obligat. inter stipulantem. § sacram. Resp. verum est, quia hic eadem est ratio indirectà, quia conuenitur per eum qui venundedit: & sic indirectè eadem est ratio contrariorum.

L. 2.

NOMINIS *ignorante vel inuito eo*, &c. Secus in delegatione, quia ibi necessarium est quod debitor promittat, vt j. de nouat. l. 1.

L. 3.

1 *Qui non ignorat, certiorari non debet.*
2 *Dolus, quando reddit contractum nullum.*

L.4. QVI *nondum certus de quanti.hered.* Modica sit vel magna, pauper vel locupleṡ. Si enim sciuit, non videtur deceptus, neque certiorari debuit, †qui non ignorauit: vt ff. de actio. empt. l. 1. *Non compellitur.* 1 Nullus enim est contractus, cùm dolus dederit causam contractui: vt ff. de dolo, eleganter. & de minorib. in causæ. si fuerit † recidens, tenet 2 contractus. & agitur ad decipiendum: vt ff. de actio. emp. Iulianus. §. si venditor. & de his habes j. de rescin. vendit. si dolo. & notaui s. de dolo malo.

L.5. EMPTOR HÆREDITATIS ACTIONIBVS MANDATIS. Idem in actionibus cessis, licèt quoad alia inter hæc sit differentia vt not s. de actio. l. 1. *Eo iure vti debet*, &c. Non intellige quòd ab hærede recedat actio, quia non potest separari. ita inhæret ossibus: vt ff. de peculio, quid ergo, & pro socio l. 1. & 2. & 3. nisi per nouationem & acceptilationem, & solutionem: vt j. de solutio. sed eodem iure vtitur is cui mandantur actiones, quo ipse. si verò non mandauit, habet vtilem, hæres directam. nec intellige quòd duæ sunt actiones, imò est eadem, sed non eodem modo competit: ex natura enim contractus cōpetit contrahenti tantum: sed ex auctoritate legis non datur vtilis alij personæ. ita est in hæreditariis actionibus. in actionibus autem quæ non sunt hæreditariæ, sed quas ipse hæres sibi constituit propter res hæreditarias, vel actione rerum hæreditariarum negari nō potest cessionem esse necessariam: sicut dicitur in hærede rogato restituere hæreditatem ex Trebelliano S. C. vt ff. ad Trebell. si hæres pecuniam.

L.6. QVT TIBI. *Quanti tua interest, præstare cogitur.* Et videretur quòd haberet vtilem rei vindicationem sine cessione, sed falsum est, vt dicit. sic ergo plus habet quis, cùm emit rem incorporalem, quàm corporalem. habet autem act. ex empto ad interesse. tenebatur enim sibi tradere res hæreditarias, scilicet corporales. nam incorporales non posset: vt ff. eod. l. 2. & de acquirendo rerum dominio. seruus. §. incorporales. & ideo si non tradidit, tenetur ad interesse: & licèt habeat emptor sine cessione actionem vtilem contra debitores hæreditarios, fortè & aduersus quemlibet detinentem rem hæreditariam, non tamen contra vēditorem: quia ipse ante traditionem dominus est, & alij tradendo transfert dominium: vt hic dicitur. nam & si contra alium emptori cessisset actionem, præfertur venditor in agendo emptori: nisi emptor litem contestatus sit, vel denunciauerit debitori ne soluat: vel partem debiti accipiet: vt j. de nouat. l. 3.

L.7. POSTQVAM EO. *Vel ipsi creditori.* Si non emerit, & ita vt emptori, sicut responsum est, dantur vtiles actiones, ita & creditori.

L.8. EX NOMINIS. *Ad emptorem non transit.* Licèt aliud in pignore vēdito, pacto, vel legis auctoritate: vt instit. quibus alie. non licet.

1 *Actio propriè dicitur in personam.*
2 *Inter personales & reales actiones multæ sunt differentiæ.*
3 *An actio iniuriarum vendi possit.*

CERTI

CERTI. *Ad similitudinem eius qui per f.* &c. Eadem est ratio in reali actione, & in personali, vel etiam maior: quia personalis nō potest separari, ita inhęret ossibus. secus in reali, quia dominium transfertur per traditionem, non tamen cessā actione in rem, licèt quidam voluerunt ita intelligere ff de fundo dot. si fundum. *Cùm enim actionis nomen generale est omnium.* Propriè tamen dicitur actio † in personam, petitio in rem, persecutio tam in rem quàm in personam, vt ff. de actio. actionum, & l. actionis. & inst. eod. §. actionū. & nota quòd actionis verbum indefinitè perlatum, generaliter accipiendum est: vt ff. de lega. præst. l. 1. idem in verbo legantis: vt ff. de auro & arg. leg. l. 1. & l. Plautius. Idem in verbo contrahentis: vt ̄j. quæ res pignori. l. vltim. arg. contra. s̄. de transact. si decreta, & l. omnia. si ergo nihil est quod differentiam in his vtilibus actionibus possit inducere, tamen multæ sunt differentiæ inter personales † & reales: quia in rem actio tollitur x. annorum spatio inter præsentes, xx. inter absentes, aliæ non. præterea nullo iure est mihi obligatus is quem in rem actione conuenio: & aliæ multæ sunt differentiæ, vt videre potes in tit. de actionibus, & quæri potest an actio † iniuriarum vendi possit, quidam voluerunt dicere quòd non, cùm in bonis nostris non sit ante litem contest. vt ff. de iniuriis iniuriarum. sed dic quòd imò potest, quia non est in bonis nostris quoad hoc quòd trāsire possit ad hæredes. dum enim nobis competit, & eam exercere possumus per nos vel per alium, & ideo vendi potest & dari. post litem verò contest. nequaquam, cùm sit res litigiosa: vt ̄j. per tot. tit. de litigiosis.

L. 9.

1

2

3

QVÆ RES VENIRE NON POSSVNT, ET qui vendere vel emere vetantur.

TIT. XL.

FVCANDÆ. Id est, tingendæ. *Atque.* pro vel, & vide sententiam huius tit. in summa, & sequentis, & tertij.

L. 1.

DE PATRIBVS QVI FILIOS SVOS distraxerunt. TIT. XLI.

LIBEROS. Planum est quod hîc dicitur.

SI QVIS PROPTER. *Sanguinolentus.* Q. d. in sanguine puniendus, nisi hoc iusta causa esset. *Ad ingenuitatem,* &c. Videtur ergo quòd fuerit seruus: licèt quidam dixerint, quòd non, si seruierit, & ita repetere poterit quis ingenuitatem suam, vt in aliis multis casibus ̄j. de lati. liber.

Sic in vet. Libro reperimus, in quo desunt aliae leges huius tit.

Hîc desunt duo tituli in commentario nimirum, Quæ res exportari, &c. XLII. & De eunuchis XLIII.

DE RESCINDENDA VENDITIONE.

Tit. XLIIII.

1 *Vis compulsiua & atrox, quæ dicatur.*
2 *Malæ fides distinguitur à dolo.*

L.1. SI PATER TVVS PER VIM COACTVS. Scilicet, compulsiuã, quæ atrox dicitur, & quæ in homine † constanti cadit: vt ff. quod cau. l. 1. & l. metum autem. sunt enim plures species virium vel violentiarum: vt notaui ꝯ. quod metus cau. l. 1. Malæ fidei, &c. id est, dolosa, quia dolus dedit causam contractui, & licet aliàs mala fides distinguatur † à dolo, vt not. ꝯ. de acq. poss. vitia possessionum: hîc non est ita. *Irrita est.* Ipso iure: vt ff. quod quod me cau. si mulier. §. si dos. sed Io. contra, quia non dicit ipso iure irritum, imò quòd teneuerit contractus, & dolus esset incidens. quæ inerat coarctori, quæ illata fuit, nec enim sciens rem alienam emit. & sic glossatur irrita, id est, irritanda. sic ꝯ. de libe. præter. auth. ex causa præteri. *Nomine tuo.* Non dicit ob hoc, quoniam pater admitteretur. posset enim admitti, licet ipse contraxerit, sed ideò dicit, quia tam per se quàm per alium poterit iste venire contra. hoc enim passim permittitur: vt ꝯ. de procura. in pecuniariis. aliter sumitur alieno nomine. ff. de his qui not. infam. furti. §. 1. *Maximè*, &c. Ideo dicit quia & si non offerret, adire præsidem posset. necesse tamen habet offerre postea in lite, sicut dixi ꝯ. de transact. si maior ann. Vel dic quòd abundat, sicut infrà de fideicommiss. lib. cùm constit. debet enim restituere pretium, vt ꝯ. quòd met. caus. si vi. Vel dic quòd refert se ad specialem metum. vbi non tenetur quis pretium refundere. vt ꝯ. quod met. caus. si per impressionem.

Sic in vetere libro reperimus.

1 *Contrahentibus quomodo sese decipere liceat.*
2 *Intra quadriennium beneficio huius leg. vtendum.*
3 *Emptor supplendi, vel restituendi electionem habet.*
4 *Deceptio vltra dimidiam iusti pretij quomodo computanda.*

REM MAIORIS. *Humanum est.* &c. Ideò dicit, quia aliud est de iure communi, cùm liceat contrahentibus naturaliter: vt ff. de minoribus in causæ §. penult. vel dic, quòd contrahentibus † licitum est se decipere. non tamen tantum quantum hic dicit: si vltra dimidiã iusti pretij. *Te restituente*, &c. sed potest quæri, an restitutio ista fiat iure actionis ex eo contractu, an iudicis officio, & voluerunt quidam dicere quòd fiat iudicis officio. & pro eis facit quod dicitur in litera auctoritate iud. intercedente. ꝯ. quib. ex cau. ma. in bonæ fidei. & ita habebit † quadriennium computandum à tempore deceptionis: vt ꝯ. de tempo. in integ. restit. l. vlt. Io. tamen visum fuit contra. dixit enim agendum actione ex eo contractu, & non implorabitur iudi. officium arg. ff. de act. empt. l. ex empto. §. is qui vina, & ff. de contrahen. empt. sed Celsus. §. 1 & ita durat non quadriennio tantum. sed xxx. annis. nec obstat litera ꝯ. quib. ex cau. quia quandoque dicit lex fieri aliquid iudicis

dicis officio,& tamē habemus ad id actionem: vt ff. quod met. cau. metum. §. ex hoc. sed actio interuenit tanquam eam efficiens, officium autem iudicis circa eam exercetur. & intellige l. istam quando dolus emptoris non interuenit. tunc enim si daret causam contractui, ipso iure nullus est contractus: vel si esset incidens, ageretur ad decipiendum: vt ff. de act. empt. Iulianus. §. si venditor, dic ergo quòd re ipsa deceptus est. *Vel si emptor elegerit.* Habet ergo emptor qui non deceptus est, 3 electionem, suppleat pretium, vel † rem restituat, quòd si emptor in alium transtulit, nunquid tenetur ad idem? Respon. sic. Item quid si res periit, nunquid tenetur ad pretium iustum? quidam dixerūt quòd sic: vt ff. de contrahenda emptione. si in emptione. sed Io. contra, quia res tantùm est in obligatione. vnde si perierit, liberat emptorem: & hoc cum maior est venditor, secus si minor, subuenitur enim ei ad pretiū: vt arg. ff. de iure dot. si res. §. 1. & hæc eadem possunt dici in similibus contractibus, scilicet bonæ fidei, locationis, permutationis, & aliis. quid in contractibus stricti iuris? dic vt dicit l. ff. de verb. oblig. si quis cùm aliter. & ita est cùm res valebat x 1. & ego vendidi v. quia non accepi dimidiam iusti pretij. sed pone è cōuerso quòd emptor fuit deceptus. & voluerunt quidam ita ponere exemplum, quia si res valebat x. & ego vendidi pro x x. non decipior vltra dimidiam iusti pretij. secùs si 4 pro x x 1. nos non ita. nec enim hìc decipitur † vltra pretium, sed vltra dimidiam iusti pretij. si ergo iustum pretium rei erat x. & tu dedisti x v. non es deceptus vltra dimidiam iusti pretij: secus si x v 1. quia v. erat dimidia iusti pretij, & tu dedisti v. vltra quam valeret, & plus.

DE CONTRACTV. *Nullo recedi potest.* Quia nullo tempore voluit. nam inuito altero receditur à pacto adiectionis in diem, vel legis commissoriæ apposito. sed hoc est quod simul voluit. *Nec ex rescripto nostro.* Quia tale rescriptum in totum ius alterius adscribet. L. 3.

AD RESCINDENDAM. *Hoc non solùm sufficit quod mag.* &c. Quia diligentia possessorum & maioris pretij & minoris fuerint: vt j. de iure fisci l. 4. L. 4.

SI DOLO RESCINDI VENDITIONEM, &c. Sed videtur falsum quod hìc dicit, quia aut dolus dedit causam contractui, aut fuit incidens. primo casu ipso iure non tenet: & ita non est opus rescissione. secundò agitur ad decipiendum: & ita non rescinditur quod factum est. sed intellige quod hìc dicit, quando dolus dedit causam contractui, & res fuit tradita. agetur enim condictione indebiti, vel actione de dolo ad id quod de facto processit rescindendum. & ita de facto dicitur rescindi, non quòd tenuerit. sic ff. de feriis l. 1. L. 5.

NON EST PROBABILIS. *Quamuis enim duplum offerat,* &c. Et est ratio, quia non ideo potest videri rem valere duplum, vel plus duplo eius quod datum est, tum quia duplum debet æstimari secūdùm id tempus quo facta est venditio, tum quia non secùdùm affectionem tuam debet æstimari pretium: vt ff. ad leg. Falcid. pretia. L. 6.

RATAS MANERE. *A fisco nostro vel à priuato.* Ergo erat miles qui impetrabat rescriptum, quæ scilicet impetratio erat cōtra se, sicut cōtingit in quibusdam, & maximè in mulieribus. *Eadem lege,* &c. Sed nónne nullum esset tale rescriptum si impetraretur, cùm in to- L. 7.

tum ius alterius absorbeat: vt s. de precib. imperat. offe. quotiens ergo non eadem l. poterit conueniri: vt ff. quod quisque iur. l. 1. in fi. sed hic contradicit, & ff. quod quisque iur. l. 3. Respon. imò aliquod esset, si ex certa scientia indulgeretur, sic, non obstante tali lege. vel quod hic dicit eadem lege conueniendos milites, non dicit propter rescriptum, si specialiter indulgeretur, sed propter legem talem si in communi statueretur, scilicet vt permitteretur rescindere venditionem secundùm Io. vel quod dicit, eadem lege côuen. intellige hoc posito quòd teneat rescriptum, quod scilicet falsò ponitur. quidam dixerunt quòd illa l. locum habet quando emanauit inter non subiectos: tunc enim non vtetur eodem iure. aliud si inter subiectos vt hic, sed prima responsio melior est.

1 *Iustum pretium quomodo probatur.*
2 *Iustum rei pretium probatur ex quantitate redituum.*

L.8. SI VOLVNTATE TVA. *Finitum.* Id est, completum. *Mi. dimid. iusti. pre. quod fuit temp. vend.* Vt ff. de iure fi. non intelligitur. § diui. & ideo dicit, quia potest esse quod tempore venditionis fuerat x. post xv. sicut per diuersa tempora mutantur quæ consistunt in pondere, numero vel mensura. sed quod hic dicit de iusto pretio, qualiter † probabitur? Respon. bene. probabo enim quòd res quæ non est melior hac, vendita est vltra duplum. si opponatur, Ille stultè emit, vel sibi confinis erat fundus, probabo non fuisse confinem: & probabo illum fuisse talem, quem non est verisimile stultè emisse. Idem & probatur rei pretium ex quantitate † redituum: vt j. eo. si quos. & in authent. de aliena. & emphy. §. & hoc autem concedimus. & de non alien. reb. eccl. §. quia verò Leonis. & §. si verò aliquis, & vt ff. de rebus eorum qui sub tut. l. si fundus sit sterilis, & de leg. 2. Gaius §. Titius. 1 2

L.9. PRETII CAVSA. *Contractus non constituitur irritus.* Vt ff. de contrahen. l. inter. §. siue.

1 *In transactione non præsumitur dolus, ex paruitate pecuniæ.*
2 *Qui dolum allegat, probare debet.*
3 *Dolus quando præsumitur.*

L.10. DOLVS. *Non quantitate pretij.* Q. d. non hoc ipso quòd minoris ledit quàm res valeret, præsumitur dolus intercessisse arg. côtra. ff. de transact. cùm hi. §. modus. sed dic quòd in transactione † non præsumitur dolus ex paruitate pecuniæ, sed quòd deceptus fuerit alimentarius re ipsa: & ideo non seruatur fides transactionis, imò nulla est ipso iure fauore alimentorum. ex qualitate ergo facti debet probari dolum interuenisse, sed indiciis perspicuis: vt s. de dolo, dolum. & qui dolum allegat, dolum † probaret: vt ff. de proba. quotiens. §. qui dolo. alibi dicitur † dolum præsumi, & etiam culpam: vt not. s. de pignorat. l. 4. *In integ. rest. comp.* Ex hoc tribus modis: quia si dolus dedit causam contractui, ipso iure nullus est côtractus, si processum est ad traditionem, agetur de dolo, vel condictione indebiti: si est incidens, agetur ad decipiendum. si verò re ipsa vltra dimidiam iusti pretij, secundùm nos 1 2 3

pete-

petetur actione ex eo contractu, secundùm alios, iudicis officio, vt notaui s. eo. l. 2.

1 VENDITOR, &c. Planum est quod hîc continetur, & in l. sequẽti similiter. non idcirco. L. 11.

SI MAIOR ANNIS. *Bona fides non patitur.* Videbatur contra, quia socer habetur loco patris: & patre non consentiente filius vendere non potuisset: vt j. de bo. quæ lib. l. vlt. vnde & si denuntiauit socer ne emeret, videtur non valere emptio. sed hic dicit contra. L. 12.

EA CONDITIONE. Assignatur contra. j. de pactis inter empt. cùm te. solutio, hîc aliàs erat distracturus, ibi verò non. *Contractus irritus constituitur.* Ita est in contractibus nominatis: aliud in contractibus innominatis. ibi enim si non steterit alter conditioni, poterit ad id quod datum est retrahendum vel ad interesse actione præscript. verb. vti: vt ff. de rerum permutat. l. 1. & de præscript. ver. naturalis. sed hîc nõ dissoluitur contractus non seruata conditione, imò ageretur non condictione ob causam, sicut quidam voluerunt dicere, quia locum habet in nominatis contractibus: vt notaui in l. illa certè, sed actione ex eo contractu. L. 13.

QVISQVIS MAIOR. Ideo dicit, quia minor restituetur: vt s. de integr. restit. *Paulo vilioris pretij.* Secùs enim si deceptus esset vltra dimidiam: vt s. eo. l. 2. *Qui familiares res.* Non ergo potest quis prætendere ignorãtiam rei familiaris, sicut nec in facto suo nisi in debito repetendo: vt ff. ad Velleia. si fideiussores. L. 14.

SI QVOS. *Et redituum quantitas.* Et ita redituum quantitas in iusto pretio æstimatur. *Ne sub nomine subhastationis,* &c. Non enim ex eo quòd subhastata est res, præsumitur iustè vendita. *Sub gratiosa auctione,* Id est, gratiosa venditione: vnde venditor dicitur auctor. L. 15.

HI QVI IMPOSITA. Patet per l. istam quòd si post impositionem muneris quis recesserit, quòd tenetur præstare. secùs si antequam imponeretur: vt j. de incolis, l. t. L. 16.

VESTIVM. *Et argenti,* &c. Idem in qualibet re: vt ff. de contrah. emp. non licet ex officio, & s. de contractibus iudicum. L. 17.

QVANDO LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE. TIT. XLV.

1 *Interpretatiua traditio, quid.*
2 *Nuda voluntas quæ dicatur.*

REQVIDEM INTEGRA. Licèt aliàs in iudice delegato dicatur res integra ante lit. contest. & in procuratore constituto ad agendum: vt ff. de procurat. ante litem. & de iurisd. omn iud. & quia. hîc tamen dicitur res integra, quia non interuenit traditio, vel pretium fuerat solutum. & intellige de vera traditione, vel etiã de interpretatiua. si enim moriatur homo venditus, habetur pro tradito: vt ff. de rescin. vend. cùm emptor. §. vlt. & est intelligẽdum de pretij solutione, vel in totum, seu pro parte. sed aliud in datione arræ: vt in l. sequenti. *Etenim quod consensu contra,* &c. Dicit L. 1.

enim regula iuris, Nihil tam naturale est, quàm eo vinculo quodque dissolui, quo colligatum est. *Nuda volun tas.* Nuda dicitur, quia † est si- 2 ne restitutione rei, sic s. de pact. traditio. *Priori similis est retro agens.* Quidam dixerunt quòd retro agitur contractus, cùm res emptori tradita est. tunc enim ipso iure emptor pretium quod nondum soluerit, desinit debere: vt ff. de pact. iuris gentium. §. adeò. & similis actus interuenit, cùm emptor rem traditam vendit: & is qui vendidit, emit eodem pretio vel alio. sed hęc non placent: quia hęc secunda venditio nó perimit primam. secus si à primo venditore fiat: vt ff. de contrah. emp. pacta. & de rescind. vend. si quam rem, & in hoc vltimo casu potest poni exemplum. vel intellige quando reddidit rem ea mente, vt recedatur à contractu.

L. 2. PERFECTAM EMPTIONEM. Quantú ad obligationem. *Tantum pacto,* Ab vno facto de non agendo: vt ff. de acceptila. l. vlt. vel glossa pacto & consensu, id est, pactionali consensu mutuo interposito, vt neuter alium conueniat. *Secundùm fidem pacti recuperare.* Quia arræ datio, vt teneat vel non teneat contractus. nisi detur nomine arræ & pretij nomine: & tunc non potest rescindi solo consensu. *Quàm ad pretij quantitatem quam te ded. significas.* Potest quæri an si conueniatur habeat exceptionem in alia parte pretij & videretur quòd sic: vt ff. de pact. iuris gentium §. sed cùm nulla. sed hoc pactum non fuit validum ad rescindendum contractum. si tamen restituit quod accepit, tunc habet exceptionem, sed vbi non restituit, & conuenitur ad pretium, bene videtur quòd habeat necesse soluere. sic enim haberet rem & pretium: quod esset iniquum, & speciale est quòd pactum nudum non pariat exceptionem: hic enim vel consensu vel pacto non poterit dissolui contractus soluta parte pretij, & ita si paciscantur vel consentiant de dissoluendo contractu, non habebit exceptionem in parte pretij quoniam non soluit, vt s. dixi.

SI PRÆTER PVBLICAS PENSITATIONES VENDITIO FVERIT CELEBRATA.

TIT. XLVI.

1 *Cessatio solutionis, quando inducit resolutionem contractus.*
2 *Fiscalis hastæ fides conuelli non debet.*

L. 1. VENDITIONEM OB TRIBVTORVM CESSATIONEM, Et puto statim vt cessatum est: vt hic & arg. j. de vectig. & commiss. l. 4. speciale tamen est in pupillo, vt remittatur pœna postquam † cessatum est infra xxxii. dies: vt ff. de 1 publica. imperatores. in colono ecclesiastico priuato spectatur biennium vt s. de sacrosc. eccle. auth. qui rem, & ff. loca. quæro §. pen, in emphyteuta priuato statuitur triennium: vt j. de iure emphy. *Reuocari non oportet.* Nam fiscalis † hastæ fides conuelli non debet: vt j. de remiss. 2 pign. si hypothecas. *Iura hypothecæ siue pignoris.* Alias est, neque creditore eius iure hypothecæ vel pignoris præcedente. *Priore loco.* Non tem-

tempore. *Omnia*. Scilicet bona. *Obligata sunt*. Gratia priuilegij.

1 *Ubi requiritur causæ cognitio, aduersarij præsentia exigitur.*

SI DESERTA. *Ob cessa, colla*. Quia cessabat conferre ad vias resi cien ias. *Vel reliqua*. reliqua ideo pro præteritis annis solutio erat facta, sed non pro præsenti, ideóque de tributis reliqua soluenda sunt. *Sincera fide iusto pretio*. Vt valeat venditio, oportet esse cessatum in solutione tributi, & bona fide vendi, & iusto pretio & sub hasta, & aucto ritate præsidis. tutoris quoque si minor erat qui cessauit. *Præsente eo*, &c. V bi enim requiritur causę cognitio, aduersarij præsentia exigitur: vt ff. de minori. in causæ §. causa. L. 2.

SI QVIS FVNDVM. *Fuerit inserta in libello, necesse sit legitima defensionis*, &c. Videtur contra. ff. de minori. ait prætor. per l. enim illam sufficit iudicis auctoritas. sed ibi loquitur quando soluitur pecunia minori quæ sibi debetur. aliud in alienatione prædij ob cessationem tributorum ibi enim maior exigitur solemnitas, quia oportet interuenire iudicis auctoritatem & præterea tutoris vel curatoris. debitor enim soluit ex necessitate, hîc autem venditio fit vtriusque voluntate. L. 3.

SINE CENSV VEL RELIQVIS FVNDVM COMPARARI NON POSSE.

TIT. XLVII.

1 *Pactio de tributis præstandis quando illicita.*

EX CONVENTIONE. Assignatur contra. s. de pact. ex conuentione, vbi ferè eadem verba ponũtur. ferè dixi, quia ibi loquitur in vsuris. præterea ibi ponitur, sed si, hîc autem sed & si, & ibi habes competit, hîc autem non competit. in his ergo diuersitas videtur. sed responsum quia hîc non datur actio in fundo æstimato pro tributis, quia pactio apposita est † illicita de tributis præstandis ab eo qui non possidet fundum. hoc enim fieri non potest, & ideo bene dicit quòd non competit actio, aliter. in vsuris. vel dic quòd illa pactio de tributis præstandis à non possidente illicita est quoad fiscum, non autem quoad priuatos: vt ff. de pac. inter debitorem & l. epistola. vel distingue, quia si facta est æstimatio, vt appareat quanti fundi deterior fiet soluto matrimonio, tunc non datur actio hæredi pro futuris tributis præstandis, cùm de cætero soluto matrimonio fundus ad eum non pertineat: si verò facta est æstimatio, vt soluto matrimonio reddita æstimatione remaneret fundus apud hæredem tunc habere debet actionem pro futuris tributis, vt ibi dicit. & sic distinguitur j. de iure dot. si inter virum, & licet non detur pro futuris cùm fundus æstimatus redit ad vxorem, datur tamen pro præteritis, sicut dicit l. in hærede fructuarij: vt ff. de vsufructu, quæsitum, & l. qui vsumfructum. §. vlt. L. 1.

REI ANNONARIÆ, &c. Habes hîc authent. SED PERICVLVM IN SE RECIPERE POTEST, Si vsus: veruntamen si L. 2.

L.9. facta est æstimatio,& inuentus fuerit minus idoneus emptor, necesse habet profiteri apud gesta,& periculo suo transpositio fit fiscalium,vt postea dicit,& tunc dici potest, id est,debet, vel habet necesse. Fiscalium. tributorum, id est, prædiorum pro quibus præstantur tributa fisco.

1 *Prouinciales tantum præstant tributa.*
2 *Concubinarij.*

L.3. OMNES PRO HIS, &c. Ex hoc insultant prouinciales vt tributa à quolibet possidente præstentur.sed videtur ad prouinciales tantùm referendum,per hoc quod dicitur suprà, de episco.l.de his. nec obstat institu.de vsura,& infrà,de vsucap. transfer. vt ibi notaui. nec obstat hæc L. quia quod hîc dicit omnes, refertur ad eos tantum qui † debent præstare,hoc est ad prouinciales, & est simile cùm dicitur,omnis homo diligit filium suum: refertur enim ad habentes filiũ, non ad non habentes:sic & dicitur,omnis homo videt id quod ipse videt,& omnis homo timet in mari. Et aliud,omnis homo contrahit matrimonium consensu,exceptis nobilissimis barbaris: non enim intelligendum est de † concubinariis, quòd solo consensu matrimonia contrahant, imò & necessaria sunt dotalia instrumenta, vt inst. de nupt.§. vlt. *Quæ possident,&c.* Et tenentur præsenti & præterita pensitatione,vt ff.de publ.imperatores.ita est cùm à priuato fit venditio:secus si à procuratore,i.ab eo qui exequitur & exigit tributa.tunc enim nouus dominus tenetur pro futuris tributis tantùm,non pro præteritis, vt j. de censib. lib. xi.l. vlt. *Professio censualis*.i.scriptura qua profitebatur quid & nomine census præstandum sit, & nomen fundi, & in qua ciuitate, & in quo pago sit, vt ff. de censib. l. forma censuali. & j. de vectigal. & con.

DE PERICVLO ET COMMODO REI VENDITÆ. TIT. XLVIII.

1 *Perfecta venditio quæ dicatur.*
2 *Imperfecta venditio.*
3 *Periculum quando ad venditorem pertinet.*
4 *Certiorari debet qui ignorat.*

L.1. POST PERFECTAM. Perfecta dicitur venditio, quia erat pura: si verò fiat † sub conditione, non licet recedere, non tamen est perfecta quantum ad periculum, quia non pertinet ad emptorem,sed ad venditorem, si tamen res deterior fiat, hoc pertinet ad emptorem:vt ff.eod. quòd si pendente. Dicitur etiam imperfecta † venditio, cùm conuentum est vt fiat in scriptis,& nondum facta est inde scriptura,vt s.de fide instru.contractus, & sic antequam perficiatur pertinet periculũ ad venditorem. Pertinet etiam † periculum ad venditorem,si res in genere non in certa specie vendatur,vt ff.de contrah.empt.si in emptione.§.penult. Præterea intellige

tellige regulam istam quando contrahitur emptio in his quæ nō consistunt in pondere, numero, vel mensura: ibi enim distinguitur in l. seq. Item si fuit in mora venditor, vel recepit in se periculum, benè pertinet ad ipsum periculum, speciale tamen est in casu quodam, quòd perfecta facta venditione, vt scilicet purè, & in re certa, & sine scriptis, periculum pertineat ad venditorem, vt ff. locat. si fundus quem. *Auctor enim.* Id est, venditor. *Quæ ex praeced. tem. cau. euict. parant.* Vt puta quia vendidit rem alienam, & modò euicta est, vel legatum sub conditione vendidit, postea existente condicione euincitur. Habet enim emptor ex tribus causis præcedentibus regressum ad venditorem, nisi remitteretur per pactum, vt ℐ. communia de legatis. l. vltim. & ff. de euictio. Herennius. Aliud si ex sequenti tempore aliquid contingat in re vendita, non enim tenetur venditor: vtputa seruum vendidi, qui cùm accusauerit aliquem, post venditionem eripuit se in libertatem: ob hoc non tenetur venditor, vt ℐ. pro quibus causis ser. pro præm. liber. acci. *Si ei denunciatum est.* Si prope sententiam, non est audiendus: vt ff. de euiction. si rem. §. vltim. & cùm nesciebat venditor talem causam agi, alioquin si sciret, non oporteret denunciationem interuenire, imò teneretur sine denunciatione: nec enim videtur celatus, qui 4 scit, certiorari † debuit, qui ignorauit, vt ff. de act. empt. l. 1. *Et non absente, &c.* Quia si contra absentem, pronunciaretur propter contumaciam suam, sed non posset agere de euictione, vt ff. de euictionib. si ideò.

1 *Per traditionem perficitur venditio.*
2 *Periculum quando pertinet ad emptorem.*

L. 2. CVM CONVENIT. *Antequam tradantur imperfecta, &c.* Mirum 1 est quod dicit, traditionem perficere † venditionem. & ita videtur quòd in venditione rei contrahatur obligatio: quod falsum est, vt per totum tit. in instit. de oblig. quæ ex consensu. Sed dic quòd consensu contrahitur venditio, & est perfecta, ita quòd statim potest agere emptor & venditor. sed quoad periculum in rebus de quibus hic loquitur, & distinguit: non est perfecta donec tradiderit: sed sufficitne sola traditio ad hoc quòd ad emptorem periculum pertineat? & certè sic, si incipias à traditione. si verò à degustatione sola, degustatio non facit periculum nisi interueniat traditio. Simile not. s. de inoffi. donat. si liqueat. & est idem dicendum in gingibere & cinnamomo, quæ degustari possunt, & quæ aliis similibus. Domino tamen B. & quibusdam aliis visum fuit, quòd cùm venditio fit ad mensuram: distinguendum sit, fuerit deteriorata res, an perempta. Si deteriorata, sicut in conditionali venditione antequam mensurauerit pertinet periculum ad emptorem. Si perempta, ad venditorem: si denunciauit, & noluit mensurare, poterit effundere per corbes: vt ff. eo. l. 3 § vlt. si verò fiat venditio in specie, vt ita dicatur, vendo vinum quod est in cellario, vel frumentum quod est in horreo, quidam dixerunt quòd ad hoc quod perti-2 neat periculum ad † emptorem, semper necessaria est degustatio, & pro se inducunt ff. eod. l. 1. Dominus meus contradicit, & cum eo sensit

dominus Albertus: siue enim degustauerit, siue non, vino vendito in specie pertinet periculum ad emptorem: cùm enim degustauit secundùm omnes ad eum pertinet periculum. Idem si non degustauit, quia debet sibi imputare, pro nobis est ff. eo. si quis vina. §. 1. & ff. de contrah. empt. quòd sæpe. §. in his. Nec obstat ff. eo. l. 1. aut non conuenit, & vsque ad degust. &c. Quia aliter exponimus quàm ipsi: si enim conuenit vsque ad quod tempus teneatur de periculo, benè est: quia vsque ad illud tempus tenebitur venditor, si non conuenit, non intellige ad, sed vsque ad quod tempus teneatur de periculo, tunc tenetur vsque ad degustationem: conuenit enim vt teneatur de periculo: sed tempus non fuit determinatum, quare tenebitur de casibus fortuitis donec emptor degustauerit, & hoc est quod dicit: licet aliud sit secundùm opinionem nostram in eo quod positum accepit vel commodatum, quia non tenetur de casibus fortuitis, nisi specialiter fuerint enumerati, vt ff. si quis caut. sed & si quis. *Et claues emptoribus traditas.* Ad maiorem euidentiam dicit, nam & sine traditione clauium pertinet ad emptorem periculum, vt ff. de contr. empt. quod sæpè. §. in his. sed datis clauibus videtur facta traditio, vt ff. de contr. clauibus.

L. 3. DOLVM AVCTORIS. Id est, venditoris. *Emptori non nocere.* Si enim sciens vendidit rem alienam, poterit agere ex empto ante etiam quàm euincatur, vt ff. de actione empti, Seruius §. vlti. Vel dic quòd nocet bonæ fidei emptori, quia nihilominus vsucapiet, vt ff. de diu. temp. præscr. an vitium. Hodie tamen malæ fidei possessore alienante vsucapio non procedit. Præterea potest intelligi quia si dolus dedit causam contractui, dicet nullum contractum. si incidens fuit, aget actione ex eo contractu ad decipiendum, vt ff. de act. emp. Iulianus. §. si venditor. & no. C. de resc. vend. l. 2. vel distingue, habeat lucratiuam causam, an non, vt ff. de doli except. apud Celsum. §. sed cùm legitima.

L. 4. CVM INTER EMPTOREM. Et l. sequen. *Contra speciem.* Et l. *Mortis causa.* Plana sunt quæ dicuntur ibi.

DE ACTIONIBVS EMPTI ET VENDITI.

TIT. XLIX.

L. 1. ADVERSVS *eum cui agrum vendidisti.* Subaudi. & tradidisti. *Nec enim tibi in rem actio, &c.* Videtur contra, ff. de tributoria procuratoris, §. pen. & instit. de rer. diuis. §. venditæ. Sed intellige legem istam, quando pretium erat solutū, vel fides habita de pretio, tunc enim translatum est dominium, vnde non habet rei vindicationem pro re vendita. Sed vbi tradidi, nec pretium accepi, vel aliàs mihi satisfactum non est, dominium remanet penes me, & ideò possum vindicare, sic & dicit lex in pignore tradito à creditore dibitori. ff. de pignorat. l. 3. ita est in directa rei vindicat. aliud in Publiciana. ibi enim non requiritur solutum sit pretium vel non, vt ff. de Publicia. de pretio.

1 *Actio venditi, & ex vendito non differunt.*
2 *Indebitum quacunque ignorantia solutum repeti potest.*
3 *Inuasio de mobilibus propriè dicitur.*

VENDITI ACTIO. In hac lege & in superiori appellat actionẽ ex vendito venditi, & siue dicatur vẽditi siue ex vendito, siue 1 † empti siue ex empto, non differtur, aliàs enim ponitur actio ex vendito, vt ff. de act. empti. Iulianus. §. ex vendito: quocunque ergo superiorum modorum sumatur, ius signatur personale, & ita in libellis benè potest proponi. aliud si ita dicatur, quia vendidi: non enim est actio, vt not. s. de eden. l. edita. *Id obesse tibi poterit.* Non enim debitor liberatur: vt ff. de pact. si cùm de. *In quo maiores.* Vt s. de in integr. restit. maior. l. in bonæ fidei. *In his quæ dolo, &c.* Sed & si dolus aduersarij non interueniat, possunt iuuari, vt s. de rescindenda venditione, l. 2. *Iusto errore.* Hoc dicit ad maiorem exaggerationem, id est, vt euidentius appareat mihi subueniendum. Si enim stulto errore ductus essem, idem 2 esset: quacunque enim ignorantia soluatur † indebitum, siue facti siue iuris, repeti potest. aliud si sciens indebitum quis soluat: vt ff. de regul. iur. cuius per errorem. *Pepigisse.* Id est, pacto per compensationem remisisse. *Fructus quoque, &c.* Hic est. §. *Ante venditionem.* Secus enim si post venditionem, vt j. eodem. fructus. Pertinent enim ad emptorem, nisi fuerint separati in agro cùm vendidit: tunc enim de his dicendum tanquam de rutis & cæsis, vt ff. eodem fundi nihil. §. si ruta. in sterquilinio distinguitur: vt in §. 1. illius legis. *Inuasisse.* Impro-3 priè ponitur. Inuasio † enim habet fieri circa mobilia tantùm, vt inst. vi bonor. rapto. §. quæ non solùm. *Eodem iudicio.* Imò videtur vi bon. rapt. sed in hoc iudicio multa veniunt de quibus non est cogitatum, vt not. j. l. 2.

L. 2.

1 *Datio arrarum habet in se tacitum pactum.*
2 *Quænam dentur actiones ex arrali pacto.*

EX ARRALI PACTO. Ponitur hîc pactum ratione arrarum, quia 1 talis datio tacitum in se † habet pactum, vt scilicet liceat emptori pœnitere amissis arris: venditori verò pœniteat duplatis arris secundùm P. vel intellige ex arrali pacto, cùm in datione arræ conuenit eam sibi restitui cùm soluerit pretium. Vel intellige quòd personalis actio 2 præparetur ex † arrali pacto danti arras: scilicet de re quæ venit petenda, vel de eo quod arræ nomine datum est, si sit species, vel conditione sine causa respectu possessionis, vel præscript. vt ff. eod. ex empto. §. is qui vina, vel rei vindic. sed non ex pacto, nisi arræ dominium transtulerit, & cùm venditori nihil potest imputari, in duplum per cõditionem ex lege. & in duplo computatur arra, vel actione ex eo contractu, quia licet à contractu, nihilominus actio illa potest habere locum. vt ff. de contrahend. empt. sed Celsus. §. si fundus. *Præparetur.* Imò hoc falsum est: quid enim si ita pepigero, si ego contractum non adimpleuero, sit arra tua: certè ex hoc pacto expresso fit dominus venditor conditione existente, hoc expressum, ex quo rei vendicatio præparari videtur. Sed Io. dicit præparari, id est dari, & rei vendi-

L. 3.

catio non ex pacto, sed ex dominio & possessione datur.

1 *Interesse multiplex.*
2 *Quare in actione ex empto, præstatur interesse singulare.*
3 *Venditor, quando præcisè rem tradere tenetur.*
4 *Necessitas tradendi causatiua.*

L.4. SI TRADITIO. *Quanti interesse.* Sic ergo si non restituitur res à venditore, condemnatur ad interesse, sed cùm sola res petita sit, qualiter veniet interesse in condemnatione? imò, vt probatur ff. si cert. per. vinum. & hoc propter ea quæ in lite emergunt, quæ maximè ad iudicis officium pertinent, vt scilicet quia iste fuit contumax, nec voluit restituere, iudex debet habere rationem de interesse sicut est in fructibus, quamuis non petantur, vt ff. de ædi. edict. ædiles. §. vlt. Discretiores tamen iudices, non ita simpliciter proponunt in libello de sola restitutione, imò faciunt mentionem de interesse, & tunc non est dubium quòd venit: sed & simpliciter res petatur, vt s. dixi. & de quo loquitur? interesse † enim aliud conuentum, aliud singulare. Dic quòd de singulari, quando egreditur pretium commune, & hoc est si pluris interest quàm valeat res: vel singulare, vt si pluris quàm empta est, & est singulare quod circa personam emptoris consideratur non habito respectu ad alia, vnde si ipse patiatur, illud æstimatur: non autem si familia sua ob hoc perierit. vt ff. eod. si sterilis. §. cùm per venditorem. nec excedet tale interesse duplum pretij communis. vt j. de sentent. quæ pro eo quod interest, & ff. eo. idémq; & l. superiori. patet ergo quòd singulare præstabunt interesse, & circa rem, non extra: sed quare nō præpræstatur commune, sicut aliàs ff. ad l. Aquil. si seruum meum. & ad l. Falcid. pretia. Resp. Speciale est in actione ex empto propter contumaciam quòd præstetur singulare † interesse, sicut alia sunt specialia, scil. quòd in ea non iuretur in litem: vt ff. de in lit. iur. in actionib. Præstatur ergo interesse, & hoc secundùm omnium sententias, quando culpa sua venditor rem tradere non potest. sed si dolo faciat quo minus tradat cùm tradere potest, dixit M. non liberari venditorem præstando interesse. sed manu militari res ab eo est auferenda, vt s. de rei vin. qui restituere. Item dicebat quòd † præcisè tenetur venditor rem tradere sicut donator. vt inst. de don. §. perficiuntur. Item nónne dicit l. stultū esse iudicem, qui cùm possit ad rem condemnare, condemnat ad interesse. vt j. de fideicomm. liber. l. vlt. præterea. Prætor ait, pacta seruabo. Dominus tamen B. dixit quòd etiam si tradere potest. & per contumaciā nolit, præstando interesse liberabitur, vt apertè dicitur ff. eo. l. 1. & l. ex empto. §. etiam. & hic dicit apertius. Nam loquitur cùm rem poterat tradere: & precaria, id est, contumacia tradere nolebat, dicit quòd ad interesse debet condemnari. Respondebat B. illi legi qui restituere, quòd illa locum habent in his quæ aliquando fuerunt mea, secus in alijs quæ nunquam, vt in re vend. ca. sed illa responsio reprobatur apertè, ff. de verb. oblig. vbi non apparet: quia ibi in his quæ nūquam fuerunt mea incumbit tradendi necessitas promittenti, & per illum etiam §. perficiuntur in rebus donatis quæ nunquam fuerunt meæ. Sed nos respondemus ei quòd in illa lege dicitur quòd iudex

iussit

iussit ita:tamen non debuit iubere.sed quia prouocatum non fuit, debuit executioni lata sententia mandari,aliàs decretum prætoris habetur irritum,vt ff.de iudic.si prætor, Illi §. institut.de donat. respondemus,quia quod ibi dicitur,ad similitudinem,verum est quodammodo non vsquequaque, quia in re donata incũbit necessitas tradendi præ-
4 cisa:in vendita verò † causatiua. item quòd in illa de fideicommiss. liber.in c.dicitur,dictum est fauore libertatis.item quod prætor ait,pacta seruari,verum est directo,vel præstando interesse,sicut & notaui s. de hæred.vel act.vend.ratio.

L. 5. CVRABIT. *Cum vsuris restituere.* Tenetur ad vsuram tamquam ad interesse:cùm enim emptor habuit emolumentum rei, ego debeo habere emolumentum pecuniæ. *Licet nulla mora,&c.* Vt s.in quib. cau.in integ.rest.in minorum.

L. 6. VENDITI *act.si non ab initio.* Vt si interuenerit pactum legis commissoriæ,vel adiectionis in diem, sic si alius attulerit meliorem conditionem,vel non soluto pretio ad diem,sit res inempta.Sed & tũc videtur quòd agi non possit ex vendito ad rescindendam venditionem:si enim extiterit conditio, videtur quòd ipso iure venditio sit rescissa.Sed intellige quando processit aliquid de facto, vt quia tradita erat res:& ita de facto dicitur rescindi:s.de rescind. vendit. si dolo. & & ff.de feriis.l.i.& siue ab initio conuenit de rescindenda venditione, siue postea,idem est:vt ff.de act.empt.ex empto.§.siquis virginem. Sed ad pretium exigendum:vt ff.eo.Iulianus.§.ex vendito.

L. 7. SI SERVOS. *Non præstent emptori libera.* Sic & notaui s. si seruus emisse manda.l.vlt.

1 *Vacua possessio,quando dicatur.*
2 *Quando agens est in deteriori causa.*

L. 8. SI PATER TVVS. *In vacuam possessionem.* Et dicitur vacua pos-
1 sessio quando nullus tenet † causa legati vel fideicommissi: vt ff. eod. l.2. *Veritatem mutare.* Vt s.de rei vindicat.solemnibus. *Quocunque loco.* Id est,quocunque gradu,primo,vel secundo. Plures enim sunt gradus hæredum. *Ac si repererint non esse satisfactum,&c.* Quid si venditor dicat, non tradam rem nisi solueris pretium,& emptor dicat, non soluam pretium donec tradideris rem? Respond. P. quòd deponatur & sequestretur apud honestum virum, & ipse det. argum. ff. de solution. si soluturus.Ioannes tamen dixit bonum argumentum, ibi enim deposuerunt, quia parum fidei sibi habebant, & fecerunt hoc sponte.Dic ergo quòd si quis illorum vult agere, primò debeat tradere id ad quod est obligatus: alioquin patietur exceptionem: & sic qui
2 † agit,est in deteriore causa, atq. ff.eod.qui pendentem, & de ædil. edict.ædiles.§.vlt.

1 *Quando venditor tenetur quanto minoris.*
2 *Ad ea quæ frequentiora sunt,iura aptantur.*
3 *Supina ignorantia.*
4 *Qualibet prouincia posita sub tributo.*

L.9. SI MINOR. *Sine sciente, siue igno* Videtur contra. ff. eod. si sterilis. §. 1. Respon ibi loquitur in venditore distrahente prædiũ quod sciebat præstare tributa. Nec hoc dixi, tunc enim tenetur actione ex empto, aliud si ignorauit tributarium, nec aliquid dixit: tunc enim nullo modo tenetur, & hoc cùm ignorauit, & nil dixit: secus si ignorauit, & asseruit minus deberi. tunc enim tenetur quanto † minoris, vt hîc dicit. Quorundam tamen fuit opinio, quòd ignorans non teneatur de vitiis rei per superiorem, l. si sterilis. § 1 & per aliam. ff. eo. Iulianus. §. item qui furem. & dixeruntquidam speciale in illis trib. casibus. in animali morboso, tigno vitioso, & in vestibus interpolatis: vt ff. de contrahend. emptio. Labeo libro. Sed hoc quod dicunt ipsi generale, magis dicendum est speciale, cùm enim in tribus vel quatuor casibus inueniatur quòd ignorans teneatur, magis dicendum generale quàm si in duobus: quia ad ea quæ † frequentiora sunt, iura aptantur. Dic ergo quòd generaliter tenetur ignorans, si obiiciatur de eo quod dicitur, ff. eod. Iulianus. in seruo fure, vbi non tenetur ignorans, in tantum quantum suprà dixit in fugitiuo. Vel dic speciale: quia cùm quis vendidit furem, aut emptor sciuit furem ipsum esse, aut ignorauit. Si sciuit, benè est, nec enim debuit certiorari: vt ff, eod. l. 1. si ignorauit, supina † est ignorantia, quia debuit præsumere ipsum esse furem, cùm omnis seruus sit fur, ad minus in rebus domini. Patet ergo quòd & si ignoret, in hoc casu non tenebitur, idem in prædio prouinciali: debuit enim scire emptor prouinciale prædium esse tributarium, cùm quælibet prouincia † posita sit sub tributo: vt s. de episcopis, de his, nisi sortiatur ius Italię, sicut erat in quibusdam. 1 2 3 4

L. 10. CVM VENDITOREM CARNIS. Pone quòd volebam facere maximum conuiuium, & conueni cum carnifice, vt ad talem diẽ daret mihi pro c. de carnibus, ipse fidem fregit. tenetur ad interesse, quia fortè oportuit emere cariori pretio.

L. 11. SI ANCILLAM. *Ciuem Romanam facere non prohibetur.* Quid si ecclesiæ vendidisset? Resp. manumittere non posset, ne qua fieret iniuria ecclesiæ, quæ vtilem habet rei vindicationem: sed nec defuerunt qui dicerent ipsam habere: cùm enim hæres seruum sub conditione legatum interim manumittere non possit, ne qua fieret iniuria legatario qui rei vindicationem speratur habiturus: vt j. cõmunia de leg. l. vlt. §. sed quia nostra. ergo multo minus iste secundùm Io.

L. 12. SICVT PERICVLVM. Planum est quod in hac l. continetur.

L. 13. FRVCTVS. *Vsuras.* Vt s. eo. curabit.

L. 14. EMPTOR. *Et de eorum fuga.* Scilicet, quòd absit. *Itémq́, sanitate:* Scilicet quòd adsit. *Erronésq́, non esse.* Quid sit error & qualiter quis dicatur noxia solutus, dic vt ff. de ædil. edict. quid sit fugitiuus. §. erronem. & §. ante penult. Sed ad quid postulat de tradendis repromitti, scilicet, cùm aliàs de iure communi auxilium habeat: id est, actionem ex empto, vt tradantur? Sed dic quòd loquitur hic cùm vendidit ad diem, & nondum dies veneat: vnde timui ne fugeret cum illis seruis, & ideò rectè postulo repromitti: vt scilicet arbitrio iudicis pro tradendis eis det pignora vel fideiussores: nomen tamen repromissionis ad nudam promissionem refertur, vt notaui de verbor. significat. sanci-

sancimus. Sed quotiens persona suspecta est, peti potest satisdatio: vt ff. de offic. præsid. senatus. In legato verò licet purum sit, satisdare tenetur quis, vt ff. de lega. no. ca. &c.

VLTRA MODVM. *Cura pactum.* Quia pactum non intercessit de plus petendo. *Mora non facta.* Alioquin vltra petitur, quia interesse soluitur propter moram. L.15.

POST PERFECTAM. Planum est. L.16.

EXPVLSIS. *Quem habere ius in eo negatis.* Hodie, & si haberet, amitteret. *Ad instar interdicti.* Hoc ideo, quia sublata est interdictorum solemnitas: vt instit. de interdict. in fi. *Seu actionis.* In factum quæ datur ex interdicto. L.17.

SI QVIS EMERIT SIBI VEL ALTERI sub alterius nomine, vel aliena pecunia.

TIT. L.

SI EX PECVNIA. *Civiliter consiste.* Si pecunia extaret, agere possit rei vindic. pro pecunia illa. Si verò ita commixti essent denarij vt discerni non possent, fiunt eius qui accepit: vt ff. de solut. si alieni. Repetet ergo condictione sine causa, cùm ad eam peruenerit pecunia mea sine causa: vt ff. si cert. pet. si & me. Si verò pecuniam illam subripuit, furtum commisit: sed non dabitur patri actio furti: vt not. j. rer. amot. l. 1. Sed iste poterit sibi subuenire condictione sine causa vel in factum: vt notaui s. de dolo. si superstite. Nec enim habet quis rei vindic. pro re empta, ex pecunia sua, nisi in casibus, vt ff. de don. inter vir. & vx. vxor marito. & in aliis quos notaui s. de rei vindicat. si ex pecunia. & j. si vt propones. L.1.

SI EMANCIPATIS. Ideo dicit de emancipatis, quia si essent in potestate, non valeret donatio, nisi confirmaretur silentio mortis: vt s. de inofficiof. donat. l. si pater. *Nomine vestro*, &c. Hoc enim ipso quod nomine vestro emit, vestrũ fuerit: vt s. famil. ercisc. filiæ nomine. L.2.

MANCIPIA. *Empta.* A matre, vel ab alio nomine vestro. L.3.

QVAMVIS. Planum est. L.4.

CVM PROPRIA. *Nomen tantummodò*, &c. Ideo fortè quia nobilis erat: ideóque in instrumento nomen suum scribi patiebatur: vt ff. de auctor. tut. l. 5 §. puta. & infra, de commerc. & mer. l. nobiliores. vel fortè scriptum est nomen vxoris causa honoris, si gratia donandi, non tenet modo constante, morte tamen confirmatur, vt j. de donat. inter vir. & vxo. l. antep. vel ideo quia non habebat oportunitatem recipiendi inde chartam. *Docenti tibi veritatem.* Præsumitur enim contra te, cùm nomen vxoris inueniatur scriptum: vt j. de donat. inter vir. & vxor. si filius. secundùm P. *Fructuum taxatione.* Id est, æstimatione. si enim velim æstimare in infinitum, ipse coarctabit. L.5.

2 *Scriptura stari debet.*
2 *Simulatio per coniecturas præsumitur.*
3 *Per epistolam contrahi potest.*
4 *Nuda traditio non transfert dominium.*

5 *Ex nullitate contractus, non imped.*

L.6. MVLTVM INTEREST. Hæc lex ponit tres casus, *Pecuniam numerasti.* Distingue numerata sit venditori, an mulieri: vt ff. de donat. inter vir. & vxor. sicut mulier, & l. quod autem. §. & hoc diuus Adrianus. *In quantum tu pauperior, & illa locupletior.* Et ita si ei dedi x x. & illa emit pro x x. nec valuit vltra x. habetur hinc inde ratio. *Quod si emisti.* Hic est §. *Potior quàm scriptura habetur.* Sed nónne videtur cõtra, cùm † scripturæ stari debeat? & ita obseruamus tota die cùm scribitur. Ego talis cum vxore mea emi. & vobis traditum fuit quòd ei stari debeat: vt j. de contrahen. stip. optimã. & præterea dicit l. quòd scripturæ stetur, nec probetur contra nisi per testes: vt s. de probat. cum precibus. Respon. quia cùm dicitur in instrumento, Tali vẽditum fuit & traditum: præsumitur esse verum. sed hic non continebatur nisi purum nomen mulieris: maritus enim emerat, & ei tradita fuerat possessio. nam per has coniecturas † simulatio præsumitur, vel simulata venditio. sed quare dicit l. de probat. quòd probari non potest contrarium, nisi per testes verum esse, vbi continetur mulieri vendidisse & tradidisse. tunc enim verè præsumitur. sed si nomine tantùm, non re emit, imò constat alij traditum & venditum, satis præsumitur per hoc simulatio: & ita plus valebit quod agitur j. de donat. inter vir. & vxor. si filij. *Si verò ab initio.* Hic est §. *Dum tibi non vis, nec illi potes.* Si est procurator, & dicit, vendis illi, non valet: vt ff. de contrahen. emp. fundus. & de constit. pec. sed & si filio. §. 1. si autem dicat, vendis mihi nomine illius domini mei: valet. Idem est si tacitè in corde retineat. sed si est nũtius, quæcunque verba dicat, valet contractus vtroque consentiente. nec enim nuntius contrahit, sed dominus per eum, vt per epistolam. † quod fieri potest: vt ff. de contrahen. emption. l. 2. in fin. & de constit. pecu. qui autem. §. vlt. idem in seruo & filio quantum ad profectitium peculium, & in seruis vsufructuariis. aliud in procuratore, vt s. dixi. speciale tamen est in quibusdam, vt in tutore, curatore, actore: quia siue contrahant in persona sua, siue pupilli, quærunt ei actionem: vt ff. de constit. pec. eum. §. vlt. eiúsque rei internuncium & procuratorem manifesta differentia, quia dominus in procuratoris persona voluit contractum celebrari. in nuntio verò contra. & ita intellige l. istam in procuratore cui mandatum est vt emeret suo nomine, & ipse emit nomine domini, de se nulla facta mentione. alioquin ipse obligaretur: vt in l. seq. si enim contraxit nomine alterius, non potest ei actionem adquirere, nec sibi: cùm sibi nõ voluit, nec alij potuit. & ita notatur hic: quia quod potuit non voluit: quod voluit nõ potuit. aliàs procurator actionem sibi adquireret, & teneretur eam cedere domino actione mandati: vt ff. de acquiren. poss. possessio quoque. §. & si possessio. *Ille potior habetur, cui possess. à domino tradita est.* Sed qualiter acquiritur dominium illi cui primò res tradita est, cùm contractus nullus fuerit? in persona enim domini vel procuratoris, vel negotiorum gestoris, quod nomen purè dicimus conceptum in contractu, non tenet venditio: neutri enim, vt dicit, vt dicit, acquisita est actio: & ita si tradit, & nulla præcessit causa: Videtur quòd non transferatur dominium: nuda enim † traditio non transfert dominium: vt ff. de do. nuda. & de acq. rer. do.

nun-

1 2 3 4

nũquam num. sed dic quòd cùm venditor credidit se obligatũ ex illo cõtractu, quod non fuit, si tradat, dominium transfert. & ex eo quòd 5 contractus nullus fuit, non impeditur † translatio: vt notaui s̃. de dolo & de fide instrumentorum, in contrãibus.

CVM PER EOS. Planum est. L.7

1 *Per procuratorem, scienti & non scienti acquiritur.*
2 *Per negotiorum gestorem, non acquiritur.*

NIHIL PROHIBET ALTERO. Intellige procuratorem. si L.8. enim esset negotiorum gestor, per traditionem sibi factam in alium non transit dominium: vt ff. de negot. gest. si ego. sed per procu-1 ratorem † acquiritur scienti & non scienti: vt ff. de acquir. rer. dom. si procurator. si ergo vterque contrahentium habeat animũ mihi quærendi dominium, mihi quæritur. Item si solus venditor, vt dicit. nam si venditor eo animo tradat procuratori, vt mihi quærat, & ipse praua cogitatione eo animo acceperit, vt sibi acquireret, nihilominus acquirit mihi: vt ff. de donat. qui mihi donatum, si verò solus procurator agebat de dominio transferendo, acquirit nobis: vt ff. de acq. poss. l. 1. §. 2 hæc quæ de seruis. & §. per procuratorem. aliud † in negotiorum gestore, quia per eum non quæritur, vt s. dictum est.

QVI ALIENA. *Petitio non competit.* Sed de pecunia habet actio L.9. nem vel pro socio, vel condictionem sine causa, vel aliam generalem.

DE REBVS ALIENIS NON ALIENANDIS, & de prohibita rerum alienatione & hypotheca.

TIT. LI.

1 *Quod nomine meo non est gestum, ratum habere non possum.*
2 *Vtilis negotior. gestor. quando datur.*

SI PRÆSIDI PROVINCIÆ PROBATVM FVERIT. Iudici enim facienda est fides, non aduersario: vt notaui s̃. de testa. cos. *Nullo iure.* Id est, nullo tit. *Seruos subebit.* Et ita agat ad seruos, non ad pretium. nec enim agere possum actione negot. gest. ad pretium, cùm ratum habere nõ potui quod 1 meo nomine † non est gestum, arg. ff. de neg. gest. si pupilli. §. sed & si. ad idem ff. de preca. si seruus. nisi in subsidium, cùm res fuerit vsucapta vel perempta seu præscripta: & de vsucapta loquitur in sequenti casu, vbi Iulianus tenetur ad pretium, non de stricto iure, quia nomi-2 ne suo fecit, sed de æquitate † vtili neg. gest. habes ff. de neg. gest. l. vlt. M. tamen dixit dari domino act. neg. gest. ante vsucapionem completam: vt not. s. de rei vindic. mater, & hoc cùm nullam habuit causam is qui vendit, vel habuit lucratiuam. si verò non habuit lucratiuam, quia emit, non tenetur, cùm tantum emptori absit quantum adsit: vt ff. si cert. pet. si eum seruum. *Quod si igno.* Quia se dicebat procuratorem. *Facti sunt,* Per vsucapionem.

L.2. DISTRAHENTE. *Fraude conquisita.* Adhibita, quia dicebat se locasse.

L.3. VENDITRICI. *Doli mali, si hanc viam elegeris.* Si vult ergo habebit exceptionem doli mali. si verò patiatur rem à se euinci, & ita omisit exceptionem, quanti sua interest poterit experiri: & ita aget ad pretium ratione fructuum vel ex stipulatu ad duplum: vt s. de rei vindica. quotiens. & ff. de euictione, vendicantem. sed videtur quòd nihil deberet consequi, cùm omissa sit exceptio sua culpa, vt ff. de euict. si rē. § 1. & l si per imprudentiam. Respon. culpam hanc non potest sibi venditor imputare, cùm ea lucrum senserit. id est, rem habuit, imò posset dicere: Cùm culpent alij te, me laudare necesse est: vt solet notari ff. de iure do. cùm in fundo. *Et si defensione monstrata.* Id est, exceptione doli mali.

L.4. MANCIPIA. Planum est.

L.5. SI FVNDVM. *Post emancipationem.* Secus si ante, quia pater tunc esset dominus. *Neq; es successisti.* Aliter si successit: vt not. s. eo. l. 3.

L.6. NEMO. Priuatus scilicet, secus in fisco vel imperatore: vt j. de quadrien. præscriptione. l. 2 & l. bene, & j. tit. prox. l. 1. *Non obligatas.* Si enim essent obligatæ, posset pacto vel lege. *Nec ex officio.* Publico vel priuato, si enim esset tutor vel curator vel iudex seu executor, posset, vt ff. de euict. si pignora. sed & procurator si speciale habeat mandatū, vel liberam & generalem administrationem, vt ff. de procura. cui libera, maritus tamen auctoritate legis, licet sit dominus, impeditus alienare: vt insti. quib. aliena. in princ.

1 *Quando in legatarium etiam ignorantem transit dominium.*
2 *Condictio ob causam quando locum habeat.*
3 *Rem ecclesiasticam aliquando alienare licet.*

L.7. SANCIMVS. *Sine lex alienationem.* Vt l. millia in fundo dotali, vel in rebus ecclesiasticis, aut in re minoris. *Siue testator.* Ne forte alienet extra familiam: sicut dicitur de leg. 2. cùm pater. §. liberis. *Non solùm dominij aliena.* &c. Si prohibeatur alienatio nullum omnino in accipientem, quia pro infecto habetur: vt s. de legib. non dubium. Idem si prohibeatur à testatore, nisi testatoris præceptum fuerit nudum: quia non apparet persona cuius gratia prohibita est alienatio: vt ff. de leg. 1. filius f. diui. in legatarium enim † etiam ignorantem transit dominium 1 rerum: vt ff. quemadmo. seruit. amit. si partem. §. si per fundum. si verò pacto contrahentium prohibeatur alienatio, videtur quòd transferatur dominium, & locum habeat † condictio ob causam: vt s. de con- 2 dict. ob causam, ea lege, sed ei contradicit s. si mancipium ita fue. alienatum. l. ea quidem sed dic quòd in prohibita alienatione videtur cogitatum de facto: an in prohibita manumissione videtur cogitatum de effectu beneficij: vt ff. de seruis expor. si venditor: quidam tamen distinxerunt. in prohibita alienatione sic cogitauit de facto: vt tunc trásferatur dominium, sed agetur ad interesse, an de effectu dominij trásferendi: vt tunc non transferatur dominium alij. aliter vt notaui in l. illa, ea lege. & dic vt ibi. *Sed etsi in.* Vsusfructus darionem, &c. & hoc est ex interpretatione legis, vel ex mente testatoris aut contrahentium,

secus

secus secundùm propriam vocabuli significationem: vt ff. de verb. sig. alienatum. & probatur j. de fundo dot. l. 1. licet quidam propter l. istam conuersiuè legant quod ibi dicitur, sicut ibidem notaui. *In quibus constitutionum auctor.* Licet enim quandoque rem † ecclesiasticam alienare, vt notaui s. de sacrosan. eccl. authen. hoc ius, sed & fundum dotalem, si expediat mulieri: vt ff. de iure dot. l. vlt. vel rem minoris ob æs alienum. *Vel testatoris voluntas.* Vt j. de fideicom. voluntas.

DE COMMVNIVM RERVM ALIENATIONE. TIT. LII.

1 *Possessio immobilis.*
2 *Prærogatiua dicitur priuilegium.*

SI NVLLA VSVCAPIONIS. Sed quare dicitur de vsucapione, cùm j. dicat emisse possessionem, & possessio † immobilis est? sed hic continebantur mobilia vt serui, & similes res. nec enim necessarium est vt possideantur immobilia. imò & quandoque, vt dixi, possessio est rerum mobilium & immobilium, & sic vsucapio & præscriptio procedere. *Prærogatiua.* Aliàs prærogatiua † solet appellari priuilegium indultum ab imperatore. sed hic non ita sumitur, imò vsucapionis prærogatiua, quasi dicat quòd auxilium acquiritur ei per vsucapionem: præfertur enim domino considerato iure ciuili, ne dominia rerum sint in incerto, & finis litibus imponatur, non autem considerato iure naturali nullus vsucapit, & sic dicitur prærogatiua ius commune. *Conueniendi.* In subsidium ad pretium: vt s. tit. 1. l. 1. L. 1.

MVLTVM INTEREST. Facit differentiam inter fiscum & priuatum, sicut s. de sacrosan. ecclesi. assignatur j. de quadrien. præscript. l. bene à Zenone. Respon. ibi vendidit rem alienam vt suam. nō enim credebat alienam, sed suam. si verò scierit alienam, non præiudicat: vt j. de venditione rerum fiscalium communium cum priuatis. sed & lex dicit quòd cùm vendidit rem alienam ratione tributorum, non valet nisi adhibeatur solemnitas: vt s. si propter pub. pensita. l. 1. L. 2.

FALSO. *Antequam, &c.* Quia postea sociis non consentientibus alienare prohibentur: vt s. communi diuidun. non etiam. *Extraneo.* Aliud de consuetudine in quibusdam locis: vt not. s. de contrah. emp. dubium. L. 3.

PORTIONEM. *Nec militari grauitate conuen.* Quia tale priuilegium posset conuerti in læsionem suam: vt s. de rescind. vend. ratas. L. 4.

SI MAIOR. *Nescienti.* Aliud enim si sciret: vt j de euict. si fund. dim. *Conuenerit.* De euictione nihilominus enim agetur ex empto re euicta: vt j. de euict. non dubitatur. L. 5.

REM ALIENAM GERENTIBVS NON interdici rerum suarum alienationem. TIT. LIII.

1 *Quando quis falsarius punitur.* 2 *Crimen stellionatus.*

L. vnic. NON EST *interdictũ tutor.* Licèt tutoris bona tacitè pro administratione sint obligata, vt ȷ̄. de adminiſt.tut.pro officio. *Obligare fisco nostro.* Eo ſaluo, quia ſi depoſuit officium tutelæ, & antequam deponeret vel poſt non reddidit rationem tutelæ vel curæ, & ita vendidit fiſco, punitur tanquam † falſarius 1 viuẽte eo cui ratio reddi debet: vt ad l.Falcid.l.1.§.tutores. ſi verò reddit rationem, non habet locum pœna ſupradicta. ſin autem obligata pupillo alii obligauit, tenetur crimine † ſtellionatus: quod eſt extra ordinem, vt ff.de crim.ſtellionatus.l 3. 2

DE PACTIS INTER EMPTOREM ET VENDITOREM TIT. LIIII.

L.1. SI EA LEGE. *Fides contractus seruanda est* Propoſita eſt actio ex eo contractu, vel præſcriptis verbis: vt dicit in l.ſequ.& not.ȷ̄.eod.l.3.

SI FVNDVM. Actio præſcript.verb.veſtitur enim hoc pactum cõtractus cohærentia.ff.de pact.iuris gentium.§.quinimò. ſicut & alibi rei traditione: vt ȷ̄.de rerum permut.rebus. *Habita ratione eorum quæ post oblatam,* &c. Illa enim reſtituenda ſunt mihi. aliud in quibuſdam emptoribus qui potiùs dicuntur creditores, qui fraudem volunt facere legi commiſſoriæ. faciunt in vno inſtrumento ſcribi de mutuo, in alio ſi non redemerit ad annum, ſit res empta, quæ multo plus valebat. hic enim ȷ̄ tempus, & poſt licet agere: vt notaui ȷ̄.de pact.pig.l.2.

1 *In lege commissoria locus est rei vendicationi.*
2 *Pactum legis commissoriæ, quid.*

L.2. QVI EA LEGE. *Rei vindicationem non habet.* Sed quare non habet rei vindicationem? Reſpond. quia licèt locum habeat † rei vindicatio in lege commiſſoria, vt in l.ſequenti. ſed & in pacto adiectionis in diem, deſunt res eſſe pignori ſi melior conditio oblata ſit: vt ff.de in diem adiect.l.ſi res.§.ſed & Marcellus. hîc tamen non fuit lex commiſſoria. eſt enim † pactum l.commiſſoriæ, vt non ſoluta ad diem, ſit res inempta. ſed hîc pactum fuit in contrarium, ſcilicet vt non reddita pecunia, ad me redeat dominium rei & poſſeſſio. per hoc voluit eum obligari: & ideo habet perſonalem actionem, niſi retinuerit dominium, & precariò conceſſit. Aliud ergo eſt dicere, non ſoluta pecunia ad diem, ſit res inempta, & aliud nõ ſoluta pecunia ad diem, redeat pecunia, dominium vel poſſeſſio ad me. 1 2

L.3. COMMISSORIÆ. *Eligere.* Habet enim electionem: vt ff.de lege commiſſor.l.2.& ita ſi noluit exercere legem commiſſoriæ venditionis.i.pactum legis commiſſoriæ in venditione appoſitum. ſed agit ad vſuras pretij: ex eo tempore quod poſt pactum elapſum eſt, videtur approbaſſe contractum.& ſic cùm aliqua duo ſunt contraria, & ego eligo vnum, alteri videor renuntiare: vt ȷ̄.de fur.l.1. & licèt alibi ſit locus pœnitentiæ. hîc non ita eſt: vt ff.de procurat.in cauſæ.& de coll. t.bon.non vnquam.de lege commiſſoria quod in hærede. §. quid eligere.de leg,2.cùm filius.§.Varius.

INITIO *venditionis*. id est, incontinenti post venditionem. tale enim pactum informat veterem actionem, & prodest ad vsuras pretij petendas. secus in fœnebri pecunia: ibi enim necesse est interuenire stipulationem: vt s. de vsur. quanuis. sed hîc pecunia non erat fœnebris, imò nomine pretij debita: & ideo conuenitur emptor ad vsuras pretij tardiùs exsoluti: vel eius fideiussor qui in omnē interuenit causam: vt ff. Locati. quæro. si verò simpliciter acceptus esset fideiussor Io. dixit q in omnem causam videtur acceptus, & tenetur sicut reus: & omnia præsumuntur solemniter acta: vt ff. de fideiussor. si quis pro eo. §. 1. & vt lega. nomine ca. §. bellissimè. L. 5.

CVM TE. *In suam causam reuerti.* Agendo actione ex vendito, non condictione ob causam, sicut quidam dixerunt. habet enim locū in contractibus innominatis: vt ff. de rerum permut. l. 1. si verò esset vēditurus aliàs, non rescinderetur cōtractus, sed ageretur ad interesse: vt de rescin. venditione, ea conditione. contra. L. 6.

1 *Plus est indulgere actionem quàm exceptionem.*
2 *Solui oblatio quando sufficiat.*
3 *Oblatio quæ fit in iudicio, valet consignationem.*

SI ATE, &c. Assignatur contra s. de precib. imperato. quotiens. sed hîc petebat sibi dari actionem in perpetuum, fortè cùm hic non 1 diffiniat tempus. aliud est si petat exceptionem. plus est enim † indulgere actionem quàm exceptionem s. dilatoriam, vt ibi. vel dic quòd imperator posset indulgere talem actionem si vellet. sed actor non potest hoc petere de iure suo. nec ibi dicit quòd semper indulgeat, sed panderur ei aditus: & si viderit faciendum, indulgebit. alioqui contra. hic autem non videbatur ei: & ideo dicit quòd non debet audiri. *Soluta*, id est, reddita *Data quantitas*. Subaudi emptori. *Non iure petis*. Tu venditor. *Sed si se subtrahat*. Ille emptor, *Denuntiationis*, &c. Hoc est consilium. *Et obsignat. depositionisque*. Sed nónne sola suffi it oblatio? vide- 2 tur: vt s eod. si fundum. sed plus si alia interueniant: tamen ablatio † sola videtur sufficere, vt ibi dicit. ergo hîc ad maiorem euidentiam. s d 3 oblatio quæ fit in iudicio, valet cōsignationem & † depositionem: vt ff. de pignor. si rem alienam. §. vlt. vel dicas quòd exigatur consignatio & depositio. quod minùs dicitur per l. illam, suppletur in ista lege. L. 7.

TEMPORE. Integram seruari: vt s. de pact. petens, vt ff. si cert. pet. lecta. *Si ab ea*. Vltima enim pacta præiudicant primis, vt s. de pact. pactorum. L. 8.

SI QVIS, &c. Assignatur huic l. contra. ff. de pact. nemo. Respon. illud verum est quando apponitur pactum de retinendo dominium. habeo enim dominium. C. si conuenit vt mihi non liceat alienare, non tenet. aliud quando apponitur in venditione, vt hîc. vel aliter n. mo paciscendo potest efficere, vt sibi locum suum dedicare liceat. quasi dicat, pactum non est tantæ efficaciæ, vt impediat dedicationem. sed si dedicauit, tenetur ad interesse vel pœnam. aliud videtur contra. ff. de religio. quòd si locus. Respond. quia l. illa hodie habet pactum quod restringit emptori facultatem sepeliendi certos homines etiam in re quæ non sit religiosa, destinata tamen est religioni: & ideo certo modo tantum admisit pactū, l. per stipulationē. si verò res nō sit religiosa, L. 9. *Sic in vet. libris reperimus.*

nec destinata religioni,& prohibet sepeliri non certos homines,sed omnes,incontinenti etiam pactum factum valet, vt hîc & plenè notauit dominus meus in l.illa.

SI SERVVS EXPORTANDVS VENEAT.

Tit. LV.

L.1. Lege venditionis. *Exportata*.i.exportâda. *Sub denuntiatione*. Vel conuentione. *Antequam fides prorumpatur*.i. antequã morati fuerint in prohibitis locis:post non:vt j.ancilla,sed pone,vend.di ea legee,vt † manus iniectionem ha- 1 betem, & manumissa fuit antequam fides rumpatur. liberi facti morantur in locis prohibitis,à fisco vendicantur:vt hîc,post vendit alicui fiscus,& illius emptoris consensu morantur in loco prohibito. quæritur an mihi venditori primo detur manus iniectio, an fisco. Videtur mihi quòd non, ex fine huius. l. & manumissus perempta obligatione alius viderur:vt ff.de solut.qui res.§.aream. sed Io. contra,quia prioris causa potior est:vt ff.de contrahen. empt. si quis sub hoc, neque debet inspici quo iure ad vltimum peruenit: vr ff.de statuliberis.l.statuliberi facto.in fi.nec deberet cùm eius voluntate manumissio facta non sit, sicut nec condictio furtiua perditur:vt ff.de condic.fur.l. & eleganter, cessauit equidem ad tempus actio:vt ff.de solut.qui res.§. aream. *Post manumissionem*.Nam sicuti si heres administrauit tacitum fidicommissum illicitum: vt infra ad legem Falcid. in l. datur fisco † vtilis ven- 2 dicatio, ita & hîc datur post manumissionem secundùm P. *Iniiciendæ manus facultas*. Agit etiam quandoque etsi nihil dictum sit de manus iniectione,si scilicet venditor stipulatus est pœnam,vel etiam non stipulatus, sed pactus incontinenri,& si moretur in prohibito † loco, 3 vt in summa. §. vltim. *Non denegatur*. Scilicet venditori, si morati fuerint in locis prohibitis. sed si fugerint à dominis, & ita morientur, tunc denegatur:vt ff eod. Titius, & hoc nisi venditor remiserit legem. potest enim † remittere aliud in illa conditione,ne mancipium prosti- 4 tuatur:vt j.tit.1.l.1.*Atq; ideo non petuntur in pub.* Nunquid transfertur dominium ex solo pacto?Io.non,nisi manu iniecta.

L.2. Si vt manus. *Fisco commissum*.Sed cur fisco committitur,& venditor vtrunque non habet?Respond. quia de vtroque sibi non cauit:& iniquum esset & pœnam peti,& rem vindicare:vt ff.de transact. quidam,& s.tit.l.1.Fiscus ergo admittitur,ad quem spectat punire delicta.*Tu verò natus es ex stipulatu act.*Alioqui distinguitur:vt ff eod.seruus ea.*An domini*. Quondam.renunciare enim suo iuri potuit: vt ff de pact. pactum, vel præsentis. nam si sine eius voluntate moretur, non committitur pœna:vt ff.eo.Titius.

ANCILLA. *Et ideo aditus procurator.* Fiscus in hac causa, fisco iniiciente manus, cùm ipse venditor sibi non est pactus manus iniectionem. L.3.

MOVEOR. *In exemplum.* i. vt alij timeant. *Status tuus videtur*, &c. Sed in causa libertinitatis & ingenuitatis cur non habetur pro ingenuitate, sicut in causa libertatis & seruitutis pro libero: vt j. de libera. cau. ordinata. contra. Resp. quia etsi pro libertino habeatur, in iudicio tamen consistere potest: quia in iudicio stare non potest. L.4.

1 *Roma est maior & caput aliarum ciuit.*
2 *Interdictus maioribus, non minoribus censetur.*

QVI EXPORTANDVS. *Nec in vrbe Roma.* Quæ maior est, & caput † aliarum ciuitatum, vt instit. de satisdat. §. vlt. non enim qui caret minoribus, debet frui maioribus: vt ff. eo. cui pacto. *Nec in Italia.* Si itaque quis prohibitus sit in Italia morari, videtur prohibita prouincia ex qua oriundus est, quia maior est respectu ipsius, vt ff. de interdict. & releg. relegatorum. §. dubitatum. sed aliàs licet non posset quis in Italia morari, potest in prouincia, sed non in sua quæ quantum ad eum maior est: vt s. dixi, non enim sequitur, si est interdictus † maioribus, & minoribus. L.5.

SI MANCIPIVM ITA VENIERIT NE PROSTITVATVR. Tit. LVI.

1 *Præfectus, ab imperatore appellatur amicus.*
2 *Libertas quando ex constitutione inducitur.*

PRÆFECTVS. *Amicus noster.* Conueniens est verbum imperatori. appellat præfectum † amicum suum, non autem more subiectorum conueniens esset si appellarem imperatorem amicum. *Secundum constitutionem Diui Adriani.* Locũ habet constitutio Diui Adriani nisi vendo vel ex qualibet causa trado ne prostituatur. & hæc eripit ancillam in libertatem, nisi seruem manus iniectionem mihi. tunc eandem mihi seruat, nisi tradens consentiat prostitutor. tunc enim in ista lege honestatis nihilominus peruenit ad libertatem, nec datur potestas abducendi., vt hic, secus in alia, nec seruus in aliquo certo loco moretur; vt ff. de ser. expor. l. 1. locum habet edictum Diui Vespasiani, cùm emptam ancillam, ne prostituatur alteri, vendo siue simili lege: vt ff. de iure patro. diuus. locum habet constitutio Diui Marci & Commodi missa ad Aufidium Victorinum: si dono vel vendo seruum vt manumittas: vel si pretium non pecuniam in specie, vt manumittas tuum: vt j. sit. l. 1. & 2. & l. si is qui. & ff. de condict. ob causam, dedi. §. sed & si tibi. & l. si pecuniam, §. 1. & si certum tempus adiiciatur, constitutio inducit eo † elapso libertatẽ, si potuit manumitti. si verò dicas, manumittas, quando voles, inducitur libertas te mortuo. si quando tu poteris. & seruo præsente post duos menses. alioquin post quatuor inducitur libertas, siue manumittas L.1.

simpliciter, idem quòd in in proximo casu. ﬆ. dixi. Resp. quidem dominus meus, quòd postquam potuisti manumittere, & cessasti: vt ff. de pæs. ver. naturalis. §. 1. & qui sine manumis. ad liber. Latinus. locũ habet Constitutio Diui Marci & Commodi in semestribus cùm trado seruum, vt post tempus sit liber, non comprehendendo factum manumittendi: vt ȷ. tit. 1. l. 3. & ff. de ser. expor. l. vlt. locum habet constitutio Diui Seueri & Antonini ad Vrbium maximum, cùm seruus mandat vt ematur suis nummis. quod dic vt ff. de manumiss. l. 4. & de iudic. qui se. & hæc in summa sequentis tit. diligenter tractata sunt.

L. 2. MVLIEREM. *Hæc autem lex.* i. conuentio. *Quamuis epistola vel sine scriptus facta.* i. siue epistola ostẽdatur, vel sine scriptis, per testes valet. non intellige epistola sine scriptis, quia nulla epistola est sine scriptura.

L. 3. EAM QVÆ. Nec in caupona, &c. sic. ff. de his qui not. infa. l. athletas. §. siue autem prin. nõ ergo est differentia siue faciat quis quod prohibitum est, siue per quod peruenitur ad illud.

SI MANCIPIVM FVERIT ALIENATVM, VT MANVMITTATVR.

TIT. LVII.

L. 1. SI PATROCLVS. *Vt si xv. an. cont. ser* Quid si fugerit medio tempore? non procedit libertas: vt ff. de statulib. cùm heres in fi. & l. seruus cùm te. §. si cuius. & de libera. cau. l. Paulus. *Non contrariæ voluntatis fuerit.* Videtur contra. ff. de ser. export. quæsitum. Solutio. Mutata voluntate tradentis constitutio non repræsentat libertatem datam, vt hîc: sed tamen qui accepit sponte manumit. vt ibi.

L. 2. SI EA LEGE. *Chrestet*, Proprium nomẽ est. *Sed nat. filium.* Non solùm seruum, sed naturalem, &c.

L. 3. IVSTA. Proprium nomen est.

L. 4. SI IS QVI pretium. assignatur contra ff. de præscrip. verb. naturalis. §. 1 & de condict. ob causam da. dedi tibi. Solutio. si pro seruo alieno dem pecuniam, non pro seruo eius cui dedi. & ita eum non potest manumittere, cùm non steterit conditio, repeto pecuniam, vt ibi. vel ago ad interesse. aliud si seruus proprius fuit eius cui dedit, vt hîc. vel dic quòd si pecunia data fuerit vt species, hab nt locũ leges illæ, si vt quantitas, & nomen pretij, habet locum l. ista. P. dixit l. istam intelligendam in quantitate numerata venditori: & pactum fuit antequàm traderet seruum vendidũ, vt manumitteret. si non manumisit succedit constitutio, quia habet locum in rebus donatis & venditis: vt not ﬆ. ti. 1. l. 1. vel intellige leges illas in mancipijs quæ non possunt ad libertatẽ peruenire, multa enim sunt alia. vt ȷ. qui non poss. & ȷ. eo. l. seq.

1 *Manumissio de iure, est de facto.*
2 *Prostitutio de iure fieri non potest.*
2 *Alienatio propriè quid dicatur.*

EA QVIDEM. Assignatur contra, s. de condic. ob causam.eum· L.5. solue,& intellige repetita quæ ibi notaui s. de reb,alie.l. vlt. *Continent.* Repete superius non,ibi,cùm nec in priuatorum,&c.& dic,non continent factum personæ.ita enim erat in epistola emissa ab imperatore vel præside,si non manumiseris. non teneris. & hoc ad ius refertur,non ad factum, vnde cùm de facto hic processerit tantùm manumissio,non inducit petitionem pœnæ. & sic hoc est intelligendum. si 1 non manumiseris † de iure & de facto.aliter in ea lege, ne prostitua- 2 tur,prostitutio de iure fieri † non potest: vt ff. de seruis.export.si venditor.quandoque tamen cùm aliquis instituitur heres, si seruum hereditarium manumiserit,sufficit si de facto existat conditio, & manumittat prout potest:vt ff.de condi.instit.l.mulier.§.1.& ita est in aliena- 3 tione:quia propriè dicitur alienatio † actus per quem dominum träsfertur,sed quandoque aliter dicitur alienatum. vt s,de reb.alien.l.vlt. vel dicas siue non continet, & ita intellige vt dicas eum non manumisisse,sed cui ipse vendidit. continebatur enim in literis, si non manumiseris,non teneberis.alioquin contra. cùm ergo factum tuæ personæ non intercesserit,sed alterius cui vendidisti. securus est. nec à te pœna peti poterit.

SI PVELLAM. Assignatur contra ff. de verborum obligationibus. L.6. qui Romæ.§.Flauius,sed hîc dixit simpliciter,vt manumittatur. aliud si vt manumittatur per vindictam,vt ibi.

DE ÆDILICIIS ACTIONIBVS.

TIT. LVIII.

SI NON SIMPLICITER. Ideo dixit,quia si ignorãs ven L.1. didisset, non teneretur actione ex empto ad interesse, sed quãto minoris erat empturus.vt ff.de act.ex emp. vili & ff. eod.l 2.§.causa.Alia etiam est differentia inter ignorantem & scientem.quia si venditor sciat vitia, & generaliter exprimat, sic vendat cum omni vitio, & omni menda, & nolo teneri,nihilominus tenetur secus si ignorans paciscatur: vel si nominatim morbus excipiatur:vt ff.eo.quæritur.§.si venditor.& j. de pact. pacisci. & de actione empti,quæro.l.1.in fi.& de hered.vel act.vend.quòd si in venditione.& l.hoc autem.

CVM PROPONAS. *Etenim redhibitoriam. Act. sex mensiũ,*&c.Promé- L.2. sib. præteritis,non his qui cõsequuntur venditioné.alioquin nul la esset ratio:& hoc scienti vitium.secus si ignorauit:vt ff. eo. cùm sex.

1 * *De impossibili,nemo tenetur.*
2 *Possessores casus non venditoris sed emptoris periculum expectant.*

1 SI APVD IMPOSSIBILE.i.difficile.alioquin de impossibili†nõ L.3. tenetur quis:sic ff.de his qui deie.cùm sane.& j. de cura.fur.l. cum aliis.& ff.loca.cùm in plures.§.vestimenta.econtrario.ff pro socio.l. de illo.& de pet.hered. sed & si lege. §. si quis re.& rem rat. hab. si fine.§. si in stipulatione.*Experiri non poss. ambig.* Sed nónne factum alienum

promisit? vnde non tenet: vt ff. de verb. obl. stipulatio ista. §. si quis promittat. Respond. magis videtur promittere interesse: vt ff. de euict. si ita quis stipulatus. *Posteriores enim casus*, &c. Vitio ergo non probato fuga post interueniens ad emptoris damnum pertinet: quia posteriores † casus non venditoris sed emptoris periculum expectant, vt dicit, [2] ex breuitate tamen temporis coniectura sumi potest quòd vitiũ prius inerat. & hoc secundùm probata, & rei qualitatem iudex considerabit. *Proferre curabis senten.* Proposita rei vindica. vel ad exhibendum.

1 *Conditio resolutiua.*
2 *Redhibitoria propriè sumpta.*

L. 4. SI PRÆDIVM. *Id vtpote*, &c. non enim dicetur venditum sub cõditione, sed purè. resoluitur tamen illa pura venditio in conditionem: ita † conditio illa dicitur resolutiua, vt cùm dicitur, vendo tibi. & [1] alius dicit, emo, sed si displicuerit, res erit inempta: vt probatur. ff. de contrah. emp. l. si res. *Et redhibitoria.* Impropriè sumitur redhibitoria pro actione ex empto, vel in factum: vt ff. eo. quod si nolit. §. in factum. *Ignorante emptore.* Ideo dicit, quia secus esset si sciret vitium: vt ff. eod. l. 1. §. si intelligatur. vel etiam si debuit scire, vt ff. eo. l. quæritur. §. vlt. *Per eandem actionem.* Hìc propriè sumitur & intelligitur de † redhibitoria: [2] vt ff. eo. etiam in fundo.

L. 5. HABITO. &c. Assignatur contra. ff. eo. redhibere. §. vlt. & l. ædiles §. loquuntur. Solutio: hìc est culpa emptoris. ibi sine culpa fugit, & tunc non tenetur, vt ff. eo. si tamen sine culpa. vel hic vndique bona fides, ibi tantùm ex emptoris parte. vel aliter exhibere hic accipe non, vt in actione ad exhibendum accipitur, sed exhibere seruũ fugitiuum, id est, redarguere seruum fugitiuum & probare.

DE MONOPOLIIS ET CONVENTV NEGOTIATORVM VEL ARTIFICVM, LABORVMque barbaricorum prohibitis illicitis.

TIT. LIX.

L. vnic. IVBEMVS, &c. Contra hanc l. artifices Bononiæ faciunt. & dic quid sit monopolium secundùm nos vel, alios, & alia quæ pertinent ad materiam, vt in summa.

DE NVNDINIS. TIT. LX.

L. 1. QVI EXERCENDORVM. Assignatur contra. ff. de iudiciis, heres. §. proinde & si. sed hìc non loquitur in quolibet contrahente in nundinis, ille enim conuenitur si habuit per gulam, vt ibi dicitur. sed in eo qui nundinas impetrauit, hic loquitur, vt nullum ibidem inueniat mercatorem. Sed contra hanc l. committunt Ferrarienses. Præterea sciendum est, quòd si nõ vtãtur x. tali priuilegio, amittũt: vt ff. eo. l. 1. *Priuata exactione.* Ne exigatur ali-

aliquid ratione locorum. habet enim grande commodum ex eo quòd propter forum terra eorum impinguatur.

DE VECTIGALIBVS ET COMMISSIS.

TIT. LXI.

SI IVRE. *Ante quæstionem*, Alioquin contra: vt j. de litig. l. 2. & vlt. *Statum tuum*, &c. ex his seruis præstabatur vnus. s. octaua. manumissus est vnus ante motam quæstionem. fit liber, quia ex aliis pręstari potest octaua. nec obstat quòd octaua pars est fisci: vt ff eo. commissa: quia seruũ communẽ potest quis manu mittere præstando pretiũ socio: vt j. de seruo communi manumisso. l. 1. L. 1.

NEQVE COMMISSVM. *Nec dolo*. Subaudi, vel lata culpa: vt ff. si mensor fal. mod. l. 1. §. lata. non audeo dicere quòd teneatur de leui: quia l. ista contra videtur innuere. Alias leges vide per te. L. 2.

NOVA VECTIGALIA INSTITVI NON POSSE. TIT. LXII.

NON QVIDEM. Planum est. L. 1.

VECTIGALIA. Institui possunt. idem in ecclesiis per concilium Lateranense. alias leges lege per te. L. 2.

DE COMMERCIIS ET NEGOTIATORIBVS.

TIT. LXIII.

NEGOTIATORES. *Agnoscendæ deuotionis*. Quia cum efficacia benignè, & cum instantia humanè conueniendi sunt, vt soluant: vt ff. de vsur. si bene. L. 1.

NON SOLVM. *Subtili auferatur ingenio*. Quia hostes erant imperij: vt ff. de capt. & postlim. re. nihil. & de dolo. l. 1. §. non fuit. subiecti enim imperio deuoti dicuntur: vt s. de vectig. & commiss. l. legatis. nec in eos ablatio debet intelligi esse permissa. alias leges vide per te. L. 2.

DE RERVM PERMVTATIONE ET DE PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE.

TIT. LXIIII.

1 *Res pro re solui potest.*
2 *Successio feudi.*
3 *Re aliena data non est permutatio.*
4 *Utilis condictio quando habet locum.*

L.1. SI CVM PATRVVS. *Venalem.* Puta pro x. si conuenissent de pretio, quia pater meus dixit fratri suo, vis dare pro x. & alius dixit, dabo. si nomine pretij pro x. det possessionem, erit emptio. nam res pro † re bene potest solui: vt ff. de const. pec. l. 1. §. an potest. sed hic non fuit taxata quantitas: & ideo non est emptio per omnia, quia ibi oportet certum esse pretium, vt j. de contrah. empt. nec est per omnia permutatio. dicit tamen in l. ista quòd agi potest ad interesse. *Non taxata.* Id est, diffinita vel determinata. *Comparauit.* Licèt vulgariter comparare sumatur pro emere, tamen comparare dici potest quis, ex quacunque causa acquirat. *Non iniuria iudicis.* Ideo dicit, quia iniuria quæ fit emptori, actorem non debet contingere: vt ff. de euict. si per imprudentiam. nisi iniustè causam damnationis non præbuit, arg. ff. de fideiu. exceptione. *Nec patris tui culpa.* Alioquin non ageret. & imputatur culpa, si pronunciatum esset contra patrem in absentia ipsius: vt ff. de euict. si ideo. vel si habebat instrumenta & non induxit cùm videret quòd tale damnum pertineret ad patronum. *Ad exemplum.* Ideo dicit, quia cùm non est taxata quantitas datur vtilis ex empto. si verò esset taxata, daretur directa. *Si in patris iura successisti.* Quidam sunt casus in quibus & si non sim heres † succedo. vt in 2 feudo, & operis libertorum. sed hic non de illis. *Permutatio facta est.* Videtur contra. ff. eo. l. 1. in fi. & de condic. ob cau. l. vlt. dicunt enim quòd alienare data † non fit permutatio, acsi nihil esset traditum. sed satis 3 dici potest, quòd si dedi rem alienam dum est apud te, tenet contractus. si verò euincatur, habetur pro non tradita: & ideo agetur condic. ob causam. Et quòd ita sit distinguendum, probatur ff. de distract. pig. rescriptum. §. 1. licet. Y. alio modo glossauit. ff. eod. *Cum ratione restitui postulabis.* conditione ob causam, cùm sit contractus innominatus: vt j. l. 3. & s. dixi. vnde in superiori casu, cùm omnino non sit nominatus contractus vel innominatus, dici posset quòd locum habeat † vtilis 4 condictio.

1 *Permutatio non est, nisi re tradita.*
2 *Venditio & permutatio in multis conueniunt.*
3 *In multis etiam differunt.*
4 *Emptio solo consensu perficitur.*

L.2. PERMVTATIONEM. *Re ipsa.* i. in veritate, vel aliter. quia voluit innuere quòd permutatio non est nisi re † tradita. aliter in vendi- 1 tione. *Bona fide.* Licet enim aliàs actio præscript. verb. sit stricti iuris: tamen cùm nascitur ex permutatione est bonæ fidei: vt inst. de act. §. actionum. *Vicem empti.* Non tamen est emptio. sicut nec vicecomes, nec qui cognoscit vice principis, est princeps: sed ideo dicit, quia in † mul- 2 tis similia sunt. sicut enim in emptione re tradita transit dominium, ita in permutatione: & sicut in emptione paratur iusta causa vsucapiẽdi, ita in permutatione, & sicut ibi agitur redhibitoria, ita in permutatione: vt ff. de ædil. edict. secundùm. §. penult. & similiter agitur de euict. vel vt caueatur in vna & in alia. differunt, quia in emptione † alius 3 emptor, alius venditor: in permutatione vterque dicitur permutator. item in emptione nõ oportet venditorẽ rem facere emptoris. sufficit si ca-

si caueat de euictione. secus in permutatione quia aliter non teneret: 4 vt ff. eod. l. 1. item emptio † est solo consensu, non autem permutatio. Item in emptione non potest quis repetere quod dedit, licet alter nõ adimpleat contractum. secus in permutatione: vt has differentias videre pot. s. ff. eod. l. 1.

1 *Cur permutatio dicatur contractus innominatus.*
2 *Ante monetæ inuentionem, omnia permutabantur.*
3 *Ex contractib. innominatis competit actio sine rei traditione.*
4 *Ex pacto nudo non nascitur actio.*
5 *Actio, quando ex re nascitur.*

EX PLACITO. *Re nulla secuta.* Si enim res esset tradita incontinenti, seu post biduum vel triduum, non curo, daretur actio præscr pt. verb. vt per empti contractum ad interesse, vel ad rem tradendã. sed ex sola pactione, cùm non sit naturalis obligatio, ex qua non nascitur actio, sed exceptio. & solet quæri quare contractus iste dicatur 1 † innominatus. videtur enim quòd per nomen permutationis potius diceretur contractus nominatus, quàm per nomen emptionis: cùm hîc vtraque pars contractus significetur: ibi autem nonnisi vna. præterea ita bene declinatur hoc nomen permutatio, sicut & hîc nomen venditio, vna ratio potest assignari, quia antequam esset venditio, vel mone- 2 ta † fabricata, permutabantur omnes res: vt ff. de contrah. empt. l. 1. postea inuenta moneta nomen speciale acceperunt, vt venditio, locatio, & similia. vnde cùm illud nomen generale retineat, & nullum ha- 3 beat speciale, dicitur innominatus cõtractus. vel est alia ratio, quia † ex nominatis contractibus vbi sunt competit actio sine rei traditione. aliud in permutatione: oportet enim quòd sequatur traditio vel stipulatio, vt hic patet. vnde si alter agat & rem non tradat, poterit alius obiicere, tu non vis tradere rem, nec ego tradam. nil enim Iudæus Iudęo: vt s. de hæret. & Manich. quare videtur quòd nascitur hæc actio ratione secutæ traditionis, non ratione placiti. cùm sine traditione, licet pla- 4 citum præcedat, nulla detur actio, cùm nullo † modo sit vestitum. sed tamen non est ita. licet enim sine traditione non competat actio, nascitur tamen ex præcedente placito: & postea re secuta competit. sic est & in actione pignoraticia. licet. n. sine solutione pecuniæ non competat, tamen non ex ea nascitur, quia solutione non obligauit creditorem. quid enim si nullum pignus intercessit, & soluatur? non agetur pignoraticia. ergo non nascitur ex solutione, sed ex pręcedenti pignoris obligatione & traditione. tamen sine solutione, vt dixi, non compe- 5 tit. actio enim ista ex † re nascitur: vt instit. quib. mod. re contrahitur oblig. §. creditor. idem dico in actione tut. vt ff. de tutel. & ra. distra. si tutor. §. vlt. & l. sequ. idem in actione de peculio. licet enim contraxerim cum filio vel seruo, non competit actio de peculio, cùm fortè hodie peculium non habeat. si verò post habuit incipit competere, non nasci, imo ex præcedenti contractu habet originem. *Nisi stipulatio.* Per hoc videtur reprobatum quod dixit M. ff. de pact. iuris gentium. ibi, sed cùm nulla subest causa, &c. dixit enim non agi ex stipulatu, ex permutatione nisi res tradatur. *Quæsieris partib. actionem.* Non intellige

L. 3.

quòd stipulatio quærat partibus actionem, quia res est inanimata, sed ipsi acquirunt per stipulationem solemnitate verborum interueniéte.

L. 4. CVM PRECIBVS. Facit l. ista ad id quod supra habuimus de re. alie. l. vlt. quòd pactio contrahentium non impediat dominij trãslationem. *Restituatur.* Per condic. ob causam, vel præscrip. verb. vt fides placiti seruetur ad interesse, sicut pleræque leges dicunt: vt ff. eo. l. 1. & l. naturalis, vel satis dici potest quòd detur ad faciendum quòd conuenit: vt ff. eod. ob eam.

L. 5. QVONIAM. *Asseris domum certam.* Si non certam, erit do vt des, non permutatio.

1 *Ex facio vt des, nascitur actio de dolo.*
2 *Actio præscriptis verbis, cur ita dicatur.*
3 *Interesse est à principio incertum.*

L. 6. REBVS, &c. Potest intelligi in permutatione, vel etiam supinari ad contractum innominatum do vt des, vel do vt facias, sed ex † facio vt des, nascitur de dolo: vt ff. eo. naturalis. §. 1. & 2. & §. quòd si faciam. *Certa lege.* Intellige quæ non est contra legem. si enim pecuniam mutuo dedi, & incontinenti pactus sum de vsuris: non datur actio: vt s. de vsur. quamuis. Præterea si dedi x. & pactus sum quòd recipiam xi. non obliget vltra id quod datum est: vt ff. de pact. si tibi x. Præterea posset quæri quare dicatur † præscrip. verb. Respon. quia antiquitus quælibet actio sua verba habebat determinata & præscripta per quæ proponebatur. & hæc solemnitas hodie sublata est: vt s. de formu. & impetra. act. hæc autem cùm generalior sit aliis, quia datur ex pacto incontinenti apposito, & ex rei traditione, & vbicunque deficit actio, suadente æquitate per excellentiam illud nomen retinuit, & solum nomen. non enim proponitur cum illis formatis verbis, sicut antiquitus. *Incertam.* Non intellige incertam, quòd in ea incerta exprimatur quantitas, imò certa inseritur: vt s. de episcopis authen. generaliter, sed quia competit ad interesse † quòd à principio est incertum: per iudicem tamen postea fit certum: vt instit. de actio. §. curare. *Ciuilem.* Ciuilis dicitur, quia inducta est de iure ciuili, non prætorio.

L. 7. EMPTIONEM. *Rebus.* Id est, speciebus. ab vna enim parte debet venire species: ab alia quantitas: vt ff. eo. naturalis.

L. 8. EA LEGE. *Non nudis pactis no. cens.* Cùm vallata est traditione: vt in principio dicit, ea lege. &c. *Ad implendum tibi pla.* &c. Sic & dicitur s. eo. quoniam & l. cum precibus.

DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE.

TIT. LXV.

1 *Locatoris definitio.*
2 *Vis maior quæ dicatur.*
3 *Casus fortuiti in bo. fid. iud. non præstantur.*
4 *Quando ex conjectura deprehenditur dolus.*

DOMI-

DOMINVS HORREORVM. Scilicet locatorum. Locator L.1.
1 enim dicitur, qui eo quod suum est, alij vti permittit † conuenta mercede: conductor verò è conuerso, qui eo quod alienum est vtitur pacta mercede: vt in summa, §.1. Vis maio-
2 ris. est autem vis maior, cui † resisti non potest: vt ff. quod met. cau. l.2. *Vel effracturam.* Vel fracturam, vel effracturam, idem est. Præstare non cogitur. non enim potest sibi culpa imputari, cùm aduersus ea non valeret custodia: & ideo non tenetur: vt hic, & ff. eod. qui mercedem. & l. seq. *His cessantibus.* Subaudi, & similibus. multi enim sunt casus fortuiti: vt instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. item cui. nec præstantur
3 in † bonæ fidei iudiciis: vt s. de pign. ac. quæ fortuitis. *Si quid extrinsecus.* Imò intrinsecus in ipsis horreis. sed subaudi, causa interueniente extrinsecus culpa locatoris. alioquin non teneretur. & ideo dicit, quia si intrinsecus causa interueniret, puta quia deterioratæ sunt res per se ipsas, non teneretur locator horreorum: quia de tali periculo non tenetur habere sollicitudinem. sed si extrinsecus causa interueniat, & potuit ei prouidere, tenetur. *Ex depositis*, id est repositis. non intellige quod esset depositum. ibi enim non interuenit pecunia, imò gratis recipitur. si verò interueniat pecunia, est conductio, & agitur ex conducto. §.1. si species. præ. ver. vt ff. depo. l.1. §. si quis seruum. *Illæsis.* Ideo dicit, quia illæsis horreis præsumitur quòd damnum acciderit propter malam custodiam. & est bene notandum quod hîc dicitur, aduocatis qui in causis de facto tota die venantur argum. si enim fuit fractum ostium, arg. est circa pignoratitiam, quòd non teneatur creditor. si verò non fuit fractum, vel nihil amisit de suis, eius culpa videtur interuenisse: & ideo tenetur satisfacere. idem in rebus commodatarij & depositarij. distinguitur enim, vtrum de suis aliquid amisit, an non, sed a-
4 lienam rem tantùm vt tunc ex coniectura † videatur in dolo versari: quia non ita diligens fuit sicut in suis: vt ff. depo. quod Nerua.

ADVERSVS. *Conduxisti.* & ita dicitur conductor operarum suarum. sic j. eo. si hi. alibi appellatur conductor & redemptor operis: vt ff. eo. qui insulam. §. qui ædem. & l. ea lege. §. vlt. & hæc redemptio imitatur primam naturam, antequam inuenta esset moneta, interueniente pecunia & opera sumptu meo. isti enim redemptores sumptu suo operari consueuerunt. alibi in emptorem dominium transfertur. *Cum vsuris* solitis, scilicet legitimis: vt s. de vsur. eos. si verò plures frequententur in terra vel regione illa, leuiores præstabuntur: vt ff. de administrat. tuto. tutor qui repertorium. & de leg. iij. hummis indistinctè. & idem dicit regula iuris.

1 *Ex quibus causis inquilinus inuitus expelli potest.*
2 *Noua causa, auxilio indiget.*
3 *Pensio quando soluenda.*
4 *Quando pensione non soluta, expellatur inquilinus.*

AEDE. *Insolidum.* Si verò pro parte soluerit, & non in solidum, L.2 non proderit quo minùs expellatur inuitus. & notantur hîc cau-
1 sæ propter quas inquilinus potest expelli inuitus. vna † est, si non soluit pensionem. alia est, si propriis vsibus fuerit domini necessaria do-

mus:vt quia quando locauit habebat domum aliam, modò combusta est vel post duxit vxorem.alia est si fuerit necessaria refectio. vel quando conductor malè versatus est in re locata, puta frangebat ostia, vel non colebat agrum sicut promisit. de hoc tamen quod dictum est, si propriis vsibus,&c intellige quando domus non erat necessaria ante locationem.si enim tempore quo locauit,erat domino necessaria, & ideo post locationem conductorem vellet expellere, non esset audiendus.sed si post contingit,potest, cùm ea quæ postea †emergunt auxilio indigent:vt ff.in poss.lega.planè.& de interroga.act. de ætate. §. ex causa.si verò expellat eum dominus præter assignatas causas, non poterit agere vnde vi.nec habebit locum constitutio, si quis in tantam. cùm inquilinus vel tales personæ nullum habeant ius, nec habent ciuilem vel naturalem possessionem:sed aget ex locato. & posset quæri in l.ista,quando solui debeat †pensio conuenta.quidam voluerunt dicere quòd in medio arg.s.de aduoc.diuer.iudi per hunc §. cētum aur. hîc autem videtur quòd in prin peti possit.aliæ ll. videtur dicere quod in fine,arg.instit.de inutil.stipu.§.vlt.& sic dixerunt. Io.verò distinxit vtrum actio sit de certo tempore,an non. si actum est,bene est: quia eo tempore petetur.si non est actum,recurritur ad consuetudinem regionis,expectabitur vsque in finem:vt ff.de reg.iur. semper in stipulationibus.sed tamen dominus poterit eum expellere, si non vult satisfacere:vt hîc dicit. *Soluisti*.Oportet ergo priùs quòd soluatur pensio, sicut in emptione pretium vel res tradatur: vt ff.de act.empt. qui pendente.& hoc quolibet anno. nam si steterit per biennium quòd non soluerit,etiam si pœna sit promissa de non expellendo intra tempus locationis,poterit †expelli:vt ff.eo.quæri.§ pen.sed fortè ibi loquitur in eo qui habet ius in re,sicut dicit authent.in emphyteut. aliud in temporali,quia ille statim eiici poterit. *Aut corrigere domum*, &c. subaudi, necessario.aliud si vellet altiùs eleuare: vt ff. eo. qui insulam. & l. hæc distinctio.& in his pro rata temporis merces remittitur: vt ff.eod.qui insulam.& l.si fundus.

2

3

4

L.4. EX DIVI. *Deferētibus*,conductoribus.*Custodes*, scilicet seruos,propter quæstiones. *Nec vltra periculo*,&c.Secundùm naturam locati tenetur de dolo & lata culpa & leui.si verò custodiam promisit, tenetur de leuissima:vt ff.eo.qui mercedem. non tamen de casu fortuito. sed si promisit de casibus fortuitis,vt specificauit, tenebitur. aliud si non specificauit,secundùm nos: vt ff. si quis caut. §. quæsitum. potest quidem esse quòd teneatur de solo dolo: vt quando renuntiauit custodiæ expressim, vel posuit custodes me sciente & patiente. aut claues tradidit,& tunc videtur tacitè renuntiare, de solo dolo tenetur. præterea tenetur exhibere custodes horreorum,vt hîc dicit,& ff. eod.dominus horreorum. *Maiorem*, id est magnam.*Parentem meum*. Sanguine proximitatis,vel scientia & ætate.

1 *Pignus,quando tacitè contrahitur.*
2 *Rusticitas sancta.*

L.5. CERTI IVRIS *est.Pigneris iure*.Non dicit iure hypothecæ, quia nedum videtur conuentione obligatum,sed etiam traditione vnde

de dominus potest accipere auctoritate sua, vt ff. de damno infect. vtique. & intellige quòd tacitè † contrahatur hîc pignus: & hoc si inf. racur vt in perpetuo ibi sint. secus si ad tempus: vt ff. de pignor. debitor. & alibi tacitè contrahitur: vt j. quibus modis pignus tacitè contrah. sed & pro tali pignore datur pignoratitia: vt ff. de pig. act. solutum. §. solutam. *Non est necess. in reb. sub. dub.* &c. Solet quæri quare aliud sit in vrbano quàm in rustico. Resp. Io. quia in rusticum prædium non inferuntur, nisi quæ volumus quemlibet scire. sancta enim † rusticitas non inducit nisi boues & aratra & similia. aliud in vrbano prædio. præterea quia multa inducuntur quæ nolumus scire aliquẽ vel videre. vnde ibi non exquisita scientia domini nihilominus contrahitur obligatio.

1 *Vsusfructus locari potest.*

2 *Inter artifices magna differentia.*

NEMO PROHIBETVR *alij locare.* Et ideo si pro pecunia certa data re tua vtar vel fruar, similiter alij locare potero: vnde † vsusfructus locari potest, id est quòd aliquis fructum percipiat: ius tamen remanet apud alium. quid si faciendam rem vel reficiendam conduxi: nunquid locare potero alij te inuito? non videtur, quia inter artifices † magna est differentia. si tamen specialiter non fuit conuẽtum vt ego faciam, & ego alij æquè bono locare velim, possum, vt ff. de sol. inter artifices. Intellige ergo quod hîc dicit, quod alij æquè bono locare possit. quid enim si Bono. locauit mihi domum, & ego volui Garamantibus locare vel meretricibus? & certè non licet, arg. ff. de vsufruct. si cuius. §. vlt. *Nisi aliud conuenit puta.* Quia Bononien. conuenit cum singulari: vt si oportet eum recedere, non posset alij locare. L. 6.

SI CVM HERMES. Scitis quòd de his quæ vehuntur, octaua pars fisco præstatur, & illud est vectigal: vt s. de vect. & commiss. l. à legatis. si ergo Hermes conduxit vectigal octauarum, id est, vectigal quod est de octaua parte eorum quæ vehuntur in quinquennium, finito eo tempore is qui pro eo fideiussit, vltrà inuitus non tenebitur. & idem dicitur in eo qui pignus pro me obligauit ad tempus. renouata enim obligatione non tenetur pignus domino nolente: vt ff. eod. item quæritur. §. penult. L. 7.

1 *Remissio quando facienda propter sterilitatem.*

2 *Sterilitas quando compensari dicitur.*

LICET CERTIS. Postulare expressim. sc. Mos. vel lex. *Vt si qua labe.* Aliàs lue. quod multas habet significationes, quando patior pœnam, vel libero pignus, & aliàs. *Rationem tui,* &c. Remittitur enim merces, non intellige simpliciter, sed differtur exactio donec videatur verum vbertas contigerit, an non. si vero modo contigit magna sterilitas, & in præcedenti anno habuit vbertatem, non est facienda † illa remissio. si non in præcedenti tempore habuit vbertatem, fiet. & si dominus verbo donationis remisit, & post contingat vbertas, nihilominus merces petetur: vt ff. eo. si vno. §. vbi Io. secundùm vulgi opinionem quando dicunt homines, Malum tempus fuit in hoc anno, vel in hac terra. Item dicunt recompensari † sterilitatem, quando bis tantùm accepit quàm solitus erat habere, prius habuit xx. modò habet x. Ioannes quando tantùm habuit in sequenti anno, vt compensatione L. 8.

facta neuter annus dicatur sterilis. verbi gratia solitus erat habere quolibet anno xxx. corbes. in vno habuit xxv. non potest dici sterilis. in alio nihil habuit, in sequenti habuit.L. modo recompensata est sterilitas præcedentis anni cum isto: & ideo petetur merces & huius anni & præcedentis in quo locator remiserat mercedem.

L.9. EMPTORI. Idem in quolibet successore singulari. *Necesse non est stare colono.* Et hoc cùm ad tempus conduxit. secus si in perpetuũ: vt ff. si ager. vect. i. emphyteut. l. j. & ij. si verò ad longum tempus. i. x. vel. xx. annos potest resistere. habet enim vtilem rei vindic. vt ff. de superficie. l. j. & intellige quando priuatus locauit. aliud si fiscus: vt ff. de iure fisci. l. vlt. Item non est necesse stare colonum non præcisè, sed causatiuè: quia & si eum expellat, non incidit in constitutionem si quis in tantum. conducet tamen, aget contra eum: vt notaui. §. eo. æde.

L.10. VIAM VERITATIS. Intellige de veritate de qua hic loquitur. alhàs enim Deus dicitur via, veritas, & vita. assignatur contra. s. de vsufr. si domina, solue vt ibi. *Hereds quoque onus contrac. incumbat.* Licet & de eo in locatione non sit facta mentio: quia plerumque tam heredibus nostris quàm nobismet ipsis cauemus. vt ff. de probat. si pactum. si tamen ita fiat locatio vt inhabites quandiu mihi placebit, morte locatoris finitur: vt ff. eo. locatio.

L.11. INVITOS. *Non esse retinendos.* Nisi conductores sint vectigalium, & qui fructus maximos consecuti sunt, cum postea alij tantum locari non possunt: vt ff. de publica. l. vltima §. vltimo, & ita speciale est ibi. l. tamen illa corrigitur per aliam: vt ff. de iure fisc. non intelligitur. §. diuus.

L.12. DAMNVM &c. Quod hic dicitur in locatrice, habes & in venditore supra de act. empt. l. vlt.

L.13. SI DIVISA *cond. fuit.* Fortè quia vnusquisque per se locabat cameram suam vel dicitur quia omnes conduxerunt, nec in solidum quisque se obligauit, & ita diuisim teneretur. *In solid. locat. sunt oblig.* & hoc exprimatur, & nominatim fuerit actum: vt j. authen. j. de duob. re. *Non debeat auferri.* Iure isto hodie habent beneficium diuisionis: vt ff. de const. pec. l. vlt. & instit. de fideiuss. & per authen. de duobus reis. nisi renunciauerint nouæ constitutioni: vt scribunt tabelliones, & beneficio ecclesiastico. quod malè ponunt, imo debent dicere priuilegio, & debet exponi rustico quòd sit noua constitutio, cum non intelligat, neque de hoc ageret. alioquin non noceret alij: vt ff. de transact. cum Aquiliana. *Et vt transferantur in vos, &c.* Idem dicitur in fideiussore. j. de fideiusso. l. ij. & ff. de distract. pig. l. ij. sed & hoc peti poterit vt cedatur actio, cum hoc siue dispendio alterius, & in vtilitatem meam fiat: vt ff. qui pot. in pig. mulier. & de euict. in creditore.

L.14. SI HI. *Redemerant.* Hæc redemptio non est talis qualis s. de contra. lien. venditor enim tradit speciem, vt recipiat pecuniam in quãtitate. hic qui dat pecuniam, assignat onus quod debeat adimplere. & ille qui adimpleat, dicitur cõductor vel redẽptor: quia sicut antequam inuenta esset moneta, cõparationes fiebant in speciebus, ita hic quãdo cõuenit pro aliqua certæ pecuniæ quãtitate cõduxit operas, & ita dicitur redemptor: vt not. s. eo. aduersus. *Annona inferendum.* i. vt habeatur

tur annona à militibus qui erant necessarij pro vtilitate publica.

SI DE FUNDO. *Agere ex conducto potes.* Sed nónne videtur quòd habeat interdictum vnde vi, vel locum habeat constitutio, si quis in tantam, cùm possideant: vt ff. communi diuid. l. communi diuidundo, §. colonus. Sed ibi glossatur possideant. i. detineant vel possideant alij, non sibi. sic ergo si ante tempus expellatur, aget ex conducto ad interesse & ad pœnam. sed si ante tēpus expellatur propter hoc quòd per biennium non soluit mercedem, non committitur pœna: vt ff. eod. quæro. §. pen. & no. s. eo. æde. L.15.

LEGEM. *Vnà cum vinculo pignoris* Eius anni. in vrbanis autem prædiis aliud iuris est, vt prout quisque habitauerit, ita obligetur, nisi in scriptis certum tempus conductionis comprehensum est: vt ff. eo. item quæritur. §. qui impleta. L.16.

PRÆSES. *Sine mora.* Nisi mora sit legitima, quæ non habetur pro mora, vt est quadrimestre tempus in re iudicata: vt ff. de re iudic. l. 2. *Post moram.* Venit enim vsura in bonæ fidei iudiciis post moram: vt ff. de vsur. moram. sed hæc ratio quam hic reddit, nō est generalis, cùm & in actione stricti iuris veniat vsura ex mora: vt in legato. ff. de leg. 2. si quis seruo. & j. de vsur. legatorum. & sic non est sufficiens ratio. L.17.

EXCEPTO *tempore.* Potuit enim postulare remissionem propter illud sterile tempus, mercedis vel summæ fructuum: vt notaui s. eo. eo. licet. *Fructus.* id est merces fructuum. vel dic quòd pro re locata summa fructuum præstabatur quolibet anno. L.18.

CIRCA. *Maximè.* Prætermitte, & repete ibi, si nihil specialiter, &c. *Seruanda est.* Si enim non seruaretur, ageretur locati: vt suprà eo. si hi. *Contra consuetudinem,* id est, contra vtilitatem quę ex consuetudine prouenit. vel contra. i. præter: quia consuetudo reprobauit talem l. sic enim bene licet pacisci, sicut dicitur in edicto ædilium: vt ff. de pact. pacisci. *Non possit afferre.* Sed ei qui remisit. L.19.

QVI REM PROPRIAM. *Sed inefficacem,* Sicut enim non valet emptio rei meæ, ita nec conductio, sed sicut ibi gratia possessionis valet, ita & hic: vt ff. de acquir. poss. si aliquam rem. si tamen sciuit se possidere, & conduxit, videtur quòd amittat possessionem: vt ibid. videtur innuere. L.20.

SI OLEI. *Locasti.* Impropriè sumitur: quia cum dederit rem pro re, non videtur locatio: vt ff. de præscript. verb. naturalis. vel dic quod ita dicit propter similitudinem quam habet iste contractus cum innominato: vt ff. de præscript. §. penultimo l. aut penultima, & ita cùm permutauerit dicitur locare. *Recedi non oportet.* Quia in principio liberum est vnicuique contrahere: post contractam autem obligationem non licet discedere: vt s. de act. empt. sicut. L.21.

SI HI CONTRA *quos,* &c. Hic quæritur an vsque ad xxx. annos, vel dum vixerit quis operas suas locare possit. Dixit Yr. quòd non, arg. ff. de vsufr. l. 3. & de condit. & demon. Titio. § 2. secundùm Io. potest locare dum vixerit, sicut ad certum tempus, quia per se vel per alium potest satisfacere. & ita seruitutis imaginum locatio talis non obtinet. & hoc in summa §. item morte. L.22.

1 *Sola locatio non sufficit, ad probationem domini.*
L.23. 2 *Quando conductio non mutat possessionem.*

AD PROBATIONEM. *Res propria.* Scilicet si non possidet. *Siue defensionem.* sc cùm possidet.& ita duos casus ponit hîc, cùm scilicet locator agit rei vindicat.contra conductorem. sola enim † locatio non sufficit ad hoc quod probet se dominum: vel quando conductor dicit se dominum restituta re locatori, & defendendo se dicit locator,eum non dominum. hoc enim solo non adimitur vel non acquiritur dominium quòd locauit quis vel cõduxit. & est l.ista arg. pro opinione domini Io.vt notaui s.de pig.ac.nec creditores.& est inepta via hîc agendi rei vindicatione.meliùs ageretur ex locato ad restituẽdam possessionem,vel condic.ex lege:vt ff.eo.videamus.§. qui vinum. & no.j.eo.si quis conductionis. *Non constitisse.ma.decla.* Sed si non habebam possessionem rei meæ, vel non sciam me habere, valet conductio.si enim scirem,videtur quòd amittatur.secus in proprietate, quia non amittitur siue sciam me habere,siue non: & quoad illam inualida fit illa locatio:vt hîc,& ff.de acquir.poss.si aliquam rem.propter talem ergo causam cùm non transfertur dominium,nõ præiudicatur in proprietate.secùs si præcessit causa qua solet dominium transferri:vt ff.de rei vindic.quædam mulier. *Possessionem.*id est, proprietatem conductoris,& sic sæpe ponitur:vt s.de rei vindic.quotiens.& glossa, mutare,id est ab alio in se transferre,quidam intellexerunt, vt referatur non ad superiora quando locaui rem tuam tibi, sed quãdo locaui rem meam. tunc.n.conductio non mutat †possessionẽ,vt pro se incipiat possidere, ablata mihi possessione,quia animo solo non potest,vt j. de acquiren. poss.cùm nemo.sed hîc non ita est,quia verè mutatur. non enim tenet locatio,quia ego locator desino possidere: vt ff.de vsucap. ei à quo. si tenuit,non mutatur possessio.sed prior expositio bene refertur ad superiora.

L.24. CONTRACTVS.&c.Planum est quicquid ibi continetur.

1 *Quando in litem iuratur re nòn restituta.*
2 *Possessio ante omnia restituenda.*
3 *Regula,dolo facit &c.quomodo intelligenda.*

L.25. SI QVIS CONDVCTIONIS. *Possess.pri.restit.de.* Sola ergo locatio facit quòd res restituatur. & ita videtur quòd sufficiat ad probationem.sed contra est s.eod.ad probationem. *Resp.* ibi petitur fieri restitutio vindicatione,hic autem condictione vel ex locato: vt ff. eo. videamus §.qui vinum.quid si nolit restituere?iuratur † in litem,& agetur ad interesse:vt ff.eo.si cui locaueram. si verò expectet vsque ad diffinitiuam sentẽtiam præstabit rem locatam,& eius æstimationem: vt j.eo.conductores.ad similitudinem inuasoris, j. vnde vi, si quis in tantam.& intellige quod dicit de restitutione possessionis, quando finitum est tempus locationis.nam si ante, & ita possideret per colonos & inquilinos suos,non deberet ei restitui possessio,sed res: vt ff.de vsucap.ei à quo.Patet ergo quòd non debet audiri nisi priùs † restituatur possessio,etiamsi cùm peteret ille rem suam,alius diceret, Ego habeo instrumenta quòd res ista non est tua, & iam manifestè probabo.

at hoc videtur iniquum. nam dicit regula iuris, quòd dolo facit qui perit quod restituturus est: vt ff. de reg. iuris. in condemnationem. §. do
3 lo. & videtur contra. ff. depos. bona fides. sed illud quod † regula dicit, locum habet in petitorio iudicio. secus cùm agitur possessorio. ibi enim priùs restituitur possessio: vt s. de rei vindic. ordinarij. & de edic. diui Adriani, quamuis. vel concedit idem in vtroque. sed ibi incontinenti volebat probare, hîc autem nequaquam, vt probatur ff. ad exhiben. l. 2. §. ibidem. & ff. vt in poss. lega. §. si is à quo. & de Carbon. edi. l. 3. §. causæ. vel dic quòd hic ordo specialiter inducitur hîc, & nō aliàs: vnde debet seruari: vt s. de his qui ad eccle. confu. præsenti. & ad l. aliam depos. dic quòd loquitur in prædone & domino, & dominus præfertur. hic aliud est, & videtur contra j. de agrico. & censitibus. sed hîc loquitur quando finitum erat tempus locationis, ibi non. vel hîc agebatur quæstio de proprietate, & constabat me locasse.

1 *Ex nudo pacto aliquando oritur actio.*
2 *Pactum nudum vallatur rei traditione.*

SI TIBI *quæ propagasti.* id est, soluisti creditoribus colonorum, id est, eorum qui conduxerunt fundum, & dominus fundi promisit se redditurum. Distinguitur enim hîc, an nudo pacto, vel per stipulationem. si enim stipulatus est, competens iudex reddi iubebit. si pactum nudum intercessit, non habebit ex tali conuentione actionem. non e-
1 nim † ex nudo pacto oritur actio, nisi in casibus: vt not. s. de pactis, in bonæ fidei. sed videtur quòd dominus teneatur: quia si solui pro colonis, ipsi obligati sunt. & ita licet nudo pacto dominus promiserit se redditurum, tenetur: vt instit. de act. §. de pecunia. intellige ergo quod hîc dicit iure nostro ciuili. aliud enim de prætorio: vt instit. quidam tamen distinxerunt an in prorogatione vel in solutione dictum sit quòd teneatur dominus. vel non sit dictum in prorogatione, sed dictum est in solutione: licèt nudo pacto conuenit, agetur ex eo. aliud si non in prorogatione. sed hoc etiam de facto valere nō potest. si enim pactum
2 ponatur in traditione † rei, vallatur traditione rei. sed hîc alij soluerũt creditoribus colonorum, & alium intendebant obligare, hoc est dominum fundi. vnde si ante prorogationem, siue post interponatur illud pactum, non tenetur locator. L. 26.

SI CONDVCTIONIS *implestis fidem.* id est, solutione celebrata solitam mercedem soluistis. *Euanuit.* Et peti poterit condictione, sine causa vel ad exhiben. l. vlt. & intellige quod euanuerit si debitor probet de solutione: quod debet facere: vt s. de proba. l. 1. *Vestrum.* scilicet conductorum. *In fundo fuit.* subaudi, & remansit. de eo enim tenetur locator, sed & conductor pro damno suo vel suorum: vt ff. eo. videamus. *Hoc restitui.* Per actionem vi bonorum raptorum, vel aliam quæ competit de iure communi. L. 27.

IN IVDICIO. *Non etiam casum.* vt instit. eod. §. vlt. & quid veniat in actionibus istis, notaui s. eod. l. 1. & l. ex diui. & in summa diligenter tractatur. *Cui resisti non potest.* Secus si conductor potuit resistere, & nō restitit: vt ff. eo. item quæritur, §. exercitu. L. 28.

CVM CONDVCTOREM *ædificia habita rat.* vt tales restituatur quales fuerint tēpore cōduct. vel tibi interesse præstabit. & videbatur ꝙ L. 29.

heredes non tenerentur, cùm in eos ex maleficio actio non detur nisi post litem contest. vt s. ex delicto defunctorum, in quantum heredes. sed dic quòd ex maleficio non datur actio l. Aquiliæ in heredes, sed datur ex hoc contractu propter maleficium. sic in actione communi diuidundo: vt ff. communi diuid. item quamuis. & alibi. ff. de act. oblig. ex causa depositi. & l. ex contractibus.

L.30. CVRIALIS *neque conduc. &c. exist.at.* Idem in clericis: vt j. authét. de sanctiss. epis. §. alium autē. & idem in militibus armatæ militię: vt in l. seq. aliud in executoribus qui renouantur quolibet anno. isti enim curiales non poterant recedere à curia.

L.31. MILITES. *Graues.* Quia ab eis non audent exigere mercedem. *Iugiter inhærentes.* Quia erant in eadem schola. *A qua aluntur.* Quia percipiebant salarium de publico.

L.32. NE CVI LICEAT. Subaudi, statuimus vel sancimus. *Cui voluerint locandi.* Dominus tamen Papa fecit inter scholares constitutionem vel canonem sub pœna excommunicationis, ne vnus conducat domum alterius eo irrequisito. quod non est contrarium, cùm specialiter factum sit propter militiam tam conductoris quàm locatoris. vel lex loquitur inter subiectos imperio: canon inter subiectos, scilicet scholares & clericos. *Legibus vide. cog.* Quia non sunt inita per dolum. *Acruer casus.* Quia primò debet verberari.

1 *Iudicium non debet esse de futuris.*

L.33. CONDVCTORES. *Ad similitudinem inuasoris.* Non omnino est simile, quia in constitutione illa, si quis in tantam, distinguitur vtrum qui inuasit fuerit dominus an non: nec expectatur sententia, vt ibi dicitur. *Sed etiam æstimationem.* Sed quo iure petetur ista pœna simpli? condictione ex lege. sed videtur quòd non petatur nisi post sententiam. ante enim non potest, cùm non fuerit commissa: nisi dicat quis, ego peto sub conditione, si debitum erit. sed hoc falsum est. quia iudicium non debet esse † de futuris: vt ff. de iudi. non quemadmodum. dic ergo quòd post sententiam petetur. vel dic quòd sine libello iudex imponit talem pœnam ex officio suo, cùm apparet ipsum contumacē esse. 1

L.34. LICET RETRO. *Milites autem, &c.* Parenthesis autem facit interpositionem. *Tolerare.* Bene dicit, quia magnus labor est. *Deuotissimus scho.* Vbi discebant qualiter tenerēt frænum & lanceam. *Optionibus:* Aliàs opinionibus, vt j. authen. vt milites neque feuda. & j. authent. vt liceat matri & auiæ, §. quod autem *Fœderatorum.* Hodie non habemus istos fœderatos. *Vel aliqua sententia.* &c. Alibi necessaria est sententia: vt notaui. s. de hæret. & Manichęis. sed hic propter turpitudinem rei ipso facto cadit à dignitate & præbenda. & facit ad quæstionem de œconomo, quòd ipso iure cadat ab œconomatu. & ad aliam, quòd dominus ipso iure amittat dominium, in l. illa, si quis in tantam. *Vt qui alienu appetens.* vt pro sicut: vt s. ne lic. potentior.

DE IVRE EMPHYTEVTICO.

TIT. LXVI.

1 *Emphyteusis in perpetuum tantùm fieri potest.*
2 *In emphyteusi, dominus habet dominium directum.*
3 *Emphyteusis, quomodo celebratur.*
4 *Renouatio, cur in emphyteusi fieri solet.*
5 *Contractus emphyteut. à Zeno. introductus.*
6 *In contractu Emphyt. exigitur scriptura.*
7 *Particulare damnum, quid.*
8 *Damnum alluuionis pertinet ad emptorem.*

IVS EMPHYTEVTICARIVM *neq; conductionis.* Quia conductio fit in re mobili & immobili: hic autem contractus non nisi in re immobili. præterea conductio fieri po-1 test ad tempus & in perpetuum, emphyteusis † in perpetuum tantum. item ibi non transit dominium, hic autem datur rei vendicatio emphyteutæ contra quemlibet possidentem, etiam dominum, si tamen satisfaciat in pensione: vt ff. si ager vectig. i. emphy. *Neq; alienationis.* Quia non habet dominium omnino. imo eiicitur si non soluat 2 pensionem. præterea dominus habet † directum dominium. sed videtur contra. s. de reb. alie. non alie. l. vlt. sed dic quòd ibi continet verbū alienationis contractum emphyteuscos ex interpretatione sapientum. vt not. j. de fundo dot. Item non est venditio, quia in venditione dominium transfertur directum. præterea de pretio conuenitur in quantitate, hic in quantitate vel specie. Præterea singulis annis repræsenta-3 tur pensio. ita enim † celebratur emphyteusis quòd singulis annis nomine pensionis detur minus iusto pretio, puta libræ ceræ, vel duo veronenses, aut vnus, sicut placuerit inter partes: & celebratur in perpetuum. i. sine præfinitione temporis, vel vsque ad xxx. annos: vel vt teneat, vel finiatur finita tertia generatione vel quarta vel quinta. po-4 stea liceat † renouare, & solet contineri in antiquis instrumētis, quòd dentur calciaria ad renouandum domino vel dominæ. aliud secundùm statuta istius ciuitatis. & in re ecclesiastica non fiebat renouatio, quia non poterat dari in perpetuum: vt j. authen. de non alienan. aut permutan. sed contra est per aliud de aliena. emphy. *Conceptionem, item definitio.* i. obseruationem specialiter inductam vel diffinitam. *Et iustum* 5 *esse.* Iustus est contractus iste, quia iure ciuili est inductus. Zeno † enim induxit: vt instit. locati. alij de iure gentium, vt ff de iust. & iur. l. ex hoc. *Super omnibus.* s. aliis, vel de pœna, vel de solutione, & similibus. *Vel etiam fortu. casib.* si scilicet casus illi fortuiti specialiter fuerint enumerati: vt not. s. de neg gest. negotium gerentes. *Scriptura interueniente.* Sed nonne per testes fieri potest. vt s. de fi. instru. in exercendis. Quidā 6 dixerunt speciale in contractu isto quòd † exigatur scriptura. sic s. de sacrosan. eccle. authen. hoc ius. Io. dixit quòd in pactis illis quæ sunt extra substantiam contractus, necessaria est scriptura: non tamen necessaria est in ipso contractu. & si non interueniat, pacta fuerunt irrita, non autem ipse contractus, nec multum competenter videtur dicere, quia si dicatur scriptura necessaria in pactis quæ pertinent ad cōtractum, satis videtur quòd in eodem contractu esset necessaria. & hoc videmus tota die quòd talis contractus vel pacta talia fiunt in scriptis.

Sic in veteri manuscripto reperimus.

& per hoc videtur differre ab aliis in quibus non est necessaria scriptura: vt s. de proba. per plures leges. & de pact. pactum quod bona. si verò amittatur ita scriptura, nihilominus tenet contractus: vt s. de testi. testium. in fi. sed quid erit si dubitetur vtrum fiat in scriptis, vel non: vt ecce quidam tenuit campum in emphyteusim per xxx. vel xl. annos & dedit inde paruam pensionem. postea dominus qui rem dederat in emphyteusim, videns quòd res fuit ita bona, & tam parum recepit nomine pensionis, non credidit quòd pro tam parua pensione res debeat remanere penes emphyteutam, & petiit eam. is qui modo tenet, non potuit inuenire scripturam inter chartas alias patris sui, vel quia non habebat, vel quia fortè amissa erat. sed tamen credidit quòd facta esset inde scriptura, & commune testimonium habebat à vicinis suis, quia idem sciebant & credebant quod pater suus tenuerit per longissimum tempus. quid dices in tali casu? & certè potest responderi quòd ille heres non teneatur restituere fundum, quia acquisitū fuit vtile dominium, arg. j. de fundis patrimo. lib. xj. l. ius emphyteuticum. & l. iubemus. *Si verò particulare.* Quidam intellexerunt particulare † dānum. i. dimidiæ partis. partis enim appellatione dimidium continetur: vt ff. de vsufru. etiam partis lo. dixit quòd si pereant septem partes rei, & remaneat aliqua minima spectat damnum ad emphyteutam. secus si tota res pereat. tunc enim ad dominum pertinet. & potest notari simile quando emptor agit de euictione, si enim deminutum est de prędio per alluuionem, & non totus fundus euincatur, damnum † alluuionis pertinet ad emptorem. secus si totus fundus: vt ff. de euict. ex mille. sed hic videtur adiectum aliquid ex quo datur intelligi quod omne damnum sit particulare, ex quo nō ipsa rei penitus lædatur substātia, & ideo partis nomine non intelligeretur hîc dimidia: vt ff. de verbor. sig. l. nomen filiarum. §. portionis. 8

1 *Dominus quando emphyteutam compellere potest.*
2 *Apocha & antapocha quid.*

L. 2. IN EMPHYTEVTICARIIS. *Aliæ pactiones.* Ab his quas intelligimus inesse. *Fuerint conscripta.* Ita lege, & de reiectione eius qui in emphyteusim suscepit. *si sol. pensi. vel pu. func. apo. non præsti.* Easdem in omnibus aliis capi. repete, factas pactiones præcipimus obseruari, vt sic post specialia sequatur clausula generalis. Vel publica funct. quando habuit à fisco. *Licere eum à prædiis emphy. repellere.* Quid est quod hîc dicit? nonne videtur contra s. de iud. nullus. & constitutio illa, siquis in tantam, & edictum diui Marci. Respond. quia omnes illæ leges locum habent quando vnus possidet, alius non. vnde siue ille qui nō possidet, expulit illum qui possidet, tenetur illis constitutionibus vel legibus: dominus autem possidet ciuiliter. vnde patet quòd si expellat emphyteutam, non contradicat illis legibus. potest ergo † eum expellere, 1 si non soluerit pensionem. sic s. loca. æde. vel nisi dederit apocham cū subscriptione. debet enim dominus facere apocham de recepto sibi ab emphyteuta, emphyteuta verò debet reddere † antapocham vel antepocham cum subscriptione sua: vt not. s. de fid. instru. plures. quod ergo dicit, neque apochas, subaudi cum scriptione vel antapochas. *Nomine*

mine meliorationis. Non enim licet dicere, domine dimittatis mihi campum illum, quia feci vel faciam ibi bonam vineam. posset ei dominus dicere quod non relinquet ei: quia sicut in aliis non seruauit fidem, ita nec seruaret in isto. *Vel pœna opponenda*. Cùm enim non soluerit pensionem, impunè repellitur. nam in pœna istud intelligebatur tacitè, si solueret pensionem: vt ff. loca. quæro. §. vlt. Consueuit quæri, quid si emphyteuta promiserit pœnam si non soluerit, contractu manente in firmitate sua, postea non soluit? dic vt in summa. §. item. Et solet quæri vtrū stipulatio pœnæ semel cōmissa possit iterum cōmitti, & dic vt in sūma. §. itē. & solet quæri. *Et in anteriore lege*. Fortè Græca, vel quæ est j. de cōmitt. sup. magnā. *Ne autem, &c*. hîc est §. *Triennio illapso*. Aliud in emphyteusa ecclesiæ. potest enim expelli si non soluerit per biennium vt s. de sacrosf. eccl. auth. qui rem huiusmodi. Aliud est in simplici colono, vt ff. loca. quæro. §. vl. *His obsignatis & sec. leg. depo*. Nec. n. sufficit sola oblatio, sicut in pœna & in libertate: vt ff. de atb. Celsus, & decondit. infer. l. vlt. & in vsuris futuris quæ nondum cœperunt currere: vt not. s. de vsur. acceptam. & ita necesse est consignare & deponere ad hoc vt liberetur: vt j. de sol. obsignationem.

L. 3.

Cum dubitatur. *Et ex hoc*. i. ex hac delusione, & ipsa veritate non enim credetur suo simplici verbo si dicas, talis vult mihi dare. c. libras, nisi probet per testes. vel iurabit, & habebitur discretio personæ quam dicit promisisse si tantum habeat præterea ipsius rei. *Suas meliorationes vendere*. Quid si velit donare? & certè potest etiam non requisito domino: vt j. de fun. patrimo. l. j. & insti. locati. §. adeo. fortè & pignori dare potest sine voluntate domini: vt ff. de pigno. l. lex. & de pigno. ac l. tutor. §. vlt. quid si alij concessit hîc emphyteuta? dicunt quidam secundùm emphyteutam conueniendum condictione ex lege: & dic vt in summa. §. ex hoc autem. posset etiam quæri, si tibi rem dedi in emphyteusim, & tu alij das in emphyteusim me volente, & secundus in emphyteutam vult alienare, vtrum prioris domini debeat requiri voluntas, an eius qui secundo dedit in emphyteusim? & dic vt in summa §. sed quæri potest, quæ non solent, &c. aliud enim esset si in principio. cùm data fuit res in emphyteusim, pactum fuit de quodam pone Titio ne ei alienetur. *Necessitatem autem, &c*. Hic est §. *Vel si ius emphyteuticum*. Meliùs sederet inter ius emphyteuticum, &c. *Maluerit non contradicere*. Subaudi, dominos censemus vel procurat. & nota quòd aliquis potest facere per se, quod non potest per alium: vt not. s. de his qui ven. æta. l. ij. *Per depositionem*. i. assertionem. sic §. de testib. testium. *Iure emphyteutico cadat*. Vel ipso iure: vt s. tit. j. l. vlt. per sententiam. vt s. de hæret. & Manichæis.

***

FINIS LIBRI QVARTI.

INCIPIT LIBER QVINTVS.

DE SPONSALIBVS ET ARRIS SPONsalitiis & proxeneticis.

Tit. I.

SVMMÆ.

1 *Sponsalia fiebant olim per stipulationem.*
2 *Matrimonium solo consensu contrahitur.*
3 *Intercessio anuli quid operatur.*
4 *Cautio ne dissoluantur sponsalia.*

L. I. A L I I *Desponsata.* Aliàs desponsatæ. & tunc glossa, nō prohibetur .id est non imponitur prohibitio. fiunt autē sponsalia † per stipulationem. nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi vxores futuras. sunt enim mentio & repromissio futurarum nuptiarum, vt ff. eod. l. j. & ij. & iij. Quid si interueniat sacramentum? idem. & licet maior reuerentia habeatur propter sacramentum, nil aliud est quàm pactum. sed distingue vtrum ita dictum sit, accipiam te in meam vel in meum : accipio te in meum vel meam. cùm enim ita fit per verba de præsenti, & interrogatur vtrum velit eum in maritum, vel ipse eam in vxorem, contrahitur matrimonium, quia solo consensu † perficitur : vt ff. de reg. iur. nuptias. & tunc non potest renunciare, sicut in primo casu vbi verba de futuro interponuntur. Distinguenda ergo sunt verba: vt per ea denotetur effectus voluntatis contrahentium. si verò contracta sunt sponsalia, sed postea anulus interuenit, præsumitur contractum matrimonium, & consensisse de præsentibus, licet vera sponsalia præcesserint: & ita non potest renunciare. intellige ergo quòd hic non intercesserit † anulus, nec verba matrimonij. *Renuntiare conditioni.* scilicet de contrahendo matrimonio. si tamen renuntiauit, inhonestum erit, quia graue est fidem fallere: vt ff. de constitut. pec. l. I. *Non prohibetur.* Intellige quando nullæ arræ interuenerunt. alioquin non licet sine pœna renuntiare. aliud si pœna fuit promissa: quia in contrahendis matrimoniis libera potestas esse debet. & ideo licet non pareat conditioni, peti non poterit : vt ỹ. eod. l. vltim. patet ergo quòd renuntiare potest conditioni sine pœna. sed in renuntiatione ista adhiberi non debet solemnitas. s. testium & scripturæ, & etiam verbis. conditione tua non vtar : vt ff. de diuort. l. I. & l. nullum. sed dissolutio matrimonij non impunè potest fieri: vt ỹ. de diuor. consensu. per legem diuinām non potest fieri nisi causa adulterij: & tunc non

verè

verè dissoluitur. sed quoad debitum carnis. Super his autem quæ dicta sunt de arra & pœna, semel de facto dedit dominus meus consilium cùm vir quidam magnus vellet filiam suam sponsalia contrahere. cùm
4 enim petiisset ab eo qualiter posset facere quòd sponsalia † non possent dissolui, quòd faceret tantas arras promittere, vt alius timore pœnæ nollet vel non posset conditioni renuntiare. & ita cautè potest sibi cauere ne dissoluantur sponsalia.

SI IS QVI. *In eadem prouincia.* Quia si in alia, intra triennium, vt j. de repu. l. ij. intellige etiam quando non impeditur aliqua causa necessaria, tunc enim debet expectari donec illa causa transiret, vt ff. eo. sæpe. *Iustæ fraudis.* id est pœnæ, sic ff. de ædil. edic. cùm autem ludi, id est decipi. L. 2.

ARRIS. *Iubemus restitui.* Non ergo distinguitur in arra sponsalitia, interueniat osculum vel non, sed aliud in donatione quã facit sponsus sponsæ: vt j. tit. j. si à sponso. L. 3.

SI PATER, &c. *Quod cùm defensore.* Tutore vel curatore, assignatur contra. ff. eo. si puellæ, sed ibi loquitur quando sponsalia non erant contracta auctoritate patris. alioquin si essent, non liceret tutori immutare, vt hic dicit. L. 4.

MVLIER. *Vel impudicam conuersationem.* Quia semper volebat esse cum meretricibus, vt contingit in quibusdam. *Vel parentes eius cognouisse.* Hoc intellige cùm parentes susceperunt arras. sibi enim debent imputare, quia duplabunt arras. aliud si mulier accepit. vel dic quod ipsa præsumitur scire, cùm ipsi scierint: vt soluatur contra. ff. de iur. & facti igno. iniquissimum. sicut plenè notaui. s. de episc. aud. si legibus: *Aliqua iusta causa pœnitentiæ,* Noua enim causa indiget auxilio: vt ff. de interro. act. de ætate. *Quadrupla ratione placuit.* Per hoc voluerunt quidam dicere, quòd pœna non potest extendi vltra quadruplũ. vt no. j. de sententia quæ pro eo quod interest. sed certè verum est in legali, aliud in conuentionali. illa vsque ad quadruplum & multo plus extendi potest: sed hîc speciale est, vbi vltra quadruplum non valet, sed vsque ad quadruplum tenet. si tamen interueniat arra. alioquin nec vltra quadruplum nec intra valebit: vt ff. de verb obl. Titia. L. 5.

SI RECTOR PROVINCIÆ VEL AD EVM pertinentes sponsalia dederint.

TIT. II.

1 *Arræ quando retineri possunt.*
2 *Post depositum officium quando liceat præsidi matrimonium contrahere.*
3 *In præsidatu vxorem ducere non licet.*

SI QVIS IN POTESTATE. Hæc lex loquitur eo casu cùm aliquo timore vel machinatione præsidis matrimoniũ
1 vel sponsalia contrahuntur: alioquin arræ † non retinentur. & per hoc soluitur contractus, ff. de ritu nupt. l. si quis L. vnic.

in alia prouincia. quia ibi non loquitur quando minaci feruore voluit contrahere. vel dic quòd ibi reddit arras spontanea voluntate sua. non enim cogitur vt hîc dicit, *Data pignora*. Nota quia siue dicantur arræ, siue pignora data. idem est, & ita pro arris dicitur à rusticis dare pignora. *Si ea non putant esse reddenda*. Si tamen dum erat in præsidatu contraxit sponsalia, post depositum † officium si in eadem permansit voluntate, potest contrahere matrimonium: vt ꝫ. de nupt. & si contra mandata. Si verò ante præsidatum sponsus factus est, in † præsidatu vxorem ducere non licet: vt ff. de ritu nupt. si quis in aliqua. §. 1.

DE DONATIONIBVS ANTE NVPTIAS VEL propter nuptias, & sponsaliciis.

Tit. III.

L. 1. MVLTVM INTEREST. *Maritus futurus tradiderit*. Et ita non erat maritus cùm tradit dotem. *Auxerit*. Veluti si scripserat mulieri danti dotem, xx. à se data esse, tamen non dedit nisi xv. *Iudicio de dote pe. pos.* Facto diuortio. *Posteriore aut nihil actum*, &c. Et est ratio, quia scilicet, non erat maritus quando dedit & tradidit. hoc autem refertur ad tempus contracti matrimonij. vnde & si ante matrimonium donet, videtur tamen quòd in tempus matrimonij sit donatio collata: vt ff. de iure dotium. l. si res. assignatur contra. ꝫ. de dote cau. & non nume. l. 2. & solue vt ibi notaui.

L. 2. SI PRÆSIDI. *Dedisse*. Intellige expressim propter hoc vt eam tibi donaret in vxorem. si enim non exprimatur, sed in corde causam retineat, non licet repetere: vt s. de condict ob causam dat. si repetēdi.

L. 3. POLLICITATIONE. *Etsi in stipulationem*, &c. Olim non agebatur ex pollicitatione nisi stipulatio sequeretur. hodie ageretur ex causa donationis, etsi non sequatur stipulatio: vt ꝫ. de don. si quis argentum. §. sed quidem. si ergo fratrem induxit ad promittendum pec sc dotem promissam, & fefellit eum in dote, habet exceptionem: vt ꝫ. de inutil. stip. dolo vel metu, & ff. de verb. obli. si quis cùm alter.

L. 4. QVOD SPONSÆ SINE EFFECTV EST. Idem si æstimatio fiat rei dotalis ante matrimoniū causa donationis. videtur enim in tēpus matrimonij collata: vt ff. de iur. do. si res. & notaui s. eo. l. 2. si verò matrimonio constante dedit vt ita demum habeat dominium cùm moritur, valet: vt ff. de donat. inter vi. & vxo. quia in hoc tempus.

L. 5. EA QVÆ. *Ficto cælibatu*. Id est, ficta castitate. *Petere cum effectu non potes*. Nec retinere si accepisti: quia dedit ei tanquam sponsæ, & hæc nōn fuit sponsa, & hoc si accepit, & sciebat se illicitè contrahere: vt probatur ff. de vsu & habita. vxori maritus. & de dō. inter vi. & vx. cùm hîc status §. vlt. arg. ff. de leg. 1. l. 1. & vlt. aliud si ignoret: vt probatur ff. de rit. nūp. si præfecti.

1 *Sponsalia, quid.*
2 *Deductio in domum, quando necessaria.*

CVM IN TE. *Vxor enim fuisti.* Per hanc l. voluit dicere P. quòd solo consensu non contrahitur matrimonium, imò necessaria est deductio in domum, secundùm nos contra. ff. de reg. iur. nuptias & etiam sibi contradicit ff. de ritu nup. in liberæ. & hîc non erat consensus de præsenti, sed de futuro cùm contraherentur sponsalia. & sponsalia 1 † sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum. præsumitur ergo contractum si mulier deducatur in domum viri, non autem econuerso, vt hîc, & ff. de ritu nup. mulierem. si verò esset de præsenti, contraheretur matrimonium sine deductione in domum. vel etsi contrahatur matrimonium consensu, non tamen quoad hoc vt non valeat inter 2 vir. & vxor. donatio. dic ergo quòd necessaria est deductio † in domum ad hoc quòd non valeat donatio. & intellexit P. quod dicitur solo consensu contrahi matrimonium, id est, quòd non est necessaria scriptura vel pompa & similia, non quòd excludatur in domum deductio. sed hoc falsum est: vt s. dixi. *Penes se.* Id est, in domo sua, *Retrahi.* Rei vindicatione, si extet, si consumpta est, conduci posse sine causa quatenus locupletior facta est: vt ff. de donat. inter vir. & vxor. si sponsus. §. vlt. — L.6.

SI CVM ANTE. *Conscriptis.* Ad maiorem euidẽtiam dicit, nõ quòd esset necessaria scriptura. *Et matrimonium distraxisset.* Sors illa. *Haredes eius aere.* Vt scilicet, cui restituta fuit hæreditas ex Trebellia. vel fuit hæres adeunda hæreditate. *Postulare.* Act. præscrip. verb. aliud si pœna fuisset promissa si dissolutum esset matrimonium: quia contenti esse debemus pœnis legum: vt ff. de verb. ob. si stipulatio facta fuit, sed hîc non erat stipulatio pœnæ facta. sed dedit, & in his apposuit conditionem. — L.7.

SI ANTE MATRIMONIVM. *Eámque in vacuam ind. poss.* Ad maiorem euidentiam dicit alienare pot. &c. vtpote cùm iam alienauerit donando sponsæ: nec potest reuocare nisi ex causis permissis: vt j. de reuocan. do. l. 1. & vlt. — L.8.

CVM TE SPONSÆ, &c. Consonat huic l. j. de reuoc. don. l. si donationes. — L.9.

SI FILIÆ TVÆ, &c. Hæc l. determinatur per eam quæ est j. eod. cùm veterum. — L.10.

SI TIBI RES. *Irrita donatio fieri non potest.* Corrigitur. j. eo. cùm veterum. hodie enim inest illa conditio, si matrimonium sequatur, vt ibi dicit. hîc autem sequi non potest: cùm interfectus fuit sponsus ab hostibus. vel dicas quòd hîc sponsus donauit, non tamen sponsus, sed maritus interfectus est ab hostibus: licet hîc videatur assignare quòd sponsus interfectus esset ab hostibus. — L.11.

SI MATER VESTRA. *Et eum in vacuam induxit.* Ad maiorem euidentiam dicit: licet enim hoc non induxerit. sed nudo pacto conuenit, agere poterit, vt j. de dona. si quis argentum. *Perfecta non dissoluitur donatio.* Socrus enim donare potest nurui vel genero: vt j. de donat. int. vir. & vxo. si te, & ff. de dona. int. vir. & vxo. l. 3. §. socrui. secus in socero: vt ff. de dona. int. vi. & vxo. cùm hîc status. § si socrus. — L.12.

DE REBVS. *Minimè possunt.* Cùm autem mulier dedit omnia bona sua, intelligitur deducto ære alieno: vt de iure do. mulier. — L.13.

L.14. SI CONSENTIENTE MATRE SVA. Fortè quia pertinebat ad matrem. *Improbè recusat.* Cùm enim data fuerint inæstimata, tenetur ei restituere.

L.15. CVM VETERVM SENTENTIA, &c. Vt s.eo. si filiæ, & l. si tibi. & ideo illæ trahuntur ad istam. *Apud donatorem resedit.* Quia ipse donauit & non tradidit. *Per condictionem.* Ex hac l.

L.16. SI A SPONSO. *Interueniente osculo.* Aliud in arris sponsalicijs: quia ibi non distinguitur interueniat osculum vel non: vt s. de spon. l. 2. interueniente. *Vel non interue. osculo.* Sic ergo per Listam in sponso distinguitur, interueniat osculum vel non, non in sponsa: quia mulier non dicitur recipere osculum, imò dare: quod rarò accidit. facilius enim se obligant mulieres, quàm alij donent: vt ff. ad Velleia. sed si ergo, & ff. de dona. in vir & vxo. si stipulata, in fi.

L.17. MINORIBVS. *Et actorum testificatione,* &c. Alibi distinguitur ad hoc quòd scriptura necessaria sit, excedat donatio summa quingentorum solidorum, an non: vt j. de dona. l. pen. hîc nō est ita cùm minor est fœmina, & auxilio patris destituta. hodie non desierat donatio propter nuptias, siue sit maior cui datur, siue minor insinuatione: vt j. authent. decursum est.

L.18. SI LIBERIS, &c. Assignatur contra. huic l. j. de secun. nup. hac edictali, & dic vt ibi.

1 *Liberalitates, inter vir. & vxo. interdicta.*
2 *Quando dotem augere vel minuere licet.*
3 *Voluntas ambulatoria vsque ad mortem.*
4 *Confessio mariti circa dotem, quando nocet creditoribus.*
5 *Mulier quando creditoribus præfertur.*

L.19. SI CONSTANTE. *Munificentiis.* Id est, auctoritate mentis. *Interdictas esse liberalitates.* Sed scilicet, quòd interdictæ sunt † liberalitates inter virum & vxorē. *Sed & si econtrario.* Hîc est. §. *Licere eis ad similitudinem,* &c. Sed quid est quod dicit quòd liceat dotem diminuere constante matrimonio? nónne dicit lex quòd non licet dotem soluere matrimonio constante: vt j. si dos constante matrimonio fuerit soluta. sed intellige quod dicit de diminutione in illis casibus in quibus licebat constante matrimonio soluere: vt quādo maritus vergit ad inopiam. vel quando soluit vt alat parentes. qui casus speciales enumerantur, ff. de iur dot. maritus. §. manente. Vel intellige quod j. dicitur si dos constante matri. &c. quando promissa fuit dos & data. tunc enim non licet soluere. si verò tantum promissa fuisset, & non data, bene posset fieri pactum de ea non petenda. & ita non fit deminutio, non quātum ad restitutionem, sed quoad hoc ne petatur. Præterea ei quod dicitur, quòd consideretur vtrum habeat filios ex priore matrimonio, cùm secundò vult nubere, & dotem augere, videtur contra. j. authen. de nupt. vt in quarta coll. §. quia verò hactenus. ibi enim dicit quòd consideratur tempus mortis. ergo in præterito tempore licet † augere vel diminuere, licet sint filij prioris matrimonij. ibi enim solum dicit considerandum tempus mortis binubi parentis. Respond. ibi loquitur in illa donatione quæ consistit in sola voluntate dantis, non dan-

dantis & alterius, & in legatis. & in donatione simplici inter virum & vxorem. si enim quis hodie legat, cras poterit adimere. idem est in sim
3 plici donatione. † ambulatoria enim est defuncti voluntas vsque ad supremum vitæ exitum: vt ff. de donat. inter vir. & vxor. cùm hîc status. §. pœnitentiam. & in talibus consideratur tempus mortis: vt ibi dicit, si verò non pendeat reuocatio ex voluntate dantis tantùm, sicut in do te data, vbi inuito viro non potest fieri reuocatio nisi casibus: vt ff. de iure dot. mutus. §. 1. consideratur tempus donationis: vt tantum debeat vnicuique filiorum. hæc vera sunt, cùm scilicet pactum factum est de dote lucranda. si enim nullum pactum interponeretur, dos rediret ad mulierem. & ita non videtur marito dedisse, cùm filij primi matrimonij debeant habere vel per se, cum aliis ex secundo matrimonio. Habes hîc authent. SED IAM NECESSE EST, &c. *In rebus quibuslibet.* Scilicet mobilibus & immobilibus. *Vt fraudis suspicio subesse possit.* Ideo dicit, quia maritus posset confiteri se tantum accepisse nomine dotis, cùm fecisset vt mulier præferretur in bonis creditoribus suis.
4 crederet enim non omnia † amisisse bona si ad vxorem peruenissent. aliud si ad creditores. & ideo cùm habet creditores, fraudis suspicio subesse potest. vnde dicit quòd det res immobiles, si habet, & ad remouendam illam suspicionem, si tamen confessus est maritus se accepisse hæc & illa nomine dotis, cùm non acceperit, nec opponere velit exceptionem non numeratæ dotis, fortè propter verecundiam vxoris, creditores poterunt opponere sicut habes in fideiussoribus. s. de non nu. pec. si cui. si verò accepit dotem, sed statim reddidit, vt ita excogitaret fraudem erga creditores, tunc immobiles vel mobiles non proficient in augmentum ad vitandas malitias, quæ excogitantur. alioquin siue res mobilis, siue immobilis data esset, proficiet augmento, & præferetur creditoribus mulier. & tunc glossa, dederit, id est, dicitur dedisse. fortè non est ita: quid si constat? videtur quòd non habeat priuilegiũ.
5 si tamen conuersæ sunt res mobiles datæ in vtilitatem ipsius † præfertur aliis creditoribus: vt notaui j. qui potio. in pig. l. vlt. si enim comparauit aliquid ex illa pecunia, quare non præferretur mulier creditoribus? & certè non est ratio. & ideo glossatur, dederit, id est, dicatur dedisse, sed non dedit.

Sic in vet. libro reperimus.

1 *Nomina sunt rebus consequentia.*
2 *Æqualitas in dote & donat. propt. nupt. non seruatur.*
3 *Maior portio trahitur ad minorem.*
4 *Donatio propter nuptias inter quos fieri debet.*
5 *Insinuatio quando necessaria.*

L. 20.

1 CVM MVLTÆ. *No. interpell. factæ sint.* A mulieribus. *Sed propter nupt. donatio est.* Vt nomina sint rebus † consequentia: vt inst. de don. § est & aliud. *Antipherna.* Id est, contraria donatio, ab anti, quod est contra, & pherna, quod est donatio. *Et nomine & substantia.* Quia vtraque fit propter matrimonium, vt dotis quantitatem non excedat. hoc intellige cùm fit donatio propter nuptias constante matrimonio.
2 aliud si ante matrimonium fieret. tunc enim vnum posset excedere aliud, & j. subsistere, vt in seq. §. ibi, non in quantitate, sed in partib. &c.

& sic intellige,ne illud contradicat.hodie tamen æqualitas non seruatur in dote † & donatione propter nuptias siue in quantitate, siue in[2] partibus,siue ante nuptias,siue post. & ita colligitur quod dicitur hic j.eo.per authent.j. de pact. tam super dotem æqualitas. *Ita tamen vt Leoniana constitutio.* Vt j.de pac.conuen.tam super dotem,l.penult.maiorem lucri partem ad minorem,&c. Quid ergo si dos data est,& non donatio propter nuptias & pactum de dote lucranda factum est? videtur donationem constitui debere ex illo authentic.dos data,sed videtur contra: quia vt hic dicitur, maior † portio trahitur ad minorem.[3] minor autem est,quæ nulla est:vt ff.de tribut.illud. §. minus. ista ergo portio reducitur ad nullam.sed Io.contra. placet, quia hoc fallit cùm quis ex xii.vnciis est institutus,alter ex vi.habebit medietatem.quid si ex vna habebit xii.quid si ex nulla? nihilominus habet medietatē: vt de his in summa de hæredib. inst.§. sed si excesserit.ibi. nam si duos ex asse,&c.sed & hic idem dicit,quia in dote pactum de dote deberet dici nullum,quia in donatione nullum erat positum , sed tamen cōtra est,vt hic dicitur.Habes hic authent. Dos DATA,&c. *Donationem propter nuptias meretur.* Vt ita fiat.& ita constante matrimonio aget vt cōstituat donationem propter nuptias.Si verò decessit vir, & agit contra hæredes ipsius vt possit tantum lucrari quantum posset in dotem, quidam dixerunt quòd bene agit.nos cùm sit matrimonium, non posse dicimus.si verò esset matrimonium,posset,vt s. dictum est.sed alij dixerunt quòd etsi non fiat , agere non poterit vt tantùm lucretur ac si esset facta. *Cùmque sit mobilis.* Subaudi & consueuit, vel potest consignari.nam si equus datus sit in dotem,licet sit mobilis,non tamen consignabitur.immobilia autem certum est quòd consignari non possunt vel sigillari & recondi. Sequitur aliud authent. E ò DECVRSVM EST VT SPONSALICIA, Id est,donatio propter nuptias. & ita sumetur impropriè,cùm illa fieri habeat inter sponsum † & sponsam tā-[4] tùm:vt s.eod cùm in te.hic autem & inter sponsum & inter sponsam, vel inter virum & vxorem. *Etiam si ab altera detur.* Hoc est, si vir dederit,& hoc est quod postea dicit,licet & in viri persona, &c. si enim vir dederit, oportet quòd conscribat.sed non mulier. & ita respon.mulieris non indiget donatio insinuatione.& hoc est quod dicit hoc quantum, &c. Cùm talis sit quantitas,quæ sc.indiget insinuatione, vt quia excedit summam D. solid.v. j.de donat.sancimus. *Et pacta dotalium instrumentorum concedant parti viri.* Emolumentum, quia pactum factum erat de dote lucranda,si præmoriatur vxor in matrimonio. *Nullam habeat actionem.* Super his quæ excedunt summam D. quingētorum solid. sed videtur quòd nec in viro sit necessaria † insinuatio:quia illud quod[5] dicitur j.de donat.locum habet in simplici donatione, hic autem non fuit simplex donatio,sed propter nuptias.Respon.ideo dicit, quia pactus erat de dote lucranda.alioquin si non esset pactus, non esset necessaria,sed ratione pacti quod habet in se libertatem , est necessaria quantum ad maritum,non quantum ad mulierem,quantum ad virum est necessaria , quia si casus acciderit de dote lucranda , vt quia vxor præmoritur in matrimonio,non lucratur, quam tamen vxor sine insinuatione lucrari posset:& ita nocet viro, quia non habet actionem in

his

his quæ excedunt summam quingentorum solidorum.

DE NVPTIIS. Tit. IIII

1 *Minor 12. annis, non potest contrahere matrimonium.*
2 *Non videtur nupta, quæ virum pati non potest.*
3 *Sponsalia tutor dissoluere potest.*

CVM DE NVPTIIS. Scilicet futuris, non præsentibus. L.1. 1 cùm enim sit minor XII. annis, non poterit † contrahere matrimonium: & ita durante tutela non contrahitur matrimonium: vt instit. eo. in prin. c sponsalia tamen contrahi possunt: vt ff. de sponsal. in sponsalibus contrahendis: sed posset quæri, si aliqua non peruenerit ad legitimum tempus, & contrahat cum aliquo, & cognouit eam infra illud tempus, vtrum teneat matrimonium. & voluerunt fortè Decretistæ dicere quòd sic, quasi videatur vsus fœlici diplomate. & ita induxerunt pro se in arg. ff. de verb. oblig. continuus. §. cum ita. circa medium. Io. tamen visum fuit contra. non enim 2 videtur nupta, quæ † virum pati non potest: vt ff. quando dies lega. ce. l. penult. vnde si aliquis contraxit ante legitimum tempus, & cognouit eam, tenetur de stupro. quare intelligendum est quod hîc dicitur de nuptiis futuris, non præsentibus. *Conuenerit*, imò dissentiunt. *Arbi. præsid. prouin.* & c. Sed & si non interueniat præses, præualet tutoris auctoritas in sponsalibus contrahendis, cùm habeat violentem potestatem: sicut pater per diffinitionem tutelæ. sed & tutor dissoluere potest 3 † sponsalia, nisi in casu: vt s. de sponsal. si pater. & ff. de sponsal. si puellæ. & est bene notandum quod hic dicitur de arbitrio præsidis prouin. propter quidam quæst. de facto. cùm enim auia esset tutrix nepotum suorum, iurauit quandam neptem suam cuidam in matrimonium. postea decessit. cognati & amici sui volebant alij tradere nuptui. iste petebat eam & bona sua donec perueniret ad legitimum tempus. dixerunt quidam quòd potestas non debebat se de hoc intromittere, imò pertinet ad episc. sed certè cùm hic nō quæratur de matrimonio, sed apud quē debeat esse, videtur quòd potestas partes suas interponere possit.

SI NVPTIIS. *Consensit.* Si enim non consensit pater, non tenet, vt L.2. instit. in princ. secus si à principio consentiat, vel ex post facto. & erat parua dubitatio istius legis.

LIBERTVM. *Odiosa esse meritò dixerunt.* Fallit in casu si patrona ita ignobilis sit ei, vt ei honestæ sint liberti sui nuptiæ: vt ff. de ritu nupt. si patrona. L.3.

1 *Affinitatis definitio.*
2 *Affinitas impedit matrimonium.*

LIBERI *Vxores ducere non possunt.* Ratione affinitatis, sed secūdùm L.4. leges non videtur esse affinitas nisi ratione matrimonij, cùm sic 1 definiatur. Affinitas est † regularitas personarum nuptiis coniunctarū omni carens parentela: vt ff. de grad. cogna. l. 2. sed quantum ad prohi-2 bitionem matrimonij videntur affines. & ita † idem seruatur in illa coniunctione quantum ad prohibitionem matrimonij, ac si essent coniunctæ personæ matrimonio: vt ff. de concub. l. 1.

L.5. SI VT PROPONIS. *Non contradixit*. Eo enim quòd non contradixit, videtur consentire arg. ff. ad Maced. si filius. si ergo tacet, consentit, quia res potius interpretanda est vt valeat quàm vt pereat.

1 *Quod ab initio non valet, ex post facto conualescit.*
2 *Coitus illegitimus.*

L.6. ET SI CONTRA. *Iustæ nuptiæ efficiuntur*. Et sic consonat l. ista cum illo generali, quod ab initio non valet, ex post † facto conualescit. 1 sed aliud videtur contradicere, quod ab initio non valet tractu temporis non cõfirmatur: vt ff. de reg. iur. quod ab initio. sed dic quod hîc tenet ratione sequentis & perseuerantis voluntatis, non solo cursu temporis, nec ex eo quod primò fit, sed ex eo quod post, non tamen sic quòd ab initio valeat. *Eo ideo postea, &c.* Ergo videtur quòd liberi nati ante etsi prius contrahatur matrimonium, non sunt iusti. Contra tamen videtur instit. de nup. §. vlt. quia si aliquis habeat concubinam: & in medio cùm est in concubinatu, habuerit filios, si post cum ea matrimonium contrahat, fiunt legitimi. & idem videretur hic. sed dic quòd † coitus iste, illegitimus est, & contra legem: & ideo à lege punitur. aliud ibi, cùm permissus sit concubinatus à lege. sed quid si concepti sint ante, & post contractum matrimonium quidem nati? Respon. non videtur legitimi, quia debet considerari tempus conceptionis vt ff. de statu ho. Paulus. 2

1 *Filia sine patris consensu nubere non potest.*
2 *Patris consensus quando non requiritur.*

L.7. SI VT PROPONIS. *Minus legitima coniunctio est.* Et ita exigitur patris consensus, cùm filia est in potestate patris ad hoc quod matrimonium † valeat: vt ff. de ritu nupr. l. 3. Decretistæ tamen dicunt, 1 quia solo consensu perficitur matrimonium. sed illud multum me mouet, quia solo consensu contrahitur. intellige quando filia est sui iuris. aliud si esset in potestate patris. secus est in spirituali modo, quia ibi non requiritur † patris consensus: vt s. de edend. & de Iu. *Et non petente filia*. &c. Aliàs autem sine consensu filiæ non posset peti dos: vt ff. soluto matrimonio. l. 2. sed hîc cùm nullam habeat iustam causam prohibendi, ea inuita pater dotem repetere potest, vt ff. solu. matrimo. dotem. intelligitur enim sua voluntate recepisse, vt ibidem dicit. 2

1 *Tutor & curator in multis differunt.*
2 *Consilium tutoris in contrahendo matr. acquiritur.*

L.8. IN COPVLANDIS. *Nec curatoris*. Et ita aliud est in curatore † quã 1 tutore: vt s. eo. l. 1. tutor enim loco domini habetur, & potest præstare auctoritatem adeunti hæreditatem, non autem curator: vt ff. de appell. cùm in vna. vel aliter quia. s. non est voluntas puellæ sufficiens. vnde meritò exquiritur voluntas † & consilium tutoris in vinculis matrimonij secus hic cùm sufficiens esset eius voluntas. *Qui solam res famil.* Non intellige quòd non debeat habere curam de moribus ipsius, & circa personam. sed quoad hoc liceat ei contrahere sine eius consen- 2

sen-

sensu, datur curator rebus & personę: vt ff. de administ. tut. cùm plures.

SI VICINIS. *Vxorem liberorum procreandorum*, &c. Quòd vxor debet accipi liberorum procreandorum causa, non autem causa fornicationis. *Quamuis nuptiales tabulę.* Fortè non fecit ei morganale sicut consueuit fieri. *Neque ad natam filiam perti.* Id est, de natiuitate sub quo consule, sub quo tempore, vel de quibus parentibus. L. 9.

CVM TE. *Deposita est.* Si enim mulier dignitatem habeat à parentibus, licèt nubat non nobili, non amittit dignitatem, nisi esset plebeius. secus si non à parentibus, sed à viro dignitatem sortita est: vt ff. de senato. fœminæ. L. 10.

SI INVITA. Idem etsi non inuita, dum constat matrimonium. secus si solutum esset. debet enim esse in officio mariti. *Amicus noster.* Inferiores quandoque dicuntur amici. *Desiderio tuo medebitur.* Per vtile interdictum de liberis exhibendis: vt ff. de lib. exhiben. l. 1. §. vlt. & si non sit de liberis, censetur tamen quædam pars sui corporis tanquā liberi. vel dicas per interdictum de vxore ducenda, vel implorato iudicis officio. L. 11.

NE FILIVM, &c. Assignatur contra. huic l. ff. de ritu nupt. si pater cogente. sed dic quòd ibi verbis & verberibus volebat eum cogere & inducere ad hoc vt illam acciperet: & si potuit facere, tenuit, nec tamen mortem timuit, quia non valet matrimonium, sicut nec dos: vt ff. quod met. cau. si mulier. §. si dos. hîc autem loquitur quādo nunquam potuit inducere ad hoc, sed eo inuito voluit facere. L. 12.

NEQVE SINE, &c. Hîc habes authent. MAXIME DECORATI, &c. *Nonnisi dotali.* Sed & alio casu necessaria est scriptura: vt j. authent. sed nouo iure. *Exceptis barbaris.* Barbari hîc appellantur qui subiecti erant Romano imperio. L. 13.

NEQVE AB INITIO. Planum est quod hîc dicitur. L. 14.

VXOREM. *Si non sit ex his perso.* Velut senatores, & eorum liberi: vt ff. de ritu nupt. l. sed si patronam libertus ducere non potest: vt s. eo. libertum. Habes hîc authent. SED *nouo iure nulla dignitas prohibet eum liberta nuptias contrahere dotalibus instrumentis confectis.* Et idem notatur j. de naturalibus liberis, l. 1. L. 15.

PATREM. *Quis si remittatur.* Sed nónne ius omne quod in ea habebat, videtur amissum: vt s. de episc. audiend. si lenones. & j. de infan. expon. l. penult. quare ergo dicit remittatur vel non? sed intellige quod cōtradicit de facto, & ita per verba sua fecit quòd illa voluit cōtrahere. tunc enim repetit alimenta in odium exponentis: licèt aliàs nō posset, cùm sit datum pietatis causa: vt s. de negot. gest. l. 1. & ff. de reli. at si quis. §. funeris. L. 16.

NEMINI. *Cum filia, neptè, pronepte.* Et sic in infinitum, adeo vt si ho die Adam viueret, non posset contrahere: vt ff. eodem, nuptiæ cōsistere. & instit. eodem, iure antiquo. L. 17.

VIDVÆ. *Non conuenientant.* Consilium dat quia de necessitate ita esse oportet: vt ff. de ritu nupt. filius emancipatus. vel dic quòd ex vrbanitate debet requiri patris consensus. sed licèt non consentiat, nihilominus potest contrahere. sed ex hac causa poterit exhæredari: vt ff. de bon. poss. contra tab. non tantùm si emancipatus. *Peruenire non* L. 18.

possit. Eadem ratione hi qui vocantur ad hæreditatem, debent ab educatione abstinere: vt ꝭ. vbi filij deb. educ. l. 2.

L. 19. CELEBRANDIS. *Restitutisque calum.* Quia calumniabatur tale matrimonium. *Habeatur legitimum.* Non credo quòd prohibeatur veteri tit. hodie inter collaterales vsque ad septimum gradum: vt dicit cap. ad sedem apostolicam.

L. 20. IN CONIVNCTIONE. *Propriam noluer. depromere volunt.* Si enim depromeret voluntatem, copularetur ei: vt s. eo. viduæ.

L. 22. SI DONATIONEM. *Inter pares honestate*, &c. Quia licet eis contrahere matrimonium, vel quia vterque erat clarissimus. aliud inter pares: vt ꝭ. eod. l. sequen. §. imò.

1 *Pœnitentia absoluitur quis infamia.*
2 *Mulieres scenicæ quæ dicantur.*
3 *Causa finalis & impulsiua, differunt.*
4 *Qui filij regis dici debeant.*

L. 23. IMPERIALIS BENEVOLENTIÆ. *Vt ad eam.* Meliorem conditionem. *Sed ingenui nati essent.* Arg. quòd si acceperit aliquis † pœnitentiam, absoluetur infamia sua. & bene concedo quoad dominum non tamen quoad mundum. posset enim & deberet repelli à testimonio. *Mulieres autem quæ scenicis.* Scenica dicitur † mulier duobus modis, vel quia in scena ludebat. & sic sumitur ff. de his qui not. infa. l. 2. §. vlt. vel quia publicè se prostituebat, & ita accipitur in illa authentica scenicas non matro. *Nescitis*, Id est, sancitis. *Præteritarum legum.* Vt ff. de ritu nupt. l. lege. *Sine dignitate præditis fuerint.* Puta senatores. *Siue alio modo.* Puta quia filij sunt senatoris, vel nepotes. *Nō sine scriptis.* Nota quia hic speciale est quòd scriptura sit necessaria. *Neque differentiam aliquam*, &c. Quacunque enim hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. *Saluam eis nihilominus existi. seruari præcipimus.* Et ita licet sit datum rescriptum hac intentione vt possit matrimonium contrahere & vt contrahant, quamuis causa non fuerit secuta, nihilominus prodest. non est enim causa † finalis, sed impulsiua. vnde licèt dederim hac intentione vt emas caligas, etsi non emeris, nō potero condicere: vt s. de cond. ob causam. si repetendi, vt ff. de donat. inter virum & vxorem. sed si motis, §. vlt: *Quæ dignitatem aliquam.* Subaudi, sine administratione. nam cum administratione habere non possunt: vt ff. de reg. iur. fœminæ. *Post expurgationem prioris vitæ.* Argum. est pro filiis regis, qui scilicet debeant dici filij † regis, an illi postquam rex fuit, an quos habuit ante. idem in sacerdote & monacho, & in milite. idem etiam in testamento militis. nam si fecit antequam sit miles, non dicitur militis. secus si post. si tamen cùm cinctus est, dixit se velle valere quod ante fecerat, videtur modò testari: vt ad hæc omnia sunt arg. ff. de milit. testa. Titius priùs ꝭ. de naturalibus liberis. communium. §. sed si quis. & ff. de decurio. l. 2. §. in filiis, & de pœnis. moris. §. penult. *Imò & illud.* Hic debet esse §. quia tractat de alia materia. *Inter impares.* Vt spectabilis cum clarissimo, vel illustris cum spectabili. *Omnibus modis.* Siue interueniat scriptura, siue non. Habes authentic. QVOD EIS PERMITTITVR. Scilicet, impetrare priuilegium,

quod

quod omnem maculam tergat. & de tali abolitione habes circa eos qui muliebria passi sunt ff. de postulan. l. 1. *Illicita rei iusiurandum*, &c. Si enim fieret contra leges vel contra edictum prætoris, non valet: vt s. de legi. & constit. non dubium, & ff. de leg. 1. si quis inquilinos. §. vlt. *Et pœna periurij*. Scilicet x. librarum auri: vt in authent. in eum conuertẽda qui exegit, cùm in pari inueniantur facinore, simili pœna debent comitari: vt suprà, de episc. si quemquam. in fin.

SANCIMVS. *Nisi ipsa nuptia. acce. festi.* Maxima est festiuitas nuptiarum. & quod hic dicit, videtur facere pro opinione domini M. quam notaui suprà, de temp. restit. authent. si minor. super illud verbum, à tempore nuptiarum, &c. & est bona concor. ad l. istam s. de his qui ven. æta. impetrarunt. l. vlt. Et immensa librorum, &c. multa enim erant dicta circa materiam istam. L. 24.

SI FVRIOSI. *Tam opinione personæ, quàm moderatione dotis*, &c. Sic ff. de iure dot. quæro. & l. seq. siue generalis. Sed gratis omnia procedant. non enim debet dari pretium pro scriptura tabellioni, ne afflictio addatur afflicto: vt notaui s. de episcopali audien. dementis. L. 25.

SI QVIS ALVMNAM. Quia aluit me, vel ego eam. *Loco filiæ*. scilicet adoptiuæ. non quòd dederit ei ad comedendum, & talia quæ dantur filiis. cum illis enim bene posset contrahere. *Sed et credendũ est*, &c. Nota bonum verbum. L. 26.

SANCIMVS. *Prohibitæ sunt*. propter sterilitatem procreandorum liberorum. L. 27.

SI LIBERTVM. Planum est quod hìc dicitur. L. 28.

DE INCESTIS ET INVTILIBVS NVPTIIS.

TIT. V.

Constitutio Græca.

1 *Diuortium quando dicitur.*
2 *Quando sine consensu patroni liberta nubere potest.*

LIBERTA. Ex proprio motu manumissa. secus si non gratis, sed ex necessitate: vt ff. de titu nupt. in eo iure, & de diuor. l. pen. *Discessit*. In perpetuum ab eo sit separata, non ad 1 tempus illud enim † est diuortium, cùm vnus vadit versus orientem, alius versus occidentem, vt ff. de diuort. l. 2. quod permittitur: quia antiquitus si nõ placeret vxor viro, permittebatur eam occidere. & hoc cum animo iracundiæ discedit: vt ff. de diuort. quicquid calore. mittitur etiam in diuortiis libellus repudij. *Connubium non habeat*. Propter reuerentiam quam debet patrono, non licet ei contrahere, licèt etiam dissoluatur matrimonium. pro eodem enim habetur quantum ad hoc ne cum alio contrahatur, ac si teneret: vt ff. de diuort. l. vltim. in principio, ita est cùm durat patronus: quia tunc non potest liberta cum alio contrahere. secus si post amisit ius patronatus: L. 1.

quod multis modis † fieri potest: vt j. de bo. liberr. l. vlt. vt si consentiat 2 diuortio expressim vel tacitè, vt quia aliam duxit, vel quia accusauit eam tali crimine: quod non faceret si vellet eam habere in vxorem, tunc enim tenet matrimonium cum alio contractum. ff. de diuor. l. vlt. §. vlt.

1 *Saraceni plures habent vxores.*
2 *Vxorem & sponsam habere non licet.*
3 *Non videtur legitimè factum, quod pœnam meretur.*

L. 2. NEMINEM. *Qui sub conditione.* Aliàs ditione, id est, potestate. alIud enim est in his qui non sunt sub potestate Romani imperij, vt in † Saracenis, qui habent binas vel ternas vel 4. vel plures vxores. 1 sed Christiani non habent nisi vnam, nec enim licet habere † vxorem 2 & sponsam: vt s. de donat. propter nup. ea quæ. nec binas sponsas: vt ff. de his qui not. infa. l. 1. nec etiam binas concubinas. vt per authentic. quib. mo. natur. effi. sui. §. si quis autem eam. & in edicto. l. 1. & l. quid ergo, & est bona ratio. nam non videtur † legitimè factum quod pœnã 3 meretur: vt j. ad l. Iul. de adult. Gracchus, quandoque tamen licet teneat matrimonium imponitur pœna: vt in ea quę contraxit infra tempus luctus, sed illud potius gratia festinationis quàm matrimonij: vt notaui. j. de secun. nup. l. 1.

1 *Matrimonium, & connubium, idem.*
2 *Conscius quis dicatur.*

L. 3. CVM ANCILLIS. *Connubium.* Id est, matrimonium. significant enim idem ista nomina, connubium, † matrimonium, nubit enim 1 coniugium, consortium. dicit ergo quòd connubium non potest esse cum ancilla: vnde contubernium appellatur si cum ancilla contrahatur. & assignat rationem, quia filij nati ex his non essent in potestate patris domini: vt instit. de pat. potest. & prosequitur in specie id quod generaliter promisit. tractat enim cùm decurio contraxit cum ancilla. non loquitur in homine priuato. voluit enim lex quòd decuriones qui dediti erant seruitiis ciuitatis, remouerentur ab officio per libidinem illarum mulierum. *Fuerunt conscij, &c.* Nota, quòd hoc ipso † quòd conscius est quis, & non contradicit videtur consentire, & i- 2 dem dicit canon. *Pœnam augentes.* Amittit enim dimidiam bonorum omnium si fiat in ciuitate. sed videtur quòd per hoc non augetur pœna: quia nónne potest esse quòd fundus cum mancipiis magis valet quàm medietas bonorum? Respon. sic: sed non est verisimile. intellige ergo quòd fundus cum mancipiis continet dimidiam, vel minus dimidia bonorum: si autem amplius continet, non fieret præsentatio in eo quod est vltra dimidiã partem bonorum. *Quoniam intra domest. par.* Sic ergo magis punitur cùm quis delinquit intra domesticos parietes, quàm extra, & sic distinguitur. Dicitur de iure antiquo per legem Mosaicam, oppressa esset puella intra domesticos parietes, & tunc maior pœna imponitur, in extra & tunc minor. Idem de consuetudine istius ciuitatis est cùm aliqua deprimitur intra domesticos: secus si alibi.

1 *Ignorantia quid operatur.*
2 *Error probabilis excusat à pœna.*
3 *Error iuris non excusatur.*
4 *Propter errorem mitigatur pœna.*
5 *Concubinatus permissus.*

QVI CONTRA LEGVM PRÆCEPTA. Id est, Iuliæ & Papiæ, vt inter senatorem & libertum, vt ff. de rit. nupt. l. lege. *Vel contra mandata.* Veluti ne præses ducat vxorem suæ iurisdictionis, vt s. de nupt. & si contra mandata. *Constitutionésque principum.* Vt si aliquis contrahat cum monacha, vel cum aliqua quam a sacro fonte suscepit: vt s. de nupt. si quis alumnam. §. vlt. *Nisi ex eodem matrimonio.* Sed videtur contra ff. de condictio. sine caus. auunculo. Sed ibi dedit & non nupsit etiam de facto: tunc enim dos restituitur cùm crederet tenere matrimonium si nubat de facto contra legem, & dedit, non est restituendus. nisi prætendat acerrimum errorem, vt hic dicit, & notaui s. de condictio. ob causam dat. l. 1. *Fisco vindicari sancimus.* Sed distingue, quia si donauit inter viuos, debet fieri confiscatio, vt hic dicit: si verò in vltima voluntate, scilicet, quia requirit in testamento, aut sciebat matrimonium nullum esse, & tunc non valet: aut ignorabat, 1 † & tunc valet, vt ff. de legat. 1. l. vlt. & de ritu nupt. præfectum. *Qui aut* 2 *errore acerrimo.* Si error probabilis sit, excusat † à pœna, & hoc est cùm ipse non potuit scire, quia si aliquis vellet eum docere quòd esset consobrina sua, & ipse dixit, nolo quòd mihi dicas de cognatione, benè scio quòd omnes attinemus nobis ab Adam: tunc non excusatur. Et hoc est quod dicit, Qui aut errore acri, id est, instissimo non af- 3 fect. &c. ita est cùm errauit in facto: si autem † errauit in iure, non releuatur à pœna adulterij neque fœmina neque vir: fœmina tamen releuatur à pœna incesti. In masculo quidem dicendum est quòd si errauit in iure ciuili, parcendum est ei: si in naturali, mitigabitur † pœ- 4 na: vt ff. ad legem Iuliam de adulter. si adulterium. §. 1. Et not. quòd dicitur in lege illa, quia siue scierit à principio & persuerauerit, siue ignorauerit & post sciuit, debet peti pœna. Aliud est in vsucapione, quia si à principio habeat bonam fidem quis, & post scierit rem alienam, non nocet: & aliud est in bonæ fidei fructuum perceptore: vt j. de vsucapio. transform. l. 1. & ff. de vsuris qui scit. §. bonæ fidei. argument. tamen simile est in homine libero, quia cùm detinetur ab aliquo, siue sciret à principio liberum, siue ignorauit. sed postea sciuerit, non acquiritur ei, vt ff. de acquirend. rer. domin. qui bona fide. Habes hic authentic. INCESTAS, &c. Vel etiam legi possit cum alia superiori, si quis incestis. *Incestas nuptias.* Idem in prohibitis aut inutilibus, & generaliter in omnibus damnatis, vt in hoc titulo dicit lex qui contra. & in titulo authentic. videtur loqui generaliter. *Pœna est confiscatio.* Videtur contra j. de bonis damnat. authentic. bona damnatorum. sed illa posterior corrigit illam: vel aliter, vt ibi notaui. *Exilium.* Repete, & pœna est exilium. *Craguli.* Et pœna est cinguli spoliatio, &c. *Verberatio.* Et pœna est verberatio, &c. *Scienter.* Præsumitur enim ignorare: non enim in viro. Vel distingue, quia si clan-

L. 4.

culo velint contrahere, præsumitur scire, aliud si palàm, vt ff. de ritu nuptiarum.l.vltim. *Liber.hoc sp.sui iuris efficiuntur, &c.* Nota quòd propter delictum patris fiunt liberi sui iuris,& defertur eis legitimis substantia,remotis aliis qui ex incesto & ex nefario coitu sunt nati, ab omni successione.Sed quid si non sit incestus coitus, sed reprobatus, vt quia ex meretrice habui filium,nunquid potero aliquid ei relinquere? hic non videtur dicere: sed responderi potest idem in quolibet damno coitu, vt dicatur damnatus propter vxorem & concubinam.Concubinatus† enim permissus est,vt ff.de concubinis.concubinatus.& ita dic quòd matri non patri succedunt, vt ff.de succes. cognat.§. vulgò.& ff.de in ius vocand. quíque in fin. Quid si imperator indulgeat priuilegium non obstante hac lege, vt tanquam legitimus succedat?Respon.valet:& ita quandoque dedit dominus meus consilium quòd posset fieri.Nec obstat authentic.quibus modis natural. §. vltimo. quia par pari imperare non potest, vt ff. de arbitr. nam magistratus. & ad Trebellian. ille §. tempore. *Vt tamen pater ab eis.* Licet enim sit impius & malus, tamen pater est, vt dicit authen.*Quibus.* Liberis. 5

L.5. FRATRIS VXOREM. *Nec dissoluto, &c.* Hoc referri potest ad omnia superiora,quia nec dissoluto matrimonio à fratre non licet contrahere cum ea quæ fuit vxor sua:vt j.eod.licet.Nec dissoluto matrimonio à me cum sorore alicuius, licet mihi contrahere cum ea quæ soror erat vxoris præteritæ:& hoc prohibitum est in primo & secundo gradu ratione affinitatis, quia in quo gradu est mihi frater meus in eodem affinis est mihi vxor eius, & sic soror vxoris meæ in eo gradu affinis est mihi,in quo vxor mea attinet sibi.

1 *Propter malum consilium à successione excluditur aliquis.*
2 *Incestæ nuptiæ quæ dicantur.*
3 *Naturales liberi qui dicantur.*

L.6. SI QVIS INCESTI. *Funestauerit.* Occidit se,quia amittit bonam famam,cùm fiat infamis. *Consilium misse, &c.* Nota quòd propter malum † consilium aliquis à successione excluditur. *Qui post eum gradum proximus.* Et sic prior in gradu, potior est in successione. Habes hîc authen. Ex *complexu nefario.* Incestæ † dicuntur nuptiæ, quando contrahitur matrimonium inter ascendentes & descendentes: cõplexus nefarius,quando inter collaterales:damnatus, cùm eam ducimus quæ alium virum habet. *Nec naturales sint.* Naturales † enim sunt hi qui sunt nati ex concubina vnica, & in domo indubitato affectu coniuncta, legitimi & naturales,ex matrimonio: legitimi tantùm, adoptione. 1 2 3

L.7. HVMILEM. *Nullámque inter inge. &c.* Ita intellige, quia ex diuitiis non est differentia inter opulentiorem & pauperem,cùm diuitiæ sint à fortuna. *Libertam.* Corrigitur in liberta, quia hodie nulla dignitas prohibet cum liberta contrahere, si inde dotalia conficiantur instrumenta,vt j.de nupt.auth.sed nouo iure.sed in ancilla vel tabernaria non habet correctionem.

LICET QVIDAM. *Quod post illorum mortem mansisse, &c.* Id est, quia mortui fuerunt antequam eas cognoscerent. *Antiquarum legum.* Suprà eod. si quis incesti. L. 8.

AB INCESTIS. *Tyrannidis* nomine Odoacer, qui inuasit imperium, vt not. s. de sacros. eccl. decernimus. L. 9.

DE INTERDICTO MATRIMONIO INTER pupillam & tutorem seu curatorem liberósq; eorum.

TIT. VI.

1 *Tutor quando cum pupilla nubere potest.*
2 *Propter dolum infamatur aliquis.*

SENATVSCONSVLTI. De quo S.C. habetur mentio. ff. de rit. nupt. si quis tutor. *Sublatum est.* Ea ratione, quia non auderet pupilla petere rationem administrationis tutelæ, vt ff. de rit. nupt. non solùm. Sed videamus si tamen finita tutela aliquis contrahat cum puella ab eo qui tutor fuit † potest contrahere: vt in eadem l. §. pen. *Rusticitatis.* Vt quia dicit se rusticum. *Et imperitiæ.* Quia dicit se ignorare leges, & licet aliàs subueniatur rusticitati, vt j. de resta. l. vlt. & generale dicat rusticitatem. Hic tamen contrariū est, & s. de in ius voc. venia. & hoc quantum ad substantiam matrimonij: etsi enim non prætendat non valet, secus quoad infamiam: illa enim remittitur, quia infamatur † quis propter dolum, vt inst. de suspe. tut. §. suspectus. Præterea pœna corporalis remittitur, quia non imponitur nisi dolo vel lata culpa, arg. ff. ad l. Corn. de sic. l. in lege alibi etiā subuenitur alicui si prætendat iuris ignorantiam, vt j. de his qui sibi adscribunt in testam. senatusconsulto. L. 1.

MATER *pupillæ.* Planum est. L. 2.

CVM PROPONAS. *Post liberos susceptos.* Ad maiorem euidentiā dicit, vt appareat euidētius matrimonium non posse dissolui. *Patrem tuum.* Scilicet, socerum suum. *Nec te in potestate sua, &c.* Quia eras emancipatus. *Ex postfacto vitiari.* Initium enim spectandum est in contractibus vel quasi, in delictis, vel quasi. *Vt alius loco eius detur.* Et ita patet quòd socer non potest dari curator nurui suæ: contra quod quidam iudex potestatis fecit cum consilio assessoris sui, sed malè: aliud tamen est in priuigna, vt j. de decurio. in l. vlt. L. 3.

LIBERTINVM. *Postea manumisse.* A domino suo. L. 4.

CVRATOREM. *Falsò tibi persuasum est.* Secus est in adulta, vt s. eo. cùm proponas. & hoc ratione diuina considerata, quia mulieres debent esse subiectæ viris: & ideo prohibetur ne contrahat filius cum adulta patris sui, ne prætextu filij administrationis non petat rationem: secus in viro, qui non subiicitur mulieri, nisi sit effœminatus, vt in quibusdam contingit. L. 5.

SI PATRIS. *Nec non etiam vtili anno.* In quo restitui potest. in cuius locum successit hodie quadriennium, vt s. de temp. in integ. rest. superuacuam. L. 6.

L.7. SI TVTOR. *Nullo diuino,&c.* Secus enim si super hoc diuinum impetraretur rescriptum. vel post redditam rationem elapsum sit tẽpus in integrum restitutionis: vel si auus neptis tutelam administrauit, vt s̄.l.prox. & ff.de ritu nupt.non solùm.§.de vno.

L.8. SI QVIS TVTORIS. Planum est.

SI QVACVNQVE PRÆDITVS POTESTATE VEL AD EVM PERTINENTES AD SVPPOSITArum iurisdictioni suæ adspirauerint nuptias.

TIT. VII.

1 *Affectus quando punitur, etsi non sequatur effectus.*
2 *Iudicem suum ordinarium non licet alicui recusare.*

SI QVIS ORDINARIA, &c. Vt præses prouinciæ. *Vel qualibet præditus potestate.* Vt magistratus municipalis, vel defensor ciuitatis: & est differentia inter hunc titulum & illum. s̄. si rector prouinciæ: quia loquitur de sponsalibus inhibitis inter subiectos & rectorem prouinciæ, hic de modo cuiuscunque sortis. id est conditionis. *Non peregit.* Et ita punitur † affectus, [1] licet non sequatur effectus: arg. contra. ff. quod quisque iuris. l.in fin. *Iurisdictionem eius euitare.* Et est arg. hic quod non licet alicui suum† iudicem ordinariũ recusare: hoc enim datum est isti in priuilegiũ, quare de iure communi non licet. Si enim esset licitum de iure communi, [2] non esset opus priuilegio: vt ff. ad municipa. l. 1. & j. de thesaur. & plenè notaui s̄. de iurisd. om. iu. l. nemo. *Vniuersa eiusdem.* Scil. personæ, quam huiusmodi ambitu circuire tentauerit. *Vicario competant.* Et ita vicarius vel comes qui datus erat ei vt posset cognoscere de causis ciuilibus & criminalibus in locum ipsius, cognoscet de causis quæ pertinent ad illam personam cum qua volebat contrahere. *Vicissim.* Id est, sicut vicarius cognoscebat pro isto. ita ordinarius cognoscet pro vicario.

SI NVPTIÆ EX RESCRIPTO PETANTVR.

TIT. VIII.

L.1. QVIDAM EXCEPTIS HIS. Sed quid est quod dicit? valétne tale rescriptum propter consensum patris? & certè non videretur. Intellige ergo quòd excusentur propter patris consensum quantum ad deportationem & bonorum amissionem. Vel intellige quòd hîc loquitur quando prohibitum est matrimonium ratione rei familiaris, vt inter tutorem & pupillam, tũc enim iusta est postulatio, vt ff. de rit. nup. tutor.

L.2. NEFANDISSIMAM *vt vnusquisq; cogno. impetra. &c.* Nota quòd si prohibita est impetratio vel alienatio. non valebit indulgẽtia, vt s̄. de precib. imper. rescripta. & j. de petit. subla.

DE

DE SECVNDIS NVPTIIS.

TIT. IX.

1 *Luctus religio quomodo intelligenda.*
2 *Qui sui ludibrium facit est infamis.*
3 *Propter festinationem punitur mulier.*
4 *Quod infertur ab indigno fisco applicatur.*
5 *Priores in gradu sunt potiores in successione.*
6 *Prima causa in successione est descendentium.*
7 *Quando mulier quæ secundas nuptias contraxit, punitur in sua persona.*
8 *Vidua quæ parit intra tempus luctus quomodo punienda.*
9 *Tres mulieres eisdem pœnis subiciuntur.*

SI QVA MVLIER. *Luctus religionem.* Quid est quod dicit L.1. luctus religionem? éstne intelligendum quòd semper de-1 bet virum lugere? & † certè nòn: sed quòd non debeat festinare ad secundum matrimonium, vt hîc dicit. Olim erat quòd non debebat caput lauare, nec vngues incidere. quod adhuc, vt dicitur, obseruatur in Hispania, hodie autem non ita est, vt s. de his qui notant. infamia. decreto. *Præstuerit.* Id est, seruauerit. *Ex iure quidem notissimo.* Et est authent. hoc ius notissimum. *In edicto prætoris.* Vt ff. de his qui notant. infam. l. 1. & ita ipso facto & iure fit infamis, sicut est in eo qui venit contra transactionem iuratam, & in eo qui 2 † sui ludibrium facit, vt s. de transact. si quis maior. & ff. de his qui notant. infamia. l. 2. §. vltim. Quandoque exigitur sententia, vt in actione furti, vi bonorum raptorum, & ita dicitur quis fieri infamis per sententiam, vt not. in tit. de his qui notant. infam. Fit etiam aliquis infamis ex genere pœnæ: quia non sufficit solum factum vel ius vel etiam sententia, nisi genus pœnæ exprimatur, vt ff. de his qui notant. infam. ictus. Sed videtur quòd mulier ista debeat excusari per Apostolum, etiam si nupserit intra tempus luctus. Dicit enim Apostolus: Viro mortuo mulier nubat in Domino cui vult. Sed hîc non dicit quòd non teneat matrimonium, imò benè credo quòd si secun-3 dò contrahat, valeat matrimonium: propter † festinationem tamen punitur, vt hîc dicit. *Præ, &c.* Suprà dictum est quando punitur in persona sua, hîc tractat, quando in rebus suis, & ideò hîc debet esse *§. Vltra tertiam partem bonorum.* Sed ponamus quòd fecerit testamentum, & reliquit ei omnia bona sua in solidum, poteritne omnia accipere, an solùm tertiam partem? Videtur per legem istam quòd non totum possit, sed tantùm tertiam partem. Quid ergo fiet de residuo? quia hæredibus non deferetur, cùm nullos habeat præter istum institutum, nec cognatis vel agnatis: quia sic decederet pro parte testata, pro parte intestata, quod esse non potest nisi fauore militiæ, vt instit. de hæredibus instit. §. hæreditas. Sed dic quòd mero iure est hæres in totum: sed tres partes tantùm habebit, aliud ab eo auferetur, argum. ff. de vulgar. & pupilla. substitut. ex facto. §. Iulianus. & fisco

applicabitur, quia quod † aufertur ab indigno, fisco applicatur, vt ff. de 4 inofficioso testam. Papinianus. §. meminisse. *Omnium potest, &c.* Tractauit quando punitur in rebus suis, hic in alienis, & ideo hic debet esse §. *Sit expers.* Id est, sine parte. *Ab haeredibus.* Quando relictum est in testamento. *Aut ab intestato, &c.* Quando in codicillis relicta sunt ei legata. *Quibus correctione morum.* Sententia enim ista supponitur ethicae, quia de correctione morum tractat. *Fisci vid. habe. rationem.* Id est, ne magis videamur prohibere fisco nostro vel bursae, quàm aliis. *His etiam amittere, &c.* Hic debet esse §. *Et per immaturum.* Id est, nimis maturum. *Vacuata.* Caduca ipso iure. *Primò decem.* Primae x. personae sunt hae, pater, mater, auus, auia, filius, filia, nepos, neptis, frater, soror, & loquitur de personis descendentibus ex linea mariti, vt ĵ. auth. de nup. §. si igitur sine filiis. *Edicto praetoris.* Istud edictum non habemus, sed erat antiquum. *Gradibus seruatis.* Quia priores gradu † potiores 5 erunt in successione, vt filius, filia, quia prima causa est in successione liberorum: secundò nepos, neptis. His descendentibus admittuntur ascendentes cum quibusdam ex collateralibus, si sunt, vt ĵ. authentic. de legit. haeredibus. & de suis & leg. vel posset intelligi quòd filius admittitur cum patre. Sed magis videtur domino meo quòd prima causa † in successione sit descendentium: vt suprà dixi. *Deinde* 6 *praesumi à fisco.* Sed quare praesumitur à fisco potius cùm maritus reliquit, quàm cùm extraneus? fortè quia extraneus nihil deliquit, & ideo remanet penes haeredes vel cohaeredes, aut ab intestato succedentes: sed vbi reliquit prior maritus, applicatur fisco, sed cum distinctione. Primò enim defertur decem personis edicto praetoris connumeratis. *Eandem quoque, &c.* Hic est §. & sic patet per l. istam, quòd si infra tempus luctus mulier secundas contraxit † nuptias, pu- 7 nitur in persona sua, punitur & in rebus suis, item in alienis, item in relictis à primo marito: praeterea non succedit cognatis vel agnatis vltra tertium gradum. Habes hic authent. EISDEM *poenis subiicitur, &c.* Quae parit intra tempus luctus, nec enim potest se excusare quòd rem naturalem passa est, quia cùm illa punitur quae matrimonium contrahit, ergo multo magis ista debet puniri quae † sine matrimonio con 8 iuncta est alij. non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria: vt ĵ. auth. de restit. & ea quae parit collat. 4. §. vnum siquidem. *Si modò indubitatum sit, &c.* Sed quomodo poterit esse indubitatum? Resp. si peperit in x. vel xi. mense postquam maritus fuerit. neque enim in tantum tempus conceptionis extensum est, vt in corpore authent. §. vnum. si verò pariat intra ix. menses, concepit in vita: & ita praesumitur filius defuncti, quia filius est is quem nuptiae demonstrant. vt ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. filium, & de in ius vocando. quia. *Item & ea, &c.* Hic est §. quia aliud est authent. de nupt. *Contra sacramentum.* Hoc erat secundùm antiqua iura, & secundùm istud auth. de nupt. quia iurabat mulier cum admittebatur ad tutelam liberorum, ne secundas contraheret nuptias. Hodie sufficit si renuntiauit secundo matrimon. & S. C. Velleiano: vt ĵ. quando mulier tut. offi. auth. matri & auiae. & in alia sacramentum, & easdem patitur poenas. & in hoc casu vult mulier, quos & in superioribus. sed & maiores. Denegatur enim ei successio

ab

ab intestato, siue iure substitutionis si filius moritur impubes, & ipsa ad secundas venerit nuptias, antequam ei alium petierit tutorem, vel antequam habeatur ratio de his quæ gessit, vt j. ad Tertul. l. omnem.
9 Sic ergo habes tres mulieres † quæ eisdem pœnis subiiciuntur, potest etiam addi & quarta, vt j. auth. de restit. & ea quæ parit. §. vlt.

1 *Diuortium per libellum repudij.*
2 *Mulier quæ intra tempus matrimon. contraxit, quomodo à pœna excusatur.*
3 *Sanguinis turbatio.*

SI QVA EX *fœminis perdito marito*, Non facit vim in eo quòd dicit perdito, siue in rerum natura desiit esse: tunc enim est perditum, diminutum quod vsucaptum est, vt ff. de petit. hæredit. *Deperditum.* Siue per libellum repudij: & tunc si culpa viri factum fuit diuortium, 1 spectabit † per annum, si mulieris per v. vt j. de repud. consensum, *Parum enim temporis, &c.* Ratio eius est quod prædixit, nubere festinabit, vel respondet tacitæ obiectioni. *Post decem menses à Senatu constitutos. Tametsi.* Pro quamuis. *Ad ipsum.* Id est, tempus anni. *Exiguum putemus.* Alibi xxx. dies dicuntur tempus exiguum, vt in interdicto de itinere actúque priuato, alibi quatuor menses, vt ff. de iud. si debitori. *Honestioris.* Id est, honestæ. *Vel iure sponsaliorum.* Et de hoc non fit mentio in prædicta lege superiore. Quibus ergo dices quòd istud deferatur? & dic per similitudinem quòd ad x. personas edicto prætoris enumeratas, vel hæredibus viri succedentibus ex testa. vel ab intestato. Excusatur 2 tamen quandoque mulier † à prædicta pœna, & si intra tempus luctus contraxerit, vt si j. tempus luctus decubuit. non enim potest turbari sanguis, de prole dubitari. Et hanc rationem reddit M. vt ff. de his qui not. infam. liberorum. & j. de repud. consensu. Sed Io. visum fuit illam non esse bonam rationem, nec sufficientem: & hoc ita probauit, quia si concepit à priore viro post mortem ipsius. infrà quatuor aut quinque menses poterit parere: & ita cùm de cætero nõ possit de prole 3 dubitari, nec † sanguis turbaretur, videtur quòd liceret ei contrahere, quod falsum est. Est ergo alia generalior ratio, quæ reddi videtur in corpore authent. scilicet, ne mala suspicio oriatur secundo viro de ea quæ tam paruo tempore non potuit abstinere, vt j. auth. de restitut. & ea quæ parit. §. vlt.

L. 2.

1 *Transmissio ad liberos ex præcedenti matrimonio, quomodo fieri debet.*
2 *Ingressus religionem postea diuidere potest inter filios.*
3 *Donatio antenuptialis.*
4 *Non habere liberos, vel habere, sed qui moriantur, idem est per æquipollens.*
5 *Res aliena venditur quando venditionem implere videtur.*

FOEMINÆ, &c. Superiores leges loquuntur quando mulier intra tempus luctus, ad secundas conuolauit nuptias. ista cùm post tempus secũdum contraxit matrimoniũ. *Quos ex præcedente coniugio. &c.* Et 1 ita cùm habet filios ex præcedenti matrimonio, necesse habet † ad

L. 3.

eos transmittere: secus si non haberet, quia tunc plena proprietas apud eam remaneret, & ita in quem vellet alienare posset, vt ꝟ.authen. de nupt.§.primæ siquidem nuptiæ & ꝟ. ead.l.in fin. *Transmittant.* Sed quomodo, cùm non sit suum transmittere eis? habet enim in his rebus potestatem tantùm possidendi ac fruendi: vt ꝟ.dicit. Respon. Quòd imò potest, sicut is qui intrauit ecclesiam, potest postea † diuidere inter filios, quamuis nil habeat, vt ꝟ.auth.s.de sacrosanct.eccles.ingressi. Præterea potest idem facere miles damnatus de crimine militari, vt ff. de legat. 3. siquis in princip. Sed hæc quæstio non habebat hîc locum secundùm P. nam dicebat per legem istam quòd ipsa habebat plenam proprietatem in diebus vitæ suæ cùm hoc transmittat ad filios suos: vel ad quem velit eorum: ille autem qui dominus non est, non habet facultatem restandi in illis rebus, vt in fin. illius authent. ingressi. & quod hic dicit, habeant potestatem possidendi tantùm ac fruendi, intellexit quia non potest transferre in aliam extraneam personam: at hoc falsum est, vt per authentic. hîc signatas. patet per literam istius legis. *Vel ad quemlibet ex filiis.* Hodie correctum est. Hîc habes authentic. LVCRVM *hoc æqualiter in liberos, &c.* Quo, pro vt. *Funesta.* Hoc expone vt not. s. de incest. nupt. si quis incesta. Habes hîc authent. EX *testamento, &c.* Sed videtur ei contradicere authent. de non eligen.secun.nupt. §. cùm igitur. Dicit enim indistinctè eum vocari in plenam proprietatem: & distinguit verum contraxerit ante mortem filij, vel post. & ideò illa auth.corrigit l.1.ad Tert.sed illa prior corrigitur per hanc de nupt.posteriorem. *Quantum verò ad antenuptialem donationem attinet, erit simi. vt in res. omnino.* Hoc est quia sicut est in aliis rebus paternis, quantum ad vsumfructum. ita in antenuptiali † donatione, vbi cum patre pactum fecerat de ea lucranda: ponamus enim quòd pacta est quòd lucretur tertiam partem donationis, si non haberet filios, si haberet quòd lucraretur totam: accidit quòd habuit, lucratur in totum, conuolat ad secundum matrimonium, & ita amittit quantum ad proprietatem: si moriatur aliquis liberorum, succedet secundùm pactum, vt sicut pacta erant, si non haberet filios, quòd lucraretur tertiam: ita si habuit, & aliquis eorum moritur, in parte illius decedentis habebit tertiam, quasi videatur esse æquipollens, siue non habeat † liberos, siue habeat, & aliquis eorum moriatur postea, residuum autem habebunt fratres eius, vt ꝟ.auth.sequenti. SED *si quis ex his.* Scilicet liberis hæredibus, scilicet fratribus vel filiis, aut aliis. *Alienauit.* sc. mulier. *Pro supradicta portione.* In qua succedit, & pro qua factum erat cum patre. *Confirmatur alienatio.* Sed éstne hoc verum, si alienam rem, quæ mea non est, & postea cœpero esse dominus, quòd incipiat tenere venditio, & quòd emptor per hoc fiat dominus, nónne videretur quòd non? quia postea non loquor ego venditor cum eo, nec trado ei aliquid. Quoniam ergo incipit trãsferri dominium, cùm prius non transferretur, nec modò dicam vel tradam aliquid ei, videretur ista ratione quòd non. Et alia potest assignari, quia dicit lex, quòd si vendidi rem alicui quæ mea non erat, & postea succedam ei cuius est, si possideam rem, & ille cui vendidi & tradidi, velit eam petere Publiciana, si excipiam de dominio: & per hoc patet quòd in alium non

non erat translatum dominium, poterit replicare alius de venditione rei & traditione. Sed & si agam, poterit excipere, vt ff. de rei vind. si à Titio. Vnde dic quòd exceptio acquiritur ei qui emit, non dominium: tenetur tamen ille qui vendidit si postea hæres existat domino, emptorem facere dominum, † & ita venditionem implere, vt ff. de act. empt. si quis rem alienam. & sic impropriè sumitur alienatio, cùm sit actus per quem dominium transfertur. *Vel ad ipsum redit.* sc. si non alienauit. *Vel alienationem sequitur.* Si alienauit.

1 *Filij prioris matrimonij, quando in diuidendis bonis maternis prærogatiuam habeant.*

2 *Sponsalitia largitas ad quos pertinet.*

CVM ALIIS SANCTIONIBVS. Scilicet veteribus, vt in Codice Hermogeniano, Gregoriano, Theodosiano, non intelligas s. in aliquot. vel in aliis sanctionibus, j. de bon. mat. licet enim bona materna de communi iure inter filios debeant diuidi, quædam tamē sunt in quibus filij prioris † matrimonij habent prærogatiuā, vt in sponsalitia largitate quam à viro secundo accepit vxor. & videtur quòd cùm filij secundi matrimonij non sint iniuriati per tertium, sicut primi per secundum, quod non soli illi deberent habere. sed non est ita, & hoc est quod dicit, nec prosit liberis, &c. videbatur enim quod s. dixi, facere pro primis, sed assignatur contra j. eod. si qui prioris. §. talem. Respōd. quòd hæc corrigitur per illam vel dicas quòd hîc speciale est in sponsalitia † largitate, secus in aliis lucris, quia debent communicari filiis primi matrimonij, vt ibi dicit. L. 4.

1 *Filij genitoribus suis castigatores statuere non debent.*

2 *Secundæ nuptiæ quomodo impediant alienationem.*

GENERALITER. *Vuluter administrari*, &c. Imò & inutiliter: si enim inutiliter administrauit, non debent eos reprehēdere, cùm sit in eius potestate: erubescit enim l. filios † castigatores genitoribus statuere, vt j. auth. de nuptiis. §. si verò expectet. *Diuidendi quoque*, &c. Sed quomodo diuidet vel testabitur de rebus non suis quoad vsumfructum. Dic quòd imò potest, vt facit quandoque substitutionem pater filio exhæredato in bonis non suis, instit. de pupill. substitut. §. non solum. & not. s. eod. fœminæ. *Pro suo arbitrio*, &c. Hoc emendatum est per authent. s. eod. lucrum hoc æqualiter, &c. *Si vel eius*, &c. Quod hodie correctum. Vnde habes hic auth. HÆREDES *lucro cedunt*, &c. *Ne quod fauore lib. inductum est*, &c. Quid est id? Resp. quod dictum est s. statim, scilicet quòd liberi res quas lucrata est mater, petant vt paternas: quia ergo dictum est vt paternas videbatur nimium prosequuta similitudine, quòd si patris non adirent hæreditatem, sicut à cæteris rebus excludebātur quæ patris sunt tempore mortis, ita & ab hoc lucro quod a patre in matrem deuenit, excluderentur: sic & aptet qui poterit quod legitur ff. de contra tab. l. non tantùm. §. si emancipatus fil. vxor. secundum Io. *Vt eo quoque casu quo lucratur*, &c. Assignatur hic authent. *Vxore mortua*, &c. Sed & legi posset in l. seq. *Omnimodo.* Id est, siue conuolet ad secundum matrimonium, siue non. *Ex sponsal. largit.* Id est, donatione propter nuptias. & videtur contra j. Auth. de nupt. L. 5.

& ĩ.eod.authent.nunc autem. Respond. quod continetur ĩ. authent. de nupt vel in l.veteri,corrigitur per istam authent.quæ est, vel aliter quia ista loquitur in dote & donatione propter nupt. quòd lucrum reseruandum est sed alia lucra non tenetur seruare, nisi conuolet ad secundum matrimonium.si autem non conuolet,potest † alienare, sicut dicit authent.illa de nupt.& illa nunc autem. *Nec superstes.* Ad secundas nuptias venit.si enim venisset,non liceret ei alienare.

1 *Edictum quid.*
2 *Mater,quãdo non tenetur seruare dotem filiis prioris matrimonij.*
3 *Pactum non existentium liber,quid operatur.*
4 *Possidentis conditio quando melior dicitur.*

L.6. HAC EDICTALI. Id est,generali.edictum enim † est generale [1] præceptum principis:vt ſ. de legib.& constit.l.2. & 3. & in euangelio, Exijt edictum à Cæsare Augusto. *Plus relinquere*, &c. Quando autem datum sit plus,inspicitur tempore mortis binubi parentis: vt ĩ. authent.de nupt.§.quia verò hactenus. & ita videtur contra ſ. de donat.ante nupt.si constante. circa fin. vbi aliud dicit considerandum tempus.sed quæ ibi dicta sunt,hic intelligas repetita. & videtur contra.ſ.de don.ante nupt.si liberis.sed ibi dicit quod non tenetur mater seruare † dotem liberis primi matrimonij, vel pater donationem ante [2] nuptias,etiamsi ad secundas migrauerit nuptias.si tamen vult pater aliquid nouercæ,vel pater marito donare inter viuos, vel alter in eum vel eam conferre,tantundem debet habere filius vel filia, vt hic dicit. Item videtur contra ĩ.de iure dot.nulla lege. sed solue vt ibi. *Ita tamen vt quarta*,&c.Hodie tertia.& qualiter hoc sit intelligendum, dic vt notaui ĩ.eo.cùm apertissimè. *Aui & auiæ.* Præcedentibus sublatis personis. *Nepotum vel neptium*,&c. Assignatur contra ĩ. eo. quoniam præteritæ.sed dic vt ibi. *Interposito sacramento.* Scilicet quòd iuste æstimabunt. *Si idoneam fideiussionem.* Secùs in patre: vt ĩ. de bon. quæ lib. cùm oportet.nec videtur quòd faciat fructus suos antequam satisdet: vt ff.de vsufruct.l.si vxori vsusfructus. *Secundùm legum modum.* Vt si perierint res eorum,restituantur,si supersint, si deteriores factæ sunt vel dolo,vel culpa eius, similiter restituantur æstimatione habita, eo salu...,vt si plures sint filij,& vnus tantùm decedat, tanto minùs restituat matri,in quantum ei succedit ex pacto † non existentium liberorum:vt ĩ authent.eo.tit.§.sed hoc quidem nobis pridem. *Ita vt in eadem fideiussione*,&c.Hîc habes authent. *Si aurum fuit in donatione*, &c. *Cautio vsurarum.*Cum satisdatione:vt in l.prædicta antiqua. *Omnes eos abire coniugis.* Ergo hæc est sollicita de hæreditate viuentis,nec improbatur eius sollicitudo, quod contra legẽ illam videtur; vt ff.de vulg. substit.l.2.§.interdum.quod est ideo, quia hæc ab ea processerunt, & quodammodo,id est,quantum ad vsumfructum adhuc sunt suæ. *Aut forte offerre noluerunt.*Quid si vterque satisdare paratus est, vt ĩ. de testam manum.l.vlt. posset dici † meliorem esse cõditionem possidentis,vel meliùs imò matris,quæ quasi vsufructuaria est: sed arg. contra. ff.d. vsufructuar.quemadmodũ ca.l.si vsusfructus nomine re tradita. Dominus meus putat meliorem esse conditionem matris, non quia vsufruct [4]

sufruct

fufructuaria fit, sed quia mater; argn. est hoc quod in contrario sensu statuitur. si enim quando vter paratus est satisdare, mater est potior, ergo quando vterque. *Quos habet, habiturâve est.* Nota quòd hîc in tacita hypotheca obligantur præsentia & futura. *Extantes autem prædi. res si non fuer. alien.* Sed hodie secundùm nouellas constitutiones debet præstare, & si non transeat ad secundas nuptias: sed proprietatis habent partem: vt j. auth. istius tit. & ideo possent hic legi auth. vxore mortua. & alia, si tamen.

In qvibvs casibvs. *Non ad fratres,* &c. Videtur contra. per auth. de non elig. secun. nupt. § quòd scilicet fratres præferri debeant: sed illa corrigitur per authent. de nupt. quia relictâ sobole non præferuntur, vt s. de authent. si quis ex his. sed & videtur contra j. auth. de hæred. ab intest. at ibi loquitur quando non conuolauit ad secundum matrimonium: hic autem conuolauit, & ideo non corrigit legem istam, sicut habuimus auth. ad Tertul. defuncto. *Eligendi videlicet,* &c. Istud hodie immutatum est per aut. j. eo. lucrum hoc, &c. siue loquamur de filiis vel nepotibus, aut pronepotibus. — L. 7.

1. *Generale legatum non derogat speciali.*
2. *Generalis institutio, aliquando non transfert dominium.*
3. *Filij prioris matrimonij quando habere debeant lucra nuptialia.*
4. *Filij secundi matrimonij non soli ea lucrantur.*
5. *Secundæ nuptiæ omnes dicuntur quæ sequuntur primas.*
6. *Lex, filios fieri castigatores, erubescit.*

Si qvi prioris. *Vel specialiter relinquendo.* Et istud non est correctum legando vel fideicommissum relinquendo, & istud non est correctum. *Vel generaliter,* &c. Istud est correctum per authenticam. Nvnc *autem nisi expressim transponat in alios.* Præsumitur ipsis conseruare lucra & alia, & ita non sufficit quòd instituat hæredem, ad hoc quòd bona ista transponantur in alium, nisi bona ista specialiter transponat: non enim † generale legatum derogat speciali, quod dic vt ff. de legat. 3. l. vxorem. § fœlicissimo. & ita si facta sit generalis institutio, non dicitur res alienari: sic ff. de alienat. iudic. mutan. ex hoc edicto §. 1. Idem etiam in fundo dotali, quia generaliter † institutus quis hæres à marito, transit fundus, sed cum causa sua, quia non habet domin. u, vt ff. de fundo dot. l. 1. & alibi ff. de acquiren. rer. domin. quædam. Aliud cùm testator vetuit hæredem rem aliquam alienare extra familiam suam. Videtur enim alienasse, si aliquem instituit hæredem, vt ff. de legat. 2. peto. §. fratre hærede. Patet ergo quòd si expressim, id est, specialiter transponat, quòd opus sit annuere quod inhibet authent. s. eod. vxor. quæ in authent. neque virum quod ex do §. propterea igitur. Quare dicas illam loqui in dote tantùm, vel donatione propter nuptias, hanc in aliis lucris: sed melius est dicere hanc correctam, quia verba generalia sunt in corpore authent. de nuptiis. §. si verò filios ex aliqua, tamen illa authent. neque virum, corrigitur ex parte per auth. vt fratris filii. quod est suprà eod. si tamen abstinet. *Talem vero hæreditatem,* &c. Scitis ex eo quod habuimus suprà eodem. quòd si mulier — L. 8.

lucrata sit primo marito, filij primi † matrimonij debent habere lucra, 3 nisi alienauerit, tunc enim nullam habent vendicationem, sed si non alienauit, vendicabunt: & hoc si extiterint hæredes patri à quo lucrata est illa sed & si non fuerint hæredes patris, vendicabunt ea lucra, si matri hæredes extiterint. Nam si hæreditatem posteriores adierint, licebit illa vendicare. Sed pone quòd mulier conuolat ad secundum matrimonium, aliquod consecuta vel lucrata est à secundo marito, nó conuolat ad secundum, hoc est ad tertium: filij secundi matrimonij debent habere quæ lucrata est à patre secundo, si non alienauit sicut filij primi matrimonij, & eadem ratione, hoc est quia si filij secundi matrimonij non adeant hæreditatem patris sed matris, debent habere quæ mater habebat, si non alienauit. Caue tamen, quia in hoc casu nó lucrantur soli, imò debent diuidere † & partiri pro hæreditarijs partibus cum filiis primi matrimonij, quia hæredes sunt matris cum filiis 4 primi matrimonij si essent soli, in totum haberent. *Nam adeuntes paternam*, Quando mater lucrata est à secundo marito; *Vel maternam hereditat.* Quando pater lucratus est à secunda vxore. *Secundo toro.* Id est, tertio. secundæ enim dicuntur nuptiæ omnes quæ † sequuntur primas. & 5 sic etiam dicitur substitutio. *Ex parte.* Quomodo potest hoc esse, sicut sequitur, si fortè alij, &c. & assignatur contra. §. eod. cum aliis. sed dic vt ibi. *Liberum.* hic ponitur in singulari numero, sed plerunque profertur in plurali. *Vel aliquem ex super hoc.* Erubescit enim lex filios fieri † castigatores: vt notaui §. eod. generaliter. si tamen dissipant in fraudé 6 eorum, videretur quòd possint mouere quæstionem, sicut alibi dicit l. ff. ad Treb. l. imperator.

1 *Vxor recedens sine causa amittit dotem, vir autem donat. ante nuptias.*

L.9. QVONIAM *Praterita. Nulla in hac parte, &c.* Suprà eo. hac edictali. §. 1. ibi enim nullam facit mentionem de filiis secundi matrimonij, subaudi affirmatiuè. s. quòd aliquid habeant: sed negatiuè, quia non admittuntur: vt intelligimus l. illam. & sic consonat cum authentico hic posito. vel etiam indirectè ibi facit mentionem de eis, non autem specialiter, sicut hic, vt ibi dicit eos vocari cum filiis primi matrimonij. sed tamen corrigitur per authent. hic signatum. AD EOS SOLOS, &c. *Occasione repudij.* Quia si vxor † recedit sine causa, amittit 1 dotem, si vir, donat onem ante nup. vt j. de repud. consensu.

L.10 CVM APERTISSIME. *Si hoc quidem in suis elo. conscrip.* i. si inseratur causa ingratitudinis, sicut notaui. §. de inoffi. test. omni modo. & j. de lib. præterit. authen. ex causa. & videtur quòd per consilium istius l. non esset necessarium §. enim in l. Leonis hac edictali, ita dicit, ita tamen vt quarta pars, &c. vnde videtur quòd non debeant habere beneficium. sed illud est referendum ad quartam vel tertiam, hodie non ad beneficium. sed tamen hic dicit esse intelligendum quòd repellantur ab vtroque beneficio. *Tantum.* i. non plus. sic instit. ad leg. Aquiliam, § iniuria. *Secundo marito.* Hysteron proteron necessitas est tantum relinquere filiæ, quantum eius nouercæ, vel eius vitrico.

SI SECVNDO NVPSERIT MVLIER cui maritus vsumfructum reliquit.

Tit. x.

L.vnic. SIVSVMFRVCTVM. *Ad liquidum.* Vsque ad vltimum quadrantem. Habes hîc auth. Hoc locum *habet*, &c. *Si relictus ea lege fuerit.* Ergo secus est in plena proprietate data, quia hîc donatus vsusfructus non expirat: ibi nubentem denuo deserit proprietas nuda: vt s. de secun. nupt. l. 3 est autem ratio, quia in vsufructu non poterat istud constitui, vt sic esset vsusfructus: vt ff. de vsufruct. leg. l. 1. at plenæ proprietatis vsusfructus potest esse penes nubentem. *Quibus casibus licuit donare.* Constante matrimonio. nam quandoque admittitur: vt ff. de donat. inter vir. & vxorem. si sponsus. §. si quis. & l. quòd si mulier. & l. quod adipiscendum. *Non potest à testa. derog.* Fortè secus est in vsufructu cæterorum lucrorum, quibus poterit derogare.

DE DOTIS PROMISSIONE VEL NVDA POLLICITATIONE.

Tit. xi.

1. *Plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.*
2. *Dos certa esse debet.*
3. *Stipulatio rei incertæ valet.*
4. *Paternum officium est dotare filiam.*

L.1. FRVSTRA *existimas. Nec quanti sit promissa.* Nec aliquid simile intercedat, vt si in alicuius arbitrio esset positum, & talia. sic enim in quibusdam constituendo idem dat intelligere in similibus, sicut not. s. de cond. ind. l. 1. Nuptiali instrumento adscriptum, & ita ponit casum quando scriptum erat in nu-1 ptiali instrumento se promisisse, non tamen promiserat. vnde plus † valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur: vt s. plus valere quod agitur, & ff. de off. præs. l. illicitas. vel pone quando nulla certa species 2 vel quantitas erat promissa. si enim sic in incerto † promittatur dos, frustrà existimas, &c. quia certa res debet contineri in promissione, vt nomine rei contineatur species vel quantitas, vel factum: vt ff. de verb. obl. l. ita stipulatus. & secundùm hoc assignatur contra. j. eod. sicut ea. & ff. de iure dot. cùm post. §. gener. sed dic quod hîc loquitur de incerta promissione nudo pacto facta. & ita non erant hîc duo specialia. s. quòd pro incerto & ex nuda promissione nascatur actio. aliud ibi v-3 bi interuenit solemnis † stipulatio, licèt in incerto. & ei quod hîc dicit promiserit, subaudiendum est, nuda pactione. quidam dixerunt quòd in l. illa de iure dot. loquitur de patre, in quo speciale est, quia paternũ 4 † officium est dotare filiam. sed quare non ita esset in muliere, si ipsa eadem promittat?

L.2. SI PRO DOTE. *Idque deberi ostenderis.* Sed de quo loquitur? de eo quod debetur nomine vsurarum. sed nunquid agetur ad dotem talem promissam? imò, vt ff. de vsur. cùm de in rem verso. & argu. ȷ. ad leg. Falc. l. vlt. & hoc si vxorem alat, & ita sustineat onus matrimonij: alioquin contra: vt ff. de doli except. l. vlt. 1. respon. tenetur ergo si promisit dotem & vsuras. sed & licèt non promiserit vsuras, si steterit per biennium à tempore matrimonij quòd non solueret, nihilominus præstabit vsuras: vt ȷ. de iure do. l. vlt. § præterea sancimus.

L.3. SI CVM EA. *Non adita quantitate.* Et ideo non videbatur inutilis, sicut aliàs est in aliis stipulationibus. sed falsum est. vnde speciale est hic, & ff. de iure dot. cùm post diuortium. § gener: vt ff. de verb. obl. ista stipulatus. sicut & aliud est speciale ȷ. de rei vxor. act. illo proculdubio. *Ritè promiserit.* Vis est facienda in eo quod hic dicit, quia interuenit stipulatio in prima lege nudum pactum, vt ibi notaui. *Competentibus actionibus.* Si certum est, certi condictio, si incertum, ex stipulatu: vt instit. de verb. obl g. in princ. vel glossa competen. act. vt ȷ. de rei vxor. act. § illo proculdubio. *Iure iudiciorum.* Vel amore iudiciorum.

L. 4. SI VOLVNTATE. *Intelligis de his quæ desunt, &c.* Præsumptio ergo est iuris, & de iure, cùm ita scripsit, voluntate donantis. *Amplius quàm scripsisset.* Quòd voluerit se obligare. sed potest esse contra, quia non fuit facta aliqua pactio, sed alius voluntate ipsius scripsit, vt videatur accepisse: & ita voluit ei donare: & tunc præiudicat sibi: vt s. de donat. ante nupt. l. 1. & ȷ. de dote cau. sed ibi loquitur quando caui spe futuræ numerationis, sed donare volui. si ergo dubitetur vtrum voluerim me obligare cùm ita scribitur, an alius fecerit animo donandi, præsumitur quòd voluerit se obligare, non autem præsumitur dare: vt ff. de proba. cùm de indebito. nisi in casibus: vt ff. manda. si verò non remunerandi § contrario. & de proba. Procula.

L.5. SI PRO TE. sc. filia, *Non tibi, sed marito.* Secus in legato dotis: quia si legauit genero dotem nomine filiæ, potest ipse intendere actionem: potest etiam filia, licet non fuerit nomen eius expressum. præsumitur enim de ea sensisse: vt ff. de leg. 1. seruo legato. § si testator. & de leg. 3. fideicommissa. § interdum.

L.6. AD EXACTIONEM. *Qualiacun. suff. ver. cens.* Nec in hoc est priuilegiata actio ex stipulatu, licèt olim verba seruarentur eadem per quæ petebatur. hodie contra est: vt instit. de verb. obl. in princ. & ff. de verb. oblig. l. 1. nec intelligẽ qualiacunque, quòd si ego quæram, promittis, & tu respondeas, ille currit, quòd propter hoc obligeris. sed intellige qualiacunque, s. congrua: sicut determinant ll. prædictæ. & similis fit expositio. ff. de iudic. eum qui. & de condict. indebiti. qui certo loco & de constit. pecu. quod autem. in fine. *Etiam si stipul.* &c. At ex pacto nudo non nascitur actio, sed exceptio: vt ff. de pact. iuris gent. sed in dote speciale est, & in aliis casibus: vt not. s. de pact. in bonæ fidei.

1 *Nemo in necessitatib. liberalis existit.*
2 *Auia, quando tenetur præbere alimenta.*
3 *Dubius sermo, contra quem interpretatur.*

L.7. SI PATER. *Dederit.* Destinatione. promisit enim se daturum, vt per sequentia patet. *Nec enim leges incognitæ sunt,* &c. Vt supra de hæret.

cogno-

cognouimus. supra aliud est in matre: vt J. de iure dot. mater pro filia.
1 quia †nemo in necessitatibus liberalis existit: vt ff. de adimen. lega. rem legatam. *Et debitum sua sequatur fortuna.* Speciale est hic in patre, quia tenetur dotare filiam. alias in auia verisimile est de bonis nepotũ expendisse non de suis: vt ff. de neg. gest. Nesennius. Idem tamen dicerem
2 in †auia si teneretur dare alimenta, patrefam. s. deficiente & matre. *Si verò & ipse substantiam idoneam possidet.* Quantum ad hoc, vt dare possit dotem vel donationem ptopter nuptias sine maximo damno. sic & dicitur posse ff. de verb. sign. nepos Proculo. *In prompt. incip. sui peric.* quia tenetur satisfacere de suo. ergo effusus sermo interpretatur contra
3 †eum qui protulit in dubio. sic & in locatore ff. de pact. veteribus. & alibi ff. de contrahen. empt. Labeo. & de verb. oblig. quicquid adstringendæ.

DE IVRE DOTIVM.

TIT. XII.

1 *Condictio certi generalis.*
2 *Causa euictionis non est causa cur agi possit.*
3 *Antequam res euincatur, quando teneatur promissor.*
4 *Æstimatio facit venditionem.*

EVICTA RE. *Vel promissio fuerat.* Bene enim dicit fuerat. nam si interposita est stipulatio vel promissio, & post sequatur euictio, dabitur contra socerum vel mulierem seu
1 heredes eorum genero condictio † certi generalis, quę nascitur ex nudo pacto, vel actio ex stipulatu. sed tamen videtur falsum.
2 nam hoc quòd res euicta est, non est causa quare agi † possit. ante enim quam hoc sit, agi potest, cum enim promisit vel pollicitus est dotem dare, & dedit talem quæ ab ipso euinci potest, non videtur data, eùm non fecerit suam. & ita etiam antequam euincatur, agi poterit: vt ff. de verb. obl. vbi non apparet. §. vlt. & de act. empt. ratio. non enim secutum est quod continebatur in promissione: & ideo antequam euincatur, tenetur † promissori. sed dic quòd hic propriè non agitur de euictione, sed propter ipsam euictionem declaratur quare agatur. nam non ex ipsa vel propter ipsam agitur, sed ea mediante datur actio. i. detegitur data ante, vel si aliquis vellet dicere, quòd dum res est apud generum, non competit actio, videtur quòd posset: & arg. esset pro ipso. ff. de distract. pig. rescriptũ. §. 1. sed considerato rigore iuris videtur quòd ante euictionem possit agere, vt s. dixi. Præterea quod dixi dari condictionẽ certi vel ex stipulatu, videtur falsum. nõ enim dabitur cond. ctio sed actio ex stipulatu: vt J. de rei vxo. act. l. vna. §. 1. & §. & vt plenius. sed hæc disiũcta vera est pro altera sui parte, & ita tota est vera, vt s. pro eo q̃ disiũctiue dicit dari actionẽ ex stipulatu, vel illud hodie habet locũ. hoc autẽ quod dicitur de condictione, refertur ad tempus rei vxoriæ actionis antequã actio ex stipulatu pro dotibus esset inducta, vel aliter quia ibi dicit ex stipulatu actione tacitè res esse obligatas mariti vel vxoris. hic autẽ dari condictionẽ pro dote ipsa certa promissa, ideo nõ

L. 1.

In antiquo man. scripto. non est initium tituli de iure dotium.

contradicit. *Ex empto.* æstimatio enim facit veram rei† vendicationem, 4 non tamen simplicem: vt j. eod quotiens. & ideo in hoc casu datur genero ex empto actio. quare videtur quod in eodem casu agererur pro dote ex vendito soluto matrimonio propter naturam relatiuorũ. quæ posita se ponunt, & perempta se perimunt. hæc autem relatiua sunt, quia si emptor est, & venditor est: vt ff. de rer. permut. l. 1. Respon. illud quod dixisti, locum habet ex vendito actio, & nihil spectabilis. tutius tamen est si dicas ex stipulatu. & ita erit simile in actione mandati: quia licet ab vna parte interueniat mandatum & agatur mandati, non tamen agetur ex alia: vt ff. mandati. potest & ab vna, & not. s. si seruus extero. & potest eadem distinctio, quæ hîc dicitur, adhiberi in re donata, si enim præcedat promissio vel pollicitatio, agetur si non fecerit rem suam ex promissione. aliud si incipiat à traditione siue promissione. tunc enim non agetur de euictione, nisi dolo fecerit, vt ff. de ædil. edict. ad res donatas. ei autem quod in fine dicit, actioni de dolo actionem in factum succedere, simile est quod habuimus s. de dolo, si superstite. & ff de dolo, non debet.

1 *Alteri nemo pacisci potest.*
2 *Stipulatio quando commissa dicatur.*
3 *Item edictum de bonor. poss. contra tab.*

L. 2. SI STIPVLATIO. *Subiecta est.* Subaudi in personam filiæ. nam si mater stipulata esset de restituenda portione dotis filiæ, non valeret stipulatio: vt j. eod. cùm patrem. & quia nemo† potest alteri pacisci. *Commissáque, &c.* Dicitur † autem commissa, cùm conditio existit, quia 1 solutum est matrimonium, vt j. de contrahen. & con. stip. aliter dicitur 2 committi edictum de contrahen. bo. possess. contra tab. vt s. dicatur cõmitti, quando † incipit competere. *Prælegationibus.* Hîc glossauerunt 3 antiqui. i. dotis beneficiis. sed glossa illa nimis remota est à textu. vnde nos dicimus prælegationibus, id est donatione causa mortis, vt instit. de donat. cùm sic adhibuit vt stipularetur, videtur causa mortis donasse: vt ff. de dote prælegata, Seia, & glossa, pro portione heredi. prælegata, id est, secundùm quod perciperet de hereditate, perciperet & de illa donatione facta post mortem suam. vnde quia percepit tertiam hereditatis, percipiet etiam tertiam dotis: & sic maritus exactione liberabitur, in eo quod est vltra tertiam intellige. *Prælegata.* i. prælegatione: sic s. tit. 1. si cum ea.

L. 3. ETSI DOTIS. *Liberam ha. mari. facul.* Cùm sit dominus, & soluendo: vt j. de ser. pig. dat. manu. l. j.

1 *Mulieribus omnia sua bona in dotem dare non licet.*
2 *Dotis datio quare reuocatur.*

L. 4. NVLLA LEGE, &c. Imò videtur iuri consentaneũ: vt j. de pact. dota hac edictali. cùm enim se committit viro, videtur & sua cõmisisse, & hoc quoad administrationem. non tamen si ipsa prohibet, debet se commiscere vel intromittere de rebus illis, vt ibi dicit. sed aliàs in multis legibus videtur prohibitum mulieribus † omnia bona sua in dotem dare. vnde assignatur contrarium s. si aduersus dotem.

In antiquo manuscripto hic est initium tituli de iure dot.

potest

poteſt enim reſtitui ſi omnia dedit, vt s̄. de inoff. dona. & de inoffi. dote, quia ſi omnia dedit, filij poſſunt agere de inofficioſa donatione vel dote. præterea ſi habeat filios ex primo matrimonio, & det bona in dotem, tantùm tenetur dare filiis primi matrimonij: & ideo non omnia licet dare, vt s̄. de ſecund. nupt. hac edictali. & ideo ad euitandas contrarietates iſtas, quidam intellexerunt. l. iſtam in fœmina maiore, & in ea quæ non habet habet filios. præterea locum habet in virgine. nam ſi eſſet vidua, & habet ex priore marito filios, aliud eſſet. Vel ſecundùm Io. leges illæ non contradicunt, quia ideo vel hoc ipſo quòd omnia bo-
2 na ſua in dotem dedit, non † caſſatur dotis datio, ſed alia ratio poteſt ſubeſſe, quia circumuenta eſt in quantitate, cùm plus dedit quàm debuerit. vel quia non ſeruauit filiis debitum bonorum ſubſidium: vel quia non tantùm dedit filiis prioris matrimonij: vt dicunt. ll. illæ. hoc autem ipſo quòd omnia dedit, non impeditur, vt hic dicit.

1 *Rei inæſtimatæ in dotem datæ, dominium acquiritur.*
2 *In reſtituenda dote quando datur electio marito.*

QVOTIES RES *æſtimatæ*, &c. Hic videtur arg. contra. noſtræ opinioni, qui dicimus † rei inæſtimatæ in dotem datæ dominium adquiri. ſed non contradicit: quia ſi æſtimatæ dentur, adquiritur dominium, & irreuocabiliter ſi inæſtimatæ, ſimiliter acquiritur, ſed ſoluto matrimonio reſtituuntur: vt j. eod. in rebus, nec hîc erant æſtimatæ ob hoc, quia ſi diminuerentur, tantum pretium redderetur. tunc enim res in eodem pretio debent reddi: vt j. eod. ſi inter, ſed ideo, vt diſſoluto matrimonio reddantur res vel pretium. tunc enim ſi conuenit
2 de rebus reddendis reſtituentur. alioquin dabitur † electio marito: vt ff. eod. plerunque. §. vlt. & iſta æſtimatio vera venditio eſt: vt in prædicta l. plerunque. continetur. *Velut.* Expreſſiuum eſt veritatis, ſicut in definitione legis inſtit. de iure natu. §. lex eſt. *Et iure.* Scilicet, ceſſante omni dolo ſi enim alter fuerit circunſcriptus, ſubuenitur ei etiam maiori xxv. an. ff. eod. iure ſuccurſum eſt. §. vlt.

L. 5.

1 *Lex magis prouidere voluit patri & filiæ, quàm matri & filiæ.*
2 *Per nudum pactum non fit nouatio.*

AVIA. *Nec enim eadem eſt cauſa patris & matris*, &c. Sed quare eſt aliud in matre & auia quàm in patre? imò idem eſt, quia filia habet a lege tantùm actionem ex ſtipulatu, ſicut in patre: vt infrà de rei vxoriæ act. §. accedit. & §. ſequen. Reſpond. magis voluit lex prouidere
1 patri & filiæ † quibus datur actio à lege, quàm matri & filiæ, quibus non datur actio tacitè à lege, imò oportet quòd mater ſicut quilibet extraneus paciſcatur, ſicut dicit ille, §. accedit. in fine. & in extraneo dic ſecundùm Io. vt ibi notaui. ſi ergo mater nudo pacto conueniat de reſtituendo, cùm ante non poſſet agere, ex hoc actio naſcitur. ſiue enim in traditione pactum apponatur, ſiue incontinenti poſt, naſcitur actio: vt s̄. de pact. inter empt. l. 1. & de rer. permut. rebus. & actionem iſtam tranſmittit ad heredes, vt hic dicit, ſecus in patre: quia cùm prius competeret ſibi & filiæ actio à lege, non nouatur nudo pacto, cùm per
2 nudum † pactum non fiat nouatio, ſed per ſtipulationem. & ideo ſi

L. 6.

post matrimoniū nudū pactum apponatur, nō præiudicat filiæ, nec fit nouatio. sed si interueniat stipulatio, & incōtinēti, valet. si verò ex interuallo, necessarius est cōsensus filiæ. si quidem ante nuptias data dote apponat, siue incontinenti, siue post, siue consensu filiæ valet: vt ff. solut. matri. quotiens. & fallit hic quòd habuimus. s. de pact. in bonæ fidei, non enim nascitur hæc actio ex pacto incontinenti apposito. fallit & s. de vsur. quamuis. & ff. de religio. quod si locus.

L. 7. CVM A SOCERO. *Sub tempore dationis.* Quandocunque ante matrimonium licet, non autem postea: vt s. l. prox. no. Tecū paciscendo. vt sibi soli restituatur vel pactus est quòd maritus lucretur. Conditionem eius lædere non potuit. si enim experiatur filia quandocunque pro dote. i. quando emancipatur, si pater fiat suspectę vitæ, vel premoriatur pater, *id pactum non debere ad sui dispendium operari.* de Iure defenditur. i. allegatur: vt de hac materia bene tractatur, ff. de pact. dot. cùm dos.

1 *Olim per quodlibet verbum non contrahebatur obligatio.*
2 *Sensus magis spectandus quàm verba.*

L. 8. ETIAM *Si non dotem. Ut eam sequerentur,* &c. Videbatur contra maximè secundùm vetera iura, vbi non per quodlibet verbum contrahebatur † obligatio. hodie contrarium est: vt not. s. tit. prox. ad exa- 1 ctionem. vel propter verba inepta: quia cùm res istæ sint inanimatæ, non poterant sequi propriè. sed lex spectat hîc magis † sensum quam 2 verba: sicut & dicit quoddam generale: quod probari potest. ff. de adimen. lega. l. 3. §. condictio. & de re iudi. in summa. & j. quæ res pig. oblig. l. vlt. si tamen verbo non possunt resupinari ad sensum, non ita est: vt si nolui legare fundum & legaui domum vel similia. vt ff. de leg. 1. l. 2. & 3. *Æquissimum.* i. de æquitate. de iure enim stricto videbatur contra. sed hîc sensus spectatur magis quàm verba, vt s. dixi. *Vt etiam id quod additamenti, &c.* Videbatur contrà, cùm istud non receperit tenorem stipulationis. & ita videretur quòd ad filiam pertineret, vel heredes filiæ. sed hîc contra: quia in accessorio, quæ in principali dicuntur, videntur repetita: vt ff. de pact. dot. inter socerum. §. cùm inter. & est simile huic. l. s. de donat. ante nupt. si dùm ante nupt. & j. de dot. quæ sub mo. si prædiorum.

L. 9. DOTIS TVÆ, &c. Licèt aliàs resp. multa habeat priuilegia: vt ff. de iur. fisc. l. 1. & 2. de Iure fisci. hic tamen potior est causa dotis circa hypothecas quàm reip. cui postea maritus obnoxius factus est. aliud si fiscus esset prior tempore: vt de priuileg. fis. l. 2. & fallit quod hîc dicitur. j. quib. mod. pig. vel hypothec. sol.

L. 10. CVM DOTEM. *Ex empto.* Id est, emptione. non enim datur actio ex empto mulieri. vnum enim sæpe ponitur pro alio: vt j. si seruus emi se. & ff. de act. emp. veteres. sed & habet ex stipulatu: vt no. s. eo. l. 1. *Res deteriores fiant.* scilicet post matrimonium contractum. secus si ante, vbi autem ante matrimonium, distinguitur: quia si omnino perimitur res, periculum non pertinet ad maritum. secus si deterior fiat. sicut in emptione: vt ff. de periculo, quòd si pendente. & ff. eod. plerunque. §. sed ante. *Recipiatur.* Quasi dicat nullus.

DE HIS. *Mariti tui esse actio.* &c. Si fuerunt æstimati, cùm sit vẽditio. & ita fit dominus. idem si inæstimatis: vt s. de rei vendica. dote præterea dicit lex quòd si seruus dotalis fuerit heres institutus, maritus debet iubere quòd adeat hereditatem, & si non vult constante matrimonio, restituatur vxori vt iubeat: vt ff. solut. matrim. seruus dotalis. L. 11.

EX PECVNIA. *Non tibi quæritur.* Intellige quando auctoritate sua emit non voluntate vxoris. alioquin cùm esset sibi vtile, mulieri acquireretur: vt ff. eodem ista constante, & l. cùm vir. §. vltim. *Cùm neque maritus.* Videbatur contra. quasi ipsa haberet dominium in marito. L. 12.

SI A MATRE. *Scienti vitrico vestro datum est.* &c. Si incepit à traditione, & sciuit alienum, non potest agere de euictione. si à promissione, potest, licet sciuerit alienum, vt j. de euict. si fundum. & s. eod. l. 1. L. 13.

MATER PRO FILIA. Aliàs, neque mater pro filia. *Nisi ex mag. & proba. vel legit.* &c. Non sufficit dicere magna & probabili: quia videtur magna & probabilis, si mater fuerit diues, & pater nõ. sed de tali non loquitur, vnde addit, vel specialiter expressa. veluti quãdo mater est hæretica: vt s. de hæret. & Manich. cognouimus. *Pater autem,* &c. Cogitur enim ipse eam dotare, & paternum est officium: vt s. de dot. promiss. l. vltim. L. 14.

CVM CITRA. *Constet.* Vt j. de rei vxo. act. §. & nemo. *Sine dubio.* Multæ enim leges ponuntur de casibus indubitabilibus, vnde nõ valet obiectio scholastica: videtur quòd lex non possit stare, quia de hoc non erat dubium. *Non habentur irrita.* Ergo cùm non sit necessariũ eam redigi in scriptis, si redigatur & amittatur instrumentum, nihilominus peti poterit. sic. s. de fide instru. l. 1. L. 15.

ANTE DIVISIONEM. *In dotem dare non prohibetur.* Sed post litem contest. non potest alienare: vt s. communi. diuid. l. 1. verum est alio modo. sed hic in dotem dabat: & ideo etiam post litem contest. non prohibetur: vt j. de liti. vlt. L. 16.

RES QVAS. Planum est. L. 17.

SI SOCRVS. *Fundum apud te,* &c. Sed nónne videtur quòd restituendus sit vsusfructus socrui, cùm maritus non esset pactus de eo lucrando si vxor præmoreretur in matrimonio? sed intellige l. istam, quando cum socru & filia pactum erat interpositum quòd lucraretur proprietatem & vsumfructum maritus si vxor præmoreretur in matrimonio. intellige etiam quando socrus pacta fuerat de eo restituendo sibi. alioquin non haberet: vt not. s. eod. auia. *Conductrice.* f. filia vxore mortua. distingue vtrum à domino proprietatis sit conductus vsusfructus, an ab vsufructuario. si à domino proprietatis, potuit constituere seruitutem, & me facere vsufructuarium: & tunc morte conductricis extinguitur: vt s. de vsufru. si à domino, secus si ab vsufructuario, qui seruitutem in me transferre vult cùm sit ius personale, sed fructus perceptionem, & ista non extinguitur morte conductricis: vt hic, & ff. de peric. & commo. rei vend. quòd si pendente. §. vlt. L. 18.

1 *Pactum de dote retinenda quando non valet.*
2 *Falcidia quando sine onere detrahenda.*

L.19. CVM PATREM *Pro filia.* sua.tibi.genero suo, *si post mortem suam.* patris.s.*constituta.* filia. *Rebus humanis*, &c. Secus si conuenerit vt morte mariti dissoluto matrimonio liberis extantibus dos apud ipsam remaneat.non enim valet † tale pactum: vt ff.de pact.dota. l.2. & j. de 1 pact.conuen.l.quamuis. sed & si mulier fecit pactum cum dotante vt fructibus fundi dotalis satisfactum creditori mulieris sit, ante matrimonium valebit, matrimonio verò contracto non valebit, quia tunc quædam donatio erit: vt ff.de pact. dot. quæris. *Hanne.* Proprium nomen est. *Nec quicquam ex stip.pet.vel sanxisse.* Patrem.s.proponas, *Nulla competit actio.* Fallit s.ad exhibendum. *Ac tibi.* s.genero.potuit enim dixisse gratia cohæredum: vt ff. de leg. 3. fideicommissa. §. interdum. item in gratia tui qui eras gener. *Post euentum conditionis.* Id est, mortua filia in matrimonio.post mortem patris. *Quatenus accepit.* Imò & si non accepit, quia mortis filiæ causa videtur donasse: vt ff. de dot. præleg. Seia.& s.eod. Ergo reuocari potest, nisi sic donet, ne reuocet: vt ff. de dona.causa mortis.vbi. vel fortè hîc declarauit se donare inter viuos. & arg.istius l.dixit R. ff.de leg. 2. cùm pater. §. Titio.quia & Falcidia † sine onere & fideicommissum debet ibi haberi. vnde ita notauit in 2 fine illius §. quia iniquitas occurrit, quo ipsa euitetur, vt prudens indulget consilium. sed contra. ff. ad Trebel. Lucius. §.maritus.dic ergo iniquitatem, quia iure communi sic solet contingere, vt Falcidiam habeat, & debitum deducat: vt j.ad l Falcid.in imponenda, sed ibi non Falc.in imponenda. sed ibi non facit. sic ergo est iniquum, sed tamen quia ipse sciens voluntatem defuncti adeundo consensit, cogitur parêre: vt ff.ad l.Falc.si debitor.

Deest in manuscrip.

L.20. PRO ONERIBVS *Matrimonij.* Tenentur enim alimenta & medicinam præstare: vt ff.solut.matr.si cùm dotem. §.fin autem. *Manifesti iuris est.* Et ita patet quòd si detur fructus, non valet donatio in quantum locupletior facta est. si autem non fieret locupletior, valeret donatio.& ideo fructus ex re data perceptos suos facit, & etiam vsucas ex pecunia: vnde & si detur ei res aliena, vsucapere potest: vt ff.de vsur.fructus.& de dona.inter vir.& vxor.de fructibus.& l. si constante.

1 *Æstimatio facit venditionem.*
2 *Æstimatio quando fieri solet.*
3 *Conductor de casu fortuito non tenetur.*
4 *Pretium secundum diuersa tempora mutatur.*

L.21. SI INTER *Virum & vxorem. Intra quinquennij.* Dictum est ratione exempli.idem enim intra illud spatium: & ideò dicit fortè. *Quoquo modo.* Scilicet vel diuortio. *Non pretia specierum.* &c. Quotiens enim æstimatio fit, siue aliud appareat, præsumitur facta emptio, & restituetur † æstimatio: vt supra eod. quotiens.& ff. Locati, cùm fundus in- 1 structus. sed hic erat pactum quòd eadem res in eodem pretio redderetur: & ideo non pretia specierum dari, sed ipsæ res debent restitui. non ergo potest facere æstimationem, si res extant vel aliud sibi dare.

Dimi-

Diminuta Idem est deteriorata: licet aliàs recipiatur, vt ff. de petit. heredit. d. perditum. si ergo deperdita est, restituitur æstimatio. si deteriorata, restituitur res in eodem pretio, quia dabitur quãto minus valet quàm esset æstimata, ob hoc enim † fuit æstimatio facta. vt si res esset deperdita, ut deteriorata, non alio pretio quàm quo fuerit taxata posceretur. & est l. ista arg. pro locatoribus equorum qui quandoque æstimant equos suos. unde dic quòd, si non fit æstimatio vt reddatur pretium re manente: sed si perierit, quòd agatur ad tantum pretium. quare si res extat, debet eam reddere. si autem dolo vel culpa conductoris desierit esse in rerum natura, non reddet rem, sed prææstimatum, nam propter hoc fit æstimatio, vt hic. si verò non dolo vel culpa sed casu fortuito perierit, non † tenetur conductor, arg. ff pro socio. Iulianus scribit. §. dãna, & ff. commo. si vt certo. §. 2. nec obstat ff. de æstima. act. l. 1. §. vlt. nam quod ibi dicit, quòd æstimatio periculum facit eius qui accipit, non est intelligendum de periculo casus fortuiti, sed de culpa & de dolo. sed quæret quis, vtrum pertineat periculum ad maritum, si res in substantia deteriorata non est, sed in pretio. mutatur enim pretiũ † secundùm diuersa tempora, maximè vini & frumenti. Respond. quod actum est inter eos, seruabitur. vel si nihil appareat, periculum non pertinebit ad virum, sicut dixi in casu fortuito, cùm non fuerit in dolo vel culpa. idem quando melioratæ sunt in precio, non in substantia: quia tale emolumentum potius ad mulierem quàm ad maritum pertinet: vt sit eadem ratio contrariorum.

REM QVAM *Nec recepta alie. non potest.* Sed si recepit, videtur quòd posset, & hoc secundùm leges istas. hodie enim & si dos ad patrẽ redeat, non tamen licet ei diminuere prioris dotis mensuram: vt j. tit. 1. authen. sed quamuis. L. 22.

SI PRÆDIVM. *Cùm rei tibi quæsite*, &c. Sic ergo in præiudiciũ mariti non teneat alienatio. sed dubitari possit, vtrum teneret in præiudicium mulieris. & videtur quod ementi non præiudicet, cùm credat eam habere dominium, sed vxori, arg. s. ad Velleian. authen. siue auiæ. L. 23.

SI DOTEM. *Incontinenti.* Pactus esset, licet post, culpa libertæ soluatur matrimonium, nihilominus agitur, vt j. authent. de nupt. §. est quodam. sed hic non fuit pactus: & ideo præsumitur donare dotem. sed nonne videtur quòd cum persona reuocetur, quòd & dos debeat reuocari? sed alia est ratio, quia cum culpa libertæ soluatur matrimoniũ, reuocatur in seruitutem propter ingratitudinem, dos debet manere penes maritum: vt j. de diuort. consensu. L. 24.

SI MVLIER. *Dari.* Reddi. *Vt de ea testari possit.* Sic ergo comprehendit antecedens tempus mortis, & ita restituetur dos matrimonio constante. sed si hoc dicemus, esse contra. l. quia lex dicit quòd matrimonio constante dos solui non debet, sed donationis instar obtinet: vt j. si dos constante matrimonio. intellexisse. ergo quòd non deroret conditionem, quod hic dicitur, vt de ea testari possit, sed causam impulsiuam, qua cessante nihilominus committitur stipulatio. vt habemus, & not. s. de cond. ob causam. l. 3. §. subtilius. L. 25.

L.26. SI GENERO. *Extraneo.* Non ratione sanguinis, sed ratione potestatis, qui erat emancipatus: vt ỹ.tit.1. *Nec sibi cessare volun.* Si tamē esset in potestate filia pro qua dabat dotem, haberet tacitam ex stipulatu: sicut in eo qui mutuò dat, & stipulatus est alteri dare. licet enim alius agere possit, ipse tamen habet certi condictionem, ff. si cert.pet. certi condictio. §.quoniam ergò. *Nec tibi,*&c. Ex pacto tamen aui materni habet aliquis vtilem actionē: vt ff. solut.matr. Gaius Seius. *Quærere potuit actionem,*&c. nam quod potuit noluit, & quod voluit non potuit: vt s̄. si quis alteri vel sibi, multum.

L.27. LICET DOS. *Remanserit.* Ex traditionis fortè pacto, vel iure legati. *Pro rebus tamen hereditariis.* Quæ non sunt dotales. *Solemnib.pensionibus.* Quæ ex rebus dotalibus non debentur. nam si ex rebus dotalibus maritus parere deberet, cùm vnusquisque pro his agris quos possident præstent pensitationes, speciale tamen est in impensis funeris quæ non soluuntur ab heredibus, sed à marito: vt ff. de relig. Celsus. & l. funeris. & ll. sequentib. & præceden. quæ tractant de ista materia.

L.28. MVLIER. *Generali.* Omnium bonorum. *Vel speciali.* s. ad dotem constituendam. ad causam enim specialem curator constitui potest: licèt aliud sit in tutore: vt instit. qui dari tut. testa. poss. §. certe. *Tempore creationis ipse.* s. tutor, curator, & est intelligendum quod dicit l. ista, quando dos constituitur in rebus mobilibus. secus si in immobilibus. tunc enim non sufficeret curatoris auctoritas, imò necessarium esset decretum, vt notari potest. ỹ. de adminis. tut. lex quæ tutores.

1 *Mulier in paraphernalibus, constante matrimonio agere potest.*
2 *Donatio propter nuptias constante matrimonio peti non potest.*
3 *Quando quis re sua malè vti dicatur.*
4 *Abusus rei suæ vxori facultatem agendi præbet.*
5 *Dos testibus vel instrumentis probari debet.*
6 *Mulier omnibus præfertur, excepto fisco.*
7 *Fiscus habentibus expressam hypothecam, non præfertur.*
8 *Paraphernalia constante matri. peti possunt.*
9 *Quando constante matrim. ad dotem agi potest.*

L.29. VBI ADHVC. *Résque sibi suppositas.* Hypothecæ per legis potestatem. *Et ante nupt. dona.*&c. In tribus volebat sibi cōsulere mulier, in dote, in donatione propter nuptias, in rebus paraphernalibus. & videbatur quòd in omnibus deberet ei obstare exceptio, præterquam in paraphernalibus. In his enim etiam constante matrimonio † poterit 1 agere, nec maritus contra suam voluntatem ausus erit se inrromittere. & quòd hoc constante matrimonio possit percipere, probatur ỹ. de pact. conuent. l. hac edictali. & l. vltim. sed quomodo est hoc intelligendum, quòd maritus ad inopiam sit deductus? éstne hoc cum pauper est. i. minus, habet. L. aureorum, vt de actu nonnulli: & minusculariæ esse dicuntur. L. aureorum hodie ccc. per authentic. vt notaui. ỹ. de sentent. ex peri. authent. nisi breues. posset enim esse quòd cùm acceperit eam in vxorem, non habebat. L. sol. vel x. & ideo intellige deduci eū ad inopiam, ex quo apparuerit mariti facultates ad dotis exactionē nō sufficere: vt ff. sol. matr. si cō.stāte, sed videtur quòd nimis

tardè

tardè consulatur, cùm sua facultas non sufficiat ad dotem petendam.
2 præterea secundùm hoc nunquam poterit donationē propter†nuptias petere constante matrimonio vt habeat. cum enim tunc demum agat cum non sufficiunt ad dotis exactionem:ergo non exigeret donationē propter nuptias,cum nec dotem exigere possit. etiam quod dicit,ad inopiam: intellige si satisfiat eo tempore cæteris omnibus creditoribus. Verbi gratia dedi c. in dotem. vir habet ccc. fortè debet cccc. modo facultas eius nō sufficit si solueret omnibus:& ideo ipsa tunc potest præuenire alios,& sibi facere.iure tamen auth.poterit eū conueni re,ex quo cœperit male sua substantia vti:vt j.authen.de æquali.dotis. coll.vij.§.vltimo. Sed éstne hoc intelligendum si dederit vnum denarium meretricibus? videtur quòd sic. sed Io. intellexit quòd male v-
3 ti inchoet† secundum vulgi opinionem, cum homines dicunt, facit male factum suum,quia est tota die in taberna, & ludit. recurritur enim tunc ad opinionem accolarum vel vicinorum,arg.ff.de fund.instru.& instru.leg.cum de lanionis.§.asinam molendinariam.& voluerunt quidam dicere quòd authen.non corrigit.l.nam ibi facit mentionem de l. ista. & hoc dominus Alb.secundùm Io.contra.ibi enim dicit
4 quod statim cum inchoauerit substantia sua † male vti, poterit agere. Hic autem loquitur cum illud vitium venit ad perfectionem, vt quia versus est ad inopiam. & ita cum verba non compatiantur, illa non determinatur per hanc,vt male inchoet vti substantia sua cum ad inopiā deducitur,imo hæc corrigitur.ita est in dote.idē in donatione propter nuptias.Habes hic authen. DONATIONEM *quoque* &c.non tamén perfectè dicit. vnde ille qui eam posuit,melius dixisset si posuisset quòd statim dum inchoat male vti, poterit vendicare, sicut est in corpore authen. & ideo dominus meus adiecit alia verba. j.authen. 1. de colla.quàm ille qui eā posuit. *In hoc casu*.cum deductus est ad inopiam. vnde qui posuit authen.videtur sentire cū domino Alb.sed secundùm nos melius alia verba ponuntur, vt s. dixi. & videtur quòd hoc authen.nihil addat,cum in lege veteri idem dicatur. Respon. addit: qui rei vendicationem habet per authent. in donatione propter nupt. quæ sibi lege veteri non dabatur. & intellige quando in donatione continebatur species,& facta erat traditio, tunc habet directam. vel promissio,& tunc habet vtilem.si enim esset in genere,quomodo vendicaretur. *Tenentis*.Quia fortè obligauerat maritus de rebus suis vxori pro dote.non intellige quòd teneret tanquā domina propter commu-
5 nē vsum:vt habes in l.seq.& oportet probare dotem †testibus,vel instrumentis,vt sic confessioni mariti qui habet creditores,& nō est soluēdo,propter fraudē non credatur:vt in authen. dicitur s.de do. ante nup.sed iā.*Vocare*.s.mulieri. *Aliquādo actionē*. Quia cui damus actionē, eidē & exceptionē multo magis præstare videtur,vt dicit regula iuris. *Secundū legū distinctionē*.Hæc est legū distinctio secūdū quosdā,vt præ-
6 feratur†omnibus excepto fisco:vt j.de priuil.fis.quāuis.& exceptis filiis prioris matrimonij, excepto etiam creditore qui mutauit ad militiam emendam:vt j.de pig.l.vlt.alij distingunt pignora ab hypothecis. Io.distinxit vtrū qui priores sunt habeāt tacitas hypotech.an expressas.si tacitas,præfertur omnibus:quia priuilegiū quod dedit:cū sit ius

ciuile, alia lege lata tolli potest: vt instit. de iure naturali. aliud cùm expressa est hypotheca, quia cùm paciscitur, de iure naturali: & ideo non ita tollitur. vnde & fiscus non præfertur † creditoribus habentibus expressas hypothecas: vt ff. qui pot. in pign. si pignus. & not. j. qui pot. in pign. l. vlt. vel dicas secundùm legum distinctionem, quia non eodem modo distinguit lex in pignore dotis & donationis propter nupt. vt j. notaui. præfertur ergo in dotem circa hypothecas: sed in donatione propter nupt. non. præfertur ergo: vt qui pot. in pig. hab. l. vlt. §. vlt. paraphernales † quando vult etiã constante matrimonio petere potest: vt j. de pact. conuent. & quòd pro eis habeat res obligatas, legitur. j. de pact. conuen. l. vlt. sed quare dicit de vendicanda hypotheca in donatione propter nuptias, cùm eius emolumentum ad eam soluto matrimonio non pertineat? Respond. intelligendum est quando sperabat se lucraturum. vt quia pactum factum erat de ea lucranda si præmoriatur maritus in matrimonio, exactio ei competere poterat. & ita in hoc casu constante matrimonio agetur. potest esse & alius casus vbi constante matrimonio: vt ff. eo. muto. §. manente. aliàs si solueretur, videretur donare: vt j. si dos constante matrimonio l. ij. sed & alibi agi potest † ad dotem constante matrimonio: vt j. de diuor. l. j. & ff. eo. quem admodum §. j. & s. de nupt. si vt proponis. sed illud quia contraxit cessante volũtate patris. aliàs constante generaliter matrimonio nõ agitur pro dote. *Abutatur.* id est in totum consumat. aliàs sumitur pro malo vsu, vt patet cuilibet in infinitis exemplis. *Sed fructibus earum.* Vnde habet vir vtile dominium, sed directum amisit.

1 *Possessio in rem parit actionem.*
2 *Dolus pro possessione habetur.*
3 *Res dotales quare æstimantur.*
4 *In rebus dotalib. quoad creditores nulla est opus distinctione.*
5 *Vxor remanet domina dotis.*
6 *Filij, rerum patern. dicuntur quodammodo domini.*
7 *Solus vir rem dotalem vendicare potest.*
8 *Vtile dominium non impedit hypothecariam.*
9 *Vsucapio pignoris conuentionem non extinguit.*
10 *Dotale prædium non potest præscribi vel alienari.*

L. 30. IN REBVS. *Si tamen extant.* Ideo dicit, quia si poneres quòd nõ extarent, non posset agere rei vendicatione, cum eo in quod non est, non possit haberi dominium: quia non possidetur. sed & possessio † in rem parit actionem: vt j. iu. mutan. causa. l. t. si tamen dolo desinat possidere, vel dolo alienauit, habet locum vtilis. nam dolus pro † possessione habetur, vt ff. de reg. iur. parem conditionem. *Siue æstimatæ.* Hoc cui videtur inconueniens, quia s. loquitur in rebus dotalibus: ergo in non æstimatis: vt j. de rei vxo. act. §. sed ne. præterea alia ratione videtur inconueniens: quia si æstimatæ sunt, nõnne sunt mariti: & soluto matrimonio tenetur præstare æstimationem vel pretium? videtur quòd pretium possit petere, & res vendicare: vt s. eo. quotiens: sed intellige hoc quod hic dicitur de æstimatis, quæ pro non æstimatis debent reputari:

vt

3 vt quando æstimantur ob hoc vt videatur in quantum † factæ fuerint deteriores soluto matrimonio: vt habuimus §.eo.si inter virum. & dic quò hìc appellat res dotales quæcunque in matrimonium siue æstimatæ, siue inæstimatæ, vel intellige cùm vir est non soluendo, & res sunt æstimatæ. habet enim soluto matrimonio rei vindicationem ad res illas, sicut extendit se ad res donatas viro, vel ab eo emptas: vt ff. de donat.inter vir.& vxor.l.vxor marito. in his ergo rebus habebit rei vindic.arg.ff.de pecu.ex facto. *Prærogatiuam.* vt s̄.l.plenam. sine rei traditione enim datur rei vindicatio: & nemo creditorum mariti potiorem causam in his vendicabit pro hypotheca, siue, scilicet fuerit tacita siue

4 expressa. nam in rebus dotalibus non est distinguendum vtrum † creditores mulieri præferantur in expressa seu tacita hypotheca: quamuis in rebus mariti locum habeat talis distinctio: vt no.s̄.l prox. *Et naturaliter in eius permanserunt dominio.* Per hoc ergo voluerũt quidã dicere ꝙ vxor sit domina rei dotalis de iure naturali, id est gentium, quo rerum dominia acquisita sunt: maritus fictione legis, id est de iure ciuili. &

5 quòd vxor † remaneat domina, probatur per hoc quod dicit lex teneri maritum si fuerit sæuus in seruis alienis, hoc est in dotalibus: vt ff. soluto matrim.l.si constante, §.si maritus. & quia pro dimidia restituit thesaurum quasi in alieno inuentum: vt ff. soluto matr. diuortio. §. sed & si vi. Item restituit quæsita per seruos nisi ex re vel ex opera: vt j̄.de rei vxor.act.§.itaque. sed Io. dixit mulierem non esse dominam, imò de iure ciuili & naturali. & pro se induxit contra alios, quia lex dicit marito de iure naturali dominium acquiri: vt instit.de rerum diuis.§.per traditionem. ergo mulier de non iure naturali erit domina. & quod hic dicit naturaliter in eius permanere dominio, intelligebat de quodam naturali iure primæuo, quo mulier dicitur domina ratione vsus, quia inde alitur & sustentatur. sunt enim in promiscuo vsu. & hac ra-

6 tione dicuntur filij domini † quodammodo rerum paternarum patribus etiam viuẽtibus: vt nil desit eis præter administrationem: vt instit. de hær.qual.diffe.§.sin autem.& ff.de auro & argen.l.Quintus Mutius. & ideo non cum ea agitur furti: vt ff.rerum amo.l.1.& j̄.de fur. quamuis. quia ergo de rebus dotalibus alitur & sustentatur, & earum quodammodo domina est, dicitur hanc rei veritatem non esse deletam vel confusam: vel alia ratione, quia habet rei vindicationem vtilem, vt dictum est s̄. & talis rei veritas notari potest quantum ad commodũ vel incommodum, non quantum ad subtilitatem legis, & habetur de simili veritate ff.ad Velleian.aliquando. Item quòd non sit domina, patet, quia solus vir iubere potest seruum dotalem hæreditatem adire. ergo verus est dominus: vt ff.de acquir.hæred. si quis bona fide. sed mulier non potest iubere, nisi maritus nolit iubere: quia tunc ipsa potest agere vt restituatur matrimonio constante: vt ff. sol. matr. seruus dotalis. seruus ergo non est, quia non oportet eum restituere. Item solus vir

7 vendicare † potest rem dotalem: vt s̄.de rei vindic.doce. quia tamẽ maritus obligatur ad rem dotalem reddendam, tenetur de dolo & culpa, quasi pro rebus alienis: vt dicit lex, si constante. & quod dicit de alienis, bene glosat ibidem, id est dotalibus. nõ enim dicit litera illa de simpliciter alienis, sed de alienis spe, scilicet demum soluto matrimonio:

& ita spe non re sunt aliena, sed post matrimonium redeunt ad mulierem. primò quod dicit l. diuortio, de thesauro quasi in alieno inuento, denotat improprietatem. quasi enim sit alienum propter spem futuræ dotis dicit quòd debet habere dimidiam & hypothecariam. sed qualiter erit hoc: quia si habet rei vindicationē, domina est rei, & sua debet esse res. sed hypothecaria debet sibi obligari, & per hoc patet maritum dominum esse. nam si ipsa esset directo domina, sua res obligata sibi esse non posset, nisi alius haberet ius in re: vt ff. ad Trebel. l. debitor. & de except. rei iud. l. pen. §. 1. & de pignorat. rem alienam. dic ergo quòd vtile dominium non † impedit hypothecariam: sicut aliàs j. ad Trebel. authen. rogatus. vel lege illud quod ibi ponitur copulatiuè, disiunctiuè. dat enim rei vindicationem & hypothecariam, scilicet si sit domina, rei vindicationem habebit. si autem vis dicere quòd vir sit dominus, habet hypothecariam. vnde dicas quòd volueris, & eligas: & hoc est quod dicit in litera sequenti, per vtramque viam, &c. sed quare dicit quòd habeat rei vendicationem, cùm posset agere ex stipulatu ad res illas dotales: vt j. de rei vxor. act? dic quòd ideo habet, quia rei vendicatio datur ei contra quemlibet possessorem: actio autem ex stipulatu datur ei contra maritum vel hæredes eius tantùm, vnde non habet prærogatiuam. *Possidere.* id est, exercere & habere, quia incorporales res non possidentur. *Omnis autem*, &c. Paragraphus iste inconuenienter videtur dicere, aut vsucapietur hypothecariè, aut rei vendicatione. hypothecariè non, quia † vsucapio pignoris conuentionem non extinguit: vt j. de pign. vsucap. nec post rei vendicationem curret vsucapio vel præscriptio: quia dotale † prædium non potest præscribi vel alienari: vt j. de rei vxor. act. §. cùm lex. & ff. de fundo do. etiam, & l. si fundum, vel constante matrimonio, vel eo soluto antequam reddatur mulieri. Respond. vsucapio locum habet in rebus æstimatis, quæ propriè dotales non sunt, & ideo bene possunt vsucapi, in quibus datur rei vindicatio soluto matrimonio in subsidium viro non existente soluendo: vt s. dixi. sed inæstimatæ non possunt vsucapi: vt per l. de fundo dotali, siue ante matrimonium, siue post. *Parum*, id est, non. *Iam nostra lege*, superiore proxima.

1 *Insinuatio, quoad mulierem non necessaria.*
2 *Mora fit ex solo tempore, fauore dotis.*
3 *Æstimatio quando fieri debet.*

L. 31. CVM QVIDAM *dotes.* Quod hîc dicitur, summam continebat iniquitatem. si enim pro se dedit mulier dotem, poterat eam repetere soluto matrimonio. sed vbi alius pro ea dedit dotem, licèt esset stipulata, non poterat, imò habebat necesse cedere actionem. & erat mirabile, quia sibi competebat inutiliter. ei autem cui cedit, datur vtiliter. at hoc bene potest esse, vt in duobus reis debendi, cùm vnus soluit debitum, & ceditur sibi actio contra correum, vel in creditore & fideiussore: quia si soluat fideiussor, non habet creditor actionem, & tamē potest cedere actionem fideiussori, quamuis ipse non possit intendere: vt ff. de fideiuss. cùm his. idem in procuratore meo si eum defendam, competit mihi exceptio vel compensatio, quæ sibi non daretur: vt ff.

rem

rem rat.hab.procurator.§.1. sed contra.est l.ff.de pac.& hæredit.§.nos autem. *Null.monu.rem indigere.* Forte istud habet locum cùm non excedit legitimam summam: vt j.ea.l.fin autem minor. *Suspicio aliqua liberorum*,&c. Nil autem de liberis qui dotem dedit cogitauit. *Vel cùm minor*,&c. Et est hîc speciale in minore, quòd non sit necessaria insinuatio: hodie †quantum ad mulierem nunquam est necessaria insinuatio: vt s de don.ante nupt.authen.eodem,cursum. *Panes qui* præbēdæ quæ percipiebantur de publico. *Quæstum*,i.quòd lucrari posset: vt ff pro socio.quæstus.alibi non habetur ratio lucri: vt ff.de actio.empt.si sterilis §.cùm per venditionem. *Res principales.* Prædia de quibus reditus obueniebat, post biennium vsuras sic lapsum post contractum matrimonium,& promissionem factam.& nota quòd hîc †mora fit ex solo tempore,& hoc fauore dotis.alibi necessaria est interpellatio. *Vel aurum.* Repete præter.& est speciale in auro, vt eius præstetur vsura, sit æstimatum vel non. *Similismodo post biennium.* Sed in maritis post annum inducitur mora: vt j.tit. 1. exactio. *Vnam coadunationem totius calculi.* Vt vniuersa æstimentur fini tanti quanti æstimata sunt, vel non. nam & potest esse quòd vna res iustè, alia iniustè æstimatur: & sic fit †æstimatio.ff.de ædilic.edic.l.si plura.& l.pen.& de euict.l.1. sed tunc demum, vt ibi dicit, quando singularum rerum non fit æstimatio, vel pretium designatum sed hîc erat,& ideo non fit. sed cur singulariter vniuscuiusque speciei vel plurium eiusdem generis exigitur æstimatio,& non coaceruatione omnium facta summa ex omnibus collecta petitur? Respond quia si mulier se quasdam obtulisse dicat,& præbet, non apparet in quantum ab vsura debeat exonerari: nec enim scimus quanti fuerint æstimatæ illæ quas obtulit. vnde maritus vniuscuiusque rei æstimationem declarare debet, vel alia ratione. cùm enim biennium inducat moram computandam à tempore donationis, si quædam primò, quædam post datæ fuerint æstimatæ, si summa omnium coaceruaretur, nesciremus quæ primò datæ sunt. ideò ergo vniuscuiusque speciei æstimationem & tempus debet ostendere.

DE REI VXORIÆ ACTIONE IN ACTIOnem ex stipulatu transfusa,& de natura dotis præstita.

TIT. XIII.

1. *Pro dote æstimata datur actio ex vendito.*
2. *Quod tacitè agitur inter contrahentes, pro cauto habendum.*
3. *Pœna quando facit stipulationem vtilem.*
4. *Mulier prioribus creditoribus præfertur.*
5. *Dos alia profectitia, alia aduentitia.*
6. *Stricti iuris stipulatio, cur ita dicatur.*
7. *Actio ex stipulatu non transmittitur ad hæredes.*
8. *Propter malos mores dos olim retinebatur.*
9. *Dos est proprium matrimonium.*
10. *Verbum Pertinere, latissimè patet.*

11 *Cautio quando non præstanda.*
12 *Dos in quartam computatur.*
14 *Dotis est maximum priuilegium.*
14 *Quod in vno prohibetur, in alio permittatur.*
15 *Diuortium qua ex causa hodie permittatur.*

L 1. REM IN *præsenti, &c.* Possec aliquis dicere imperatori, quòd non aggreditur rem maximam & ipse dicit quod imò, & in omni penè corpore iuris effusam. & sic facit hîc quale procemium. *Omnes dotes*. Nota quòd dicit omnes. nec enim distinguit sit profectitia, an non æstimata. sed & pro æstimata † datur actio ex vendito: vt not. s. tit. j. l. j. vt intelligitur ipsa re stipulatio esse subsecuta, ita est quantum ad mulierem, non autem quãtum ad virum: quia non agit ex stipulatu nisi promissio intercedat: vt j. eo. §. & nemo. habet tamen tacitam hypothecam, sicut & mulier: vt j. eo. §. & pleniùs. & ita mulier aget ex tacita stipulatione quando lex præsumit fuisse interpositum, sic & aliàs fit: vt ff. de adopt. his verbis. & alibi quod tacitè † inter contrahentes agere pro cauto habendum est, vt ff. si cert. petat. Cùm quid mutum. & pacta quædam dicuntur tacita quædam expressa. *Et si inutil. &c.* Intellige propter distantiam interualli vel loci non omnimodo, vt not. j. eo. §. & vt plenius. *Si enim cum vna in instrumento stipulatio.* Quidam posuerunt exemplum quando dos stipulata est alteri, & postea pœna promissa si ita non seruauerit. prima enim stipulatio inutilis est. quia nemo alteri potest stipulari: sed pœna † facit eam vtilem, quia propter eam non præstabitur dos: vt instit. de inutil. stip. §. alteri. sed hic exemplum ponere non placuit Io. quia contra literam istam est, cùm hîc loquatur quando prima stipulatio valida est, sequens inutilis. in exemplo autem prædicto prima est inutilis, sequens vtilis, primò non præstabitur robur primæ ex secunda, & hoc quòd agi possit ex prima quæ inutilis est, imò timore pœnæ restituit, quòd non ex contractu sequentis confirmetur præcedens, & ideo alio modo posuit, vt scilicet quando validus est prior contractus. & secũdus inualidus, puta quia sequitur nudum pactum antecedentem validum contractum, si enim incontinenti apponitur, confirmatur, & ex eo agi potest propter præcedens validum: quod sine eo non posset: vt s. de pact. in bonæ fidei: & ff. si cert. pet. lecta est. vel potest ponere in seruo qui mandauit de se emendo, tale enim mandatum non valet. si tamen sequatur venditio, poterit agi mandati: vt s. si seruus extero. *Quemadmodum administ. rer. pupill.* vt j. de admin. ist. tut. pro officio. *Et in aliis multis, &c.* Veluti in legato & in conductione: vt j. communia de leg. 1. & tit. in quibus causis pignus taci. contra, ex vtroque latere tacita inest hypotheca, quia mulier † præfertur prioribus creditoribus, non autem vir nisi posterioribus: vt not. s. t. j. vbi & l. in rebus. *Vel rebus dotalibus euictis.* Et ita pro re euicta dabitur actio ex stipulatu, subaudi, si præcessit stipulatio, oportet enim quòd incipiat à stipulatione. secus si à traditione tantùm, quia tunc distinguitur vtrum fuerit æstimata, an non: vt leg. tut. s. th. l. 1 nec intell ge quod pro re euicta ideo quod euicta detur actio ex stipulatu: vt quidã per hanc literam.

teram dixerunt:sed tamen hoc non dicit litera: sed intellige quòd si præcessit stipulatio,datur ratione ipsius:vt s dixi,& no.s tit.i.l. 1. *Et dos*
5 *siue aduentit.siue profectit.*Dos enim †alia profectitia,alia aduentitia: vt ff.de iure dot.profectitia.*Et ignorantibus & nescientibus.* Sed nónne idem est ignorans & nesciens? Et certè non: quia ignorans dicitur qui nescit ea quæ scire deberet.inde dicitur gnarus,id est sapiens:& ignarus,id est insipiens,in eo scilicet quod scire deberet.nescire autem extenditur ad ea quæ quis scire deberet, & quæ probabiliter nescit: vt notatur s.per quas personas.l.vlt.& in summa de iur.& fact. ignor. in prin. *Et inutiles stipulationes.*Propter ineptam conceptionem, vel quia ex interuallo responsum est,vel quia fuerunt absentes,nó ratione dissensus:vt si promisi vineam, & tu de campo intelligas. oportet enim quòd consensus aliquis sit.nec intellige de inutili,quæ pro re non potuit dari,vt in libero homine.*Vel promittatur.* Nota quòd si promittatur dos,maritus habet actionem ex stipulatu, alioquin contra. *Stricto iure esse vallatam.*Vt instit.de act.§.actionum.sed hic speciale est quod sit bonæ fidei,sicut & actio præscript.verb.bonæ fidei est, quando ex permutato vel de æstimato proponitur:aliàs non:vt j.eo.§.de actio. &
6 dicitur †stricti iuris,quia illud solum venit in ea quod conuentum est inter partes,non vsura vel fructus bonæ fidei, quia & alia de quibus non est actum,non veniunt: vt s.de act.emp.l.2. quoad hoc tamen omnes dici possunt bonæ fidei,quia in omnibus bona fides exigitur: vt s.de act.& oblig bonam fidem. vnde si in stipulatione dolus interueniat,habet locum exceptio:vt j.de inuti. stip.dolo.speciale ergo est hic quod actio ex stipulatu sit bonæ fidei. Præterea aliàs agitur ex stipulatu cum incertum est in obligatione:vt instit.de verb.oblig. in princip. hîc autem siue sit certum,siue incertum. *Et omnes quidem euentus*, id est, effectus: *Quod dos ex stipulatu*, id est,ab actione ex stipulatu.*Pro sui natura exercens.*sc.effectus illos. *Ius ad successorem.* Speciale tamen est in
7 casu,quod actio † ex stipulatu non transmittitur ad hæredes:vt j.eod.
8 §.& hoc. *Ob mores retentionem.* Olim propter † malos mores retinebatur dos:hodie sublatum est,vt hic,& j.de diuor.consensu. *Alio auxilio*,Quia specificatæ sunt causæ quare dos retinetur. *Per actionem in rem.*Cum res durat in eadem specie.sed si sacramentum in contrarium apponatur,non valet,quia prohibitus est contractus talis:vt s. de legi. & constit.non dubium.*Vel per vtilem.*Vtilis datur rei vindicatio, quãdo maritus dedit lanam vxori,& fecit inde vestem:vt ff.de donat.inter vir.& vxor.si mulier ex pecunia §.vlt.& l.seq.vel ibi loquitur de actione in factum,quæ locum habet in prædicto casu,& sic competit ad æstimationem,sicut in ferruminatis.ff.de rei vind.iur. gen.§ 2. *Vel per conditionem.*Si consumpta est,& ea locupletior est,sed nec retentio. *Ob res amotas* Assignatur contra s.de compen.neque. & solue vt ibi notaui. *Sileat ob liberos retentio.* Intellige quod dicit de dotis retentione, quando diuortio solutum est matrimonium. idem si morte mariti, etiam si liberi extarent,& pactum factum esset de dote lucranda: vt ff. de dote præleg.l.1.Sed dicésne eodem modo si morte mulieris dissoluatur,quod apud virum non debeat dos remanere,si liberi extent? videtur quòd non,cùm liberi habeant primam causam successionis, &

dos †est proprium patrimonium vxoris: vt ff. de minor. l. 3. & ita voluit 9 dicere dominus M. quòd scilicet ratione liberorum deberet pater retinere dotem mortua vxore in matrimonio. & pro eo videtur facere ☩. de coll. l. pen sed tamen domino B. & Io. visum fuit contra. quia si sit materfa. vxor. & stipulatio intercedat de dote restituenda alicui, debet ei reddi, quamuis habuit liberos. sin autem sit in potestate patris constituta, debet redire ad patrem: maritus tamen non ratione dotis, sed naturali stimulo motus tenetur alere liberos, & pro eis ff. de iure dot. iure succursum est infra de bonis quæ lib. l. 2. sol. dos à patre. hodie tamen aliter est de consuetudine, & obtinet sententia domini M. quia dos apud virum remanet liberis extantibus: quamuis sit contra ius. *Ne varium genus*. Clausula ista videtur referenda ad ea quæ s. dixit de dotis retentione. Dixit ob mores, non ad proxima. *Dotis enim nunc quantitatē*, scilicet ipso iure, cùm dos est in quantitate. secùs si sit fundus, vel res alia immobilis in dote, nisi impensa reddatur, aut pars fundi. aut totus retinetur. si verò in fundum tantum expensum sit, quantum valor desinit esse dotalis, nisi intra offerantur impensæ: vt ff. de iure dotium, si is §. quod dicitur, & idem ff. de impensis in re. dota. fac. l. quod dicitur. & hoc in summa diligenter tractatur §. item nō obiicitur huic actioni. *Hac voluntate eius*, & c. Et ita licèt aliàs cùm aliquid fit, ex voluntate mandetur actio, vt ff. de in rem verso, l. 3. hic tamē non est. *Annua*, in tempore vel die primi anni. *Bima*, id est in die, vel tempore secundi anni. *Trima*, id est, in die vel tempore tertij anni: vt ff. de pact. dot. l aliud. *Si non dolo malo suam*, &c. Quasi dicat, ratione doli adhibiti in dote, condemnatur in solidum: vel quasi dicat, Si erat soluendo in odium mulieris, desiit facere posse cui nolebat soluere totum. non habet priuilegium, sicut lex dicit in socio, ff. pro socio, verum est. *Cautione*, &c. Forte satisdationis. si verò non possit satisdare deducto interusurio medij temporis, statim residui condemnatio fiet: & si possit & nolit, in solidum condemnabitur. vt ff. sol. matri. si constante. §. quoties. *Exactio*. id est solutio: non intellige quòd petatur intra annum. *Intra annum*. Interim tamen aletur inde, & sustentabitur: sed tamen pro impensa funeris soceri contra generum statim agere poterit: vt ff. sol. matrimonio, si filia. *Ex bona fide introd. maritus præstet*. Vel præstabit, quæsita ex his, vt sequitur, non intellige quòd vtrunque præstet, scilicet vsuram, & quæstum. sed in electione erit mulieris quod petat. & intellige de vsuris, quando res desijt esse. alioquin res cum quæstu restituitur. *Et legis Falcidiæ ratio emerserit*. Quia scilicet legauit vltra dodrātem: vt inst. ad leg. Falc. in quantitate §. vlt. *Ex substantia mariti subtrahere*. Intellig. si fecit inuentarium. sic ergo deducitur debitum tempore mortis: vt ☩ ad leg. Falcid. in imponenda. *In his casibus*. Quibusdam, non omnibus nam & s. dixit quædam eis communia: vt in illo §. exactio. *Quæ æstimata non sunt*: vt notaui s. tit. 1. in rebus, & ☩. eo. §. sed ne. *Ad mulierem pertinere*. Hoc verbum † Pertinere latissime patet. nam & 10 eum qui habet dominium, & alium qui aliquo modo possidet, vel qui neutrum illorum habet: vt ff. de verbor. signif. verbum Pertinere. hic autem voluerunt quidam intelligere quod ad mulierem pertineat

tanquam

tanquam ad dominam de iure naturali. nos qui didicimus eam dominam, nullo modo hoc concedimus: imò pertinet ad eam tanquam aliquo modo possidentem: & ita restituet quæsita per seruum, præterquam ex re, vel ex opera. sed aliunde quæsita veniunt in personalem actionem, sicut dicitur in emptore agente redhibitoria: vt ff. de peculio: hic quæritur §. potest esse. & de redhibitoria, cùm autem §. vlt. & l. seq. *Et omnia quæ fructuum nomine continentur* Fœtus ergo iumentorum nomine fructuum continetur, non autem partus ancillæ: vt ff. de hære. pet. ancillarum. & ita aliud erit in partu ancillæ, quàm in fœtu iumenti: vt instit. de rer. diuis. §. in pecudum. & ff. de vsur. in pecudum. *Sed & noui sui anni*, &c. Qualiter computabitur nouissimus annus? à Natiuitate Domini, vel à Resurrectione, vt quidam faciunt? & certè non, imò à prima die ex quo dos fuit promissa & tradita, & ex quo contractum est matrimonium. nam posset esse quòd promisisset & non tradidisset. præterea posset esse quòd tradidisset ante matrimonium contractum. & quòd ita sit computandum, legitur ff. soluto matrimonio, de diuisione. & l. diuortio. *In rebus*, scilicet *non æstimatis*. Ideo dicit, quia si fuissent æstimatæ, esset emptor, & ita fructus pertinerent ad eum. *Vel nurus, vel filij*. vt ff. famil. ercisc. si filia, §. idem & si. *Præcipuam filius defuncti detrahit*. id est, cùm patri dos erat numerata, & in vita eius consistit matrimonium, & post. secus si in vita patris matrim. esset dissolutum. tunc, n. non posset agere, vt s. fam. ercisc. l. 2. & ff. fa. er. si maritus. Præstabitur ergo hic cautio secundùm propriam naturam ex

11 stipulatu actionis, & ita in stricti iuris actione præstatur † cautio, sicut & in bonæ fidei: vt ff. de iudic. in omnib. & de condict. inde. frater à fratre. *Promptum accipiunt exitum*. Ex vno bono aliud sequatur bonum. & ex vno malo aliud malum. *Vel ipse dece*. Et ita similiter fit sui iuris. *Omnimodo*, id est, siue emancipatione fiat sui iuris, siue per mortem patris. *Maximè si suffi. ei*. Ergo etsi non sufficiat, excludit quod falsum est. sed dic quòd ideo dicit, quia confertur & computatur in quartam: vt s. de inoffic. testam. quoniam. ipsa enim tunc licèt per se non sufficiat,

12 cum aliis sufficit. computabitur † ergo dos in quartam. sed tamen si fecit testamentum pater, & exhæredauit filiam, oportet quod inserat causam exhæredationis: vel si prætereat, nullum erit testamentum. Olim aliud erat quia licebat præterire: vel si erat exhæredata non expressa causa, non poterat agere: hodie non valeret testam. quantum ad institutionem, nisi instituereetur hæres saltem in aliquo, scilicet x. sol. vel xij. & præterea in eo quod reliquit ei sicut consueuit fieri. nam in dote pura non posset institui: vt no. s. de inoff. testa. quoniam. & ff. de mino. denique § penult. si verò nihil reliquit ei in testa. testamentum non valet secundùm moderna iura, sicut dictum est quoad institutionem. *Quando hoc testator*. Hodie fit coll. ex testa. & ab intestato: vt j. de coll. *Vel pacto*. Sicut dicitur in ania supra, de iure dot. aura. *Stipulatus est*. Vel pactum fecerit. sed quomodo est hoc? nonne numeratione præsumitur data mulieri, & ita per pactum incontinenti appositum vel stipulatione non tolletur? Respond. sicut cùm datur pecunia mutuo, si numeraui, & postea incontinenti stipulatus sum de

ea reddenda.non est nata obligatio numeratione:& deinde stipulatione nouata, sed magis facta est vt perficiatur stipulatio: vt ff.de nouat. cùm enim.à simili dico hic:& ita potest fieri stipulatio,nec interueniat nouatio. sed nec per pactum incontinenti: quia per eum non fit. *Vt cùm non sit nouatio:* vt not.s.de iur. do. auia. & ita licet ex numeratione nascatur actio, fingit l.non nasci, cùm sequitur stipulatio,& hoc cùm vtilis est stipulatio. si inutilis, agetur ex numeratione: vt ff.si cert.per. certi condictio.§.quoniam igitur *Tunc præsumatur.* id est fingatur.præsumi enim dicitur in dubio.hic autem non erat dubium. *Ne quod pro muliere introduximus.* id est vt stipulatio pro dote repetenda fingatur esse facta. *Quæ ab extraneis dantur vel promittuntur.* Et nota quòd maximũ est† priuilegium dotis: quia si ab extraneo promittatur, potest agere 13 mulier tanquam sibi datum:& si credat se debere & dedit, non repetit:vt ff.de condict.indeb.cum is.§.si mulier.*Condonasse magis,&c.* Et ita hoc est contra regulam quòd aliquis præsumatur donare.sic ff.de probatio.Procula.& de don.inter vir.& vx.vir.& l.si seruus & ff.manda.si verò non remunerandi §. ex contrario.*Et in potestate dotanda,&c.* Ita aget pro dote parens qui habet eam in potestate tantùm tacita stipulatione. & ita secundùm istud ius alio modo dicetur dos profecticia, quàm secundùm vetera iura. ibi enim non consideratur, habuit eam in potestate,vel non,sed nomen parentis:vt ff. de iure dot. profectitia §.penult.*Solus pater sine consensu.* Et videtur consensisse eo ipso quod nõ contradixit:vt ff.sol.matri.l.ij. §. vlt.si verò nimis diligit maritum, vel furiosa est,non expectabitur eius consensus: vt in eodem §. & l.si cum dotem §.eo autem tempore.*Et si lis contestata esset.* Et ita contra regulã generalem est.quia lite contestata datur actio heredi,& in heredes:vt instit.de perpet.& tempo. act. sed hic transmittit tantùm ad filiam.& est simile aliud contra regulam generalem in actione operarum competente patrono pro operis incertis:vt ff. de operis libert. si operarum iudicio.*Quasi proprium patri.* vt ff.de mino.denique §. penult. *Ad suos heredes transmittebat.* Sed si filij erant scripti heredes cum extraneis, habebat autem præcipuam,aliud si sine:vt s.communia vtriusque iudi.l.vlt.Habes authent.SED QVAMVIS dos,&c.*Aliqua fortuita clade* & probetur à patre illa fortuita clades:vt in corpore authenti.de æqualit.dotis.§ quia verò.*Cùm autem hypothecam.* pro dote conseruanda, si alienetur. *Et si maritus fund.alien.vel.* inest enim tacita hypotheca ex vtroque latere: vt habemus s.eo.§.& vt plenius. *Vt fundum dotalem.* Quid si res dotalis fuerat mobilis, vel non fundus? videtur quòd teneat alienatio, si maritus fuit soluendo. sicut dicitur in seruo dotali manumisso:vt s.de iur.dot.& si dotis.si enim idem est in mobilibus & immobilibus, pro nihilo diceretur l. Iul. de fundo dot. & quia dicit quoddam generale quod † in vno prohibetur, in alio permittitur. sed 14 nec alienare.& si alienauit,repetet soluto matrimonio:vt j.de agric. l. quemadmodum.etiam si iurauerit se non venire contra venditionem: vt s de legi non dubium.*Anastasi.na lex.* s.ad Velleia.iubemus. quæ videbatur contradicere,sed soluitur:vt j.sequitur.*Intelligis in reb mariti oportet.* vt in eas teneat renuntiatio,in quib.aliàs non est prohibita alienatio: sed in dotalibus cùm prohibeantur alienari, non quia sint obli-

gatæ,

gatæ, si renuntiauerit, non propter hoc poterunt, vt hîc dicit. *Vel pro tempore.* scilicet quòd restituatur citeriori die vel vlteriori. *Nec contra constitutiones*, vt plenius dicit in constitutione sequenti. *Bona gratia separentur*, ideo dicit, quia permittebatur olim diuortium vtriusque bona voluntate, bona gratia interueniente, hodie non, nisi † castitatis
15 concupiscentia, vt j. de repudiis & diuortiis.

DE PACTIS TAM SVPER DOTE QVAM SVper donatione ante nuptias, vel paraphernis.

TIT. XIIII.

1 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
2 *Alumna quæ dicatur.*
3 *Ex pacto nudo non nascitur actio.*
4 *Pacta quatuor modis principaliter vestiuntur.*

1 LEGEM, id est pactum, quia contractus † ex conuentione legem accipiunt: vt ff. depos. l. j. sic s. de condic. ob caus. ea lege. *Quam dixisti.* Subaudi. cum cõsensu alterius: quia aliàs non esset pactum: vt ff. de pact. l. j. *Cùm dotem pro alumna.* L. 1.
2 Alumna † potest dici quæ alit. vel quæ alita est. *Dares.* & hoc intellige siue dicatur lex in donatione dotis, siue ante paululum, siue post: vt s. de pac. petens. & ff. de pact. in traditionibus. *Seruari.* ad excipiendum & ad agendum. & ita intelligimus verba constitutionis Frederici, sacramenta puberum custodiri, scilicet ad excipiẽdum. habet enim emptor exceptionem, si habeat rem, & posset agere contra puberem, si nondũ tradidit. vbi enim lex dicit aliquid seruandum quoad exceptionem, videtur quod det actionem: sicut dicitur ff. de acquir. rer. do. statuas. & & notaui s. si aduersus vendi. l. j. *Nec obesse tibi debet.* Soluit quod pos-
3 set allegari, & dicit generale esse quòd ex pacto † nudo non nascitur actio: vt ff. de pact. iuris gentium. fallit tamen quando maritus conuenit de dote restituenda. inde est dotes mulieribus conseruari. fallit & in constituta pecunia & vsuris ciuitati promissis. sed hîc non fuit pa-
4 ctum nudum, imò vestitum. vestiuntur quidem pacta † principaliter quatuor modis, re, vt in mutuo, deposito. verbo, vt in verborum obligatione, literis, vt in cautione quæ fit pro futuro, mutuo consensu, vt in emptione & venditione accidentaliter duobus modis: contractus cohærentia, si incontinenti apponatur: & rei interuentu, si in ipsa rei traditione pactum apponatur: vt s. de rerum permuta. rebus. & differt re hoc ab illa obligatione quæ re perficitur. quia in eo non contrahitur obligatio donec res tradatur. hîc autem nascitur naturalis per pactum, licet non ciuilis. *Vtilis*, id efficax. non dicit ad differentiam directæ. *Condictio.* id est actio personalis, qua dico te obligatum. vt instit. de actio. §. sic itaque.

1 *Fructus ad maritum pertinent constante matri.*
2 *Maritus quando fructus habere non debet.*

1 FRVCTVS. *Repeti non posse*, A te muliere. loquitur enim de dote, vt patet in superscripto. fructus enim pertinerent † ad maritũ constan- L. 2.

te matrim.vt s.tit.j.§.itaque.ibi enim dos esse debet, vbi onera matrimonij sunt:vt ff.de iure do.si is qui Stichum.§.ibi. secus si non sustineret onus matrimonij, quia † non haberet fructus:vt ff.de doli except.l. 2 vlt.pri.hîc autem reddit rationem,quia aluit eam,& ideo non repetit. vel potest poni in viro,quia ipse non potest repetere. valet enim talis pactio, adeo vt si promisit sumptus facere quò iret vel veheretur, si sumptibus suis iuit,repetet:vt ff.de pact.dot.inter socerum.valet etiam constante matrimonio,quòd mulier se alat:vt ff.eo.si pater.§ ex pactis. Item si pactus sit maritus vt fructus dotis in dotem conuerteret: vt ff. eo.si conuenerit.& ponitur in summa §.item si pactus sit.

L.3. QVAMVIS. *Proficere non potest.* Censetur enim talis conuentio nulla:vt ff.eo.l.2.

1 *Ex pacto alterius datur actio.*
2 *Inutilis est stipulatio inter patr.& fil.famil.*

L.4. PACTVM *dotale. Decessisset.*maritus.*Minus.*id est non. *Quærere non potuit.*Directo,sed vtiliter:vt j.eo.pater. poterunt ergo agere ex pacto matris,sicut faciunt ex pacto aui materni:vt ff. solut. matrimon. Gaius Seius.& erit speciale quòd ex pacto† alterius detur actio:vt no. 1 alios casus s. ad exhibendum. *Si res.* rite. *Intercessit.* in persona nostra. *Maximè.*Videtur ergo quòd etiam si sint in potestate patris, possint agere.sed hoc non est verum, cùm inutilis sit stipulatio † inter patrem 2 & filium in sua potestate constitutum : vt instit. de inutil.stip.§.item si inutilis.& ideo.dic quòd abundat hic dictio maximè : sicut j.de testa. manu.cùm constitutio. vel intellige quòd valet pactio in his quæ mater dedit filio militi eunti in castra, etiam si sit in potestate patris,quia censetur castrensis peculij:vt ff.de castren.pecu.castrense.& l.si fortè. & hoc ideo ita notaui diligenter, quia patres quandoque non se habentes tanquam patres faciunt filios renuntiare patriæ potestati propter bona materna,& etiam faciunt eos iurare.non enim valent tales pactiones impediente patria potestate.

L.5. HEREDITAS. *Extraneus.* Extraneus appellatur, qui nõ est in potestate:vt s tit.j.§.accedit. *Testamento datur.* & illi dicuntur testamentarij heredes,alij legitimi,quibus per legem defertur, vt filij agnati. *Intelligis te nullam actionem.* illud locum habet inter priuatos. secus in militibus. nam inter eos licet facere pactum de futura successione:vt s.de pact.licet. potest tamen ita cõcipi pactum inter priuatos quòd valebit:vt si dicat, promitto tibi omnia bona mea post mortem meam.incipere enim possunt actiones ab heredibus vel cõtra: vt s.vt actio ab hered. & instit. de inutil. stipul.& de act.& notaui §.de pact.l. vlt. *Nullo modo.*neque ciuili iure neque prætorio.

L.6. SI CONVENIT. Planum est.

L.7. PATER. Idem in matre:vt ff.de solut.filiæ. *Nepotibus,* scilicet ex eo matrimonio natis.sic est antiqua glosa. vel melius est quòd dicas de natis ex alia filia,quia difficile est quod filij habebant patrem suum obligatũ:vt s.dixi l pactũ.vel intellige ex eadẽ,cum non fuerint in potestate. *Non potuit.* Directam,sed vtilẽ,vt hic sequitur.& not.s.eod pactũ,patri enim per filiam acquiri potest,per patrẽ filię non potest:vt ff. eod.

eo cùm dos nisi hoc agat pater.alioquin si hoc ageret, contrariũ esset: vt ff.de verb.obl.quodcunq; & ff.eo. auus. *Vtilis eu ex æquitate.* Placuit enim magis iudices nostros sequi æquitatẽ quàm strictum ius:vt s. de iudiciis,placuit.quandoque autẽ dicitur vtilis actio , nõ quæ detur de æquitate,sed vtilis.i.efficax.datur enim de iure communi:vt s.eo.l.j.

HAC EDICTALI. *Nec aliquam es necessitatem.* Verberibus cogendo eam. *Quamuis enim bonum erat,&c.* Sed quare erat bonum? qui si commisit se,quod magis est,videtur & res commisisse,cùm præferenda sit persona rebus , vt probatur. s. de sacrosſ. eccles.sancimus. Præterea cùm aliquis ingreditur monasterium , nónne dedicando se Deo,videtur & sua dedicare,vt s de episcopis authen. ingressi. sed tamen non est ita hic:quia licet committat se mulier viro quoad carnis copulam , non tamen renuntiat propriis. & ita potest hic notari quòd aliquid est bonum , cuius contrarium est melius de æquitate. non ita est in vsucapione , quia ita sunt de æquitate inductæ, quod eius contrarium non est bonum. L.8.

EX MORTE. *Eandem partem.* id est quotã.& ita eadẽ est quantũ ad numerum,non quantum ad quantitatem. *Mille sol.* More prouincianũ locutus est. *Vt quartam partem.* Melius dixisset quotam. *Tantam.* id est,totam. L.9.

LEGE LEONIS. Superiore scilicet. *Maiorem lucri partem ad minorem deduci.* Non tamẽ illud arg. vsquequaque est prosequendũ, quia fallit,vt habuimus & notauimus.s.de donat.ante nupt. l. vlt. fallit etiam quãdo instituí aliquem heredem in xij. vnciis, alium in vncia tantum,videor ademisse in primo:vt notatur in summa de heredib.instit & legitur instit.de heredib. instit. & intellige hoc quando dos & donatio ante nupt.constituitur ante matrimonium. si enim post , non debet excedere quantitatem dotis:vt s.de don.ante nupt.l.vlt.& quòd ad materiam istam pertineat , ibi notaui. hodie sublata est ista distinctio,& ita habes authent. ÆQVALITAS. *Vel ab vtraque parte celebretur.* vt s.de don.ante nupt.sed iã sequitur authe. SED QVÆ aliud *nihil ex dote.pro quantitate præstita & lucrum sentiat,* & ita qui non sentit onus,non debet sentire emolumentum. L.10.

SI MVLIER. *Nulla rat habitione.* Quia certum erat quòd ipsa habebat ratum,cùm hoc dotali instrumento fuerat scriptum. si autẽ incertum esset de mandato.posset exigi satisdatio ab eo:vt s.de procura.maritus extra. *Et vsuras quidem eorum,&c.* Videtur contra.ff. de don. inter vir.& vxo. si stipulat. §.j. sed ibi non fuerant fructus paraphernaliũ rerum:quia non erant marito traditæ, vel inductæ in domum eius.sed magis est contra ff.ad l.Falcid.l.vlt.§.responso sed respõd. aliud esse in vsura paraphernalium cautionum, quam in fructibus.in fructibus enim nil laborat maritus,& ideo in totum restituit,in cautionibus pro parte peccando mortaliter laborat.vt hic,vel ibi nil omnino restituitur.vnde tenetur circa se & vxorem expendere propter laborem & peccatum quod circa eas exercet,vt suprà dixi. *Hic esse mulierem ad cautelam suam contentam.* An idem in dote , quòd si speciale pignus accipiat,cætera bona non sint obligata? ita videtur quia quod in vno permittitur. in alio prohibetur. Io. tamen visum fuit quòd nihilominus L.11.

alia obligata habet, quia fauorabilior est dos: & in ea præfertur mulier omnibus aliis creditoribus, vt j. qui potio. in pig. l. vlt. si tamen post contractas tacitas hypothecas speciale pignus accipiat fortè, nocet sibi, arg. contra. ff. de publica. l. 1. §. vnde. *Exegit.* Non dicit, ex quo mandatum suscepit, sed ex quo exegit, vnde notandum est quia videtur arg. contra. j. de bo. quæ lib. l. antepen. in fi.

DE DOTE CAVTA ET NON LIMITATA.

TIT. XV.

1 *Numeratio facit dotem.*
2 *Itémque traditio.*
3 *Dos, quando numerata præsumatur.*

L. 1. *Sic in veteri reperimus.* DOTEM NVMERATIO, &c. Quando scilicet, dantur in dotem res quæ consistunt in numero, numeratio † enim 1 facit dotem. Item cum dantur res quæ in pondere consistunt, numeratio enim facit dotem, si in mensura consistũt: mensuratio, quia illa non numerantur. si verò dètur species, ipsa † tra- 2 ditio facit dotem, & quòd res quæ consistunt in pondere vel mensura, non dicantur numerari, legitur inst. quib. mo. re contrahitur obligatio circa princ. *Non scriptura.* Eo enim quòd scribitur instrumento dotem datam esse, non est data dos. quid autem contineretur in hac scriptura, non dicit hìc: sed ita potest dici quòd fuerat scriptum, ego talis promitto me daturum dotem illi, hòc enim non facit dotem. sed quia ibi pauca esset dubitatio, vel nulla, pone alio modo, quando scilicet, scriptum est maritum accepisse dotem, & quòd eam reddet soluto matrimonio. sed nónne si ita contineatur, & sit publicum instrumentum, probatur per talem scripturam dotem esse numeratam? & certè sic. sed hìc fuit priuata, & ideò per eam non constituitur dos. Albertus tamen dixit, quòd si contineatur publico instrumento de confessione, quòd † præsumatur numerata, sicut in mutua pecunia vt 3 j. arbit. tute. l. vlt. & notaui. s. de non numerata pecunia, in contractibus. Io. contra. vt ibidem dixi, & in l. si ex cautione. *Re ipsa.* Id est, si probaueris te numerasse per testes qui interfuerunt numerationi, vel per confessionem aduersarij, vel etiam per instrumentum pub. in quo cõtinetur quòd ille numerauit pro dote nomine filiæ suæ Martino in præsentia talium testium.

L. 2. QVOD DE SVO *in dotem adscripsit.* Quia accepit quinquaginta, & scripsit se accepisse centum. non valet donatio à principio, sed per silentium mortis potest confirmari, vt hic. & ita soluitur contra. s. de dona. ante nup. l. 1. *Legitimè confectam.* Id est, si quingentos aureos nõ excedebat, quia facta eius voluntate interueniente, non intellige quòd à principio tenuerit. tunc enim non esset opus cõfirmatione. vel refert ad id quod dicit reuocauit: vt sit sensus, legitimè non reuocauit, scilicet in testamento, vel in aliis quibus est coniunctum, peti potest ab hæredibus mulieris, vel ab ipsa.

1 Ex-

1 *Exceptio non numerata dotis, quando locum habeat.*
2 *Confessio quando non praeiudicat.*
3 *Exceptio tempore non aufertur.*

IN DOTIBVS. *Dotalibus instrumentis.* Nam si in publico continetur datam esse dotem, hoc ipso constituitur dos: nisi probetur contra: vt s. de proba. cum precibus. vel intellige hoc de publicis instrumentis dotalibus. in quibus verò scriptum erat dotem numeratam, sed maritum confessum esse se accepisse, tunc enim locum habet † exceptio non numeratae dotis intra annum à morte mariti vel mulieris computandum, vt hîc dicit, & not s. de non num. pec. in contractibus. & est not. quod hîc dicit: quia aliàs cùm confitetur quis ex certa causa, praeiudicat sibi, nisi probet contra. per apertissima arg. scriptis inserta. vt s. de non num. pecun. generaliter, hîc † autem non praeiudicat, licet confiteatur se tantum accepisse nomine dotis. habet enim exceptionẽ intra annum: vt dicit. idem est in mutuo, quia datur exceptio vsque ad biennium: & ita in neutro praeiudicatur confitenti, licet ex certa causa, sed diuersum tempus statuitur, vt dixi. sed videretur quòd intra annum & post habeat exceptionem, quia non aufertur † reo exceptio tempore, vt ff. de doli except. l. purè §. vlt. illud verum est quando reo datur exceptio, & habet necesse probare. sed hîc non probat, imò ille qui dicit pecuniam numerasse, hic habes authent. QVOD LOCVM HABET. &c. *Vsque ad.* Inclusiuè tenetur, non exclusiuè. *Permissa restitutione,* Vsque ad XXII. annos à tempore nuptiarum computandos: vt s. de temp. in integ. rest. authen. si minor.

L. 3.

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM ET A PARENTIBVS INTER LIBEROS FACTIS, & RATIHABITIONE.

TIT. XVI.

BONA QVONDAM. *Vt vacantia.* Nempe cùm ipsa vxor succedere posset, abstinebat, & ideo erant vacãtia, & quòd vxor fisco praeferretur, probatur j. vnde vir & vxor. *Reuocari non potuit.* Confirmantur silentio mortis: non tamen est legatum, quia non teneret, nisi adita esset hereditas ex testam. vel ab intestato: sed hîc non erat adita aliquo istorum modorum, imò vacabant ista bona: & tamen confirmatur ista donatio.

L. 1.

SI ANCILLAM. *Focaria.* Id est amicae vel concubinae. sic dicta, quia focum facit, & cibum parat. *Miles es tamen,* Ergo multominus tenet donatio facta à clericis focariis suis, licet in alia persona bene teneret: vt s. de condic. ob turp. cau. l. 2. & ff. de dona. affectionis: sed aliud est speciale in milite, quia habet rei vendicationem pro ancilla empta, & pro pecunia sua, vt hîc & s. de rei vindic. si vt proponis. secus in priuato, quia personalem habet actionem ad pecuniam, vt j. eod. & l. de tua, & l. si filij,

L. 2.

L.3. DONATIO. *Perseuerauit.* Sed nónne & pater debet perseuerare? & certè sic: vt ff. eo. cùm hic status. §. oratio. *A quondam socero tuo.* Definit ergo esse socer, quia dissoluitur matri, non tamen soluitur vinculum affinitatis, quantum ad prohibitionem matrimonij.

L.4. NEC INTER EAS. *Quarum iuri subiecti sunt.* Fieri ergo potest inter socrus donat. quia non habent in potestate filios. sed seruo vxoris non possum donare, vel ei qui habet eam in potestate, vel qui est in eiusdem potestate cui ea, si enim intingam vxorem alicuius per potestatem, non tenet donatio: vt hæc omnia probantur ff. eod. l. 3. & in summa huius tit. notatum est. §. non solùm.

In nouis co dicibus hac lex. secūda est huius ti tuli.

L.5. SI VT PROPONIS. *Quod gestum est non valet.* Vt j. eo. à marito.

L.6. ETIAM. *De mariti bonis.* &c. Hoc quando diuortio solutum est matrimonium secundùm quosdam. secus si morte. Io. idem dixit in vtroque casu, nec distinxit, ne vxor inhonestè adquisisse videatur, vt ff. eod. Quintus Mucius. idem in prælato ecclesiæ: vt s. de episcop. authent. licentiam. contra tamen est, arg. in tutore, infra arbit. tut. si defunctus.

L.7. SI EX VOLVNTATE PATRIS De patre mulieris loquitur, non mariti: vt s. de interdi. matri. si patris. *Super reuocandis his.* Intellige quando vterque credebat matrimonium tenere, vel is tantum qui dedit. si enim ille sciret non tenere, tanquam indignus non repeteret & ita fisco applicaretur: vt ff. eo. cùm hic status. §. vlt.

L.8. SI FRVCTVS, &c. Distingue, quia si donaui prædium, & percepit fructus bona fide, facit suos, vel si donaui pecuniam ad vsuras: vt ff. eo. de fructibus & de vsuris, fructus: aliud si dedi fructus, non enim tenet donatio: imò conuenietur in quātum locupletior facta est. quod inspicitur tempore litis contest. vt ff. eod. quod autē. si verò passus sim percipere fructus vt inde sustētetur tenet. si non se sustentet, repetere possum, nisi in eo quod sibi consumptum est: & tenet donatio vsque ad vires dotis: vt ff. eod. ex anno. non tamen si promisi, potero conueniri: vt ff. eo. si stipulata.

L.9. ET SI DE TVA. *comparata sunt.* Scilicet, à te. *Vel in solidum.* Videtur contra, s. de re iudi. non tantùm. sed intellige quod hic dicit in solidum, non in quantum locupletior facta est, sed etiam vltra, non autem ita in solidum, quòd non habeatur ratio eius quid facere possit, quia hoc falsum esset, vt ibi dicit. aliud est si pecuniam largitus est animo donandi, tunc enim, in quantum locupletior facta est poterit experiri. & reuocatur donatio condictione sine causa. in priori verò casu cùm gessit negotium, si ipse emit habet neg. gest. vel mandati, si mādatū interuenit. si ipse emit de pecunia sua habet condictio. sine causa. sed alia ratione hic datur quàm cùm donauit: vt ff. si cert. pet. si & me & Titium.

1 *Sola accusatio non sufficit quis suis rebus priuetur.*
2 *Poculum amatorium.*
3 *Donatio ratione ingratitudinis reuocari potest.*
4 *Pendente criminis cognitione possessio bonorum auferri non debet.*

SI MARITVS. *Cùm sui iuris esset.* Aliud si esset in potestate constitutus: vt §. si vt proponis: & l. donatio mancipiorum. *At si eas.* Alias at. *Cùm causa liberalitatis à crimine separata sit.* Videtur quòd istud intelligendum sit, quia commissum sit crimen: non tamen auferendæ sunt res. sed non ita dicendum est, imò à crimine separata sit, scilicet, ab accusatione criminis. Q. d. non est illa ratio sufficiens quòd accusa-1 ui, vt† debeat priuari rebus. & est similis expositio instit. de suspect. tuto. in prin. quod enim, dicit crimine, intelligitur, id est, criminis accusatione, sic & ff. de off præfec. vr l. 1. in pr. Omnia crimina id est, omniũ criminum accusationes præfectura sibi vindicauit. vel ideò dicit, quia primò debet agi causa maleficij, post libertatis: vt §. de ordi. iudic. quoniam. sic ergo nimis properauit. & est simile quoad verba ei quod hîc dicitur. licet loquatur in alia materia. ff. de mino. Papinianus. sed si crimen commisit vt maleficiis eius maritus sit extinctus, puta quia dedit 2 poculum† amatorium: vt ff. de pœnis, si quis aliquid. §. qui abortionis. rebus illis priuabitur, sicut est in hæreditate cum hæredis negligentia moritur testator: vt ff. de his quibus vt indig. indignum. & prætereà alia 3 ratione, quia donatio quæ tenuit, potest † reuocari ratione ingratitudinis: vt ỹ. de reuoc. dona. ergo illa multo magis quæ à principio non tenuit, si ingratus existit, poterit reuocari. hic autem multum extitisset ingratus, cùm insidiaretur eius morti, & ideo reuocaretur: sed nec debet lucrari dona. propter nup. vt probatur ff. sol. matr. si ab hostib. §. 1. & facit lista ad quandam magnam causam quæ quandoque agitata fuit in curia domini imperatoris Friderici. accusabantur Barcenses magni viri prouinc. de infidelitate coram imperatore à comite Barcilonensi: & sic nuntius imperatoris occupauit omnia bona quæ tenebant de imperatore. dominus R. qui in causa pro eis orabat, induxit l. istam pro se dicens interim dum de causa cognoscitur, non 4 debere eos carere † possessione bonorum. dominus B. cuius scholaris fuit R. aduersæ parti præstans patrocinium, in contrarium allegabat dicens. quia propter infidelitatem commissam & crimen læsæ maiestatis non erant bona restituenda. sed tamen pro R. fuit lata sententia, videlicet quòd restituta possessione cognoscatur de crimine infidelitatis. & sic cùm iretur pro possessione recuperanda, infra breue tempus redituri iuerunt: sed non comparuerunt postea coram præside.

SICVT. *Non dari repetitionem.* Quia tenet donatio vsque ad vires dotis, non tamen constante matrimonio agi potest: vt not. §. eod. si fructus, per l. ff. eo. ex annuo, & l. si stipulata.

SI MARITVS. Assignatur contra insti. de leg. §. si res, & ỹ. de lega. l. 3. sed solue ista duo contra. vt plenè not. ỹ. de lega.

SI QVIDEM. *Possessionis.* Id est, dominij, vel rei possessæ. e conuerso. §. de rei vind. quotiens. *Iuris ratio.* veluti præscriptio, vel quia ius in re debita sibi dixit: vt ff. quod met. cau. extat. vel quia oblatum recusauit, vt ff. de sol. qui x. vel quia aliud pro alio pignorauit. vt ỹ. aut hent. vt non fiant pignora. colla. v. *Iuri tuto, &c.* Cùm ea demum pignori obligari possint, ne quis de bonis faciat obnoxia.

L. 10.

L. 11.

L. 12.

L. 13.

1 *In dubio legatum præsumitur.*
2 *Sola verba non inducunt obligationem, nisi sequatur voluntas.*
3 *Falcidiæ detractio.*

L.14. EX VERBIS,&c. Fortè talia erant verba, sufficiant tibi donata: nã & hęc verba fideicommissum vel legatum repręsentant, si hoc noluit testator, potuit enim velle tantum ex causa legati vxorem habere. item ex causa donationis eam idem possidere. sed in dubio † legatum 1 præsumitur, nisi contrarium probetur: vt ff. de lega.3. fideicommissa. §. si quis & l. non aliter. hîc autem probatur contra. per verba testatoris quę indidit in test. dixit enim, confirmo donationem tibi. vnde non audiretur petitio sua, scilicet, quòd ex confirmatione habeat donationẽ, & aliud tantum, fortè æstimationem ratione fideicom. lecto enim test. patet quod confirmauit donationem. vnde licet verba apta fuerint ad fideicommissa apposita, non sufficiunt, nisi sequatur voluntas: vt ff. de supel.leg. l.1. Labeo idem in verbis contractuum. licet enim † promiserim x. libras, non obligor, nisi eius fuerim voluntatis. quid enim si causa loci interrogatus respondi nõ teneor: vt ff. de act. & oblig. obligationum substantia. & notari potest. ff. si cert. pet. non omnis. & ita nõ erit legatum, si tacitè habet vim legati. hic enim etsi expressim reliquit, nõ est legatum, licet habeat rem propter confirmationem sequentem, & detrahitur † Falcidia: vt in fine dicit, & habes j. ad leg. Fal. in donatio 3 nibus. possent tamen verba illa proficere: quia si ista cui sic confirmata est donatio, conueniretur ab hærede iniustè, posset ab eo sumptus petere: vt ff. de leg.3. vxori. §. vlt. licet videatur arg. contra. ff. de libera. leg. petitor. sed hîc non damnauit hæredem ne exerceat actionem, imò cõfirmauit additionem. si dixit ne conueniretur, debet stare eius voluntati. si non stetit, condemnabitur ad interesse. *Cauisse.* Quia confirmauit post verba ad fideicommissum pertinentia donationem factam inter viuos *Indutorum*, Id est, subiectorum. sic notaui. s. de proba. cũ precibus. *Non fideicommissum.* Scilicet, ad æstimationem rerum donatarum, quia donationem habebat non ex confirmatione, sed ex S.C. facto Fului Æmiliano & Numidio Albino consulibus: vt ff. cum hic status. in princ. vel dic Trebelliano.

L.15. SI NON VERUM. *Nec ex hominis, &c.* Aliter non peruenitur ex tacita hypotheca ad possessionem. vt hic, & ff. de iure fisci. Moschis. secus si esset expressa: vt j. de pigno. l. distractis, & l. persecutionem. hodie siue fuerit tacita siue expressa, primò conuenietur principalis persona: vt j. authentic. de fideiuss. colla. 1.

1 *Factum negantis, nulla est probatio.*
2 *Præsumptio quando cessare dicitur.*

L.16. SI FILII. *Emancipati.* Ideò dicit de emancipatis, qui si essent in potestate, pater adiret nomine eorum: vt j. de bo. quæ lib. l. vlt. *Nõ donandi animo.* Sed qualiter fier hoc, cùm per rerum naturam negantis factum † nulla sit probatio? Resp. probabit se dominii effectũ per posses- 4 sionem rerum a venditore sibi traditarum, vt hic dicit. nõ autem vxor habuit dominium, quia nec habuit dominium, nec aliquis nomine eius,

eius, & quod ita sit probatur s. si quis alteri vel sibi l. quamuis, & l. multùm. ibi tamen duo videntur probare, scilicet quòd emerit, & quòd sibi tradita fuerit possessio. *Nam si largiendi propo.* Quod præsumitur nisi contra probetur: vt ff. eo, l. vir vxori. §. vlt. Vel dic hanc præsumptionem cessare ex quantitate pretij: vt ff. eod. l. verum. Item si v-
2 xor proponatur soluisse, cessat † præsumptio, quia fortè inscio marito de suo soluit, quòd præsumitur: vt s. eod. l. etiam.. *Pecuniæ tibi persecutio.* Nisi sic donatum est, vt soluto matrimonio fiat eius res: vt ff. eod. quod autem in fi. & l. quia si cùm econtrario. s. de donation. ante nupt. quod sponsæ.

De his. Planum est. L. 17.

1 *Diuortium, à mentium diuersitate dicitur.*
2 *Liberalitas matrimonialis, quando reuocanda.*
3 *Morte legatarij, quandoque fit legatum caducum.*

A MARITO IN VXOREM. De marito & vxore ideo dixit, quia secus esset inter sponsum & sponsam: vt s. de donat. ante nupt. cùm in te. & hoc cùm in tempore matrimonij facta est donatio, vt dicit, & voluit statim transferri dominium: non enim potuit, cùm sit contra ius: vt s. de leg. non dubium: & ff. eo. si interim. *Nec post si diuortium*, &c. Secus si in tempus diuortij voluit transferri. potuit enim
1 transferri subsecuto diuortio: vt ff. eo. si interim, §. vlt. & † diuortium dicitur à diuersitate mentium: vt ff. de diuort. l. 1 vnde & j. authent. appellatur diuersitas. sed videtur quòd soluto matrimonio diuortio teneat donatio, quia peruenit ad illud tempus à quo incipere potest, vt s. probaui. sed dic quòd alia cõsiderata ratione non tenet, quia illi qui diuertunt, amaritate quadam & odio diuertunt. vnde si aliquam in v-
2 xorem contulit maritus liberalitatem: vel è conuerso videtur † reuocanda, & hoc cum mala gratia diuertunt. potest enim esse quòd bona: vt ff. eod. cùm hic status. §. si diuortium. sed quid in dubio? præsumetur quòd mala gratia diuerterint: vt ff. de auro & arg. legato, l. 2. & 3. *Vel prior persona*, &c. Non ergo tenet donatio, si prior decedat qui accedit, imò videtur reuocata: non intellige quòd à principio tenuerit, sed quoad hoc ne posset confirmari post mortem dantis. idem est in lega-
3 tis: quia si præmoritur cui † legatum est, fiet caducum: vt j. de cadu. toll. secus est si promisi sub conditione: vt instit. de verb oblig. §. ex cõditionali. quia ibi dicit quòd transmittit ad hæredes spem ipsam, potest etiam fieri reuocatio pœnitentia. ambulatoria est enim defuncti voluntas, &c. vt ff. eod. cùm hic status, hæc vera sunt cùm præmoritur is cui donatum est. secus si præmoriatur donator. sed quid erit si ambo insimul moriantur? magis dicendum quòd donatio valeat, cù[m] n[on] sit qui eam repetere possit: vt ff. de reb. dub. si inter virum & vxorem. L. 18.

SI CONSTANTE. *Hanc in tuis fecit bonis.* Sed videtur cõtra cùm in patris fuerit potestate: vt ff. eo. l. 3. §. verbum potestatis. nisi dedit ei eunti in castra: vt in eadem l. at hic non erat in potestate patris, imò sui iuris factus erat per emancipationem. hæc vera sunt secundùm vetera iura, vbi patri per filium in potestate constitutum aduentitia ad- L. 19.

quirebantur quoad vsumfructum & proprietatem. sed hodie non quæruntur nisi quoad vsumfructum. & ideo videtur quòd teneat, vel fortè ratione vsusfructus prohibetur, vel si velis dicere quòd teneat quantum ad proprietatem, non autem quoad vsumfructum satis potest admitti.

L.20. CREDITOR. *Imaginariè*, &c. Cùm autem vera venditio est, distingue in parte, an in toto intercesserit donatio: vt ff. eo. si sponsus. §. circa.

L.21. SI PROPRIIS. *Habitis contractibus*. Id est, primo contractu. & sic sæpe exponitur. *Cùm nec ad dignitat.* Aliàs cùm hæc ad dignitat. & tunc subaudi maximè. nam dignitatis causa licet ei donare: vt ff. eod. cùm adipiscendæ. *Nec locupletior.* Quando autem sit factus locupletior, spectatur tempore litis contest. vt ff. eod. quod autem.

L.22. MARITVS. *Cōstante matrimonio potest donare.* Nec intellige quòd statim cùm traditur transferatur dominium, & pòst manumittatur. sed statim cùm manumittitur, incipit esse suus, & admittitur: vt ff eo. quod autem. §. manumissionis.

L.23. SI TE IN VACVAM. *Pœnitentia nil proficit.* Aliud est in socero. sed socrus nurui vel genero donare non prohibetur: vt ff. eod. l. 3. §. socrui. prohibetur quidem donatio inter eos qui habent virum vel nurum in potestate, vel qui in eorundem potestate sunt: vt notaui s. eo. nec inter eos.

1 *Ius vnicuique suum illæsum seruari debet.*
2 *Donatio causa mortis non omnino obtinet vicem legatorum.*
3 *Donatio facta ante commissum crimen valet.*
4 *Qualis censeatur donatio inter virum & vxorem.*

L.24. RES VXORIS. *Successione qualibet vel emptione.* In his duobus nō erat dubium. *Vel etiam largitione*, De isto poterat dubitari. *Vel in seruilem.* Vt quia damnatus in metallum. & est differētia inter eos qui in metallum damnantur, & eos qui in opus metalli: vt ff. de pœn. §. inter eos. *Nec alieni criminis*, &c. j. de pœn. sancimus. *Religiosum sit*, j. de reg. iur. est vt † vnicuique ius suum seruetur illæsum: vt ff. de iust. & iu. l. iuris. *Et donatio maritalis.* &c. In propriis clarum est, vt s. ne vxor pro marito. In aliis quas habuit à marito, idem dicit hic si ante reatum vel crimen datum sit. sed nónne habentur loco legatorum tales donationes, & de eis detrahitur: vt s. eod. ex verbis. sed tunc si commissum sit crimen, & damnaretur, rescinditur test. quare videtur quòd reuocetur donatio: sed contra. est, quia nō omnino vicem legati obtinet, sicut donatio causa mortis, non obtinet † vicem legatorum: imò differunt in multis. distingue ergo quis donat ante crimen commissum. inter viuos tenet quidē donatio ab initio, nisi qualitas personæ impediat, vt quia est vxo: & tunc pœna imposita marito qui vitam vel libertatem amittit statim confirmat. si verò solam ciuitatem adimit, in suspēso est. nam & reuocari ante poterit. si verò post crimen do, siquidem maiestatis erit, nil est: vt j. ad l. Iul. maiestatis. l. vlt. si verò aliud capitale, donatio facta ante † crimen valet postea non, nisi sit causa mortis donatio: quę quandocunque fiat, pœna capitali imposita reuocatur. idémque in ea

quæ

quæ fit inter coniuges, si tamen fiat post crimen: vt ff. de donation l. post contractum. & de donat. causa mortis, si aliquis. si verò legaui, siue ante crimen, siue post, omnia sunt reuocata, quia testamentum dissoluitur ipso iure: vt instit. quibus modis infirmantur testa. & notatur in summa illius tit. Et ex prædictis patet quòd donatio facta inter vi-
4 rum † & vxorem non censetur omnino vt causa mortis, nec inter viuos, nec verò legatum. & hanc distinctionem habes in summa de bonis damnatorum: & potest induci bona concordantia ad l. istam. ff. de condic. & demonst. intercidit. & posset quæri an idem debeat seruari, si ingrediatur monasterium, scilicet quòd donatio confirmetur: & videtur quòd sic: vt s. de episc. Deo nobis. & quod s. dixi de eo qui per supplicium fit seruus iure authent. est intelligendum in liberto, non in ingenuo, quia hodie nemo bene natus fit seruus, &c. vt hic habemus authent. *Vel deportatio*, Quæ scilicet succedit hodie in locum illius pœnæ: vt ff. ad l. Iul. pecul. l. 3. *Nec matrimonium huius causa dissoluitur*. Vt j. eo. l.

DE DONATIONE REGIA IN REGINAM vel è conuerso factam.

Sic in vet. libro reperimus.

L. 25. DONATIONES QVAS PARENTES. *Per silentium donatoris*. Videtur contrà s. de inoff. do. l. 2. sed dic vt ibi plenè notaui.

L. 26. DONATIONES QVAS DIVVS. *Extrinsecus egētibus*. Nota quia cùm dominus imperator contraxit, licèt contra legem, obtinere debet vicem legis. & facit ad ea quæ statuit imperator inter Lombardos pro bono pacis. licèt enim esset contra ius cùm ipse sic constituit, ex consensu subiectorum videtur valere.

SI VNVS EX HIS, &c. Planum est.

DE REPVDIIS, ET IVDICIO DE Monilibus sublato.

Sic in vet. lib. sed moribus legendū est.

TIT. XVII.

1 *Captiuitate dirimitur matrimonium.*
2 *Deportatio in locum interdict. ignis & aquæ successit.*
3 *Æquitas iuri stricto præferenda.*
4 *Luxuria melioris esse conditionis non potest quàm castitas.*

L. 1. MATRIMONIVM. *Deportatione*. Vt quando vir damnatus est de falso: vt ff. ad l. Corn. de Fal. l. 1 §. vlt. secus si damnatus esset in metallum. tunc enim dirimitur: vt ff. eod dirimitur. distinctione tamen adhibita an libertus vel liberta, seu ingenuus coniunx sit natus. si libertus, soluitur. aliud si ingenuus: quia hodie nemo bene natus fit seruus ex supplicio: vt s. eit. 1. auth. sed hodie. sed captiuitate † matrimonium dirimitur: vt ff. eo. l. 1. *Vel*, pro id est, olim enim interdicebatur alicui igne & aqua. h. e. quia si extinguetetur ignis in domo sua, non poterat petere vel habere à conuicino,

vel aquam de puteo in cuius pœnæ locum successit † deportatio: vt ff. ad l. Iul. de adul. l. 3. *Ipso iure.* Id est de iure stricto & regulariter, cum non competat actio de dote constante matrimonio. sed tamē de æquitate hic fallit, quia peti potest, vt dicit. est enim præferenda † æquitas iuri stricto, vt s. de iudi. placuit. fallit etiam alia ratione, vt cum maritus vergit ad inopiam male consumendo substantiam suam: vt s. de iure dot. vbi. licet ergo vxor non mutet affectionem, agit: quia si mutaret & ita diuerteret, ageret. ne ergo melioris conditionis sit qui diuertit, quā is qui caste viuere vult, dicendum est quòd agere possit. non enim plus † debet habere castitate luxuria. vt ff. de don. inter vi. & vxo. l. 3. & j authentic. de restit. & ea quæ parit. §. vltimo. vel admittitur vt bona fiat nedum metu pœnarum, sed etiam exhortatione præmiorum: vt ff. de iust. & iu. l. 1. & posset quæri vtrum liberi nati ex tali coniunctione dum est in deportatione, sint in potestate patris. & videretur quòd sic, quia in potestate sunt liberi quos ex iustis nuptiis procreauimus: vt instit. de par. pot. sed contra videtur per aliam l. instit. quib. mo. ius pat. po. sol §. 1. quia nati ante eximantur. si ergo nascuntur post, non videntur esse in potestate. Respon. liberi eximūtur à patria potestate, & bona publicantur: sibi tamen adquirere potest, cum sit homo liber. sed nō valet testamentum: vt j. de bo. damna. deportati, & ff. de leg. 3. l. 1. §. his quibus. & l. si seruo depor. nam cum ius patriæ potest. proprium sit ciuium Romanorum, hic autem amisit ciuitatem, non libertatem, videtur quòd non habeat in potestate filios propter deportationem, vt dictum est, cum amiserit ciuilia.

L. 2. LIBERVM EST. *Post tres peregrinationis annos.* Et ita loquitur cū in peregrinatione fuit, & absens per tres annos. secus si esset præsens. tunc enim sufficeret per biennium: vt s. de spon. l. 2. intellige etiā quando nulla iusta causa impediebatur sponsus, alioquin oporteret expectare donec cessaret causa: vt ff. de sponsa. l. sæpe.

L. 3. DVBIVM NON EST. *Omnia omnino quæ consilio rectè geruntur, &c.* Et Salomon ait, Omnia fac cum consilio, & non pœnitebit. *Breui tempore rescissum est.* Et ita videbatur quòd mulier posset agere: vt ff. solut. mat. l. si cum dotem 1. responso. *Iuris auctoribus placuit.* Et ita habito pro nullo diuortio habebit repetitionem.

L. 4. FILIÆ *tiuor. in potestate matris non est.* Sicut nec patris, sicut dicit in sequenti l. & ff. de donat. inter vir. & vxor. cum hic status. §. si socer. nurui, & de spon. in potestate.

L. 5. DISSENTIENTIS. *In arbitrio suo non habet.* In alio casu. sed qui in potestate habet in aliquo casu, vt j. eod. l. penult. & habes hic authent. CONTRA SI FILII FAMILIAS.

L. 6. LICET NON FVERIT TRADITVS, &c. Videtur contra ff. eo. §. vlt. Soluto licet necessarium sit mitti libellum, vt ib. dicit nō tamen necessarium est quòd tradatur. & hic non negat quòd non sit necessarium mitti libellum, sed tradi & vidi ri. vnde non contradicit. *Dissoluitur matrimonium.* Nisi fiat calore iracundiæ, vel nisi pœnituerit: vt ff. eo. l. 3. & l. si pœnituit.

1 *Magnum tempus quatuor annor. appellatur.*

2 *Post quinquennium vxor propter absentiam mariti nubere potest.*

1 VXOR *qua magni temporis.* Magnum tempus † appellatur quatuor annorum. *Iugatam.* Id est, continuitatem. *Nupsisse firmatur.* Fauore etiam liberorum dominus papa de modo dispensat, sicut aliàs fiat contractu temporis, & timore dissensionis: vt in decretis continetur. *Cùm si conscientia maritalis tori, &c.* Et facit l. ista ad quæstionem illam cùm quis rogauit aliquem vt sibi quæreret virginem, & ipse duxit ei vxoratam, & cognouit eam ignorans. non enim videtur quòd possit accusari de adulterio, cùm non fuerit eius propositi vt coniugatam cognosceret. Habes hîc authentic. HODIE QVANTISCVNQVE. *Quo subsecuto post annum nubat.* Sed nónne continuum est istud tempus scilicet, anni? & assignatur contra ff. de his qui notant. infam. genero. sed ibi constabat mortuum esse maritum, & ideò tempus anni continuum à die mortis computatur, vt hîc dicit auth. iuratum ei de morte: nec ob hoc omnino est certa: & ideò expectat per annum. P. dicit quod si iurauit falsò, decem libras auri soluet, & nudabitur cingulo militiæ si erat miles. eo licentiam habente si voluerit vxorem suã accipere: sicut accidit de facto in ciuitate ista in quodam qui fuit vltra mare xx. annis, & ita mulier contraxit cum alio, quia dictum & promissum fuit ei quod mortuus erat. postea rediit de vltra mare. & cum illa vidit eum, rediit ad ipsum, & alium dimisit. & postea ex eo qui rediit, habuit duos filios. Præterea quod hîc dicit de eo qui fuit in militia non habet locum si fuit in captiuitate. nam dum certum est illum viuere, non possunt contrahere. si verò dubitetur, elapso † quinquennio 2 possunt: vt ff. eo. vxores. & ita aliud est in marito captiuo, quàm in eo qui est in militia: vt j. authent. de nup. coll. 4. §. sed cum captiuis.

1 *Expulsa muliere de domo sine causa, quarta ei debetur.*
2 *Maritus quando lucratur dotem propter adulterium vxoris.*
3 *Dos propter adulterium vxoris.*
4 *Testes domestici, quando admittuntur.*

CONSENSV. *Nonnisi misso repudio.* Videbatur quòd solo contrario sensu possent dissolui olim, quia nihil tam naturale est quàm vnumquodque dissolui per id quo colligatum est: vt ff. de regul. iur. nil tam naturale. *Infausto.* Id est, cum malo omine suo. *Castas exasperat.* Nota quòd magis grauat castas vxores si vir cum impudicis mulieribus cœtum inierit, quàm aliàs quæ non sunt ita castæ. *Si se verberibus, &c.* Habes hîc auth. HOC CAVSA DONATIONIS ANTE NVPT. FACIT.. Idem & si cum aliis mulieribus conuersetur inhonestè: vt j. eod. authent. §. si quis in sua. nam & hîc pœna eadem imponitur, sed hoc secus, quia propter eandem causam soluitur matrimonium. si au-1 tem expellat † eam de domo sine causa, dat ei quartam: vt j. auth. quibus modis nat. effic. legi. §. vl.. & j. eo. l. vlt. æquum est interim eam carere connubio: & ita punitur in eo in quo deliquit: vt ff. de vulga. substit. ex facto, §. Iulianus. *Et antenuptialis donationis lucra habere,* Sed videtur contra. s. de secundis nuptiis, ante luc. solutio. ibi loquitur quãdo morte soluitur matrimonium. tunc quidem non est lucrum mulieris, sed liberorum: aliud cum diuortio soluatur. *Ne quis de prole dubitet* Vt ff. de his qui not. infam. liberorum. §. si talis. *Sibi habere, seu ven-*

dicitur. Hodie tamen videtur quòd habeat necesse maritus inscribere, si adulterio vxoris † velit lucrari dotem: vt. j. authent. vt liceat matri & auię, §. quia verò plurimas. Item per alium authent. videtur applicari † monasterio, vt j. authen. vt nulli iudicum. §. adulteram. sed hoc cùm non est reclusa in monasterio. alioqui oneri monasterij subuenitur per substantiam, vt ibi: vel illud in alia substantia vxoris non de dote accipiendum est: licèt huic solutioni repugnet quod est in fine illius authent. ponit pactum, &c. si enim ex auctoritate legis lucraretur maritus, cur diceret pacta dotalia seruari nam & sine pacto lucraretur. & ideo dic quòd pactum factum fuerat de dote lucranda vel adulterio commisso, ac si pactum interpositum esset. habet dotem lo. *Seruus*, scilicet, & ita hic admittuntur testes † domestici, quod est contra regulam generalem s. de testibus etiam. le. quia meliùs sciunt veritatem, ne probationum facultas angustetur, admitti possunt. arg. s. de heret. quoniam multi. *Electione seruata*. Quòd illa authent. lucrum dicit, est immutatum s. de secundis nuptiis.

1 *Per monasterij ingressum non continuò traditur substantia liberis.*

L. 9. SI CONSTANTE, &c. Habes hic authent. QVOD HODIE. Scilicet vt separetur matrimonium mutuo consensu, quod olim permittebatur: vt in l. antiqua. *Nisi castitatis conc.* Puta quòd ambo ingrediantur monasterium vel ecclesiam, vouentes castitatem. vel ingreditur monasterium vnus: & alius qui remanet in seculo tenet castitatẽ. *Delinquẽtibus*. Nota quòd licèt ingrediatur † monasterium pater vel mater, non tamen continuò traditur substantia filiis eorum: sed expectatur mors vel delictum eorum, vt hic dicit.

L. 10 IVBEMVS, *Vsque ad minimam quantitatem*. Vsque ad vltimum quadrantem. *Iudicio de moribus*. Quod fuerit ignoramus: sed ita dicimus, quòd multi mali mores insimul inducebãt dissolutionem matrimonij.

L. 11. IN CAVSIS. *Vsque ad duos annos continuos*. Hoc biennium factum est triennium: vt j. authent. de nupt. §. distrahuntur.

SOLVTO MATRIMONIO QVEMADMODVM DOS PETATVR.

TIT. XVIII.

1 *Æstimatio cur fieri soleat.*

2 *Cuius est onus, eius esse debet emolumentum.*

L. 1. DVBIVM NON EST. *Si soluto matrimonio extarent*, &c. Videtur ergo quòd ob hoc facta fuerit † æstimatio, vt re facta deteriore appareat in quantum facta fuerit deterior, & tantum restituatur sicut s. de iure dot. si inter. cùm ergo maritus in se periculum receperit deteriorationis & amissionis, videtur quòd ad eum debeat pertinere emolumentum, & ideo assignatur hic contra ff. de iure dot. si manci. & ff. eodem, in his l. pen. §. mancipia. sed secundùm ea quæ proposita sunt, si recepit periculum deteriorationis & amissionis, quia scilicet de iure stricto & communi tenebat de dolo

lo lata culpa & leui:sed per pactum restrinxi me ad casum fortuitum deteriorationis & amissionis, tunc habet partum maritus. cùm enim
2 ad eum pertineat onus vel † periculum & emolumentum, sicut dicunt ll. illæ si non ad hoc se adstrinxit, vel adstrinxit se ad deteriorationem, non ad amissionem, tunc pactus restituetur mulieri, vt hic dicit.

1 *Dos inter bona filiæ computatur.*
2 *Hæres hæredis, testatoris est heres.*
3 *Inter patrem & filium non potest esse iudicium.*
4 *Pater filiæ auctoritate legis obligatur.*

SECVNDVM *rationem iuris.* Ratio iuris erat, quia habebat obligatum maritum cum patre, id est, ipsa & pater pro dote agere poterat contra maritum. videtur enim quòd loquatur de filia quæ erat in potestate patris. eius enim requiritur consensus, nisi sit furiosa, vel diligat nimis maritum dos enim inter † bona filiæ computatur: & videtur
1 consentire eo ipso quòd non contraxit: vt ff. eod. si cùm dotem, § eo autem tempore, & l. 2. §. vlt. & l. dotem, & ff. ad l. Falcid. pater. si verò esset emãcipata, sola habet actionem. vel pater eius; cùm ergo habeat actionem contra maritum, videtur quod hæres mariti teneatur, scilicet pater suus, & pater suus eadem ratione hæres patris, id est, fiscus: quia
2 hæres hæredis, testatoris † est hæres: vt j. de hæred. instit. l. vlt. & notaui s. de vsufructu. antiquitas. Mirum est tamen quod dixi, patrem te-
3 neri filiæ in potestate constitutæ, quia lex dicit quòd inter † patrem & filium non potest esse iudicium nisi in castrensi peculio, vel quasi, vt ff. de iudic. lis nulla. Qualiter ergo hæredem, id est, fiscum conueniet? Resp. verum est quòd inter patrem & filium non potest esse iudicium, potest tamen esse obligatus filiæ si accepit dotem sine volũtate ipsius, nec licet ei diminuere eius mensuram, vt s. de rei vxor. actio. authent. sed quamuis. & aduentitia tenetur eis seruare, vt s. de secund. nupt. ge-
4 neraliter. & j. de bon. quæ lib. l. antepen. §. vlt. Obligatur ei † auctoritate legis, licet non posset ex pacto, & ideo hæres suus obligatur, & tenebitur restituere: quod autem hic dicitur de fisco quòd succedit damnato sine aliqua distinctione, intellige secundùm vetera iura: hodie distinguendum est, vt j. auth. de bo. damn.

1 *Error facti excusatur.*
2 *Matrimonio non consistente dos non repetitur.*

SI IGNORANS. Ergo si sciens, non haberet repetitionem, & ita erit argument. l. ista ad id quod notat s. de condictione ob causam
1 data. l. 1. Sed hic errauit † in facto, quia nesciebat eum seruum, quare non secundùm leges potius quam contra matrimonium contraxit, & ideo processit de facto matrimonium. Si ergo postea seruus iudicatus
2 est, nullo modo tenet matrimonium, & habet † repetitionem dotis, vt hic dicit: & simile ff. de condict. ob causam data. l. 3 §. si liber. Si verò cùm contraxit, liber erat, & ita tenuit matrimonium, si ex postfacto deuenit ad seruitutem, separabitur: vt ff. de diuortiis l. 1. & infrà authent. de nuptiis. §. quod autem. quam habes j. de Latin. libert. *Et*

dotem. Subaudi, destinatione, vel quantum ad opinionem, non enim in veritate erat dos. simile solet notari, ff. de hæred. petit. pro hærede. *Ex peculio.* Id est, ex eo quod habebat penes se, vt ff. de pecul. ex facto. *Incerto tamen patre.* Non tamen erat incertus. sed pro incerto debet haberi, cùm sit illicitus, & ita filij sunt spurij, à græca voce σποράδην, vt inst. de nuptiis. §. si aduersus. & ꝫ. de suis & legit. ex libera.

L. 4. DOS A PATRE PROFECTA. Secus in aduentitia, quia redit ad filios, ad patrē redire debet. Impropriè ponitur redire pro restituere, vt not. ꝫ. de iure dot. etiam. & circa profectitiam dotem admisit M. quod hic dicitur. *Liberis non extantibus.* Alioquin contra. remaneret enim apud dominum. dominus B. contra. nam siue liberi existant, siue non, semper ad patrem redire debet ex tacita stipulatione per legem, vnde decesserit vxor domini B. relictis liberis, pater mulieris, hoc est socer suus volebat habere dotem, & ita petiit consilium à M. vtrum posset recuperare, & dedit in consilium quòd sic, cùm si iret in ea opinione esse dominum B. & ille socer domini B. dotem petiit ab eo, & ipse dixit nedum dotem illam, sed si amplius esset se restituere: & sic iuuit opinionem suam, non tantùm verbo. sed etiam facto. Contra accidit in domino Alberto, quia cùm eandem foueret sententiam, & peteretur ab eo dos liberis extantibus. Resp. quòd licet antiquitas dixerit, hodie non ita sentiebat, & ita retinuit dotem, quod de consuetudine hodie quilibet facit, vt plenius notaui ꝫ. de rei vxor. act.

Sic in manuscripto reperimus.

L. 5. SI QVIDEM. Planum est.

1 *Dolus euidenter probari debet.*
2 *Quando agitur ad augmentum æstimationis.*

L. 6. SI CIRCVNSCRIPTA. *Euidentibus probationibus.* Benè dicit de euidentib. quia dolus euidenter probari debet. *Quando.* Pro quandoquidem, id est, quia. *Doli mali except.* Videtur quòd de iure communi, quòd ad res præstandas teneretur, cùm sint promissæ. Sed non ita est, imò si habent doli exceptionem, remouebunt petentem: & nedum excipere poterunt, sed etiam agere vt augmentetur [2] æstimatio: vel etiam si vxor plus æstimauerit quàm debuerit diminuetur, sicut dicit lex in emptore & venditore, vt ff. de actio empt. & vendit. Iulianus. § si venditor. & hoc siue fuerint maiores, siue minores, vt ff. de iure dotis. iure succursum. §. vltimo. *Pretium quod dotali instrumento.* Intellige quando minus erat pretium: sed videtur hic insufficienter distinguere per aliam legem quæ dicit quòd si re decipiatur ipsa, restituitur pretium: si dolo mariti, licet d. fierit esse in rerum natura, iustum pretium dabitur, vt ff. de iure dotis. si res æstimata. Sed hoc quòd hic dicit, si tamen extiterit, &c. Referendum est ad casum, quando grauabatur maritus in æstimatione, & sine dolo mulieris. Vel si dicas quòd hæc Iustiniani noua corrigit illam veterem, satis potest admitti: vel ibi recitatur opinio Scæuolæ Aliud per constitutiones principis, & hæ duæ vltimæ solutiones meliores videntur, quàm prima.

1 *Donatio inter patrem & filiumfamil. non valet.*
2 *Dos constante matrimonio fieri non potest.*

FILIÆ

FILIÆ. *Minimè prohiberis.* Non enim valet donatio inter patrem & filium in potestate † sua constitutum, vt s. de inoffic. dona. si pater. & ideo si dedit ei, potest adimere: vnde cùm patres dant filiis in potestate constitutis portionem quam in morte deberent habere, vt fit tota die, non valet donatio, & possent adimere: sed tamen non faciunt ne habeatur discordia inter ipsos, vel inter patrem, & eos. *Constante matrimonio.* Nam dos constante † matrimonio peti non potest nisi in casibus, vt s. de iur. dot. & diuortio. l. 1. — L. 7.

NEC MARITVS. Dimitte nec. Et ibi recusat glosa nec, pro non, id est, non recusat: non enim habet priuilegium nisi propter necessitatem paupertatis, vnde si modo est soluendo, non potest allegare aliquid, cùm causa cesset, & ideo necessarium est quòd compellatur soluere totum. — L. 8.

DOTIS ACTIONEM. *Ingrediendi enim, &c.* Imò incideret in edictum diui Marci, vel constit. si quis in tantam: vt ff. de acquir. poss. si ex stipulatione. — L. 9.

SI SOCERO. Planum est. — L. 10.

SI CONSTANTE MATRIMONIO. *Vel promissa.* Quomodo reuertetur si tantùm promissa est? Respond. Quia mulier debet liberari: peruenit enim in eum casum, à quo incipere non potest, & ideò debet liberari, nisi ante fuerit in mora, & ita hæres defuncti vellet agere ad emolumentum quod deberet percepisse, vt ff. de vsufru. quæsitum. & l. quòd vsumfructum. aliàs liberari debent, vt ff. de iure dot. si extraneus. *Ex eius vxoris facult.* Subaudi maximè: nam idem in extraneo si data fuerit vel promissa de bonis ipsius, nisi stipuletur ei restitui, vt s. de rei vxo. act. §. accedit. — L. 11.

SI DOS CONSTANTE MATRIMONIO SOLVTA FVERIT.

TIT. XIX.

SI CONSTANTE MATRIMONIO. *Sine causa legitima.* Cùm non vergat ad inopiam, vt s. de iure dot. vbi. & de diuort. l. 1. soluere tamen potest, & liberatur quibusdam causis, vt ff. de iure dot. murus. §. manente. *Quia dona. instar. perspic. hab.* Non tamen est donatio. *Obtinere.* Cùm vxor fructus percipiat, sed quare non poterit refundere constante matrimonio, cùm si promisisset in diem, ante diem soluere posset? Respon. nõ esse simile, quia in dote, cùm sustineat onera matrimonij debet ad eum emolumentum pertinere, sed in aliis debitis non est ita: & ideò aliud hîc, aliud ibi. *Marito restituitur.* Videtur contra. ff. de doli except. dolo facit: sed dic quòd hîc pactum fuit de dote lucranda, vnde bene potest petere post mortem vxoris. Sed qualiter respondes ad id quod dicit postea, quòd ab eo non possit alienari proprietas? Dic conuolauit ad secundas nuptias, & tunc oportet reseruare filiis prioris matrimonij, vt s. de secundis nuptiis. l. hac edictali. Vel etiam licet non conuolauerit, tenetur reseruare per authentic. eiusdem tituli. Vel pone — L. 1.

quando res mobiles datæ fuerunt in dotem, puta grex, vel aliquid simile, & ita non illicò erant restituendæ, sed intra annum, vt s. de rei vxo. act. §. exactio. Quare si ante tempus quàm essent soluendæ, sint apud hæredes vxoris, restituitur marito cum fructibus.

NE FIDEIVSSORES VEL MANDATORES pro dote dentur. Tit. xx.

1. *Specialis constitutio ciuitatis obtinet contra legem.*
2. *Mulier pro dote fideiussores dare potest.*

L. 1. SIVE EX IVRE. Scripto fortè in tribus codicibus Gregor. Theodos. & Hermogenia. *Siue consuetudine.* Sed nónne hoc est contra nos qui dicimus specialem constitutionem ciuitatis obtinere† etiam contra legem? Sed intellige quod hic dicitur, de consuetudine quæ præcedit legem, & cassatur per legem sequentem: tunc enim non habet potestatem, & ita intelligitur ff. de sepul. viol. l. 3. si verò consuetudo sequatur legem, ibi etiam contra legem: sed seruatur saltem in eo loco, distincto eo, fuerit vniuersalis, vel particularis, vt hic plenius notaui j. de longa consuetud. consuetudinis est. *Vt vir vxori*, s. constante matrimonio, sed soluto, potest. s. de reddenda dote: vt ff. solut. matrim. si constante. §. quotiens. mulier †tamen dare fideiussores pro dote potest: vt ff. de iur. dot. cùm dotis.

1. *Maritus fideiussorem dare pro dote non compellitur.*
2. *Mulier iuuatur S.C. Velleian. siue principaliter siue secundarió sit obligata.*

L. 2. GENERALI. *Pro dote exigenda.* In rubrica prohibet ne fideiussores dotium dentur: in nigro autem prohibet, mulieri ne exigat, ne compellatur dare fideiussores. *Maritus.* Et voluit intelligere dominus P. quod licet non compellatur † maritus dare: si tamen voluntate sua dederit, tenentur. sicut aliàs ff de fideiuss. Græcè. & instit. de satisdat. tut. in princ. Domino tamen in eo videtur contrarium, quia regula prohibet ne dentur, sicut alibi, ne quid in loco publico, ne vis ei. ne Christianum mancip. Iudæus, & similes. & ideò si contra factum fuerit, non tenet, vt s. de legib. non dubium & ita ex auctoritate rubricæ procedo, quod in legibus permissum est, vt ff. si cert. petat. l. 1. non in decretis, cùm non fuerint factæ à sanctis patribus, sed à magistro Gratiano: si verò alij qui principaliter se obligaret, non viro daretur dos, teneretur. Licet aliud sit in muliere quæ iuuatur Velleiano S. C. quia siue principaliter se obliget, siue † secundariò, sic ergo prohibitoria est rubrica, vnde si dati fuerint fideiussores pro dote, non valet, quia contra rubricam est, & ita contra legem quia sunt authenticæ. Potest tamen quæri vtrum valeret si renunciaretur auxilio huius rubricæ: & videtur distinguendum, vtrum vir sciat se non teneri ad hoc, an nesciat, vt in primo casu valeat, in alio non, vt ff. si quis cautio. §. si, & si quis. §. vlt. verumtamen siue sciat, siue ignoret, quia prohibitum est, videtur quòd ipso iure non teneat datio.

RE-

RERVM AMOTARVM. Tit. XXI.

1 *Potius interest non soluere, quàm solutum repetere.*
2 *Res amotæ compensatio ad dotem obijci non potest.*
3 *Compensatio tam in personalibus quàm realibus locum habet.*

COMPENSATIONIS. *Iure postulas.* Nostra enim potius L.1.
1 interest non soluere, quàm solutum † repetere, vt ff. de compen. l. 2. conueniebatur ergo vir actione ex stipulatu, vt hic dicit. Sed ex qua stipulatione? si dicis, pro dote: non vide-
2 tur verum, quia non potest obijci † compensatio rei amotæ ad dotem, vt s. de rei vxo. act. §. maneat. & ideò hoc quod hic dicit quòd conueniatur ex stipulatu, potest intelligi ex alia causa quàm dotis: locum e-
3 nim habet compensatio tam in personalibus † actionibus quàm reali-bus: vt s. de compensat. l. vlt. Vel intellige quòd detur pro dote, sed hic loquitur secundùm vetera iura, vbi soluto matrimonio poterit fieri compensatio. aliud de nouo, vt ibi: vel ibi amotæ erant, & in rebus humanis, sed ab vna parte erat species ab alia, quantitas vel ab vtraque species. & ideò non admittitur compensatio, vel si illud subtiliter inspiciatur, nullo modo contradicit, quoniam ibi non loquitur de compensatione facienda vel non: sed quando solutum erat matrimonium, nec obiiciebatur compensatio, sed ita dicebat, volo retinere dotem donec restitueris ea quę amouisti. hoc enim non potest fieri, nec est in dote speciale: sed etiam idem in commodato: vt s. com. modati l. vlt. si verò esset quæstio de compensatione, & vtraque esset quantitas debita, posset admitti, vt hic.

1 *Actio famosa inter virum & vxor. exerceri non potest.*
2 *Vtrum coniuges inter se furtum facere possint.*
3 *Actio rerum amotarum dicatur pœnalis.*
4 *Item an famosa appelletur.*

DIVORTII GRATIA. Idem si causa mortis sperata fiat amo- L.2. tio, vt ff. eod. si mulier. *Vxoris.* s. veræ, nam aliud in concubinam, vt ff. eod. si concubina; & ità oportet quòd de iure & de facto matrimonium inter eos consistat ad hoc quòd habeat locum actio ista, & quòd habuit animum amouendi res mariti. *Constante etenim matrimon.*
1 *&c.* Non enim potest intentari actio pœnalis † vel famosa inter virum & vxoré constăte matrimonio, sed soluto matrimonio, vt hic dicit, intentabitur actio ista: sed videtur quòd non sit famosa: quia inter famosas non enumeratur: vt ff. de his qui notan. infam. l. 1. nec pœnalis, quia duplum ex ea non sequimur, nec triplum. nascitur tamen ex furto, licet
2 quidam æstimauerunt coniuges inter † se non facere furtũ, quia societas iuris quodammodo eos facit dominos, vicissim, l. vnumquemque rerum alterius. Alij melius dixerunt eos facere furtum inter se, sicut facit furtum filius patri, sed furti non est actio, vt ff. eod. l. 1. & l. si mulier. §. vlt. In quo ergo casu datur furti actio si contra extraneum ex furto, & in eodem casu actio rerum amotarũ locum habet, si alia concurrunt quæ s. dixi. Datur ergo in subsidium actio furti, & quia mulier nõ

liberatur per interitum rei, sicut nec fur, ideò † dicitur pœnalis, & quia in ea iuratur in litem, nec iusto pretio debet res restitui, vt ff. eodem. si cùm dos. §. vltim. & lege sequent. famosa quidem ideò appellatur, non quòd infamet, sed quia grauatur † opinio mulieris, sicut dicitur in interdicto vnde vi. ff. de obsequiis. honori, & l. licet. Isto ergo modo pœnalis est, & famosa: licet enim propriè pœnalis esset, non daretur nisi in simplum, sicut dicitur in seruo corrupto: vt ff. de seruo corru. l. vltim. Hæc vera sunt soluto matrimonio, & durante soluto: si enim matrimonium redintegretur, actio vel iudicium rerum amotarum finitetur: vt ff. rerum amot. redintegrato. & l. vlt. *In factum*. Id est, in subsidium istius actionis, vel de dolo, vt ꝫ. de dol. si superstite.

L.3. DE REBVS. *Sed quantum ad eos peruenit.* Et in hoc differt à conditione furtiua, quia & ibi etsi non aliquid ad hæredes peruenit, nihilominus tenentur, vt instit. de oblig. quæ ex del. nas. §. vlt.

NE PRO DOTE. TIT. XXII.

L.1. ET VXORI. *Sanè si nullo relicto success. &c.* Si ponamus quòd nullum reliquit successorem, poterit succedere, vt ꝫ. vnde vir & vxor. vel postulabit quòd mittatur in possessio. bonorum eius, vt dicit.

DE FVNDO DOTALI.

TIT. XXIII.

1 *Dos alienari prohibetur.*
2 *Æstimata prædia quando alienari possunt.*
3 *Omnis actus per quem dominium transfertur est alienatio.*
4 *Quandoq; sub masculino comprehenditur fœmininum.*

L.1. SI ÆSTIMATA. *Lex Iulia locum habet.* Quæ vetat alienationem † dotis voluntariam, & non necessariam: & ideò statim subiungit quid sit alienatio. Est autem alienatio, &c. Et quando æstimata † prædia alienari possunt, vel non: distingue vt ff. eod. erit ergo. & legibus præcedentibus quæ tractant de materia ista. Ei autem quod hîc dicitur, est autem alienatio, &c. assignatur contra ꝫ. de reb. alienis non alienandis. l. vltim. Vnde quidam dixerunt quòd hoc debet legi conuersiuè, vt ponatur hoc quòd est ex parte prædicati, ex parte subiecti, sic omnis actus per quem † dominium transfertur, est alienatio, non autem econuerso: est intelligendum, quòd scilicet alienatio sit omnis actus & solus per quem dominium transfertur. Vel dic quod ibi dicitur, aliquid alienatum quamuis dominium non transferatur, ex interpretatione præcedentium, sicut & interpretantur quandoque quòd sub † masculino comprehendatur fœmininum, non tamen masculinum est fœmininum: & ita

& ita impropriè sumitur alienatio:hic autem propriè,vt ff.de verb.sig. alienationis.

1 *Fundus dotalis quando alienari potest.*
2 *Prælatus neque minor ad diuisionem prouocare non possunt.*

MARITI. *Licet ipsi possint prouocari.* Cùm enim prouocantur ad diuisionem,necessaria videtur alienatio,& ita permittenda, ff. eod.l.1.Item potest alienari aliis quibusdam rationibus † fundus dotalis,vt ff.de iur.dot.ita constante.& l.vlt.siquidem esset voluntaria alienatio; quod videtur si ipsa prouocet,non permittitur,vt ff.de condict. furt.& ideò.Sic ergo prouocare non possunt ad diuisionem, sed prouocari.Item est † in prælato ecclesiæ,& minore,vt j.de prædiis minorum,inter omnes.& quando decreto opus non est. L.2.

DIVORTIO FACTO APVD QVEM LIBERI morari vel educari debeant.

TIT. XXIIII.

1 *Educatio liberorum apud quem fieri debeat.*
2 *Quando apud matrem expensis patris aluntur liberi.*

LICET. *Neque diuisio celebretur.* Distinguebant enim mares à fœminis, vt scilicet, apud patrem filij sunt:sic alibi j. de custod.quoniam vnum.*Competens iudex est.*Quia si †mino-res sunt trimo,morabuntur & educabuntur apud matrem: si verò maiores,apud patrem,vt j. de patr.potest.l.vlt.: Habes hîc authent.SI PATER, &c.In codice domini mei est,Nisi pater minus.Et est illa litera melior quam si habeas, si pater: quia illa litera habetur per authentic. vt liceat matri & auiæ. & referendum est quod dicit, nisi ad superiorem casum,quando pater præstitit causam diuortij: tûc enim aluntur liberi † expensis patris apud matrem, nisi fuerit minùs idoneus,&c.Vt dicit in corpore authent.& intellige si mater non peruenit ad secundas nuptias,vt hîc dicit.nam tunc non essent apud eum, cùm nedum filiorum substantiam, sed etiam vitam plerumque addicunt,vt j.de administ.tut.lex quæ tut.nec posset referri ad casum proximum,si verò contra,&c. quòd sc.apud patrem alantur expensis matris:hoc enim non est nisi sit pater minus idoneus. L. 1. *In antiquo legitur, Si præstet, &c.*

DE ALENDIS LIBERIS ET PARENTIBVS.

TIT. XXV.

PARENTVM.Per virilem sexum vel fœmineum contingentiū, matris etiā quæ vulgò quæsiuit,pro modo facultatum,vt ff.eo. siquis. L.1.
COMPETENS IVDEX. Planum est. L.2.
SI COMPETENTI. *Præstare iubebis.* A patre suo. *Æstimabis.* Vt not.s.tit.1. L.3.

1 *Alimenta quando denegari possunt.*

L. 4. SI PATREM. *Officio debito promerueris.* Ergo propter ingratitudinem videtur † quòd possent denegari alimenta, vel si filius patrem 1 accusauit de crimine, vt ff. eod. si quis ali. §. si quis ex his. *Examinabit.* Summatim, vt ff. de lib. agnat. si quis ali. §. si vt. quandoque tamen alit, etsi non sit filius, vt ff. eod. l. 1. §. idem Iul. scribit hoc cùm filius nequit se exhibere, alioquin non cogitur, vt ff. eod. si quis ali. Habes hîc auth. QVEMADMODVM EST, &c. *Matrem egentem.* Secus si locuples sit, vt ff. eod. si quis ali. §. si impubes. & l. vlt.

L. 5. NEMINI. Laico vel clerico. *Constante matrimonio.* Carnali vel spirituali.

Sic in vete ri libro reperimus.

DE CONCVBINIS, NATVRALIBVS LIBERIS, & matribus eorum ex quibus cau.

TIT. XXVII.

1 *Imperator non potest imponere necessitatem, sed indicare.*
2 *Pactum de futura successione fauore filij naturalis quando valet.*

L. 1. SENATORES. *Seu perfectissimos.* Aliàs præfectissimos. *Vel sacerdotij.* Non loquitur de sacerdotio, i. presbyterio, sed specialiter de quadam dignitate. sicut exponit, quæ expositio difficilior est ipso textu, secundùm Io. *Maculam subire infamiæ.* Ipso iure, sicut in muliere nubente, infrà tempus luctus. s. de sec. nup. l. 2. *Si ex ancilla, vel ancillæ filia, &c.* Habes hic authent. NOVO IVRE. *Huiusmodi mulieres.* s. libertæ & tabernariæ, & aliæ quæ enumerantur hîc præter ancillas, cum quibus earum conditio impedit matrimonium, vel potius contubernium, vt s. de incestis nuptiis cum ancillis. In hoc autem similiter excipit de ancillis, in fine authentic. & ita lex ista non corrigitur in ancilla, sed in aliis, dummodo conficiantur dotalia instrumenta, & c. vt & suprà dixi de nuptiis. l. imperialis. j. authentic. & ita pater in quo corrigitur lex, sed & in eo quod dicit lex de concubinatu quem cum his habere non possunt, fortè non corrigitur, quia authentic. loquitur de legitimis & naturalibus tantùm. *Vel nostri prærogatiua rescripti.* Nota quòd non valet imperiale rescriptum, vbi filij non sunt legitimè suscepti: nisi fortè Imperator dicat, non obstante tali lege, quia non potest † imponere necessitatem, sed indicare: 1 vt s. de legibus. digna vox. & ita fecit dominus meus verba indulgentiarum quandoque. *Aut fratri aut sorori.* Aliud de iure authentic. quia pater & mater præferuntur fratribus. *Sed & vxori.* Id est, amicæ. *Aut fisco nostro.* Deficientibus illis. *Pacto vel iureiurando exclusi.* Notandum est quod dicit, quòd nolunt agere propter pactum interpositum, & facit ad hoc quòd si aliquis habeat filios naturales, & cognatos vel agnatos, & faciant pactum cum agnatis vel † cognatis ne inquietent 2 eos in his quæ donabit eis vel relinquet pater, quòd non possent eos inquietare: sed & si in vita sit, videtur de successione paciscí, cum eis deferetur hæreditas si decederet pater: & ita non valet: vt supra de pactis. l. vltim. si autem postea, valet. *A defensione.* Id est, à fisco ita se defen-

defendere poterunt. *Vel uxoribus*. De facto, in principio: quia contra legem. *sub pœna quadrupli*. Sic infrà, de iure fisci. qui in contractibus.

L.2. MATRE, &c. Alicuius qui habet filios naturales. Habes hîc authent. NVNC *liberis soli*. Scilicet, legitimi. *Non etiam mater*. Scilicet, legitimam ipsius patris. Sequitur aliud, LICET *pater, &c. Nec superstiti coniunx legitima*. Sed de ea quid ad rhombum? cum cognatis extantibus nil ex successione vendicare possit: vt ǰ. vnde vir & vxor. l. 1. Respon. licet non capiat, parat tamen impedimentum naturalibus ne capiant, vt ita capiant cognati, qui vincerentur à naturalibus si vxor non esset in medio: sic ff. ad Tertullia. l. 2. §. obiicitur. & l. æquissimum. §. 1. sed arg. contra. ff. de diuer. s. tempor. de accessionibus, nam cùm naturales vincant cognatos, & cognati vincant vxorem: ergo & naturales debeant vincere per regulam illam, sed hîc contradicit: vnde fallit hic & ff. qui pot. in pig. Claudius.

L.3. SI QVIS. *Seu liber, &c*. Hanc legem & sequentes vide per te vsque ad illam, Cùm quis à muliere. Ibi enim legitur authent. QVOD IVS, &c. *Etiam ex his qui ex ancilla sunt*. Ita posuit dominus Irnerius, sed salua gratia sua non est ita, quia authentica illa, vt liberti de cætero, non facit mentionem de his qui erant legitimi prius: & ideò per auth. illud non videtur aliud corrigi de trieute & semisse, & vt pleniùs scias de liberis istis qualiter succedant, potes hîc legere auth. LICET *patris, &c*. Vel etiam legas in l. 2. si post aliud authent. *Praeterea qui, &c*. Post item fine. Et vltimo auth. *Item si quis*. Alias duas leges sequentes tu ipse dispice.

Reliquæ leges huius tituli desunt in manuscripto.

DE TVTELA TESTAMENTARIA.

TIT. XXVIII.

1 *Tutor à patrona, liberto dari non potest.*
2 *Tutor tenetur de gestis & gerendis.*
3 *Gestor de gerendis non tenetur, sed de gestis.*

L.1. QVEM DICIS TIBI, &c. *Nulla actione tibi tenetur*. Non enim fuit tutor, quia à patrona 1 † non potest dari tutor liberto. cùm eum non habeat in potestate, & tutoris datio permittitur circa eos quos in potestate habemus, vt instit. de tutel. §. promissum. idem in quolibet extraneo, sed ratione reuerentiæ quam libertus patrono præstat, videbatur quòd posset dare, sicut pater filiis, sed non ita est, sin autem iure datus 2 fuit tutor, tenetur de † gestis & gerendis: vt ff. de ritu nuptiarum. si quis tutor. §. qui autem. si verò administrationi se non immiscuit, nulla tenetur actione, neque tutelæ, neque neg gest. directa tamen datur vtilis, vt ff rem pup. sal. fo. l. 4. §. illud. Sponte ideò dicit, quia non tenebatur, & ideò si administrauit, tenetur tanquam quilibet 3 spontaneus gestor, qui tenetur de † gestis, non de gerendis: sufficit enim si cui vel in paucis, &c. nisi quando accessit omnia

gesturus, vel vnum si alius volebat attingere omnia, & contemplatione ad hoc non accessit, vt ff. de negot. gest. si pupilli. §. vlt. & ĩ. de negot. gest. si tutori. Præterea si sciat se non teneri, seruatur quod dictum est, si quidem credat se teneri, non debet deserere donec denuntiauerit amicis & necessariis pupilli, vel petierit qui administret: vt ff. de admin. tut. tutores qui post. §. 1. & de eo qui pro tut. l. 1. §. vlt.

1 *Constituẽdo posteriorem procuratorem, prior intelligitur reuocatus.*
2 *Tutorem habenti tutor dari non potest.*

L. 2. ETSI A PATRE. *Et vterque voluntate testatoris tutor erit.* Secus in procuratoribus, quia si aliquis duos dederit procuratores diuersis temporibus, posteriorem dando priorem † prohibuisse videtur, vt ff. de procurat. si quis cùm. §. vlt. vel non est aliud, quia licèt hic vnus fuerit primò datus in testamento, alius postea in codicillis, eodem tamen tempore videntur dati, quia vtriusque datio confirmatur ab adita hæreditate: nec obloquitur huic legi quod aliàs dicitur, quia tutorem †habenti tutor dari non potest. Hìc enim datus fuit in codicillis testamento confirmatis: vt ff. eo l. 3. vnde pro eodem habetur ac si testamento essent dati, alioquin codicillis dari non possent: in testamento autem plures dari non prohibentur, vt ff. de excusat. tut. si is qui. Hodie verò non confirmando potest dari tutor, vt instit. de codic. §. non tantùm.

L. 3. SI TVTORES. *Nobis dati.* Aliud si à iudice, vt ff. de tutel. & ration. distrah. l. si tutor. *Id est, pupillarem ætatem.* Quandoque cùm fit mentio legitimæ ætatis vel perfectæ, intelligitur ætas xxv. annorum, vt ĩ. de his qui ve. ætat. l. vlt. *Non pertinet.* Legitimæ enim non est locus, dum testamentaria superest, vt ff. eo. si quis. & nedum illa est ratio, quia testamentaria præferrur legitimæ, sed quia minor est, vt j. de legit. tutel. l. vlt.

1 *In deferenda tutela prætor iudicium defuncti sequi debet.*
2 *Mater plus priuilegij habere debet quàm extraneus.*

L. 4. MATER TESTAMENTO. *Dare non potest.* Si enim non potuit cùm non habet eos in potestate, vt instit. de tutel §. permissum. ergo nec mater poterit, quæ nunquam habuit eos in potestate. *Nisi eos hæredes, &c.* Si enim instituit eos hæredes, poterit eos dare tutores, & habet necesse † prætor sequi iudicium ipsius, causa tamen cognita, quia inquirere debet de facultatibus, & remittitur satisdatio rẽ pupilli saluam fore: si verò non instituat hæredes, non habet necesse confirmare. Potest tamen si viderit expedire, sed nónne idem est in extraneo? omnino dici potest quod plusculum mater † habeat quàm extraneus, quia ab extraneo dati confirmantur ita demum, si tantùm, in bonis suis propriis sint instituti, nec habeant alia bona, secus in matre: quia dummodò instituantur debent confirmari, siue bona matris tantùm habeant, siue matris, & sua Pater autem semper siue filio instituto hærede, siue exhæredato, dummodò habeat in potestate, vt ff. eo. l. 1. & l. pater. & ff. de confir. l. 1. & 3. *Pro tutela nihilominus neg. gest.* Quia impedit, non illa aliam.

1 Cu-

1 *Curator cur adiungitur tutori.*
2 *Datio tutoris in seruo, quando tenet.*
3 *Res aliena legatum quando valet.*

L.5. SI PVPILLORVM. *Pupillus dato.* In testamento, vt cesset opposi-tio, si intelligas à iudice, quid est quod dicit, quod postea redemptum habeat, cùm tutorem habenti tutor dari non possit, vt ꝗ in quib. caus. tut. habenti. Respon. Quia si interim datus est tutor, verum est quòd tutor est, sed quia non sufficiebat, vel quia auctæ erant facultates pupilli. ideo adiungitur † curator. Vel meliùs, quia est intelligendum quando vnus purè datus erat tutor in testamēto, alius post redēptionem & manumissionem, ille remanet tutor, & iste adiungitur curator. Ex verbis enim testamenti directè esse non potuit tutor, quia non erat liber homo: vel glossa curatorem, id est, tutorem, vt sæpe fit ꝗ. qui dari tutor. possunt. authent. minoris. & ꝗ. tit. prox. si vt proponis. Et certè quando aliquis dat tutorem seruum suum, & scit suum, videtur libertatem dedisse directam: & ita liber erit ab hæreditate adita: vt instit. eodem. sin autem seruum suum credat alienum, haberet seruus fideicommissariam libertatem, & postmodum esset tutor. Si verò seruū suum † credidit liberum, non tenet datio tutoris: idem & si seruum alienum quem dat tutorem, putaret esse liberum: si autem seruum alienum scit esse alienum, purè non potest dare eum tutorem in testamento, sed ita, cùm liber erit, proprius autem seruus inutiliter eo modo datur tutor. Sin autem alienum seruum credat esse suum, dixerunt quidam quòd non tenet, sicut legatum † rei alienæ, quam testator credit esse suam, non tenet. Io. tamē contra. & dixit dari fideicommissariam libertatem, cùm sit res multùm fauorabilis libertas, & ideo non est mirum si aliud est hîc, quàm in legato: quia tale legatum relictum cōiunctæ personæ tenet, ergo multò magis debet dici hîc quòd valeat propter libertatem, vt ff. de fideic. lib. & si non adscripta.

L.6. SI TIBI PATER. Planum est.

L.7. TVTELÆ. *Inutil. test. dari non ambig.* Sed datus confirmari potest.

L.8. TVTOREM. *Græcis verbis.* Contra videbatur ex eo quòd leges primò Græca lingua conditæ fuerunt, vel quia Græcis tantùm verbis posset dare tutorem, Latinus verò Latinis, secundùm Io. *Ac si legitimis verbis.* i. Latinis, quibus ipsa lex scripta est.

DE CONFIRMATO TVTORE.

TIT. XXIX.

Sic in vet. libro reperimus.

L.1. TESTAMENTO DATI. *Si instituit,* debet quidem confirmari datio, quia ex se non tenet, causa tamen cognita, id est cum inquisitione, vt hîc dicit, & ī. titulo prox. l. mater. quod dic, vt in summa diligenter notatur §. vlt.

L.2. NEQVE PER EPISTOLAM. *Seruari solet.* Debet ergo seruari voluntas testatoris, licèt ex imperfecto testamento quantum ad tutelam, quia confirmantur, nec petetur alia satisdatio, vt ff. eod. l. 2. & l. si filio. si tamen facultates eius suppetant: vt ff. de episcopali aud. de creatoribus. & instit. de satisd. tut. sed si testator credidit diuitem, &

erat pauper, prætor poterit petere, vt ff.eo.vtilitatem.

L.3. SI VT PROPONIS. *Curatores.* Id est, tutores. Vel intellige si voluit testator esse curatores.

L.4. NATVRALIBVS. *Se confirmare.* id est, Petere confirmari: & ita dico condemnare, quando peto te condemnari mihi.

DE LEGITIMA TVTELA.

TIT. XXX

L.1. AD AVVNCVLOS. Auunculus est frater matris, & ita cognatus: sed patruus est agnatus, quia frater patris: & ideo admittitur ad tutelam, non auunculus: vt de agnatis dicit in l. sequenti. sed hodie sublatum est, vnde habes auth. SICVT HÆREDITAS.

L.2. AD AGNATOS. Planum est.

L.3. EX CONSTITVTIONE. *Lege Claudiam*, Quæ alios filiabus, alios filiis volebat tutores esse.

L.4. FRATER. Assignatur contra instit. eod §. vlt. sed contra. est inter fratres, vel patrem, & filium, quia ibi non admittitur ius agnationis minima capitis diminutione, vt hîc, & instit. de leg. agnat. success. §. vlt. secus per l. superiorem. & s. de inoff. test. fratres.

Sic in vet. libro.

L.5. NEMO ALIVS MINOR. Cui scilicet ætati, vel cui, id est, quibus. *Plenissimo iure hypothec.* Hîc est arg. quòd minorum res non obligentur tacitè pro dote.

QVI PETANT TVTORES VEL CVRATORES. TIT. XXXI.

1 *Tutor quando adolescentem admonere tenetur, vt curatorẽ petat.*
2 *Actio negot. gest. datur pro vno negotio.*

L.1. ADMONE, &c. *Tu creditor.* Dat ergo bonum consilium lex ista, quòd admoneat adolescentem vt † petat sibi curatores dari, vel si in petendis his cessauit, potest creditor iudicem adire, in dandis curatoribus officio suo fungatur: si verò adolescens habeat curatores, & volunt eum defendere, nec aliquis alius patietur bonorum venditionem: vt ff. de bon. auc. iud. poss. l. si minor. nec faciat vim in eo quòd loquitur in plurali numero de curatoribus. nam idem in curatore, cùm vnus vel plures possunt constitui ad causam, & est simile in actione neg. gest. quæ † pro vno datur negotio: vt ff. de neg. gest. l. 3. & idem in actione vi bon. rap. *Competentem iudicẽ.* Quis est competens iudex? vide in summa qui dare tuto. § 1. & 2. *Officio suo fungitur.* In hoc enim casu inuitus cogitur curatorem accipere: licèt alias non ita sit, vt instit. de curat. §. item inuiti. & ff. de tutelis. l. 3. §. penult.

Sic in vet. libro.

1 *Operæ libertorum, cur dicantur obsequiales.*
2 *Quando quis de libertate in seruitute reuocatur.*

L.2. PATRONI *& cura.* *Nomina edere.* id est, manifestare. *Ex quibus* sc. nominum editionibus: vel ex quibus, id est, ex prætoris aditione, & nominis

nominis editione. *Obsequij deserti.* ideo dicit, quia operæ quæ deben-
1 tur patrono, dicuntur † obsequiales speciali nomine, vel etiam offi-
ciales: vt not. s. de in ius vocan. venia. & j. de operis libert. periculum.
sed quod erit periculum? scilicet vt accusari possit de ingratitudine, &
2 reuocabitur † de libertate in seruitutem: vt ff. de iure patronat. ingra-
tus. sed alia l. videtur contradicere. j. de libera. cau. solo. dic ergo, quòd
pœnam patitur non quòd reuocetur in seruitutem. castigabitur enim
& fustigabitur: vt s. de iure patron. l. 1. & ff. eod. l. 2.

IN LOCVM. *Vel in perpetuum.* Ideo dicit in perpetuum, quia si ad tempus esset relegatus, non defineret esse tutor, & daretur interim curator pupillis: vt instit. de cura. §. pen. L. 3.

SI FILIIS. *Necessarij.* Sic fiunt ff. de iust. & iure. l. vlt. & Iob dixit, Necessarij mei venerunt ad me. *Potes.* Dicit ergo consilij causa, non quòd sit necessarium. & de tali consilio habes s. eod. l. 1. L. 4.

AMITA. *Non prohibetur.* Videbatur contrà, quia sicut ipsa nō potest esse tutrix, videretur quòd nec tutores posset petere. matri etiam soli & auiæ permittitur tutela. sed hîc contradicit. hodie etiam cogitur quicunque potest ei succedere ab intestato: vt j. de legit. hæred. sciant. L. 5.

1 *Mater prouidere debet ne malè administrent tutores.*
2 *Mater quando necesse habet petere tutores.*

MATRIS *pietas,* id est pietas materna. *Secus,* id est malè: vel secùs, id est, aliter quàm oportet, &c. *In re pupilli filij agatur.* Ergo debet
1 prouidere † ne malè administrēt tutores: & si fecerint, debet eos accusare vt remoueantur. sed si hoc, contra erit ff. eod. l. vlt. §. vlt. dic ergo hoc consilij causa, non quòd sit necessarium ei facere: necesse tamen
2 habet † petere: vt ff. eod. l. 2. §. si mater non petierit. *Filius.* Nisi impuberi: vt ff. eod. l. 1. L. 6.

ADMONE. *Quo maturiùs,* &c. Istud respicit inferiora verba, *petere cura,* &c. Datur etiam aliud remedium, ne currat vsura, vt scilicet consignet, offerat, & deponat: vt ff. de administrat. tut. tutor. §. vlt. & j. de vsur. pupil. pupillus. L. 7.

CVM A MATRIBVS. *Sedulam.* Debet enim esse sedula circa officium petendi curatoris, sicut & scholaris circa lectiones suas in camera, non ire per ciuitatem. *Impedimentis.* Id est, læsionibus. L. 8.

1 *Curatorem habenti, curator dari potest.*

CVM IVRE. *Tutor dari non possit.* Nisi in casibus: vt j. in quibus cau
1 sis tut. hab. aliud est in curatore, quia † curatorem habenti potest dari curator: vt ff. de tutor. & curat. da. ab his. curatorem. *Non postulare.* Cùm habuit tutorem. L. 9.

NEPOTIBVS. *Solemniter petes cur.* Patruus magnus. sed patruus simpliciter est frater patris mei. potest ergo petere tutores: non tamen habet necesse, nec excluditur à successione, matre repulsa, vel etiam per fiscum: quod videbatur: vt ff. de inoffic. testa. Papinianus. §. meminisse. imò vbi fuit negligens in petendis tutoribus, sequens gradus admittitur fisco excluso: vt ff. ad Tertull. l. 2. §. vlt. & notaui j. de legit. hæred. sciant. L. 10.

1 *In damno vitando, non nocet iur. ignorantia.*
2 *Ignorantia iur. naturalis non excusatur.*

L. II. MATRES. *Naturalibus etiam filiis.* Quid incestuosis & vulgo quæsitis, nunquid habet necesse petere tutores? & licet quantum ad patrem non sint filij, vt suprà de natura. lib. & de incest. nuptiis. aliud quoad matrem, quia semper certa est, vnde succedit vulgò quæsitis: quare habet necesse petere, *Nulla eis ignorantia iuris.* Sed videtur malè dicere, quia iuris ignorantia † non nocet in damno vitando: vt ff. de iur. & fac. ignoran. error. & l. regula. Respond. verum est de ignorantia iuris ciuilis. sed hîc ignorabat ius naturale, quod non excusat † à damno vitando: vt s. de in ius voc. venia. 1 2

VBI PETANTVR TVTORES VEL CVRATORES. TIT. XXXII.

1 *A quibus magistratibus tutores minoribus petendi sunt.*
2 *Magistratus domicilij tutorem dare potest.*

L. I. MAGISTRATVS, &c. *Vndè filij tui originem, &c.* Sunt ergo petendi † tutores vel curatores minoribus à magistraribus, vnde originem duxerunt per se, vel ex persona patris s. legitimi. si verò non esset legitimus, matris forum sequuntur: vt ff. ad municip. l. 2. *Facultates.* Possent alicubi habere facultates, & non domicilium. sed hîc non ita loquitur. *Morantur.* Ratione domicilij, puta quia erant ibi causa studij. & quantum ad tutelam non sortietur ibi forum. vel fortè dare poterit magistratus vbi † habet domicilium. vel vnde duxit originem: vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. 1 circa finem. 1 2

DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS ILLVSTRIUM & clarissimarum personarum.

TIT. XXXIII.

L. I. ILLVSTRIBVS. *è numero.* e, pro ex. *Senatus ampliss.* Erant enim senatores numero centum. *Ex quolibet ordine.* Siue nobili, siue ignobili. *Expertésque damni.* Quia verò tenentur actione in factum subsidiaria, licet minus bene faciant in causa ista. *Plures ad hoc, &c.* Recordare de eo quod habuisti s. qui petât tut. quia ordinabitur vnus vel plures, sicut videbitur necesse. *Vt quem cœtus ille.* Cœtum appellat, quando sunt x. vel xii. *Solemnitate seruata.* Quia satisdant rem pupilli saluam fo. *Interponatur decretum.* De traditione rerum: vt j. de magistra. l. vlt. & j. authent. vt hi qui oblig. res mino. §. vlt vel fortè de sumptibus in pupillum faciendis: vt j. de administra. tu. l. 3. *Curiales.* Ex hoc dicunt eos curiales esse, quia semper consiliis publicis intererant.

QVI

QVI DARI TVTORES VEL CVRATORES possunt, & qui non possunt.

TIT. XXXIIII.

GENERALI. Planum est quod hic dicitur. L.1.

1 *Affirmatiua saepe exponitur per negatiuam.*
2 *Seruus quoad causam pro libero habetur.*
3 *Curator vsque in tempus pubertatis perseuerare debet.*
4 *Pueri à postulando excusantur.*

Haec lex vt ima superioris tituli. Sic tamen reperimus in manuscripto.

CVM TIBI. *Si de statu tuo constaret.* id est, si constaret te liberum. *Quo magis.* Si legas magis propriè (quod melius est) refer ad totam illam orationem,non oportuit impediri, L.1. & erit sensus,quia hoc quòd controuersia fuit mota libertatis,non oportuit impediri quo magis curator tibi daretur , &c. imò eo non auferente impedimentum curator magis debet tibi dare:vt sic notetur effectus remoti impedimenti.vel pone impropriè,quo magis, id est,quominus.sic ibi glossauerunt antiqui,quasi dicat , hoc non potest afferre impedimentum quo minùs, &c. & tunc refert quoad illud solum quod dicit impediri : vt sit sensus, quo impedimento curator tibi minùs daretur. & sic saepe fit vt affirmatiua † exponatur per negatiuam:vt supra de iudic.quotiens.Quia interim pro libero habebaris.erat enim in possessione libertatis.quare valet datus curator interim cùm crederetur liber.sic in Barbario Philippo:vt ff.de offic.praesid. Barbarius.& in testibus adhibitis,vt in tit.1.de testamen.testes. vel intellige quòd si fuerit in libertatis possessione siue seruitutis , valeat interim datus curator:quia quoad † causam habetur pro libero : vt j. de libe.caus.lite ordinata.& ff. de liberali causa ordinata. cùm enim teneat principale iudicium ratione dubitationis,quod aliàs non valeret, quia non potest esse iudicium inter dominum & seruum ,ergo & curator dari poterit:vt hîc.&consonat quod dicitur,vt ff.de tut.& cur. dat.ab his,ei qui de statu.quia dicit propter dubitationem dari posse curatorem.sed tamen quod postea addit,vt ita demum teneat datiò, si liber pronuntietur,videtur contradicere quod hîc dicit.eu. quòd etsi non fuerit liber,cùm hoc dubitetur,interim tenebit. sed dic quòd ibi non fuit datus curator ad causam, sed ex causa scilicet vt omnia bona eius generaliter administraret. tunc.n.nō tenet datio,nisi fuerit liber, vt ibi dicit. sed tamen ex quacunque causa curator fuerit datus impuberi , videtur quòd debeat perseuerare † vsque in tempus pubertatis: vt ff.eo curatorem. hic autem loquitur quando ad causam status datus fuit tantum.cum enim dubitetur de statu suo,interim debet haberi pro libero , quamuis fortè non sit liber. sed alibi licet certum sit aliquem seruum esse,quia certum est ipsum consequi fideicommissariam libertatem, valet datio : vt ff.eod.si impuberi. *Maritus curator creari potest.* Videtur contra.instit.de excusa.tut.§.vlt.ibi enim dicit quòd debeat se excusare.ergo si ipse velit admittetur. sed hîc fallit, quia pueri † excusantur à postulando,& caeci:non tamen si vellent admitterentur : vt ff.

L.2.

Sic in vet. libro reperimus.

de postuland l.2.propriè autem dicitur ille se excusare, qui & accipere posset,non tamen compellitur.vnde minori vel militi nō est opus excusatione:vt instit.de excusat.tut.§.minores.& est ratio quare non admittatur:quia si malè administraret,cùm mulier eum timeat,non peteret rationem.vnde sicut prohibetur ne contrahat cum illa quam habet in cura:ita si primò contrahit,& post velit creari, non potest. nec obstat ·j.de excusat.tut.cùm amplissimi.quia quod ibi dicit, non dicit nisi causa consili.

L.3. LVMINIBVS CAPTVM. Id est,priuatum.*Falso tibi*,&c. Ita est ratione morbi.sic ·j.qui morbo.

L.4. ARMATÆ Militiæ. Nónne idē est in clerico?nō: imò licet eis si sponte voluerint accipere,& hoc manifestare intra quatuor menses,vt ·s.de episcopis authen.presbyteros. *Negot.gest.act.* Quia datur in eum qui sponte gessit,vel necessitatis suspicione:vt ff.de negot. gest.l.3.§.actione.sed & pro tutela dabitur:vt ff.eod.qui pro tuto.l.1.

L.5. NEQVE *à præside alterius prouinciæ.* Vnde ita legitur ff.de iurisdic. omn.iud.l.vl extra territorium.ita est in datiuis. secus in testamentario:vt ff.de tutelis,etiam.

L.6. QVOD DICIS.Fortè erat creditor pupilli iste qui ita dicebat.ille enim ita potest matrem admonere:& si non petat, iudicem adire potest,vt dicit:& habuimus ·s.qui petant tut. *Etiam ipse*.sc.præses. *Ab ipso*.sc.præside,vel etiam ab ipso magistratu municip.

L.7. IN SERVILI, &c. Assignatur contra.instit.qui dare tut. poss.sed ibi loquitur in testa.vbi licet fauore vltimæ voluntatis, non tamen sequitur quòd ita debeat fieri per sententiam. & ita in hoc differunt datiui & testamentarij:& quia in testamento dari potest in diem vel sub conditione.secus in datiuo,quia actus legitimi nō recipiunt diem vel conditionem:& sic serui non possunt esse nisi testamentarij. Item non municeps:vt ff.de tutelis,etiam non municipes. & de tut. & curat.datis ab.ius dandi.& l.Diuus Marcus.sunt & aliæ differentiæ quas quilibet videre potest.

1 *Patris approbatio,omnem fraudem excludit.*
2 *Iuramento recusantis tutelam, decidiatur causa.*

L.8. CREDITOREM.Hæc lex corrigitur per authent. hic signatum MINORIS *debitor*,&c.Tenetur ex alia causa quàm tutelæ. alioquin non esset quis tutor sine curatore: quia tutorem non obligari pupillo,etiam si bene gerat,vt rationem reddat,est impossibile.Item hoc potest intelligi in multo debito,non in paruo,puta CL vel sextario Regerij.sicut contingit de facto.quis diceret repelli tutorem habita contra eum præsumptione,qui aliàs videtur idoneus, arg. ff.de transact. cùm hi.§ modus. & modicum fortè dicetur vsque ad duos aureos: vt ff.de dolo,si oleum in fi.vel prout æstimabit iudex. Idem dixerunt doctores nostri in tutela,& præterea in nouell.loquitur de tutela, & etiā in corpore authen.& tunc intellige de tutore legitimo vel datiuo.si verò detur in testamento tutor quem sciebat testator creditorem, quidā dixerunt quòd non tenet.dominus verò meus contra, quia patris approbatio videtur † omnem fraudem excludere: vt suprà de episcopali 1 audien-

audientia, de creationibus, & præterea remittitur eis satisdatio: vt inst. de satisdat. tutor. vnde cùm hi prohibentur hac sola ratione, ne furentur bona pupilli, vt in corpore authenticæ dicit, nec hæc causa sumpsit, hîc videtur quòd possint dari in testamento. *Vt iuret se minorem*, &c. Mirabile est de isto iuramento, quia si iuret minorem se credere obligatũ,† causa deciditur. aliàs non, nisi deferretur: vt s. de non num. pecu. contra qui propriam. sed contrar. est hoc: quia aliàs cùm peto aliquid ab aliquo, & dico ipsum mihi obligatum, non possem extorquere propter tale sacramentum. sed hîc non dicebat se obligatum, nec volebat aliquid extorquere: sed iurat vt liberetur à manibus vocantis, & relaxetur à violentia quam ei inferr: quia vocabat eum ad tutelam, iuuatur solutione, & ita est contra regulam generalem, quòd solutione non liberatur quis: vt instit. quibus modis obl. tol. Præsumit enim lex soluisse de bonis pupilli. *Sed & successione*, &c. Consonat ei quod habuimus j. ne liceat poten. tutor enim potentior videtur quantum ad officium.

L. 9. SI SORORIS. *Legitimo patruo constituto*. Tantùm, non auunculo de iure veteri: vt s. de legit. tut. l. 1. hodie contra, vt j. de legit. hæred. sciant.

L. 10. TVTOREM HABENTI, &c. Aliàs est litera, curatorem. & tunc intellige, quia curatorem habenti curator dari poterit. ff. de tuto. & cur. curatorem. non tamen nisi causa cognita: vt hic *Cùm actorem periculo*, vt instit. de curat. § vlt.

L. 11. IN VNIVERSIS, &c. Generale est. fallit in momentaria possessione: vt s. qui legit. perso. l. vlt. & nor. j. si per vim, vel alio modo. *Controuersia finiatur*. & ita j. de auctor. præstand. l. clarum.

L. 12. CVRATOR. Planum est.

L. 13. NE MAGISTRATVVM. *Ne patrimonialem*, &c. Ita est in colono Cæsaris: aliàs in colono fisci: vt j. de excusat. coloni.

L. 14. TVTELAM. Plana est lex ista.

Hac lex est prima seq. tit. sed ita reperimus in vet.

QVANDO MVLIER TVTELÆ OFFICIO fungi potest. TIT. XXXV.

L. 1. MATRES. *Sed ne sit facilis in eu*, sc. nuptias.

1 *Renuntiatio generalis beneficio legali tenet.*
2 *Mulier S.C. Velleian. renuntiare debet.*
3 *Notarij serui publici appellantur.*

L. 2. 1 SI PATER. *Et renuntiet*, &c. Nota quòd renuntiatio † generalis beneficio legali tenet. sed in casibus necessaria specificatio. Hic habes authent. MATRI *& auia. Secundùm ordinem*. Ideo dicit de ordine, quia primò admittitur quàm auia. *Permittimus*. Non dicit cogimus. & videtur quòd non sit testamẽtaria vel datiua, vel legitima: vt not. j. ad Tert. omnium. *Renuntiauerit*. Sed quare renuntiat Velleiani auxilio? nónne videtur suũ neg. gerere si tutelã accepit, & se pro se obligare, & nõ pro alio: & ita non videtur

intercedere, nec debere renuntiare: vt s.ad Velleia.si mater.Respon. quia non dicit propter hoc, imò quia cùm accepit tutelam, oportet eã obligare pro pupillo suis creditoribus, vt promittere quòd soluet, aliàs magnam pateretur iacturam pupillus: & ita oportet eam † renuntiare 2 S. C. Velleian. & omni legitimo auxilio quod datur ex intercessione: quia quandoq; seruatur ipso iure illæsa. s. ad Velleia. antiquæ. & sic nõ erit superflua renuntiatio, sicut superfluè apponunt quandoq; tabelliones: quia in quolibet contractu vbi interuenit pecunia siue locationis, siue alterius, faciunt mulieres renũciare. sequens potest fieri quæstio, cui fiet ista renuntiatio? non videtur quòd iudici, quia generalia sunt verba, vt ff. de pact. si vnus. quòd pactũ inter alios factum non nocet vel prodest alij. sed dic quòd imò fit iudici. & illud locum habet in priuatis. isti enim appellantur † serui publici, vt tabelliones: vnde pa- 3 cta cũ illis facta proderunt omnibus vel nocebunt: vt ff. rem pupil. non quasi. & no. s. de lit. contest. auth. libellum. Sequitur hic authen. & postea aliud authen. Sacramentũ, &c. *Prout opus est cautela.* Quid est hoc? Resp. debet suscipere cautelam, & facere inuentarium. præterea debet iurare de reb. administrandis benè & fideliter, & dare fideiussorem rẽ pupil. sal. fo. vt hæc probantur in corpore authen. vt sine prohibitione matres debitrices, in fi. tit. Sequitur aliud authent. AD HÆC. *Si debita. Tutela materna.* Quid in cura, non inuenio expressum: vnde nec audeo dicere quòd liceat accipere si in tutela est expressum.

IN QVIBVS CAVSIS TVTOREM HABENTI tutor vel curator dari potest.

TIT. XXXVI.

1 *Actus legitimi non recipiunt diem vel conditionem.*
2 *Tutor quando ad tempus datus dicitur.*

L. 1 SI IN LOCVM EIVS. *Ad tempus.* Sed qualiter dabuntur ad tempus à iudice, & in locum eius substituitur cùm absens est reip. causa: quia actus legitimi † non recipiunt diẽ vel conditionem: vt ff. de reg. iur. a- 1 ctus legitimi. & ideò intellige quod tẽpus non fuit expressum in datione, sed simpliciter dati fuerunt, tacitè tamẽ videntur † ad tempus dati, 2 quandiu abfuturus ille qui absens erat, & non vltra, & hoc bene potest fieri, vt dicit l. prædicta, actus. sed tamẽ hîc non dicit verũ tutor vel curator fuerit dari. quid ergo iudices? videretur dicendum de tutoribus propter verba rubricæ, vt ff de tutel. l. quæsitum. & de susp. l. 3 §. si quis abfuturus. Vel etiam dici potest de curatorib. vt instit. de cura. §. item in locum & j. eod. l. prox. & ita istud relinqui debet officio iudicantis. interim tamen tutoris auctoritas est necessaria, veluti adeundã. vt ff de appel. cùm in vna. § 1. & ideo iudex ibi deberet dare tutorem. *Consultus.* i. con ulte. debent. n. adire præsidem virum clarissimũ, & ita cõpellere ipsum vt administret. vel certiorare debent necessarios pupilli, vt ita solicitentur ad petitionem tutoris, vt ff. de eo qui pro tuto. l. 1. §. vlt. compelleretur autem pignoribus captis. vt inst. de satisda. tut. §. vlt.

Po-

POTVIT. *In locum excusati tutoris.* Et sic facit pro eo quod notaui supra l. proxima. L. 2.

PROPTER LATE. *Æstimabit.* Si enim diffusum est in diuersis prouinciis patrimonium, debet alium tutorē dare. aliud si sit in eadem prouincia: vt ff. de excus. tu. propter litem. §. vlt. & sic habenti tutorem tutor dari poterit. idem in alio casu: vt ff. de tut. si quis tutor. L. 3.

1 *Tutorem habenti tutor dari non potest.*
2 *Curator nunquam datur existenti in pupillari ætate.*
3 *Deportatus retinet libertatem.*
4 *Tutor suspectus ac reuocatus, nihilominus mero iure tutor remanet.*
5 *Tutorem habenti quando datur tutor.*

LICET TVTOREM. &c. P. dixit quòd nullo casu habenti tutorem tutor dari † possit. & quod in rubrica cōtinetur, dixit intelligendum de curatore. vnde glossauit tutor. i. curator. item dixit nunquā dari curatorem alicui existenti in pupillari † ætate. sed tamen minus bene dixit: quia quod hic dicitur quòd habenti tutorem tutor dari nō potest, generale est. præterea quòd puberi detur curator, similiter est generale. vnde regulæ illæ vitiantur & patiuntur exceptionem, sicut aliæ omnes iure ciuili. fallit enim ff. de tutelis, si quis tutor. & de excu. propter litem. §. vlt. & s. eod. posuit. *Excusari*, Fortè quia ad tempus aberat reip. causa. vt s. l. prox. *Vel defuncti* Hic non videtur excipere de regula prædicta: quia si mortuus, ergo non est tutor. & ita si alius detur, non datur habenti tutorem. & si quidem decessit morte naturali, datur non habenti. idem si damnatus est in metallum: & ita ciuilem patitur mortem, si verò deportatus † est in insulam, retinet libertatem, nō ciuitatem, & ita remanet tutor: vt probatur ff. de tutelis, si quis tutor. in locum tamen eius dari potest alius: & ita datur tutor habenti. Præterea in alio casu quando mater erat tutrix, & volebat ad secundas nuptias venire: vt j. ad Tertull. l. omnem, si verò sit suspectus & remotus, remanet † tutor mero iure: non tamen habet potestatem administrādi sicut dicitur in episcopo: quia si deponatur, quidam character manet ei. non tamen potest administrare, & sic in hoc casu non datur tutor non habenti. imò vt dictum † est, habenti. *Vel relegati*. s. ad tempus: & ita absens erat necessaria causa, licet non probabili. L. 4

CVM OB *Augmentum. Non prius.* s. quàm fuerant. curatorib. quoque eis non adiunctis, non liberantur priùs dati tutores, &c. *Ad te pertinere non po.* vt s. de proba. l. ex persona. L. 5.

DE ADMINISTRATIONE TVTORVM VEL CVRATORVM, ET PECVNIA PVPILLARI fœneranda, vel deponenda.

Tit. XXXVII.

FRVSTRA TIMES. *Et quod mag.* Ita expone. & in ista vt iudex datus inter te & tutorem. *Quamprimum partibus tuis fungatur.* Quod magis interest omnium partium. s. tutoris & adolescentis & sui. L. 1.

1 *Pupillus quando tutorem conuenire potest.*
2 *Itémq; curatorem.*

L.2. ADVERSVS. *Cui collegæ dati estis.* Habenti enim curatorem curator dari potest:vt ff.de tuto.& cura.da.ab. *Curatorem. exerceri iudicium non potest.* Non enim poterit iudicium exerceri dum durat administratio:vt hic dicit,& j.eo.rationes.sed videtur contra, ff.rem pupill.saluam fo.§.1.sed illud intellige cũ determinatione.& ideo distingue & in adulto,& in pupillo:quia si † pupillus vult conuenire tutorẽ 1 non ex officio quod administrat,sed ex causa præcedenti,puta rei vendicatione,vel simili actione,debet hic ad causam dari curator,& poterit eum sic conuenire,vt inst.de auct.tut.§.vlt,si verò non cœperat ante,sed ex tutela habuit originem, non potest eum conuenire durante tutela.sed postea.si verò non ex causa totius gestionis velit eum conuenire,sed ex alia quæ occasione tutelę contingit,puta quia subripuit, & ita vult eum actione furti conuenire,vel vi bonorum raptorum,nata est actio durante tutela,non tamen potest intentari:vt ff. de tutel.& ratio distra.l.actione.& legibus sequentibus. si verò curator † conue- 2 niatur,aut ex anteriori causa,aut post officium contingente.si ex præcedẽti,potest.si ex alia posteriori,aut propter vnicam rem,aut propter certam quæstionem.si quia dolum & culpam in tota gestione commisit,non poterit dum administrat,& ita intelligitur quod hic dicitur, & j.eo.rationes,si pro vnica,au conuenitur à collega suo curator, aut à minore,vel alio ei curatore constituto. si à collega curatoris, non potest,vt hic dicit,& ff.de administra.tut.cùm plures:sed tamen poterit à minore & curatore dato ad rem illam vnicam,non ad omnia.

L.3. SVMPTVS. *Accepto ferentur.* Nisi à iudice certum salarium constitutum ipsis tutoribus sit:vt ff.eod.à tutorib.§.vlt.

L.4. NISI. *Arbitrio eius puniendus.* Nisi esset ita modica summa, ex qua non posset ager comparari:vt ff.eo.ita autem.

L.5. FRVSTRA *Tutores. In depositi causa haberi.* Neque postea restituitur:vt ff.de minoribus,ait prætor.

L.6. NON EST *Ignotum. Simultates.* i.calumnias. *Secure lites,&c.* Vnde dicit lex.quòd si malam causam habent.& scierint,debent iudici denunciare:nec tueri eos debent nisi iusta fuerit causa:vt ff.eo.quotiens.§.sicut.alioquin si superuacuam litem instituerint, prohibuit à pupillis honoraria exigi,vt ibi dicit.

L.7. TVTELA. Planum est.

L.8. ET SI SCISSES, &c. Distingue,quia sciat se datum, sed nulla est datio,non tenetur:vt qui dari tuto.militiæ.si verò tenet datio. distingue vtrum habet excusationem,an non.si nullam scit se habere,tenetur,si scit ibi competere, tenetur ex quo elapsa sunt tempora excusationis.si credat ibi competere,& nõ competit,si prosequatur causam ita quòd vincat,bene est,si vincatur,pertinet periculũ administrationis ad eum.si autem nesciat se datum,damni periculum ad eum non redũdabit,vt hic dicit,& si est quæstio sciat se datum,an non,debet probare pupillus quòd scierit:vt ff.eod.hoc autem.& hoc in summa. §. item debet gerere.

SI CVRATORES *Vt quod moderatum*,&c. Pro dignitatibus & facultatibus suis: vt ff. de iure dot. quæro. L.9.

SI LIBERTI. *Tam aperta fraude*. De fraude dicit nō de culpa, quia in criminibus non ita quis accusatur de culpa sicut de dolo: vt j. ad l. Corn. de ficar. l. 1. L.10.

SI BONAM CAVSAM. In mala causa contrarium est: vt ff. eod. quotiens. L.11.

DE HIS. *A curatorib.* Habebant enim tutores & curatores. *Agere debes*. de his scilicet quæ in fraud. ami. vel negli. &c. *Si intra*. ætatem legitimam sunt constitutæ. & ideo licet dicat se habere quinq; filios, non præsumitur maior: vt s. de restit. mino l. 2. & ff. de mino. l. 3. nisi quoad honores: vt ff. de mune. & hono. ad remp. L.12.

TVTORES. *Ad satisdationem*. Ratam rem dominum habiturum, nisi dubitetur ipsum fore tutorē: vt ff. eo. vulgo. debet enim satisdare rem pupilli saluam fore: vt j. de tuto. & curat. qui non satisdedit. L.13.

RATIONES. *Posci non posse*. Non tenetur reddere rationes totius curæ, sed tamen agi potest pro vno negotio: vt s. eo. l. 2. notaui. L.14.

SI NON SVBSCRIPSISTI. *Olim liberatus*. Propterea quòd finita est tutela vel cura. L.15.

NON OMNI TITVLO. *Vendicare dominium*, &c. Nisi tales sint res quæ promissæ sunt dari, vt mercedes magistris suis, non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij; & dignitate naalium: vt ff. eo. cùm plures. §. pen. præterea dare potest cognatis munera solemnia, & alimenta liberis: de quibus alimentis habes j. eod. lex quæ. & de his in summa §. item alimenta. L.16.

DE SVCCESSIONE. Planum est. L.17.

DEBITORIBVS. Planum est. L.18.

TVTOR. *Non excusaueris*. Et debet se excusare, ex quo cognouit se datum, intra L. dies: vt instit. de excus. tut. §. qui autem. L.19.

1 *Ideo non sequitur, quod si aliquis habet priuilegium inter personales, habeat etiam in hypothecaria.*

PRO OFFICIO. *Nunquam pignoris titulo obligata*. Et incipiunt teneri à tempore administrationis ex quo malè gestum est. sed an idem dici possit in procuratore? & videtur quòd cum inter personales pupillus habeat priuilegium quoad procuratorē, vt ff. de priui. credit. dabimus. ergo videtur quoad hypothecariā, sed hoc non semper sequi-1 tur, quòd si habeat priuilegiū † inter personales, ideo habeat in hypothecaria: vt j. qui pot. in pig. eos. licèt Iustinianus fecerit cōtra arg. in l. vlt. illius tit. idem, &c. tenentur enim bona acsi administrauerit. L.20.

PVPILLORVM. *Rei amissæ*. id est, non adquisitæ. dicitur enim propriè amitti illud quod habuimus, non quod non habemus, vt ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. 1. quandoq; tamen dicitur amissum quod consequi potuimus, & non fecimus: vt hic, & ff. ad l Aquil. si seruum meum. §. penult. L.21.

1 *Ob æs alienum res pupilli alienari possunt.*
2 *Expensæ secundùm opus æstimantur.*

3 *Tutor initiata ædificia perficere tenetur.*
4 *Seruorum alienatio cur prohibita.*
5 *Res minorum siue mobiles, siue immobiles sine decreto alienari non possunt.*

L.22. LEX QVÆ TVTORES. *Nisi forte hac necessitate & lege, &c.* Vt. s. ob necessitatem † æris alieni: vt j. de prædiis min. ob æs alienum. & 1 in alio casu: vt j. eod. l. vlt. Item etiam dicit hic si in causam dotis vel donationis propter nuptias esset promissa à prædecessore, & ita debuit prædecessor minoris. vnde si propter hoc fiat alienatio, ob æs alienum fieri videtur. sed hoc in his videtur hic additum specialiter. vnde siue promissa fuerit à prædecessore dos vel donatio propter nuptias, siue non, videtur quòd teneat alienatio. & sic visum est domino meo, propter l. illam, ob æs alienum, fecit aliam expositionem Io. ff. de iure dot. Titia. intellexit enim quod ibi dicitur, quoniam maior dedit fundum in dotem, non minor, sed tamen litera ista videtur velle vt speciale sit quòd possit dare etiam minor. & ideo istæ duæ causæ specialiter sunt exemptæ, vt hic, & ibi. *Quorum fuga, &c.* Nota quod hic dicitur quòd quidam voluerunt hoc sumere ad continuationem illius tit. de seruis fugitiuis. *Testificatione operis ipsius, & multorum fide.* Id est, testificatione. testificabuntur enim quod erat reficiendum, & quæ expensa sunt. vel ideo dicit, quia potest induci ipsum ædificium in testimonium, vt cùm repetit expensas, nec potest aliter probare de quantitate. exhibebit enim opus: & secundùm quod opus est, æstimabuntur † expensæ: 2 sicut dicit lex de alimentis præstand. l. vlt. sic. ff. de ser. l. 2. & ff. fin. reg. si irruptione. intellige ergo de testificatione quæ videtur probare quātitatem expensarum, cogitur ergo initiata † perficere. aliter enim non 3 incepta incipere non liceret: vt j. de operis pub. l. vlt. *Prædii.* honorati. *Partim labore suo* Deferēdo aquā vel lapides, aut similia faciendo. *Huic* s. rationi quam reddidimus, cùm querebatur quare esset prohibita seruorum † alienatio. diximus, ideo, ne res diminueret tutor. vel mater 4 marito adduceret, & maximè pecuniam quæ tota die fœneratur. pecunia enim consumitur, vt nec cerni possit, vt aliæ res possent, & ita legitur, intercedente, & secundùm hanc lecturam melius esset in litera accedit. vel dicas huic. s. antiquæ l. si admitteremus eam. *Intercedente.* i. pereunte. vel alia est litera, vt s. dixi. *Animalia quoque superuacua minorum quin veneant non vetamus.* Et ita licet pars. C. clemētianī liceret omnia alienare sine decreto, præter prædia & mancipia rustica: vt ff. de rebus eorum. l. 1. & j. de prædiis min. hodie siue sint mobilia siue immobilia, sine decreto † non possunt alienari nisi superuacua, vel quæ seruando 5 seruari non possunt, vt hic dicit, & infra eod. l. vltim.

Sic in vetere libro reperimus.

L.23. SI TVTORIS. *Minoris fuerit amissum,* Prædium. sed tamen elapso illo tempore quo vectigal solui debuit, intra xxx. dies minor soluere poterit, & conseruabitur ipso iure illæsus: vt ff. de publicanis. imperatores. §. vlt. si verò elapsi fuerint xxx. dies. restituetur in integ. vt ff. de minoribus. si ex causa. § penult. sed tamen potest esse quòd denegata fuerit ei restitutio, vel non petiit restitutionem: & tunc tenetur curator, vt hic dicit. aliud est si damnum accidit, quia cautiones soluti vecti-

vectigalis inuentæ non sunt, vt ff. eodem, sine herede. §. ptimo. sed melius est vt in vtroque idem dicamus. distingue tamen vtrum dolo vel culpa tutoris vel curatoris fuerit facta: & tunc tenetur. an non, & tunc non tenetur, vt hîc dicit, & in l. illa videtur dicere.

1 *Inuentarium quo tempore fieri debet.*
2 *In conficiendo inuentario legatarij aduocari non debent.*
3 *In confectione inuentarij adhiberi debet iudex.*
4 *Corpora instrumentorum transcribi in inuentario non debent.*
5 *Quando culpa præcedit casum, tenetur quis de casu fortuito.*
6 *Vtrum tutor pecuniam pupilli ad vsuras dare teneatur.*

TVTORES MOX. Qualiter est intelligendum quod hîc dicit? voluerunt quidam sic intelligere quòd inuentarium istud debeat 1 capere exordium † intra xxx. dies, & perfici intra XL. sicut de herede in rebus hereditariis vbi res erant absentes: vt j. de iure delib. sancimus. §. sin autem. Alij voluerunt dicere intra 4. menses, arg. eius quod dicitur s. de episcopis & cler. authen. presbyteros. Dominus meus dicit quòd cùm in lege non determinetur, tempus arbitrio iudicis est statuendum, vt ff. de iure delib. l. 1. §. vlt. Vel glossa mox, id est confestim, scilicet vbi primùm potuit & prætoris copiam habuit, ita tamen ne vltra annum extendatur: vt ff. ad Tertul. l. 2. §. confestim. vel intellige mox, id est, spatio quodam nec minimo nec maximo, sed quod potius intellectu quàm locutione exprimi possit: vt ff. de solut. ratum. nec de- 2 bent aduocari huic † inuentario conficiendo legatarij, sicut videtur per authent. j. ad leg. Falcid. sed cùm testator. sed illud fit ne conueniatur in plus heres quàm continetur in inuentario, & quia vult detrahere Falcidiam de legatis & fideicommissis. vnde ad hoc debent vocari legatarij, vt videatur quid in bonis sit. at hic non facit inuentarium vt aliquid detrahere possit, sed vt teneatur tutor in tantum in quantum apparuerit fuisse in bonis. & ideo non est necesse vocari legatarios. *Publicarum personarum.* Id est, tabulariorum. & ita exponitur s. de episcopis & cler. orpha. vel vt puto sufficit hîc vnus tabellio, & necessa- 3 rius † est iudex communis: quia cùm dicat lex, ex inuentario posse conueniri debitores, ergo patet quòd apud ipsum iudicem facta fuit insinuatio instrumentorum. alioquin exemplo non possent conueniri: vt ff. de administra. tut. chirographis. Item est alia ratio, quia dicit lex decreto ei concedi curam, & acta inde fieri, & reseruari, & iusiurandum tunc præberi: vt j. de curat. furios. l. vltim. §. sed cùm. & infrà arb. tut. l. vlt. & j. authent. vt hi qui oblig. res minorum. coll. vi. §. vlt. & hoc in omni tutore siue legitimo siue testamentario siue datiuo statuta videntur. *Et instrumentorum.* Debent ergo apponi instrumenta † in inuē- 4 tario, sed non debent describi ipsa corpora instrumentorum, sicut fiebat antiquitus, sed quot sint: vt ff. de bonis aucto. l. vlt. Vel dic quòd aliud est in creditoribus, aliud hic, vbi fit publicatio. & ita tota instrumenti series continebitur. *Facere curabunt.* Alioquin tenentur in id quod interest minoris: quod ex iureiurando in litem æstimatur: vt ff. eod. tutor qui repertorium. *Iuxta antiqui iur. for. vsur. cres. acces.* Habes

L 24.

hîc authent. NOVISSIME *Cautum est, &c. Mutui periculo.* Fortuiti casus, quia hîc culpa præcessit casum, & generale est, quòd cum culpa præcessit † casum, teneatur quis de fortuito casu, vt s. de naut. fœ. l. 1. & 5 2. Aliàs periculum. i. culpa tantùm præstatur: vt j. arb. tut. l. 2. & s. eod. debitoribus. *Quod creantur curatores præstant.* Sed solet quæri. si habent pecuniam minoris, nec emerint inde aliquid, an teneantur dare † ad 6 vsuras? & videtur hîc dicere quòd respiciant sacramentum, quod fecerunt cùm fuerint, & ita sicut de sua pecunia faciunt, faciant & de ista. vnde si ipsi cōsueuerunt fœnerare in sua. videtur quòd & de ista idem facere debeant. alioquin contra. sed tamen melius est consilium vt abstineant ab vsura, siue ipsi consueuerunt dare, siue non, & melius erit quod ponatur in societate aliqua siue vsura, quàm contra faciendo in periculum animæ operari.

L. 25. SANCIMVS. *Quæ ex reditibus vel pensionibus.* Imò & in his sine iudice liberatio plenissima contingat speciali censura. quod autem hîc dicit, in reditibus & pensionibus vel similibus, idem statuit in vsuris, nisi vltra biennium extendatur, & summam excedant c. solid. & ita consequenter lege legem illam, constitutionem, &c.

1 *Quando minori soluitur, non contingit liberatio.*
2 *Minor quando restitui non potest.*

L. 26. CONSTITVTIONEM. *Etiam in vsuras extendimus.* Idem est in alio casu, quando restituitur hereditas ex Trebelliano S. C. j. ad Trebell. l. pen. sed aliàs si soluatur minori, † non contingit liberatio. si 1 tamen versa esset pecunia in vtilitatem ipsius, & ita saluam habeat creditor, vti potest exceptione, vt j. pro emptore, l. vlt. si tutori soluit, liberatur: sed tamen habet in integr. restit. minor, si verò dederit ei iudicis sententia interueniente, ibi non potest habere † locum restitutio, vt 2 hîc pleniùs. s. si aduersus solu. notaui.

1 *Ex alia persona quàm ex sua aliquis admittitur.*
2 *Curator in adeunda heredit. auctoritatem præstare non potest.*
3 *Filius res maternas quandoq; sibi obligatas habet.*
4 *Nemini officium suum damnosum esse debet.*

L. 27. CVM QVÆDAM *mulier. Videbatur enim confirmare.* Et ita nō posset agere de inoffi. vt ff. de inoff. test. l. vlt. & s. de inoff. test. parentibus. sed tamen in hoc casu ratione officij & necessitatis excusatur, vt hîc dicit. & inst. de inoff. test. §. vltim. & valet l. ista ad illud generale, quòd aliquis admittitur † non tanquam ipse, sed tanquam alius. idem 1 in prælato ecclesiæ, qui admittitur ad reuocationem rei non tanquam ipse, sed tanquam quilibet prælatus: vt s de sacrosf. eccle. iubemus. *Tutori vel curatori.* Quod dicit de curatore, videtur falsum. nam curator non potest præstare auctoritatem in † adeunda hereditate, vt ff. de ap- 2 pella. cum in vno. §. j. sed illud in curatore impuberis locum habet, cui non sufficit curatoris auctoritas, quia potest habere tutorem. in adulto contra. vel ibi ad causam specialem erat datus curator. *Puta in hypothecis,* Habet enim filius quandoque res † maternas obligatas: vt s. de 3 secund. nupt. hac edictali. §. vlt. videbatur enim sibi præiudicare, cùm alij

alij res maternas adiudicari nolebat. *Tam optimo exemplo argumentati.* Sicut enim post depositum officium tutelæ vel curæ omnes actiones in 4 quondam pupillum vel adultum transferuntur, ne officium † suum sit eis damnosum, quod non debet esse, vt ff. quib. ex cau. manu. non licet ita & hic non debet esse damnosum. & ideo bonum est arg. idem in aduocato fisci: vt ff. de his quib. vt indig. l. v. §. aduocatum fisci.

1 *Quando in actione suspecti non est necesse probare causam.*
2 *Tutor, quibus ex causis remoueri debet.*
3 *Qui propter dolum remouentur sunt infames.*
4 *Cui iurisdictio committitur, & ea sine quib. iurisdictio esse non potest.*
5 *Matres, omnésq; ab intestato venientes tutores petere debent.*
6 *Mater tutorem suspectum facere non compellitur.*
7 *Tutor pro domino habetur.*
8 *Tempus contractus considerari debet.*

SANCIMUS. *Non solum vtpote suspecti amoueantur.* Patet ergo quòd L. 28. hac ratione remouetur, quia recusauit defensionem. præsumit enim l. quòd faciat dolo. & licèt aliàs in actione suspecti necesse sit 1 †probare causam. hic non est necesse, vbi negligens fuerit circa defensionem, id est quando tutor omittit satisdationem rem pupilli saluam fore. debet enim remoueri, vt j. de tuto. qui non satisd. l. j. idem etiam 2 quando non facit † inuentarium: vt ff. eo. qui repertorium. vel si interrogetur, habeat pecuniam ad alimenta pupilli, & mentitus est: vt ff. de suspect. tut. l. iij. §. tutor qui ad alimenta, vt instit. de susp. tut. §. penult. vel antepen. Illæ sunt causæ quare præsumuntur suspecti, & ideo debere remoueri ab administratione. *Amissa eorum æstimatione.* Si enim 3 remoueantur propter † dolum, sunt infames, secus si propter culpam: vt instit de suspect. tut. §. suspectus autem remotus. *Quam per se & non per procuratorem.* Si enim à principio interuenisset procurator, & postea factus esset demens, ipse ageret causam, nec ordinaretur curator in competenti iudicio. Dicitur autem competens iudicium, eiusdem scilicet iudicis sub quo agebatur causa illa, vt statim sequitur. Sed nónne potuit esse vt iudex ille esset delegatus, & ita non licuit ei dare curatorem. non enim potest quis dare nisi habeat merum imperium. vel etiam si sit magistratus municipalis. sed auctoritate præsidis, vt inst. de Attil. tuto. Respond. quia incidens est causa, videtur quòd de hoc habeat potestatem: licet aliàs non posset. pertinet enim ad eius officium: vt s. de ordi. iudic. quia ea quæ necesse est expediri per iurisdictionem, relinquuntur officio iudicis. cui enim committitur iurisdictio, & ea si-4 ne † quibus esse non potest: vt plenius not. s. de ordi. iudic. *Vt non ab eo.* Hæc est causa quare voluit. *Siue matres forte.* Matres enim debent pete-5 re tutorem, & † omnes venientes ab intestato: vt j. de legit. hered. sciat. & etiam liberti, qui si non petierint, debent castigari: & male puniuntur: vt ff. qui petant. tut. l. ij. vel poterunt accusari de ingratitudine & sic reuocari in seruitutem, si sponte fuerant manumissi, non ex causa fideicommissi, vt ff. de iure patro. ingratus. & not. s. qui petant tut.

l.ij. *Eos quos ordinauerint.* id est petierint ordinari. *Preparare.* quia debent instare apud iudicem vt compellantur subire talem defensionē, vel quòd faciant inuentarium, præstet fideiussores rem pupilli saluam fore. sed mater non compellitur † tutorem suspectum facere, quia huiusmodi officium virilis animi est: vt ff. qui petant tut. l. vlt. §. vlt. *Ordinare.* i. ordinandos postulare. *Subire.* id est, subituros eos. *Quæ non satisda. pro euentu litis &c.* Assignatur contra. ff. qui satisda. cog. si filius, Solutio, ibi loquitur non de defensione quam præstat pater filio tanquā legitimus administrator: sed de ea quam facit sicut quilibet extraneus transferendo in se iudicium. nemo enim sine satisdatione in aliena re idoneus defensor esse creditur, vt instit. de satisdat. §. ab eius si faceret tanquam legitimus administrator, satisdaret iudicio sisti, non indicatum solui, vt hic dicit. sicut & facit quilibet nomine suo: quia tutor † habetur pro domino. *Subsignare.* id est obligare. sic ff. de immuni. semper §. conditores. *Cum aliis solemnibus verbis.* Quæ hodie locum non habent. vel loquitur de verbis solemnibus quæ necessaria sunt in stipul. rem pupil. saluam fore. *Licere fructus.* imo cogitur vendere, non quidem præcipiti festinatione, vt ff. eo. tutor qui reperto. §. j. & ĵ. tit. prox. si res. *Vinum oleum, &c.* idem in vestibus quæ detritæ vsu aut corruptæ seruando seruari non possunt, vt š. ea. l. in fi. *Quod in his locis.* circa hoc enim in diuersis locis diuersa statuūtur pretia, vt ff. de eo quod cett. lo. l. ideo. *Tunc temporis.* Debet ergo considerari tempus † contractus. si enim postea bis tantum valeret res, non ob hoc rescindetur venditio: vt no. š. de rescin. ven. l. ij. & l. si voluntate.

6 7 8

DE PERICVLO TVTORVM VEL CVRATORVM. TIT. XXXVIII.

L. 1. ET QVI NO. Planum est.

L. 2. AD EOS QVI *in alia. Non porrigitur.* Videtur tamen distinguendum. si enim per testatorem vel per iudicem facta est diuisio, obtinet quod hîc dicitur, siue sint in eadem prouincia, siue in diuersis. si à tutore tantùm, pro non facto habetur quoad hoc vt quilibet teneatur in solidum. & hoc quando sunt in eadem prouincia. si enim in diuersis, videtur quòd factum vnius non præiudicet alij, cùm non vidit nec sciuit quid fecerit. & ita etiam videtur intelligenda l. ista, sicut not. ĵ. de diui. tute.

L. 3. SI RES *pupillares.* Planum est.

L. 4. TVTORIBVS. Planum est.

1 *Legis præsumptio quando probat.*
2 *Ignorantia, quando probari debet.*

L. 5. SI TVTOR. *Non ex remissionis negligentia.* id est, maioris negligentiæ. *Idémque liquidis probationibus ostenderis.* Videtur cōtra ff. de administra. tut. hoc autem. & de proba. veriùs. quare glossauit hic B. ostenderis, scilicet admissus, non versus. nec enim vrgeri debet. vel intellige ostenderis, præsumptione. l. † probat quidem eo ipso, quòd non 1 probatur

probatur contrà: vt j. qui milit. non poss. super seruis. videtur tamen quòd alio modo posset intelligi in quæstione quadam sabbathina, quæ talis est. pone quòd aliquis nuncupatiuum fecerit testam. & ego vocatus & rogatus fui cum aliis testibus, & datus fui tutor in eo test. dico postea me non sciuisse fore datum tutorem. quæritur an debeam probare me ignorasse, an alius me scire debeat probare. nec sufficit cùm allego de ignorantia, si alius dicat me sciuisse, quia præsens eram. hoc enim non sequitur, vt tota die patet, cùm posset esse intentus aliis, vel cum alio loquebatur secreto: & vt patet in scholaribus. licet enim præsentes sint in scholis, non omnia intelligunt, quia fortè de alio cogitant. probabile tamen videtur esse, ipsum intellexisse. vnde cùm tanta sit cótra eum præsumptio in tali casu, bene videtur quòd debeat pro-
2 bare † de ignorantia, vel de non intelligentia. præsumitur enim contra eum, cùm fuerit præsens, & vocatus ad hoc fuerit.

TEMPORIS. *Post tutelæ translationem.* Si verò non transtulisset, deberet eum admonere, vt peteret curatorem: vt ff. eo. ita autem. §. si tutor. *Non pertinere pers.* Nisi nondum administrationis rationem ad curatores transtulerint, vel habuerint apud se instrumenta causæ pupillaris: vt j. causæ post puber. adsit cura. l. vna. L. 6.

QVANDO EX FACTO TVTORIS VEL curatoris minores agere vel conueniri possint. TIT. XXXIX.

1 *Bona per sententiam tacitè non obligantur.*
2 *Finito officio ex qua causa conueniuntur tutores.*

IVLIANA. *Si xxv. ann. ætatis egressa est.* Istud dicit propter sequentia verba, scilicet ne conueniantur curatores vel tutores finito officio. non propter hoc dicit, quòd si fuerit in cura, non mandetur sententia executioni contra ipsum, vel bona ipsius. hoc enim falsum esset: vt ff. de re iudic. si se. §. 1. non ta-
1 men tacitè dico † obligari bona per sententiam: sed ea capientur, & de eis satisfiet in causam iudicati. sed si constaret tutores vel curatores esse in officio, non conuenirentur actione in factum de re iudicata: alia tamen actione pignoratitia, si obligatum est eis pignus: vel ex empto, si emerint, poterunt conueniri: vt ff. de pigno. solutum. §. vlt. sed si
2 finiatur eorum officium, non conueniuntur ex † alia causa, nisi animo nouandi postea promisissent: vt ff. eo. l. 5. vel etiam ratione doli & culpæ: vt ff. de act. empt. Iulianus. *Bonáque eius*, id est, possessionē bonorū. L. 1.

ET SI TVTORES. *Stipulati sunt.* Siue sibi, siue minori, sicut dicitur in constituta pecunia. ff. de constit. pec. eum qui Ephesi. §. penul. & sic est contra regulam generalem. non enim ex pacto alterius datur actio nisi in casibus: vt no. s. ad exhib. si res.

SI IN REM. *Pecunia profecta sit.* Si verò conuersa non est, vtili actione videtur conueniendus, si tamen à tutore sit ei cautum rem pupilli saluam fore: vel tantum habeat, quòd posset sibi satisfacere: vt ff. de adminis. tut. l. vlt. subaudi ergo maximè hîc. L. 2.

L. 4 SI QVI TE. *Vtilis tibi quæri potuit.* Sed is qui tutor fuit,& pòst perseuerauit in administratione,non fuit tutor, neque curator, imò gessit tanquam administrator extraneus: & ita licet ex pacto tutoris vel curatoris detur actio,in hoc cōtra erit.vnde quod hic dicit, refert tantùm ad id quando constitutus fuit curator, non ad alium quando perseuerauit in administratione,cùm ipse sit extraneus.

L.5. PER TVTOREM,&c. Si tutor gerat suum proprium negotium, vel alterius,actio pupillo non quæritur, cùm non sit eius seruus: nec omnia acquirit ei,sed ex certis causis,vt si eius nomine contraxit.

QVANDO EX PLVRIBVS TVTORIBVS omnes vel vnus agere pro minore,vel conueniri possunt. TIT. XL.

1 *Quando vnus à tutoribus solus in solidum defendere potest.*
2 *Duo simul agere non possunt.*

L.1. AB VNO.*Cùm alij tutores.* Sed si alij vellēt pariter defendere, deberent admitti, si volunt, iste solus in solidum † poterit 1 defendere:vt ff.de administrat.tutor.decreto.§.vlt.vel quia duo simul † agere non possunt,vt ibi dicit,nec denotat de- 2 fectum iuris,sed facti.quasi dicat.de benignitate iuris est admittendū, quòd agat vnus in solidum: quia plerunque impediuntur duo de facto.si verò diuisum fuerit patrimonium inter eos, non quilibet in solidum admittitur,sed quilibet pro parte sua,vt dicit l.sequens.

1 *Vniuersitate conuenta,an omnes respondere teneantur.*
2 *Vniuersitas per quos iurare debet.*

L.2. SI DIVISVM. scilicet à iudice,vel à testatore:vt ĵ.de diuid. tut.l. 2.& *ab ipsis inferre litem*,&c.Quid si plures sint consules alicuius vniuersitatis,& conueniatur † vniuersitas illa?an omnes de vniuersita- 1 te respondere debent.& iurare de calumnia, an per eos per quemlibet eorum fiat defensio? P.dixit quòd omnes de vniuersitate vel maior pars debent iurare:vt ĵ.de iuramen.calum. l. 2. sed hoc durum videtur,si omnes ciues huius terræ iurarent. vnde Io.alio modo dixit sicut in legato relicto vniuersitati:vt ff.de condit.& demonst. municipibùs.& ita iurabunt hi per quos res † vniuersitatis administratur:vt ita 2 aliud sit quàm in tutore vel curatore.quia quilibet horum,vt in superiori l.notaui,habet potestatem in solidum agendi vel defendendi.

NE TVTOR VEL CVRATOR vectigal conducat
TIT. XLI.

1 *Rem alienam gerere quis non interdicitur.*
2 *Fiscus quando bona tacitè obligata habet.*
3 *Crimen stellionatus.*
4 *Pœnitentia quando parit liberationem.*
5 *Accusatio falsi est publica.*

COMPE-

COMPETENS *iudex. Administrat.* Adhuc, quia durat tutela vel non durat, sed periculum ad eos pertinet, quia rationem administrationis nondum reddiderunt: vt ȷ. vt causæ post puber. l. vna & hoc est quod sequitur, vel eius administ. &c. & videtur contraria regula generalis, scilicet rem alienam gerere † nō interdici, &c. quare ergo cùm hic gerat rem alienam, prohibetur contrahere cum fisco? sed dico quòd regula illa fallit hic. noluit enim lex prouidere pupillis & fisco, cùm quilibet sit priuilegiatus. habet enim † fiscus pro contractu tacitè bona contrahentis cum eo obligata. & præterea pupillus tutoris vel curatoris: vt s. de administrat. tut. pro officio. & ȷ. quibus modis pignus tacitè contrahitur, l. certum est, & licèt aliàs bona vni obligata si alij obliget quis, incidat in † crimen stellionatus, hic non habet locum si cum fisco post contraham, quia subsidiaria est actio illa, & ita datur demum, si non competat aliqua specialis. hic autem de falso poterit conueniri. videtur enim quodammodo asserere, quando cum fisco contrahit, quòd alij non sint obligata. vnde si post inueniatur falsum, accusabitur de falso. hæc vera sunt dum viuit pupillus: siquidem decesserit, licèt non reddita fuerit ratio hæredi, contrahere potest cum fisco: vt ff. ad leg Cornel. de fal. l. 1. §. tutores. *Quoniam vltrò me adisti*, &c. Licèt ergo contra interdictum cōtraxerit, si tamen pœniteat, & vltrò dominum imperatorem adeat, pœnitentia † liberabitur. & ita multùm operatur vltronea aditio, sicut aliàs: vt ȷ. de his qui se deferunt. & ff. de iure fisci, senatus. & l. edicto. & & de aliena. iud. mut. cau. fa. l. 3. §. vlt. & de dolo, eleganter, §. pen. simile est in crimine stellionatus. si enim satisfaciat antequam accusetur, euadit: vt ȷ. de crimine stellionatus, l. 1. idem in crimine incesti: vt ff. ad l. Iul. de adult. si adulterium. §. iidem imperatores. & ita propter causam pecuniariam non tollitur criminalis, sed satisfactio in pecuniaria perimitur, & crimen. & ita speciale est in crimine priuato, vt stellionatus, & etiam in publico. licèt P. dixerit speciale tantùm in priuato: vt hic loquitur de accusatione falsi, quæ † publica est, periculo scilicet tutelæ secundùm quosdam. sed malè duxerunt: quia qui conducit vectigal, non habet excusationem: vt ȷ. de excusat. tut. coloni. & ideo intellige de periculo sc. falsi.

L. 1. — 1 — 2 — 3 — 4

DE TVTORE VEL CVRATORE QVI SATISDAT. TIT. XLII.

SI NONDVM *vobis. Quominus idoneus* Facultatibus: vt inst. de suspect. tutor. circa princ. si verò essent suspecti moribus, non exigeretur satisdatio: quia satisdatio maleuolum animum non mutat, vt ibidem dicit. — L. 1.

ET VT EVM. *Defectorum*, aliàs defunctorum. *Defecisse*, aliàs decessisse. — L. 2.

IN DVBIVM. *Aduersus eum*, &c. Nec etiam aduersus pupillum, & cùm sit indefensus: vt ff. de re iud. acta. §. contra. quid si pro eo sit lata? videtur quòd valeat, arg. de procur. nec eo minus. — L. 3.

NON OMNIVM. *Quapropter.* id est, Quare. q. d. Quare dicis, non omnium? videtur ergo quòd quorundā sit similis condicio, non — L. 4.

omnium:*cum*.id est quia dati ex inquisitione vel confirmati sunt similes,&c.nam quapropter,sicut & quare, quandoque quærit rationem. vel si vis dicere quòd ponar, dic quapropter, id est ideo, cùm, i. quia. q.d.ideo quia,&c.& in vtraque expositione eadem est sententia. *Ex inquisitione.* & hoc cùm à præside datus est cum inquisitione: vt instit. de satisda.tut.†.sed & si.

L.5. TVTOR. *Electus est.* Et fecit inuentarium, & satisdedit. ante enim non licet alienare,nec etiam ad administrationem accedere.vt j. arb. tut. l. vlt. vel intellige ne repetatur illud, ne liceat alienare:& sic non subaudies illa,sed dices quòd bonorum possessionem agnoscere, & ea quæ tempore arctantur,licet ei alienare.

In vulgatis codicib hac l.est secunda huius tit. sed ita reperimus in ms. scripti.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS.

TIT. XLIII.

1 *Tutor sæpe ponitur pro curatore, & è contra.*
2 *Tutores quando suspecti accusari possunt.*

L.1. CVRATORES. *Ad eos tutela.* id est tutelaris, vel curæ administratio. sæpe enim tutor † ponitur pro curatore, & econuerso:vt notaui,qui dari tut.authent. minoris. *Fraude.* Videtur contra ff.eo.l.hæ enim causæ.§.vlt.sed ibi nõ possunt suspecti postulari propter culpam. aliud si propter dolum, vt hic. vel hoc ipso quòd non gesserunt, non possunt † accusari: sed si alia prætẽdatur ratio,scilicet,quia fecerunt dolo vel culpa,contra est,vt hic. 1 2

L.2. LIBERTVM. *Finitum non est.* Si ergo finita est tutela, non poterit accusari de suspecto,vt dicit.accusatur enim de suspecto ad hoc vt remoueatur: & remotum non oportet remoueri. si tamen perseueret in administratione,& est qui agat nomine pupilli,de suspecto poterit accusari:vt ff.eo.l.iij.

L.3. PRÆSES. *Strictioribus remediis.* id est captis pignorib.vt j.de pignorib.nominatio.& inst.de satisdat.tut.§.vlt. *Compelleret.* Aliud in curatore bonorum,quia non cogitur inuitus:vt ff.de curato.bo.l.ij.§.vlt.

L.4 ETIAM. *Arguerit.* Aliud in eo qui iudicem recusabat,non enim cogitur probare causam:vt not.s.de iudic.apertissimi.

1 *Mores alicuius quando considerantur ad hoc vt remoueatur.*
2 *Quando tutori iungitur curator, considerandum est de facultatibus.*

L.5. IN POSTVLANDIS. id est accusandis: quia per accusationem postulantur remoueri,& alius substitui in locum eorum. *Non vires patrimonij.* soli enim † mores considerantur ad hoc quòd aliquis remoueatur propter suspicionem,non facultates,vt instit.eo.§.vlt. secus in herede tutoris:vt ff. de priuileg. cred.si creditores. §. j. *Principaliter.* Quantum ad accusationem de suspecto, sed quantum ad commissam administrationem,vel vtrum iungendus sit ei curator,considerandum est † de facultatibus:vt j.eo.pietatis. 1 2

PIETATIS. *Atque ostensis*, Nota quòd probat suspicionem. quędam tamen sunt vbi non exigitur probatio: vt not. s. de administr. tut. l. vlt. *Idoneos facultatibus*. & ita ratione adiunctionis considerantur facultates: vt s. diximus l. 1. L. 6.

EVM QVEM. *In administratione rerum ordinandus est*. Et est argum. quando prælatus accusatur de dilapidatione, quòd interim interdicatur ei bonorum administratio, & alius ordinetur qui bona administret donec causa finiatur. L. 7.

SI NON SVSPECTAM. Admitti nequaquam potest, &c. non enim contra tutorem agere potest tutelæ, sed de suspecto: vt ff. de administ. tutor. aduersus. L. 8.

SVSPECTOS. *Infames fieri*. vt instit. de suspect. tut. §. suspectus autem remotus. intellige quando apparet per verba sententiæ, vtrum remoueatur propter dolum. causa enim remotionis decreto debet significari: vt ff. eo. hæ causæ. & l. præcedenti. si verò non expresserit, & dolus obiiciebatur, præsumitur ex dolo remotus. si duo obiicerentur, scilicet tam dolus quàm culpa, nec expressit, præsumitur ratione culpæ remoueri: quia meliores esse debemus in pœnis. L. 9.

DE IN LITEM DANDO TVTORE VEL CVRATORE. TIT. XLIIII.

1 *Actio tutelæ non nascitur, nisi finita tutela.*
2 *Tutor ad causam dari non potest.*

SI QVAS *petitiones*. Intellige de ea petitione quæ præcedebat tutelam. puta quia antea tenebatur ei rei vendicatione, vel alia actione. nam si quæratur de actione tutelæ, illa † nō nascitur nisi finita tutela. si de his quæ contingunt ratione tutelæ, vt de actione furti: quanuis etiam nascatur durante tutela, non tamen intentari potest: vt ff. de tutel. & ratio. dist. sed non dantur, & l. præcedenti: restringe ergo ad ea quæ præcesserunt tutelam: vt not. s. de admin. tut. aduersus. *Curatores accipere debent*. tutor † autem ad causam dari non posset: vt instit. qui dari cur. test. pos. §. certæ. L. 1. 1 2

1 *Quando ratione officij abstinetur rei vindicatione.*
2 *Nemo rem suam inuitus vendere compellitur.*
3 *Nemini officium suum damnosum esse debet.*

AN TIBI *patris*. Siue fuerit pars patris, siue in solidum, ad idem recidit. Æstimabit, ideò dicit, quia si fuit patris, & res fuerit empta, vel vsucapta, vel præscripta, non datur rei vendicatio. si verò non est certum fuisse patris, oportebit probare de dominio. *Respicere autē debes*. Tu super idémque tutor *Officium*, &c. Qualiter est intelligendum quòd respicere debeat officium? nunquid cōtinet necessitatem, id est, vt propter officium suum non possit agi rei vindicatione? videtur quòd sic per verba ista. & præterea qui, secundùm regulam generalem, si causa est talis vt tu habeas defendere, agere non potes: vt ff. si seruit. vendit. l. alciùs. & de condi. inde. frater à fratre. & ita abstinebit L. 2.

à rei vendicatione † ratione officij, nec est aliquod ei damnum: quia si 1 conueniatur à pupillis suis, filiis sc. fratris sui tute. poterit compensare pretium quod res illa valebat, vel etiam contrario iudicio non facta compensatione poterit consequi, vt hîc dicit. sed alia ratio videtur cõtraria, quia aliàs licèt iustum pretium rei meæ habere possim, non tamen † compellor vendere: vt ff. rerum amo. non enim nisi in specialibus casibus: vt notaui j. de Latin. libert. tollen. vnde non puto necessarium quòd sic dominus rei suæ pretium inuitus accipere cogeretur à pupillis, & ita cogeretur vendere. quare si agat rei vendit. non poterit inculpari. & respondetur ad literam, quia intelligitur quando volebat vel poterat esse contentus pretio: vel etiam habebat venalem. si verò magis quàm valeret esset sibi res cara, & ita non vellet eam vendere. vel non habebat venalem, petet curatores ad defendendum. vt dicit in fi. sed ne tuum, &c. vnde verba superiora non videntur necessitatẽ imponere, licèt præcipiant. sic ergo si non habet venalem, non cogeretur vendere: quia nemini † officium suum debet esse damnosum: vt ff. 3 quibus ex cau. ma. videlicet. & notaui s. de administ tut. cùm quædam: & fiet hîc denuntiatio vel à tutore vt petantur curatores contra se: vt habuimus s. qui petant tuto. l. 1. vel etiam ab emptore, cui vtile est vt habeantur: vt per totum tit. illum qui petant tutor. Ex his suboritur quæstio, scilicet cui fiet denuntiatio ista. non videtur quòd tutori, quia ipse debet vendicare & agere, & ita non defendere. nec pupillo potest per se. Respon. quòd pupillo fiet: vt ff. de euict. §. pupillo. nec tamen ei soli fiet, sed cum tutoris auctoritate: vt ff. de verb. oblig. sed si ex stipulatu. *Euictione secuta*. id est, euicta re propter hoc quòd tutor vendicauerit. *Qui*. sc pupillus. *Laudatus*. aliàs laudandus. & erit sensus, quia emptor laudare debet venditorem cùm ab ipso causam habuit. & hæc laus quandoque mala est: vt si non iustè vendidit, vt hic. sed ita sumitur in multis locis j. de euictionibus, vel laus est, quia eum defendit. *Cùm aut compensationis rationem*. scilicet si conueniaris tutelæ. *Aut contrario tute*. vt ff. de contrario tute. l. 1. §. vlt. *Agenda*. id est, defendenda. sic ff. de edendo. l. 1.

Sic in vet. libro reperimus.

1 Olim tutor dabatur ad causam.

2 Aliud est curatorem dare ex causa, aliud ad causam.

L. 3. AD PROTEGENDAM, *Sine curator*. Correctiuè ponitur, sicut in rubrica de in lit. dam. tut. vel cura. tutor enim ad causam dari nõ potest, sed curator: vt notaui s. eo. l. 1. vel dic quòd loquitur secundùm vetera iura. olim enim dabatur † tutor ad causam, qui dicebatur prætorius: & finita illa causa desinebat esse tutor. hodie autem curator da 1 ri debet: vt instit. de aucto. tutorum. §. vlt. & facit similem distinctionẽ l. quia quando ponit vnum, & addit aliud quod cum illo non posset esse, quandoque simul esse possunt, vt plenè dixit lex ff. de verbor. signif. hæc verba, ille aut ille. sed videtur huic legi contradicere, ff. de tutor. & curat. da. ab. curatorem. Respond. quia aliud est curatorẽ dare † ex 2 causa, aliud ad causam. si enim ex causa detur, id est, aliqua imminente necessitate, tunc datur simpliciter, & tenetur de omnibus. aliud si ad causam, vt hîc: vel dic quod aliud est, quando datur ad res certas, vt si auctæ sunt facultates pupilli, ad augmentum detur. tunc enim primi

.de

de primis tenentur,& vltimi de vltimis:vt ff.de administ.tut.quotiens. §.constat.

ADLITEM. *tutor.* id est,curator.sic ff.de condit.& demonst.pater Seuerinam.§.conditionum.sumitur enim tutela pro cura. & tutela.lic s.de testamen.tu.si pupilli.& de confirman.tu.l.3. vel intellige quòd ad litem datus est tutor secundario. oportebat enim interesse causæ. *A contutoribus*,non tamen eiusmodi, quia iste datus fuit ad causam,alij ad omnia:vnde contutores sunt quoad dignitatem:sed in alio differunt.sic & imperator dicit commilitones,differt tamen ab alijs militibus:vt ff.de milit.test.l.1. *Exigere potes*,non durante tutela : vt s. de administrat.tut.aduersus. L.4.

1 *Qualiter & quando iuris solennitatibus prospiciatur.*
2 *Ad hereditatem adeundam exigitur tutor.*

SIVE EX TESTAMENTO. *De his quæstionibus.* Quæ scilicet cœperant ante tutelam, vnde & ea manente moueri possunt:vt notaui §.eo.l.1. *Procuratore dato*,scilicet à te,vel etiam te agente per te. non enim incumbit ei necessitas dandi procuratorem, licèt videretur per verba ista:vt s de procurat.in pecuniariis. *Et solennitatibus iuris*.scilicet prospici possit.qualiter prospicitur † solennitatibus iuris,scilicet constituto curatore:quia curator præstabit sacramentum de vtiliter rebus gerendis,inuentarium non est necesse quòd faciat, cùm non sit datus nisi ad causam pupilli,dabit fideiussorem, si eius dolo vel culpa pupillus lædatur in causa ista.& si qua alia sunt necessaria : vel intellige de solemnitate quæ seruatur in respondendo vel agendo. & tunc glossa exigitur, id est,solet exigi,vel subaudi aliàs non hic. nam aliàs perficitur per tutorem,quod hic per curatorem prospicitur.in aliis enim causis cùm omnia bona administrat , debet pupillus respondere per tutorem , sed ad causam certam non potest dari tutor,imò curator. & ita hic prospicitur per curatorem : quod aliàs habet facere tutor. & hoc est solemnitatibus iur.&c. *Et indemnitatibus vtriusque.* Quidam voluerunt hoc referre ad hoc quando pupillo delata est hæreditas. ibi enim ad eam adeundam exigitur †tutor, nec fit per curatorem : vt ff. de appel.cùm in vna.sed ad causam istam bene sufficiebat curator.ita secùdùm eos intelligitur indemnitatibus vtriusque,sed circa causam illam hæreditatis.sed quo ad istam sufficiebat curato: sed hoc non ita intelligo:quia l.ista non loquitur de hæreditate superuenienti , sed de ista quæstione ad quam agendam & defendendam constituitur curator. vnde expone sicut s.dixi. L.5.

DE EO QVI PRO TVTORE NEGOTIA GESSIT. TIT.XLV.

ETIAM *mulieres.Teneantur*.neg.gest.& præterea tenentur pro tutelæ. L.1.

NON VTILITER *nominatus tutor.* Quia dedit eum qui non erat de sua prouincia:vt s.qui dari tut.pos.nec à præside exceptionem. *Si tutor non est,submouebitur*,quandocúque.i.siue ante lit.contest. L.2.

siue post: sed etiam post definitiuam sententiam. & licet hæc exceptio sit dilatoria, similis est tamē exceptioni falsi procuratoris: & ideo quādocunque opponitur: vt no. §. de procura. falsi. & de probat. exceptionem. ergo si prælatus dicatur non legitime ordinatus, quandocunque potest obiici, & ita iudicium dicetur esse nullum.

L. 3. *Hæc l. in vulg. cod. est prima sequentis tit.* SVO POTIVS. *Contra sexus conditionem.* Habet enim beneficium Velleiani: vt §. ad Velleianum. *Quòd tuo periculo.* nisi specialiter eius periculo dari decreto, &c. vt ỹ. l. vlt.

SI MATER INDEMNITATEM PROMISIT.

TIT. XLVI.

L. 1. VADAM *pupillorum. Non aduersus matrem.* Videtur cōtra generalem regulam. ỹ. si tutor non gesserit. ibi enim dicit quòd primò debent conueniri illi qui gesserunt. sed hic cōmiserunt negotium matri, & auo. vnde videntur gessisse, cum per alios gesserunt: vt ff. de administrar. tuto. ita autem §. gessisse & ita isti primò possunt conueniri quàm mater vel auus: nec erit locus ordini. *Ab his.* s. matre & auo, cùm non hîc intercesserat, sed potiùs suum negotium gessit: vt §. ad Velleianum, si mater.

L. 2. OB TVTOREM. *Frustra eam vobis teneri, &c.* Hîc distingue sicut in summa huius tit. continetur.

SI CONTRA MATRIS VOLVNTATEM TVTOR DATVS SIT.

TIT. XLVII.

1 *In re commum potior est conditio prohibentis.*
2 *Lector & cantor matrimonium contrahere possunt.*

L. vnic. SI CONTRA *matris voluntatem. à tutela remouendum prætor decernet.* Et hoc est quod alibi dicit Sabinus, in re communi potior est † conditio prohibentis: vt ff. communi diuidundo, Sabinus. ita dicitur hic in filio, qui est res cōmunis patri & matri. potius enim statur matris prohibitioni, quàm patris dispositioni: vt dicit: quia & aliàs si voluit pater aliquem esse tutorem, vtilitatem pupillorum prætor sequi debet: vt ff. de confirman. tut. vtilitatem. vel intellige quando contra volūtatem matris datus est à iudice tutor, non à parte. remouetur enim sicut si daretur à patre. Præterea quod dicit, sine damno infamiæ, verum est quando non est alia ratio, nisi quia contra voluntatem matris datus est à iudice vel à patre si alia subest causa, vt quia dolo remouetur, non suffragatur ei prior ratio quin sit infamis, vt hîc dicit. & est simile quod aliàs dicit authen. quis lector & cantor † contrahere possūt matrimoniū, sed ponamus quòd aliquis cantor & lector sit monachus: non licet ei contrahere. prima enim

nim ratio non suffragatur in tantū vt possit, licet ea sola idspecta posset, vt in authen. de monachis circa finem.

VT CAVSÆ POST PVBERTATEM ADSIT TVTOR. TIT. XLVIII.

TVTORES *assistere oportere, &c.* Præterea adueniente pubertate tenentur admonere minorem; vt petat sibi curatorem: vt ff. de adminiſt. tuto. ita autem. §. vlt. ad idem ff. de appel. tutor. si in negotio. L. 1.

VBI PVPILLI ALI DEBEANT. TIT. XLIX.

1 *Quando vitricus tutelam habere potest.*
2 *Mater ad tutelam filiorum admittitur.*

EDVCATIO. *Si non vitricum eis induxerit.* Quia plerunque maritis nouis non solum educationem filiorum, sed etiam vitam addicunt: vt s. de adminiſt. tuto. lex quæ tutores. mirabile tamen videtur quia vitricus iste 1 † potest habere tutelam: vt j. de contra. iud. l. vlt. ergo videtur quòd mater possit educare etiam si conuolauit ad secundum matrimonium. sed dic quòd hoc non sequitur, vt hic dicit. vel ibi datus erat tutor voluntate patris, cuius testamento credendum est. non tamen dari debet à iudice. *Quando autem, &c.* Hîc videtur loqui quando secundò nupsit. vel dic quòd s. volebat accipere eorum educationem, hîc autem non obstabat, sicut & in 2 tutela dicitur, quia admittitur mater † ad tutelam filiorum, non tamen cogitur: vt s. quādo mulier tutelæ off. *Perpendet vbi puer educari debeat.* Nec enim debet permittere educari ei qui eius castitati insidiari posset: vt ff. eo. l. pen. *Necessitatem.* Aliud est in curatore bonorum: vt ff. de cura. bo. l. ij. §. pen. & hoc quando est de libertis vel coniunctis personis: vt videtur velle, ff. eo. l. j. L. 1.

VTRVM *nepos. & qui magis, &c.* Repete vtrum, & ita construe, & æstimabitur vtrum is qui prior sit in spe successionis, sit magis ad suspicionem ex spe succedendi, id est, magis in suspicionem vel dubitationē & seu præsumptionē nos inducat contra se, vt ff. eo. l. j. respons. & § prætor denique. & ita hoc verbum sit, bis repetitur, nec abundat aduerbium magis propter illud verbum prior, quia ad illud refertur: vt s. dixi. L. 2.

DE ALIMENTIS PVPILLO PRÆSTANDIS. TIT. L.

1

PVPILLVS. *Adeat.* Etiam die feriato causa talis potest tractari: vt ff. de feriis l. ij. L. 2.

L.2. QVOD *plerumque. Faciunt* id est, præstant alimenta contra vtilitatem pupillorum, ne f. propter paupertatem habeantur viles: propter diuitias habeatur eis inuidia: vt j. quando & quibus quarta pars debo. decur. l. ij. §. sed vbi. *Ministeria.* id est, propter ministrales suos. *Studia.* id est, propter studia. *Quasi vento vixerit.* sicut dicitur de lupo quòd viuat de vento & harena.

DE ARBITRIO TVTELÆ.

TIT. LI.

1 *Tutor rationes conficere debet.*
2 *Quando statur sacramento eius qui à tutela vult excusari.*

Sic reperimus in veteri.

L.1. CVM TVTELÆ. *Ampliauit.* Falsò, vt magis heredes onerarentur. *Vel minuit.* Similiter aliqua de causa. hoc enim nō præiudicat veritati, cùm petitur tutelæ administratæ ratio. debet autem tutor † rationes conficere, & pupillo reddere: 1 vt ff. de tutel. & ratio. dist. l. j. §. officio, & quod dicit minuit, intellige, si non iurauit. si enim iurasset, tantum esse in † patrimonio, staretur eius 2 sacramento: vt s. de proba. authent. quod obtinet, sed tamen illa scriptura licèt heredi præiudicet, creditoribus non præiudicat, vt ibidem continetur, si verò vult augere, non potest siue potest, siue ponamus iurasse, vel quocunque modo dixisse, illud tamen præiudicat si ipsemet dixit tantum esse in patrimonio, & in inuentario comprehendat: vt j. eod. l. vlt.

Sic in vet. libro reperimus.

1 *Idoneum esse tutorem quis probare debet.*
2 *Tutor de leui & leuissima culpa nón tenetur.*

L.2. NOMINA. Nomina dicūtur cautiones, actiones & obligationes. sic s. de actio. nominibus. *Si idonea fuerint.* & hoc constat. debent enim probari idonea, sicut dicitur cùm minor dicit non esse idoneum tutorem: ille qui dedit, debet probare † idoneum: vt ff. de proba. non 1 est necesse, fortè aliud in casu, sicut de tali materia tractatur. ff. de condit. & demon. l. antepen. *Et si palàm dolo tutoris, vel manife. negli.* Dixerūt quidam, ergo speciale est vt teneatur de dolo & lata culpa, non leui † vel leuissima, sicut aliàs quando emit prædia minus idonea: vt ff. de 2 administ. tut. tutor qui repertorium §. competet. vel dic quòd & sic de lata culpa teneatur: non excusatur à leui: vt j. eo. l. quicquid.

Sic in vet. libro reperimus.

1 *Legitima vsura dicitur centesima.*
2 *Quis creditoribus prioribus præferatur.*

L.3. CVRATOR *qui post decretum præsidis.* Quo decernat pecuniam deponi. *Sibi comparauit.* Quidam habent hîc quandam glossam antiqua ..., tenetur, scilicet, tibi. sed alio modo ordinata litera sine tali glossa procedere potest, construe ergo sic, elige vtrum malis in emp. neg. eum curatorem tibi gessisse, qui, scilicet, curator, post decretum præsidis sublata, &c. an quia in vsus suos, &c. *Legitimas vsuras.* Id est † cen- 1 tesi-

tesimas: vt ff. de neg. gest. qui sine vsuris. & alia lex distinguit, vtrum palàm & bona fide acceperit, an non, vt ff. de adminis. tut. non existimo, speciale est ergo vt habeat remedia pro re empta ex pecunia sua, & alia sunt specialia, vt notaui s. de proba. ad probationem: præterea si 2 eius pecunia res fuerit empta, præfertur † creditoribus prioribus: vt ff. qui pot. in pig. idémque.

1 *Quando quis ab hæreditate abstinere dicitur.*
2 *Quando amittitur abstinendi beneficium.*

EVM QVI BONIS. *Secundùm formam edicti.* Quæ est edicti forma? & certè duplex potest assignari, succedit enim filius ipso iure 1 ciuili: & si non immisceat se dicitur † abstinere, licet non denuntiauerit prætori: vel aliquid dixerit, vt s. vt se ab hæredit. l. 1. & ff. de acquir. hæred. ei qui se. vel etiam est alius modus, vt quando immiscuit se, & post abstinet per in integ. restit. de quo videtur hîc loqui per verba illa, quæ ex officio gesta sunt in hæreditate illa, vel etiam geri debuerunt. ergo patet quòd adierat, sed post abstinuit: vt s. vt se ab hæredi. l. 1. sed primo modo licet non immiscuit, si tamen rem amouit de hære- 2 ditate illa non habet abstinendi beneficium, imò † amittit per amotionem, vt ff. de acquir. hæred. si seruum quis alienum. § prætor ait, & §. vlt. vel etiam licet abstineat, si tamen post adeat, tenetur, quod licet facere secundum quod dicit l. j. de repu. l. vlt. vel licet se abstinuerit, si tamen fecerit quòd habeatur pro adita, tenetur: vt ff. de acquir. hæred. §. Papinianus. ita in creditoribus: quia quoad eos non habetur pro hærede: sed tamen quoad libertates bene habetur pro hærede: vt ff. de fideicomm. liberta. cùm quidam §. etsi quis suus. *Quippe in ea.* Scilicet, actione tutelæ. videtur contra. j. eod. quicquid, solue vt ibi. *Quantique interfuit.* Id solum interesse videtur quod superest deducto ære alieno. — L. 4.

OMNES TVTORES. *Ad eundem iudicem.* Vt ff. de quib. caus. ad eundem iudi. eatur. l. 2. — L. 5.

1 *Superfluum est petere quod lege permissum est.*

CVM INTERDICTÆ. *Etiam pretij fraude.* Et ita in duobus peccauit, & quia vendidit rem quam non licebat vendere, & quia minori pretio quàm valeret: vel fortè vendidit pro x. nec tradidit totũ minori, sed partem. *Quod autem petuis.* Quasi loco priuilegij. *Superfluò à* 1 *nobis desideratis.* Superfluum est enim petere id quod lege † permissum est: vt j. de thesau. l. 1. 1. responso: lib. x. *Ad electum transferantur.* vt j. de diui. tute. l. 2. — L. 6.

1 *Quæ veniant in actione tutelæ.*
2 *Verba & blanditiæ quando vti licet impunè.*

QVICQVID. Vel lata culpa, vel leui culpa, speciale tamen est in casu, vt de lata tantùm teneatur, vt no. s. eo. nomina. sed ei quod 1 hic dicit, venire in actione tutelæ ea quæ † quæri potuerunt. videtur contra. s. eo. eum qui. Resp. P. ibi loquitur quando inconsultè fuit abstentus: & verum est quòd tunc non veniunt omnia quæ poterant — L. 7.

quæri:imò deducitur æs alienum,vt ibi dicit.quod ergo hîc dicit, vel cùm possent non quæsierunt,subaudi,deducto ære alieno: vt ita solùmmodo æstimetur culpa,quæ consideratur in eo quod superest deducto ære alieno,non in omnibus quæ quæri potuerunt,vt s̃.dictum est, & dicit l.illa,eum qui.& solet notari l.ista ad quæstionem,quæ posset fieri si ponamus quòd aliquis voluit legare pupillo,& tutor instigatione sua fecit quòd sibi reliquit, non pupillo.quæritur verum eum conuenire possit actione tutelæ propter hoc quòd acquirere potuit &non acquisiuit. & videtur per l.istam.sed tamen non ita est criminosum si aliquis verbis & blanditiis † suis inducat aliquem ad hoc vt instituat eum hæredem,vt dicit lex in viro & vxore:vt j̃.si quis aliquem testa. prohi.l. vltim. & præterea non tenetur ei prouidere contra vtilitatem suam.arg.ff.de in lit.iur.videamus.§.sed nec tutor,& de leg. 2. Lucius. Sempronia.nec intellige quòd teneatur ex his quæ quærere potuit vt ob hoc mendicare cogatur.Sed quæ quærere potuit de rebus minoris, vel quando obuenit ei legatum vel fideicommissum de hæreditate, & non petiit:vt s̃.de administ.tut. sine hærede. §. Modestinus. *In tutela.* Quando est pupillus. *Sine negono.* Quando est adultus.

L.8. TVTORES.Planum est.

L.9. TVTOREM. *Tamen aduersus tutorem.* Gessisse enim videtur, qui per alium gerit,vt ff.de administ.tut.ita autem. §. gessisse. & euidentius in eodem tit.tres tutores. *Non aduersus matris successores.* Mater enim tenebatur minori neg.gest.non ex stipulatu.

L.10. SI DEFVNCTVS. *Industria.* Scilicet,interdicenda est. *Quod laboribus & multis casibus quæritur, interducendum est.* Aliud in vxore, vt s̃. de donat.int.vi.& vxo.l.etiam.aliud etiam in prælato ecclesiæ, vt s̃. de epis.auth.licentiam.quid in filiofa.distingue in patris facultatibus vtrum diues fuerit,an pauper.& in filij artificio,verum habuit aliquam artem,vel non,vt notaui.j̃.de bo.quæ lib.l.pen.

L.11. TVTOR. *Post finitam administrationem.* Pubertate connexam vel completam. *Ad eum.* Non pertinet. intellige si transtulit rationẽ administrationis ad curatores:vt s̃.vt causæ post pubertа.l. vna. Item pubertate adueniente admonere debet minorem, vt petat sibi curatorem:vt ff.de administ.tut.ita autem.§.vlt.nec est contra.ei quod hîc dicitur de actione tutelæ, illud quod ibi continetur. loquitur enim quando curator administrauit, & factus est maior. ideo tenetur neg. gest.curatoris.

1 *Successor tutoris non tenetur nisi de dolo.*
2 *Quando liceat confessionem reuocare.*

L.12. TVTELÆ. *Actio tam hæredibus quàm etiam contra hæredes.* Sed tamen alio & alio modo:quia cùm contra successorem competit actio tutelæ,non tenetur nisi de dolo & lata culpa: vt j̃.de hæred.tuto.l.1.& 2.secus si contra tutorem:vt s̃.eo.quicquid.p.actio tutelæ quę pupillo competit, priuilegiata est inter † alias personales.secus est in eius hærede,quia tunc non habet priuilegium: vt ff. de administ. tut. et pluribus.

1 *Confessio facta extra iudicium quando non praeiudicat.*
2 *Quando confessionem per errorem factam reuocare licet.*
3 *Facti ignorantia plerumque sapientissimos fallit.*
3 *Quando non liceat probare contrarium instrumenti.*

VETERIS IVRIS. *Ad maiorem quantitatem* Fortè quia volebat inuenire vxorem ditissimam. *Eam reducens.* Quam debuerit. *Siue per simplicitatem.* Id est, dolositatem: quia quidam sunt qui nunquam sciunt verum, & semper gaudent in mendaciis. *Nihil veritati praeiudicare.* Hoc pro nobis est, qui dicimus confessionem extra iudicium factam † non praeiudicare: vt notaui ȷ. de confessis. *Non esse aliud inspiciendum, &c.* Sed nónne videtur contra, quia etiam si in iudicio cōfessus fuero errans in facto, licet † reuocare: vt s. de iur. & facti igno. error. ergo multo màgis videretur hìc, praeterea videretur contra. s. de proba. cum precibus: & s plus valere quod agitur. sed dic quòd facti ignorantia † plerumque sapientissimos fallit: vt ff. de iur. & fac. ignor. regula, vnde non est mirum si reuocetur. sed hoc cùm fit coram publicis personis, tabellione & aliis, non videtur quis ita resupinus, vt amplius quàm sit permittat scribere, vnde si fecit, praesumptio est contra eum, & de iure, quae non admittit probationem in contrarium: sicut habuimus in muliere secundo confitente. suprà ad Velleianum. antiquae. vnde quia talis confessio fit in curia & coram publicis personis, vt suprà de administrat. tut. tutores. & fauore pupilli, videtur quòd non liceat † probare contrarium. licet aliud sit in alio instrumento, si aliter se habeat rei veritas: vt suprà dixi. *Nisi prius inuentario.* Praeterquam, vt ff. de adminis. tut. tutor. *Res ei tradatur.* à magistratu: quod est notandum: quia auctoritate praesidis debet ingredi possessionem. *Et poenis legitimis.* Id est, vt publicis vinculis contineatur: vt ff. de suspec. tutoribus. l. 3. §. tutores. *Neque imperiali beneficio, &c.* Hoc dicit ad terrorem, vel ideo dicit, quia imperator nollet. si tamē vellet licet sit contra ius, cùm non laedat alium, posset indulgere: vt s. de precib. imperat. rescripta.

L. 15.

DE DIVIDENDA TVTELA, ET PRO QVA parte quisque tutor conueniatur.

TIT. LII.

2 *Praesumptio praeteriti temporis quando ad praesens reuocatur.*
3 *Contutor quando habet beneficium diuisionis.*
3 *Item quando in solidum tenetur.*

SI POST FINITAM. *Iuris ratio non patitur.* Et est ratio secundùm quosdam, quia si soluendo fuerunt tempore finitae administrationis, praesumuntur & modo soluendo esse: vt sic † habeatur praesumptio praeteriti temporis ad praesens. sed alia ratio est melior, scilicet, quia fuit negligens tempore quo fuit soluendo. tunc habet † beneficium diuisionis, si vero non ha-

L. 1.

beret beneficium diuisionis, vt quia tenentur ob dolum communem, vel quia cessauerunt administrare: vt ff. de administrat. tut. si plures & de tutel. & rat. distr. l. 1. §. nunc tractemus. licet postea cessauerit, nec conueniat alterum, quamuis factus fuerit non soluendo, nihilominus † alter tenetur in solidum, nec potest imputare cessationem, vel prætendere defensionem: quia & cum cessatione & sine, quilibet in solidum tenebatur. 3

1 *Quilibet tutorum in solidum tenetur.*
2 *Actio tutelæ quando diuidi potest.*
3 *Quando vnus ex persona alterius non conuenitur.*
4 *Qualis ordo seruari debeat in conueniendis tutoribus & in subsidium magistratibus.*

L. 1. SI DIVISIO. *In eodem loco seu prouincia.* Vel in eadem ciuitate administrauit. si verò diuisi sunt per diuersas prouincias, videtur quod vnus non conueniatur pro alio: vt s. de pet. tut. l. 2. *Vnum eorum eligere, & totum debitum exigere.* Hoc verum est quando omnes gesserunt, vel quando vnus gessit. ibi enim quilibet eorum † tenetur in solidum. Si verò quidam gesserunt, quidam non: primò gerentes debent conueniri, nec habēt electionem conueniendi quem velint: vt dicitur j. si tutor non gesserit, sed quod dixi, quando gesserunt omnes, videtur falsum. si enim per culpam gesserunt, verum est quòd habeat actionem contra vnumquemque de iure communi. sed tamen ille habet priuilegium quòd postulare poterit † actionem diuidi: vt est in fideiussoribus & & sponsoribus. s. de constit. pecu. l. vlt. secundum habet priuilegium, scilicet, vt ei concedantur actiones ante sententiam. Tertium, quia licet non fuerit cessa actio, habet tamen vtilem actionem: vt ff. de tutel. & ratio. distra. l. 1. §. nunc tractemus, quæ omnia denegantur propter contumaciam & dolum communem, vt in eadem l. dicitur de rationib. distra. Item vnus non conuenietur ex alterius persona † propter negligentiam minoris: vt s. l. proxi. ita est in tutoribus, quòd etiam non cessa actione aduersus contutorem agere poterunt. secus in fideiussoribus, & l. vt fideiussor. Præterea alius potest asignari casus quare supra dicta denegantur, scilicet, si non instruam contutorem de eo quod ad ipsum pertinet, quod fortè quædam scio ad cuius administrationem pertineret quæ ipse ignorat, vt ff. de administr. tut. Titium. §. tutores. Præterea diuisa administratione speciale est propter dolum aut culpā, & in aliis casibus quos hic enumerat vt conueniatur in solidum, aliud etiam est speciale inter hos casus speciales, quia cùm alias generale sit vt † primò gerentes conueniantur post magistratus, postea qui non gessit: in istis tamen casibus prius gerentes, post qui non gesserunt, postea magistratus conuenientur. quidam tamen dixerunt generale quòd prius gerentes, post non gerentes, postea magistratus conuenientur, speciale est quòd prius gerentes, post magistratus, post non gerentes conueniantur, nos totum contra, & omnes argumentamur à l. illa. ff de tut. & rat. distr. §. nunc tractemus, & de ordine illo conueniendi, plenè dicitur. j. de magistra. conue. sed posset quæri, cùm sit 2 3 4

cessio

cessio actionis vni tutorum, vtrum fiat pro parte, an in solidum. & voluerunt quidam dicere quòd in solidum: sicut minor in solidum tutorem potest conuenire, nos dicimus quòd pro parte. intelligitur enim tutor vnam portionem pro se dedisse, alteram pro alio: vt probatur ff. de administra. tut. & si plures tuto. & de tutel. & ratio. distra. cùm pupillus. & arg. ff. de pecul. quæsitum. §. sed si velit.

LICET. *Primo in loco, &c.* Aliud est in curatore bonorum: vt ff. de cura. bon. dan. l. 2. §. vltim. L. 3.

DE IN LITEM IVRANDO.

TIT. LIII.

1 *Tutor quando iurare non cogitur.*
2 *Forma iuramenti in litem.*

ADVERSVS TVTELAM. Id est, res quæ ex officio tutelæ sunt administratæ. *Iudicem accipiens.* Tu curator constitutus. *Tempore litis.* Nónne & tempore sententiæ? vt ff. ad exhiben. §. vlt. & ita vt lex ista consonet cum illa, dic idem tempore sententiæ. vel quod ibi dicit, seruatur in reali actione, & personali, & in ista in rem, aliud vbi personalis purè, vt in condictione furtiua: & seruo corrupto: vt hæc notantur ff. ad exhiben. tigni. per l. de furtis. inter omnes. & de seru. corru. præteritæ. quòd si dolo vel lata culpa, in eo fortè dici potest speciale, vt propter culpam iuretur: vt notaui in l. sequen. *In litem iurandi tibi facultas erit.* Non enim cogitur iurare, nec 1 † subire anceps periurium prætextu alieni compendij. si tamē vult, potest: vt ff eo. videamus. §. sed nec tutorem. vnde apparet quòd ita 2 † debeat formari sacramentum, iuro in litem. iuro quòd pro tanto nollem carere instrumentis illis. si verò ita diceret, iuro quòd ego nollem pro tanto carere re illa, vel quòd ego credo minorem, pro tanto nollem carere: tunc non esset anceps. & ideo nōn ita est dicendum. non ergo tenetur tale subire sacramentum. aliud in sacramento calumniæ: vt ī. de iureiur. ca. l. 2. aliud etiam in sacramento expensarum in lite factarum, quia ea scire potest. *Modo si quondam pupi. o.* Per hoc patet quòd tutor fuit postea datus curator, & agebat contra hæredem contutoris. L. 1.

1 *Interesse sacramento probatur aliquando.*
2 *Propter inopiam probationis defertur iuramentum.*

IS QVI RATIONEM. *Reposcit.* Nomine minoris. cùm sit tutor: vt in l. superiori. *Si hæres.* Tutoris: vt ī. vide. *Per longam successionem.* Etiam per longam successionem. *Dolo.* Vel lata culpa: vt ī. sequitur. *Aduersus tutorem autem iuratur.* Propter dolum & latam culpam vel leuem, vt not ī. eod. alia. *Neque dolus.* Tacitè commissus, & per simulationem. *Neque fraus.* Palàm commissa. *De veritate cognoscet.* Scilicet, considerando interesse, quod probatur testibus, quandoq; † sacramento, non dico in litem: vt notatur ff. de in litem iurando. cùm furti, sicut dicitur in interdicto vnde vi, quòd propter inopiam L. 2.

probationis defertur sacramentum † ex improbitate eius qui vim in- 2
tulit: vt notaui ǰ. vnde vi, si quando vis.

1 *Post rem iudicatam transigi non potest.*

L.3. SVMMA. Id est, quantitas. *Quam.* Scilicet, quantitatem. *Pacto.* Scilicet, transactionis. non enim transigi † potest post rem iudicatam, 1
cùm transactio fiat de re dubia, & lite incerta, vt ff. de condict. indeb.
eleganter. §.1. sed tamen post rem iudicatam, animo donandi remittere
poterit debitum, vel faciendo simplex pactum de non petendo: vt ff. de
re iudicata, si se non obtulit. §. si ex conuentione.

1 *Propter culpam iuratur in litem.*
2 *Lata culpa dolo comparatur.*

L.4. ALIO IVRE. *si non proferat.* Vltro, in publicum scilicet, dolo vel lata culpa & leui: vt differat à casu sequenti. *Hæred.* Et ita speciale
est quòd propter † culpam iuretur in litem, sicut aliàs ff. de administr. 1
tut. tutor qui repertorium. secundum enim regulam generalem non
nisi propter dolum iuratur in litem: vt ff. eo. in actionibus, & quod ibi
dicit iurandum si Stichus decesserit, non est propriè sacramentum in
lite, sed de eo quod veram æstimationem rei vel interesse continet, vt
ǰ. eo. tit. l. cum furti. Si dicas, nonne lata † culpa dolo comparatur? ve- 2
rum est quoad pecuniarum incommodum. non tamen infamatur
quis per latam culpam, sicut propter dolum: vt inst. de suspect. tut. nec
ita iurari potest in litem propter latam culpam, sicut propter dolum,
sic nec excommunicatur aliquis nisi propter dolum vel contumaciam,
cui inhæret dolus, nisi sit canon latæ sententiæ: vt si scholaris conducat domum irrequisitis aliis qui ibi manent, vel qui ibi remanserunt:
& propter specialitatem quæ seruatur in actione tutelæ, ponitur tit.
iste hic potius debuisse poni circa alias actiones, in quibus de iure
communi iuratur in litem, vt in bo. fi. & arbitrariis, vt ff eod. in actionibus, dolo vel lata culpa, vt ita sit speciale, sicut s. notaui. *Actionem.*
Talem, per omnia qualem contra tutorem. vt ff. de hæred. tut. l. vlt.

L.5. LICET ADVERSVS, &c. Hæc lex exponit superiorem. superiùs
enim dicitur quòd si hæres tutoris arguatur de dolo, iuratur contra eum in litem, & hoc intelligendum de dolo suo, fortè & lata culpa, vt ibi notaui, & s. eod. tit. l. 1. & 2. si enim intelligeretur de dolo
tutoris, falsum esset, quia pro eo non iuratur contra hæredem in litem, vt hic dicit. & ita lex ista vtilis est ad intelligendum l. 1. & 2. & superiorem proxi.

DE HÆREDIBVS TVTORVM.

Tit. LIIII.

L.1. HÆREDES. *Si non contra tutorem lis inchoata est.* Si enim contra tutorem lis inchoata esset, talis transferretur actio in
hæredem, qualis contra ipsum competebat, vt notaui s. tit.
i. l. alio. idem quando ex damno pupilli lucrum captatum

est,

est, aut gratia præstitum. & quod dixi de lucro, est simile verbum ff. de fur. si pignore. §. 1.

PATER VESTER. Planum est. L. 2.

ADVERSVS. *Etiam id quod tutor ex causa fideiussionis*. Vt ff. de administrat. tut. quotiens. §. 1. hodie debitor vel creditor non potest esse tutor: vt j. qui dari tutor. poss. authent. minoris. L. 3.

HÆREDES EORVM. Planum est. L. 4.

SI TVTOR NEGOT. GESSERIT
TIT. LV.

CERTVM EST NON SOLVM EOS QVI GESSERVNT. *Tutelæ*. Directa actione, vt ff. de admnist. tut. tutores. *Sed modò suspectos*, &c. Hoc intellige quando diuisa erat a iudice vel à testatore. si enim non esset diuisa, vel ipsi inter se diuiserunt, & ita tenerentur in solidum, siue fecerint suspectos, siue non, tenerentur. *Seruari non potuerunt*. Id est, si non fuerunt soluendo. *Facere*. Declarare vel ostendere. & sic impropriè sumitur. *Et sic contra patronum*. Contutorem tuum. *Instituere non potuisti*. Nomine tuo, nisi in casu: vt ff. de in ius voc. sed si habeat. §. penult. potuit tamen nomine alieno: vt ff. de in ius voc. quæsitum. nec obstat j. de obseq. l. 1. quia ibi loquitur quando nomine suo agere volebat, vel dic quòd lex illa, quæsitum, loquitur circa actionem famosam, hæc autem circa accusationem, vel ibi non dixit quòd possit actionem famosam intédere, sed quòd sine iniuria poterit eum in ius vocare. vel ei quòd hic dicit, non posse instituere actionem famosam, contra patronum, subaudi aliàs. si tamen velit postulare vt remoueatur ne quid tutelæ d. esse poterit, & remouebit eum is cuius de ea re iurisdictio est, si viderit faciendum: vt ff. de suspect. l. 3. L. 1. 4

Sic in manuscripto reperimus.

QVI SE. *Omnes*. Id est, administrantes & non administrantes. *Æqualiter tenet*. N. si sit de appendiciis gestorum. tunc enim ille solus qui gessit tenetur: vt ff. de adminis. tut. tres ibi autem exigi, &c. L. 2.

DE VSVRIS QVÆ VENIVNT EX TVTELA. LVI.

Hæc lex in vulg. est secunda huius tituli.

EIVS. *Qui pro participe muneris*. Id est, pro collega officij. *Faciendo*. Id est, ostendendo. L. 1.

TVTOREM. *Legitimas*. Si clam conuertit, & tunc erunt legitimæ, id est, centesimæ si verò palàm, pupillarem præstat: vt nota j. arbit. tut. l. 1. secundum conditionem personæ: de qua conditione habuimus j. de vsuris, eos qui §. 1. L. 2.

SI PECVNIAM. *Neque idoneis hominibus credere*. Si tamen dicat se non posse fœnerare pupillarem, & fœnerauit suam, non est audiendus: vt ff. de administrat. tut. cùm plures. §. non est audiend. s. L. 3.

PVPILLVS. *Dissimulatione proferat*. Quia fortè astutus est, & sciebat legem qua tenebatur de vsuris. re enim ipsa fit eis mora. *Actus*, &c. Id est, scriptura de oblatione. sola enim oblatio nô sufficit: L. 4.

vt ff.de adminiſt.tutorum,tutor pro pupillo.

DE FIDEIVSSORIBVS TVTORVM SEV CVRATORVM. TIT. LVII.

1 *Principales perſonæ primò conueniendæ.*
2 *Tutores quando habent beneficium diuiſionis.*
3 *Fideiuſſores tutor.non habent beneficiũ diuiſionis contra pupill.*

L.1. ELIGERE DEBES.Hodie ſublata tali electione primò conueniuntur principales† perſonæ:vt j.auth. de fideiuſ. [1] quam habebimus j.de fideiuſſoribus. potuerunt ergo tutores conueniri in ſolidum,ſi tamen ſoluendo ſunt, & omnes geſſerunt,habent † beneficium diuiſionis: vt nota. de diui.tut. [2] ſecus eſt in fideiuſſoribus cùm ab vno tutore dantur. nam licèt aliàs habeant beneficium diuiſionis, non tamen habẽt † contra pupillum: [3] vt ff.rem pup.l.vlt.ſecus ſi factus fuerit adultus:& imputari ei ſua cõuentio poteſt.tunc enim in reſiduum habet beneficium diuiſionis: vt ff.eo.ſi fideiuſſores.& hęc omnia diſtinguntur in ſumma.§.in tutorib.

L.2. NON EST AMBIGVI. *Manet fideiuſſor obligatus*, &c. Et licèt ſatisfecerit tutor in his duobus caſibus, ſcilicet cùm promiſit rẽ pupilli ſaluam fore,vel etiam quòd à tutore non poterat ſeruari: non dicetur liberari,ſed potiùs nõ incidere in obligationem:vt ff.de verb. oblig.decem.

DE CONTRARIO IVDICIO. TIT. LVIII

L.1. SI PRO IVDICATO. Id eſt,condemnato. *Nullum iudicium*.Id eſt,Nulla actio. ſi tamen pacto promiſſum eſſet de cedendis actionibus,tenentur cedere:vt ff.de ſolut.Modeſtinus.manda.Papinianus. *Quòd ſi nomen emiſti*,&c.Tũc ſi ceſſa eſt actio,ſine dubio emptor habet actionem. ſed & ſine ceſſione datur vtilis:& s.de action.& oblig.nominibus.& de hæredit.vel actio.vend.poſtquam.

1 *Quando tutores cedere actiones non tenentur.*
2 *Poſt ſententiam opponi poteſt exceptio cedendarum actionum.*

L.2. SI NON.*Ex propria*,&c.Si enim ex propria culpa eſſet condemnatus,nõ poſſet agere contra alios, vel deſiderare vt † cederentur [1] actiones.ſed hic ex communi culpa & communi negligentia fuit condemnatus abſens & indefenſus. vnde videtur quòd potiùs propter abſentiam fuerit condemnatus,quàm quia malam cauſam habuit: vt ff.de euict.ſi ideo.& ita non haberet actionem. ſed contra eſt , vt hic dicit:ſi enim iuſte fuerit condemnatus propter communem culpam abſens & indefenſus,& acquieuit ſententiæ, actionem habet contra tutores,vt dicit.ſed aliud ſi propter dolum communem eſſet condemnatus.vel etiam quando nullus geſſit. non enim mandanda eſt actio: vt ff.de tute.& ratio.diſtra.l.1.§.nunc tractemus,& de admin.tut.ſi plu

pes,

ces,& quod hic dicitur, intellige quando absens condemnatus fuit lite contestata: vt j. quomodo & quando iudex. l. 3. alioquin nulla esset sententia: vt s. de iud: properandum. §. & si quidem. hoc enim est speciale priuilegium in causa appellationis: vt j. de tempo. appell. l. vlt. &
2 notandum est quod hic dicitur, quia etiam post sententiam † potest opponi exceptio cedendarum actionum: vt ff. de fideiussor. si fideiussores. §. vlt. vel vtili actione neg. gest. ex facto, vel tutelæ.

SI PATER. *Tutelam administrasse proponis.* Patet ergo per l. istam, quòd vitricus tutor fuit priuigni: sed tamē non apud eum esse debuit, vt a matre educari, vt not. s. vbi pupil. educentur, l. 1. L. 5.

DE AVCTORITATE PRÆSTANDA.

Tit. LIX.

1 *Pupillus, quando ciuiliter & naturaliter obligatur.*
2 *Item quando tenetur ex commodato.*
3 *Contractus quando claudicare dicitur.*
4 *Pupillus adire hæreditatem non potest sine tutoris auctoritate.*

NEQVE TVTORIS. *Pro pupillo habita, facta ad vtilitatem pupilli.* Idem dicitur instit. eod. tit. sed si ipse promittat, &
1 cum tutoris auctoritate, obligatur ciuiliter † & naturaliter tamen poterit in integ. restitui. & ita intelligimus tit. s. si tut. vel curat. interueniat. si verò promittat sine tutore, distingue quia aut est proximus pubertati, aut non. si non, quia est infans nullo modo obligatur. & ita intelligimus l. in ff. de act. & ob. pupillus. si sit proximus pubertati, obligatur naturaliter tantùm. & ita intelligimus
2 l. ff. de noua. l. 1. in fi. & tenebitur si ei commodetur † aliquid, & locupletior factus sit: vt ff. commo. sed mihi. hæc in stipulationib. sed quid erit in contractibus in quibus mutuæ obligationes nascuntur, vt empti, venditi, locati? & si quidem contrahat sine tutoris auctoritate, te-
3 nentur sibi alij ipse non eis. & ita dicitur claudicare † talis cōtractus: vt instit. eo. in princip. si verò cum tutoris auctoritate, tenetur in quantum locupletior factus est: vt ff. de act. emp. Iulianus. §. idem Iulianus. nec est prætermittendum quòd ipse non potest adire hæredi-
4 tatem sine tutoris auctoritate, quamuis † etiam lucrosa sit: vt instit. eo. circa princ. & est ratio secundùm quosdam, quia illa lucrosa faceret, quòd ipse quandoque adiret damnosam. Io. dixit ideò quia lucrosa sit, posset onerari debitis & controuersiis: quare non debet adire: vt ff. de minor. minoribus.

NEC ACTIONES. Planum est. L. 2.

EVM QVI A PVPILLO. *Longi temporis spatium non defendit.* Ipso iure non valet emptio. & ita destituitur titulo: quare non habet locum longi temporis præscriptio, sed xxx. annorum computandorum post pubillarem ætatem: vt j. de bo. mater. authent. tricennale. & de bon. quæ liberis, vel alia ratione, quia aut sciuit ipsum non posse vendere, aut non, si scit, ergo fuit malæ fidei possessor. si nesciuit, ergo ius ignorauit: & ita non debet excusari: vt ff. de vsucap. nunquam. & pro empt. l. 2. §. si à pupillo. L. 3.

1 *Delictum carnis non cadit in impuberem.*
2 *Pupillus non excusatur propter ætatem.*
3 *Quando non est necessaria tutoris vel curatoris auctoritas.*

L. 4. CLARVM POSTERITATI. Id est, posteris, qui postea nascentur & succedent. *Et agentibus.* Vt propter mortem patris: vt ff. de accusa. l. 2. & ll. sequentibus. & pulsatis vt in omni crimine præter lapsum † carnis, quod in pupillum non cadit, & ideò non accusatur de adulterio. vt ff. ad l. Iul. de adult. si minor annis. vnde B. Augustinus ait quòd omne delictum cadit in impuberum præter delictũ carnis. non enim † excusatur propter ætatem: vt ĵ. de pœnis, impunitas & s̃. si ad uers. delic. l. 1. nisi quatenus miseratio ætatis; & c. vt ff. de minor. auxilium. *Adesse curatores vel tu.* Quandoque non est necessaria tutoris vel curatoris † auctoritas: vt ff. de adul. si maritus. §. lex, & in crimine læsæ maiesta. vt ĵ. qui accusa. non pos. vt notaui s̃. qui legit. per so. momentariæ. *Et pupillos.* Si verò fuerit adultus præsens, poterit conueniri. cõsensu tamen curatoris. in absentibus autem omnino contra curatorẽ agendum, vt ff. de administ. tut. l. 1. §. vlt. *Accusari.* Vel accusare. *Vel non expressum.* Est enim bonum quandoque † tacere. vnde dicitur, si tacuisses, &c.

1 *Maiori parti quando standum.*
2 *Pactiones præsentium quando absentibus præiudicant.*

L. 5. VETEREM. *Omnibus tutoribus.* Subaudi pro, & quidam habent pro in litera. *Adminiculum sperat.* Scilicet, contra magistratus: vt ĵ. de satisda. tut. circa fi. *Vt quod omnes simpliciter tangit, ab omnibus comprobetur.* Ita est inter priuatos: vt ff. de aqua plu. ar. in concedendo, & l. sin autem. *Plures.* Fallit tamen & secus est in vniuersitatibus, quia non oportet omnes præsentes esse, & consentire: sed maiori † parti standũ est: vt ff. ad municip. quod maior. & de reg. iur. aliud §. refertur. fallit etiam in creditoribus, vt ff. de pact. maiorem. sed tamen illi responderi potest, quasi præsentes fuerint, necesse est omnes interuenire, non tamen consentire: alioquin si quidam fuerint absentes, præiudicatur eis † per pactiones præsentium, quando est minor pars absens. secus si maior: vt notatur in Lilla e. tit. rescriptum.

QVANDO TVTORES VEL CVRATORES ESSE DESINVNT.

Tit. LX.

L. 1. SI CVRATORES. *Tam tutorum quàm curatorum.* Censetur ergo adiunctus eius eiusdem iuris cuius erat & tutor.

L. 2. TVTORIS. *Ex sola voluntate.* Imò ex auctoritate legis finito tempore pupillaris ætatis.

L. 3. INDECORAM. Planum est.

DE

DE AVCTORITATE A TVTORE VEL curatore danda. TIT. LXI.

IVRIS SVI SI CONSTITVTI. Id est, emancipati. & ita fuit eius tutor legitimus: vt instit. de legit. parent. tutela. *Tamen non per procuratorem.* Sicut nec licet tutori, nisi sit lis contestata: vt s. de procur. neque. *Sed actorem.* Qui potest dici adiutor. *Decreto constitutum.* Et hoc quandoque fit ex voluntate: vt cùm talis ætatis est tutor, talis dignitatis. quandoque fit ex necessitate, vt cùm pupillus fari non potest: vt ff. de administrat. tuto. decreto. & instit. de curato. §. vlt. & differt actor iste à curatore, quia ille sui periculo constituitur, iste non, vt not. s. in quibus causis tutor. habenti. *A te.* Id est, suasione tui, vel ipse constituit, & magistratus cōfirmauit. L. 1.

DE EXCVSATIONE TVTORVM ET curatorum. TIT. LXII.

1 *Quo ad tutelam non distinguitur, inter spadonem & castratum.*
2 *Castratus matrimonium contrahere non potest.*

FALSA SVASIONE. Quia aliquis hoc suadebat ei. *Immunitatem à tutelis habere.* Et licet quoad tutelam non distinguatur 1 †inter spadonem & castratum, distinguitur tamen quoad aliam materiam: quia castratus nō potest contrahere 2 matrimonium, aliud in †spadone. Idem dicendum in adoptione, idem in posthumi institutione: vt ff. de iure dot. si serua seruo. & de lib. & posth. sed est quæsitum, & instit. de adopt. sed & illud. L. 1.

SI CVRATORES. *Quod si factum fueris.* Id est, si excusati fueritis ab illa administratione. *Peteret sibi in prouinc.* Datur enim curator propter diffusum patrimonium: vt s. in quibus caus. tutor. l. 2. L. 2.

EXCVSATIONIS. *Si ingenuus.* Idem in quasi ingenuo qui impetrauit ius aureorum anulorum. *Libertino.* Non habenti ius aureorum anulorum. sed si postquam te excusaueris, ius anulorum libertus impetrauit, & idem denuò tutor datus fuerit te excusare non poteris: vt ff. eo. cum exhortatione. L. 3.

1 *In pupillari ætate non contrahitur matrimonium.*
2 *Quando non tenet curatoris datio cognatis notificari debet.*

1 AMPLISSIMI. *Qui pupillam suam.* Id est, eam quæ quondam fuit pupilla: quia in pupillari ætate † non contrahitur matrimonium. *Et tamen infamis constituitur.* Licèt non tenuerit matrimonium, nam ibi non consideratur iuris animus, sed facti: vt j. ad l. Iul. de adul. eum qui. licèt ergo nō perueniat ad perfectionem, sentit pœnam. arg. si rector prouinciæ. & de episcop. si quis non dicam. arg. cōtra ff. quod quisque iuris, l. 1. in fi. *Sed si tutor.* Hic debet esse §. *Demetriæ.* Id est, illi dominæ. & est propriū nomē. *Dum tamen alius substituitur.* Quid si alius L. 4.

non substitueretur? & certè teneret matrimonium, licèt ad eam causam peruenerit, à qua incipere nō potest. & quod hic dicit, causa suasionis dictum est, & vt omnis remoueatur scrupulus. vt s. de interdic. mat. cùm proponas, & ff. de rit. nupt. si quis tutor. & l. penult. vel dic quòd licet matrimonium teneat, notatur infamia vir, nisi alium substitui petat: vt j. eod. licet, vel ideo quia licèt non teneat curatoris † da 2 tio, ad hoc tamen quòd securus de periculo administrationis, debet hoc notificare cognatis, vt alium petant. teneretur enim si hoc non faceret, vel si se immiscuit, aut alius erat gesturus: vt ff. de administ. tut. curatores. §. qui se. & de eo qui pro tut. l. 1. §. vlt. *Non debet enim ignorantia* Non enim habet excusationem propter ignorantiam facti vel iuris: vt s. de interdic. mat. l. 1.

L. 5 LIBEROS. Sponte manumissos: vt ff. eo. libertum, & l. nequaquā. *Amplißimus ordo.* Senatorum, qui erant C. numero. *Etiam inuiti.* Alias inuiti non coguntur: vt instit. de excus. tut. §. qui tutelam.

L. 6. QVINQVAGINTA. *Qui præfiniti sunt.* Vt instit. eod. tit. §. qui autem. *Ad professionem excusationis.* Contestandam: peragēdo enim negotio ex die nominationis quatuor continui menses à tempore sunt constituti, vt ff. eo. quinquaginta. Currunt ergo isti quatuor menses à tempore nominationis, sed potest esse quòd ipse nesciat se nominatum per quatuor vel sex menses: & ita non curret ei tempus in quo debet litem contestari, curret tamen ei tempus in quo debet causa finiri: & ita videtur quòd non possit stare, sed dic quia ei quòd dicitur currere tempus à tempore nominationis, est subaudiendum, & scientiæ: & ita sicut exigitur scientia in tempore litis contestandæ, vt hic dicit, similiter exigitur scientia in tempore litis finiendæ, vt ibi dicit.

L. 7. NEQVE TVTELA, &c. Hæc lex corrigitur per authent. s. qui dare tut. darive pos. minoris.

L. 8. COLONI. *Prædiorum ad fiscum pertinentium.* Aliud in colono patrimonialis fundi, vt s. qui da. tut. l. vlt. Aliud etiam in eo qui publica vectigalia conduxit, vt ff. de iur. immun. l. semper. §. conductores.

L. 9. FRATER. *Quod oculum.* Vnum: aliud si vtrumque, vt j. qui morbo.

L. 10. EXACTIONES. Idem est in mensoribus frumentariis, vt ff. eod. censores. *Tanto tempore.* Id est, interim excusantur cùm fuerint in exactione tributorum, post ea non: sed contra est in noua tutela: quia cùm aliquis est absens reipubl. causa, excusatur dum abest, & post per annum, in noua tamen tutela, vt instit. §. item qui Reipub. causa: aliud etiam in militibus, vt ff. eo. si milites.

L. 11. TESTAMENTO. *Sed propter larè,* &c. Vt notaui. s. l. 2.

1 *Quando quis suo priuilegio derogare intelligitur.*

L. 12. VOLVNTARIÆ, &c. Pone quòd aliquis haberet excusationem à tutela, aliqua de causa vocatus fuit ad tutelam alicuius: ipse non excusauit se, sed voluntariè munus accepit. Quæritur vtrum ex hoc quòd istam accepit, generetur sibi præiudicium circa alias. Et dicit quòd habet excusationem quoad alias, licèt hanc subierit: non enim per hoc derogatur priuilegio suo, quod est vt possit se excusare. Potuit ergo in hac sibi præiudicare, quia licet vnicuique renunciare

his quæ pro se introducta sunt. Sed per hoc † nõ derogatur priuilegio suo, vt dicit: & simile est s. de episcop. & cler. auth. presbyteros. & j. de his qui sponte munera publ. sub. lib. 10. l. 1. & 2. arg. contra. j. ad l Falc. authent. sed cùm testator.

NE SENATORVM, &c. Videtur contra. ff. ad municip. libertus. Solutio. Illud intelligendum est de liberto istius senatoris, & illius. Et ita diuide illud speciale, *liberti senatorum*. Non intellige vnius senatoris, qui plures habeat libertos, sed plurium senatorum, quorum quilibet habebat vnum, qui negotium administrabat: excusantur enim, vt hic dicit, simile est ff. de verb. sign. litis §. 1. L. 13.

SEVERITER. *Et reddere cogetur.* Per officium iudicis, vt ff. de iudi. eum qui temerè, nõ actione in factum ex edicto illo de calumniatoribus, quia hic non nominauit per pecuniam, nec etiam pecuniam accepit. L. 14.

QVANQVAM. *Iudiciorum more examinanda est*, &c. Et si patet malitia cessasse, pertinet periculum ad eum, alioquin contra: vt ff. eodem. qui testamento tutor, & quòd ita oporteat me prosequi appellationem, probatur ff de ritu nuptiarum. si quis tutor. §. quid ergo. L. 15.

SI VT ALLEGAS. *Pro sua grauitate iniurum.* Si enim ex omnibus bonis vel hæreditate controuersia sit, habet excusationem, secus si propter vnam litem vel rem, vt instit. eod. §. item propter litem. L. 16.

LICET ORATIONIS. Quæ prohibuit tutorem pupillam suam filio suo dare vxorem. *Verba deficiant.* Quia loquitur ante contractas nuptias, hic autem post contractas. *Excusare.* Impropriè sumitur, quia non est in potestate sua fuerit tutor, an non: sic instit. eod. §. vlt. & not. s. qui dari tutor. l. 2. alius ergo substitueretur, vt notaui s. amplissimi. L. 17.

TVTORES. *Hac.* Pronomen est, non ponitur pro &. L. 18.

INVSITATAM. *De tutela filij.* Cuius matris tutelam gessisti. *Contrario tutelæ iudicio.* Quia fortè tutor eius fuisti, vel tutori eius successisti. L. 19.

CVRATOR. *Inuitus.* Nisi libertus eorum sis, vt s. eo. l. libertos. L. 20.

QVOD RES. Planum est. L. 21.

SI TVTOR. *Decreto præsidis.* Nisi circumuenti, vt j. tit. prox. l. 1. & 2. L. 22.

HVMANITATIS. *Actionum necessitates tutelæ occasionè.* Cùm ipse pupillus sit debitor sororis tuæ, vel filiorum sororis. *Non inhibeatur affectu.* Sic & ratione consanguinitatis prohibetur quis indicare, sicut & hic tutor esse, vt ff. de iurisd. omn. iudic. qui iurisdictioni. Quandoque è contrario est, quia propter affectionẽ licet facere, quod aliàs non liceret, vt ff. de ritu nupt. non solùm. §. de vno. istum tamen oportet excusare, nec enim credo quòd ipso iure non valet datio. *Consulatur.* Et ita ratione affectionis excusari poterit à tota tutela. Vel non intellige de tota, sed ad hoc solùm, ne incumbat ei necessitas suscipiendi actiones contra sororem suam, & ita ad hoc instituitur curator. L. 23.

EXCVSATIONEM. *Nauicularijs.* Nauicularij sunt qui destinati erant ad nauigia facienda Reip. causa. L. 24.

L.25. VIROS *clarissimos excusari sancimus.* Et ante susceptam tutelam,& etiam post,vnde speciale est & his & in his qui circa latus militauit Imperatoris, vt consiliarij, mannandriarij,& his qui vltra mare causa Reip. absunt: aliàs enim non liceret, vt ff.de mino.verum. §.ex facto.

SI FALSIS ALLEGATIONIBVS EXCVSATVS FVERIT TVTOR.

TIT. LXIII.

1 *Legitima excusatio quæ dicatur.*
2 *Sententia falsis instrumentis lata,rescinditur.*

L.1. SI ABSENTIVS. Maximè,vt ff.de re iudic.acta.§. contra minores. *Necessariis personis.* Qui ab intestato succedũt. *Non competentibus allegationib.* Id est non legitimis: excusauit enim se hac prætenta ratione,quia duos habebat.Et licet hoc non sit falsum,non tamen est legitima† excusatio:& sic non intellige de falsa,sed de non legitima allegatione, & ita non videtur facere ad titul.Vel intellige,id est,non iustis,quæ dici possunt falsæ, vt not.j. de manumiss.vind.l.1.si esset verè falsa,quia dicebat se quinque filios habere, & erat falsum hoc, non est considerandum vtrum per gratiam lata sit sententia, an non: vel vtrum fecerit dolo an ignorantia iudex: sicut alias lata † sententia ex falsis instrumentis, non distinguitur fuerit lata dolo, quia rescindenda est, vt j. si ex fals. instrumentis, per totum. Sed hic fauore pupilli ipso iure nulla est sententia: aliàs autem si lata esset sententia per gratiam, vel falsis instrumentis,tenetur:vt ff.de re iud.diuus.& ad Trebel.seruo inuito.§.cùm prætor.

L.2. TVTORES. *Minimè posse.* Postquã enim administrauit aliquis non posset excusari nisi in casibus,vt ff.de minoribus.verum. §. ex facto.& not.s.tit.prox.l.vlt.

L.3. SI VT PROPONIS. *Ambitione.* Quia diligitur à præside. *Minimè liberatus est.* Et ita si per gratiam absolutus est falsa aliqua allegatione,ipso iure non valet sententia.licet aliàs teneret,vt ff.ad Treb. seruo inuito.§.cùm prætor.

SI TVTOR REIP. CAVSA ABERIT.

TIT. LXIIII.

L.1. QVI TVTORES. *Ad tempus se debent excusare à tutela.* Debent etiam petere curatorem qui interim bona administret: vt ff. de admin.tut.tutore.§.qu.sc.& 1 ff.de excusat.tuto.

L.2. CERTVM EST. *Ab omni seorum tutela anno.* Veterem statum cùm reuersi sunt assumunt,vt insti.de excus.tut.§.item qui reip.

DE EXCVSATIONE VETERANORVM.

Tit. LXV.

QVI CAVSARIA. *Sacramento.* Quia iurabant se non euitaturos mortem propter salutem Reipub. L.1.

QVOD PLACVIT. *Apud competentem iudicem deferant.* Et ita L.2. cùm alij datur, quàm cum veterani filio: nisi se intra statutum tẽpus, hoc est. L. dies excusauerit, cogetur inuitus. Et ibi distingue quando aliquis dimissus est à militia, vt in summa, vt ff. eod. sed & milites. Aliud quando munus est publ. auctoritate & vtilitate, quia veteranus non habet necesse se excusare, vt s̄. quan. prou. nec. non est. veteranis. Hoc secundùm Azonem notaui, licet ibi aliud dicat sua glossa.

QVI NVMERO LIBERORVM SE EXCVSANT.

Tit. LXVI.

QVI AD TVTELAM. *Trium liberorum.* De quibus liberis sit intelligendum, dic plenè vt in summa. L.1.

NEQVE FILIA. *In numero prodest.* Aliud si filius in acie decesserit, qui enim in acie decedunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur, & ideo præstant excusationem patri, vt insti. eo. §.1. L.2.

PATER TVVS. *Excusare se solemniter potest.* Idem dicit lex in testimonio, vt ff. de testibus. inuiti. licet quidam appellauerint ibi senes maiores LX. ann. non enim ita dicendum, sed vt hic definit: idem est in aliis muneribus, vt ff. de iur. immu. l.3. sic & in hac ciuitate, quia non iurat quis communi, vel talia facit si iurat se maiorem LXX. ann. L.3. *Sic in veteri reperimus quãuis hac l. in vulg. co. reponatur sub titulo Qui ætate. 68.*

QVI MORBO. Tit. LXVII.

LVMINIBVS CAPTVS. Id est, priuatus. *Excusationem.* Impropriè sumitur, vt ff. de tutel. l.1. §. vlt. & inst. de exc. tut. & not. s̄. qui dari tut. l.3. L.1.

QVI ÆTATE. Tit. LXVIII.

1. *Tres tutelæ quando excusant.*
2. *Plurium liberorum tutela pro vna computatur.*
3. *Quæ non prosunt singula multa iuuant.*

SI TRES TVTELAS. Scilicet, onerosas, vt institut. eod. §. item tria. *Non defunctoriè.* Id est. voluntariè vel affectuosè, vt institut. eod. §. item tria. si ergo tres habuit onerosas 1 tutelas non † affectuosas, excusatur ad quartam, vbi enim affectatæ sunt, non videntur onerosæ esse, sicut & dicitur in eo qui L. vnic. *Sic in veteri reperimus, tamen, hoc locore ponitur ita.*

vulg. cod. inscriptio. Qui numero tu. Tit. 69.

affectauit Reipubl.causa,vt non restituatur,vt ff.quib.ex cau.maio. & qui data.Plurium tamen liberorum tutela vel cura eorundem bonorũ veluti fratrum,pro vna † computatur:vt institut.eod.§.item tria: *Sed 2 imperfectæ diuersæ species, &c.* Imperfecta ergo non faciunt excusationem perfectam:quod notandum est contra generale,& quæ non prosunt †singula,multa iuuant,vt s̄.de prob.instrumenta,& ff.de testib.l. 3 3.& j̄.auth.de instr.cau.

QVI NVMERO TVTELARVM.

TIT. LXIX.

1 *Prodigus quis dicatur.*
2 *Prodigis quando interdicitur bon.administratio.*

L. vnic. *Sic in vet. manuscrip. reperimus. tamen hac l. in vulg. cod.incipit Si tres tute las, eisque prima sequ. titul.*

CVRATORES *Impleta.&c.*Ideò dicit,quia si non impleuissent,potius darentur ratione ætatis quàm furoris: vt ff. de tutelis.l. 3. *Prodig.* Prodigus † est qui neque finem neque 1 tempus habet expensarum,sed bona sua dilacerando & dissipando profundit:vt ff.eo.l.1.& licet,si sermonibus videatur mentis cõpos,tamen sic tractare bona,&c. vt ff. de tuto. & curator. da. ab his.l. his.l. qui in ea. §. diuus. & eis interdicitur † bonorum administratio. 2 matre vel aliquo cognatorum proponente querelam, vt ff. eod. l. 1. & 2.

DE CVRATORE FVRIOSI ET PRODIGI.

TIT. LXX.

L.1. ORATIONIS.*Sine decreto præsidis.*Vt j̄. de prædiis minorum.

L. 2. SI PATER. *Petet curatores.* Sed & ipsi filio cura permittitur, si sapiens est,vt ff.eo.l.1.§.vlt.l.2 in fin.& l.3.*Per quos.* Omnes sc. vel vnum,sicut in tutore minoris dicitur, vt ff.eod. consilio.§.vlt.secus si dedit in adoptionem,ibi enim oportet omnes adesse, vt s̄. de auctor. præstan.l.vlt.

L.3. CVM *repudiante furiosa.* Cuius furor tantus est, vt nulla sanitatis spes supersit,ea existente terribili circa ministros,vel causa procreandæ sobolis,cùm filios vir non habet. vt ff.sol.matrim. si cùm dotem.§.si maritus.*Instrumenta confecisse significas.*Quia donauit,vel simile fecit.

L. 4. NE LVCRVM.*Vtpote legitimos.*Et ita habuimus s̄. de legit. tut. l. frater.

1 *Furiosus,etiam curatore auctore contrahere non potest.*

L.5. CVM ALIIS. *Impossibile.* Id est, difficile valdè:sic ff.de his qui de 1 rec.l.2.*Curatorem in contractibus vocari.*Non intelligo quòd †furiosus contrahere possit curatore auctore, hoc enim prohibet lex ff. de reg.iur.in negotiis. Dic ergo quòd dum sanæ mentis fuit, vendidit,

nec

nec tradiderat. Postea autem curator vocari debet ad tradendum ipso facto furioso: & assignatur huic l. contra. ff. eod. l. 1. sed hæc noua corrigit illam, vel hæc distinguit. L. 9.

1 *Curator, quando filiofam. dari potest.*
2 *Suus hæres quis dicatur.*
3 *Solemnia verba hodie non necessaria.*
4 *Curator ex testamento esse non potest.*
5 *Furioso ignoranti quibus ex causis quæratur.*
6 *Curatoris officium circa quæ versatur.*

CVM FVRIOSVS. *Perpetuus.* Idem si per interualla. *In sacris.* Scil. vinculis, nam sancta & honesta debet videri persona patris & patroni, filio, liberto. *Indubitatè curatorem habere non potest.* Filio enim in 1 potestate constituto curator † dari non potest, nisi in casu, vt j. de bonis quæ lib. l. vlt. §. sin autem. & in scholari qui absens à patria, & patre suo: licet enim fuerit in potestate, curator ad causam dari debet, vt respondit dominus meus in quæstione de facto: nam & furti agere non potest, vt ff. de iudic. si longiùs, §. 1. *Vel substitutione eorum.* Vt j. de im- 2 pub. & aliis subst. humanitatis. *Et suus hæres. &c.* Non videtur quia † is suus hæres est, qui est in potestate, vt instit. de hæred. qual. & differ. §. sui. suprà autem dixit quòd sui iuris erat. Vnde quidam glossauerunt ibi sui iuris, sic, subaudi nunc: sed erat in potestate patris quando pater decessit, sed & si tunc esset in potestate patris. non est suus hæres nisi se immiscuerit. vt s. vt se ab hæred. abst. nisi exponas mero iure. est enim necessarius hæres, non tamen habetur pro hærede quantum ad hoc quòd teneatur respondere creditoribus. Dic ergo quòd suus est hæres quantum ad transmissionem, vt j. de his qui ante aper. tab. l. vna. & sic erat sui iuris quando pater decessit. Licet alij contra, vt differret à superioribus vbi loquitur quando decessit pater, & extitit hæres ex testamento, hic ab intestato. Vnde hîc glossauit dominus I. 3 deuoluitur, scilicet, ab intestato, vt differat à casu superiori. *Et.* Repete, dubitatur si curator, &c. *Constantiniana lex sublata est.* Hodie enim † solemnia verba non sunt necessaria, sed sufficit exprimere voluntatem suam quomodocunque, vel iudex non debet decernere. nec ego petere: sed sufficit si agnoscam: vt diligenter not. j. qui admitti ad bonorum possessionem possunt, l. vlt. & penult. *Pro quibus rebus.* Mobilibus vel immobilibus. *Et si.* i. an. *Omnis curator.* Datus in testamento, datiuus vel legitimus. *Furioso vel furiosæ.* Vel prodigo: vt ff. eodem l. penultim. 4 §. 1. ad curationem deueniat per decretum iudicis, non enim ex † testamento potest esse curator: vt s. de confirm. tut. l. 1. licet argumentum sit contra. & pro hoc etiam ff. eodem. si furioso. responso. & hic in sequenti litera innuit. *In prouincia apud præsidem.* Plenissima causæ cognitione interueniente, vt ff. eodem. obseruare. *Locorum antistite.* Not. quòd dicit de episcopo. s. de episcopali audien. de curatoribus. *Tribus primatibus.* Archidiacono, decano, archipresbytero, vt videtur innuere. j. authentic. de episcopis, circa principium. *Tactis sacrosanctis scripturis.* Istud generale est, vnde quidam habent hîc authentic. QVOD *generale est, &c.* *Vt iurent.* Quia per omnem pergens L. 6.

viam vtilitatem minoris aget, vt in corpore huius auth. *Ad similitudinem tutorum & adultorum.* Vt s. arbit. tut. l. vlt. & de admin. tut. l. tutores. *Et si quidem curator substantiā ido. possi.* Distinguit circa substantiā in præstanda satisdatione, aliàs consideratur qualitas personæ, vt ff. de testament. tute. testamento. §. vltim. & de legit. tutor. legitimos. *Et sine aliqua satisdatione.* Circa hoc tres sunt diuersitates: vt no. s. de episcopali audien. de creationibus. *Sacris scripturis propositis.* Et tactis. *Vel successione.* Alia vniuersali. *Hoc furioso accedat.* Sed diuerso modo. nam hęreditas vel alia vniuersalis successio non quantum ad dominium, sed quantum ad administrationem furioso accedit. nam ex his demum causis quæritur furioso † ignoranti, quibus compoti mentis: vt inst. de hæredit. quæ ab intest. §. sui. legata verò quantum ad proprietatem & omnia, eo tantùm saluo, vt si postea repudiata fuerint, ne videantur quæsita. *Inuentario, &c.* Est ergo curatoris officium † & opera, vt cognoscat legata & fideicommissa furioso derelicta, & eius substātiæ congreget, & in inuentario scribi faciat hæreditatem, vel bonor. poss. nomine furiosi potest agnoscere, vt interim furiosus reputetur hæres & bonorum possessor, & à legatariis & creditoribus conueniatur, vt hîc, & ff. de lega. 2. Licinius. §. vltim. *Ad eos referatur.* Cum fructibus medij temporis: vt ff. de hæred. petit. hæres furiosi. 5 6

DE PRÆDIIS VEL ALIIS REBVS MINORVM sine decreto non alienandis vel obligandis.

TIT. LXXI.

1 *Pignus pretorium quando dicatur.*
2 *Quando in alienatione fundi minoris non seruentur solemnitates.*
3 *Negotium merita, partium assertione panduntur.*

L. 1. VENDITIO. *Quod iure pignoris.* Non intellige conuentionalis, sed quia missus est aliquis in possessionem fundi pupillaris causa legatorum, vel damni infecti. & ita dicetur prætorium † pignus, vt j. de prætorio pignore, potest enim ita capi pignus vt ff. eo. l. 3. in prin. Vel intellige quòd obligatum esset pignus cum decreto, tunc enim sine decreto vendi potest, curialiùs tamen faciet si cum decreto alienet: vt ff. eo. si pupillorum. *Vel in causa iudicati.* Vbi quando iudicatum est contra minorem, voluit satisfacere sententiæ: & ita fit alienatio, valet enim, sed restituitur, quare autem hæc † alienatio non pertineat ad senatusconsultum, ratio euidens est, quia illa fieri prohibetur ex voluntate, ista autem permittitur ex necessitate: & ideo lex non obseruat illas solemnitates quæ adhiberi solent in alienatione fundi minoris, sic ff. de fundo dot. l. 1. Ad S.C. Demencianum. *Pupillorum vel adolescen.* Verba S. Consulti pertinent ad pupillum, sententia extenditur ad adolescētes, & ad furiosos: vt s. tit. 1. l. 2. *Cui subueniri solet.* Quia minor est xxv. an. vel excessit eam ætatem, adhuc tamen est intra quadriennium: vt s. de tempo. in integ. restit. superuacuam. *Præsente diuersa parte.* Quia negotiorum merita † pat- 1 2

3 † partium assertione panduntur. & potest esse quòd petit restitutioné, quia iniustè condemnatus est: & ita contra sententiam restituitur, vel quia vendidit isti, & expediebat magis aliis vendere: vel rem aliàm magis expediebat alienare.

1 *Vbi nulla est infirmitas non est opus medicina.*
2 *Quando tam emptoris quàm venditoris dolus requiratur ad inducendam restitutionem.*
3 *Minor facilius restituitur ex sua persona quàm alterius.*
4 *Minor quando pro modico restituitur.*

NON EST. *Nobis necessaria, &c.* Non enim opus est medicina, v- L. 2. 1 bi nulla infirmitas † reperitur. hic ergo cùm ipso iure nulla sit venditio, non indiget in integ. rest. *Vendiderunt.* Scilicet, sine decreto: & datur rei vendicatio: vt j. eod. si quidem. *Participante consilium fraudis.* Q. d. si venditio facta fuerit dolo creditoris, eiusdémque venditoris, nec emptor participatus fuerit fraudis consilium, non restituitur: vt s. si aduersus vendit. pig. l. 2. sed si emptor participatus fuerat, restituitur, vt hic dicit. & ita ad hoc quòd restituatur, oportet tam vendi- 2 torem quàm † emptorem esse in dolo: & habet hoc plus minor in tali casu quàm maior: quia in maiore si dolo facta sit emptio & venditio pignoris, primò debet conueniri creditor: postea oblata pecunia cum vsuris malæ fidei emptori, reuocatur: vt infra, si vendito pignore agatur. l. 1. & 2. & 3. sed habet in integrum restitu. siue primò conueniat creditorem, siue non, emptore tamen participante fraudis consilium: vt hic dicit. Sed quare necessaria est fraus emptoris? ad hoc quòd restituatur, nónne sufficit si sui facilitate vel aduersarii calliditate decipiatur, vt ff. de minoribus, quòd si minor, & l. nan omnia. Resp. Hic loquitur quando facta fuit venditio à creditore cui pignus fuerat obligatum a prædecessore minoris. ibi enim non ita facilè rescinditur, sicut si ipsemet obligasset: si enim ipse fecisset, restituitur pro modico dàno vel fraudis consilio, aliud si à prædecessore. & ita amplius habet quando ex sua persona † vult rescindere venditionem, quàm si ex per- 3 sona defuncti: vt s. divi per hanc l. & per alias l. 1. si vendi pig. agatur. sed in venditione ista dissentiunt. dixit enim B. quòd si pignus incipiat 4 à minore, restituitur pro † modico damno. si vero à prædecessore, propter enorme damnum vel fraudis consilium. Alij distinxerunt quãdo incipiat à minore pignus, vtrum fuerit conditionale, an prætorium. si conuentionale, restituitur pro modico damno. si prætorium vel iudiciale propter enorme: vt ff. de mino. si ex causa. & hoc diligenter notaui s. si aduersus vendi. pig. l. 2.

CVM EMANCIPATVS. *Eodémque curatore.* Id est, tutore: vt no- L. 2. tatur s. de su. pec. tuto. curatores. & de in litem dan. l. vna. *Prædium ad quem ferret.* Si possideret & haberet aliquod ius, puta seruitutem, non posset alienare: vt ff eod. l. 2 §. vlt. sed nec potest seruitutem constituere: vt in eadem l. si verò possideret bona fide sine iure, non prohiberetur alienare. vt ff. eo. magis.

1 *Tutor sine pratore fundum pupilli.transactionis nomine transferre non potest.*
1 *Fides ei seruari non debet qui vult contra pacta versari.*

L.4. NON SOLVM. *Sed neque transactio.* Quia sc licet, mouetur controuersia de fundo,& dedit alium fundum,de quo non erat quæstio,nomine trãsactionis,vel pone etiam quod idem de quo erat quæstio, dedetit nomine transactionis: videretur enim quòd posset, cùm non sit certum vtrum sit illud suum an non.sed contra est, quia sine † prætore non licet,ne lites fingerentur, vt posset sine eo fieri alienatio:vt ff. de transact.cùm hi.§.si eum lis. *A domino suo possunt.* Nisi in casibus,vt in sequenti titulo. *Mutuò.* Id est,versa vice.non ita sumas,sicut in tit.si cert. pet. nec enim debet ei † fides seruari, qui vult contra pacta versari:vt s. de pact. cùm personas. & quia testatio facienda est saluo iure vtriusque: vt ff. de mino. quòd si minor. §.vlt. licet hîc non loquatur de illo beneficio in integ.rest.

L.5. ET SI PRÆSES. *Urbanum vel rusticum.* In quibus vtriusque necessarium est quòd interueniat decretum.aliud antiquitus:vt s de adminift.tut. lex. *Tamen actionem.* Scilicet, duplicem,in rem aduersus possidentem,personalem aduersus tutorem:vt ff.eo.magis puto. §.pen. *Sed falsis allegationibus.* Facit ad id quod habuimus. s. si ex falsis allega. aliàs enim lata sententia ex falsis instrumentis tenet.hic nõ tenet,quia deceptus est præses.vel etiam si non est deceptus, quia non prætendebatur causa,non tenebit quod factum est. *Religionem.* Debet enim esse religiosus iudex.

1 *Æris alieni probatio necessaria in alienatione fundi minoris.*
2 *Quænam curare debet prætor in alienatione rei minoris.*

L.6. MINORVM. *Libello.* Id est, epistola. *Apud acta.* Id est, iudicem, in cuius præsentia fiunt acta. *Causis probatis.* Quia necessarium est † probare de ære alieno,vel aliquam aliarum causarum, quæ enumerantur,ff.eo.magis puto.§.non possum.præterea curare debet prætor vt in hoc cõuertatur pecunia,propter quod facta est alienatio † vel obligatio:vt in eadem.l.§. nec tamen titulo. & est illa ratio, quia tutorem vel curatorem præsentem esse oportet in venditione: vt s.si propter pub.pen.l.vlt.

L.7. SI AD RESOLVENDAM. *Pater contulerat.* Secuta traditione, arg.ff.eo.magis.§.fundum autem legatum.imò & sine traditione, vt hic innuit.nam traditio ita dicitur resolui arg. ff. de reg. iur. qui actionem habet.

1 *Ex causa donationis propter nuptias alienatio sine decreto fieri potest.*

L.8. PRÆDIA RVSTICA. Si essent mobilia, & cum competente moderatione dedisset,valeret donatio, vt s. si aduersus donat. l. 1. Hic enim loquitur in immobilibus. Præterea loquitur de donatione facta ante matrimonium, non propter nuptias: nam ex causa † donationis propter nuptias,fieri potest alienatio decreto non interueniente,vt dicit l.s.de admin.tut.lex quæ tutores.

Et

ET SI IS. *Distraxisse*. Quid si minor vendidit? Respon. nulla est L. 9. ipso iure venditio, nec eius fideiussoris datio. tutore verò vel alio vendente in suum præiudicium dicitur tenere venditio arg. ff. de fideiuss. cùm lex. *Rescissa est*. De facto à principio enim ipso iure non valuit, sic s. de rescin. vendit. si dolo. *Non prohiberis persequi*. Videtur contra. s. de legib. non dubium. Solutio, hoc ideo contingit, quia curator extra prohibitionis causam est: & quia pignus hoc minorem cuius causa est prohibitio inducta, non onerat, vel secundùm M. ibi loquitur de his quæ habent perpetuam causam prohibitionis, sed de his quæ ex postfacto, & ab initio conualescere possunt. at hoc reprobatur vt no. j. l. non dubium. super illo verbo. vel ob id, &c.

PRÆDIORVM. Plana est l. ista. L. 10.

SI QVIDEM. Planum est. L. 11.

1 *Quo casu patri liceat vendere filium.*
2 *Anima rebus praponenda.*

OB ÆS ALIENVM. Tantum subaudi: vel propter necessitatē L. 12. fratris, licet lege non inueniatur expressum: quia in tali casu li-
1 cet patri vendere filium, & quia non debet in læsionem eius retorque-
L.1. MVLTVM INTEREST. *Suis nummis.* Videtur falsum, quia seruus nihil suum † habet, cum pro mortuo debeat 1 reputari. sed intellige suis nummis, id est non nummis emptoris. vel suis, id est, peculiaribus qui prima facie videbatur suis hoc est conniuentibus oculis: non inspecta veritate. ff. de manumiss. l. iiij. Sed quare dicit faciendam esse differentiam quando quis suis nummis emptus est, vt ab emptore manumittatur, an data pecunia serui domino, à domino manumissus est? Respond. quia in vno casu sponte manumittitur, vt s. cum manumissus est nummis suis à domino: posset enim dominus pacto facto de manumittendo eum non manumittere si vellet: quia ex tali pacto non adstringitur: vt s. de transact. interpositas. non ergo cogitur eum manumittere, vt j. de liber. causa. post certi. etiam accepta pecunia de iure communi. sed iudicis officio compelletur fauore libertatis: vt ff. de acqui. hered. si seruum quis §. siquis dedit. & notauimus s. de condict. ob causam l. antepe. In alio autem casu vbi seruus dat pecuniam alicui amico suo, vt ipsum redimat & manumittat, de necessitate habet † manumittere emptor. & ideo in 2 primo casu habet patronus plenum ius patronatus. in alio non. nec enim admittitur ad bonor. possessio. contra tabul. vt hic dicit: sed alia iura retinet ne vocetur in ius: vt ff. de ius voc. sed & si hac lege. ita est cum seruauit ei fidem de manumittendo, non seruauit, vt quia noluit eum manumittere, veniet ad libertatem ex constitutione: vt ff. de manumiss. is qui suis. & ille non habebitur pro patrono: vt dicit l. superior, sed si hac. *Vt hostis pu.* Hostes sunt qui nobis, aut quibus 3 bellum † publicè decreuimus: vt ff. de verbo sig. hostes. *Bona fisco.* Habet ergo fiscus bona istius filij patroni Sabiniani, & præterea in ius patronatus quod habebat. sed quomodo fiet hoc, si liberos habuit damnatus? Imò videtur quòd non: vt ff. ad l. Iul. maiest. eorum. & ff. de iure patro. iura. Sed tamen alia l. videtur contradicere ff. de interdic & releg. l. iij. ergo quidam volunt quòd filius damnati succedat, quidã non. & vt omnia soluas & succedat fiscus, dic quòd hic loquitur quando damnatus non habebat sobolem. tunc enim & bona & ius libertorum

transit

transsit ad fiscum.si cùs si haberet sobolem : vt dicunt leges aliæ. nec obstat l.illa de interdic.& releg.quia ibi loquitur in deportato : secus in aliàs damnato, vt per alias leges dictum est. Sed huic quæstioni
4 posset alia adiici,quia & cognati vsque †ad v. gradum in iure patronatus succedunt:vt instit.de success. libert.§.multis. quomodo ergo præfertur fiscus eis si existerent?Respond.non esse mirum, quia aliàs
5 video quòd hæres extraneus quandoque præfertur † cognatis in iure patronatus ǰ.de Lati.libert.§.sed si sub conditione. & idem dicendũ est hic,quòd in hoc casu præferatur fiscus in iure libertorum damnati cognatis.

SI LIBERTI,&c. *Conuenientibus.* Et ita sciunt patroni: vt notauimus s̄.de seruis fugit.l.vlt. L.2.

1 *Codicillus fit sine scriptis.*
2 *Liberti reuerentiam exhibere debent.*

1 SI QVIS *in posterum.Vel sine scrip.*Et sic codicillus fit †sine scriptis: vt notauimus s̄.de sacrosanct.eccl.l.iubemus.& l.generali. *Nec suc cessionibus eorum.*Videtur contra ff.de bonis liber. Paulus §.patroni filius.sed dic quòd ibi loquitur in filio patroni. filius enim ille miserat epistolam liberto viuo patre, vbi concedebat liberto liberam testamenti factionem.concessit aliud,quando ius patronatus remisit. primo enim casu duabus rationibus non mirum quòd possit amittere successionem:vt quia fuit ei remissum in vita sua ius succedẽdi. quare post mortem videtur quòd sibi non præiudicauerit, vt probatur ff. de acquir.hæred qui superstitis.& quia pactum erat de non succedendo in futurum,& ita nullo modo præiudicauit sibi concedendo liberam testamenti factionem.aliud in iure patronatus, vt hic dicit eandem
2 esse vim:reuerentiam tamen †exhibere debebit, vt ǰ. dicit. *Ex quibus penè solis.*Ideo dicit penè,quia alij sunt casus ǰ.de Lati.lib.& s̄. ǰ.authent.de episcopis,sed hodie,his videlicet casibus,&c.vt si denegauit ei alimenta,aut si filius patroni accusauit eum capitis : vt ff. de bonis lib.qui maior.& alij sunt casus in summa istius tit.§.repellitur. L.3.

SI IN FRAVDEM PATRONI A LIBERTIS alienatio fiat. TIT. V.

1 *In reuocatione alienationis facta à liberto, fraus emptoris non consideratur.*
2 *Patronus detrahit legitimam de bonis liberti.*

SI IN FRAVDEM *patroni libertus aliquid alienauit.*Distingue tamen vtrum alienauit inter viuos,& tunc consideratur vtrum in fraudem fecerit,an non, ad hoc quòd possit reuocare.nec consideratur fraus eius cui †alienauit: licèt
1 aliud sit in debitore alienante in fraudem creditoris. si verò alienauit in vltima voluntate,non requiritur fecerit in fraudem,an non,ad hoc quòd possit reuocari, quod vltra quàm liceat est alienatum : & ratio est,quia bene scis quòd legata intelligũtur deducto ære alieno, vnde L.1.

& hoc legare non potuit, quia detrahit legitimam de † bonis patronus, sicut arrogatus de bonis arrogatoris. & intellige quando aliquã gratiam volebat facere ei cui alienauit: aliud si venderet ei, tunc enim non videtur facere fraudem. sed hæc omnia distincta sunt in summa: & vide ibi.

1 *Actio Caluisiana cui datur.*

2 *Fauiana competit soli patrono.*

L.2. DEFVNCTO. *Intestato succedens.* Non existentibus filiis liberti, vel patre: vt inst: t. de seruili cognat in principio. *Reuocare,* per actionem † Caluisianam: vt s. dixi. vel etiam per Fauianam secundùm nos. alij dixerunt quòd Fauiana est cõmunis causa tam patrono quàm creditori. Caluisiana competit soli patrono: quod secundùm Azonem non est verum. dicit enim quòd Fauiana † competit soli patrono, Caluisiana communis est tam patrono quàm creditori: nec pro aliis ff. de vsu. videamus §. in Fauiana. quia ibi non est litera per quas, sed per quã: vt hæc dissensio in summa huius tit. notata est. & intellige quòd reuocatio ista fiat cùm non potest satisfacere de his quæ remanserũt: alioquin contra: vt s. l. prox. & intellige etiam quòd totam adierit hæreditatẽ. aliud si pro parte, quia tunc non reuocabit alienata. nec iuuat ei, si prætẽdat se ignorasse hoc: quia ignorãtia iuris est, vt ff. eo. l. 3. potest. aliàs successor nõ potest, imò debet habere rata quæ facta sunt à testatore: vt s. de rei vendi. cùm à matre. *Post liberti sui mor.* Si enim liberto viuo accommodaret ei libertatem, non noceret ei: imò & post mortem posset reuocare, arg. ff. quorum lega. l. 1. §. quod ait prætor. & est hoc notandum pro episcopo, quia licet consumpserit antequam fit episcopus in aliquo, non nocet ei postquam factus fuerit episcopus, imò & poterit reuocare.

DE OBSEQVIIS PATRONIS PRÆSTANDIS.

TIT. VI.

1 *Liberti non possunt famosas actiones contra patronum intentare.*

L.1. CONTRA *patronam i. famosam,* &c. Vt furti, vi bonorum rap. vel aliquam aliarum quæ enumerantur ff. de his qui not. infam. l. 1. idem etiam dici potest in crimine expilatæ hæred. tatis, & de sepul. viol. licẽt non ibi enumerentur, & intellige quòd tales † famosas actiones non possunt instituere contra patronum, si nomine suo velit agere, aliud si alieno: vt ff. de in ius voc. an. quæsitum. licẽt quidam voluerunt dicere contra, quòd etiam nomine alieno non posset intentare turpem vel famosam actionem libertus contra patronum: vt s. si tutor non gesse. l. 1. sed dominus lo. dixit l. illam loqui in accusatione suspecti tutoris, non quòd famosam intentaret actionem: illud enim posset nomine alieno: vt s. dictum est.

L.2. LIBERTÆ. *Aut iure.* Glossa, aut, pro & : quia si iniustæ essent nuptiæ, pro eodem esset acsi nuptiæ non intercessissent: vt ff. de operis libert. licut. vel dic quòd siue nupsit voluntate patroni, siue non, si tamen sacramentum adegit ne alij nuberet, non tenetur officium patrono

trono præstare: vt ff. de iure patron. qui contra legem Æliam Sentiam. & fac vim in eo quod dicit in principio de voluntate patroni. secus enim esset si volūtate patronæ essent nuptæ: vt ff. de operis libert. sicut.

ETIAM *debent*. Quia voluntaria est manumissio. secùs si necessaria esset, vt notauimus ſ. & distinximus de bo. liber. l. 1. — L. 5.

SI MANVMISSORI, *Vim & audaciam*. Vt quia fortè erat debitor suus, & dixit ei, cùm nollet soluere, nisi solueris, malè erit tibi. *Non pr...ium ad lu...an.* Admonitio enim debet præcedere vindictam, vt dicit decretum, Si peccauerit in te frater tuus, corripe, &c. — L. 4. *In manuscripto legitur*, Si debitori.

ETIAM *liberis*. Huic l. videtur cōtra. ff. de depor. & releg. eum qui. Solutio. bona adimuntur, vt ibi dicit. sed reuerentia debetur eis. vel ibi bona sunt adempta, hic verò non: vt notauimus ſ. de bo. lib. l. 1. — L. 5.

LIBERTOS, *Quàm seruile ministerium*. Habent enim liberum arbitrium commorandi vbi volunt: vt ſ. de operis liber. l. pen. — L. 6.

NEQVE *libertis, &c. impertire*. Aliàs est litera, impertiri. — L. 7.

NEC *patronæ tuæ obseq*. Licèt enim sit fœmina, nihilominus tanquam masculo debet ei obedire. — L. 8.

DE LIBERTIS ET EORVM LIBERIS.

TIT. VII.

NON *est ignotum*. An manumittat propria voluntate, an quia tenebatur? primo enim casu non ingratum libertum poterit accusare secundo non: nec operas ei imponere potest, nisi pro eo tempore quo antequam teneretur manumisit, vt ſ. de operis libert. mater. — L. 1.

1 *Iurisdictio vnde dicitur.*
2 *Mutilegulo, conditionem patris sequuntur.*
3 *Qui sunt in vtero, pro iam natis habentur.*

SI MANVMISSVS. *Ditionéque*. id est potestate, inde dicitur iurisdictio, à iure & ditione, quod est potestas. *Mittatur*. Patet ergo ꝙ ex leui offensa reducitur quis in seruitutem. & sic aliàs propter leuem culpam quis punitur maxima pœna: vt ſ. de hæret. l. ... sic & aliàs ĵ. de primicerio l. 2. Sed vt pleniùs scias quando quis redigatur in seruitutem, distingue vt diligēter in summa istius tit. dicitur, hìc autem opus est distinctione, &c. & hanc eandem distinctionem possis dicere ſ. tit. prox. si manumissioni. *Si in iudicio*. sc. præsidis, per hoc, vel apud, &c. videretur quòd non ageretur causa de ingratitudine, cùm illa apud præsidem non pedaneum iudicem agatur: vt notauimus ſ. de episcopis, authent. clericus. *Ostendat*. Per se, vel per procuratorem: vt ſ. de procurat. sed hæ. *Filius*, &c. Videtur falsum quod hic dicitur: quia aut fuit natus de ancilla mea aut de aliena, aut de libera muliere. si de mea, meus est seruus: si de aliena, eius cuius est mater. si de libera, sic liber: quia partus sequitur vētrem. Respond. quia hic dic. t ingratum, glossandū est, id est ingratā. sic ff. de vsur. equis. aliàs enim sequeretur conditionē ventris, nec propter ingratitudinē patris reuocaretur, nisi diceres quòd loqueretur gynæciarius vel mutilegulus: illi enim patris conditionē sequūtur ĵ. de mutileg. qui aut patre. *Qui nati*. & cōcepti. — L. 2.

nam qui in vtero sunt, proiam natis † habentur, cùm de eorum commodis tractetur: vt ff. de statu ho. qui in vtero. Et posset quæri circa l. istam quid esset si plures manumitterentur, vtrum exquireretur consensus omnium ad hoc quòd reuocetur quis in seruitutem. & certe videtur, ff qui & quibus manumissi, si quis hac §. quotiens. sed potes intelligere quod ibi dicitur, omnium, scilicet offensorum. & ita dixit dominus P. vel dic quòd solus potest, quia libertus plurium, singulorum est: vt ff de ritu nupt. illud. vel dicas omnium, siue sint offensi siue non. *In nostro consilio*, scilicet auctoritate imperiali præstitit. & ita volebat eum dominus suus iterum manumittere. *Reddatur.* Quia bene seruiuit, & ideo vult manumittere. *Patronus eius.* quodammodo dominus. *Impetrauit.* & hoc odio eius qui primò fuit ingratus, & quia ante imperatorem fuit manumissus.

L. 3. LIBERTI. *Aduersus patronum.* si velint eum vocare in ius. *Heredibus.* Hoc intelligi posset in infinitum, id est qui nati fuerint ex heredibus, & ex heredum heredibus. sed non ad omnes est referendum. imò ad proximum: vt ff. de verb. sig. sciendum, licet P. voluerit intelligere vsque ad v. gradum extendi, sicut & succedere possunt. vt in summa notatum est. *Quibus.* s heredibus. *Ingrati actio.* & per hoc voluerunt dicere quòd per actionem ingrati fit reuocatio in seruitutem. alij per vtilem rei vendicationem, arg. j. de reuo. dona. his solis. nos iudicis officio, vt in summa.

L. 4. LIBERTINÆ *filij.* scilicet cum eis manumissi, secundùm quosdã, & appellabant eos libertinos, patres libertos. sic & per grammaticos videtur quòd dici debeat. sed hoc lege cautum non est. & sic etiã intellexerunt rubricam de libertis, scilicet cum eis manumissis. & pro se induxerunt ff. de obseq. patro. præst. sed nos contradicimus, quia loquitur de ingenuis filiis. quos scilicet patre viuente, cùm quasi per eũ obtineant imaginem seruitutis, & videantur subiecti ex ingratitudine eorum propria, poterunt patroni in seruitutem reuocare. secus post mortem patris. reuocantur ergo in seruitutem ex ingratitudine sua, non patris. & hoc probatur per l. istam & tit. istu. , cùm dicat, eorum liberis. quæ qui cùm tunc esset inutilis, si cũ eis essent manumissi, quia & liberti essent: vnde ne nil faciat adiectio, intelligendum ingenuis, arg. ff. de lega ij. si quando. & respond. ad l. cum heres. quia illud verum est in extraneo herede, non suo.

Sic reperimus in vetusti.

DE IVRE ANVLORVM AVREORVM.

TIT. VIII.

L. 1. NATALES. Pone casum, quia aliter liberti non poterunt contrahere matrimonium, cum clarissima. vel aspirare ad honores. & hoc præstatur per impetrationem aureorum anulorum. &c.

L. 2. AVREORVM. Quidam voluerunt dicere ius aureorum anulorum esse concessum, quia olim liberti anulos aureos ferre non poterant. sed hoc modo ita dicendum est, quia lege cautum non est.

Sic in vet. libro reperimus.

conce-

concedebatur ergo vt esset imago libertinitatis:& signum semiplenæ ingenuitatis,vt hæc in summa in princ. *Constituuntur.* Quia non reuocantur in seruitutem,nec potest petere pon.poss. contra tab. in bonis eius:vt ī.de bo.liber.l.vlt.& ff.eo.l.2.& ff.de bon.liber.l.etiam.ita erat de iure antiquo per impetrationem aureorum anulorum. *Sed hodie,* &c.& ita habes authent.& ingenui,non simpliciter, sicut illi qui natalibus restituuntur:vt ff.de bonis liber.si ius aureorum.

QVI ADMITTI AD BONORVM POSsessionem possunt.

TIT. IX.

1 *Bonorum possessio quid.*
2 *Bonorum possessio multiplex.*
3 *Maioris potestatis est ius ciuile,quàm prætorium*
4 *Dies petendæ bonor.possess.sunt vtiles.*
5 *Filiusfam patre ignorante bonor.possess.petere potest.*
6 *Edictalis bonorum possessio.*
7 *Intra quod tempus peti debet bonorum possessio.*
8 *Filius,patris conditionem,deteriorem facere non potest.*

BONORVM *possess.* Ita construe,bonor. possess. filiofamil. delata amittitur transacto tempore,cùm,id est,quia ignorantia,&c. In primis ergo videndum quid sit bonorum possess.videtur fortè alicui rudi quòd idem esset bonorum possessio,& possessio.sed non est ita:quia bonorum † possessio est vnũ nomen,& corporalia & incorporalia continet, tamen nomen iuris, sicut hæreditas:nec factum demõstrat:vt ff.de bon.possess.l.3. & quod significat hæredit.petitio de iure ciuili, idem de iure prætorio bonor. possess. Alia sunt nomina vt grex,populus, quæ plures contineant, & corporales tantùm:vt ff.de rei vendica.vendicatio. & ideo non modò vendicatur grex & peculium,vt ibi dicit, quia peculium continet actiones & obligationes cum corporibus: vt ff.de pecul. quam Tuberonis §.in peculio.Sed de qua bon.poss.loquitur lex illa? & certè potes de quauis intelligere,siue de bo.† poss.secundùm tab.siue vnde liberi,siue vnde cognati,tamen in bonorum poss.vnde lib.non videtur: quia hîc loquitur de filio qui habebat patrem suum viuum, & erat sub eius potestate,nisi poneres quòd haberet auum paternũ vel proauum.nam in bonis eorum habet locum tantùm illa bon. poss.vt ī.vnde liberi.l.1.& ī.de suis & legit.l.vlt. *Cum igno.quoque pat.poss.pe.* Aliud est in hæreditate,quoniam illam non potest adire sine iussu patris: vt ff.de acquir.hæred.si quis bona.§.iussum.nec oportet præsentem esse prætorem,vel auctoritatem præstare,sicut hic:quia maioris † potestatis est ius ciuile,quàm prætorium.est ergo subtilis ratio quare admittatur,quia ignorante patre peti potest:& dies petendæ bonor possess. †vtiles sunt:vt instit.de bonor. possess.§. vlt.& ita currunt, si aliquo modo peti potuit.Sed videtur contra ī.de an na.except.l.1.§. vlt. & ī. de bon.quę lib.Respond.quia loquitur in actione quæ iure ordinario

L.1.

intentatur porrecto libello, iurato de calumnia, & aliis obseruatis quæ in iudicio oportet obseruari. illam enim intentare siue mouere non possunt sine patris auctoritate: vt ibi dicit. aliud hîc, quia extra ordinem petitur, hoc est non porrecto aliquo libello, vel iurato de calumnia: sed à prætore decerni tantùm postulatur. illa enim non est iudicialis, cùm seruus in ea tantùm admittatur: vt ff. eo. seruus. præterea im pubes: vt j. eo. bonorum. non est ergo bon. possess. actio, licèt ea agnita habeat bon poss. & actionem, & ea teneatur, sicut est in hæreditate: quia adita hæreditate datur hæreditatis petitio possessoria. vel alio. sic etiam est in actione, quia ex pacto nascitur obligatio, ex obligatione actio. neutrum tamen est aliud. *Emolumentum*, &c: Potest hoc intelligi secùdùm antiquissima iura, vbi filius nihil habebat proprium, nisi castrensia, vel quasi: vel secundùm hodierna, vbi in profectitiis patri adquirit vsumfructum & proprietatem, in aduentitiis vsumfructum tantùm: vt j. de bon. quæ lib. l. vlt. potest ergo petere, siue aduentitia sit bon. poss. siue profectitia † eam patre ignorante. sed hodie aduentitiā 5 posset, nedum patre ignorante, imò etiam inuito, sicut dicit lex in hæreditate delata filiofamil. ex testamento matris, infra de bon. quæ liberis. l. vlt. §. 1. *Amittitur*. Sed qualiter potest admitti, quod quæsitum non est? sed intellige quòd hoc dicitur largo modo: quia propriè & secundùm legem, quod meum non fuit, non possum amittere: sic & aliàs dicitur in l. Aquilia damnum pati pro eo quod consequi posset: vt ff. ad l. Aquil. seruum meum, & desinere quod non incepit: vt ff. de vsufruct. quemadmodum l. 3. § desinere. & sic loquitur hîc de edictali bo. possess. quæ defertur ex edicto prætoris mortui. illa enim † dicitur e- 6 dictalis: vt ff. de bon. poss. l. 3. §. à municipibus. & ff. si tab. test. nullæ extabunt. & ista amittitur tempore & repudiatione. aliud in decretali, in qua prætor ostendit voluntatem suam, cùm apud eum sit petita, repudiari non potest: quia magis inhæret ossibus, & magis fit fortis per prætorem, quàm si solo edicto deferretur: vt ff. de successorio edict. l. 1. §. decretalis. *Transacto tempore*. Quòd scilicet tempus computatur ab eo tempore quo sciuit filius delatam sibi bonorum poss. & patrem certiorare potuit: vt ff. quis ordo in bonor. possess. seruetur l. vltima, §. penult. qualiter autem sit dicendum in seruo cùm ei defertur bonorum possessio, dic vt ibi dictum est in §. sequenti. & intellige quod hic dicit de tempore, scilicet c. dierum, vel anni, quia liberis † & parenti- 7 bus datur annus, cæteris agnatis & cognatis. c. dies: vt instit. de bonorum poss. §. penult. Sed qualiter amittitur transacto tempore ista bo notum poss. & emolumentum, cùm filius nō possit facere † deteriorē 8 conditionem patris: vt s. de pactis, filius. sed intellige quod verum est in adquisitis. aliud in adquirendis: quia in his bene possunt facere deteriorem filius & seruus: vt j. de adquir. poss. l. vlt.

SI BONORVM *possessio. proximitatis.* ideo dicit, quia aliud esset, si esset de liberis. illi enim non excluduntur tam breui spatio, in honorem sanguinis: imò habent annum: vt ff. quis ord. in bonor. possess. l. pen. §. vl. & ff. de success. edic. l. 1. in illo §. largiùs.

1 *Tutor bonorum poss. agnoscere potest, sed non repudiare.*
2 *Curator furioso bon. poss. petere potest, sed ei statim nō adquiritur*

INFAN-

INFANTIS. *Rectè competere*. scilicet successoribus infantis. con petiit enim primo infanti, & per hoc eius successoribus: & hoc si tutor vel curator agnouit: vt j. de collat si infanti. potest enim † tutor agnoscere, sed non repudiare: vt ff. de bon. poss. tutor. aliud in curatore furiosi. ille enim potest petere bonor. poss. furioso: sed non acquiritur †furioso nisi factus sanæ mentis agnouerit: vt s. de curat. furio. dat. l. vlt. & §. vltimo. L. 3.

EMANCIPATA. Bene dixit emancipata, quia aliud esset in potestate constituta. illi enim qui in potestate sunt, de iure ciuili intra annum & post possent agere, non autem de iure prætorio. hodie verò non differt suus ab emancipato per constitutiones j. de suis & legiti. & de legit. hæredibus. L. 4.

QVAMDIV. *Secundùm tabulas, an ab intesta.* Quia dicebatur testamentum falsum: vnde non currit: quia quandiu potest succedere ex testamento, non habet locum bonorum possess. contra tab. vt dicit regula iuris, quandiu. & ideo si interim non petit, non currit: vt j. de bon. poss. secundùm tab. l. 1. L. 5.

IVRIS IGNORANTIA. *Manifestum est.* Distincto eo, potuerit consulere peritiores, an non: quia si non potuit, non nocet: vt ff. de bon. poss. in bonorum. L. 6.

1 *Iudex, vtrum secundùm allegata, an secundùm conscientiam iudicare debeat.*

BONORVM. *Sciens*, &c. Et sic scientia exigitur ad hoc vt valeat decretum prætoris, sicut in Barbario Philippo: vt ff. de off præsid. Barbarius. & licèt sit quæstio sabbathina, vtrum iudex debeat iudicare secundùm allegata, an † secundùm conscientiam: per hoc videtur quòd secundùm conscientiam, cùm debeat scire ipsum impuberem, aliàs debet scire seruum. ff. de bonor. poss. l. seruus. & videretur contra. instit. de aucto. tut. sed dic quòd illud determinat, & distinguit istud. L. 7.

QVICVNQVE. *Petisse noscatur.* Subaudi solemniter. nec enim hodie opus est solemnitate verborum circa bonorum possess. sicut nec circa actiones, vt s. de formul. impetra. vel dicas quòd ob hoc dicit, quoniam hæc sanctio, &c. quia antiquitus decerni petebatur, hodie agnoscitur: vt instit. de bon. poss. §. vlt. L. 8.

1 *In bonor. possess. agnoscenda exigitur decretum.*
2 *Forma agnoscendæ bonorum possessionis.*
3 *Hodie non est decretalis bonorum possessio.*

VT VERBORVM. Excludimus. alia est litera, exclusimus, & tunc intellige per superiorem l. proximam. *Vel etiam apud duumuiros.* Hoc est vel etiam apud magistratus municipales. apud quemcunque enim iudicem peti potest. & est simile supra de libert. & eorum lib. l. 2. Sed videretur contra, quia in bonorum possessione † agnoscenda exigitur decretum & causæ cognitio: vnde per l. bellum expediri non potest: vt s. de officio proconsul. nec quicquam §. decretum. & præterea quòd alienta decernantur demandari non potest: vt s. de officio eius cui mandata est iurisdictio l. 2. & de transaction. hi qui. vnde per hoc videretur quòd expediri non posset per minores iudices? L. 9.

& exigeretur iudex qui haberet merum imperium. Sed dic quòd speciale est in hoc casu, scilicet in agnoscenda bono.poss. sicut & cùm decernitur vt qui in integ. restituatur: vt s. vbi & apud quem in integ. restit. pe.l.vlt. *Qualiscunque testatio.* in ista enim bono.pos. non exiguntur testes. sufficit † si veniat ad præsidem, & dicat, domine ego volo agnoscere bo.pos. mihi delatam. alius dicet, bene placet mihi. & faciet hoc scribere suo tabellioni, nec exigitur petitio in agnoscenda ea: vt instit. de bon.pos §.vlt, & s. de curat. furio.l.vlt. sed quia sine ea dici nõ posset hoc iudici, oportet quod interueniat, licet quidam voluerunt dicere quod sint solemnia verba in bo.pos. exclusa. sed tamen oportet quod petatur, & hoc sine solemnitate antiqua. non dicimus quòd non oportet quòd petatur quocunque modo potest manifestare voluntatẽ suam: vt per §. instit. & l.s. de cura. furio. notauimus. quare hodie potest dicere quòd sit tantum edictalis bon.pos. non † decretalis. vnde alij superiorem l. proximam intellexerunt quod solemnitas hodie sit sublata: peti tamen debet. nos dicimus quod non exigitur petitio, sed agnitio: vt s. notauimus. *Properantius exeratur.* Illud potest intelligi duobus modis: vno.i. nimis properanter, quia petit j. tẽpus j. quod alius prioris gradus debebat petere. nihil enim per hoc præiudicatur ei qui petere debuit: vt ff. de bonis libert. l. si filius §. cùm filius. & ff. de inoff. test. filio. §. contra tab. vel dic quod alicui competebat bon.pos. & infra tres dies vel quatuor postquam fuit sibi delata, ipse repudiauit. & ita alij qui est in sequenti gradu, properantiùs. i. magis properãter quàm si totum transisset tempus quo debebat alius petere, & ita esset exclusus, *Exeratur.* i. aperiatur via ad bo.pos. sibi delatam ex repudiatione alterius. *Intra vicem.* i. intra annum alterius. nec oportebit spectare annum transire. vel c. dies, vt bene dicit inst. de bo.poss. §. vlt.

2

3

QVANDO NON PETENTIVM PARTES PEtentibus accrescant. TIT. X.

1 *Pars petentium quando aliis petentibus accrescat.*
2 *Inter agnatos non habet locum ius accrescendi.*
3 *Emancipatorum non est legitima successio.*
4 *Hodie cognatus ab agnato non distinguitur.*
5 *Edictum, cur dicatur perpetuum.*
6 *In bono.possess. habet locum ius accrescendi.*
7 *Item in vsufructuatio.*

L.1. QVOTIENS *pluribus, &c.* Casus istius l. tribus modis potest poni. primo in cognatis, & in his qui veniunt ex linea materna. scis enim quòd illi non succedũt de iure ciuili, quia agnati tantum admittebantur. sed prætor subuenit eis dando bo.pos. vnde cognati quam admittere possunt si repudiauerint, vel etiam si intra c. dies non petierint. si ergo eis deferatur ista bo.pos. & quidam repudiauerint, vel tempore sint exclusi, pars non petentiũ accrescit † aliis petentibus. aliud tamen est in legitima successione, 1 hoc

hoc est in agnatis.& intellige de aliis agnatis præter liberos. isti enim, vt s.dixi, succedunt de iure ciuili: vt s.& præterea subuenit eis prætor de largitate sua dando bo.pos.vnde agnati, quam sicut agnati agnoscere possunt infra c.dies, vt instit.de bon.pos.§.penult. si ergo eam infra tempus à lege coartatum non petierint, non accrescet portio eorũ aliis, imò excludunt alios, & possunt sibi succedere ex alio capite per vnde cognati: vt ff.de succes. edic.l.j.§. sed nunc videndum.ita tamen, si eiusdem gradus non sunt hi qui admittũtur ad bo.poss.si enim eiusdem gradus essent, amissa bon.poss.tempore vel repudiatione ex vno capite, si accresceret quid postea per aliud caput, sibi succedere non posset: vt instit.de heredit.quæ ab intesta.§.admonendi: vt ff.vnde cog. legitimis.& l. octaui. ideo ergo dicit, cessante legit.success. quia aliud 2 esset: vt s.dixi in agnatis.cùm inter eos non habeat locum ius accrescendi: quia excludunt alios succedendo per aliud caput.& tunc quod dicit bon.pos.subaud.est vnde cognati, nam vnde liberi non datur: vt j.de suis & legit.quotiens.nec ex l.xii.tab.vocantur: vt s. dixi, sed per prætorem: vt instit.de legit.agn.suc.in prin. tit. & succes. cogna. in pr. 3 vel aliter potes ponere in emancipatis, quorum non est legitima successio: vt instit.de legit.agnat.suc.sed per prætorem tantum vocantur à iure ciui.omnino ignoti.secundùm enim ius antiquum per emancipationem tollebatur agnatio, nisi emancipatio fieret cõtracta fiducia. vt instit.de legit.agnat.succes.§.vlt.vocantur ergo isti tantum per prętorem, & dat eis bo.pos.vnde lib.intra annum: quam si amiserint tempore vel repudiatione, accrescit aliis.Hoc autem cessat in suis, quorũ est legitima successio.nam vt s.dixi, in aliis agnatis istis defertur successio per l.12.tab.sed prætor fuit largus & præterea voluit quòd iure succederent per bon. pos. vnde lib. intra annum.Si ergo intra annum non petierunt, & dicunt se velle succedere iure veteri 12. tab. possunt facere.& sic per vnde agnati succedunt aliis exclusis, vt ff. quis or. in bo pos.l.pen.§ vlt.nisi essent eiusdem gradus: vt s.notaui.in agnatis cæteris. & sic quoad istos agnatos eodem modo exponetur cessante legit.success. sicut s.posui.sed in hoc erit diuersitas in secundo casu, qui ponitur in emancipatis, qui tantum de iure prætorio succedebant, primus in cognatis, qui & tantum de iure prætorio succedebant. secus in suis libertis, vel aliis agnatis: quia & in illis non habet ita locum ius accrescendi, vt s. dixi, cum duplici iure subuenitur eis 12. tab. & prætorio.quare cum per ius 12.tab.non excludantur, c.diebus vel anno, maximè secundùm nos licet P.contradicat, vt notauimus.j.de iure delib. si curatoris. sibi ipsi succedent ex alio capite.vel etiam alio modo posset exponi, cessan.legit.success. in secundo casu, vt differat à prima expositione.differt enim in personis, non tamen in ratione, quòd locum non habeat ius accrescendi.non posses dicere in suis, quòd illi tenentur adire siue velint siue nolint: nec tempore aliquo excluduntur, sicut in emancipatis dixi, & ideo per hoc quòd tempore non excluduntur, non habet inter eos ius accrescendi, quare dicit, cessan. legit. succes. & quòd ita sit, probatur institut. de hæred.quali.§.sin autem. hodie verò per prætorem in vtroque correctum est, quia dat eis bon.possess. in qua currit eis tempus: vt suprà dixi.præterea dedit eis

Sic in vet. libro reperimus.

potestatem abstinendi : vt dicit idem. §. sin autem. sed videtur quòd malè dixerit, cessan.legit. succes. & sic venio ad positionem tertij casus, quia in his qui de iure ciui. succedunt, locum habet ius accrescendi: nec pro parte habere possunt hæreditatem, pro parte non: vt ĩ. de cadu.tol.§.his ita. quare subaudire debes maximè, cùm idem sit in ciuili successione. & sic habes tres expositiones horum verborum, cessan.legit.succes. & per hoc tres casus pones. Sed quę dicta sunt, de iure antiquo obtinebant: aliud hodie, cùm nō distinguatur cognatus † ab agnato, emancipatus à suo: vt ĩ. de suis & legit. & ĩ. de legit. hære. & de lib. præter. vel exhæred. plurib. Idem esset si vni esset delata : & ipse repudiaret: vt ff. de bo.pos. l.3. §. vlt. *Edicti perpetui.* Quomodo est perpetuū? imò videtur c. dierum vel anni. sed dic quòd non dicitur ita perpetuū, sicut dicuntur actiones perpetuæ, quæ xxx. vel xl. annis durant : sed perpetuum .i. generale, † sicut & Imperatorem, exponitur s. in prin. l. in glo. perpetui. vel dicas quòd postquam quis agnouit bon. poss. perpetuum est edictum, cùm post fiat decretalis: vt ff. de succes. edict. l.1. §. decretalis. *Portionem non petentium accrescere in dubium non venit.* Sed petitúrne iterum in hac portione defecta bo.pos. distingue, vtrum illi quibus accreuit diuerso & contrario iure admittantur, an eodem. si diuerso, puta quia instituit extraneum quendam libertus hærede præterito patrono cui datur bo.pos. contra tab. quæ diuersa & contraria est ab alia: & tunc iterum petetur. alioquin contra: vt ff. de bon.pos. sed cū patrono, & ff. vnde agnati. l.2. idem est in hæred. bo.pos. nisi in casu: vt quando per seruum debita est eis bo.pos. vt ff. de acquir. hære. si solus. §. cùm seruum. Habes ergo per ea quæ s. dicta sunt, quòd in bon. † poss. locum habet ius accrescendi. idem etiam habuisti in cohæredibus seu legatariis per §. de caducis tollen. & hoc intelligas cùm non agnouerunt, nam si agnouissent quæ eis deferuntur, non habet ius accrescendi, sic & habet locum in vsufructuario † ius accrescēdi. sed in hoc differunt, quia & si habuit vsumfructū, si capite minuatur, alij accrescit: vt ff. de vsufruct accre. l. 2. Idem etiam dici posset in feudatario: vt cùm qui habebat feudum decessit, & filios reliquit: si aliquis eorum repudiauit, aliis accrescit. ita est cùm vnus habet in feudum, secus si tribus datum sit, nam non accrescit, sed domino alio repudiante. secus est cùm aliquibus datum est inter viuos, vel cùm aliquid emerunt. altero enim repudiante non accrescet alij: & est ratio, quia vbi accrescit, necdum ei qui repudiat, aliquid erat quæsitum. vnde si quis eius deficiat, pro non scripta, vel in causa caduci. cùm enim sociati sint in vltima volūtate, verisimile est quòd testator noluerit alterum habere. secus vbi socij sunt in emptione vel simili re, quia sibi acquiritur: & sic non habet locum ius accrescendi.

Sic in veteri libro reperimus.

4 5 6 7

DE POSSESSIONE BONORVM SECVNDVM TABVLAS. TIT. XI.

1 *Causa testati facit cessare causam intestati.*
2 *Tempus et currit qui habet facultatem petendi.*

PEN-

PENDENTE, &c. *Proximus. no. bo. pos. locus non est.* Hoc duabus rationibus videtur esse verum. vna est, quia non valet successio ab intestato, dum quis † potest succedere ex testamento: vt ff. de reg. iur. quandiu. alia est, quia tempus petendæ bono. pos. est vtile. vnde currit ei qui habet potestatem † petendi. sed iste non potuit petere: & ideò non curret ei tempus: vnde propter hoc debet abstinere, cùm sit incertum verum sit falsum testa. & sic in nullo damnificatur, cùm non currat ei tempus: vt s. qui admitt. ad bon. pos. l. quandiu. Sed cùm obiicitur de falsitate aut alius. si hæres, poterit adire, cùm sit contractus de facto suo, si alius, non poterit, quia dubitat: vt ff. de acq. hære. cùm falsum. L. 1.

1 *Septem testium signa in testamento requiruntur.*
2 *Vtrum per duos testes solemnitas testamenti probari possit.*

BONORVM. *Septem testium signis.* Oportet enim septem signa esse, & quòd testes † subscripserint, & alia sunt necessaria quę in summa continentur. § item non distinguo. &c. *Pers posse.* Loquitur pro antiqua rubrica. hodie enim agnoscitur. *Doceri.* Sed qualiter peruenie-mus ad hanc doctrinam? sicne per VII. testes? probatur bene est. proba. vt j. de fideicommis. l. vlt. si verò per instrumenta, admittitur in ciuitate ista, scilicet, cùm dicit tabellio in præsentia talium testium fecisse talem hæredem, & hæc reliquisse, & illa. at hoc quod in ciuitate ista admittitur, est de consuetudine. secus enim secundùm ius: quia testes illi qui interfuerunt, oportet quòd probent solemnitatem: vt per legem habuimus. s de fideicom. quæstionem, si verò † duo veniant testes, & dicant quòd ille fecit testa. & instituit talem hæredem, & quòd septem testes interfuerunt, probatúrne per eorum testimonium? & dixit dominus M. quòd sic, motus ex eo quod hic dicitur cùm dicit simpliciter, si doceri potest. nec determinatur numerus testium. & ita duo sufficiunt, vt s, de testi, vbi numerus. & dixit quòd non obstat si in faciendo testamento VII. sunt necessarij, aliud enim dicitur esse cùm probatur de voluntate, vt tunc VII. exigantur. aliud quando de solemnitate. tunc enim duo sufficiunt, vt dictum est. sed B. contra. & respond. ei quod dicit M. quòd non facit mentionem de numero testium verum est in fine, sed in principio facit. vnde illud in fine est reperendum: ff. de verbo. oblig. qui se §. vlt. præterea omnes ll. dicunt quòd VII. testes exiguntur in testamento, & quod M. distinxit circa voluntatem & solemnitatem. dixit B. nihil esse: quia vbicunque est quæstio de voluntate vltima est quæstio de voluntate solemni. illa enim sine solemnitate non est: & ideo cùm probatur de voluntate vltima, si exigantur septem testes, similiter exiguntur in solemnitate, quæ voluntati vltimæ semper debent adesse. L. 2. *Sic inveni libro repetitum.*

DE POSSESSIONE BONORVM CONTRA tabulas, quam prætor liberis pollicetur.

TIT. XII.

L.1. LIBERI. Intellige de suis liberis vel emancipatis: vt j. de lib.præter. maximum. in fine, præterea de naturalibus liberis. Respond. legitimis vel illegitimis tantùm. datur enim arrogato bono.posseß.contra tabu.præterea intellige tam in masculo quàm in fœmina.j.de coll.vt liberis. *Parenti.* Idem econuerso.quia parenti datur contra tab.filiorum, si ab eis fuerint præteriti.vt instiur.quib.mod. pign. soluitur. §. si quis à parenti.& glossa parentum,id est patris. nam matris habere non potest,cùm ab ea præteriti pro exhæredatis habeantur.ff.eod.illud.§.1. Sol.ergo speciale est in his,'quia alij nihil consequuntur: & hoc fit in odium defuncti qui prætermisit officium pietatis.præstantur etiam relicta dotis causa: vt ff.de lega.præstand.l.1.& l.virilis.§.vlt. sed hoc hodie correctum est. quia non præ.ex causa.

1 *Alienus posthumus olim institui non poterat.*
2 *Posthumus,nominatim institui vel exhæredari debet.*
3 *Nomina in baptismo imponuntur.*
4 *Quando prætoribus sua edicta instituere liceret.*

POSTHVMO NATO. Post mortem patris,sed ante erat conceptus.& cùm natus est,ipso iure rupit testamentum.vel etiam potes ponere in eo qui natus est post testa.in vita patris. *Qui neq; hæres institutus à patre.* Ideo dicit,quia si esset institutus, aliud esset. tunc enim ad quid rumperet testamentum?& certè non posset, cùm inueniat se institutum. & hoc si suus est. nam alienus posthumus non † poterat olim institui:vt instituit.de bo.pos.in princ.hodie tamen bene potest: vt ibidem continetur. intellige ergo l. istam in suo posthumo: qui neque erat institutus neque exhæredatus, & ita rumpit ipso iure testamentum,vt dicit.& facit hoc ad quæstionem illam cùm aliquis intrauerat monasterium, & reliquit aliquid monasterio, tunc enim non rumpit testa.aliud enim si nihil:vt notaui s de episcop.authent.si qua mulier. Habet institutus nomine suo bo. pos. secundùm tab. non contra, nisi in casu, & tunc nomine alieno, vel ex cura alterius habet institutus bon.pos. contra tab. si enim præteritus agnouit bon. pos. nascitur ex agnatione eius quidam fons, ex quo deriuatur ad institutum bo. pos. contra tab.Si verò præteritus non agnouit,imò noluit, nec tamen repudiauit,habet institutus contra tab.sed non cum efficacia,imò tantū valet ac si peteret secundùm tab. & ita iure secundùm tab. bon.poss. habebit contra tab.quod erit mirum,quasi de albo fiat nigrū, & prodest hoc,quia si institutus habebat minus virili quæ ab intestato competebat,suppletur per talem bo.pos.si magis habuit, nocet, quia non debet habere, vt probantur hæc omnia. ff. de lega.præstand.nonnunquam,& l.is qui in potestate.§.sed solus.& ff. de bono. pos.contra.l.si post mortem.§.exhæredati,& l.non putauit §.vlt. quandoque tamen fit mirabile supradictum econuerso,quia iure contra tab.pos.datur secundùm tab.vt ff.de bon.pos. secund.tab.l.1.§.si sub conditione. *Nato.* Ideo dicit de nato, quia aliud esset si non esset natus. in nato enim præterito ita est, quòd testam. nullum est ipso iure: adeò vt si ipse viuo patre moriatur. nullus erit hæres ex eo testam. quòd à principio non

non tenuit. aliud in non nato: quia si prætereatur, valet testamentum à principio donec nascatur, & si viuus nascatur, rumpitur, nisi monstrosus sit natus. si mortuus, non rumpitur. & quòd ita sit in iam nato, probatur instit. de exhæred. libe. in prin. oportet ergo quòd instituatur 2 vel † exhæredatur nominatim vt hic dicit, ad hoc quòd non habeat bo. poss contra tab. & oportet ritè fieri exhæredationem, scilicet purè: & alia exiguntur: vt ff. de liber. & postu. l. 3, aliàs pro non exhæredato habetur: vt ff. eo. non putauit. §. non quæuis. cum enim sic exhæredatus est, non habet locum bo. poss contra tab. imò querela, quæ est de iure ciuili. Sed qualiter nominatim poterit exhæredari iste qui nondum na-3 tus est, cùm non habeat nomen? nomina enim † in baptismo imponũtur. sed intellige quòd nominatim exhæredetur, non quòd nomen exprimatur, sed aliter de eo mentio fiat. sic enim bene potest fieri: vt j. de liber. præter l. vlt. & insti. de exhære. lib. hodie autem quantum ad partem illam scilicet, quòd exhæredetur posthumus, derogatum est huic l. aliud enim de iure nouo, quia non potest exheredari nisi causa inferatur. in isto autem non potest inferi: & ideò hodie non potest exhæredari. *Et si contra tab.* Sed qualiter petetur contra tab. vel rumpetur illud quod iam ruptum est? non videtur, vt ff. de iniust. rupt. test. nam & si sub conditione. & alia ratione, quia tabulæ sunt contra l. & ita sine effectu. non ergo videtur quòd contra tab. possit peti bo. p. s. vt ff. eo. quod vulgo. Sed dic quòd illud testamentum non tenet de iure, imò rumpitur ipso iure nato posthumo. tamen tenet fauore pupilli, vt scili-4 cet, possit petere bo poss. contra tab. vnde de iure prætorio non rumpitur testa. imò valet. prætor enim non potuit facere tantum quantum lex vel senatus, nec enim licebat eis edicta sua † instituere nisi in absentia senatorum, vt ff. de orig. iur. l. 2. § deinde. & quia prætor non potuit hæredem facere, nec testamentum rumpere. vnde de iure prætorio tenet: & ideò per illud rumpi potuit si per bo. poss. contra tab. Habet ergo duplex auxilium, quia ipso iure potest venire contra tab. vel per bon. pos. & ita de iure ciuili vel prætorio iouatur: vt j. de lib. præterit. l. vlt. in princ. & similiter notauimus ff. de iure dot. si res §. vlt. *Locum habere.* Tantum enim tenet bo. poss. secun. tab. quòd dum illa haber locum, alia non audet mutire: vt ff. de bo. poss. secun. tab l. 1. §. æquissimum. non ergo admittitur ad bo. poss. secun. tab. dum alia potest habere locum. nec etiam interim debet adire hæreditatem. distingue tamen, fuerit in eodem gradu cum ventre, an non: vt ff. eod. illud. §. vltim. & ff. de acqui. hæred. l. cum quidam. §. suum hæredem.

DE BONORVM POSSESSIONE CONTRA TAbulas liberti quæ patronis vel eorum liberis datur.

TIT. XIII.

LICET. *Ex causa fideicommiss. &c.* Et sic videretur quòd non posset L. 1. accedere per bon. poss. contra tab. quia de necessitate fuit manumissus. sed contra est, vt hic d cit. *Legitima.* Antiquitus duæ partes, hodie tertia: vt instit. de succes. liber.

L.2. PATRONVS. *Muneribus.* Vt scilicet, sibi daret, & quolibet anno aliquid. *Flectis*, Et exactis, ex sola enim impositione non repelletur vt notauimus s. de operis liber. l. 1. & l. si quomodo.

VNDE LIBERI.

TIT. XIIII.

L.1. SI AVVS. Hæc erat dubitatio istius. l. quia si relinquat tres filios duo petant bono. possess. vnde liberi, alius nec petat nec repudiet, nô accrescet duobus pars tertij, imò tantum pro duabus partibus succedunt, vt hic, & ff. si pars hæred. pet. l. 2.

L. 2. EX TESTAMENTO. Duobus modis ponitur casus huius l. ne videatur fatuè loqui. vnus pertinet ad titulum, alius nô: quia quod dicit, nemo potest, intellige nemo, scilicet, alius de collateralibus: quia is ordo in bo. pos. seruatur, vel dicas nemo scilicet, alius qui sit in gradu vlteriori, admittatur de iure ciuili ex testa. vel ab intestato.

1. *Vtrum nepos repudiata patris successione auo succedere possit.*
2. *Quando nepos auo succedit vt suus.*
3. *Per emancipationem non tollitur ius agnationis.*
4. *Proximiori in agnatis defertur hæreditas.*
5. *Vtrum in bonis filiorum detur bo. poss. parentibus, vnde parentes.*

L.3. QVI SE PATRIS, &c. Pone casum quod aliquis habebat auũ ex parte patris, decessit ille auus ab intestato. postea pater illius nepotis emancipauit ipsum. emãcipato filio decessit pater. nepos cùm videret ditiorem hæreditatem esse aui quàm patris, repudiauit patris hæreditatem, & vult succedere † de iure ciuili auo. quæritur vtrum 1 possit. & dicitur in l. ista quòd de iure ciuili non potest, maximè si sit emancipatus. sed de iure præto. per bon. poss. vnde lib. *Post auum intest.* Cui sc. auo extiterat hæres suus filius, hoc est pater nepotis. si enim auo pater nepotis hæres extitisset ab intestato repudiata hæreditate patris à nepote, videretur & hæreditas aui repudiata, quia in ea erat: & repudiata hæredis hæreditate videtur testatoris repudiasse. & sic etiam de iure prætorio non succederet auo, cùm emancipatus esset, & repudiasset bonor. poss. secus si agnatus. nam aliud caput posset succedere sibi non existente aliquo in eodem gradu: sicut notauimus s. quando non peten. partes. *Negat.* Intellige istud negare cum repudiatione. quandoque enim intelligitur & sine repudiatione simpliciter negando: sicut & ponitur supra de hæredit. petit. si putas. sed primo modo ponitur. ff. ad Tertullian. l. filij. Maximè emancipati, si ponamus quòd filium auus in potestate non retinuit, sed emancipauit. nepotem in potestate retinuit, non potest esse verum quod hic dicit, quia tunc nepos succedit auo de iure ciuili vt † suus: vt instit. de hæred. quali. §. 2 sin autem. & sic falsum esset quod diceret, maximè emancipatus: quia in eo casu in potestate retentus succederet de iure ciuili. nec intelligi potest quando vtrumque auus emancipauit: quia tunc falsum esset pro-

propter id quod maximè denotat in suo. & præterea hodie in emanci-
3 pato, cùm per emancipationem non tollatur † ius agnationis. vt instit. de legit. agnat. succell. §. vlt. & sic tamen secundùm iura antiqua propter hoc quòd dicit maximè, & in suo falsum est: in emancipato non. tamen etiam secundùm hodierna est falsum: quia emancipatus hodie vt agnatus succedit, videamus vtrum in alio casu posset habere locum quando vtrumque retinuit in potestate. & certè sic quia tunc nepos vt suus succedere non potest, cùm pater eum præcesserit in morte aui: & prætor primò suos vocat: vt instit. de hæredit. qual. & diffe. §. sin autem. Sed nec etiam si pater vellet repudiare vt suus admitteretur. quia cùm esset suus hæres, siue velit siue non, oportebat eum adire: vt institut. de hæredit. qualit. §. sin autem. vnde successorium edictum locum in suis non habebat, cùm ex eo quòd primi emiserint, aliis in proxim. gradu sequenti deferri non posset. nec etiam posset succedere
4 vt agnatus: quia proximior † similiter defertur hæreditas in agnatis. vt instit. de legit. agn. succell. §. 1. & sic bene dicit, maximè emancipatus quando vterque retentus est in potestate: quia nec vt suus nec vt agnatus de iure ciuili auo potest succedere, nec maximè vt emancipatus. fallit tamen quandoque in suo, & in agnato: quia & si vterque retentus sit in potestate, & proximior præcedat, sequens admittitur vt suus: vt ff. de suis & leg. hæred. l. sciendum. instit. de hæred. quæ ab intesta. §. cùm autem ff. de condit. institut. l. vltim. ff. de gradi. cog. l. 1. §. quarto. In agnatione etiam quandoque est falsum: quia etsi proximior præcedat, tanquam agnato sequenti deferatur: vt in. 1. de
5 legi. succell. agnat. §. placebat. Hic posset quæri † vtrum in bonis filiorum detur bono. possess. vnde parentes parentibus, liberis mortuis intestatis, sicut datur liberis in bonis parentum, quia sunt liberi: an etiam eodem iure admittantur, scilicet, per bono. poss. vnde liberi. & dixit dominus P. quòd locum habet vel bono. pos. vnde lib. scripta. vel vti vnde parentes non scripta, sed per similitudinem adinuenta dixit quòd sicut cùm liberi succedunt, datur bonorum pos. vnde liberi, & ideò dicta est. eodem modo & quando parentes succedunt filiis dabitur vnde parentes, licèt enim secundùm ordinem naturæ hæreditas filiorum parentibus non debeatur: turbato tamen ordine debetur: vt ff. vnde liberi, scripta. §. vlt. Io. visum fuit non dari parentibus bon. poss. vnde parentes. & hoc probabat. per locum à remotis, quia si decedat filius aut emancipatus, aut in potestate. si in potestate, & testatus, in castrensi peculio vel quasi, repellitur omnino pater, si intestatus, defertur eius hæreditas patri, non tanquam hæreditas, sed quasi peculium: maximè si erat profectitium. sic quòd omnino patri acquiritur: vt ff. de castrensi peculio. l. 2. si verò non habet castrense peculium vel quasi, & decessit, non potuit condere testa. quia erat filiusfa. si verò erat emancipatus, & contracta fiducia. tunc aut fecit testamentum, aut non. si fecit, aut exhæredauit patrem, aut præteriuit. si exhæredauit, habet querelam. si præteriuit, bono. poss. contra tab. vt ff. de inoff. test. filium. & l. nam & si. & l. filio. §. contra tab. Si intestatus, cùm nullus sit patre propinquior, admittitur per bono. poss. vnde legiti mi: vt institut. de legit. agnat. succell. §. vltim. si quidem non contracta fiducia emancipauit,

Sic in vet. libro reperitur.

non succedit ei, vt in prædicto §. dicitur. Sed cùm hodie per emancipationem non admittatur ius agnationis, & quia video quòd parentibus defertur hæreditas filiorum, dici posset cum domino P. quòd locum habet vtilis bonorum possess. vnde parentes, maximè per l. ff. eodem, scripta. §. vltim.

VNDE LEGITIMI, ET VNDE COGNATI.

Tit. xv.

L. 1. **Consobrinorum.** Consobrini dicuntur filij duarum sororũ. vt insti. de gradibus cog. §. quarto. *Agnouisti.* Si enim non agnouisset, amitteretur tempore, cùm succedat iure prætorio iste consobrinus, non de iure ciuili. sed tamen hodie sublata est differentia talis: quia eodem modo admittuntur nati ex sororibus & similibus.

L. 2. **Cum.** *Propiorem sib.* Id est, natum à consobrina, ex quibus nati dicuntur simpliciter sobrini: & de his dicemus. j. communia de success. non posse. hodie contra, cùm nulla sit inter eos differentia: vt superiore l. prox. notaui.

L. 3. **Nepotibus.** *Successio defertur.* Et etiam cum materteris suis succederet pro virili: vt institut. de hæred. quæ ab intesta. §. cùm filius.

1 *Bonorum possessio quid.*
2 *Adiisse hæreditatem, quando quis præsumatur.*

L. 4. **Non** *licet an tenuerit, &c.* Nam possessio hæreditatis, siue detentatio rerum hæreditariarum, non est bo. pos. nec aditio: quia bon. pos. est ius † persequendi, retinendíque patrimonij, siue rei quæcunque fuit cùm moritur: vt ff. de bono. possess. l. 3. § 1. non est tamen prætermittendum quòd si aliquis sit institutus hæres, si post inueniatur in possessione hæreditatis, vel rerum hæreditariarum, præsumitur † adiisse, nisi probetur contra. j. de repu. hæred. l. 1.

L. 5. **Certum quidem est,** &c. *Neminem posse, &c.* Hoc correctum est, vt s. dixi l. 1. *Non vrgentur.* Sicut enim nec emere nec vẽdere cogitur quis, ita nec damnosam adire hæreditatem. j. de iure delib. nec emere.

DE SVCCESSORIO EDICTO.

Tit. xvi.

L. 1. **Si mater tua.** *Propter furorem suum.* Intellige l. istam sic, quòd currit furioso tempus bono. possess. non quoad ipsum: quia dum ipse est in furore, petere non potest: & ideò non currit, sed quoad tutorem qui poterat petere. vnde si ipse non agnoscat post factus sanæ mentis, currit ei, & datur alij in gradu proximiori. & sic soluitur contra. ff. de bon. poss. tur. mu. furio.

rio.l.1.& ff.e.l.1.§.furiosi. *Patrui magni.* Talem glossam apposuit hîc dominus:R.impropriè hic patruus vocatur,cùm non sit sibi agnatus. sed videtur quòd propriè ponatur,cùm non dicat solum patruum,sed patruum magnum:& qui est matri patruus, mihi est patruus magnus: vt ff.de grad.cog.l.1.§.quarto.& l.iurisconsul.§.patruus.

SLAVIÆ. Pone quòd aliqua domina haberet duos fratres,& præterea habebat nepotes.decessit alter fratrum relicto filio, decesserunt & nepotes.frater auiæ qui superest inuenit se scriptum hæredẽ in testamento falso istorum nepotum, & ita credidit testamentum illud esse verum,& se esse hæredem:& sic ex testamento tali adiit hæreditatem.postea decessit ab intestato non petita bonorum posses. quare si sic adiit hæreditatem ex testamento falso quod credebat esse verum:vtrum per hoc præiudicetur filio alterius fratris,quin ex successorio edicto possit petere bonorum posses.in bonis nepotum, & dicit quòd non.si verò is qui erat in quarto gradu constitutus,scilicet,frater auiæ,cognita falsitate testamenti,ex edicto petiit bonor. posses.tu qui es in quinto gradu constitutus,non poteris admitti. *Eorum success. po.vendi.* Cùm enim ex tali testamento falsò adita fuerit hæreditas, nec præiudicauit sibi nec alij,quia pro non adita habetur:& ideo non transmittitur:vt ff.de hæred.petit.legitimam,& j. de cadu. toll. §.pro secundo.& §.in nouissimo. *Nam si is quem quarto.* Sed quomodo frater auiæ dicitur nepotibus esse in quarto gradu: quoniam isti nepotes erant in quarto gradu matri suæ,ergo auiæ in secundo, & ita proauiæ in tertio:ergo filiis proauiæ,hoc est fratribus auiæ,in quarto.& ita frater auiæ erit in quarto gradu his nepotibus. & bonum est ita procedere,quia cùm quæritur de gradu,semper currendum est ad stipitem: vt ff.de grad.cogna.genera.& per hoc etiam patere potest quòd filio alterius fratris auiç essent in quinto gradu. alij alio modo dixerunt: vt quia iste nepos est in primo gradu matri suæ,in secundo auiæ,& auia est in secundo fratri suo,& sic dixerunt in gradu esse fratrem auię nepotibus auiæ:quia priùs habebas duos gradus,& modò duos inter auiam & fratrem suum.sed primo modo procedere melius est.

L.9.

Sic in vet. libro reperimus.

DE CARBONIANO EDICTO.

TIT. XVII.

1. *Quæstio seruitutis in tempus pubertatis differri debet.*
2. *Lex aliquando dat consilium.*
3. *In extraordinariis bonorum possessionibus non currit tempus, nisi mota controuersia.*

SI TIBI,&c.Casus istius l. duobus modis potest intelligi, aut quòd impubes conueniat,aut quòd conueniatur. In conuento sic pone quòd aliquis impubes possidebat hæreditatem alicuius,quem dicit suum patrem fuisse.veniũt alij fratres defuncti,& dicunt istum non esse suum filium, imò seruũ, vel suppositiuum.& ita mouent ei, & matri fortè nomine ipsius quæ-

L.1.

Sic in vet. libro reperimus. stionem de statu: sed siue vtrique mouetur quæstio, siue filio tantùm, habet dilationem, quæ illi qui sic mouent quæstionem agant petitione hæreditatis contra impuberem, vtrum possint. & dicit imperator quod nimis properant: quoniam iste impubes debet esse in bon. poss. dum est in pupillari ætate ex beneficio istius edicti Carboniani. & debet satisdare. nam si non satisdederit, aduersarij possidebunt pro parte hæreditatem, & ipse pro alia parte, donec factus sit pubes. quæstio † autem seruitutis debet differri in tempus pubertatis, & secundùm istam positionem ita expone verba. *Mouetur quæstio directo.* Non cótradicendo. *Vendicat.* s. contradicendo & retinendo. retinebat enim res hæreditarias, & dicebat se filium. *Data*, Id est, confirmata, quia possidebat. In cóueniente poni potest sic, quòd hæreditas impuberis possidebatur ab aliquibus. impubes petit eam hæred. petit. alij dicunt ipsum non esse filium, & de statu mouent quæstionem. dicit lex ista quod sanius erit consilium, si petat Carbonianam bonor poss. quam si ageret hæredit. petit. vendi. quoniam ibi plenè oportet probare se esse filium, quod difficile est in Carboniana bon. poss. vt ff. eo. l. 3. §. causæ. Si tamen non vult acquiescere consilio imperatoris, & prætor viderit sibi vtile statim petere vel probare se esse filium, statim poterit hoc facere: vt ff. eod. l. 3. §. duæ autem. & sic † dat lex consilium, ff. de rei vindicat. is qui desti. & secundùm hanc positionem, mouetur quæstio contradicenda. *Vendicat.* Id est, vult vendicare, directè non contradicendo. *Datam.* Intellige propriè cùm ipse non possideret. debet abstinere ergo nunc à pet. hæred. cùm sibi non expediret, & satisdare, & sic petere Carboniana bo. vel si non vult satisdare, possidebunt aduersarij pro parte, & ipse pro alia. & quæstio seruitutis differretur vsque in tempus pubertatis. *Prematurè*, Id est, nimis maturè: vt ff. de collat. bon. l. 1. §. si impuberem. *Cum.* Id est, quia. *Satisdatione impleta.* De qua satisdatione loquitur hic? Dominus Py. voluit dicere de vtendo fruendo arbitrio boni viri, arg. ff. vsufruct. quemadmodum ca. l. 1. Sed non est ita, imò debet præstari cautio de bonis restituendis, si apparuerit impuberem non esse filium in tempus pubertatis: vt ff de collat. bon. l. 3. §. emancipatus filius. & si non satisdat, aduersarij possidebunt, & ipse. *Portionem quam vendicat.* Medietatem quam petebat. nec tamen alentur aduersarij de bonis, nisi sint de liberis. tunc enim siue satisderit, siue non, ille cui de statu mouetur questio, cum eo debet possidere, vt ff. eo. sed si. nec est huic legi contra. s. de ordin. l. 1. quia ibi loquitur in petitorio iudicio, puta rei vendic. vel hæred. petit. vbi statim tenetur probare: vt ff. eod. l. 3. §. missum. aliud in possessorio: vt in Carbonian. poss. sicut hic dicit. præterea intellige quæ superiùs dicta sunt, quando de statu & de bonis mouetur quæstio. secus si de statu tantùm, & non de bonis. tunc enim non ex Carboniano haberet dilationem, sed ex constitutionibus: vt ff. eod. l. 3. pręterea intellige dilationem istam vsque in tempus pubertatis dari, non ob hoc quòd tunc petat eam bonorum possess. sed propter hęredit. petit. in ordinariis enim bonorum possessionibus, vt in secundùm tabul. vnde liberi, currit tempus ex eo quòd quis scit se sibi delatam esse hæreditatem. in † extraordinariis ex eo quòd mota est controuersia: vt ff. quis or. in bonor. possess. l. vlt.

1

2

3

&

& ff. eodem. l. 3. §. vltimo, agnoscet ergo Carbon. bonorum possess. sine præsentia alterius partis, & sine contradictione aliqua, dicendo hoc iudici, sicut notauimus suprà, qui admit. ad bonorum possess. l. 1. nec præiudicat alteri, quia res inter alios, &c. post cùm venit tempus pubertatis si velit probare ipsum non esse filium, potest.

CARBONIANVM EDICTVM. Id est, beneficium Carboniani edicti. *Indubitato matrimonio.* Semiplenè. si enim modicum quid pro puero fecerit, est admittendus, vt ff. eo. l. 3. §. 1. *Custodito partu.* debet enim venter inspici, & ita partus custodiri. si non est passa custodiri ventrem mulier, non habebit locum hoc edictum: quia edictum de ventre inspiciendo derogatorium est huius edicti: vt ff. de ventre inspicien. l. antep. *Probata legi.* Intellige si sic prima facie videatur. & sic præsumptiue probatur quòd se filium dicit. *Rebus interdum vtatur alienis.* Ideo dicit, quia posset esse quòd non esset hæres: quia si probatum esset ipsum non esse filium, interdum v sus esset rebus alienis, nec repeteretur aliquid nisi calumniosè fecisset: vt ff. si ventris nomine per calumniam. l. 1. §. interesse. L. 1.

VNDE VIR ET VXOR.

TIT. XVIII.

MARITVS ET VXOR. *Pro antiquo iure.* Per bonor. poss. vnde vir & vxor. hodie per constitutiones, vt hic & ·j. authentic. præterea. & ·j. de bon. mater. l. pen. *Fisco excluso.* Et hoc si vir non fuit de corpore decurionum. tunc enim præferretur corpus vxori & fisco: vt ·j. de hæred. decurionum. & hoc intellige quando viro mortuo post annum contraxit matrimonium. si enim intra, non succederet, quia vltra tertium gradum non succedit iure cognationis: vt s. de secun. nupt. l. 1. ita succedebat de iure antiquo, qualiter autem de nouo, audi per authent. L. 1.

PRÆTEREA, &c. *Coniunx.* Id est, vir. Superstes, id est, vxor. *Imputatur autem & legatum in talem portionem.* Vt ·j. authent. de exhiben. §. quoniam, & vt liceat matri & auiæ. §. quia verò legem. nec obstat quòd ibi distinguit maritum ab vxore, quia corrigitur per authentic. vt fratrum filij. §. vlt. & hoc in summa circa finem.

DE REPVDIANDA BONORVM POSS.

TIT. XIX.

EMANCIPATVS. Patet ergo quòd velamento absentiæ patroni causæ rursus ad finitam redire quæstionem frustrà conatur, vt hic, vt s. de postulan. velamento. L. 1.

FILIO NON LICET. Sed filij negligentia noceret patri, si intra statuta tempora non peteret hæreditatem vel bonorū possess. nec patrem certiorauit, quia in acquirendis præiudicare potest patri: vt ff. quis or. in bo. poss. l. vlt. Si autem bon. poss. erat futura aduentitio peculio, neque pater repudiauerit in fraudē filij, vel ècōuerso quo minus cuiuis eorum quæratur pleno iure successio: vt ·j. de bo. quæ lib. l. vlt. L. 2.

DE COLLATIONIBVS.

Tit. xx.

1 *Veteri iure ab inteſtato ceſſabat collatio.*
2 *Vtrum ſimplex donatio ſit conferenda.*

L.1. EMANCIPATOS.*Teſtamento.*Bene dicit de teſtamento, quia ſecundùm vetera iur. † ab inteſtato ceſſabat collatio: 1 & hoc vetus ius corrigit authentic.ſecundùm M.nos verò dicimus quòd non corrigit,vt ibi notauimus. *Et ex eo ſucceſſionem,*&c.Secus enim ſi nolent habere hæreditatem,quia tunc nullo modo conferent donata,& idem in datis ſecundùm iſta iura.ſed hodie contra eſt:vnde habes hic authen.aſſignatam.EX TESTAMENTO, &c. *Et aliorum datorum.* Donatorum nomine intellexit M.& P. data ob cauſam, vt dotes & donationes propter nupt. & donationes ſimplices. & ita dixerunt corrigi l.illam veterem quæ dicit ſimplicem donationem non eſſe conferendam,niſi donator id dixerit, vel niſi in vnum donatio propter nuptias,vel in filiam dos,in alium autem vel aliam collata † ſit donatio ſimplex:vt j.eod.l.penul.ſed noſtri doctores 2 nomine datorum non intellexerunt ſimplicem donationem, ſed data ob cauſam.authentic. enim loquitur indiſtinctè, & ideo veteris l. diſtinctio ſublata non eſt:quia non debet recedi à veteri iure, niſi per aliud corrigatur,vt j.de appel.l.præcipimus.

L.2. SI PATER,&c. *Promiſerat.*Secus ſi dediſſet:vt j.eo.l.dotis. *Liberentur.*per acceptilationem.

1 *Pactum de futura ſucceſſione non valet.*
2 *Scientia aſſumari non poteſt.*

L.3. PACTVM *quod dotali improbatur.*Quia eſt † de ſucceſſione futura, 1 idem ſi de non ſuccedendo.vt s.de pact.l.vlt.& j. de inuti.ſtip. ex eo.Sed videtur contra.ff.ſi à parente quis.l.vlt.§ ſi parẽs.dic ibi quod loquitur in parentibus,hic autem in liberis,qui non ita facilè repelliũtur ſicut parentes:vt ff.vnde liberi ſcripto §.vlt.Vel ibi loquitur quando habebat legitimam, hic autem minime.vel dic quòd aliud eſt quãdo pactum fit de tabulis non rumpendis. tunc enim non obſtat doli exceptio, vt ibi. aliud autem eſt quando pactum fit ne regreſſum habeat ad bona,vt hîc.ſi tamen ita paciſceretur,quicquid mihi obuenerit ex bonis illius, & ille de cuius hæreditate pacti ſunt, accommodauerit aſſenſum & voluntatem ſuam vſque ad mortem valebit: vt s.de pac l.vlt m.& videtur l.iſta arg. ad hoc quod fecit quidam ſcholaris cùm pater noller ſibi mittere pecuniam fortè inſtigatione fratrum ſeu nouercæ.receſſit.& aliqua ſumma accepta de bonis patris, conuenit ne aliquid peteret de hæreditate paterna. reuerſus eſt ad ſtudium, & ſtuduit diligenter: mortuus eſt pater ab inteſtato. vult filius venire ad ſucceſſionem eius non obſtante illo pacto improbato.& videtur quòd poſſit per l. iſtam.& ad hoc facit ſuprà de inoffic. teſtam. ſi quando. §. illud,

illud. Sed an teneatur cõferre quod accepit quæritur. & videtur quòd non, arg. ff. fam. erc. quæ pater, & s. fam. ercis. sed videtur contra. s. de inoff. test. omnium. §. vlt. sed ibi loquitur in militia quæ vendi poterat: & ideò quod ex ea consecutus est, confertur, sed scholaris ex prędicta 2 pecunia consecutus est †scientiam: quæ quidem conferri vel æstimari non potest: vt ff. de var. & extraordin. l. 1. §. est quidem. non ergo tenetur ad collationem, vt dixi.

1 *Dos aduentitia non confertur.*

FILIAE, &c. *Si vel ab intestato.* Vel quetela rumpatur test. vt j. eod. vt liberis. *Vel contra tabulas.* Fallit hoc de contra tabulas in casu, ff. 1 de collat. dotis. si fuerit. *Seu aduentitiam.* Hodie nulla †aduentitia confertur: vt j. eo. l. vlt. *Qui in familia defuncti non sunt.* Fortè nec sui, nec emancipati, vt j. eo. si emancipati. L. 4.

Quando maritus ad inopiam vergere dicatur.

DOTIS, &c. Patet ergo quòd non tenetur exigere dotem à viro, etiam si eam conferre debeat: sed tanto minus feret, non computabuntur necessariæ expensæ. Vel si maritus facto diuortio factus fuerit non soluendo, vt ff. de colla. dot. l. 1. §. cùm dos. Authen QVOD LOCVM *habet, &c.* Et sic lege authent. ad inopiam vergente. Dominus meus dimittit istud, ad inop. verg. & addidit, malè vtente sua sub. quia hæc sunt verba in corpore authent. §. vlt. sed ille qui ita posuit, considerauit verba legis veteris, s. de iure dot. ver. non autem. Sed quando 1 dicemus quòd vergat † ad inopiam? éstne hoc verum si dedit vnum denarium de bonis suis? & certè ita non est intelligendum, imò secundum vulgi opinionem, quando dicunt homines, iste facit malè factum suum, arg. ff. de fund. instru. & instr. leg. cùm de lanionis §. asinam molendinariam. *Inuito patre.* Videtur contra j. de bo. quæ lib. l. vlt. sed hîc speciale est fauore dotis. *Et cùm maior,* &c. Dicitur autẽ maior secũdùm arbitrium iudcàtis, cùm nõ sit l ge expressum, vt ff. de iu. del. l. l. l. in fi. L. 5.

EADEMVM. *Exceptis quæ ab ipsis aliis debentur.* Ista enim excipiũtur vt æs alienum, ff. eod. l. 2. Præterea intellige de debito purè, secùs si sub conditione, vt ff. eo. l. 2. Item debet deduci castrense peculium vel quasi, vt ff. eo. l. 1. §. ne castrense. & alia multa quæ enumerantur in summa huius tituli, §. item debet deduci. & §. sequen. huic l. assignatur contra. ff. de colla. dot. in adoptione. Sed dic quòd ibi instituta fuit ab alio, non à patre: Vel dic quòd illud intelligendum est cum hac determinatione, scilicet quando præcepit in testamento, vel non. L. 6. *In manuscripto deest lex, Filiam, 7. eiusdem tit.*

SI SOROR. Patet ergo quòd ab intestato tenetur soror dotem conferre, & si non contulit, & æquam portionem de bonis cum fratribus accepit, & sic eos fefellit, illud quod deducta ratione sua plus accepit, debet restitui: nam & cùm promissa est à patre dos, ipso decedente ab intestato, pro portionibus suis fratres debent liberari, vt s. eo. si pater. L. 7.

1 *Emancipati, emancipatis non conferunt.*
2 *Emancipati suis omnino conferunt.*
3 *Profectitia tantùm conferuntur.*
4 *Differentia inter suos & emancipatos quando locum habet.*
5 *Aduentitia non conferuntur.*

L.9. SI EMANCIPATI. *Collatio cessat.* Nisi in profectitio peculio, vt s.eod.filiæ.& ita respon.ad l.contra.ff.de coniung. cum emancip. lib.l.1.§.vlt. Vel intellige quòd non sunt emancipati à patre, sed ab alio, de cuius successione non tractabatur: patet ergo per legem istam, quòd emancipati † emancipatis non conferunt, idem in his qui nec 1 sui sunt, nec emancipati: quia eadem ratione ipsi multo magis inter se non conferunt, emancipati suis † omnino conferunt, vt in hac l.§.si 2 autem.& s.eo.ea demum.& j eod. nec emancipati. Sin emancipatis conferunt, sed non omnia, quia non aduentitia, sed profectitia tantùm, vt s.eod.filiæ §.nec dubium. Item nec sui, nec emancipati suis profectitia tantùm, vt j.eo.l.illam. Item sui nec suis, nec emancipatis, sed non omnia, quia profectitia † tantùm, vt j.eod.filiæ §. nec dubiũ. 3 hoc iure veteri, hodie idem credo in primis personis: nec obstat auth. de hæred.ab incest.ven.§.nullam, quia non est differentia quo minùs sui per constitutiones vt emancipati & è couerso succedant, licèt olim non facerent. Est tamen differentia in expugnatione testamenti inter † suos & emancipatos: vt instit.de exhær. lib. in princ. & quan- 4 tum acquisitionem. Nullus enim dicit acquiri hodie patri per emancipatum filium: & quãtum ad vocandũ in ius, vt s.de in ius voc.qui in potestate. In seruis verò & in cæteris verum est † quòd aduentitia 5 non conferunt hodie, vt j eo l.vlt. Item hodie ex test. & ab intestato, vt s.eo.l.1.auth.ex testamento.

L.10. A PATRE. *Vrgeri non potest.* Quia in hoc punitur qui non vult conferre, quòd denegentur ei actiones hæreditariæ, sed hic nihil habuit de hæreditate nisi tanquam extraneus legatum.

L.11. POSTHVMO RVMPENTI. Ergo fuit natus: nam si nondum natus esset, non teneretur conferre, vt s.eod.l.vlt.

L.12. FILIÆ. *Liberum meat in sacra.* Scilicet, vinculis patris. nam sancta debet videri persona patris filio. *Neque castrense.* Neque quasi, vt j. de bon.quæ liber.l.antep. *Habere non possint.* Ita erat secundùm vetera iura: hodie distinguitur, fuerit aduentitium, an profectitium. aduentitia enim non conferuntur, sed profectitia, vt j.eo.l.vlt.

L.13. SI DONATIONE. Assignatur contra.s. familiæ erciscundæ filiæ. Solut. Distinguendum est verum voluerit dare filiæ, vel haberet in peculio, aut conferens in ea vltimum arbitrium, aut vt extraneo: id est, bene merito: primo casu confert, vt hîc, in aliis non, vt ibi. Sed si dubitetur quomodo voluerit ei prouidere, præsumitur quòd hæredi, cùm omnia quæ acquirimus, eo voto videamur acquirere, quòd filiorum nostrorum sint. Vnde si dedi ei, videtur quòd tanquam conferẽs in ea vltimum arbitrium, vt ff. vnde liberi. scripto. §. vlt.

L.14. SI MARITVS. Pone casum quòd aliquis decessit relicto filio, & filia dotata: filius illius habebat vxorẽ, & ex ea filium, succedit ab intestato patri suo cum sorore sua Postea decessit iste filius, & successit ei filius suus nepos, scilicet, aui quondam qui decessit ab intestato. Quæritur verum matertera teneatur ei dotem conferre, sicut & pater filio, & videtur quod sic.

L.15. NEC EMANCIPATI. *Pro hæreditaria diuidunt portione.* Si verò relinquatur filio emancipato, post mortem suam fideicõmissum

relin-

relinquatur vt ff. eo. l. 1. §. si emancipato. & §. seq.

FILIAM SVCCEDENTEM. Fuit ergo hæres cum fratribus suis patri intestato: vnde denegabitur ei actio famil erciſc. nisi dotem conferat: secus si legatum peteret vel fideicommissum: vt s. eo. à patre. L. 16.

VT LIBERIS. *Id est, aut testamento*, &c. His modis quos hic enumerat, dicitur quis decedere intestatus. *Pro tenore præcedentiũ legum.* Sed quis est ille tenor? & dixerunt quidam, si pater dedit vt habeat in peculio. Aliud siue bene merito, vel in vltimum conferens arbitrium, sed hoc non placet: quia distinctio illa locum habet tunc in his qui in potestate sunt: alius enim non habet peculium, vt s. de inoffic. testam. l. vlt. Dico ergo quòd tenor ille est, quia non conueniẽtur nisi dictum esset expressum, vt j. eod. l. penult. L. 17.

LIBEROS. *Ad similitudinem cæterorum.* Videretur contra propter excellentiam principis. L. 18.

1 *Nepotes ex filia veteri iure succedunt cum diminutione.*
2 *Hodie vero sine diminutione.*

ILLAM MERITO. *Et ex mortua filia.* De filia dicit tantùm: vnde 1 distingue, quia nepotes ex filia succedunt cum diminutione † tertiæ partis cum patruis vel auunculis. Tacet ergo de nepote ex filio, vnde illi alio modo succederent, quia fortè sine diminutione: non autem distinguendum in matre, quia relicto filio vel filia, & ex mortuo filio vel filia nepotes vel nepτes succedunt cum diminutione: vt j. ponit. Et ita non distinguit vtrum relinquat ex filio vel filia, aut numeri nepotibus relictis. *Vel si qua.* Modò ponit in matre. *Ex mortuo verò filio vel filia.* Et ita non distinguitur in matre. *Cuiuscunque sexus.* Relictis. *Sed palàm erat.* Et ita non dubitabatur, quia palàm erat, &c. *Ter-*2 *tiam partem.* Illud hodie correctum est, quia † non succedunt cum diminutione tertiæ partis, vt hîc dicit auth. Sed hoc quidam dixerunt correctum, inst. t. de hęred. quæ ab intest. §. vlt. & siue dicatur per authent. esse correctum, siue per illud, non est multùm curãdum. *Quam pro eo vel ea mortua persona dedit, similiter conferre.* Hoc facit pro opinione domini M. qui dixit hęreditatem filiifamilias ad filios pertinere, nõ ad patrem. Quomodo enim diceret eos debere conferre vbi succederent? Sed dic quòd hîc loquitur de emancipatis: si enim essent in potestate, siue habeant filios, siue non, bona ad patrem redirent, vt notauimus s. de rei vxor. act. §. maneant. Nec est contra. ff. de collat. dot. l. 1. §. si fit. quia hæc corrigit illam: vel illud intelligas in dote data nepti, non matri neptis. L. 19. *Sic in vet. libro reperitur.*

1 *Simplex donatio quando conferenda.*
2 *Regulariter simplex donatio non confertur.*

ILLVD. *Vt omnia quæ in quartam portionem*, &c. Regula ista locum habet inter viuos, non in relictis: illa enim in quartam computantur, non tamen conferuntur ab intestato, vt s. famil. erciscun. l. si qua. *Quæ occasione militiæ.* Lucrum eorũ quæ acquiruntur ex militia debet æstimari, detracto sc. onere: alias enim non intelligeretur lucrum: vt ff. pro socio. mutus. & ita soluitur contra. ff. de collat. bonor. l. 1. §. sed an id quod. *Ad hæc.* Id est, iuxta hæc casu diceret: quare non dicet è L. 20.

Sic in veteri libro reperimus. contrario, sed hoc modo non dicit: imò potius facit ad hoc quòd regula teneat è conuerso. Recitando ergo dicit ea quæ dicit, non quòd ita debeat obtinere, & hoc corrigit postea ibi, si quid huiusmodi, &c. Cùm dicat † simplicem donationem esse conferendam in hoc etiam 1 prædicto casu, quem superiùs recitauerat, & ita patet quòd corrigatur hoc: patet etiam quòd regula non tenet èconuerso, cùm simplex donatio conferatur, non tamen computetur in quartam. *Eo quòd simplex donatio.* In prædicto enim casu quando aliquis dotem & donationẽ propter nuptias, tenetur ille qui tantummodo simplicem donationem accepit conferre, nec poterit se excusare ob hoc quòd simplex donatio † aliàs nõ confertur, nisi donator hoc dixerit tẽpore donationis, nõ 2 enim habet locum in primo casu quando alter confert dotem & donationem propter nuptias, & alius tantùm habet simplicem donationem, aliàs enim non conferretur donatio, nisi donator hoc expressisset. Et facit ad quæstionem talem, si alter dotem habeat & simplicem donationem, alius dotem tantummodò, posset quæri vtrum teneatur conferre, illam simplicem donationem, & videtur quòd non, cùm lex ista loquatur quando non poterat aliud conferre, & alius conferebat ei, tunc enim tenetur conferre. Erit ergo aliud quando potest aliquid conferre. vt in hoc casu, quia sufficiet si dotem conferat, & non donationem simplicem, nisi donator hoc dixisset tempore donationis, vt dicit in fine istius legis.

L.21. VT NEMINI. Patet per l. istam quòd ea quæ patri non acquiruntur, non conferuntur, quare profectitia cõferuntur, & non aduentitia, vt not. s. l. filiæ.

DE TESTAMENTO MILITIS.

TIT. XXI.

1 *Ius accrescendi quomodo locum habeat in castrensibus.*

L. 1. FRATER TVVS, &c. Patet ergo per legem istam, quòd si duo instituantur: vnus in paganicis, alius in castrensibus bonis, quòd primus iure accrescendi non poterit castrensia, si alius nolit ea habere. Et est ratio, quia duo videntur testamenta, & duo hæredes sic institutione facta, vnde non datur inter eos actio familiæ erciscund. vt ff. familiæ ercisc. §. 1. Si verò instituatur vnus in prædio rustico, alius in vrbano, vel in vncia, alius in duabus † habet ius accrescendi, vt ff. eo. si certarum. §. 1. & j. eod. quanquam. 1 *Quæ in paganico.* Id est, quæ habebat tanquam quilibet villam, à pago, quod est villa. *Quæ in castris reliquit.* Id est, quæ acquisierat in castris causa militiæ. *Sed ab intestato.* Non accrescerent ergo bona castrensia ei qui institutus est in paganicis, sed eis qui veniunt ab intestato deferuntur: & si frater iste veniat ab intestato, deferuntur ei, siue alius, & tunc ipse repellitur. *Modò si in eius loco, &c.* Si enim esset institutus in eius locum vulgariter & directò posset admitti. *Ad te peruenire voluisse.* Quod semper præsumitur.

MILES. *Quòd si extraneum scripsis haeredem.* In paganicis, & alium in castrensibus, secundùm Io. tunc enim non habet locum successio ab intestato, alij contra: quià distinxerunt vtrum commilitonem instituerit in castrensibus, & tunc videtur voluisse quòd ea tantùm bona ad eum pertineant, in aliis admittitur successio ab intest. ato. Si verò non commilitonem sed paganum, tunc nedum castrensia videntur ad eum pertinere velle, sed etiam paganica. Sed Io. dixit quòd siue cōmiles instituatur in castrensibus tantùm, siue in paganicis, siue paganus in castrensibus vel paganicis tantùm: quòd ea de quibus nihil dixit testator, pertinet ad successionem ab intestato, nec aliquis amplius debet habere quàm datum sit ei, & sic ab intestato veniens admittetur vt dixit lex superior proxima. L. 2.

QVANQVAM. *Non subijciantur.* Ex toto: subiiciuntur enim in quibusdam casibus sicut & in ciuilibus pagani, vt ?. eo. l. prox. & l. capta. & ff. eo. l. neque enim. §. depot. & §. si seruum. & l. in fraude. 1. resp. §. vlt. L. 3.

SI RVFINVS. *Datis clauis.* Aliàs est litera, latis clauis: aliàs laticlauij, & erat nomē dignitatis, vt ff. de donatio. inter vir. & vxor. quòd ad piscendae. *Lege definitis.* Scilicet, x x. *Causam manumittend.* Puta quia erat pater frater alumnus, ex his causis approbatis in consilio potest minor manumittere, sicut dicit hîc in milite, & idem in quolibet, vt vt inst. quib. ex caus. manumit. §. eadem. & ibidem continetur quòd hodie poterit in testamento manumittere qui habet XVII. ann. quasi media via, &c. de iure nouissimo potest quàm citò testari. L. 4.

EX TESTAMENTO MILITIS. Siue intra annum missus. intra annum enim pro eadem habetur ac si esset in militia: vnde & si in testamento non sint nisi duo testes, sufficiunt, vt ff. eod. Lucius. *Honestè.* Aliud si inhonestè, aliàs non haberet hoc beneficium. vt ff. eo. quod constitutum. & l. quod dicitur. de causaria loquitur, ff. de his qui notantur infamia. l. 2. *Nisi lex specialiter eos prohibuit.* Veluti si sit mulier de qua sit turpis suspicio, vt ff. eo. miles. §. mulier. vel seruus poenę: qui tamen vtiliter videtur institutus, si tempore mortis testatoris inueniatur, vt ff. eo. neque. L. 5.

1. *In vulgari substitutione tacita pupillaris continetur.*
2. *Ratio inaequalitatis, quando non consideratur.*
3. *Vtrum in fideicommiss. substitut. admittatur priuilegium militis.*
4. *Miles puberi potest substituere per fideicommissum.*
5. *Miles haeredem ex tempore & ad tempus instituere potest.*
6. *Substitutio directa, ad fideicommissariam trahitur.*
7. *Nemo contra se testes cogitur inducere.*
8. *Substitutionum diuisio & definitio.*
9. *Vulgaris in tacitam & expressam diuiditur.*
10. *item cur ita dicatur.*
11. *Pupillaris à quibus fieri potest.*
12. *Expressa vulgaris habet in se tacitam pupillarem, & è contrario.*
13. *Breuiloqua cur ita dicatur.*
14. *Itemque exemplaris.*
15. *Compendiosa quae dicatur.*

L. 6. IN, TESTAMENTO. Lex ista ponitur in duobus casibus, scilicet, in testamento pagani & militis: & gratia militis tractat de pagano, vt appareat in quo miles sit priuilegiatus, & differat à pagano in testamento suo. Dicit ergo quòd aliquis paganus fecerat testamentum, & instituerat duos heredes, scilicet filium suum impuberem, & alium puberem, facta institutione ita subiúxit, Vos inuicem substituo: impubes ille filius exiuit, & decessit in pupillari ætate. alius pubes substitutus vult ei succedere, dicit mater defuncti quòd iste non est admittendus: ratione enim inæqualitatis dicit quòd hic habet locum tantùm vna substitutio, scilicet vulgaris: & licèt alias contineretur † in vulgari tacita pupillaris, non tamen ita est, cùm iste impuberi succederet in duobus casibus, impubes autem non ei in vno: & ita quod obseruaretur in toto quoad totum, debet obseruari in parte quoad partem, & sic expulit illum puberem in testamento pagani mater. Sed quid dices in testamento militis? & certè dicit idem ibi, nisi probatum fuerit militem velle admittere puberem vulgariter, & pupillariter impuberem. tunc enim † non habetur ratio inæqualitatis, si euidenter appareat, & hoc ex priuilegio militis. Vnde non est mirum si dicamus alio modo in militis testamento, quàm pagani circa puberem, quia & circa puberem dupliciter & directo potest substituere in persona sua, quod alij non licet nisi per fideicommissum. *Qui non miles fuit.* Sed paganus. *Alterø.* Scilicet, pubere. *Non potuit.* Scilicet, pupillariter. *Iisdem verbis.* Sic, substituo vos inuicem. *Quo vtrique pari ratione potuit substitui.* Id est, in vulgarem casum: tantùm ergo in vno casu habet locum, vt j. de impuber. & aliis substitutionibus. l. 2. & l. quamuis. *Postea quam heres extitit patri.* Ergo non habet locum de cætero vulgaris. *Substitutione inuicem facta.* Vt suprà dixit in testamento pagani: sic, substituo vos inuicem. *Ex substitutione.* Pupillari & tacita. *Commendat.* Cùm conueniatur vel agat. *Licere militibus.* Hæc illa ratio iuris, de qua prædixit. *Etiam heredibus.* Nedum in isto casu. *Extraneis.* Institutis hæredibus. *Postea quàm heredes extiterint mortuis substituere.* Directò, sic dicendo, talem puberem hæredem instituo, & quandocunque decesserit, substituo ei talem: & tunc est compendiosa. Vel etiam potest dici exemplaris, si sic substituat: si moriatur intra quinque vel x. an. sicut enim expirat pupillaris adueniente pubertate, ita & ista adueniente tempore illo. Licet ergo non rogauerit ipsum quòd per fideicommissum restituat post mortem, sed directò, sic si substituat ex directa substitutione, priuilegio militis admittitur substitutus: in fideicommissaria † enim non admittitur priuilegium secundum nos, aliud secundum alios. quia quidam voluerunt intelligere, & in hac opinione erat dominus Py. quòd in hoc habet miles priuilegiū, quòd † puberi potest substituere per fideicommissum, & pro his videtur facere, ff. de vulg. & pup. substitut. centurio. & j. de impuberum. l. precibus. sed salua pace non benè dixerunt, quia in hoc esset priuilegiatus miles, cùm quilibet paganus possit hoc facere: vt institut. de pupillari substitut. §. vlt. Vnde non intelligo quòd directa trahatur ad commissariam. sicut illi, imò directa remanet directa: & in hoc habebit priuilegium miles, vt s. notauimus. Potest enim † hæredem instituere

1 2 3 4 5

uere ex tempore, & ad tempus, & testamentum condere, & decedere pro parte testatus, pro parte intestatus vt ff. eod. in fraudem. §. miles. & & l. miles ita hæredem. Habet ergo priuilegium in directa substitutione, quam potest facere puberi & impuberi. Si obiicias de lege illa, 6 centurio. & de alia, precibus, quæ dicunt directam trahi † ad fideicommissariam? Respondeo, ibi mater erat in medio, contra quam eius fauore non admittitur iure directo illa substitutio directa. Vel dic quòd fecerat impuberem hæredem, & substituit ei sic, Quandocunque filius meus hæres non erit, ille sit hæres. Hæc substitutio directa valuit vsque ad tempus pubertatis, postea trahitur ad fideicommissariam: & ita satis habet lex quòd vsque ad pubertatem valuit illa substitutio, & directò. Aliud autem est quando puberem instituit hæredem, & ei vult substituere directò, quia in eo habet locum directa substitutio. *Sed tibi*. Id est, à te: scilicet substituto. Loquitur enim de cohærede, qui vendicabit hæreditatem ex substitutione: si velis dicere quòd sit dubius casus, & quòd alius probet isti substituto, quis probabit ei hoc? credisne quòd mater probet in vtroque casu voluisse testatorem? non est credendum, cùm contra se probaret, & potius sibi inutile, quàm 7 vtile: nemo enim contra se † testes cogitur inducere, vt s. de testibus. nimis graue. Resolue ergo in ablatiuum, vt s. dixi, & talis constructio fit tota die cùm dico tibi, & similia. Sed ad maiorem euidentiam 8 huius legis sciendum, quòd substitutionum † alia vulgaris, alia pupillaris alia breuiloqua, alia exemplaris, alia compendiosa. Vulgaris est, quæ fit verbis negatiuis: sicut, si ille hæres non erit, ille alius hæres esto, vel per æquipollentia. Potest enim esse quòd affirmatiua sint verba, æquipollent tamen negatiuis: vt cùm duos puberes instituo hæredes, & illos inuicem substituo, hæc verba non possunt intelligi nisi negatiuè: vt si alter non fuerit hæres, substituatur alius, & ideò æquipollent negatiuis: & quamuis sit affirmatiua, erit vulgaris. Diuidi9 tur autem hæc † vulgaris in tacitam & expressam: & hoc dic vt in summa de impuberum, & aliis substitutionibus. §. vulgaris diuiditur. Dici10 tur autem ideò † vulgaris, quia fit à quolibet de vulgo, & cuilibet, dum tamen & hic testamentum facere, & ille ex testamento capere possit. 11 Pupillaris † dicitur, quæ fit impuberi à patre, vel auo, vel proauo, vel aliquo aliorum qui habent eum in potestate: & sic non fit cuilibet de vulgo, vel à quolibet, quia à patre, vel auo, vel ab his tantùm qui habent in potestate, & impuberi tantùm quem habent in potestate, non alij: & fit verbis affirmatiuis: vt, filius meus impubes sit mihi hæres, & si hæres fuerit: & mortuus fuerit in pupillari ætate, talem substituo. 12 Non tamen prætermitto, quia † expressa vulgaris, vt cùm dico, si mihi hæres non erit, habet in se tacitam pupillarem, & pupillaris tacitam vulgarem, & admittitur substitutus, nisi mater repellat eum, vt j. de impub. precibus. Vel nisi sit inæqualitas personarum, vt s. in casu posuimus. De breuiloqua habes hic cùm dicit, vos inuicem substituo: & 13 dicitur † breuiloqua, quia sub breuibus verbis plura comprehendit; vt si sic duos impuberes substituam, erunt quatuor substitutiones: vnde & appellatur reciproca. vt ff. de vulgar. & pupillari hoc iure. Exemplaria dicitur quæ fit a parentibus liberis furiosis. vel mēte

12

Sic in vet. libro reperimus.

captis:& dicitur exemplaria, quia † ad exemplum pupillaris fit. Sicut 14
enim illa expirat adueniente pubertate, ita & ista adueniente sanitate,
vt j. de impub. humanitatis. Compendiosa est † quæ fit sub compen- 15
dio verborum, sic quandocunque decesserit filius meus, ille sit hæres.
& hæc fit à milite, & sub tali compendio continetur pupillaris expres-
sa & fideicommissaria, vt hæc omnia benè tractantur, in summa de im-
puberum aliisque substitutionibus.

L.7. **E**X HIS VERBIS, *Do, lego.* Conculcatio verborum. *Vendicare ti-
bi libertatem non potes.* Imò non valet legatum, j. de legat. seruus.
Sed dande libertatis animum habuit. Quod præsumitur: nec intellige
quòd ob hoc, consequatur libertatem quòd dixit Fortunato liberto
meo, &c. Sufficit enim si dicat, Fortunato lego. Fit enim liber propter
legatum ei in testamento relictum à milite, vt j. auth. vt liberti de cæ-
tero. §. si quis autem libertum, magis tamen præsumitur quòd habuit a-
nimum manumittendi: & ita facit pro. lo. vt notauimus s. de iur. & fact.
ignor. l. cùm testamentum.

L.8. **C**ERTI IVRIS. Patet ergo quòd miles ad tempus potest insti-
tuere hæredem, vt notauimus s. de milit. test. & dicitur ff. eo in
fraudem. §. miles. aliàs contra. ff. de hæred. inst. l. hæreditas ex die.

L.9. **S**ICVT CERTE. *Tacitè eum, &c.* Hòdie contra, quia oportet quòd
causa insequatur: vel dic quòd priuilegium est militiæ. *Ad successio-
nem, venire, &c.* Nisi cùm fuit hoc animo, vt quisquis sibi filius esset, ex-
hæres esset, vt ff. eod. qui iure.

L.10. **S**I *eum vel in vtero.* Patet ergo quòd si miles inscius prætereat eam
quæ in vtero est, quam falso rumore credidit esse mortuam, quòd
per hoc non videtur exhæredasse: sed si filiam appellauit, & ei legauit,
nec instituit, videtur exhæredasse.

L.11. **C**APTATORIAS *institutiones.* Vt si instituerit quem Titius vo-
luerit: est enim captatoria, cùm in alterius voluntate ponatur: vt
ff. de hæred. inst. ille. & l. illa. & l. captatorias.

L.12. **I**N *testamento militis.* Fac vim in eo quod dicit militis, vt ff. eod. ad ve-
terani. Nec est contra. ff. ad Trebellian. l. 1. quia Trebellianum non
habet locum in testamento militis quantum ad quartæ detractionem,
sed quoad alia. *Tueri te potes.* Hodie nisi fecerit inuentarium, te-
netur vltra vires: vt j. ad legem Falcidiam, authentic. sed cùm te-
stator.

L.13. **V**T MILITIBVS. *Succeditur à fisco.* Nisi sint cognati vsque ad
quintum gradum, vt ff. de veteran. success. l. 1. & distingue hic an
propter commune del. Cùm sit damnatus miles, vt quia est deportatus
vel damnatus in metallum, quod auferret cuilibet testamenti factio-
nem, & tunc non licet ei testari, vt ff. de veteran. success. l. 1. an propter
militare, de quo legitur per totum titulum de re milita. Et tunc sub-
distinguas vtrum de fide rupta sit damnatus, vt quia non seruauit fi-
dem domino suo, & tunc nullo modo liceat ei testari. An ex alio quia
alienauit arma sua, vel similia, vt tūc siquidem de castrensibus testetur
tantùm, ita tamen, si iudex ei in sententia consensit, vt ff. de leg 3. si quis
in principio. §. miles. & ff. de iniust. rupt. testa. si quis. si verò de non ca-
strensi, non possit: vt hic. & ff. eod. l. militari.

Si

SI A FRATRE. Patet ergo quòd licet non contineat testamētum militum iuris obseruationem, quòd nihilominus valet, nec habet locum successio ab intestato. L.13.

1 *Miles tribus modis testari potest.*

1 MILITES. Tribus modis potest quis † miles testari: vno dum est in militia, vel etiam si honestè fuerit missus, intra annum, vt s. eod. ex testamento Et tunc cum duobus testibus potest condere testamentum, vt ff. eod. Lucius. Alio dum est in exercitu & in bello decedit in campo: tunc enim sine aliquo teste literis sanguine rutilantibus in vagina, aut in clypeo, aut in puluere scribendo gladio potest testari, vel quocunque modo, dummodò appareat: vt hîc. Tertio dum redierit de militia, & existunt in domibus suis, sicut quilibet homo, & tunc tanquam quilibet debet testari, vt infrà eodem. ne quidam. L.14.

SCRINIARIIS. Videtur huic legi contra. ff. eod. l. vltim. Sed hic non erat in hostico, id est, in exercitu deprehensus, vt ibi. Tunc enim habet apparitor priuilegium vt miles. Vel dic quòd ibi loquitur de his qui iurauerant se non euitaturos mortem propter salutem Reipub. L.15.

NE QVIDAM. Patet ergo per l. istam, quòd cessante causa cessat effectus: vt & not. s. co. milites. L.16.

LICET. *Propter priuilegia militum.* Id est, quia concessa est ei dignitas tribunatus, & sic est miles, licet Imperator sciuerit ipsum inhabilem, non potest testari vt miles: nec hoc priuilegium habebit ex eo quòd miles est, vel ex eo quòd concessa est ei dignitas militiæ, vt not. s. de diu. rescr. sacrilegij. *Sapientum hominum*, No. quòd sapientis est posse facere testamentum. L.17.

QVI TESTAMENTVM FACERE POSSVNT, VEL NON.

TIT. XXII.

QVAMQVAM, &c. Patet ergo quòd societas omnium bonorum non impedit quin aliquis posset facere testamentum, nec etiam impedit hoc in diuersa successione. L.1.

SI IS QVI. *Antevenit.* Quàm iudicium ex quo mors aut deportatio sequeretur: & vt plenè habeas huius legis sententiam, distingue sicut diligenter distinguitur in summa j. de his qui mortem sibi consciuerunt. L.2.

SENIVM. *Testamentum facere non posse.* Nec volente patre, nisi de castrensi peculio, vel quasi: vt ff. de donat. cau. mor. l. tam his. L.3.

SI FRATER PATRVELIS. Scil. filius patrui. *Cùm facere testamentum non potuit.* Neq; tutore auctore, tutor enim personæ ipsius datur eo vt viuenti illi prouideat, non etiam morienti consulat. L.4.

EVNVCHIS. Eunuchi dicuntur spadones & non castrati: vt s. de eunuchis. in summa. L.5.

L.6. SI QVIS FORTE. Patet ergo quòd idem seruatur in Imperatore, quod in qualibet alia persona quia sicut alio instituto hærede voluntas poterat mutari, ita & in Imperatore.

L.7. CVM HÆREDES. *Ius commune.* Imò habent quandam prærogatiuam. quia licèt moriatur antequam cedat dies legati: nihilominus transmittitur ad hæredes, vt ff. de legat. 2. quod contra. *Imperatorem.* Hoc idem in Papa.

L.8. HAC CONSVLTISSIMA. *Per nuncupationem.* Si enim in scriptis diceretur fieri, non esset necessarium omnia patefieri testib. vt j. de testa. hac consultissima. *Hæredum nomina.* Hoc, ne propter solum nomen posset oriri ambiguitas. Quid enim si Galopresium instituat. qui nusquam inuenitur, nisi hic? *Palàm.* Quòd intelligantur, vt ff. de testamentis, hæredes. *Sed tabularij manu conscri.* Et ita non fiet omnino sine scriptis: sed primò omnia ante testes debet declarare. Et in hoc differt à testamento in scriptis, post redigetur in scriptis, vt hic dicit: quandoque fit nuncupatiuum, quod nunquam in scriptis redigetur. *Duxerint ordinanda.* Et ita mirabile erit quod idem in codicillis obseruabitur. *At cùm humana, &c.* Istud at, nihil aliud addit nisi hoc quòd cæcus sub obtentu septem testium non habet necesse facere testamentum, vt scribatur testamentum coram eisdem testibus, & eodē loco & tempore, licet id suprà dixerit, vt ex interuallo igitur etiam alio tempore scribi poterit testamentum: deinde iterùm testibus vocatis legetur & significabitur, & à cæco probabitur. *Octauum adhiberi testem.* Ergo tabularius computabitur in numero testium qui hic exiguntur: sic vt j. authent. de fide instrum. §. oportet. & ff. de testa. l. Domitius. *Testandi licentia.* Id est, non ergo concedimus tantùm cæcis, imò & alij sic potuerunt testari si voluerunt: sed ita debent facere cæci, vt fraus possit repelli.

L.9. FVRIOSVM. Distingue ergo vtrum furiosus qui induciis suis fecerit testamentum, & compleuerit, an in ipso actu testamenti morbo tentus, primo casu valet, secundo non.

1 *Mutus & surdus quando testari possunt.*
2 *Naturaliter surdus testari potest.*
3 *Itémque peritus literarum.*

L.10. DISCRETIS *surdo & muto.* Id est, discretione habita inter surdos & mutos. Et nota breuissimè quid in l. ista continetur, quia si quis surdus, & mutus naturaliter, id est, ab origine, nam quilibet habet de natura vt audiat & loquatur: nam potest testari. Si verò non sit hoc à natura, sed morbus superueniens † vocem abstulit, & aures cōclusit, tunc si scit literas potest testari, si verò tantùm quis sit † surdus, licèt naturaliter liberè potest testari secundùm quòd Iubentio Celso qui multum sciuit de Physica, placuit. Si superuenit morbus, sine dubio potest, si quidem aures apertæ sunt, lingua penitus impedita. Aliud enim si non penitus, vt instit. eod. §. item mutus. Si peritus † est literarum, potest scribere testamentum sine distinctione, siue naturaliter insit morbus, siue superuenerit.

NEMO

NEMO ex *lege quam nuper.* Suprà de collatio.l. pen. ibi est. l. quam nuper dicit se promulgasse. L. 11.

OMNES *omnino, &c.* Datur ergo per l. istam potestas condendi testamenta his qui habent quasi castrensia peculia, & confirmatur per aliam constitutionem quæ præstat immunitatem querelæ de inofficiosis talibus testamentis, vt suprà de inofficios. testament. cum antiquis. L. 12.

DE TESTAMENTIS, ET QVEMADMODUM testamenta aperiantur.

Sic inveni libro reperto, tamen l. gendum est, ordinentur.

TIT. XXIII.

TESTES SERVI AN LIBERI. Licet inhibeatur testamentum seruis & mulieribus, & hoc circa confectionem testamenti, vt inst. eo. §. testes. Hic tamen non propter hoc adhibitus fuit seruus, vitiatur testamentum, si tamen credebatur liber, vt hic dicit: multum enim facit communis opinio, vt hic: & ita facit ad illud generale, opinionem spectandam. & alias ff. ad Macedon l. 3. in princ. & ff. de offic. præt. Barbarius. Sed tamen non credo quòd testificari possit pro testamento, quia liberi tantùm testatur, vt s. de testib. quoniam liberi. Si dicat aliquis, quid ergo proderit hæredi huiusmodi testimonium? Resp. Vt dixi, censetur validum testamentum, & in numero septem testium habetur. & prodest hoc, quia poterit probari solemnitas testamenti, vel per confessionem aduersarij per ipsam scripturam. L. 1.

1 *Testamenta quomodo aperiri debent.*
2 *Qui rem casu amisisse asserit, casum probare debet.*

PVBLICATI. Hæc publicatio fiebat olim coram magistro census, hodie verò fit in prouinciis apud moderatores earũ, vt j. authent. 1 eod. testamenta. & fit in hunc modum. Aperitur enim † testamentũ, & testes iurant ita verum esse sicut in instrumento continetur, & sic inde aliqua scriptura ex qua legata & fideicommissa præstantur: & omnia quæ relicta erant in testamento, valent amisso etiam testamento per casum, casu tamen probato, vt hic dicit. Et sic probat casum aliàs 2 qui † casu dicit rem amisisse, vt ff. si quis ex arg. §. vlt. Vel quod verius est, credo quòd non habuit hic necesse casum probare, quia ex quo publicatum est testamentum, fides ei habenda est omnino, proinde ac si esset originale siue authẽticum, vt auth. vt fratrum filij. §. illud quoque. & ff. de adm. tut. chirographis. & j. auth. de inst. cau. §. si verò nihil. Nec obstat quod dicitur, j. auth. vt spon. larg. & hoc quoque modo. s. de edend. procurator: & ff. de fid. instr. l. 2. quod dic vt s. de edend. auth. ibi posita. Et quod hic dicit, probatur s. ex voluntate. non enim habuit necesse, vt s. dixi. L. 2.

EX IMPERFECTO. *Nihil tamen tam proprium est, &c.* Vt s. de legib. & constitut. digna vox. L. 3.

L.4. SI IN NOMINE. *Nihil officit veritati.* Ita est in propriis nominib. secus si in nomine speciei errasset, vt ff. de legat. 1. l. 3.

L.5. NEQVE PROFESSIO. *Veritati praeiudicauit.* Errauit enim: & ideò non praeiudicat veritati, vt j de haer. inst. si pater, & l. nec apud, Sed videtur contra. ff. de haered. inst. nemo. §. frater. Resp. Ibi loquitur quando instituebat & sciebat non fratrem: aliud si credebat, & non esset, vt hîc dicit.

L.6. VERBA. *Nihil se cuiquam donasse.* Aliud si dixisset aliquid se donasse: vt ff. de dona. ex hac.

L.7. ERRORE SCRIBENTIS. *Mutilari.* Id est, rescindi. *Quanquam desit, haeres esto.* Fortè continebat, Lucius haereditatis meae. Vel fortè hoc solum erat scriptum, Lucius: sed testator benè dixit, haeres esto. Et ideò tenet testamentum, sed contra. esset si testator hoc nō dixisset, vt ff. de haer. inst. l. 1. §. qui neque. & §. fin autem. & l. quotiens. Licèt quidam voluerunt dicere quòd si dicat Lucius tantùm, quod valet institutio, & hoc per literam istam, & per l. ff. de haer. inst. l. 1. §. vlt. Sed Io. contra. & intellexit l. istam, sicut dixi, quando testator plenè dixit, sed tabellio omisit, & sic non contradicit nobis, nec pro eis facit. Ad aliam dic quòd malè intellexerunt: sunt enim ibi tres negationes, Marcellus non insubtiliter non putat hodie procedere: non insubtiliter, i. subtiliter non putat, &c. quia duae negationes faciunt vnam affirmationem, & sic Io. contra illos exposuit.

L.8. CASVS *Maioris.* Ita construe, aduersus timorē contagionis, quae contagio testes deterret ratione maioris casus & noui contingētis. *Aliquid de iure laxatum est, &c.* Pone casum quando aliquis de testibus in confectione testamenti propter caducum cecidit ad terram, alij propter morbum qui est contagiosus, fugerunt, post redierunt, quando ille fortè surrexerat: & sic non vno contextu testificati sunt hoc ratione morbi. & eius quod de nouo contingit, aliquid de iure laxatum est: quia aliàs vno contextu testes voluntatem deficientis audire debent. licet ergo interponatur aliquid, de iure tenet. arg. cōtra ff. eo. qui testamento. §. vlt. & l. heredes. §. vltim.

L.9. SI NON SPECIALI. Patet ergo quòd test. non val. t nisi in cōspectu testatoris testimoniorum officio functi sunt testes, nisi haec iuris obseruatio per priuilegium esset relaxata.

L.10. SI TESTAMENTVM. *Rescindi non oportet.* Sicut nec sententia rescindi potest per rescriptum imperatoris.

L.11. NON IDCIRCO. *Subtractum probatur.* Videtur contra. quia vitiosum est: sed non est vitiosum, quòd solemnitas deficiat, sed quia fuit subreptum, vnde diuersimodè sumitur vitiosum.

L.12. SI VNVS *de septem anulo.* Hodie habemus sigilla in quibus sculptū est aliquid. sed hîc loquitur de anulis. nec intellige de illis sigillis. vnde quaere anulum, & cum eo signa, sic quòd appareat forma. & imprimatur in cera. *De his autem quae interleta.* Quaeritur, si aliquid sit deletum in testa. vtrum totum vitietur. & certè non vitiatur per hoc: vt ff. de his quae in test. delen. l. vlt. secus si in aliqua parte sui aliquid appareat falsitatis. *Vel ab aliqua falsi.* Vel casu: vt j. eod. l. vlt.

TESTAN-

L.13. TESTANDI CAVSA. Dicit Lista, quòd aliquis dicebat de suo ad voluntatem suam testari se posse: & reprehenditur hîc, quia non debet ita de suo testari, quod iuri publico derogetur.

L.14. NON CODICILLVM. Probant euidenter. simile habes ff. de re-pud. hæred. l. vlt.

L.15. QVONIAM *indignum. Momenta verborum.* Subaudi seruari, scilicet quòd continua oratione instituat.

L.16. NON DVBIVM. *Si sua sponte agnouerit.* s. promittendo, vel soluẽdo per triennium alimenta, sciens minùs solennem volũtatem, alioquin si extra iudicium approbo quod fecit pater meus, non videtur quòd sibi præiudicet: quia nec alimentis præiudicatur nisi post triennium: vi j. de fideicommiss. l. 1. & in l. illa. l. si veritas.

L.17. TESTAMENTA. *Quod diuersis hoc*, &c. Quia dixit, audite testamentum meum vel definitionem quæ idem significant, cùn superflua non noceant. secus quandoque: vt ff. de fideiuss. & ita. & §. si quis stip. contra. ff. de seruit. leg. l. pro parte. §. vlt. & de regul. iuris a-ctus. & vnum generale dicit, Vtile per inutile non viciatur, aliud tot im contra.

L.18. TESTAMENTA *omnia.* id est quæ in scriptis conduntur, & etiã sine scriptis. *Cæteráque.* Vt instrumenta contractum, si concesserunt contrahentes vt insinuentur instrumenta, & profiteantur ea sub gestis monumentorum, quatenus priuetur nequitia & corruptione & falsitatibus: vt j. auth. de instru. cau. §. si verò. nihil aliud ita erat secundùm vetera iura, vt omnia testamenta referebantur apud magistrum census: sed hodie aliud est, vnde habes hîc authent. ALIIS CIVITATIBVS. Apud defensores earum.

1 *Præsentia imperatoris in testamento, quid operatur.*

L.19. OMNIVM *testamẽtorum. Superare videatur.* s. illud quod insertum, & c. *Inter tot*, i. multos. *Etiam conscientiam principis.* Quia imperator interfuit confectioni illius testamenti: quare habetur pro publicato, & tanquam si hæres ex eo petiisset bon. poss. & hoc † ex priuilegio imperatoris, de quo non est præsumendum quòd eat solus, imò semper comitatus nobilioribus viris, sicut diximus de actione quòd comitata sit s. de eden. l. edita. quoad alia tamen non dico quòd iste habeatur pro hęrede qui ex tali testa. petit hæreditatem, sicut j. not. *Nec de eius vnquam successione.* Actiuè intellige, quia successit alteri. *Teste*, i. attestante toto iure. sic fit expositio instit. de pub. iud. §. item lex Corn. de sic. *Si vltimum comprobatur.* Eo ipso quòd non probatur contrarium. & hoc est quod sequitur, nec cõtra, &c. s. tit. 1. l. si is. *Cùm pro hærede age. cun. suf. & sui omne*, &c. Datur enim hæreditas plenè per testa. pleniùs per mortem, plenissimè per aditionem. *Cui*, id est, quibus: quia s. in plurali locutus erat. & habes contra, s. de in ius vocan. l. vlt. *Et possit testibus approbare.* Ex hoc videtur quòd solus imperator non sufficeret, quod verum est, licèt quidam cõtradicant, & quædam verba in hac l. velle videantur, vt est in princ. l. ibi, qui nobis, &c. Sed hoc plus est vbi imperator interuenit, quia test. pro publicato habetur, vt ex superioribus colligitur, vt s. diximus. Item quia non habet necesse petere b. pos. etsi aliàs haberet etiam hodie: vt ff. de iniu. rup.

test.posthumus.& aliàs etiam vt in summa,§. vnde cog.continetur.

L.20. NOLVMVS. *Voluntates.* Per alias non solemnes, vt statim dicet. *Præcipimus.* In hoc casu. *Si cùm scripta,*&c. In hunc modum falso

1 *In subscriptione test. quid continere debeat.*
2 *Quibus modis testamentum signari potest.*
3 *Ex imperfecto testamento non tenet voluntas defuncti.*
4 *Per posteriorem imperfectum, non tollitur prius solemne.*

L.21 HAC CONSVLTISSIMA. *Inuolutam.* s. linteo: vt ff.eod.ad testiũ. §.vlt. quidam dicunt inuolutam,i.obscuram propter obscura verba ibi posita. *Iussu scribere.* Huic verbo adiicitur quod dicitur ȷ̄. eod. iubemus.sed videtur contra.ȷ̄.eod.cùm antiquitas.§. vlt. vel illud, & cum sua propria manu scripsit totum test.hoc est alter. verior tamen videtur prima sententia. *Nullo actu,* s.contrario, vel penitus extraneo. hoc tamen fallit in casu ex necessitate in casu: vt ȷ̄. eod. cùm antiquitas.& §.eod.casus. *Subscribere.* In subscriptione † autem debet contineri nomen testis,cuius test.signauit:vt ȷ̄.eod.l.pen. *Signaréque*, &c. Signare autem possunt omnes vno † anulo. nam & si septem anuli sunt vna sculptura,his signari potest testamentum.Item alieno anulo signare potest quis:vt §.eod.si vnus.& instit.eo.§.possunt.Item signare possumus anulo,si tamen habeat characterem:vt ff.eod.ad testium. §.signum autem. Item videntur tabulæ signatæ si tabulis linteo coopertis signa impressa sunt:vt ff.eodem,ad testium. §.vlt. Item signare possumus lino & cera propria:vt inst.de pupilla.substit.§.si quis.quod quidam simpliciter ita intelligunt,vt si alieno lino signetur, quòd nõ valeat. nos verò aliter. dicimus enim quòd possim vt testis signare alieno.& quod dicit proprio,sic expone, i.separato siue diuiso. *Finem autem testamenti,*&c. Videtur contra,ȷ̄.eod.cùm antiquitas.§ pen.Sed dic quòd non obstat,quia ibi non dicit quòd subscriptio debeat fieri in medio.sed si in casu necessitatis quem ibi ponit,fiat,dicit quòd nihilominus valet test.generaliter tamen in fine, vt hic. & voluerunt quidam dicere ex eo quod hîc dicitur,sigilla ita fore ponenda vt iungatur prima pars anni domini cum inferiori, & ibi omnia septem sigilla ponentur.sed certè secundùm eos nón celaretur quod scriptum est in testamento,testibus,imò aperiretur : quod lex tamen ista dicit fieri posse vt celentur omnia quæ in testamento cõtinentur, testibus. Item secundùm eos legi & inspici posset pupillaris substitutio. quod fieri negat.l.vt instit.de pupillar.substit.§.si autem. dicas ergo sigilla ita fore ponenda,vt ex vtraque parte maxima sint ponenda spatia: & prima pars anni domini iungatur cum inferiori:& ibi tres lineę chordulæ imponantur,vbi sigilla cõtineantur, ex vtraque verò parte duæ chordulæ imponantur : & ita omnia erunt clausa & celata prout dicit l.ista. *Ex imperfecto autem,*&c. Patet ergo quòd tamen non debet voluntas defuncti ex imperfecto test.nisi inter liberos. & hoc si subscribatur à parente,& quandoque sine subscriptione procedit. & ita habes hîc duas authent.vna incipit,si modo: & alia quod sine. quidã tamen habent,illud autem si modo,§.fam.ercisc.sed tamen quia melius concordat cum alio,hic legit dominus meus.& intellexerunt dominus B.& Io. istas authent. cùm testamentũ condidit pater in scriptis.

ptis.si enim testa.conderet sine scriptis, cur exigeretur subscriptio: cùm nulla præcessit scriptura? ideo l. veterem dixerunt seruandam, quando pater sine scriptis testatur, vt quoquo indicio posset probari eius voluntas, duobus tamen testibus maribus vel fœminis: vt ff. de milit.test.Lucius 2.respon.licèt aliàs repellantur fœminæ:vt ff.de test. ex eo.derogatur ergo prædictæ l.de testa. quæ generaliter loquebatur in vna specie testamentorũ tantum.i.in.eo quod conditur in scriptis. M.verò putabat huic l.in totum derogatum, vt hodie pater minùs solemniter testari non possit, nisi subscriptio fiat ab ipso, vel à liberis, vel declaret per consequentiam, vt hic: & exigebat numerum quinque testium in imperfecta voluntate:quia & extraneis dicit posse legari.hoc autem non rumpitur, vt dicit sequens authent. & videtur pro opinione M.facere in corpore authen.in princ. quòd siue testetur pater sine scriptis, siue in scriptis, quòd subscriptio exigatur, & licèt B.& Io.opinio magis de cõsuetudine obseruetur, quòd quomodocunque pater ostendat voluntatem suam vltimam inter liberos primo testam. præiudicetur, vt si nõ subscribat in nuncupatiuo test.patet

3 ergo per ea quæ s.dicta sunt, quòd ex †imperfecto test.nõ tenetur voluntas defũcti. & hoc intellige nisi sit test.militis.vt ff.de mil.testam. l.1.2.&3.& s.de milit.test.si testamentum à fratre.& l.seq.Item fallit.j. eo.l.penu.& in liberis, vt hîc dicit.sed nec videtur quód inter liberos ratum sit vel firmum, quia teneret datio tutoris, nec esset confirmatio necessaria, quod l.dicit esse, vt ff.de confir.tut.l. quòd à patre. Respon. non tenet inter liberos iure testa.sed ad hoc vt ex eo testamento iteretur iu.fac. proinde ac si esse solemne, & iudex voluntatem testatoris sequetur in diuisione, non tamen testatus, sed potiùs intestatus videtur decessisse, vt s.fa.l.vlt.& j.authen.de testamen.imperfect. colla. 8.& j.auth. de trien.& semis.§.& quod tepe. *Iure fuerit consummatum* Non obstat ff.de acquirend.hæred Clodius.§.quia.ibi, si viueret Clodius.bene admitteretur.sed ibi ponit eum mortuũ. nec obstat de his

4 quib.vt indig.hæreditas.quia cùm dicit per posteriorẽ †non perfectũ tolli primum solenne & perfectũ: sed si declarauit aliquẽ de hæredib. indignum, portio sua fisco applicatur, nisi fortè in priore testam. patet ergo quòd etsi primum testamentum fuerit perfectum, si tamen scribantur in eo hi qui ab intestato non veniebant, in secunda autem voluntate hi qui ad hæred.tatem defuncti ab intestato vocantur, & sic sit imperfecta posterior scriptura, præiudicatur primo testam.sed & hoc poterit infirmari inter liberos, sicut dicit auth. ibi posita Authen. INTER LIBEROS, &c. *Declaret nolle se*, &c. Ergo duo sunt necessaria, vt rumpatur testamentum prædictũ s.prox.auth. & quod dicit se pœnitere eius testamenti, vt ff.de legat.3.si quis in princ.& quòd aliud cõdat perfectum test.& est arg.quòd rescriptũ cõtra l.indultũ nõ valeat nisi imperator dicat se velle conseruare cõtra. l. *Quinque testium iuratorum depositiones* Hic nota quòd sufficit, si testes iurati dicũt tabellioni, ita testatus est talis, vt sit instrumentum, & testam. & sic.j. cod. l. vlt.circa fi.sed cõtra.est enim quod hîc, & j.eo.dicitur, intelligitur quòd iurent in causa coram iudice.nunquam.n.repetitur quòd tabelliones talia possint recipere sacramenta. Appellantur autem depositiones

scripturæ quæ fiunt super his quæ sacramento asseruntur, sicut ponitur s. authen. iubemus. *Vt etiam Græcè omnibus, &c.* Videtur contra. ff. de bon. possess. si tamen in fi. sed ibi loquitur de signis quæ intelligi nó possunt. verba autem græca bene intelliguntur inter Græcos.

L. 22. DICTANTIBVS. *Posse relinquere.* Secus est in eo qui dictat & scribit: vt j. de his qui sibi adscribunt. l. si testator. nedum caret ille legato, sed etiam crimini falsi subiacet si dicatur etiam hoc falsitatem admisisse: vt ff. ad l. Cor. de fal. si quis legatum: *Testibus etiam.* Consonat. iustit. eod. §. legatariis. sed hoc scire debes quòd legatarius idémque testis non testificatur pro legato sibi relicto: quia in sua causa ferret testimonium, cum commodum & incommodum pertineat ad eum. testes ergo erunt sibi alij, & ipse pro aliis.

L. 23. CONSVLTA DIVALIA. *Magistro competit.* Hodie etiam competit aliis personis: vt s. eod. testamenta. *Turbentur officia.* Vt s. de assessoribus l. vlt.

L. 24. Ambiguitates. *Non ex mente testatoris.* hodie maximè. s. inst. de leg. §. an heredis. & §. hodie.

L. 25. PRÆPOSTERI. *Sustulisse noscitur.* Vt cum dicebatur, si dabis x. promittis te nupturam. vel pone exemplum s. de iure dot. si mulier. donan. ibi priùs cótinebatur de donatione, postea de testaméto. ipse verò testari, & postea dotem reddi volebat. *Quàm testamentis.* Vt dicatur, dari volo infra pro x. diem mortis meę. x. si nauis ex Asia venerit. nam primò venire, postea dare debet. sic & in contractibus. *Et stipulatio.* Vt ita, si nauis ex Asia venerit, spondes hodie dare x. vt inst. de inut. stip. §. ité inutiles. & ita in stipulatio. pręposterа ratio eá nó vitiat.

L. 26. IN TESTAMENTIS. Intellige l. istam in testamento videntis aliud in testamento cæci: vt s. qui testa fac. pos. hac consultis. non tamen aliqua formata verba oportet quòd dicat: sed oportet quòd testes rogentur: vt ff. de testa. hæredes. §. vlt. vel penult. *Quod sine scriptis.* Fortè ista erant verba formata.

1 *Primum testamentum, secundo sublato, sola voluntate testatoris non ressuscitatur.*

L. 27. SANCIMVS. *Siquis legitimo.* Huic l. assignatur contra ff. de bonos. possess. secundum tab. l. pen. §. testamento. Sol. nó contradicit, quia ibi loquitur in tali casu. dicit enim quòd fecit primum testamentum & secundum solemne in scriptis: deinde signacula secundi incidit ad hoc vt infirmaret ipsum. quæritur an agi possit ex primo, quod videtur ipso iure sublatum: vt dicit l. ista facto secundo, an ex secundo agere possint heredes in eo instituti contra primos qui in alio fuerant. & dicit quòd sola voluntate † testatoris non resuscitatur primum, quare si heredes secundi agunt contra heredes primos, habent heredes primi exceptionem, & sic non obstant. *Fiat. i. fit. Per decennij transcursum.* Ex his verbis computant decennium, ex quo declarauerunt contrariam voluntatem. & dominus meus subaudit quando, si tempore subaudiuit postea. Item pro nobis est huius l. principium. 1

L. 28. CVM ANTIQVITAS. *Nihil enim, &c.* Interpositio est. *Quæ superflua sunt.* s. in faciendo: secus in dicendo: vt s. eo. testamenta cótra.

Quod

Quod & factum esse comperimus, i. de facto ita fuit nobis propositum. patet ergo quòd causa necessitatis aliquid de iure laxatum est: vt s. eod. hac consultissima, notauimus. *Et si in medio.* s. eod. hac consultiss. contra. *Ad subscribendum.* Dic vt ibi notaui.

1 *Quenam cautio adhiberi debet, cùm testator ob morbi acerbitatem hæredes nominare non potest.*
2 *Legatum solo nutu relinquitur.*
3 *Solennitas testamenti quomodo probetur.*
4 *In testamentis septem testes exiguntur.*
5 *Prohibitum est per alium facere testamentum.*

IVBEMVS. Patet per l. istam. quòd testator omnimodo debet subscribere nomina hæredum. *Si vires habet.* Vel si hoc facere non potest ex morbi acerbitate, vel imperitia literarum, debet nomina hæredum præsentibus testibus nuncupare. sed videtur contra. s. eod. hac consultiss. dic vt ibi. sed ita erit de iure antiquo. secus de nouo. vnde habes hìc auth. *Et non obseruato eo*, &c. Et est arg. quod dicit illa authent. ad hoc quod quandoque contingit: quia si testator non potest propter † infirmitatem subscribere nomina hæredum, & testes quærant ab illo, Vultis quòd ille habeat hæreditatem vestram? si respondeat, Sic: videtur quòd valeat tale, licèt nec ipse, nec alius subscripserit per eum. & hoc in nuncupatiuo testam. intellige. nam in alio bene scis quòd vel ipsum oportet scribere vel exprimere, & alium scribere: vt s. l. prox. §. vlt. *Mortuo similis est.* Quantum ad institutionem. legatum † enim solo nutu relinquitur: vt ff. de leg. 3. nutu. ad idem ff. de leg. 2. cùm proponas. & de adimen. leg. 3. §. vlt. *Committitur.* i. credimus quòd committeretur. *Vel in eius hæredis instit.* &c. Assignatur contra. ff. eod. si is qui testamentum. Sol. hìc certum erat testatoris voluntatem fuisse, vt si non posset omnes nominare, illi essent quos nominauit, vel quando potuit testator scribere alios, nec fecit vel non potuit scribere vel nominare, & non nominauit, quo ad scriptos, valet: quo ad alios non. secus si nec voluit nec potuit, vt ibi. *Ad æternam rei memoriam.* Probatur enim per talem scripturam quæ habet septem sigilla, de solemnitate † test. quid si quidam tabellio hoc scribat, licèt in contractibus valeat scriptura tabellionis, quia ibi duorum testium loco habetur tabellio. aliud si scriptura fiat, à tabellione de talibus legatis & fideicommissis, quia per eam non probatur de solemnitate testam. in testam. enim septem † testes exiguntur. quare cùm posset quilibet ita bonæ opinionis esse sicut tabellio: aliud ibi, licèt in ciuitate ista probetur per scripturam tabellionis: vt notauimus s. de bon. poss. secundùm tab. l. 2. *Quemadmodum enim*, &c. Nota regulam generalem, quemadmodũ enim, &c. & s. qui testa. fac. poss. hac consultissimâ. in princip. vt indè exprimere videatur, etsi ab alio scriptum profiteatur se agnoscere: vt s. dicta. l. §. at cum humana. & ff. de leg. 3. Pamphilo. §. 1. nam ibi & in nõn cæco loquitur, vt ibidem dicitur sic fieri, &c. & pro hoc est auth. signata hìc. *Et non obseruato.* Vt ff. eod. hæredes palam. in princip. & §. quòd non quis. non tamen testamentum videtur per alium facere. illud enim est † prohibitum: vt ff. de hæred. instit. l. illa institutio quos.

L. 29.

Quasi dolosè. Not.dolú præsumi hîc:vt ff.ad exhiben.Iulianus.§.si tibi.

L.30. **N**OSTRAM,&c.*Testamentum non valere.* Subaudi,cum efficacia. N mero iure enim valet,sed repellitur exceptione:vt ff.de bon.poss. secundùm tab.l.pen.§.testamentum.nec peti poterit bon poss. secun. tab.vt ff.de bon.poss.secund.tab.l.1.§.vlt.Cui ergo deferretur ista hæreditas?distingue:quare incidit linum vel innulas,si per innulas contineantur sigilla,hoc est chartas:quia si ob hoc quòd voluit intestatus decedere,venient proximi ab intestato: si qua ab indignis auferre voluit,applicabitur fisco:vt ff.de his quæ in testa.delentur.l.prox. & ff.si tab.testa.l.1.§.pen.& j.de his quib.vt indign.aufer.hæred.l. hæreditas. quid si dubitetur?præsumitur quòd reputentur indigni. & est ratio quare præsumantur,vt notari potest ff.ad Silan.cum fisco.

1 *Rusticitati quomodo subueniendum.*
2 *Bononia legum nutrix.*
3 *In nuncupatiuo testamento quinque testes sufficiunt.*

L.31. **E**T AB ANTIQVIS,&c.Semper rusticitati consultum est: vt ff. ad Sila.l.3.§.si quis igno.ff.de iure fisc.l.2.§.vlt.ff.de ventre inspic. l.1.§.vlt.ff.de iurisdict.om.iud.si quis do.ff.de probat.cum indebita.ff. de eden.l.1.§.vlt.ff.si quis in ius voc.§.vlt.istud tamen non est † omittendum,quia non subuenitur eis in iure naturali vel quasi: vt s. de in ius voc.l.2.§.vlt.venia. Et in castris orbis Romani,vbi & leges, &c. idem ergo in Bononiæ castris & villis,quia † eam nutricem legum rectè quis appellet,argu.in prooemio.ff.§.hoc autem. & illud generale, vbi eadem ratio, & eadem iura. *Antiquam eorum consuetudinem.* Ex hoc patet quòd loquitur in castro vbi præcesserat consuetudo in confectione testamenti faciendi contra.l. cui consuetudini deseruit: sed non per omnia,vt subicit.Si ergo in castro non sit legi contraria consuetudo,communem seruabo legem.*Septem testes.*Hoc intellige in temento in scriptis. si esset † nuncupatiuum, satis posset accipi quòd quinque sufficerent. *Et sine scriptura testamenti.*Vel meliùs,id est,subscriptione facienda in scriptis:quia alij subscribent pro eo:vt j.subiicit in §.si verò.hîc enim non loquitur per totam quæstionem nisi in testamento confecto in scriptis.*Vsque ad quinque*, &c. scilicet in testamento sine scriptis,vel in scriptis.*Disposuerit.* Quid si interrogatus, Vis ita & ita,respondet,Sic:tenet testamentum eius:vt arg.supra eod. dictantibus.& notauimus s.authent.& non obseruato. licèt quidam dicunt quòd sit necessarium vt ipse per se exprimat nomen hæredis, sicut l.antiqua in nuncupatiuo loquitur testamento, s.eod. iubemus. Sed nónne videtur exprimere eum cùm interroganti respondet: vt ff. de verb.oblig.quotiens.sed fortè in testamentis est aliud, quia maior requiritur solemnitas.

D E

DE HÆREDIBVS INSTITVENDIS, ET quæ personæ hæredes institui non possunt.

TIT. XXIIII.

QVI DEPORTANTVR. *Tanquam peregrini.* Si istud Tanquam, denotet similitudinem, falsum est quod dicit: quia illi qui sunt in peregrinatione, capiunt ex testamento: vt instit. eod. §. vlt. si veritatem, & sic intelligas de peregrino deportato, verum est: vt ff. eod. sed si in condict. §. solemus. *Si scripti non fuissent.* Ergo venientes ab intestato admittuntur. sed videtur quòd fiscus: quia quod ab indigno aufertur, fisco applicatur: vt j. de his qui. vt ind. hæreditas. Respond. ergo ad hoc quod dicit, quia pro non scriptis habentur quoad commodum suum. instituti enim nullum habent inde commodum: nec contradicit huic l. ff. de reb. du. si cogna. quia ibi erant cognati per adoptionem, & dissoluta adoptione desierunt esse cognati, sed adhuc bene capiunt ex test. secus si amittitur ius agnationis per deportationem, quia non capiunt, vt hîc. L. 15.

PATER TVVS. *Nam residui commemoratio etiam totum admittit.* vt ff. de verb. sign. cæterorum. L. 2.

1 *Veritas spectanda.*
2 *Itémque opinio.*
3 *Institutio quando vitiatur propter errorem.*

CVM PROPONAS. *Voluntatis est quæstio.* Non iuris. sed ad maiorem euidentiam huius l. & ad remouendam Vitalis & Zoili altercationem, distingue in tali substitutione, Si hæres non erit, qualiter sit intelligenda, siue fiat circa seruum, siue circa liberum: si enim ita substituat seruo quem sciuit esse seruum, si hæres non erit, est intelligendum, si sibi facto libero non acquisierit hæreditatem, aut domino suo præsenti vel futuro. Si verò fiat ei quem sciat liberum, tunc est intelligenda sic, si sibi non acquisierit, vel domino suo futuro. Si verò putauit liberum, & est seruus: distingue vt hîc: quia aut voluit sibi tãtum acquiri, aut per eum alij primo casu admittitur substitutus: secũdo non, si adeat. *Potuit enim, quantus iubente domino, nolle adire.* vt hic dicit. vnde sic ordina literam. quòd si verba substitutionis ad ius retulit, vt sc. ita demum substitutus vocaretur, si nec per semet ipsum alium fecisset hæredem: si tamen paruit domino & adiit, potuit enim quãuis iure nolle, &c. *Substitutionis locus non est.* Et sic intellige quòd ad ius retulerit, hoc est, ita intellexit sicut ius intelligeret. sic est cùm de voluntate testatoris apparet, quia dixit, si ita esset quòd iste institutus secus appareret, nolo per eum domino acquiri. tũc enim in totũ admittitur substitutus. si dixit domino adquirendũ, repellitur in totũ si adeat. potuit enim, &c. vt s̄ dixi. Quid si dubitetur, voluerit per seruũ adquiri domino vel non, quia de hoc nihil dixit; quis admittetur tũc, 1 substitutus, an dominus? Videtur ꝙ dominus: quia veritas est† spectãda, sicut dicit generale. vnde pro se posset allegare illud dominus, & dicere ꝙ sic est interpretanda substitutio, sicut in vero seruo sed tũc interpretaretur, si sibi nõ acquisieri factolibero, vel domino præsenti L. 3.

aut futuro:& videtur repellēdus substitutus. Sed & ex alia parte allegare posset substitutus, quia aliud est generale quod dicit † opinionē spectandam.sed si opinionem spectemus,sic intelligemus substitutionem,acsi esset liber cùm crederer liberum,sed tunc interpretaretur si sibi vel futuro domino non quæreret,& hic non quærit sibi, quia seruus,nec futuro domino,imò præsenti.& ideo in totum videtur admittendus,& alius repellendus.quare propter repugnantias istas dicit l. esse faciendum quòd substitutus in partem. i. in dimidiam dimidiæ vel semissis vnius.hoc est in quartam.dominus verò serui admittatur in tres partes considerata potius veritate quàm opinione. & hoc instituit imperator in persona serui sui, qui tanquam ingenuus fuit heres institutus:vt ff.eo. si paterfa. noluit enim imperator suam portionem deteriorem facere,quia sibi retinuit vnum semissem præcipuum, & alium diuisit inter se & substitutum. & idem probatur per instit. de vulga.§ vlt.Sed tamen alij intellexerunt quodam prauo modo,vt substitutus haberet vnum semissem præcipuum,dominus serui medietatē alterius semissis. magis tamen placet veritatem spectandam quàm opinionem:vt videtur dicere. l. superior. præterea quidam Placentini voluerunt intelligere l.istam quando dubium erat de voluntate testatoris.sed hoc non est verum,quia distinguitur vtrum voluerit instituto tantum acquiri,an per eum alij:vt hoc s. notaui. Præterea dixerunt quòd non valet institutio quæ fit cùm erratur circa libertatem, sicut nec valet cùm credo aliquem filium qui non est, cùm dicit l. sequens proxi.sed domino meo visum est quòd malè dicunt,cùm aliud sit multum si quis erret in conditione filij. illud † enim vitiat institutionem, an in conditione alterius sit liber an seruus.illud enim non vitiat.

L.4. SI PATER. *Non instituturus si alienum nosset.* Ideo dicit, quia si esset suus filius, præsumitur quòd vellet ipsum esse suum heredem. quare si est alienus,præsumitur quòd noluerit. & ideo auferenda est ei hereditas,vt dicit.sed cui applicabitur?videtur quòd fisco:vt ff.de iur. fis.aufertur. Sed contra est: quia l. illa non dicit fisco applicari, imo quòd ei aufertur tanquam indigno.vnde dic quòd venientes ab intestato admittuntur,s.agnati & cognati:vt j.eod.nec apud. si verò instituit quem sciebat non filium,tanquam filium,valet institutio:vt ff. eo. nemo.§.qui fra.si filium,non vt filium instituit heredem,quia propriū nomen non dixit, sed alia signa per quæ satis potest comprehendi: si non fecit contumeliæ causa, valet institutio:vt ff. eod. quotiens.§.si quis nomen.

L.5. NON IDEO MINVS. Patet ergo per l.istam quòd si cùm vxor heres istius non appelletur vxor, sed affinis, quòd valeat institutio.

L.6. SI COMPENSANDI. Aliud .n.si nō compensandi debiti gratia fecisset.sic enim potest legari,nec petetur vt debitum, sed vt legatum.Sed & cùm sic instituit, si neque petisset neque exegisset, heres erit. si heredibus cæteris denunciauit per se non stare quo minus acceptum faciat,quod sibi debetur.vbi verò solus heres institutus erat, conditio pro non scripta accipienda erit:vt ff.de condic.instit. mulier.

Nec

NEC APVD *Peregrinos*. id est deportatos, vel iurisdictionem nõ habentes. *Restitui ubi*. Ergo venientes ab intestato admittentur. vt not. s. eod. si patet. L. 7.

COLLEGIVM. Patet ergo quòd collegium non potest capere hereditatem nisi speciali priuilegio sit subnixum: vt hoc notauimus s. de sacrosan. eccl. l. 1. L. 8.

NEQVE *per se*. *Dictat iuris ratio*. Quia per eos quæreretur dominis: quare prohibetur: vt ff. de leg. 1. l. tamen §. regula. L. 9.

Hæc l. in vulga. post l. seq. repo.

EXTRANEVM. *Placuit*. Subaudi posse. & voluerunt quidam intelligere deducto vitio medij temporis: vt ff. de hered. instit. hereditas ex die, sed illud locum habet quando tempus certum est adiectũ. aliud si dicatur, quando morieris: vt hic, & ff. de cond. inst. l. vlt. L. 10.

EXTRANEVM *Etiam penitus*, &c. *Instituere potest*. Si quid senserit, euidenter appareat: alioquin non: vt ff. eod. in ipsis. & concordat bene l. isti quod dicitur inst. eo. tit. §. vlt. L. 11.

HEREDITAS, &c. Patet per l. istam quòd ciuitati legari vel donari vel fideicommitti potest, domus autem, annonæ ciuiles, vel quælibet ædificia, aut mancipia, nam & aliàs dicunt ll. quòd legari potest ciuitati etiam quoad honorẽ ornamentúmq; ciuitatis pertinet siue ad alias causas pertineat, & quòd etiam ex Trebelliano potest capere: vt ff. de leg. 2. si heres iussus. §. vlt. & l. si quid relictum. & l. ciuitatibus. & ff. ad Trebell. l. omnib. & ff. de liber. vniuer. l. 1. L. 12.

1 *Quando instituti loco legatariorum habeantur.*
2 *In re certa possunt institui heredes, licet exheredari non possunt.*

QVOTIES. *Vel sine parte*. Vt cùm duo sunt instituti tãtum ex certis rebus, & non alij. nam instituti ex certis rebus loco [1] † legatariorum habentur, cùm alij instituti sunt ex certis partibus, vt s. dicit. si verò soli instituti sunt ex certis rebus, totam habebunt hereditatem, vt nõ videatur testator pro parte testatus, pro parte intestatus. sed illas res in quibus sunt instituti, habẽt præcipuas: reliquas res hereditarias diuidunt æquis portionibus: vt ff. eo. l. ex facto. & l. quoties §. si duo. & ita in [2] † certa re possunt institui heredes, licet exheredari non possint: quod est notandum: vt ff. de lib. & post. cùm quidam. Sed quid si ita dixerit, instituo vos heredes ex his partibus quas adscripsero? certum est quòd si postea scribat, quòd ex illis partibus sunt heredes. alioquin quasi sine partibus instituti videntur: & ideo solam obtinent hereditatem: vt ff. eod. l. 1. & l. si quis ita scripserit. nec obstat ff. eo. Clemens. §. vlt. quia ibi dicitur quòd inanis videtur institutio, verum est quod videtur, non tamen est. vel inanis est vna institutio. s. conditionalis: sed alia pura & tacita valida est. *Ad certam vnciarum*. Ideo dicit, quia deducuntur ad xij. vt instit. eo. hereditas. L. 13.

CVM IN LIBRIS, &c. Mirabilis est quæstio huius l. & quæ nũquam contingit, licet aliàs dicat l. quòd iura aptantur ad ea quæ frequenti s accidunt. *Sempronius Plotij*. Cùm Plotius non appellaretur. vnde ita intelligebant veteres illam institutionem, quasi dixisset, Sempronius mihi heres esto: vt s. dicit. dixerunt enim quòd in suo nomine errabat. *Antea scripsit*. Subaudi neq; vocatur Plotius. L. 14.

DE INSTITVTIONIBVS ET SVBSTITVTIOnibus, seu restitutionibus sub conditione factis.

TIT. XXV.

L.1. CVM AVVM *Maternum, &c.* Assignatur. j. de condic. incer. legatum. sed hîc viuit adhuc, vt posset adimplere conditionem. vnde cùm per alium non stet, videtur adimplesse. ibi mortuus erat: & ideo certum est non posse adimplere. vnde Io. distinxit, impediatur per casum, vt ibi, an ex contraria voluntate: vt hîc. vel aliàs solutiones potes dicere, sicut ibi notauimus. *Quoniam conditioni paruit.* i. aliàs ff. de verb. sign. cedere. nec tamen hoc semper sequitur, quòd existente conditione sit heres, etiam si adiit. distinguitur enim, quia si adiit ob hoc quòd vellet esse heres, heres existit, nec potest repudiare. si non ob hoc, sed vt conditionalem institutionem faciat puram, poterit repudiare: vt ff. de cond. ob cau. da. l. 1. §. si parendi. & ff. de her. inst. l. iam dubitari. §. vlt.

1 *Potestatiua conditio.*
2 *Conditio turpis non valet.*

L.2. CONDITIONI. *Locum habet.* Ita est in matre. secus si pater instituisset, quia tenetur instituere sub potestatiua † conditione: vt j. eo. si pater, notauimus. hæc autem non est potestatiua: & ideo non est intelligendum in patre. *Turpium nuptiarum,* Si enim esset † turpis, non valeret. vnde si reliquit sub conditione quòd alicui nuberet, cui non poterat nubere, videtur de omnibus aliis prohibuisse, & ita indixisse viduitatem: quare nihilominus petet legatum: vt ff. de condic. & demon. Titio. & l. cùm ita. *Nec extraord. auxi. ind.* Quia non potest impetrare aliud auxilium contra hoc.

L.3. SI MATER. Per l. istam non refert fiat aliquid, an eius æquipollens. ad idem ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si cui. sed arg. contra. s. de his qui ve. æta. l. vlt.

1 *Conditionum diuisio.*
2 *Regulare est aliquem exheredari sub conditione.*
3 *Initium circa vltimas voluntates respiciendum.*
4 *Quod fauore alicuius est introductum, non debet in eius odium retorqueri.*
5 *Nepos sub qualibet conditione institui potest.*

L.4. SI PATER. Pone quòd aliquis instituit filium suum heredem sub casuali conditione, quæritur vtrum valeat test. & dicit quòd non. si verò sub mixta, hoc est quia erat vltra mare, & ita dixit, si de transmarinis partibus Mauritaniam redierit, tunc si impediatur aliquo casu implere conditionem, nihilominus poterit adire. & ad euidentiã istius l. sciendum est quòd † conditionũ aliæ potestatiuæ, aliæ casuales, aliæ mixtæ. Potestatiuæ sunt in quibus secundùm cursum naturæ non est præsumẽdum quòd quis possit impediri ad eã implendã: posset tamen esse

esse contra.& sic in potestatiua conditione considerandum est genus, hoc est solitus cursus naturæ, qualis est illa conditio, si scholas exieris, si terigeris illi manum, & similes, & sub hac potestatiua conditione semper debet filius heres institui, nec in defectum eius oportet quòd exheredetur, quia aut implet conditionem, & tunc est heres, aut non: & tunc ipse voluntate sua se priuat hereditate. sicut & si institueretur sub illa conditione. vt si voluerit, sit heres. hîc enim non possit reperiri cõtraria conditio sub qua exheredatur: vel si reperiretur, esset inepta. huic enim conditioni, si volet heres esto: quæ alia verba contraria possent concipi quàm hæc, si nolit heres esse, exheres esto. quòd quàm sit ridiculum, omnibus patet: vt hæc omnia probantur. ff. de her. inst. suus quoque. & l. iam dubitari. Casualis est, quæ pendet ex insidiis fortunę: vt si nauis ex Asia venerit, & similes. & sub ea non potest institui filius hæres nisi exheredetur in defectum conditionis, si nauis. s. non venerit ex Asia: imò patrem faceret intestatum, cùm test. esset nullum, vt hîc

2 dicit: & est hîc speciale, vt contra regulam generalem, quòd † quis exheredetur sub conditione: vt ff. de lib. & post. l. 3. §. purè. mixta est quæ pendet ex insidiis naturæ, & potestate alterius, vt si in Mauritaniam redierit de transmarinis partibus, sicut hîc dicit in fine, circa quam voluit dicere dominus B. quòd si filius impediatur eam implere à casu, idem dicendum est quod in casuali hîc, quòd si non fuit exheredatus, non valet test. & succedit ab intestato. si voluntate sua impediatur, idem quod in potestatiua, quia non succcedet, cùm ipse se priuet ea sua voluntate: vt s. dictum est. Sed Io. non distinxit, dixit enim idem in casuali & mixta. hoc est quia non valuit testamentum à principio, est

Sic in vet. libro repetimus.

Fortuna tamen legendum suspicor.

3 enim respiciendum initium circa vltimas † voluntates, sicut & circa contractus. & pro eo facit illud generale, initium spectandum. & prætерea finis huius l. vbi dicit, non prohiberis adire. subaudirur enim, ab intestato Sed dominus Yr. dixit ex testamento adeundo interpretatus in ambiguo benignè defuncti voluntatem, quasi voluerit eum heredem esse, si modo per eum non stetisset quominus conditionem impleret. sed primo modo dicendum. Secundùm Io. posset dici quòd nihilominus ex testa. quia in fauorem filij est inductum quòd nullum sit testa. ipso iure. vnde licet ei renunciare: vt s. de pact. l. vlt. arg. præstat ad hoc ff. de cond. instit. si filius. quia ibi dicit quòd si filius sub impossibili conditione instituatur heres, poterit dicere se institutum purè, sicut quilibet extraneus posset tali conditione habita pro non scripta. & præterea si vult poterit dicere ipso iure testa. esse nullum. quia nõ est institutus sub potestatiua conditione, non enim debet ei nocere suum priuilegium. ad idem est ff. de hered. instit. §. pen. ad idem ff. de bo. pos. secundum tab. l. 1. §. si sub conditione. sed legi illi posset responderi: quia loquitur in emancipato: secus in suo qui diceret ipso iure test. nullum. vel dicas quia & si esset suus idem esset. & bene faceret ad hoc, quia alias video quòd cùm dolus dat causam contractui, ipso iure est nullus contractus, ille tamen cuius gratia dicitur ipso iure nullus, pos-

4 set † agere si vellet ex eo contractu: vt ff. de iure dot. si res. §. sic ergo habes in istis tribus conditionibus circa filium quid sit dicendum. quid in nepote? éstne eodem modo dicendum sicut in filio suprà

dictum est quòd non posset institui nisi sub potestatiua conditione? quidam voluerunt dicere quòd aliud est si quis instituat nepotem quē habet in potestate. & aliud cùm pater filium. nepos enim potest sub † qualibet conditione institui, ne auum faciat intestatum: vt ff. de hered. inst. sed si in conditione. §. nepotes. Io. visum fuit quod idem sit dicendum in auo & nepote quem habet in potestate sua, quod dictum est in patre circa filium. & respondet ad §. illum: quia ibi nepos non obtinebat locum filij, cùm filius eum præcederet: & ideo ne filio prius decedente irritaret auitum testa. ex l. Velleia. potest institui sub qualibet conditione, vt ibi dicit ex l. Velleia. succedendo in locum patris si esset præteritus, rumperet auitum test. & ideo ne hoc faciat, potest institui viuo filio sub qualibet conditione. si verò non præcederet eum filius. & ita locum filij obtineret, tunc eo modo dicendum esset inter auum & nepotem, quod hic dictū est inter patrem & filium. & quod dicit §. ille, nepotes, & si redigantur ad filij conditionem, intellige quo ad cætera, acquirunt enim auo sicut filius & filia. nō autem quoad hoc quòd non posset institui nisi sub potestatiua conditione. vel intellige patre decedente cùm succedunt in locum eius, vel etiam ipso viuo rediguntur, hoc est redigi possunt, & quod s. dictum est in filio, quod institui possit tantum sub potestatiua conditione ad hoc quòd testamētum valeat, quòd succedat ex testamento licet non exheredetur in defectum conditionis, & tunc posset sub casuali vel etiam mixta secundùm nos, qui idem dicimus in mixta & casuali. B. distinguit, omnia illa intellige esse dicta secundùm vetera iura. hodie enim non posset heres institui filius sub cōditione aliqua quoad debitum bonorum subsidium, imò quodlibet grauamen pro non apposito habetur: vt s. de inoffi. testa. quoniam.

L.5. Reprehendenda. *Comprobasti.* Et sic comprobat ipso facto.

1 *Vel, aliquando resoluitur in coniunctionem copulatiuam.*

L.6. Generaliter. *Decesserit.* Subaudi, substituo ei talem, vel rogo de restituendo, vt patet per sequentia. *Vt ipse, &c.* Verba imperatoris. *Tunc valere condi.* Et ita patet quòd si talis conditio apponatur in substitutione circa filium vel extraneum, si filios non habuerit, vel nuptias non contraxerit, vel non fecerit test. quia ibi sumitur vel, † pro et. cùm omnia ista oporteat existere ad hoc quòd substitutus admittatur. *Omni penè fructu.* Penè dicit propter Falcidiam, in qua grauari non potest per substitutionem, vel restitutionem, vel propter lucrum quod medio tempore percepit. *Cùm autem inuenimus, &c.* j. de fideic. cùm acutissimi. & differt ab ista, quia hęc de filiis tantùm, illa etiam de nepotibus. *Et si quis naturales tantùm,* & hoc addit hic. s. enim locutus fuerat de his qui nascuntur ex legitimo matrimonio, hic de naturalibus tantùm. *Quem nos statuimus.* s. de naturalibus liberis in authent. licet. *Sine iusta sobole.* Ergo si sine iusta sobole decesserit, vt puta, quia reliquerunt naturalem, erit locus substitutioni, nam iustos vocat hic ex matrimonio natos. hoc intellige nisi de voluntate testatoris ostendatur, quod etiam relictis naturalibus non sit locus substitutioni: quia tūc admittuntur naturales, vel vbi positus est testator in dignitate, vel

vbi

vbi habet naturales tantùm testator: vt ff. ad Trebellian. ex facto §. ij. l. iij.

1 *Conditio promiscua quæ dicatur.*
2 *Diuortium iure canonico prohibitum.*
3 *Qui semel consul est, iterum esse non potest.*

SI QVIS HEREDEM. Assignatur contra. ff. de condit. & demon. l. ij. distingue vtrum conditio consistat in dando: vt si x. dederit vel similis, & tunc non potest impleri in vita testatoris. sed post mortem, & scire debet is cui relictum est, conditionem insertam esse ad hoc quòd videatur paritum conditioni: vt dicit l. illa. si verò consistat in faciendo, aliud est, vt hîc, vel distingue circa eam quæ constat in faciendo, aut enim est † promiscua, aut non. si est promiscua, quia multotiens reiterari potest, vt est illa, si ascenderis capitolium, & similes (posses enim ascendere multotiens capitolium) dicendum est, quòd tunc demum mortuo testatore possit impleri: & oportet scire conditionem esse insertam, vt ibi. Si verò non est promiscua, quia sæpe non potest reiterari, vt est illa, si nuptias contraxeris, semel enim oportet illam existere, nec potest reiterari, hoc est modo dimittere vxorē, & aliam ducere, imò perpetuò sunt coniuncti, ad minus quoad propositūm, nisi secundum vetera iura & ciuilia inter eos † diuortium celebraretur, aliud secundum ius nouum canonum. & idem in illa conditione, si talis fuerit cōsul vel præses: cùm tales conditiones oporteat semel existere: nec reiterari possunt, quia postquam quis semel † est consul, nō potest iterum esse consul, imo tenetur ad l. Iul. de ambitu, nisi in penuria alterius idonei: nisi esset electus omnibus consentientibus & non contradicentibus. in talibus enim semel tantùm existere possunt quæcūq; extiterint, videtur impleta conditio. & ita siue extiterit in vita siue post mortem, impleta dicetur vt hic, & ff. de condit. & demon. hæc cōditio, filiæ meæ. & l. si iam facta. & l. Publius j. responso. Vel etiam potes dicere, & secundum nos, quòd promiscua est conditio illa, quæ facilè potest impleri: vt si ascenderis capitolium, & similes. non promiscua, quæ difficile, vt si ille fuerit consul, & similes. L. 7.

SI TESTAMENTVM. Assignatur contra. ff. de hered. instit. quotiens. Solutio hæc corrigit illam. vel ibi refert opinionem Marcellini. vel intellige quod ibi dicit, pro non instituto. scilicet conditionaliter. erit tamen vel debebit haberi pro purè instituto. aliud assignatur contra ff. de lega. ij. cùm pater in fi. l. Solutio. ibi destinauit conditionem apponere. hic autem licet ita dixerit, non tamen apponere destinauit, vel ita dixit, heres eius secundùm conditiones infra scriptas. hic dixit, heres esto. L. 8.

1 *Tacita pupillaris non excludit matrem.*

CVM QVIDAM. Dubitatio istius l. erat, quia substitutus dicebat se matri præferendum cùm vulgaris tacitam pupillarem contineat. mater dicebat se præferendam, quia substitutus fuit, si filius heres non erit. ipse autem heres extitit, & præterea alia ratione, quia si maritus suus noluit eam habere medietatem viuente filio, multo ma- L. 9.

gis noluit totam habere mor.uo ipso.hanc quæstionem decidit. *Si verò posthumus*.& ita fuit vulgaris quæ habet in se tacitam pupillarem: quæ tacita † pupillaris, vt ex hac l.apparet.non excludit matrem. nec etiam in milite: vt j.tit.prox.l.precibus.

DE IMPVBERVM ET DE ALIIS SVBstitutionibus. TIT. XXVI.

L.1. CVM HEREDES *ex disparibus partibus*. Quia vnus in 4.vncias,alius in 6. *Et inuicem substituti*. Et ita sub appellatiuis nominibus eos substituit. *Nec in subst.fa.est vl.&c.* Quia non dixit vtrum succederent pro partibus institutionis,an æquis partibus. *Non alias partes,&c.* Nisi cùm substitutus pecuniam æquis partibus dare iussit,vel substitutionem non sub appellatiuis heredum nominibus,sed propriis expressis fecerit. tunc enim viriles partes fient,vt ff.ad Trebel.cùm res.& l.quotiens.& l.nunquam.

L.2. HEREDITATEM. *Substitutio enim*. Vulgaris,quæ continet in se tacitam pupillarem,nisi contrarium inducat inæqualitas personarum,vt hîc,& s. de test.mil.in testamento. *Porrigi non potest*. Quia si porrigeretur,duobus casibus substitueretur ei. *Ipso*.scilicet filio impubere. *Non eiusdem condit.* quia scilicet erant puberes. Quibus in vnum casum.s.vulgariter,& non pupillariter,quia erant puberes. *Et ratio suadet*, scilicet æqualitatis,quæ optima est: vt j.de fruct.& lit. expen.l.vlt. vt s.de iudic.placuit.

L.3. HERES INSTITVTA. *Omisisti*.quia repudiauit. *In dub. non venit*. Quia quamdiu non potest valere testa.non admittitur legitimus. *Ipsum* s.institutum.

L.4. QVAMVIS. *Si heres non erit*.& hæc est vulgaris expressa quæ continet tacitam pupillarem,vt statim dicit. *Quo vtrique heredum*. id est matri & filio heredibus institutis. & ita hîc vulgaris expressa non continet tacitam pupillarem.

L.5. POST ADITAM,&c. *Directa*. Ad differentiam fideicommissariæ, quia illa non expirat,nisi filios procreauerit ille cui substituitur, vt s.tit.j.generaliter. *Non impuberibus*. Quia si impuberibus, non expirant etiam adita hereditate donec puberes sint facti, cùm vulgaris in se contineat pupillarem,vt s.eo.quamuis.sic j.de fideicom.eam. *Expirare solent*. Sunt casus vbi non expirãt: vt ff.de mino.etsi §. restitutus. & j.authent. coll. j. const.j. & here.& voluerunt quidam dicere quod authen.corrigat.Io.tamen dixit, quia non admittitur ibi substitutus ex verbis testamenti,cùm defecerit conditio: sed auctoritate authenticorum,siue constitutionum.

L.6. IN TESTAMENTO. *Etiam inuitis*.& èconuerso,nisi in casu, vt ff. de acqui.here.cum hereditate. *Accrescit*. Quia nemo potest decedere pro parte testatus,prò parte non.& habes bonam concord.j. de cadu.coll.§.his ita.

L.7. SI TESTAMENTO. *Intra pubertatem*. id est citra,in pupillari.s. ætate.& ita fuit hîc expressa pupillaris.sic & exponi potest in l.seq.

t Hy-

1 *Hypothesis huius legis.*
2 *Mater quando substitutos in totum excludit.*
3 *Expressa vulgaris continet in se tacitam pupillarem.*
4 *Mater praefertur in tacita pupillari.*
5 *Miles ex tempore, & ad tempus, heredem instituere potest.*
6 *Mater quando substituto à directa substitutione excludit.*
7 *Quarta Trebellianica, quando locum non habet.*
8 *Adueniente pubertate, directa trahitur ad fideicommissariam.*
9 *Res potius interpretanda vt valeat, quàm pereat.*
10 *Incompetentia verba quando vitient legatum.*

PRECIBVS TVIS, &c. Venit mulier ad Imperatorem, & obtulit L.8.
1 libellum in quo † continebatur quod maritus suus miles quondã instituerat in testamento suo filium suum heredem, & secundos scripserat heredes, decessit filius in pupillari ætate, quæritur vtrum sit de iure præferenda substitutis, an substituti sibi. & dixit Imperator quod ipsa deberet manifestiùs apposuisse de substitutione in libello precũ. est enim distinguendum, quia si vulgariter tantùm substituit ei pater, hoc est, si filius meus heres non erit, illos ei substituo, tunc si extitit
2 heres, & decessit in pupillari ætate, admittitur † mater, & substituti in totum repelluntur. Si verò non solùm illud dixit, sed sic, Si filius meus heres non erit, vel si heres erit, & intra pupillarem ætatem decesserit, substituo ei tales: tunc si decessit in pupillari ętate, admittuntur substituti, & mater repellitur in totum. Si verò non tantum primo modo substituit vel secundo, sed adiecit, si non erit heres, vel si erit, & intra pupillarem ætatem decesserit, vel quandocunque postea: tunc si moriatur in pubertate, mater admittitur: sed substituti velut ex causa fideicomm. poterunt petere hereditatem ab illa matre. *Precibus tuis.* id est in libello precum tuarum. *Quondam miles.* Quidam habent hîc literam, si miles, sed hoc si, superfluit per hoc quod dicitur ỹ. vtrum, &c. *Proponis.* ita indistinctè proposuerat mulier Imperatori. & ideo dicit quod distinguere debet inter substitutiones, & manifestiùs exprimere, *Vtrúmne in primum casum,* vulgarem, repete scripserit secundos heredes. *An in se.si. suo quem ha. in pote. mor. tem.* subaud:, scripserit secundos heredes si intra xiiij. annum ætatis suæ decesserit, an scripserit secundos quandocunque postea decesserit. *Primo casu tantùm.* Hoc est vulgariter substituendo tantùm. tunc enim si patris heres extitit, eo defuncto intra pupillarem ætatem, mater in successione præponitur substi-
3 tutis: licet expressa vulgaris † contineat inter se tacitam pupillarem: vt probari potest s. tit. j. l. vlt. in fine. & melius per l. ff. eo. iam hoc iure s. eo. quamuis, & verum regulariter est quòd vulgaris expressa continet in se tacitam pupillarem, fallit tamen vbi mater est in medio. cùm i-
4 psa † præferatur in tacita pupillari, vt hic dicit. licet quidã voluerunt dicere quòd hoc locũ habeat quod substitutu s iste repellatur, quando pariter mater cũ filio instituitur heres, aliàs non: vt s. tit. j. l. vlt. Cũm ergo in test. mil. ex tacita pupillari non admittantur substituti, ergo multo minus in testa. pagani, si mater non interueniat, ita est in vulgari tãtùm substitutione. Si verò nõ solũ cõtineatur vulgaris, sed vulgaris &

pupillaris expressa & compendiosa, tunc omnino mater repellitur si decesserit in pupillari ætate, vel si in pubertate, admittitur, sed restituet bona ex fideicommisso. & quare trahitur directa ad fideicom. in militis test. imò videtur quòd debet remanere directa etiam post pubertatem, quia ipse heredē ex tempore & ad tempus potest † institue- 5 re. vt notauimus s. de milit. testam. l. in testamento. & ideo assignatur responsio hic, quia hic non admittuntur directo substituti, sed per fideicomm. propter priuilegium matris. aliàs enim quod generaliter obtinet ex priuilegio suo tollit mater, hoc est quod non habeat locum tacita pupillaris ipsa interueniente. quare & hîc similiter dici potest, quòd licet miles directo possit filio suo substituere in pubertate generaliter, fallit tamen cum mater est in medio: quia ipsa sicut superius habet priuilegium, ita & hoc habet, quia admittitur si decedat in pubertate, sed post fideicom. restituit. *Substitutus:* & ita excluditur substitutus † à directa substitutione, sicut faceret à tacita pupillari. sic ergo 6 habes in l. ista circa test. mil. de tribus substitutionibus, de vulgari, pupillari & compendiosa. Quid autem sit exemplaris, & in quo differat vel sit similis pupillari, dic vt dicitur & not. in l. prox. seq. tit. de breuiloqua, dic quia continet substitutiones. 4. cùm aliquis habet duos filios impuberes, & dicit, Vos inuicem substituo: & duas vulgares, duas pupillares. & est sciendum quod in hoc casu si decedat alter in pupillari ætate, nō præfertur mater substituto, imo omnino repellitur: vt ff. eo. Lucius. & est ratio quare repellatur hîc potius quàm cùm vulgaris expressa apponitur: quia ex significatione verborum illorum, Vos inuicem substituo, quatuor substitutiones breuiter declarantur. at in expressa vulgari non declaratur tacita pupillaris ex significatione verborum, sed ex interpretatione legis colligitur. vel forsè sic dicitur in breuiloqua: quia non est verisimile quòd testator vxorē suā hoc est matrem impuberis voluerit præferre alij filio suo: secus in extraneo vulgariter substituto. *Si verò substitutio in secundum casum.* Hoc est quando expressa est pupillaris vel compendiosa. *Si quidem intra pubertatem decesserit.* In istis duobus casibus eos habeat heredes. & expone intra pubertatem, id est citra antequam esset pubes. *A te possunt petere.* sc. illi substituti. aliàs est litera, peti, & videtur istud referendum ad vtrumq; casum, vt quando substituit pupillariter & expressim & compendiosa. sed non ita referas, imò ad compendiosam tantùm substitutionem: quia tunc si decessit in pubertate, admittitur mater ab intestato: sed restituit bona. & posuit hîc glosam dominus Y. deducta quarta. quæ quidem glosa est contra l. nam in milit. test. non habet locum † quarta 7 Trebellianica. secus in veterani testa. vt ff. ad l. Falcid. veterani. & l. si miles. & ff. ad Trebel. l. j. §. is qui. & j. ad l. Fal. etiam in testamento, nec obst. ff. ad Treb. l. j. §. in filij. quia quòd Trebel. S. C. habeat in test. filiifamilias militis, est intelligendum quantum ad alia commoda. nā quo ad hoc quòd quarta detrahatur cessat. ita est circa istas substitutiones tres in test. milit. Sed posset quæri vtrum dicendum esset idem in test. pagani, circa compendiosam substitutionem, quòd hîc dictum est in milite, & voluerunt quidam dicere quòd paganus non potest compendiosè substituere, sed miles tantum, at ipsi malè dixerunt: quia & miles

& pa-

& paganus potest, sed diuerso modo: quia cùm sic substituit miles filio 8 suo impuberi, adueniente pubertate † directa trahitur ad fideicommissariam ex priuilegio militis, vt hîc. Sed cùm paganus dicit, Filius meus impubes quandocunque decesserit, illi hæredes substituo: si decedat intra XIIII. ann. directò admittuntur substituti, & repellitur quilibet veniens ab intestato, & omnino repellitur substitutus, nec sicut in testa. milit. directa trahitur ad fideicommiss. vt ff. eo. in pupillari, & l. centurio. & l. his verbis. & instit. de pupill. §. penult. & vlt. si verò in testamento suo ita dicat paganus, Quandocunque decesserit filius meus, illum substituo: hanc semper interpretor fideicommiss. & siue decedat filius in pupillari ætate, siue post, admittitur substitutus. potest enim hoc facere quilibet per fideicommissum: & hoc ideo præsumitur, quia apposuit verbum Substituo, quod semper aptatur ad fideicomm. substitutionem: vt s. tit. 1. generaliter. §. vlt. & quia res est po 9 tiùs † interpretanda quòd valeat, quàm quòd pereat: vt ff. de rebus dubiis. quotiens in actionibus. Si verò ita dicat, Quandocunque decesserit filius meus sine liberis, substituo illum: tunc sine dubio est interpretanda fideicom. quia videtur quòd voluit testator substitutum admitti nedum in pupillari ætate, sed post, cùm fecerit mentionem de liberis qui haberi non possunt nisi in pubertate. Si verò ita dicat, Quandocunque decesserit filius meus sine liberis, sit ille hæres. & filius forte erat maior XIIII. ann. videretur hic dubium, cùm sit repugnantia verborum, & etiam eius quod erat maior XIIII. annis. illud enim, & hoc quod dicitur sine liberis, videtur repugnare directis verbis, quæ sunt, Ille sit hæres. Per talia enim verba directa habet fidei substitutio, non fideicom. & sic videtur quòd valeret substitutio propter incompetentia verba, sicut legatum verba non competentia vitiant: vt ff. de leg. 3. l. 1. sed dic quòd si aliquis credidit vestium appellatione contine-10 ri aurum, talia † incompetentia verba vitiant legatum: quia omnino alienum est vnum ab alio. aliud esset si omnino non esset alienum. vnde dicit l. quòd si studiosus studioso leget chartas suas, licèt nomine chartarum non contineantur libri: quia tamen quandoque chartas libros appellamus, videntur & libri legati: vt ff. de leg. 3. librorum. hîc ergo cùm non erit tanta incompetentia, dicam quòd verba directa trahuntur ad fideicom. quod aliàs dicit l. ff. ad Treb. l. Scæuola si verò ita dicat, Si filius meus decesserit in pupill. ætate: vel postea, illum substituo, hîc interpretor duas, pupillarem expressam, & fideicomm. propter distinctionem & alternationem temporis, ad quæ singula verbũ Substituo aptatur diuersis modis. & in istis casibus vbi fideicom. substitutio censetur pagani, admittitur mater filio mortuo: sed tenetur restituere substitutis deducta quarta: vt ff. de vulgari subst. cohæredi. §. cùm filius. & sic istas quæstiones curiosè notaui, quia multæ tales fiunt circa hanc materiam, & circa similes.

1 *Exemplaris substitutio cur ita dicatur.*

HVMANITATIS, &c. *Unum vel certos.* Mirabile videtur quod ponit de vno vel certis: quia secundùm hoc quidam ex filiis furiosi videntur à sua substitutione contra pietatem repelli. rursus substitutionem esse nullam fateri non potest, quia huius l. auctoritate

firmatur. Responderi potest hoc tunc esse verum, cùm pater quosdam substituit, alios verò exhæredat, & hi per querelam post rescindunt testamentum. si verò ab initio prætereantur, nulla erit substitutio, sicut si ipse furiosus sanæ mentis fecisset testamentum, & habet l. ista dissimilitudinem cum superioris legis substitutione pupillari. Ibi enim pubes impuberi in potestate constituto substituitur: hic autem siue sit in potestate, siue non. & hoc patet cùm hic loquatur de matre quæ non habet filium in potestate. præterea ibi potest substitui quicunque, hic nonnisi descendentes filij si habeat. si non, fratres. In quibusdam tamen similes sunt, quia expirat adueniente sanitate, sicut & illa adueniente pubertate. & ideo dicitur †exemplaris, ad exemplum & similitudinem illius facta. & videtur quòd debet appellari furiosa vel mente capta, sicut pupillaris dicitur, quia fit his qui sunt in pupillari ætate. & certè verum est. sed si ita diceretur, malum esset nomen, cùm videtur testator furiosus fuisse. & ideò pulchriùs dicitur exemplaris: & facit l. ista contra opinionem cuiusdam doctoris, quòd scilicet filio substitui posset in debito bonorum subsidio. & licet non videretur quòd aliquod grauamen posset in quarta apponi, verum est per fideicom. substitutionem: secùs per directam, vt hic: quia facit ad commodum suum, & ideo potest: vt ff. de inoff. test. ex tribus. & l. filiis.

L. 10. CVM QVIDAM. Assignatur contra. ff. de iniust. rupt. l. penult. Sol. ibi nominatim facta fuit substitutio singulis, hic omnibus simul. vel hoc in filiis institutis speciale, vt hic: secus in extraneis, vt ibi.

L. 11. SI QVIS. *Duobus hæredibus institutis.* Subaudi, cum impubere filio. & quemlibet instituit per se & separatim. tunc enim, vt dicit l. ista, admittitur pro tertia quilibet in substitutione. secùs si primò filium suum hæredem instituisset: & post dixit, Substituo mihi hæredem Tit. & Sempron. post substituit eos filio cum alio. isti enim duo nunquam succederent viriliter quoad alium, sed pro dimidia: vt ff. eod. si pater. contra. & ita casus istius l. intelligitur, quando separatim fuerunt instituti, ad hoc quòd tollatur illud contrariu: vel dic quòd hic posuit signum vniuersale, quisquis mihi, &c. quod distribuit singulariter inter eos. secus si dicat, hæredes meos & te filio meo substituo, vt ibi. Aliud assignatur contrà, ff. de vsufruct. accresc. si quis Titio. Solut. hæc corrigit illam. vel verbum vnà hic positum tollit contrarietatem, quia voluerit eos coniungere: vt ff. de hæred. instit. Titius. & l. interdum, vel meliùs, ibi non loquitur de hæredibus vnius legatarij, id est Titij, sed alterius, id est, testatoris. & ideo non intelligas quod ibi dicit, & hæredibus suis. sc. Titij. tunc enim contradiceret. Istæ sufficiant solutiones, licet aliæ multæ sint in apparatu notatæ.

DE NECESSARIIS SERVIS HÆREDIBVS instituendis vel substituendis. TIT. XXVII.

L. 1. SERVS QVI SOLVENDO. *Hæredem necessarium.* Necessarius hæres est, qui siue velit, siue nolit, hæres est: vt instit. de hæred. qual. & diffe. & intellige quòd vnũ relinquere possit nisi in casu vt ff. de hæred. inst. ei qui. si verò plures nominet,

minet,primò nominatus erit hæres,nisi esset vilissimi pretij: vt ff. qui & à quibus. si quis habens. & hoc quando apparet ordo. si enim ordo non apparet,non valeret plurium institutio, obstante lege Ælia Sentia:vt ff. de legit.hæred.qui soluendo. *Et in eadem causa.* Secus enim si ab ipso seruo instituto soluatur pecunia:vt ff.de hæred. instit.in illa l.pignori.

CVM vos. *Sub appell.liber.* Hodie & sine appellatione libertatis, vt j.eo.l.penult. *Scripti essetis.* sic,ô vos liberti estote hæredes. *Locum non habet.* Nisi in casu,vt cùm relinquitur ei legatum in test. nun. vt s.de milit.test.ex his.per authent.vt liberti de cætero.§.si quis.authent.libertam. L.2.

SI TVTOR. *Contubernio.* Bene dicit de contubernio. nam cum ancillis non potest esse connubium:vt s de incestis nup.cum ancillis. L.3.

CVM QVIDAM. *Sed in alium & in alium gradum.* Ex paterno enim testamento videtur consecutus libertatem, ex pupillari verò hæreditatem:vt ff.ad Trebell.si res alij.§.1.arg.contra. & libertatē consequitur ex paterno testa. *Et hæreditatem respuere.* Ex pupillari substitutione. *Necessarius hæres.* Regulariter enim traditum est,quòd eos possum hæredes necessarios filio meo facere, quos & mihi: vt ff. de vulg.substit.si plures.§.1. L.4. *Hæc l. in quibusdā exēplarib. est prima huius tit.*

1. *Quando testator à prima voluntate destitisse videtur.*
2. *Legatum,quando non tenet.*

QVIDAM,&c. *Ex parte instituit.* De hoc non erat dubium. *Seruum autem suum,*&c. De hoc erat quæstio,alij legauit. secus si alienauit inter viuos:vt ff.de condit.& demon.si in diem. §.1.sed si primò in-[1]stituit,postea legauit,nónne videbitur † destitisse à prima voluntate: vt ff.de vulgar.substit.si quis quem. Respond. non est ita: vt ff.si ita.ff. regula.& ff.de lega.2.si idem.nisi in casu.ff.de leg.1.setuum. §.si idem. *Sine libertate,* id est,non habita mentione libertatis.nō intellige quod dixisset, Vos instituo hæredes sine libertate. *Cùm ergo inuenimus.* & in hoc casu sequitur voluntates testatorum. *Supponere.* id est, signare. *Ita esse supinos.* certè imò is de quo s.dictum est,ita fuit supinus. *Sine libertate.* id est,quia præsumitur quod voluerit. *Ad hoc seruis constitutis donent.* & ita licèt non fiant liberi,habeant tamen relicta: hoc dicitur [2] ad exhortationem.legatum † enim non tenet:vt j.de legit. seruis.nisi in casu:hoc est,cùm legauit seruis ad custodiam templi relictis: vt ff. de adimen.leg.seruos. *Substitutionis euentum.* Hoc ideo,quia incertum est an conditio libertati apposita existat. alioquin si certum esset eam exituram ab initio, inutile esset legatum secundum: vt ff. de leg. 1. si post mortem.§.vlt.& de manumis. test.si pecu. prælег. §.si seruus. In legato verò relicto ab extraneo ipsi seruo cui à domino relicta est libertas,nulla fit suspensio:vt ff.de leg.1.si post mortem, 1 responso. *Et statu liber.* Aliàs, nec statim liber. L.5.

DECISIONE NOSTRA.l.superiori. *Videtur.* aliàs videri. L.9.

DE LIBERIS PRÆTERITIS VEL EXhæredatis. TIT. XXVIII.

1 *Exheredatio ab vno tantùm gradu fieri potest.*
2 *Vbi est eadem ratio, idem ius statui debet.*

L.1. CVM POST OMNES. *Non dubitaturiuri satisfactum.* Quia valet testa. si sic fiat exhæredatio ab omnibus gradibus. & intellige gradus esse institutiones. & substitutiones: vt de his habuimus s. de instit. & substitu. & de impub. & aliis substit. & ita loquitur hic quando facta est exheredatio post omnes gradus, hoc est subiecit post institutiones & substitutiones, ab omnibus gradibus supradictis filium meum exheredo. Idem si ante gradus omnes exheredauit eum, vel intra, & sic fit intra gradus exheredatio, quando persona præcedens exhæredationem est in alio gradu quàm persona quæ sequitur exheredationem, verbi gratia cùm ita dixit, talē instituo heredem. filium meū exheredo, si heres meus decesserit, substituo ei vellem: vt hæc probantur ff. eo. l. iij. §. si filius. & §. autem. & §. in eo. & in l. ista. Item fieri potest † exheredatio ab vno gradu tantùm: vt ff. eo. l. iij. §. vlt. quod intellexerūt doctores antiqui, cùm testator exprimit se ab vno gradu tantum velle exheredare. Io. visum fuit idem esse & si testator hoc non adiiciat, ex interpretatione iuris, vt quandoque præcedens persona exheredationem & sequentes sunt in eodem gradu institutionis vel substitutionis: ab illo tamen gradu videtur exheredatus, siue hoc testator dicat, siue non. licèt ergo non possit exheredatio ab vna parte fieri: vt ff. de lib. & post. cùm quidam. tamen poterit exheredari quis ab vno gradū tantum, vt dictum est. *Nam cùm idem heredes.* Subaudi maximè. idem enim esset in aliis. *Instituti sunt,* & substituti. *Nulla ratio reddi potest:* vbi enim † eadem ratio, idem ius. *In posteriore.* id est in substitutione. & ita rumperent test. in primo

Sic in vet. manuscri. reperimus, sed talem legendum videtur.

L.2. SI AVVS TVVS. *Sine impedimento legis Velleia.* Meliùs dixisset, cum auxilio. nam non tantùm non impedit, sed etiam suas vires porrigit, cùm hæc inducat nepotem præteritum in locum patris succedere, & patre mortuo viuo auo auitum rumpere test. vt instit. de exhered. lib. §. postu. & § sequenti. & ff. de iniust. rup. test. posthumorum. vel dic ideo repellendum nepotem per l. Velle. quia exheredatus erat inter cæteros: quod sufficiebat per antiqua iura, & per l. Vell. sed hodie nominatim exheredandi sunt omnes, vt hîc, & instit. de exhereda. lib. j. responso. & §. primo. & § posthumorum. in fine. & j. l. vlt. in pr. ibi. & inter nepotes, &c. & §. sancimus.

Sic in vet. libro reperimus.

L.3. SI QVIS *filium. vt melior sensu exstat.* & ita magis sensus quàm verba seruatur. sic ff. de re iudica. in summa. quandoque magis verba quàm sensus spectantur: vt ff. de vsufru. leg. si alii: & ideo assignatur cōtra. ibi enim dicit, quod actum est: & intellige, id est dicitur actum, nō tamen constabat, aliud actum de mente testatoris,

1 *Præteriti à parentibus maternis pro exheredatis habentur.*
2 *Posthumi nullam ingratitudinis causam committere possunt.*
3 *Causæ exheredationis sunt* 14
4 *Causa exheredationis inferri debet.*

MAXIMVM *vitium, in masculis, & ita in fœminis.* Ecce primum vitium. *Cùm ab intestato,* Hæc est ratio quare sit vitium. *Et aliis verbis.* Ecce secundum vitium. *Sanxerunt,* scilicet nominatim. *Aliis filium,* scilicet inter cæteros. *Et inter nepotes.* Ecce tertium vitium. *Filia autem præter ius accresc.* Ecce quartum vitium. *Accipiebat*, pro semisse eius partis quam ab intestato haberet, & vsque ad dodrantem eius semissis præstat legata: vt j. eod. l. ibi, cùm enim, &c. *Constitutio autem.* Corrigens ius prætorium quod eam in totum vocabat rediens ad vetus ius accrescendi. *Eam*, filiam præteritam, *coartabat*, in bonorū poss. petenda. *Quantum ius accresc. compet.* in semisse, id est, vt quod per ius accrescendi consequebatur, per bon. possess. acciperet. *Qui enim tales differentias*, ratio est, quare sint vitia. *Induxerunt*, inter masculos & fœminas. *Cur.* quasi opponendo naturæ cur, &c. *Totos*, id est omnes. *Vt vnde generarentur, non fiant.* Quia non si essent fœminæ, non esset vnde generarentur masculi. *Maiorum*, qui filium & alios quodammodo exequebātur. *Sequimur vestigia.* ab antiquissimis temporibus. *Antea.* scilicet antiquissimo tempore, non istis proximè antiquis: vt dictum est. *Simili modo*, &c. Ecce quomodo antiqui exequebantur filios & alios omnes. *Cùm etiam*, &c. Ecce quintum vitium. *Centum viri*, id est senatores, ideo sic dicti, quia ab initio c. fuerunt. *Vsuum emersit infra scriptum*, id est, quòd filia præterita de inoff. queri debebat exhæredato quantum relinqui necesse est. *Nam cùm vltimum*, ecce vitium. *Adiutorium*, exhæredatis. *Et nemo*, repete, & cùm nemo, &c. *Ex alio*, quàm querelæ. *Ortus filius.* nam nati filij dicuntur: vel id est, sustentatus. *Ad hanc* hæreditatem. *Filia præterita*, quæ de inofficioso dicere non poterit. Bon. poss. quæ coartata est ab Antonino. *Semissem*, eius sc. partis quā ab intestato haberet, i. totius sibi debitæ portionis ab intestato præterita non habebat dimidiam illius portionis: & in dodrante illius dimidiæ grauabatur ad legata *Filia præterita*, quæ de inofficioso dicere non poterat iure accrescendi ei competenti. *Et quam iniuria*, &c. Hæc iniuria & alibi repetitur: vt ff. de bon. poss. contra tab. non putauit. in fine. nam & emancipatus filius si fuerit præteritus, & petit contra tab. certis personis præstat legata: exhæredatus verò nullis omnino. sed hodie iure authent. hoc idem probari potest. pone quòd me exhæredauit pater meus non adiecta causa, & reliquit legatum, testamentum non valet quantum ad institutionem, sed quantum ad legata. ergo habebo legatum, & pariter & viriliter succedam cum fratribus, & ita plus habebo quàm etiam ipsi instituti, vel multo magis præteriti. sed quidam respondent quòd non est verisimile quòd testator hoc voluerit: vnde nec dicunt tenere legatum. *Et ita*, vitium pertransit, quia præterita præstat ex sua portione legata, & non exhęredata. *Sancimus.* hic est §. corrigens & determinans superiora omnia inutilia. *Qualem suum filius*, qui habet vtrumque, emancipatus alterum tantùm. similis confusio s. de colla. illam. vt instit. qui dari tut. §. vlt. *Vt hæc ipsa* aliàs, vt & ipsa. vel per contra tabul. cùm est emancipata. & hoc etiam seruabat antiquitus in filiis: vt s. ea. l. in princ. sed non in filia, quia accipietur ius accrescendi. *Si tamen ex masculis progeniti sunt.* Quia à matre vel à parentibus maternis præteriti habentur pro †exhęredatis: vt inst. de

L. 4.

Sic in veteri libro reperimus.

exhęredat.§.1.in fi.vel quia nepotes ex filia cum deminutione tertiæ partis veniunt.hodie correctum est s̄.de collat.illam, merito. *Exhæredandis* Hodie posthumi exhæredationis nota non sunt damnādi, cùm † causam nullam ingratitudinis committere possint:vt s̄.de inoff.test. si quis.§ vlt.& l.autem. *Ex causa præteritionis.* & sunt quatuordecim causæ exhæredationis, quibus † exhæredantur descendentes:septem, quibus ascendētes:vt infra authent.vt cùm de appell.cog.§.alium vero.& §.& hæc quidem de parente. *Irritum*,ipso iure, secundùm quosdam.& ita dixerunt quòd hodie non habet locum querela inoffi. test. imò correctum est quicquid dicitur de inoff.querela.vt s̄.de inoff.test. & quicquid dicitur in ff.& inst.& hoc dixit M. B. intellexit irritum, i. irritandum per querelam inoff.test. Dixit ergo valere ex causa præteritionis vel exhæredationis,sed expugnatur per querelam. Io.aliter quàm superiores intellexit,& dixit male posita verba huius authent. nec enim est in corpore authent. ex causa præteritionis vel exhæredationis.Dixit ergo quòd assignari non debent causæ exhæredationis ad hoc quòd valeat testa.quæ quot sint s̄.dictum est. si verò non adsignantur,ipso iure non tenet test.nec etiam continetur j. authent. irritum.sed cùm iubeat causam inseri exhæredationis,dicit quòd si seruarum non fuerit,euacuabitur test. quoad institutiones, non quoad legata.olim considerabatur vtrum esset conditionalis, an pura exhæredatio:hodie † an inseratur causa:& tunc tenet testam.quare nō sunt corr. dicti suprà dicti tit.an non sit adiecta causa, & tunc ipso iure non valet quoad institutionem.sed tamen legata præstantur:& est contra regulam:quia si non valet in testamento,secundùm regulam nec legata:vt j.de fideicomm.eam quam.

2

3

4

Sic in vet. lib.reperimus.exhęredandis tamen legendū est.

DE POSTHVMIS HÆREDIBVS INSTITVENDIS, vel substituendis, vel præteritis.

TIT. XXIX.

L.1. SI POST *testamentum. Quo posthumorum.* Posthumus dicitur duobus modis:vt ff.de iniusto rupt.l.3.§ posthumos. *Intestato.* Dicitur enim quis intestatus mori si non fecerit testamentum,siue fecerit, & nullum sit. vt instit. de hęred. quæ ab intesta.in princ.& notauimus s̄.de colla.vt liberis. *Neque petit*,sc.ex iure veteri.hodie enim legata petuntur:nec dicitur irritum nisi quoad institutionem:vt s̄.tit.j.authent.ex causa.

L.2. *Sic in vet. lib. reperimus, legendum tamē si spiceret. cōcepisse.*

VXORIS *abortu non solui.* Quia cùm mortuum parit, nec accepisse videtur,vt ff.de verb.sign. qui mortui. videtur contra. ff. de iniust.rupt.test.posthumus.Solutio.non restituitur de iure ciuili, sed de iure prætorio habet bon.pos. secun.tab.vt ibi.vel ibi natus erat antequam decederet testator,& ita decedit in vita.similiter & ita restituitur hæreditas instituto.aliud si post mortem testatoris natus & mortuus sit:quia tunc non restituitur, vt hic. ita est in filiis nascituris. si verò iam natus esset, ipso iure non valeret test. vt inst. de hæred. quæ ab intest.in princ.

1 *Circa partum monstrosum distinctio.*
2 *Monstrum vel prodigium, quid dicatur.*

QVOD CERTATVM. *Si non eum.* Si ponitur pro quia, quia filium nemo antecedit. assignatur contra ff. de verb. sign. quæ et quòd illud habet locum quando relictum est sub conditione, si pepererit. & ideo pro liberto habetur quantum ad hoc quòd mulier capiat quod ei relinquitur in testa. non autem quoad institutionem. vel dic quòd aliud est quando ad monstrũ declinat propter hoc quòd cognita fuit ab animali irrationali. aliud † quando in actu veneris cogitauit de animali irrationali, & sic concepit monstruosum, vt dicunt Philosophi. tunc enim habentur pro liberis, vt ibi. *Ad nullum declinans monstrum vel prodigium.* Nam si declinat, non habetur pro filio: vt ff. eod. quod dicitur. & ff. de sta. ho. non sunt, & dicitur † monstrum vel prodigium, quod nascitur cum duobus capitibus, vel similia. & idem dici potest ostentum vel ostentuosum, quod dicitur phantasma: vt ff. de verb. sign. ostentum. L. 3.

1 *Mulier parere debet intra x. menses.*

QVIDAM ff. eo. commodissimè, contra. ponit enim duos casus quod hæc corrigit. vel dicas quòd ibi non facit institutionem imò conditionis, cùm dicat filius aut filia, &c. si sic instituit posthumum, certum est quòd non voluit esse hæredem nisi eum qui de eo nasceretur. & potuit nasci ipso mortuo post duos menses aut tres. sed si sumamus vltimum articulum, necesse est quòd non transeat x. menses. j. enim tempus illud oportet † quod pariat: vt instit. de restit. & ea quæ parit in x i. mense. sperabat ergo quòd nasceretur postea intra x. mẽses. vnde verisimile est quòd etsi nascatur in vita testatoris, quòd voluerit esse hęredem, arg. tali: quia si quis dicat, Institno te hęredem ex partibus quas j. scribam. l. expectat vtrum adscripserit. si scribat, fit hæres prout ascripsit: alioquin purè, et si non videtur institutus: vt ff. de hæred. instit. l. 2. si ergo nascantur in vita, & nati sunt intra x. mẽsem, & post mortem, hoc est citra x. menses: quia hoc post mortem, non determinat illud verbum Nascetur: sed hoc, intra x. menses. si verò institueretur in vi cõditionis sic, Si filius nascatur post mortem, & nascatur in vita, tunc rumpet. si sic, nascatur in vita: & nascatur post mortem, sic rumpet vt ibi. L. 4. *Sic in vet. libro reperimus.*

DE IVRE DELIBERANDI, ET DE ADEVNDA & adquirenda hæreditate. TIT. XXX.

SI A PATRE. ff. de acquir. hæred. Iulianus. contra. Solutio. ibi loquitur de eo qui sola voluntate & de iure ciuili adire potuit, hîc de emancipato, qui non admittitur nisi agnita bon. poss. de iure prætorio: & ideo non tenetur. hodie non habet locum illa differentia in emancipato per constitutiones j. de legit. her. l. vlt. & penul. quare hodie si vendant, præsumitur quòd voluerunt esse hæredes: vt hoc notauimus s. de iur. & fac. ignoran. si emancipata: & s. qui admit. ad bon. poss. emancipati. L. 1.

CVM DEBITVM per l. istam patet quòd si soluit creditorib. hęreditariis, videtur agnouisse hæreditatem pro portione hæreditaria. L. 2.

L.3. SI FRATRIS. *Siue ex parte.* Hoc speciale est in suo. in extraneo e-nim distinguebatur, *ex parte.* an ex asse esset institutus heres. primo casu non admittebatur clausis tabulis, secundò admittebatur etiã clausis tabulis, & quod ita esset, probatur ff. de iur. & fac. igno l. 1. §. vlt. & hodie nulla est differentia, vt j. de cadu. toll. circa princ. sic est quod in suo herede, vt hic dicit, necessariũ est tamẽ quòd se immisceat: vt j. si se hered. immi. in extraneo necessaria est additio. *Nihilominus.* q. d. non obstante clausura tabularum. *Extitit.* i. exsistere potuit, si se immisceat, vt s. dici. *Quæ facultatum sunt.* s. hereditariarum.

L.4. FILIO FA. *Rescriptum est.* Si verò contemplatione patris relinqueretur filio, pater acquireret filio, sed pater habet vsumfructum. vt j. de bo. quæ lib. l. vlt.

1 *Quando initio necessaria est voluntas.*
2 *Minori 7. an. per solum tutorem acquiritur.*
3 *Curatoris auctoritas quando est inutilis.*

L.5. POTVIT *pupillus pro here. aut. auc.* q. d. quod in here. acquirat. oportet quod gerat pro herede. & quòd interueniat tutoris auctoritas, si solus tutor interueniret, non acquireretur pupillo, vt in fine dicit. præterea pupillus solus non acquireret sibi. & ideo dicit quòd tutor præstet auctoritatem, & quòd interueniat actus & voluntas pupilli. licèt causam acquirendæ hæreditatis non intelligat: vt ff. de acquir. here. pupillus. sed videtur contra. instit. de hered. qual. & diffe. §. vlt. quia dicit quòd voluntas. Respon. quod sufficit si à voluntate incipiamus, vt ibi. secus si ab actu: quia tunc necessaria † est voluntas: vt hic. similis expo- 1 sitio est. ff. ad exhiben. tigni. §. vlt. s. de inoffic. do. si liqueat. ff. de acquir. possess. quemadmodum & l. possideri. §. in admittendis. ff. de pign. act. si rem ali. §. vltim. ff. mandati, si mandauero. & intellige l. istam de pupillo in minore vij. an. illi enim † per solum tutorem acquiritur: vt 2 j. eo. l. si infanti si maiorem vij. vtrumque auctoritas est necessaria, vt hic dicit. & idem dicitur in Trebellianica restitutione: vt ff. ad Trebel. restituta. eodem etiam modo distingue vtrum in acquirend. pos. vt ff. de acquir. poss. possideri. §. in adipiscenda. & l. quamuis, & j. de acquir. pos. donatarum sic ergo operatur multum hic tutoris auctoritas. sic alias. ff. ad Trebel. seruo. §. si pupillo. *Non potuit acquirere.* Curatoris sanè auctoritas † ad hoc inutilis est: vt ff. de appel. cùm in vna. §. tutor. sed & 3 conditioni sub qua hæres institutus est, parere potest sine tutoris auctoritate: vt ff. de constit. instit. l. antepen.

L.6. SI AVIA TVA. *Decreuit.* Sciens sibi relictas secus si ignoret: vt ff. de lega. 1. seruum filij. §. si quis rem. & in l. seq. statim dicitur, sed in legato hoc plus est, quia etiam ignoranti transmittitur. vt ff. de lega. 1. si fundum §. si Titius.

L.7 QVONIAM SORORE M. Aliud in legato quàm l. ista dicat in hæreditate, vt s. l. prox. notauimus.

L.8. LICET. Patet quòd non excluduntur sui hæredes longi temporis præscriptione, si ignorantes sibi delatam hæreditatem, statim se non miscuerunt.

SI CV-

SI CURATORIS. *Delata successio est.* Aliquibus, non ei qui sub eius cura fuit. *Li et adire.* Secundùm P. infra annum tantum. sed nos in perpetuum. nam cùm talis successio de iure ciuili sit, ergo actio quæ ex ea descendit, erit perpetua, vt instit. de perpe. & tempo. act. pro P. facit. j. eo. cùm autem. *Aditu.* A te qui vis eos conuenire. *Interrogare.* Ista est vna de interrogationibus quæ fit in iudicio an aliquis sit hæres: vt ff. de interrogat. act. l. 1. L. 9.

SI TE BONIS. Maior xxv. si enim esset minor, posset restitui. *Arcere* Quasi in locum arctum te deducere securum. L. 10.

RENITENTE, &c. Concordat s. de repu. bo. pos. l. 2. L. 11.

PUBERE. Ideò dicit de pubere, quia aliud est in impubere, ille enim non posset sine cut. auct. vt s. eo. potuit. nec est quod hic dicitur, intelligendum in omni pubere. nam si maior sit xiiii. annis curatorem habens, & ita minor xxv. ann. non potuit. si non habuit, valebit: sed in integrum restituetur, vt s. de in int. rest. si curator. & ff. de acqu. hæred. necessarius. intellige ergo de plenè pubere, id est, maiore xxv. annis. vel minore. tamen maiore xiiii. ann. non habente curatorem. *Delatam.* Oportet enim quòd delata sit ei bo. pos. antequam agnoscat, sicut dicitur in hæreditate, quia primò oportet quòd adire possit. aliàs enim non posset repudiari. vt ff. de acq. hæred. is qui hæres. & notauimus s. qui admitt. ad bo. pos. l. vlt. L. 12.

SUUM. Secus in emancipato. s. eo. l. 1. & insti. de hæred. quæ ab intest. §. emancipati. *Certi iuris est.* Idem in omni legitimo, vt j. de legit. hæred. si autem. L. 13.

SI SORORI. *Tenuisse.* Sic s. vnde legit. non hoc. *Hæres tamen effectus.* Ex sola animi destinatione si est consanguineus, vel petit bo. si est necessarius, sed & vterinus factus est legitimus nouo iure: vt j. de legit. hæred. meminimus. *Possidetur.* Pro hærede vel pro possessore petit. hæred. si cum titulo possidet, in rem actione experiri potest. L. 14.

NON EST DUBIUM. *Potuisse quærere.* Idem dicitur in seruo. nã si in seruitute hæres instituitur, fit liber, & hæres necessarius. si verò manumittatur, & sic primò exiuit de potestate. & postea hæres, arbitrio suo: vt instit. de hæred. instit. §. seruus. L. 15.

NEC EMERE. Emere enim quis non cogitur: vt s. de contrahen. emp. in ementis. idem in venditione. fallit tamen inst. de his qui sui vel alie. iur. in prin. §. vlt. & j. de seruo communi. l. 1. & ff. de religio. si quis sepulchrum, & ff. de act. empt. Iulianus §. idem Iulianus. *Nec donatum.* Nisi creditori soluatur: vt instit. quib. mo. in princ. *Nec damnosam.* Nisi in fideicommissaria hæreditate: vt ff. ad Trebell. ille. §. tempestiuum. & in seruo instituto à domino: vt s. de necess. seruis. l. vlt. & instit. de hæred. qua. & different. in princ. & ff. de vulg. subst. sed & si plures. §. filio. & al. vt j. eo. cùm aliquis. L. 16.

CRETIONUM. Crisis dicitur iudicium. crisis natura. vnde cretici dicuntur dies, in quibus melius confortatur natura, vt omnes impares in tertia. v. & vii. in quibus tantùm diebus olim adire licebat. L. 17.

1. *Pater quando ex persona filij infantis hæreditatem capere potest.*
2. *Quando ex persona impuberis hæreditas habetur pro quæsita.*

1 *Inter patrem & tutorem differentia.*
2 *Pater seipsum conuenire non potest.*
5 *Pupillus qui 7.an.excessit hæreditatem adire potest.*

L.18. SI INFANTI. Patet per l.istam quòd si infanti deferatur hæreditas,licebit parentibus eius sub quorum potestate est,adire,vel si hoc negligat parens,& infans decedat in infantali ætate, † quasi infanti quæsitam hæreditatem capiet pater.& voluerunt quidam intelligere quod hic dicitur,quasi iam infanti quæsita, quia post mortem infantis poterit pater adire.sed non videtur quòd ita sit intelligendum.vel quòd eius bona occupet iure peculij.dic ergo quòd licet non sit quæsita,pro quæsita habetur: & ex persona † impuberis non ex sua capiet:vt soluatur contra.ff.de bo.seruus.§.impuberes.& ff.de bo.pos. infan.fur.l.1.dicunt enim quòd non cedit tempus: & verum est quòd non cedit quoad commodum infantis.factus enim maior possit petere,sicut dicit in fi cedit autem quoad hoc vt parens possit petere.& ita cedit & non cedit diuersis respectibus.si verò non habeat parentē. *Sed post eius obitum tutor infantis sit.* Subaudi ex l.*Vel datus fuerit.* A iudice, poterit tutor adire hæreditatem, vel petere bo. poss. de iure antiquo. hodie enim agnoscitur, & quoad hoc non est differentia † inter patrē & tutorem. est tamen in negligentia: quia si negligat pater, habetur pro quarta hæreditas. aliud si tutor negligat, quia tunc non habetur pro quæsita,imò defertur venientibus ab intestato:vt dicit in sequenti. §. si verò non sit tutor. Sed cur non deuoluitur ad hæredes pupilli cùm tutor negligit petere,sicut s̄.notaui cùm pater negligit? Respon. quia hæredes pupilli recursum possunt habere contra tutores pupilli actione tutelæ si neglexit petere,& ita amissa est hæreditas. pater verò si hæreditatem habet, non contra, nullum habet regressum. si quis etenim teneretur, ipse teneretur, vel quia tutor est filij emancipati, vel quia legitimus administrator est,in neutro casu pupillo mortuo viuo patre agi posset:quia † pater seipsum conuenire non potest, quod autem s̄.dictum est de infante in potestate parentum constituto,idem dici poterit si sui iuris inueniatur.intellige quia est emancipatus à patre qui superest.aliud enim esset si nō haberet, vt ex supradictis patet: si autem pupillus vii.annos ætatis excesserit, & decessit in pupillari ætate priore patre mortuo,ea obtinebunt quæ veteribus legibus continentur:vt scilicet,pupillus ita demum transmittat hæreditatem, si ipse sibi quæsiuit,vel tut. vel cura. & hoc de hæreditate extranei,nulla dubietate relicta,quia pupillus cùm † excessit vii. annos, possit adire hæreditatem vel petere bo.poss.consentiente patre si sub eius potestate sit: vel cum tutoris auctoritate,si sit sui iuris,aut si non habet tutorem,adire potest prætorem. & eius decreto hoc ius consequi, hoc est hæreditatem:vt s̄. qui admit.ad bo.pos.l.1.

Sic in vet. libro reperimus.

1 *Perpetuò vsque ad xxx.ann. licet adire hæreditatem.*
2 *Aditio hæreditatis est de iure ciuili.*

L.19. CVM ANTIQVIORIBVS. *Hanc.* Id est, ius deliberandi. cùm enim transmittit ius deliberandi,videtur hæreditatem transmisisse.

fiſſe. & quod dixi de tranſmittendo ad ſuam poſteritatem, in filiofa. notandum eſt, quia fortè aliud erat in aliis. *Deliberationem meruerit.* Ipſo iure, vel viuentis præſidis beneficio. *Transmittat.* Nec eſt vis faciẽda, ſiue ſuos ſiue extraneos relinquat hæredes. *Is cum ſucceſſione.* Per hoc voluit dicere P. quòd ſi quis extraneus non adeat hæreditatem intra annum, quòd excludatur ab aditione. Io. dixit quòd perpetuò 1 † licet adire vſque ad xxx. ann. & contra P facit s. de inoff. teſt. ſancimus. §. vlt. Item regula facit contra eam, quæ dicit indefinitè hæreditatem licere adire, qui non repudiauit: vt s. eod. ſi curatores. loquitur enim generaliter: & ſic facit potius contra eum quàm pro. Item adi- 2 tio † eſt de iure ciuili. non ergo terminatur anno: vt inſt. de perpet. act. in prin. nec facit pro eo quod dicit litera, ipſum & ſuam ſucceſſionem excludi, quia eſt intelligendum quoad tranſmiſsionem iuris deliberãdi. ſed ſi vellet, adire poſſet: vt s. dixi. & diſtingue in eo cui delata eſt hæreditas. aut enim eſt ſuus, aut extraneus. ſi ſuo delata ſit ex paterna vel materna linea hæreditas, ſecundùm omnes adit perpetuò: vt s. eo. omnes licet, perpetuò tranſmittit: vt j. de his qui ante aper. tab. l. 1. hoc ita intellige ſi non repudiauerunt vel certum tempus à iudice ad adeundam hæreditatem petierunt: vt ff. de acquir. hæred. quamdiu inſtitutus, & ff. de cura. bo. dan. l. 1. hodie tamen videtur adiuiſſe hoc ipſo quòd non repudiauerit: vt j. eo. l. vlt. & eſt intelligendum. ad hoc vt tranſmittatur ſiue ſciat ſe hæredem inſtitutum, ſiue ignoret: vt j. de his qui ante aper. tab. & de cadu. toll. Sin autem ſit extraneus, & deceſſerit, cùm ignoret ſibi delatam eſſe hæreditatem, omnino hæres eius excluditur: vt s. eod. l. quoniam. ſi verò ſciuit, ſiquidem ceſſit dies hæreditatis, aut deceſsit intra annum, & tunc reliquum tempus remittit ad hæredem, vt hic: aut poſt, & tunc nihil habebit hæres. ſi autem dies non ceſſit, vt quia ſub conditione erat relicta. vel ſecundùm veteres leges, ſi erat hæres ex parte, cùm non erant apertæ tabulæ, nihil ad hæredem, quandocunque decedit, tranſmittit, ſi autem non deceſſit, perpetuò poterit adire, ſicut & ſuus ſi non repudiauit; vel certum tempus à iudice ſtatutum fuerit, ſecundùm nos: licèt al j contra: vt ſuprà notaui.

1 *Quando plures deferuntur hæreditates vna adiri, alia repudiari non poteſt.*

2 *Paterna hæreditate admiſſa nunquam repudiatur pupillaris.*

QVIDAM ELOGIO. &c. Aſsignatur contra. ff. de acquiren. hære. ſi tu ex parte. & l. quæſitum. Solut. ſi ſubſtitutus primò adiuit paternam hereditatem, pupillarem admittere cogitur. vt hic: ſi autem non adiuit paternam, & vult habere pupillarem: ſi quidem pupillus abſtinuit à paterna hæreditate. recuſando paternam, pupillarem habere poteſt: hic enim ſeparat: licèt mero iure vterque ſit hæres, ſi autem non abſtinuit, non poterit ſeparare paternam, ſi vult pupillarem, licèt pupillus potuit. quod eſt notabile ſecundùm Io. vel dic hunc reſtituendum ſi pupillus fuerat, niſi hic ſubſtitutus ſit frater impuberis. hoc ita, ſi pupillus, qui adiit, habeat cohæredem, alias non: vt ff. de acquir. hære. quæſitum, & l. Iulianus, & de priuileg. credit. pater, L. 20.

& de vulg.substit.sed si plus.§.filio,& l.si filius.Itē cùm vnus ex hæredibus adiit,alter post repudiauit qui primò adiuit, etiam totam poterit repudiare hæreditatem nisi creditores sua parte sint:vt ff.de acqui. hæred.cum hæreditate,secus in legatis.nam quotiens res plures enumerare mihi relinquitur,vnam repudio,alteram admitto,si volo.si autem non enumerentur. vtputa reliquit gregem, non possum vnam ouem admittere,& alteram repudiare,quia vnum legatum est:licet hęredes mei possint:vt ff.de re iudica.legatarius,& de leg.2.neminem.& l.si ex duobus.& l.grege.Vt autem tibi certum sit de hæreditate hominis viuentis,distinguas ita:si ex testamentis plurium plures deferantur hæreditates,vnam adiri,aliam repudiari † posse certum est. si autem ex testamento vnius plures portiones,altera purè,altera sub cōditione,vel plures per filium vel filios,vel seruos, vel per me filium vel filios, nunquam vna admissa alia repudiatur : vt de acquir.hæred. hæres institutus : & l.si solus.si verò vna institutionis,altera substitutionis defetatur, vna potest admitti,altera repudiari,licèt omissa iure accrescendi obueniat,vt ff.de acquir.hæred.si tu ex parte. Vbi autem ex test.vnius plures deferuntur hæreditates, puta paterna & pupillaris, paterna † admissa nunquam repudiatur pupillaris. si autem velit adire pupillarem,& repudiare paternam, si pupillus est institutus, distingue, abstinuit, ucc̄ne: vt s̄.dixi.& hoc de eo qui in potestate erat. alij enim sic substitui non posset.si autem pupillus institutus nōn etat, cui alius est substitutus, sed solus substitutus:si quidem hic institutus & substitutus fuerit necessarius hæres,licèt abstinuerit paterna hæreditate,habet pupillarem,quia nihilominus est hęres:vt ff.de fideicommis.liber.cùm quasi. §. si quis suus, sin autem sit extraneus, quia non habet cohæredem qui adeat,nec paternum nec pupillarem,testamentum tenet: vt ff. de acq. hæred. quæsitum,& l.filius, proximus tamen præcedens casus non est omnino expeditus.

L. 21. CVM ALIQVIS. Pater per l.istam quòd si ita instituatur quis, cui de statu quæstio moueretur,illum seruum illius hæredem instituo: quòd est apertissimum,sic ipsum institutum domini contemplatione,quòd compellitur adire.assignatur contra.s̄. de hæred. institut.cùm proponas. solutio. ibi dicit cum respectu serui institutus est, hic cum respectu domini. & sic per l. istam præiudicatur quoad hoc quòd teneatur adire non in principali causa quòd sit seruus. & est arg.l.ista quòd fines plebatium vel curiarum, non probantur per instrumenta inter alios confecta:vt si contineat aliquem vendidisse in aliquo instrumento fundum qui est in curia Panigal.arg.contra est.j̄.de contra.stipu.l.optimam.

1 *Falcidia quomodo ex leg.vet.inducatur.*
2 *Hæres quando Falcidiam non detrahit.*
3 *Hæres seipsum conuenire non potest.*
4 *Hæres nullum damnum sentire debet.*
5 *Falcidia non detrahitur nisi deducto ære alieno.*
6 *Temporum prærogatiua inter creditores seruanda.*
7 *Ius deliberandi quando transmittitur.*
8 *In hypothecaria vel pætit.hæred.iur.atur in litem.*

Sci-

L. 22

SCimus, &c *Vnam quidem.* Illam fortè quæ est s. eod. cum antiquioribus. aliam autem quam non habemus. fortè erat in græco scripta, quem edidit diuus Gordianus: vt instit. de hæred. qual. & diff. §. sciendum est. *Cuius sensus ad vnam præfa.* Q. d. de eo quod constituit Gordianus, facta fuit vna præfatarum constitutionum, vt in vltim. §. huius l. vel verius Imperator non habebat verba Gordianæ constitutionis. sed ipse eius sententiam comprehendit in quadam sua constitutione instit. de hæred. qua. & diffe. & j. ea. l. §. sed quia quidam. *Vel sese immiscuerit.* Et ita per hoc & superius patet quòd loquitur in hæredib. extraneis & suis. *Cum omnibus creditoribus.* Et legatariis sine l. beneficio vt j. ea. l. § si verò postquam. Vel dic ibi loqui cùm delusit l. & creditores in dilatione: vt in præcedenti. §. hic autem secundùm l. quibus detinebatur nihil inuentario, debet habere Falcidiam. *Credidit.* Credidit quidem respuendam vel abstinendam. non tamen respuit vel abstinuit, sed se repudiaturum dicebat & abstenturum. vnde ei tam breue tempus statutum, vt respuatur. aliàs autem perpetuò posset adire. *Intra trium mensium spatia.* Sed nónne aliud tempus est statutum s. de inoff. testa. sancimus. §. vlt. contra? sed illud propter querelam inoff. quę speratur moueri. sed & præterea ibi non dicebat esse respuendam hæreditatem, vt hîc dicimus. *Sed adeat.* Sed liceat, non tamen conueniatur donec fecit inuentarium: vt j. eo. §. donec. *Omni tamen modo inuenta, &c.* Si neutrum fecerit, id est, neque deliberauerit, nec inuentarium fecerit, sed sponte adiit, potest dici per hanc l. quòd neutrum habet auxilium, id est, si commodo Falcidiæ vtetur, vt hac l. §. cùm igitur. §. si verò. sed per ll. veteres Falcid. videtur posse inducere: quia in hoc per ll. veteres † inducitur Falcidia si fecerit inuentarium, & non deliberauerit, vtroque commodo gaudet. si petiit deliberationem, & nō fecit inuentarium, neutrum commodum habet. hodie omni sublato circuitu, si non fecit inuentarium, creditoribus in solidum tenetur, & legata præstantur. & si substantiæ mensuram transcendant, vt j. authentic. de hære. & fal. coll. 9. §. hinc in quarta. tamen debito iure natura non puto sibi præiudicare. secus per leges veteres. ff. ad Trebellian. l. 1. s. is qui quadri. *Exordium capiat.* Secus in tutoribus: vt s. de admini. tut. tutores. *Alios sexaginta.* Sic ergo tres menses fiunt. *Tabulariorum.* Id est tabularij. arg. s. de episcop. orphanotrophis. sed optimum est arg. cùm ex duabus l. ff. ad municip. libertus. 1. responso. & s. de excusa. nec senatorum, & ff. vi bon. rapt. l. §. quod ait. argum. contra authentic. tit. 1. §. si verò absunt, sed illud quandoque negari non potest, quin duo sint necessarij: vt j. eodem §. subscriptionem. *Ceterorúmque.* Puta trium testium, tabulariis enim solis non credimus, vel omnium legatariorum: vt j. authentic. de hæred. & Falc. §. sancimus. & § si verò absunt. *Et quantitatem rerum.* Etiam immobilium: vt & s. de bonis præscriptorum. si quis intra, & s. de administrat. tut. tutores, & j. de bo. vacan. l. 3. Venerabili signo S. Crucis † *Qui hæredem cognoscunt.* Not. de testibus propter quiddam quod de facto contigit de quodam qui in obscuris tt status est, nec videbant eum testes. sed tantùm audiebant, sic j. authentic. de testib. §. 1. & de instru. cau. §. oporet verò & in his. *Ad huiusmodi inuenta. confum.* Sed hîc quòd dabimus

ad inchoationem, fortè secundùm proportionem, scilicet, tertiam partem anni, vel vnum mensem de tribus dedit. *Dare eis facultatem.* Id est, ad dandam eis facultatem conscribendi. *Inuentarium.* Sufficit præfatū tempus. *Et legis Falcidiæ.* Hoc in diuersis casibus, vbi soluendo est hæreditas, præstet legata quatenus patitur hereditas detracta Falcidia. si non sit soluendo, non valent legata. vnde nec hæres detrahit † Falcidiam, vt ff. ad Trebellia. l. 1. §. vltim. *Post emensum patrimo.* Id est, ex mensura cuilibet pro suo iure datum. *Suppleri.* Aliàs compleri: quia oportet quòd compleantur pecunia. *Vel hypothecis.* Aliàs hypothecaria, scilicet, quando extant res. *Vel indebiti condict.* Quando non extant. *In solidum.* Al, solutum. *Non hacce fundantur.* Nisi morte pereant: vt ff. de hæred. vel act. vend. in fi. sed videtur falsum: quia hæres † seipsum cōuenire non potest. sed alio sensu non confunduntur, quia sicut aliis traditionibus satis fit de bonis testatoris. & ita isti hæredi. & ita habet similem prærogatiuam, sed si defunctus vendidit rem hæredis, poteritne intentare rei vindicationem contra possidentem, si fecit inuentarium? quia si non fecit repelletur sine distinctione pro qua parte est hæres: vt s. de rei vendica. cùm à matre. sed cùm fecit distingue. si enim hæreditas est soluendo, quia de ea potest satisfacere sibi & creditoribus, videtur quòd repellatur: vt ff. de fundo dota. §. si vxor. si non potest satisfacere sibi & creditori, non præiudicat sibi quominus possit agere rei vindica. contra possidentem. cùm enim actiones competentes contra defunctum dicantur hic non confundi: ergo multò magis debet dici quòd non confunduntur competentes actiones contra extraneum, nam in proxim. §. 4. dicit quòd nullum damnum † debet sentire hæres. Sed nunquid hæredi opponitur compensatio in Falcidiam? Respon. ita, si testator hoc dicat: non aliter, arg. ff. ad Trebellian. Lucius. §. maritus argum. contra. ff. de leg 2. cùm pater. §. Titio. secus in Falc. iure naturæ, vt ff. de inoffic. testam. quoniam in priori. & hoc cùm hæreditas est creditoribus & legatariis omnibus. aliàs autem cùm non est aliis soluendo. non potest tractari de aliqua charta, quia non debetur nisi de legatis Falcidia debita iure institutionis, & legata sunt nulla. idem in quarta naturæ, licet enim non ex lege, sed ex hæreditate detrahitur, non tamen † detrahitur nisi deducto ære alieno: vt ff. de inoffi. testam. Papinia. §. quarta. & ad Trebellian. l. 1. §. is qui. Item aliàs cùm non facit inuentarium, confunditur actio sua pro ea parte qua hæres est, nisi in casu: vt ff. de fundo dot. l. dotale. §. si vxore, & j. de bon. aucto. iud. §. si vxor. temporum tamen prærogatiua inter creditores † seruanda. hoc in hypothecaria, secus in personali, nisi in casu: vt ff. de priuileg. credito. priuileg. & ff. de re iudic. inter eos. *Vel per illius sacramen.* Tenetur ergo iurare de conscientia sua, sic s. de his qui ad eccle. confug. præsenti. j. de bo. aucto. iud. l. vltim. in fin. ff de edend. prætor. §. sed si initio, j. ad l. Falcid. in po. *Certa præscrip. temporis.* Sic ff. de iudic. l. 2. §. vltim. & ff. vt in pos. leg. is cui. §. cessant, & ff. de itine. actuque priu. l. si quis propter. *Et hæredes esse.* Et certè non sunt hæredes ex eo, imò quia adiurant. refertur ergo ad id quod sequitur. *Quam conten. esse, &c.* Sic ff. de mino. auxilium. in fin. & j. authent. de nup. mulieribus. §. sancimus. *A nostris vero iudicibus* I X. men-

Sic in vet. libro reperimus. sed adiurant, legendum videtur.

2 3 4 5 6

mensibus. Sed nunquid l. ista derogat superiori, cum antiquioribus, quæ loquitur de anno, hic de nouem mensibus, arg. j. ead. l. §. vlt. Respon. lex superior locum habet cùm hæres à iudice deliberationem nõ petiit: quod ex verbis l. apparet. si autem instantibus agnatis ius deliberandi vel per IX. vel per XII. menses habuit: tunc infra illa tantùm 7 tempora ius deliberandi † transmittit. sic derogat & non abrogat. semel enim & non sæpius. sic ff. si sæpius in integ. resti. l. vlt. & j. de pœnis, omnes quas. nec obstat. ff. eo. l. 3. contra. quia bis potest concedi j. datum tempus à lege statutum, non autem vltra. *Et inuentarium conscripsi*. An post datum tempus ad deliberandum iterum dabitur tempus ad inuentarium? Respondeo ita, & si non intra datum tempus recusauerit, omnino videtur admisisse. *Cum omni subtilitate facere*. Si velit vti beneficio legis Falc. *Sed in solidum*. Quid si defunctus hæredi de euictione tenebatur in duplum, nunquid contra creditores computabit in duplum? habes argum. quòd non. ff. ad l. Falc. cùm emptor. sed fortè ibi non fecerat inuentarium. *Omnibus in soli. hære. oneribus teneatur*. Assignatur contra. ff. de acquir. hære. quidam institutus. Sol: hoc innouat. vel hoc cùm in ipsa deliberationis datione: vt si non recusauerit, videbitur admisisse. *Sed etiam l. Fal. bene*. Quia perinde est ac si sponte ab initio adisset vt ff. ad Trebel. sed si alio. §. 1. *Sacramento*. In litem, si non restituat omnes res quas constitit eum habuisse quia in hypothecaria 8 vel petitione † hæreditatis iuratur in litem. *Esse derogatum*. Nunquid ergo derogatum est l. superiori. s. eodem cum antiquo: nam & videtur habuisse mentionem. s. eod. l. in princip. Respond. ei derogatur, sed non ipsa abrogatur. in eo enim quòd in principio ponit de eo qui meruit deliberationem, vt intra annum transmittat, derogatur. s. ea. l. §. 1. sed quia quidam. In alio verò qui à iudice non meruit deliberationem, sed ab ipsa lege habet tempus ad deliberandum per annum, nil est innouatum, & artatur primus quàm secundus, quia primus si non adear, hoc ipso quòd non recusat, videtur adire: vt hic. in secundo contra. vt ibi. Item quòd non sit correcta, est argu. j. de cadu. toll. §. pro secundo. & §. in nouissimo. nam ibi confirmat ea quæ dicta sunt de d. liberationibus. *Ex antiquioribus*. Constitutionibus. *Non obseruauerint*. Tenet ergo Gordiana constitutio etiam hodie. *Inuentarium tamen teneatur*. Sed hoc corrigitur. j. authentic. de hæred. & Falcid. §. vlt.

Sic in veti.

DE REPVDIANDA VEL ABSTINENDA HÆREDITATE.

TIT. XXXI.

1 *Quando quis per extrinseca hæreditatem adire præsumitur.*

SI PATERNA. *Confiteris*, Scil. per testes, & per instrumẽta, habebat enim testes & instrumenta quòd repudiauit hæreditatẽ tali die: tali mense. præsumitur ergo non abstinere si inhabitauit domum paternam post repudiationem, nisi probet contra. sic in filiis naturalibus, vt s. de natura. lib. l. 3. §. hæc

L. 1.

sententia. Idem si repudiauit post supposuit aliquem qui bona emit: vt ff. de acquir. hæred. si is qui bonis. Sicut ergo adire hæreditatem in voluntate est. ita & repudiare contrario actu fit, & in voluntate erit: vt instit. de hæred. qualit. §. vlt. tamen & quandoque per extrinseca præsumitur quis adire, vt hîc, & aliàs, sicut s. dixi. sed assignatur contra. s. vnde cognati. non hoc. Resp. quia non est quærendũ an tenuerit quis res hæreditarias, vel non, subaudi principaliter, quæritur tamen ad indicium vel præsumptionem. vt hic.

L. 2. SI PATERNA. *Fundos comparasti.* Aliud si omnia comparauit postquam abstinuit per suppositam personam: vt ff. de acquir. hæred. si is qui. si verò delata hæreditate nondum abstinuit, sed tunc rem substraxit, & ita expilat hæreditatem, post non poterit adire: vt ff. de acquir. hæredit. si quis seruum. §. vlt.

L. 3. SVVS HÆRES. Sic pone casum, quòd aliquis præteriuit filium suum in testã. & instituit extraneum hæredem. patre defuncto intentat filius hæreditatis petitionem contra institutum. & sic petit hæreditatem, dicens testa. iniustum. & cùm causa ageretur, grauauit eum quolibet die venire ad iudicium, & esse in curia, sicut multis laboriosum videtur: & sic dixit aduersario suo, se nihil petiturum de paterna successione, si daret ei c. alius dixit, ego non darem tibi aliquid. vel fortè tacuit, nec respondit sibi. quæritur an per hoc quòd petiit hæreditatem, videtur sibi quæsita, an per verba alia possit remoueri pacti exceptione. Non enim dixit hoc animo donandi, sed transigendi, nec transactio dici potest, quia nihil fuit datum vel retentum seu promissum: vt s. de transact. transactio. nec etiam per verba illa videtur repudiasse hæreditatem illam, quia cùm primò petierit, videtur eam acquisisse sibi, & sic non potuit repudiare: quare pacti exceptione submoueri non potest. & est mirabilis hæc coniectura, vt ideo quòd dicit test. nullum videatur hæres. & ad hoc bona est concordantia. ff. de bonor. poss. cùm quidam, & construe sic literam, suus hæres submoueri non potest pacti exceptione ille qui tit. iniustum asseuerans, scilicet, agendo hære. petit. contra institutum. *Ne ex causa dona.* Ideo dicit, quia si gratis remisisset, repelleretur. *Sed animo transigendi.* Pone sicut dixi in casu: quia fortè filius dixit, ego nihil petam si dederis c. alius nihil dixit, nec dedit aliquid. non videtur respuere hæreditatem, nec poterit submoueri pacti exceptione, sed videtur contra. s. de pact. postquam liti, sed intellige illam secundùm determinationem quam videtur hîc innuere, quia ibi remisit animo donandi non transigendi. transactio enim nulla fuit: vnde non præiudicat quo minùs excipiatur de hæreditate. vel intellige quod hîc dicitur quando renunciauit per errorem, quia credebat se transegisse, & nõ transegit. Vel intellige quòd ab aliis non potest remoueri exceptione, si ab eo cui renunciauit, bene potest, si pactum non fiat per errorem: vt dixi.

L. 4. SI MAIOR. Assignatur contra. ff. de interro. act. si filius qui. Sol. sibi non fit hæres, sed pro hærede reputatur quantum ad eum cui respondit. vt j. eod. tit. l. vltim. *Sed ad certam quanti.* Sine speciem. habet enim locum regula in aliis: quod non pertinet hic tractare. sed dicemus. j. de confessis.

PVPIL-

PVPILLORVM. Patet per l. istam quòd in repudianda hæredita- L.5.
te tutoris auctoritas est necessaria.

SI QVIS SVVS. *Abdicationem.* Id est, repudiationē. *Nisi fortè,* &c. L.6.
Ita dixit rebus in suo statu durantibus, vel etiam venditis: & ab eo excipit, nisi, &c. vnde ad primum casum referas, & illam literam determines. *Vt nullus aditus ei ad hæreditatem seruetur.* Subaudi, nisi, &c. assignatur contra ff. de mino. quòd si minor. §. Scæuola. Respon. hoc nouum, illud vetus. vel hîc loquitur in filiofam. minore aliud in maiore, qui non suus, sed extraneus est. ille enim in rebus alienatis non admittitur, vt ibi. vel distingue, adiuerit substitutus, an alius legitimus hæres. hoc quod hîc dicitur, locum habet quando aliquis legitimus adiuit. aliud si substitutus: quia distincta hæreditate & negotiis finitis si veniat ad paratam pecuniam laboribus substituti, repellēdus est, vt ibi dicit.

QVEMADMODVM APERIANTVR TESTAMENTA, & inspiciantur, & describantur.

TIT. XXXII.

SI TESTAMENTVM. *Quod dicis factum proferatur.* Cui L.1. loquitur Imperator: si dicas quòd hæredi, bene est, si cuilibet cui est aliquid relictum in testamento, similiter bene dicis. nam testamentum solius vnius hominis non est, sed cuiuslibet cui in testamento adscriptum est: vt ff. eod. l. 2. recitatur ergo hîc test. & profertur, præstito tamen sacramento calumniæ si negetur aliquid relictum in testa. vt j. eod. eius. *Iubebit.* si confiteatur apud se esse tabulas. si verò negets non habet locum hoc edictum, sed tab. exhiben. l. 1. §. 1. & ff. eo. l. 2. §. vlt.

TESTAMENTI. *Datas.* Pone quando erat in peregrinatione L.2. vel simili loco absens, vt secundùm leges. s. de testa. *Ita,* sc. secundùm leges. *Vt testibus non præsentibus adire.* In aditione enim non sūnt necessarij testes, sed in insinuatione. *Vel pro tribunali.* Sedentem. *Vel per libellum.* Id est, per alium quem delegabit præses. *Vel cures adire rectorem prouinciæ.* Per libellum, hoc est per procuratorem dato libello. *Honestos viros adesse facias.* Eos scilicet, qui testamenti confectioni interfuerunt: & hoc si adesse possunt. nam cùm iactura sua inuiti non debent propter vtilitatem suam priuatam à negotiis suis amoueri. sed cùm dubitatur vbi sint, aperietur testam. in præsentia hominum bonæ opinionis, & sigillabitur, & post eis notificabitur qui interfuerūt: vt ff. eod. sed si quis.

1 *Exhibitio sine die & consule, cur introducta.*
2 *Exhibitio sine die & consule fieri debet.*

EIVS QVOD. *Præter diem & consulem.* Ergo debet fieri exhibitio L.3. sine die & consule, ne quid †falsi fabricetur: vt ff. eod. l. 2. §. pen. vnde videtur reprobata quorundam opinio, qui dixerunt testamenta exhibenda cum die & consule, sicut & rationes, vt ff. & sic allegabat

sententia. Idem si repudiauit post suppoſuit aliquem qui bona emit: vt ff. de acquir. hæred. si is qui bonis. Sicut ergo adire hæreditatem in voluntate est. ita & repudiare contrario actu fit, & in voluntate erit: vt instit. de hæred. qualit. §. vlt. tamen & quandoque per extrinseca præsumitur quis adire, vt hic, & alias, sicut s. dixi. sed assignatur contra. s. vnde cognati. non hoc. Resp. quia non est quærendū an tenuerit quis res hæreditarias, vel non, subaudi principaliter, quæritur tamen ad indicium vel præsumptionem. vt hic.

L. 2. SI PATERNA. *Fundos comparasti.* Aliud si omnia comparauit postquam abstinuit per suppositam personam: vt ff. de acquir. hæred. si is qui. si verò delata hæreditate nondum abstinuit, sed tunc rem substraxit, & ita expilat hæreditatem, post non poterit adire: vt ff. de acquir. hæredit. si quis seruum. §. vlt.

L. 3. SVVS HÆRES. Sic pone casum, quòd aliquis præteriuit filium suum in testã. & instituit extraneum hæredem. patre defuncto intentat filius hæreditatis petitionem contra institutum. & sic petit hæreditatem, dicens testa. iniustum. & cùm causa ageretur, grauauit eum quolibet die venire ad iudicium, & esse in curia, sicut multis laboriosum videtur: & sic dixit aduersario suo, se nihil petiturum de paterna successione, si daret ei c. alius dixit, ego non darem tibi aliquid. vel fortè tacuit, nec respondit sibi. quæritur an per hoc quòd petiit hæreditatem, videtur sibi quæsita, an per verba alia possit remoueri pacti exceptione. Non enim dixit hoc animo donandi, sed transigendi, nec transactio dici potest, quia nihil fuit datum vel retentum seu promissum: vt s. de transact. transactio. nec etiam per verba illa videtur repudiasse hæreditatem illam, quia cùm primò petierit, videtur eam acquisisse sibi, & sic non potuit repudiare: quare pacti exceptione submoueri non potest. & est mirabilis hæc coniectura, vt ideo quòd dicit test. nullum videatur hæres. & ad hoc bona est concordantia. ff. de bonor. poss. cùm quidam, & construe sic literam, suus hæres submoueri non potest pacti exceptione ille qui tit. iniustum asseuerans, scilicet, agendo hære. perit. contra institutum. *Ne ex causa dona.* Ideo dicit, quia si gratis remisisset, repelleretur. *Sed animo transigendi.* Pone sicut dixi in casu: quia fortè filius dixit, ego nihil petam si dederis c. alius nihil dixit, nec dedit aliquid. non videtur respuere hæreditatem, nec poterit submoueri pacti exceptione, sed videtur contra. s. de pact. postquam liti, sed intellige illam secundùm determinationem quam videtur hic innuere, quia ibi remisit animo donandi non transigendi. transactio enim nulla fuit: vnde non præiudicat quo minùs excipiatur de hæreditate. vel intellige quod hic dicitur quando renunciauit per errorem, quia credebat se transegisse, & nō transegit. Vel intellige quòd ab aliis non potest remoueri exceptione, si ab eo cui renunciauit, bene potest. si pactum non fiat per errorem: vt dixi.

L. 4. SI MAIOR. Assignatur contra. ff. de interro. act. si filius qui. Sol. ibi non fit hæres, sed pro hærede reputatur quantum ad eum cui respondit. vt j. cod. tit. l. vltim. *Sed ad certam quanti.* Siue speciem. habet enim locum regula in aliis: quod non pertinet hic tractare. sed dicemus. j. de confessis.

PVPIL-

PVPILLORVM. Patet per l.istam quòd in repudianda hæredita- L.5.
te tutoris auctoritas est necessaria.

SI QVIS SVVS. *Abdicationem*. Id est, repudiationē. *Nisi fortè*, &c. L.6.
Ita dixit rebus in suo statu durantibus, vel etiam venditis: & ab eo excipit, nisi, &c. vnde ad primum casum referas, & illam literam determines. *Vt nullus aditus ei ad hæreditatem seruetur*. Subaudi, nisi, &c. assignatur contra ff. de mino. quòd si minor. §. Scæuola. Respon. hoc nouum, illud vetus. vel hîc loquitur in filiofam. minore. aliud in maiore, qui non suus, sed extraneus est. ille enim in rebus alienatis non admittitur, vt ibi. vel distingue, adiuerit substitutus, an alius legitimus hæres. hoc quod hîc dicitur, locum habet quando aliquis legitimus adiuit. aliud si substitutus: quia distincta hæreditate & negotiis finitis si veniat ad paratam pecuniam laboribus substituti, repellēdus est, vt ibi dicit.

QVEMADMODVM APERIANTVR TESTAMENTA, & inspiciantur, & describantur.

TIT. XXXII.

SI TESTAMENTVM. *Quod dicis factum proferatur.* Cui L.1.
loquitur Imperator: si dicas quòd hæredi, bene est, si cuilibet cui est aliquid relictum in testamento, similiter bene dicis. nam testamentum solius vnius hominis non est, sed cuiuslibet cui in testamento adscriptum est: vt ff. eod. l. 2. recitatur ergo hîc test. & profertur, præstito tamen sacramento calumniæ si negetur aliquid relictum in testa. vt ī. eod. cius. *Iubebit.* si confiteatur apud se esse tabulas. si verò neget, non habet locum hoc edictum, sed tab. exhiben. l. 1. §. 1. & ff. eo. l. 2. §. vlt.

TESTAMENTI. *Datas.* Pone quando erat in peregrinatione L.2.
vel simili loco absens, vt secundùm leges. s. de testa. *Ita*, sc. secundùm leges. *Vt testibus non præsentibus adire.* In aditione enim non sunt necessarij testes, sed in insinuatione. *Vel pro tribunali.* Sedentem. *Vel per libellum.* Id est, per alium quem delegabit præses. *Vel cures adire rectorem prouinciæ.* Per libellum, hoc est per procuratorem dato libello. *Honestos viros adesse facias.* Eos scilicet, qui testamenti confectioni interfuerunt: & hoc si adesse possunt. nam cùm iactura sua inuiti non debent propter vtilitatem suam priuatam à negotiis suis amoueri. sed cùm dubitatur vbi sint, aperietur testam. in præsentia hominum bonæ opinionis, & sigillabitur, & post eis notificabitur qui interfuerūt: vt ff. eod. sed si quis.

1 *Exhibitio sine die & consule, cur introducta.*
2 *Exhibitio sine die & consule fieri debet.*

EIVS QVOD. *Præter diem & consulem.* Ergo debet fieri exhibitio L.3.
sine die & consule, ne quid †falci fabricetur: vt ff. eod. l. 2. §. pen. vnde videtur reprobata quorundam opinio, qui dixerunt testamenta exhibenda cum die & consule, sicut & rationes, vt ff. & sic allegabat

Alb.in quadam causa contra dominum meum.sed dominus meus resistebat ei,quia hic fuit filius,ergo hæres, sicut dicit Paulus Apostolus.non tamen cum die & consule debet fieri exhibitio. iudex autem tulit sententiam pro domino meo, quia pronũtiauit faciendam † exhibitionem sine die & consule. & hoc fit cùm testamenti principium clauditur,illud ab incarnatione Domini,&c.& cũ filio vel alio modo sumitur ne possit videri,postea totum aliud ostenditur. debet tamen priùs iurari de calumnia,vt hîc dicitur,cùm in omni causa illud sacramentum exigatur.Iurat ergo se non petere animo calumniandi:& sic ostenditur & aperitur testamentum. & est simile in actione ad exhibendum:vt ff.ad exhiben. thesaurus. sic diceret quòd primò debeat probare sibi relictum esse:qualiter fieret hoc, cùm nõ videatur testa. ergo sicut in iudicio de exhibitione nõ exigitur probatio plenæ proprietatis,sed nudæ & nudissimæ,iurato enim de calumnia, res iubetur exhiberi:ita erit & hîc. quare non exigitur vt plenè probet: quia hîc non præiudicat tibi si exhibeas. si enim propter sacramentum solum condemnaretur quis ad legata præstanda,non noceret: sed sic nõ fit,imò ad exhibitionem tantùm condemnatur:tunc autem nihil aufertur quando solo sacramento debet compelli ad exhibitionem.Si dicat quis,imò damnum sentit quis in exhibitione, quia legatum præstat.& certè nullum censetur damnum si præstat: vel facit illud quod de iure tenetur facere.*Vetuit.* Vt si filium suum impuberem instituit hæredem,& in quadam parte testamenti substituit Vitalem ei, si moreretur in pupillari ætate:postea claudi iussit,& aperiri vetuit.si enim sciret ille Vitalis,tota die rogaret Deum de morte ipsius.& de talibus loquitur instit.de pupillari substitutione.§. sin autem quis ita formidolosus.& ff.eo.pupillares. *Vel ad ignominiam.* Puta fortè quia filium habebat de aliqua muliere, de qua ignominia esset si sciretur, puta monacha,vel simili.si enim reliquit sibi aliquid in aliqua parte testamenti,illud non debet aperiri nec inspici,vel describi.

CODICILLO.*Ea oportebit obseruare.* Hoc est, vt in insinuatione adsint testes,sicut in testamentis:vt ff.eo.l2.§.ad causam.

DE EDICTO DIVI ADRIANI TOLLENDO, & quemadmodum scriptus hæres in possessionem mittatur. TIT. XXXIII.

L.1. QVVM INTER. Quod dicit l.ista quòd primò inducatur institutus in possessionem quàm substitutus,fallit propter repugnantiam duarum regularum.Inuenimus enim quòd mittatur in possessionẽ tam instituti serui dominus, quam substitutus:vt s.de hęredibus instituendis.cùm proponas.& instit.de vulg.subst.§.vlt.

L.2. QVAMMVIS QVIS.*Præteritum esse alleget.*Et ita dicat testa.esse nullum:vt instit.de exhæredat.liber.in prin.assignatur huic l.cótra.s.de hæred.perit.liber.illud habet locum in petitorio iudicio, hoc est in petitione hæreditatis,vbi ante omnia inquiri oportet,liber fuerit

rit testator, an non. sed aliud vbi non audiebatur principaliter de hæreditate, sed de missione in possessionem. si enim dicatur seruus fuisse defunctus, mittitur scriptus hæres in possessioné. potest de eo cognoscerere, vel vtrum fuerit testamentum firmum, aut inofficiosum: vt dicit hîc. sed videtur quòd hæc solutio non sit bona, nec sit distinguendum quoad hoc iudicium petitorium à possessorio. Si enim causa talis allegetur, vtrobique videtur quòd debeat ante omnia cognosci de eo, cùm dicat regula iuris, quia dolo facit qui petit id quod statim restiturus est. dicet aliquis quòd regula locum habet in petitorio iudicio tantùm. sed & probo quòd in possessorio iudicio: quia cùm quis postulat se mitti ex Carboniano in poss. nónne repelletur si probaretur me filium? certè imò: vt ff. de Carbo. edicto. l. 3. Idem in actione ad exhiben. adhibetur enim semiplena cognitio, nisi euidens opponitur exceptio: vt ff. ad exhiben. l. 3. §. ibidem. quidam habent, secundam: vt ff. vt in poss. lega. si is à quo, & de Carbon. edict. l. 3 §. omne. Resp. quòd regula locum habet & in petitorio & in possessorio iudicio. Si enim euidenter probetur vitium, bene admittitur in vtroque, sed vbi non probatur euidenter, contra est, vt hîc. sed & si suus non probetur, statim cognoscitur. aliud hîc: & ideo non idem. & hoc in eo vitio quod oculis non potest perpendi. aliud si oculis perpenderetur: vt in l. seq. dicit.

Sic in [illegible] *libro reperimus. sed agebatur legendum censemus.*

1. *In veteri testamento sacerdotes dij vocabantur.*
2. *Olim præstabatur aliquid iudici, penes quem fiebat insinuatio.*
3. *Ex primo decreto magistratus potest quis mitti in possessionem.*
4. *Formula missionis in possess.*
5. *Quando cancelari dicatur testamentum.*
6. *Charta in aliqua parte sui vitiata nullam vim obtinet.*
7. *Non quilibet testis admittitur in testamento.*
8. *Mulier in feudum succedere non potest.*
9. *Legatum vel fideicommiss. quando retineri potest.*
10. *Duo in solidum hæredes existere non possunt.*
11. *Præscriptio odio non petentis inducitur.*
12. *Petitio hæred. longo tempore tollitur.*
13. *Rei vindicatio xxx. vel xx. ann. tollitur.*
14. *Prædo tit. non habet.*

EDICTO, &c *Diui.* Ideò sic dictus, quia diuinæ mentis erat, & Deum colebat, non quòd esset Deus: sed quòd in veteri testamento † sacerdotes dij vocabantur. *Vicesimæ par. hæreditatis.* Tribuetur enim ex edicto diui Adriani x x. pars hæreditatis fisco, cùm quis petebat se mitti in possessionem bonorum, sicut & cùm insinuabatur test. præstabatur aliquid iudici penes † quem fiebat insinuatio: vt s de testib. consulta. *Ambagibus.* Aliis, quàm illa detractione quam non habemus. *Et difficultatibus.* Quandoque in his quæ parum habent vtilitatis, magna est difficultas. *In discretis narrationibus penè quiescet.* Sed tollitur ne edictum ita omnino, quòd etiam si vellet quis mitti in poss. per edi. Adriani, non posset? & certè si vis potes dicere quòd hîc

L. 3.

Sic in veteri libro reperimus.

non tollitur quoad missionem, sed tantum quoad xx. partem præstandam hæreditatis & diffi. *Et aliis omnibus quæ circa reple. vel inter eius promulgata sunt.* Vnde hodie non debet quis propter hoc à causa cadere si postulet se mitti in possessionem sed edict. diui Adriani. potest etiam per constitutionem istam Iustiniani. *Quia & vice hered. recef. à no. rep.* Proptium enim commodum existimat subiectorum: vt j. de cadu. tollen. §. vlt. & ideo de cætero aliquid non habebit fiscus. *Sancimus.* Quanuis suspensiua sit hæc litera, tamen dominus meus facit hîc. §. vlt. vt prędicta significet vacare, vel non valere. *Ex asse.* Id est in xii. vncias: vt instit. de hęred. instit. §. hæreditas. *Vel ex parte.* Quota totius vniuersitatis: nam si alicui sit relictum legatum, non habet ibi locum edictum diui Adriani, quòd ille possit postulare se mitti in poss. habet enim locum in his qui in vniuersum succedunt, vel quota portione, vt dixi. sed in eo qui in certa re institutus est, posset dubitari. & certè si in re certa sit institutus, & alij in quota portione, habetur pro legatario, & ita videtur quòd non possit postulare, licèt nomen institutionis continetur. habetur enim pro legatario: vt s. de hæred. instit. quotiens. Sed etsi pauperes sint instituti hæredes, poterit hoc postulare is ad quem ea res pertinet, scilicet episcopus: nisi per alium voluit testator id fieri, vt s. de episcopis. si quis ad declinandam. *Competentis iudici.* Sed quis erit competens iudex? nunquid ille solus qui merum habet imperium, & potestatem cognoscendi tam de ciuilibus quàm de criminalibus? Et certè videtur quòd ille possit, non magistratus municipalis vel ciuitatensis, id est, defensor ciuitatis, vt ff. de iurisdict. omn. iud. iubere. & ff. ad municip. ea quæ. Fallit tamen in causa de damno infecto, quia ibi ex primo decreto † magistratus potest mittere in possessionem, nam celeritatem desiderat illa causa, vt ff. de damno infecto. l. 4. *Ostendens.* Sed qualiter fit illa ostensio? quidam volunt dicere quòd ille qui dicit se institutum, nō habet necesse exponere libellum, imò venit ad iudicem, & ostendit ei testamentum, & inspecto & viso solemni in sigillis & aliis, postulat se mitti in possessionem. Et satis dici posset quòd fiat sine libello illa postulatio: vt per hanc legem videtur: & fortè sine sacramento calumniæ, sicut illi dixerunt. Vel ad tollendam omnem dubitationem, & ne facilè homines procedant ad litigandum, vt instit. de pœn. temerè litig. in princip. Dici potest quòd iurare de calumnia debeat ad tollendam dubitationem. Similiter si velimus possumus dicere quòd circa libellum non recedatur à iure communi, & quòd libellum offerat circa postulationem de missione in possessionem, qui sic poterit concipi, Vobis potestati † supplico, vt mittatis me in possessionem bonorum Titij, qui instituit me hæredem, & habeo testamentum non vitiatum, non cancellatum, neque in aliqua parte sui abolitum: & siquidem nemo contradicat, pronuntiabit iudex ipsum mittendum in possessionem. Si autem aliquis contradictor extiterit, cognosce iudex vtrum iste sit hæres, quia vocabit vxorem vel filios qui fecit testamentum, vt aperiant viam si sciant vtrum instituerit testator hæredem, an non: & sic præstito sacramento calumniæ, qui potiora iura ostenderit obtinebit: & est mirabile, quia vt s. notaui, hic non est iudicium, quia sufficit duarum personarum actus,

3

4

actus,petentis & iudicis.Aliud in interdicto quorum bonorum,quia sicut hæredi petitio datur contra possidentem pro hærede vel pro possessore,& est ibi actor & reus: ita & in interdicto quorum bonorum,quia ibi veniente aliquo ab intestato, vel ex nuncupatiuo testamento erit actor & reus. At hîc est dicendum sicut in Carboniana bonorum possessione:nec intelligas ita fatuè legem istam, quòd quicunque ostenderit testamentum,mittatur in possessionem :imò exigitur quòd eius qui mitti postulat sit scriptum nomen in eo testamento, aliàs non valeret, sicut probatur s̄.de probationibus ad probationem.

5 *Cancellatum.* Cancellari dicitur † testamentum, quando per literas ad modum crucis ducitur penna,sic X. *Neque abolitum.* Id est linitū, cùm ceciderit ibi aqua vel vinum: vnde dicit quoddam generale, Charta aliqua † in aliqua parte sui vitiata,nullam vim obtinet, argumentum tamen est contra.ff.de his quæ in testam.delen.l.2. & quantum ad hāc missionem oportet quòd in nulla parte sui sit vitiatum. *Vitiatum.* Sed nónne contra videtur s̄.eo.quanuis.quia ibi dicit quòd etsi vitiosum dicit testamentum,nihilominus hæres mittitur in possessionem. Sed dic quòd ibi loquitur de vitio quod est inuisibile,vt si dicatur falsum, inofficiosum,vel testator seruus. Hîc autem de visibili, hoc est, testamentum est cancellatum vel abolitum, vel similibus quæ oculo corporeo cerni possunt. *Sed quod prima figura.* i.sicut primò fuit scriptum sine vituperatione,hoc est,quòd non sit ibi aliquid abolitum, vel iterum scriptum,& ita voluerunt quidam intelligere. Io.contra,quia potest esse quòd tabellio scripsit testamentum,& perfectum post nō placuit.i.quia ibi erat aliquid corruptū,vel simile. Et aliud tantùm scripsit vbi nihil erat abolitum,vel fortè erat,& postea superscriptū, quia impossibile est quin quandoque cadat tabellioni de encausto in charta: & si illud remoueat,& ibi scribat literam quæ omnimodam contineat similitudinem cum alia, maximè si non erat ibi tota vis testamēti,vel quæstionis,certè admittendum est quòd ex tali testamento possit quis mitti in possessionem:glossa ergo secundùm nos, prima figura,i.prima facie vel fronte. *Depositionib.* Quia testes posuerant vel deposuerant ibi sua sigilla. Vel intellige ibi depositionibus, quia iurant & deponunt testes ita esse scriptum,& quòd ita sumatur, probatur s̄. de testa.hac consultissima.circa fi.& l.vlt.s̄.de fide instrum. l. compa-

7 tationes. *Legitimorum.* Quia non quilibet † testis admittitur in testamento:vt inst.de testam.§.testes. *Vallatum.* i.roboratum & munitum, sicut fit per vallata in castris & agris. Pater ergo quòd loquitur de testamento condito: & habent in hoc similitudinem ista tria,interdictū de tabulis exhibend.edictū,& quemadmodū testamenta aperiantur: quia oportet ad hoc quòd locum habeant, quòd testamentum proferatur in scriptis. Sed tamen semel incidit quæstio in ciuitate ista de quodam testamento in quo non erant septem sigilla, nec solemnitas alia adhibita,sed septem testes interuenerant, & à tabellione fuerat scriptum:quæsitum fuit,vtrum ex tali nuncupatiuo testamento possit scriptus hæres desiderare se mitti in possessionem tanquam ex testamento publico. Et in hac opinione fuerunt omnes Doctores, & ꝙ probetur de solemnitate istius publici instrumenti per sacramentum

istorum testium: sicut aliàs in sigillato testamento, at plus credo quòd sit. Quòd si septem testes iurent recognoscendo sigilla sua, quàm si aliàs simpliciter iurent in tali testamento, vt notauimus s. de testamen. iubemus. & de bonorum possess. secundùm tabulas, l. 2. *Mittatur*. Id est, pronuntietur de mittendo. *Testatoris tempore mort.* Sed & si eius nō fuerunt tempore mortis, vt quia erant commodatæ vel depositæ: cùm enim veniant in principali iudicio, scilicet hæreditatis petitionis, vt ff. de hæredit. petit. & non tantùm. ergo & hic potest dici quòd veniat. Et intellige quòd omnia quæ fuerunt tempore mortis testatoris, veniant, si peti possint iure hæreditario: quid enim si aliquid erat sibi datum in feudum, & instituerat mulierem hæredem? non veniet, cùm mulier † in feudum succedere non possit, nisi de hoc referretur quæstio, quia dicebat mulier non esse rem quæ data esset in feudum, vel confiteretur esse datum in feudum, sed sub tali conditione, quòd tam masculus quàm fœmina possit succedere, in his enim casibus mittitur in possessionem earum legum. *Legitimo modo.* Quia cœperunt detineri in vita testatoris, & post mortem dicebat quòd emerat alium, falsò allegabat iustum testamentum. Non intellige quòd diceret se successisse defuncto, sed earum scilicet executionis. Nunquid si contradicat sibi esse legatum vel fideicommissum erit legitimus contradictor: & certè videtur quòd legatarius teneatur restituere possessionem, sicut in interdicto quorum legatorum, & post experiatur si habeat aliquod ius, vt ff. quorum legatorū. l. 1. sed illud locum habet cùm dubium est de legato. Si certum esset esse legatum vel fideicōmissum, vt quia probat euidenter se esse legatarium vel fideicommissarium, neque tractatur de Falcidia, vt j. quorum legatorum. l. 1. satis dici posset, quòd posset † retineri legatum vel fideicommissum, & hoc multis argumētis potest probari, & per regulam iuris, quæ dicit, Dolo facit, qui petit id quod restituturus est: & per legem ad exhib. & vt in possessione legati, sicut notauimus l. prox. Hoc etiam probatur per l. istam, quia j. dicit quòd sublato principali iudicio tollitur & istud. Sed hic certum est quòd tollebatur hæreditat. petit. pro rebus illis, & ideo non habet locum hoc ed ctum. *Sin autem aliquis contradictor.* Et voluerunt quidā dicere quòd locum habet hoc de contradictione, quando vnus profert testamentum, & alius dicit se vltimò esse scriptum: tunc enim ei acquiritur possessio, qui potiora iura ex legitimis modis ostēdet. Quid si duo proferant testamenta, quæ dicunt vtrumque fuisse hæredem, & in quibus continetur id. m dies & mensis, & omnia sunt similia, quis mittetur in possessionem? Quæstio sabbathina est, & videtur quòd ratione incertitudinis neuter: vt ff. de rei vindicat. Pomponius. §. vlt. & ff. ad Trebell. si cùm. Et quia dicit regula iuris, duo in † solidum hæredes existere non possunt, argumentum tamen est quòd vterque debeat mitti: ff. de rebus dubiis, qui duos. Sed euidentior ratio videtur quòd nemo sit mittendus ratione incertitudinis, vt s. dixi. *Missus est.* Id est, mitti desiderauit. *Et causa.* Nota, quia causa debet inseri in libello, non tantùm res. *Sed et enim, &c.* Hic exponit quod s. dixerat, siue tardiùs, &c. *Fuerit missus.* Id est, Postulauerit mitti. *Nisi.* Ex eo quod dixerat, nullum excipi. *Tempus enim effluxerat.* Sed quod est illud tempus,

8

9

1

pus, scilicet triennium in re mobili bona fide possessa, vel decem in immobili inter præsentes, inter absentes viginti. In his enim aliquis fit dominus per tale tempus. Vel intellige si detinuit per triginta vel quadraginta annos, quia si bona fide fit dominus, si mala, habet tantùm exceptionem, vt ꝫ. de bonis maternis. authent. nisi. & ꝫ. de præscript. xxx. annorum. si quis emptionis. & hoc est quod repetit postea alio modo. *Si enim vel ex vna parte.* Id est, vnius partis, odio, sc. non pe-
11 tentis, vt in præscriptione xxx. annorum, quæ inducitur † odio non petentis. *Vel ex vtroque latere.* Id est, vsucapione x. vel xx. annorum, quæ gratia vtriusque partis inducuntur. i. fauore possidentis, & odio non petentis, si sic prolixitas temporis occurrit, manifestissimum est non solùm missi, sed etiam principalem causam: hoc est, hæreditat. petit. vel
12 rei vindicat. esse sopitam: & sic hæreditatis petitio † longo tempore tolletur: sed contra. est ꝫ. de hæredit. petit. l. hæreditatis. Respon. Quia
13 non loquitur de directa petit. sed de rei vendicat. quæ † bene tollitur decem vel viginti. Vel aliter quia hæreditatis petitio competit contra eum qui possidet pro hærede vel pro possessore, qui non habet
14 titulum, & ideo non tollitur decem vel viginti ann. cùm † prædo titulum non habeat, nec vsucapere possit. Quandoque etiam datur contra eum qui titulo possidet, vt contra emptorem hæreditatis, vt ff. de petit. hæredit. l. etiam. § si quis sciens Et tunc excedit naturam vel terminos suos: & sic iustum est quòd excedatur à non suis terminis. Et ideo dicas quòd hic competit contra titulum possidentem, quare breuiori spatio tollitur quàm aliàs fieret.

SI QVIS ALIQVEM TESTARI PROHIBUERIT, vel coegerit.

TIT. XXXIIII.

CIVILI DISCEPTATIONI CRIMEN ADIVNGITVR. Pone quando aliquis dicebat se hæredem institutum, & ita ciuiliter petebat hæreditatem: alius obiecit illum vi fecisse quòd restator eum instituerit, & ita adiungitur ciuili disceptationi crimen de quo primò cognoscitur, vt ꝫ. de ordin. iud. l. vlt. Vel dicas quòd ciuili disceptatioui de hæreditate applicanda fisco, adiungitur crimen, quia poterit accusari de crimine extraordinariè: accusatur ergo de crimine, & aufertur hæreditas per hunc titulum, & aliæ sunt causæ in sequenti titulo. L. 1.

EOS QVI. *Impe fu. non.* Quia clauserunt ostium ne testes intrarent, vel aliquo alio modo præstiterunt impedimētum: tunc enim remouentur à successione, vt hic, & ff. eod. l. 1. & 2. Sed & in legato, si fuerint impedimento, ne alicui relinqueretur, tenentur in duplum, vt ꝫ. auth. vt nulli iudic. §. ad hæc peruenit. Quid si quis te compulerit vt me hæredem instituas, an hæreditatem habebo? Quæstio sabbathinà esse possessionem in alterius lucrum conuerti alienum metum non oportet, vt ff. quod met. caus. si tamen. §. Pedius: puto tamen non nocere hæredi instituto. L. 2.

L.3. IVDICIVM. *Maritali sermone.* Dicẽdo ei amicabilia verba, sicut consueuerunt dicere mariti vxoribus, ita amor, & similia.

DE HIS QVIBVS VT INDIGNIS HÆREditates auferuntur. TIT. XXXV.

1 *Nemo in sua causa ius sibi dicere potest.*
2 *Item alicui per se sumere vindictam non licet.*
3 *Ex auctoritate legis taxatur quantitas vsurarum.*

L.1. HÆREDES. *Inultam.* Non enim intellige quòd auctoritate sua interficiat, nulli enim licitum est in † causa sua ius 1 dicere sibi, vt s. ne quis in causa sua ius dicere sibi: ideo enim iudicialis vigor iurísque publici tutela est in medio constituta, ne quisquam sibi ipse permittere valeat vltionem, vt s. de Iudæis. nullus. Debet ergo vindicta ista fieri accusatione solemniter proposita contra cædis auctores: & de tali vindicta loquitur s. de precib. imper. l. 1. Quandoque tamen speciale est quòd licèt alicui per se † sumere vindictam, vt j. quando liceat vnicuique se vindicare: & 2 cùm non sit determinatum tempus ad accusationem istam faciendã, fortè iudex arbitrio suo definiet, vt ff. de iur. delib. l. 1. Vel inierit aliud tempus quo quis potuit accusari, arg. ff. de verb. oblig. si ita stipulatus: vel dic inesse tempus quinquennij, vt ff. ad Silan. in cognitione. *Debitum offic.* Scil. quòd debet necem vindicare, non intellige de eo de quo dixit Dominus: Si quis percusserit te in vnam maxillam, prębe ei & aliam. *Pietatis.* Debet esse pius ad hoc vt vindicetur. *Scientes.* Ideo dicit, quia si crederent morte sua decessisse, excusarentur. *Vsuræ autem semisses.* Nota quia † ex auctoritate legis taxatur quantitas vsurarum. 3

1 *Cautio circa accusationem falsi test.*
2 *Super falso transigere licet.*

L.2. POLLA. Pone sic, quòd aliquis instituerit duos hæredes qui admitterentur ad hæreditatem defuncti ab intestato, Pollam scilicet, & quendam hæredem instituit. Præterea alium extraneum hæredem, & sic Polla erat cohæres illius pupilli. Præterea Polla ista erat maior viginti quinque annis, & ita liberam habuit administrandi patrimonij sui facultatem. Cùm autem vidisset ista Polla quòd magis expediret ei habere portionem suam hæreditatis ab intestato, quàm ex testamento, quoniam secundo casu tenetur præstare legata & fideicõmissa: primò nihil, petiit hæreditatem ab intestato, & ita dixit falsum testamentum. At cùm aliquantulum processisset in causa, interposuerunt se amici, & loquuti sunt de concordia inter Pollam & extraneum hærẽdem, ita demum, quòd reduxerũt eos ad pacem, & transegerunt: postea decessit Polla, & instituit sibi hæredem impuberem cohæredem suum. Quæritur, si pupillus iste quia minor, & quia functus sit ex persona Pollæ possit transactionem rescindere, & ita petere hæredita-

reditatem ab intestato, & dicit lex ista quòd non. Sed si ex persona sua vult aliquid dicere, bene potest ipse, & tutor nomine suo: admo-
1 net tamen tutorem, & dat ei consilium vt caueat dum accusat † falsum testamentum, quia si non obtinuerit, partem hæreditatis quam necesse est adimi pupillo, sibi saluam faciet, & de calumnia præses deliberabit. Non poterit ergo rescindi transactio ex persona defunctæ cùm esset maior, vt notauimus s. si aduersus vendit. pign. l. 2. Cùm e-
2 nim ab ipsa esset inchoata & perfecta, & tenuerit, quia super † falso bene licet transigere, vt s. de transactio. l. transigere. ex priuilegio succedentis non potest rescindi, nec mutabitur, imò tenebit, sicut in persona eius qui decessit, vt ff. de iure fisci. fiscus. & de iudiciis, hæres absens. & est argumentum quòd licèt priuilegiatus succedat in ecclesia quam quis non tenuerit ex persona sua, non potest allegare priuilegium hoc. Aliud tamen est in perficiendis, puta in vsuris: ibi enim mutatur in persona succedentis, vt ff. de vsur. cùm quidam. Et licèt nō possit accusare nomine Pollæ, potest ipse & tutor, sed videtur contra. j. qui accusa. non poss. l. 2. Sed dic quòd hîc ciuili modo agebat de falso, & ideo non contradicit. Loquitur enim lex illa quando criminalis erat accusatio, quæ alieno nomine non posset exerceri. At hæc solutio non videtur bona, cùm hic dicat, & de calumnia tua, &c. ergo criminaliter agebat. Sed non intellige nomine alieno, imò suo, tamen propter vtilitatem alienam: tenetur enim procedere in accusatione periculo suo, non autem commodo suo, sed pupilli: amittit enim pupillus portionem quam ex eo testamento habiturus erat, si non obtinuerit: nisi à principe fuerit conseruata, vt ff. de his quibus vt indig. tutorem. sed tamen saluam facit ei tutor, vt hic dicit. Aliud si pupillus accusaret, quia nō punietur sicut hîc, vt ff. de bon. libert. qui cùm maior. Si autem non posset saluum facere, quia fortè non est soluendo, non nocet pupillo: imò in eo in quo damnum passus est, petet in integr. relit. vt argum. j. vnde vi, meminerint. & s. de iudic. properandum. §. vlt. *De calumnia præsid. delibera.* Cùm enim sciens venit contra transactionem accusando falsum testamentum, calumnia non: aliud si nesciret factam transactionem, & accusaret falsum testamentum, vt ff. eod. l. tutorem. *Et portionem quam ex eo*, &c. Quid de alia portione quam habet ex persona Pollæ? Resp. Hîc innuit eam non admitti. arg. ff. eo. post legatum. § qui accusauit. Et est ratio, quia pro ea parte quā Polla haberet ab intestato, non potest dicere falsum, vt eam petat, sed pro sua arg. contra ff. de bon. lib. r. qui in seruitutem. *Retractas.* Id est, iterum tractas: hoc est, proponis in dubio, nec rescindis pro parte Pollæ. Vel glossa, id est, retractare conaris, nec enim retractauit.

1 *Hæres testatoris mortem vindicare debet.*

SI EA QVÆSTIO. Hîc distingue, occisus fuerit testator à familia, quia tunc debet abstinere hæres donec vindicauerit necē defuncti. supplicium sumatur, quæstio de familia habeatur, vt hic: si recitauit testamentum, punitur, aliud si linum amouit, vt ff. eod. l. 3. si autem testator occisus fuerit ab extraneo, non distinguo clandestinis insidiis, an per venenum, an per vim: hæres statim potest adire hære- L. 3.

ditatem, vel petere bon.pos. Sed tamen † postea vindicare debet testatoris mortem: quòd si non fecerit, venit malæ fidei possessor, cùm omisit officium pietatis, tenetur restituere fisco hæreditatem, & fructus perceptos & percipiendos. & vsuras semisses pretij rerum ex hæreditate distractarum. item pecuniæ hæreditariæ, vt ff. ad Silan. propter veneni. & s. eod. l. 1. & j. eo. l. cùm fratrem. 1

1 *Quod ab indigno aufertur fisco applicatur.*

L. 4. HÆREDITAS. *Adimi non potuit.* Sicut nec dari, vt inst. de iure cod. in fine. *Fisco vendicata est.* Quia regulariter traditur, quod ab indigno † aufertur, fisco applicatur, vt ff. de inoffic. testa. Papinianus. §. meminisse, fallit tamen illa regula, s. de hæred. instit. si pater. & l. nec apud. & j. de legat. l. pen. Si autem cancellatum testator vel incidit, quia voluit intestatus decedere: succedunt cognati, vt ff. si tab. testa. l. 1. §. vlt. & vt plenè scias circa materiam istam, & cui debeant applicari bona, distingue vt in summa circa finem, §. illud notandum est. 1

Sic in vet. libro reperimus.

L. 5. NON OPORTET. *Obtempe. non fuisset.* Sed si intra annum monitus à iudice non impleat, aufertur hæreditas, vt j. de fideicomm. auth. amplius. sed hîc loquitur quando vnus tantùm fuerat hæres. Si verò plures, & vni testamento imponatur, alij contra eum agent, vt ff. de fa. his consequenter. sed cùm monitus est à iudice, per postulationem alterius benè amittit, vt dictum est.

L. 6. MINORIBVS. Ideò dicit de minoribus, quia aliud esset in maioribus, vt s eo. si ea. *Prouocaueris.* Vel etiam sit absolutus, & vos non prouocaueritis, vt ff. ad Silania. §. vlt.

L. 7. SI IDEO. Patet per l. istam, quòd si nulla imputari potest culpa hæredi in nece defuncti vindicanda, quòd non debet auferri ei hæreditas.

1 *Qui contra testamentum venit, amittit legata & fideicommissa.*
2 *Frustra legis auxilium implorat, qui contra legem committere videtur.*

L. 8. ALIA CAVSA. Patet per l. istam, quòd si quis contra testamentum venerit, quòd post pro se non potest inuocare: amittit enim legata † & fideicommissa, & est idem in pactis, quia non debet fides 1 seruari ei qui vult contra pacta versari, vt s. de pact. cùm proponas. Et frustrà legis † auxilium inuocat, qui committit in legem, vt ff. de mino- 2 ribus. auxilium. Et ad idem est circa vltimã voluntatem, ff. de legat. 2. Lucius. §. Sempronia. Respond. Aliud est cùm accusatur falsum testamentum, & aliud cùm dicitur quòd non sit solemne. Primo enim casu præiudicat, vt hîc: secundo non, vt ibi: sed & in primo potest quis excusari ratione necessitatis, vt ff. eod. tutorem. Aliàs præiudicabit, vt hîc dicit, nisi destiterit ante sententiam: idem & si aduocauit contra testamentum, si tamen desistat ante sententiam, vel post pendente appellatione. contra. est, vt dictum est j eod. si ea.

Omissa est in vet. lib. lex Cùm fratrem 9.

L. 10. SORORE M. Patet quòd non aufertur ab vxore hæreditas, & si soror necem fratris viri licitè vind. cauerit.

CVM

CVM SILANIANVM. Quid continetur in Silaniano, 5. eod. legitur ff. ad Sila. l. 1. *Necnon diui Marci oratio.* Est à nobis laudanda & corroboranda. Quid contineatur in oratione diui Marci, nescimus: sed credimus quòd illud idem quod in respon. Scæuolæ, ff. ad Silan. l. 4. vlt. & penult. §. non autem continetur in responso Scæuolæ de libertatibus, & de his de quibus hic loquitur: & ideo fit hic suppletio, vt omnibus prouideatur. Et fallit in l. ista regula quæ traditur ĩ communia de successionibus. seruus Fallit & al. ff. de suis & legit. l. 1. *Periclitabantur.* Id est, periculum patiebantur de rebus quæsitis in medio tempore. *Nihil etenim, &c.* Not. ad illam quæstionem quando aliqua promittuntur sub pœna: si enim pro parte non stetur pacto, non videtur quòd pœna in totum committatur, ad idem ff. de edend. l. 2. L. 11.

TALIS. *Et seruos.* Dum non impuberes, vt ff. eod. excipiuntur, & l. 1. §. 1. L. 12.

DE CODICILLIS.

TIT. XXXVII.

1. *Agnatione sui heredis rumpitur testamen.*
2. *Codicilli nisi confirmarentur sequenti testa. iure veteri consistere non poterant.*
3. *Vbi non rumpitur test. nec codicilli.*
4. *Posthumus, quando rumpit test. & codicillos.*
5. *In codicillis quinque testes exiguntur.*

RVPTO QVIDEM. Certum est quòd si aliquis faciat testamentum, & instituat filios suos hæredes natos & nascituros, quia posthumo nato postea, non rumpit testamentũ, cùm se inueniat ibi institutum. Si verò non inueniret se ibi institutum, ipso iure rumperet testamentum: ergo si prætereantur 1 filij nasciturì, per natiuitatem suam † fit nullum testamentum, & idem dicit hic in codicillis, intellige factis ante testamentum, vel post, & hoc quia pertinent ad testamentum codicilli. Sed quare dicuntur pertinere codicilli ad testamentum? Respon. Quia si hodie aliquis fecit testamentum, siue præcedant codicilli, siue post sequantur, semper videntur confirmari legata & fideicommissa in eis relicta per testamentum, vt inst. de cod. § sed cùm antea. & §. præcedenti. olim cõ- 2 tra. nam antiquitus † codicilli non aliter valebant nisi confirmarentur in sequenti testamento, vt ff. eod. ante ta. Et præterea quia institutus in eo testamento, onerabatur ad ea præstanda quæ in codicillis sunt relicta, & ideo ad testa. dicuntur pertinere. Quare dicit quòd rupto testa. codicilli qui sunt de appendicibus test. non valent: si verò nõ penderent codicilli ex testamento, vt cùm quis decedit nullo facto testamento in vita sua, sed codicillis tantùm relictis: hic si postea suscipiat filios, non rumpuntur codicilli. Nec contradicit lex ista, quia hic loquitur quando factum erat testam. tunc enim testam. rumpitur, L. 1.

& ex consequentia codicilli,sed vbi non rumpitur † testamentum,ergo nec codicilli.Quare hoc?hæc est ratio,quia hæreditas in testamento datur. Quare cùm postumus non inueniat se institutum, sed aliàs rumpit testamentum,&sic codicillos,si ibi nõ inuenit datam extraneo hæreditatem: imo verisimile est quòd voluerit postumum esse hæredem,cùm non voluerit facere testamentum,sed codicillos tantùm, & oneratur ad legata & fideicommissa præstanda in codicillis relicta, vt ff.de iure cod.l.si quis cùm test.& l.ab intestato. & l.pen. Ita cùm rup. est testamentum & codicilli,nec aliquæ secutæ fuerunt literæ: si verò in vita testatoris natus est posthumus,& ita † rumpit testamentum & codicillos.Sed testator sciens ruptum esse testamentum, literas emisit in quibus confirmauit præcedens iudicium codicillorum fortè vel testamenti,prætor nihil contra ius fecit si pronunciauit nouissimam eius voluntatem secutus,relictum testamento reip.fideicommissum, vt ex codicillis præstandum esse: & intellige non de quibuslibet literis, imò de codicillis, vbi quinque testes † exiguntur, & in omni vltima voluntate,vt ꝭ.eo.l.vlt. 3 4 5

1 *In codicillis hæreditas directò dari non potest.*
2 *Posteriora prioribus derogant.*

L.2. HÆREDITATEM *quidem neque dari.* Quia in codicillis non instituitur quis hæres, & ideo † in codicillis directò hæreditas dari non potest,ne confundatur ius testamentorum,& ius codicillorũ: nec etiam in codicillis directò potuit adimi hæreditas,sed † per fideicommissum:quia si rogo in codicillis institutum hæredem,vt illi restituat hæreditatem per fideicommissum, vel etiam venientes ab intestato,possum:vt inst.eod.§.directò. Ergo institutus verè est hæres, sed restituit hæreditatem. Item licèt in codicillis hæreditas non adimatur directò, tamen si defunctus in eis vnum ex hæredibus declarauerit mereri voluntatem suam,aufertur ei hæreditas vt ab indigno,vt s.tit. prox.hæreditas. Si verò conditionem aliquam in codicillis adscripsit in defectum eius,cogitasse intelligitur de adimenda hæreditate, vt ff. de cond.inst.l.quidam.§.vlt.sed in vanum, quia in codicillis directò adimi non potest hæreditas,vt dictum est. 1 2

L.3. CVM PROPONAS. *Et contrariam voluntatem.* Ideò dicat, quia si non esset cõtraria.valerent ambo codicilli,vt ff.eo.diuus,§.codicillos. Aliud in testamentis,quia semper rumpitur prius per posterius, nisi fierent à milite duo testamenta, vt vtrumque teneret, & valeret simul cum alio,vt ff.de mil.test.quærebatur. *Reuocatum esse.* Posteriora derogant primis,vt ff.eodem.l. diuus.§.1.ambulatoria enim est defuncti voluntas vsque ad supremum vitæ exitum, vt ff. de donation. inter vir. & vxor. cùm hic status.§. pœnitentiam. & ff. de adimend. legat.l.4. 1

L. 4. NON IDCIRCO.*Capiunt.*Non enim quæri oportet cum quo de supremis quisque loquatur,sed in quem voluntatis intentio dirigatur,vt ff.de legat.2.cùm pater.§.donationis.

1 *Nega-*

1 *Negatiua quando in se habet affirmatiuam.*
2 *Quilibet præsumitur sanæ mentis.*

NE CODICILLOS. *Prolata.* Ad hoc fuit prolata, vt aliquid ex hac peti possit. Vel si habes aliam literam peti non possit, referendum est ad sequentia, sic vt aliquid ex ea petere non possit: hoc est faciendum, quòd adseuerationi tuæ, mentis eum compotem fuisse neganti fidem adesse, probare conuenit, & videretur quòd ad verba contra. ȝ. de probat. actor. Respon. ista negatiua, vt aliquis non sit † mentis compos, habet in se affirmatiuam: est enim idem ac si diceret ipsum furiosum: vnde hîc dicit, adseuerationi tuæ, &c. Licèt ergo videar negare ipsum esse mentis compotem, videor tamen asserere ipsum furiosum esse: & ita non simpliciter videtur negatiua. Ibi autem loquitur cùm quis negat simpliciter, vel aliter, quia bene debet negari hæc negatiua, cùm præsumatur pro viribus naturæ sanæ mentis † quilibet. Quare hîc præsumit lex pro affirmante, & ídeo si negetur, debet probari contra. quilibet enim præsumitur sanæ mentis fuisse: posset tamē esse contra, vt si testator hæredem sub conditione scripsit, si reliquias suas in mare proiecerit, præsumitur enim non fuisse sanæ mentis, vt ff de condit. instit. quidam. illud autem locum habet quando lex non præsumitur pro affirmante, & ideò non contradicit.

L. 5.

Sic in manuscripto reperiuntur.

SI VENIT IO. Facto testamento. *Relicturus.* Subaudi, seruari mandauerat in testamento. *Nouissimè.* Facto. *Relicta.* In codicillis antea factis. *Confirmatione munitus nul. sust. gere. solici. potes.* Hodie verò exigitur confirmatio, vt not. ī eo. l. 1.

L. 6.

SI IDEM. *Instrumentis.* Instrumenta appellat codicillos & testamenta, aliâs dicitur instrumentum de apparatu rerum. Sed hîc intelligendum est de artificio iuris, vbi licet legare, & hæreditatem relinquere: sunt ergo instrumenta iuris, quia per ea declaratur hominis voluntas.

L. 7.

1 *Varius libellus non admittendus.*
2 *Victo vna in re, ad aliam redire non licet.*
3 *In omni vltima voluntate, præterquam in testamento quinque testes etiam non rogati sufficiunt.*
4 *Electione vnius tollitur alterum.*
5 *Exceptio rei iudicatæ quando non obstat.*
6 *Auguria ab Hispanis obseruantur.*
7 *In testamento septem testes rogati exiguntur.*
8 *Item subscribere debent.*

SI QVIS AGERE. Certum est quòd pro hæreditate pluribus modis agi potest. ecce enim si quis instituatur in testamento perfecto & solemni, potest agere pet. hær. quasi dominus & verus hæres. Si autem in minùs perfecto testa. non valet institutio nisi fuerit adiectum, vt si non valet iure test. valeat iure codicillorum. Occurrit autem lex ista agentibus vagè libellum: nam si quis cō, onat ita libellum suum, ago petit. hæred. contra Titium, quia sum dominus hæreditatis illius:

L. 8.

Sic in vet. libro reperimus.

vel si non appareret me dominum,ago actione ex testa. vt restituatur mihi hæredi ex Trebelliano,sicut dicit Imp.in Lista quòd non est talis libellus †varius admittendus. Si ergo ponamus me scriptum fuisse ab 1 aliquo hæredem in testa.in quo testator adiecit, si non valet iure codicillorum,&c.quo casu credimus testatorem rogare quemlibet succedentem ab intestato iure legitimo,vt mihi restituat hęreditatem fideicom.si in hoc casu tam variè vt dixi composuero, non aliter admittar ad agendum,nisi in ipso litis exordio eligam qua via velim procedere,sciturus quòd si in illa succumbam, nunquam ad aliam viam patebit mihi regressus, scil. vt liceat mihi eandem scripturam ad duos contrarios modos retorquere: hæc vera sunt cùm testator dixit, si nõ valet iure testamenti,&c. Si enim proponat testator testamentum facere,& impediatur,non licet hoc testamentum reducere ad codicillos,nisi hoc testator expresserit:non ergo licet victo in vna re, redire † ad aliam,quod in extraneis verum est: in liberis enim ac parentibus 2 vsque ad quartum gradum cognationis vinculis obligatis,vel cognatis nexu vsque ad tertium aliud statuit: hi enim licèt victi sint in vna, licèt redire ad aliam:& est ratio,quia non est par causa debita amittere,& lucra non capere.Illud plusquam certum est,quòd in omni vltima voluntate quinque testes rogati † vel non rogati sufficiunt præ 3 terquàm in testamẽto. *Agere.*Hoc intellige per causam: agebat enim ex testamento,id est, propter testamentum in quo relicta erat hæreditas,non autem agebat ex testamento,id est, actione ex testamento, & hoc bene indicat sequens litera. *Ad fideicommissi persequutionẽ*, &c. Hæc regula econtrario est vera,vt si priùs egit ex fideicommisso,non liceat ei agere postea iure directo. *Tantum enim abest*, sc. hoc à nostro proposito,vel dissidet à iure. *Sciens se vnius electione,alterius*, &c. Hoc intellige quando condidit testamentũ,& dixit quòd si non valet iure testamenti,valeat iure codicillorum:tunc enim electione † vnius viæ 4 secludor ab alia:si verò vnam eligo per vnam scripturam, scil.testamentum,postea si volo agere ex alia scriptura, sc. codicillorum, & alia,non repellor,vt s̃.de hæred.petit.matertetæ. & hoc etiam probatur ex regula.quia cùm ex aliacausa petit, non videtur quòd debeat obstare † exceptio rei iudic.vt ff.de exceptio.rei iudic. cùm quæritur. 5 sed supra sibi ipsi videtur contrarius,&electione repellitur,sicut aliàs præiudicat quis sibi eligendo,vt ff.de trib.quod in hærede. §. eligere. & C.de fur.l.1.& quòd ita sit quando ex diuersis rescriptis agit, videtur probari s̃.de inoff.test.eum qui.sed videtur ff.quorum legat.l.1.§.1. quia autem,&c. Resp. Illud verum est, quando ille qui conuenitur, non certificat me de qualitate suæ possessionis:nesciebam enim, possidebat pro hærede,vel pro possessore:tũc possum agere iure directo, vel interdicto quorum legatorum,vt ibi dicit.Cùm ergo possessor nollet dicere quo iure possideret,& sic nõ vellet certiorare actorem, meritò nec ipse certiorandus est quo iure conueniatur: vnde accedit illud quod solet dici vulgò *a tal molto,tal bocon. Aut certè multi sc in poss.* Secũdum edictum diui Adriani. *Auspicia*.i. exordia: olim enim quãdo aliquis volebat aliquid facere, obseruabantur † auguria, sicut & 6 hodie faciunt Hispani. *Ad fideicommiss.non possit.* Hæc omnia in extraneis

traneis, aliud in liberis & parentibus, vt dicit sequens §. *Debita*. Scilicet, Iure consanguinitatis vel naturæ, non autem erant debita vel pacto, vel ex aliquo contractu, quia in eo quod meum est, hæres fieri nō possum: dic ergo debita, i. quasi debita. *Et lucra non capere.* Quæ deferuntur extraneis. *Excepto testa.* Ibi enim † septem testes exiguntur, & rogati: vt s. de testib. auth. rogati. quinque testes. Idem in donatione causa mortis, vt j. de donatio. caus. mor. l. vlt. *Testibus videlicet,* &c. Ergo testes debent subscribere, quando in scriptis conficitur voluntas, non autem videtur quòd † necesse sit sigillare: vt ff. de iure codicill. diuus. §. codicillos.

7

8

DE LEGATIS.

Tit. xxxvii.

L. 1. Qvamvis. *Eadem vobis præstari.* Videbatur contra, quia conditio ista pendet ex facto vtriusque: vnde si stetit per Claudium, nihilominus debet habere alimenta: si per casum fortuitum, quia moritur, videtur quia non debeat habere, vt j. de condict. incerti. legatum. & hîc dicit contra, quoniam interpretatur vt & post mortem debeant præstari alimenta. subaudi fauore alimentorum hoc intepretati. Sed quæ est dubitatio vtrum post mortem Claudij deberent præstari, annon? Respon. Quia posset distingui in voluntate: si enim dixit in testamento, quoad cum Claudio Iusto morati essetis, quia volebat ei seruire per eum, & ideò reliquit ei: eo mortuo, sc. Claudio, nihil habebit. Si verò gratia alimētarij reliquit, quia volebat eū morari cū eo, vt esset discipulus eius, nihilominus post mortem Claudij habebit alimenta. Sed in dubio præsumitur potiùs ad prouidentiam alimentarij reliquisse, vt hîc: & meliùs dicitur, ff. de cond. & dem. illis. Idem est in fauore libertatis, vt ff. de cond. & dem. cùm ita datur. §. vlt. & sic duo sunt isti speciales casus. aliàs si conditio apponeretur quæ penderet ex facto vtriusque, & stat per casum fortuitum, distinguendum est, vt priùs dixi. Si verò per me stetit, nihil consequar, vt ff. de condit. & demonst. in testamento & super illam legem notata est ista distinctio', verum pendeat conditio ex facto meo tantùm, an ex meo & tuo, & in summa de condit. insertis. §. item conditionum quædam consistunt in faciendo.

L. 2. Qvamvis hæres. Cum hac lege bene concordat s. de hæred. vel act. vend. l. 2. licèt ergo teneatur venditor hæreditatis, si tamē institutus hæres non conueniatur, sed emptor, habebit exceptionem taciti pacti, vt s. de pact. post venditionem. *Peti possunt.* Subaudi, si hæreditas sit soluendo, alioquin contra, vt ff. ad l. Falc. l. 3.

1 *Donatio inter virum & vxorem ipso iure non valet.*
2 *Nemo in necessitatibus liberalis existit.*
3 *Legatarius tres actiones habet pro legato.*

L. 3. Qvi post testa. Videtur contra. s. de don. inter vir. & vxo. si maritus. & ff. de don. inter vir. & vxo. cùm hîc status. Solut. Aliud hîc, aliud ibi: sed hæc solutio breuis est & obscura: vnde explana

L.3. eam, quia donatio inter virum & vxorem ipso iure † non valuit: & [1] ideò cùm non tenuerit, non potest reuocari. Sed quodam respectu bene potest ne sc. confirmetur silentio mortis: sed hîc à principio tenuit: vnde non debet reuocari, si testator pignori obligauit. Si verò postquã legauit, alienauit, si donando videtur reuocasse. Nec distinguo, fiat ex necessitate an non: quia nemo in † necessitatibus liberalis existit: vt ff. [2] de administ. le. rem le. si verò vendit & necessitate, non reuocatur nisi hęres probauerit contrarium: vt ff. de leg. 3. fideicommiss. §. si rem. *Electa est.* i. si legatarius eligat personalem ex testamento. habet enim legatarius † tres actiones pro legato: vt ꝫ. communia de leg. l. 1. sed non [3] proponet tres, imò eligere debet: vt ff. de leg. 2. cùm filius. §. variis.

L.4. SERVIS. *Non data libertate.* Ideò dicit, quia si data esset, teneret legatum: vt ꝫ. de cadu. tollen. §. in nouissimo. prætereà intellige quando reliquit seruo alij non legato. si enim alicui legauit seruum, & eidem legauit, bene valet: vt ff. ad leg. Fal. Plautius. & in prædicto §. in nouissimo. & concordat quod hîc dicitur, cum illo generali, quod à principio non valet, ex postfacto non potest conualescere.

L.5. NON EST DVBIVM. Videtur contra. ff. quorum legatorum, l. 1. resp. sed dic quòd lex ista intelligẽda est quando adita hæreditate & possessa subtraxit vel auctoritate sua sumpsit, & ita incidit in edict. Diui Marci: vt ff. quod met. cau. extat. ibi verò loquitur antequam ab hærede possideatur, vel post aditionem: sed res illa non possidebatur. & hoc maximè verum est in primo casu: in alio enim posset dubitari, cùm res sit alicuius, & sic videtur possideri: vt ꝫ. vnde vi, cùm quærebatur. & potes ponere casum in legatario subripiente: quia pro portione illa non datur ei actio ad alia legata. vel etiam potest poni in hærede subripiente, quia portione competenti non datur ei actio in legatum ad detrahendam Falcidiam: vt ff. de his quibus vt indign. rescriptum.

L. 6. SI LEGATA. Consonat huic l. ꝫ. de impub. & aliis substit. post aditam. sicut enim vulgaris substitutio expirat per aditionem hæredis, sic & primo legatario agnoscente expirat substitutio in legato.

1 *Rerum nomina sunt immutabilia.*

L. 7. SI FORTIDIANVM. *Concursu dominium*, &c. Videtur quòd cohæredes isti essent coniuncti re vel verbis. si enim in testamento plures institui hæredes, & quædam vni prælegaui, eadem postea ali: videtur quòd vterque habeat dominium vel æstimationem. sed contra. est, quia siue separatim legetur eadem res, siue coniunctim, & ita coniunguntur re & verbis: quilibet habebat pro parte nisi testator dixerit contra. vt ff. de leg. 2. si pluribus. & ꝫ. de cadu. tollen. §. vbi autem. *Error no.* Scilicet proprij. nam aliud in appellatiuo. rerum enim † no- [1] mina immutabilia sunt: vt ff. de leg. 1. l. 3. Idem quando errauit in confinio: vt ff. de leg. 3. patronus. §. 1. & 2.

L. 8. AB ADMINISTRATIONE. Marcellum, sc. militem, non impedit. aliud in eo qui potuit esse tutor, & tutelam non subiit: vt ꝫ. eo. l. pen.

SI IN FRAUDEM, *Interposita cau.* Aliàs enim dolo carere non videtur: vt ff. ad leg. Falcid. dolo. sic ergo præstat legatarij cautionem de restituendo legato si euicta fuerit hæreditas, & hæc mota de hæreditate controuersia vel comminata verè non fictitiè: vt ff. si cui plus quàm per leg. Falc. hoc autem. Aliud est in cautione quæ præstatur de eo quod plus quàm per l. Falc. licèt acceptum erit, restituendo. ibi enim siue mota sit controuersia, siue non, satisdabit: vt ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. l. 1. Sed quare datur hic cautio, cùm certum sit fraudem admissam? Respond. quia dubitabatur. L. 9.

1 *Res aliena legatum quando valet.*
2 *In sententia discretio personarum habenda.*
3 *Hæres quando rem legatam redimere cogitur, aut eius æstimationem præstare.*
4 *Legatum in re aliena, quam quis putat esse suam, quando valet.*
5 *Hæres quando tenetur de euictione res legatæ.*

CUM REM. *Siquidem sciens.* Et hoc satis probatur cùm dixit in test. Lego illi rem Petri vel Ioannis, vel simili modo. nam si dixisset solummodo, Lego rem illi: tunc posset dubitari vtrum scierit, & in illo casu legatarius debet probare testatorem sciuisse alienam: vt ff. ee probat. veriùs. si verò sciuit † rem alienam quam legauit, valet legatum. si ignorauit, non valet, vt hîc dicit, nisi sit proximus agnatus. vel etiam vxori, quæ non dicitur proxima iure agnationis vel cognationis, sed ratione dilectionis. *Cui legaturus.* Illud videtur restringere quod superiùs dictum est, quia & oportet quòd sit de proximis, & etiã quòd ei esset tantum, si sciflet alienam rem. & sic ista duo sunt necessaria ad hoc vt valeat legatum tale. satis enim posset haberi præsumptio à iudice quòd si esset vxor, vel de proximis, quòd tantum esset ei relicturus: vt j. de fideicom. voluntatis. nam & in sententia discretio † habenda est personarum: vt s. qui & aduersus quos l. 1. aliud esset in extraneo: quia in extraneo videtur etiam quòd teneat, licèt ignoret rem alienam: quia dicit l. quòd si testator iussit seruum manumitti vt suum, qui est alienus, debet manumitti: vt ff. de fideidecom. liber. Paulus. sed dic quòd illud est fauore libertatis. aliàs enim non teneret nisi esset proximus, vel vxor, vt hîc dicit: nisi sentiret alienam. & tunc debet hæres rem redimere, si potest. alioquin † præstaret æstimationem: vt ff. de leg. 3. non dubium. Idem est in re aliena. Idem videtur in rem alij obligatam. nam si sciret testator eam obligatam, debet eam hæres luere. si ignoret, redimet eam fideicommissarius, nisi sit de coniunctis personis: vt ff. de leg. 1. si res. sic ergo tenet legatum † in re aliena quã quis putat esse suam, & erat extranei. nam si hæredis, bene teneret, licèt esse suam ignoret: vt ff. de leg. 2. vnum ex familia. §. si rem tuam. sed videtur quod dictum est de coniuncta persona. nam & in ea potest probari quòd non valeat legatum: vt ff. de leg. 2. cùm pater. §. euictus. Respond. dixit illud speciale in fratribus, ne creetur inuidia inter eos: vt j. de bon. quæ lib. l. antepen. §. penult. quare si aliquid prælegatum est à fratre, & post euincatur, non agam contra ipsum de euictione, vt ibi dicit. aliud in alia coniuncta persona. vel aliter, quia nihil aliud di- L. 10.

Sic in veteri libro reperimus.

cit nisi quòd non agatur de euictione.nec sequitur, ergo non tenet legatum:sicut nec in venditione non agit de euictione. ergo non tenet venditio:vt ff.de euictione,si fundus. si ergo frater præstitit legatum, & euincatur,nō tenetur cohæres,vt ibi: tamen bene valet legatum, vt hic.si opponas ff.de leg.1.non quocunque modo. Respond.si euincatur,& testator constituat ius quare euincatur,bene tenetur,vt ibi, si non constituit.sed enim priùs non tenetur:vt in l.illa cùm pater.distinguere tamen solemus,legetur aliquid in genere,an in specie. primo casu † tenetur hæres de euictione,vt ff.de euict.hæres. si verò relinquatur in specie,tale debet præstari,quale est:vt ff.de leg.1.si à substituta.§.vlt. 5

L.11. FILIAM. *Cùm in dotem dedit.*Patet ergo quòd si pater reliquit filię suæ in testa.& postea viuus dedit ei dotem,quòd actionem non habet pro legato.si verò dotem promisit pro filia,& post legat ei: si mulier ostenderit testatorem eius fuisse voluntatis,vt duplicaret ei legatum,habebit vtrunque,& dotem,& legatum. quòd si alterutrum voluerit habere,& mulier petat legatum opposita doli exceptione, non aliàs cogetur hæres ei legatum soluere,quàm si cauerit hæredem hoc nomine indemnem futurum aduersus maritum ex promissione agentem:vt ff.de iur.dot.cùm pater.si verò cùm quis sciret dotem redditā, hoc prætextu XL.legauit,quasi dotis reddendæ nomine eam summam legaret,vtrunque debebit habere:vt ff.de leg.2.cùm quidam.

L.12. CVM RESPONSO. *Quod precibus insertum est.* Proposuerat enim in precibus illud respōsum quod obtinet vim legis:vt inst. de iure naturali.§ responsa.& ff.de origine iur.l.2.in vlt.pen.columna.*Vēdicare.*Nunquid id totum?videtur quòd non,quia pro ea parte in qua ipse fuerat institutus hæres.sic enim ab ipso sibi legaretur. quod esse non potest:vt ff.de leg.1.qui filiabus.§.vlt.& l.sequenti.& quidem.sed & illis legibus videtur contradicere.ff.de leg.2.miles.§.vlt.sed fortè in ll.superioribus loquitur in suis.fallit in extraneis:vt in l.illa,miles.vel ibi loquitur quando substitutus erat in omni quod iure hæreditario ad eum peruenerit. tunc enim pro parte cohæredum transmittitur præceptio.aliud si non esset substitutus: tunc enim totum haberet:vt dicit l.illa,& quidem totum.

1 *Legatum rei suæ quando valet.*

L.13. PROPRIAS,&c. Patet quòd res tua propria tibi legari nō potest, & hoc intellige purè etiam si facto testa.fuerit alienata. sed si sub conditione,fuerit mihi res mea relicta, & existente conditione aliena facta est,valet † legatum,nō obstante regula Catoniana. illa enim impedit purum legatum,non conditionale:vt ff.de leg.1.l.cætera. nec obstat.ff.de reg.Caton.l.1.quia ibi res mea erat legata, sed viuo testatore desierat esse mea,vt ibi notatum est.si tamen testator habebat aliquod ius in re mea,vt quia emphyteuta,vel similis, tenet legatum: vt ff. de leg.1.apud Iulianum. §.si Titius. si domus. §. vlt.& l. si sic. & l. senatus. 1

L.14. MONVMENTA.Olim sepeliebantur homines in campis suis, & dedicata erant monumenta religioni:& propter hoc non poterant

tetant legari, cùm esset res religiosa, & in nullius bonis: vt inst. de rer. diuis. §. nullius.

SI VNIVERSAE. *Nihil ex his*, &c. Patet ergo quòd si omnia absumebantur ære alieno, non tenebatur hæres legatariis vel fideicommissariis. nemo enim de hæreditate tenebatur legati nomine in plus quàm ad eum peruenerit: vt hîc, & ff. ad Trebellia. l. 1. §. vlt. hodie verò si non fecit hæres inuentarium, tenetur solida legata præstare, etsi fines hæreditarios excedant: vt j. ad leg. Falc. authent. sed cùm testator. *Superfluum*. Ergo videtur quòd libertates debeant præstari salua l. Falcid. sed non ita est intelligendum, imò voluit libertates ab aliis legatis pecuniariis diuidere. si verò bona soluendo sunt, libertates debent præstari, nec minuentur per Falcid. nam & pretia seruorũ manumissorum deducuntur in ratione l. Falcidiæ: vt instit. de leg. Fal. §. est autem. & ff. de inoff. test. Papin. §. quoniam. & ff. ad leg. Falc. planè. & ll. præcedentibus & seq. quæ tractant de ista materia. L. 15.

CREDITOR. *Defendi potest*. vt ff. de leg. 2. creditorem. nisi compensandi animo sibi legauit, sicut cùm aliquis debiti compensandi gratia hæres instituitur: vt s. de hæred. instit. si compensandi: L. 16.

DATVM. *Adimi*. Si ademptio fiat in solenni voluntate, ipso iure admittitur: & videtur nec datum, si fiat in eodem testa. si in alio solemni fuit datum, sed adimitur ipso iure. sed si ademptio fiat in non solemni, adimitur per exceptionem. arg. ff. de adim. leg. l. 3. §. vlt. si verò fiat ademptio per inductionem, si quidem fiat inductio ante consummationem testamẽti, ipso iure admittitur. alioquin per exceptionem: vt ff. de leg. 1. si ita sit adscriptum. de his quæ in testa. delen. l. 1. §. sed si legi. & §. sed consulto. & l. proxim. L. 17.

EX LEGATO. *Vtilibus autem suo nomine expe*. Idem est in nomine dato in dotem, vt s. de act. & oblig. nominibus. sed aliud est in societate omnium bonorum: vt ff. pro socio. l. 1. 2. & 3. L. 18.

NON TANTVM. Patet per l. istam quòd si aliquis breui tempore maritus fuerit scriptus in test. vxoris, quòd ei succedit: nec legata seu fideicommissa vel donationes temporis huius angustia capi prohibet. L. 19.

VXOR PATRVI. *Non potuit*. In præiudicium tui. nàm in præiudicium hæredis bene potest: & si nesciat alienam, non tenet, nisi coniunctæ personæ legauit: vt s. eod. cùm rem. L. 20.

IN *Legatis verbo. nec. non fit obser*. Non enim differt, leget in Latino an in Græco. L. 21.

IN *Annalib*. l. ista bonã recipit concordantiã, ff. de iure immunit. l. 4. L. 22.

CVM QVAESTIO. *Simili dubitatione in hereditate*. Hic assignatur contra, ff. de hæred. instit. interdum. sed si excessit, dic quòd circa hoc antiquitus variæ erant opiniones. & illa corrigitur hîc. vel aliter, quia quando testator instituit vnum in x i i. vnciis, alium in v i. distingue secundùm Io. an certum sit testatorem voluisse excedere assem an certum sit non voluisse, an dubitetur: sicut diligenter & plenè notatum est in summa de hæred. instit. §. item attende circa finem. §. seq. *Sed & aliam discepta*. Huic §. assignatur contra. vt ff. de pecu. leg. dominus seruum. Sed non est contra. quia ibi vtrique virilem assignat L. 23.

portionem, concordantiam recipit, in ff. de leg. 2. Mæuius. §. cum. sed videtur contra. ff. de stip. seruo. l. 4. sed dic quòd illud est ratione serui qui subiectus est mihi, &c.

L. 24. CVM QVIDAM. *Maximam scilicet ostendens.* Ironia est. *Nec ipsam rem, &c.* Sed cùm aliquid filio legatur, potest ab eo fideicommissum relinquere: vt ff. de vulg. subst. coheredi §. item filiæ. licet ab eius substituto non posset, vt hic, & prisco iure: vt ff. ad leg. Falcid. qui fundum §. qui filios, & hoc notabile. aliàs sicut à legatario possum relinquere, ita & ab herede: vt ff. de leg. 3. l. 5. si quis.

L. 25. SI LEGATARIVS. *Vt qui alij nocere, es. exist. &c.* Vt s. de transact. transactione finita. non enim debet accipere fructum suæ calliditatis nisi in casibus: vt ff de excusa. tut. tutor. §. quæ & l. legatarius.

L. 26. ILLVD. Assignatur contra. ff. de leg. 1. nemo. Solutio. huc vsque ad certum tempus gaudeat quidem beneficio defuncti, testator statuere potest: sed quòd legatarius si cessat legatum petere, repellatur, nisi tempore à lege statuto non potest facere testator.

DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE. TIT. XXXVIII.

L. 1. PRÆDIIS. *Legato cedere.* Aliud est domo instructa legata, quia suppellex legata est, non autem vina, cùm vinum domum non instruat: vt ff. de fundo instru. & instrum. leg. l. sita. §. domo.

L. 2. FVNDO *Sicut instructus est.* Aliud si fundus cum instrumento legatus sit: quia tunc minùs continetur: vt ff. de fund. instru. & instrum. leg. quæsitum. §. sed si fundus.

L. 3. SANCIMVS. *De satisdatione.* Et tunc ad fideiussorem refertur: vt ff. qui satisdare cog. l. 1. *Sed nudam.* à iureiurando vel pignore, vel fideiussione, non etiam à stipulatione, vt ff. de præto. stipul. l. 1. & intellige: l. istam quando in pacto simpliciter continetur de cautione. si enim ita dictum sit, tu cauebis idoneè, aliud est: vt ff. manda. si mandato Titij Cal. §. vlt. verbum enim ibi positum, idonea, soluit contrarietatem. Idem in emptione, cùm dicitur, tum dabis mihi bonam securitatem. si enim dixit vt caueat, non refertur ad fideiussionem. si vt idoneè caueat, est intelligendum de fideiussionibus. & intellige l. istam nisi aliud præsumatur à l. vt notaui. s. de procurat. l. 1.

L. 4. CVM QVIDAM. *Si ab vna quidem persona, res autem, &c.* Assignatur cōtra. ff. de auro leg. si quis ita. Solutio. aliud est in hoc verbo seu, cùm videatur positum causa ampliandi legatum, vel ibi dicit, aliud si ponatur aut vel, vt hîc dicit. *Quod & in contract.* Quod referas ad id quod dictum est de distinctione rerum. si enim in venditione dubium est, sit empta res illa vt illa, non vtranque potero petere, sed alterū tantùm: vt ff. de contrah. empt. si in emptione. §. pen. si referas ad illud quā do ponitur alternatiuè inter personas: quia tunc pro copulatiua habetur. ibi, si ita contineatur, fundus ille sit mihi & Titio emptus, totus erit mihi emptus, & pro superuacuo addetur Titius: vt ff. de contrah. empt.

empt. fundus. aliud in stipulatione: vt ff. de verb. oblig. si mihi.

SVGGESTIONI. *Gradatim fieri.* Cùm ergo dicat quòd gradatim fieri debet, obseruandus est ordo ab intestato. vnde cùm filij sint prima causa successionis, vt instit. de hæred. qual. & diff. postea admittentur, postea parentes, post collaterales, post gener & nurus, post liberti, nec enim cùm enumeraret personas curauit de ordine. ff. de solut. nec enim ordo s. de sacrosan. eccl. authent. hoc ius. *Pro substantia.* Vt in act. famil. erc. hoc est substantiæ vel hæreditatis diuidendæ. L. 5.

SI OMISSA SIT CAVSA TESTAMENTI.

TIT. XXXIX.

SI IN FRAVDEM. *Vtilis actio.* Sed quare dicit de vtili actione? imò videtur directa ex testamento: nec necessarium est considerare, adhibuerit fraudem, an non. siue enim participatus fuerit fraudem, an non, tenetur, vt dixi. Respon. quia generale est quod in l. illa dicitur. potest enim esse contra. ex volũtate testatoris expressa: vt si institutus oneratus sit causa ipsius, quæ sc. non posset inueniri in substituto: & quòd hęc ita sint, dicit l. in ff. de leg. 1. licèt imperator. hîc ergo constabat nolle esse repetita in substitutum. vnde si fraudem adhibuit, datur vtilis. *Cogitur.* Ordine tamen seruato: quia primò conuenietur possessor hæreditatis antequam ad hæreditatem perueniamus: vt ff. eod. si quis pecu. & l. licet. & ita (quod notabile est) substitutus præstabit quæ relicta sunt à se, & ab intestato, propter participationem fraudis: vt hîc, & ff. eod. non plus. §. vlt. L. 1.

EVM QVI. Libertatibus. Patet ergo quòd non potuit obesse libertatibus etsi ab intestato voluit amplecti ius successionis, vt hîc. & ff. eod. de libertatibus, & l. si seruus. *Quod si*, &c. Ita fac constructionem, quòd si iudicium defuncti non vsurpabitur, sed ad irritum iuris ratione vocatum est, cùm neque adiri ex testamen. hæred. neque bon. possess. peti possit, petitio relictorum nullo iure procedit. L. 2.

SI PROCVLINA. *Reliquit.* Et ita pater fuit legaturus in test. Proculinæ. *Cuius.* sc. patris. *Et scriptu.* sc. hæredes in test. Proculinæ. *Falcidia.* Ideo dicit, quia sicut cùm adierunt hæreditatem ex test. habetur ratio l. Falcidiæ, ita & si ab intestato. L. 3.

DE INDICTA VIDVITATE ET DE LEGE Iulia Miscella tollenda.

TIT. XL.

LEGATVM ALII. Ideo dicit, quia si vxori reliquisset sub tali conditione, & ita videtur ei indicere viduitatem, nihilominus valeret, & statim posset peti, vt dicit l. sequens, & alia l. Iulia: distingue tamen cùm legatur alij: quia si rogatus est vxori restituere, pro eodem habetur ac si ipsi relictum esset. vt ff. de condict. & demonstr. Titio. L. 2.

1 *Cautio Mutiana quando præstatur.*
2 *Item que locum habet post annum.*
3 *Ad secundas nuptias quando venire liceat, absque amissione legati.*

L.2. AMBIGVITATES *L. Iulia Miscella.* L. Iulia Miscella cauebatur, vt mulier cui relictum erat sub conditione si non nuberet, non aliter admitteretur intra annum ad legatum, nisi iuraret se non nupturam, aut si nuberet, spe prolis non causa libidinis nuberet. si autem post annum mulier peteret legatum, oportebat eam cauere quòd de cætero non nuberet. *Cum Mutiana cau.* Mutiana enim constabat in conditionibus † quæ in faciendo consistunt: vt ff. de condict. & demon. Mutianæ. vnde quo ad hanc partem .i. quoad conditionem istam indicentem viduitatem, quæ sc. in non faciendo consistit, tollit Mutiana iam conditionem, & etiam l. Iuliam Miscellam quæ tales conditiones admittebat de secundis nuptiis. j. de secund. nupt. l. 4. habes super listam authent. CVI RELICTVM. *Quid fuerit à coniuge,* &c. *Ne secundas ineat nuptias.* Quid si prohibeatur ne ad primum veniat matrimonium, puta quia erat virgo? Respond. Io. tunc aliud esse obseruandum, sc. leges veteres: vt ff. de cond. & dem. cùm tale. *Destinat.* Vt si monialis fiat. *Cum fructibus.* sc. præteriti temporis. si verò sit pecunia, reddetur cum vsuris si quæ perceptæ sunt. alioquin si in vtilitatem suam conuertit, præstabit vsuras vsque ad tertiam centesimæ. si verò res fiat deterior, tenebitur ad medietatem deteriorationis: vt j. auth. de nupt. §. quæ nûc. sequitur causa. *Si contra.* Et per hoc videtur quòd Mutiana cautio habeat locum † post annum. per. l. ergo titulum tollebat. l. Iulia Miscella. nam statim poterat petere mulier, & nihilominus ad secundas nuptias venire. sed authentic. hæc contradicit, & sic corrigit ll. istas. præterea non petet legatum infra annum. nisi species &c. & in hoc corrigitur. l. Iul. Miscella quæ permisit petere præstito sacramento ne veniret ad secundas nuptias. vel si veniret, causa procreandæ sobolis faceret: vt j. authent. de nupt. §. quæ verò. & ita in totum tolluntur ll. istæ, in hoc vt liceat venire ad secundas nuptias, & sumere † legatum. & redit ad ius vetustissimum l. 3. 4. in quibusdam verò non.

Sic in vetri libro nupertimus.

LEGE *Iulia ad cælibatum.* i. ad castitatem vel viduitatem. *Hoc euenerit.* i. extiterit conditio.

DE HIS QVÆ POENÆ NOMINE IN TEstamento vel codicillis relinquuntur.

TIT. XLI.

L.1. SVPERVACVAM. *Nullum valere dicere.* i. nullum valere de cætero dicere, sicut enim iudex si sibi non pareatur, potest pœnam imponere, vt ff. si quis ius dicen. non obtem. ita vult quòd testator possit legatario vel hæredi. sed in quo differunt illa quæ sic pœnæ nomine sunt relicta, cum conditionali legato? & certè solum in voluntate testatoris. si enim addidit pœ-

næ

næ causa, tunc erat pœnale. si non, conditionale: vt ff. eod. l. 2. hodie ergo siue dicat pœnæ causa, siue non, tenet legatum: vt hic, & instit. de leg. §. vlt. *Si muros*, i. non. *Seruabitur*. Vt instit. de leg. §. vlt. contra. distingue. quia si persona legatarij esset onerata, obtinebat, vt hic. si verò non persona legatarij, sed hæredis à quo relictum præstatur legatum, tunc nullum est relictum: vt ibi. nec contra. est huic l. de condic. & demonst. l. multa. quia ibi multa non committitur ab hærede vel legatario, cùm per eos.

DE FIDEICOMMISSIS.

TIT. XLII.

1 *Testamentum quando falsum dici non potest.*
2 *Graue est quolibet anno testes producere.*

SI PROBAVERIS. *Demetrium. per multum temporis*, &c. Ergo voluntas non erat solemnis. si tamen soluit per multum tempus, i. non minùs triennio, non potest modò iestdicere † falsum. & sic excusaret se à præstatione vestiarii, vel alimentorum. assignatur contra. huic l. 5. de pact. si certis. Solutio, ibi præstitit certis annis. i. duobus. secùs si tribus, vt hic. & sic voluerũt quidam dicere. vel dic quòd ibi loquitur quando præstitit duobus vel tribus annis: nec tamen per hoc obligatur in futurum. sed dic propter duplicem fauorem contra. est enim fauor vltimæ voluntatis & alimẽtorum. & induxit Io. l. istam ad quæstionem illam, si aliquis tenebatur dare quolibet anno aliquid, & mora sit super vno controuersia, bene poterit impetrare, vt de omnibus aliis futuris feratur sententia. graue enim esset quolibet anno testes producere † vnde nunc potest ferri sententia, vt in futurum præstetur sine controuersia. nam & in seruitutibus huiusmodi sententia approbatur. potest enim pronuntiari vt liceat ei vti in futurum, & cautio præstatur: vt ff. si seruit. vin. l. harum & l. egi. licèt magister Aldricus in quadam causa dixerit contra. per l. ff. de ra. non quemadmodum, sed cùm ab eius sententia esset appellatum, dixit Io. ita esse pronuntiandum. L. 1.

ETSI INVTILITER. *Præstiterunt.* Vel etiam qualitercunque agnouerũt defuncti voluntatẽ: vt j. eo. si veritas. & j. ad leg. Fal. l. vlt. L. 2.

CVM SECVNDVM. *Pertinet* Nisi habeat liberos: vt instit. de successi. libert. L. 3.

VOLVNTAS. *Prohibuisse non videtur.* Imò permisisse videtur. eo enim ipso quòd dixit ne extra familiam alienarentur, videtur permisisse quòd inter eos alienare liceret. secùs quando relicta sunt alimenta pluribus personis, quia nec cum aliis transigere possunt sine decreto, nec inter se: vt ff. de transact. cùm hi. potest tamen notari mirabile in præmisso casu: quia si in testa. ita contineatur, & frater dederit sorori illi, poterit alienare extra familiam. non enim prohibuit nisi de suis partibus: vt ff. de leg. 3. pater. § quindecim. L. 4.

SI FRATER. Patet per l. istam quòd ex pupillari substit. nõ admittitur quis à decedente in pubertate, sed ex fideicómissaria posset. L. 5.

L. 6. PRÆDIA. *Luere*. i. liberare à creditore. & hoc quando sciebat testator esse obligata: vel etiam si nesciret, & tantundem esset relicturus, quia fortè erat coniuncta persona. vel in alio tertio casu si potest aliquid esse superfluum soluto debito pro quo erant obligata. i. si magis valeat pignus, quàm sit obligatum: vt ff. de leg. 1. si res.

1 *Significationi verborum quando non statur.*
2 *Dignitas personæ & pecuniæ qualitas, quando consideranda.*

L. 7. VOLVNTATIS. In æstima. iud. vt si sit quæstio vtrum esset iste tantùm relicturus. an non. debet enim æstimare iudex an talis sit persona cui tantundem esset relicturus, vel si pignus debeat luere heres: vt s. l. prox. notaui, considerabit enim vtrum tantum valeat pignus, pro quanto est obligatum, & non amplius. sed quidam voluerunt opponere: quia aut apparet de voluntate testatoris, aut non. si apparet, certum est quòd ei stabitur. alioqui stabitur significationi † verborum: 1 vt ff. de leg. 3. non aliter. Respond. quia esse potest in ambiguo de voluntate testatoris: vt si legauit summam aliquam denariorum in genere. nec enim distinxit vtrum Bononiorum, an alterius monetæ. tunc enim iudex considerabit qui denarij sint præstandi, ex consuetudine patrisfa. & habito respectu ad pecuniam illius terræ, & † ex dignitate 2 personæ: vt ff. de iudic. sed & si susceperit. ff. de leg. 2. si seruus plurium. §. 1. & l. seq, si verò nulla potest haberi coniectura, sequenda est l. ff. de leg. 3. nummis.

L. 8. QVI FIDEICOMMISSARIAM. *Suo iure persequetur.* Videbatur quòd non: quia legata & fideicommissa cedunt à morte testatoris: vt j. de cadu. tollen. §. in nouissimo. libertas autem non cedit nisi ab adita hereditate. sed contra est, vt hìc dicit, & j. de cadu. tollen. §. libertatibus.

L. 9. AB EO. *Neque mort. cauf. dona.* Quia mortis causa donationes exæquatæ sunt legatis vel fideicommissis.

L. 10. VERBVM VOLO. *Additum.* s. æquipollens, vt peto, flagito, posco, & similia: vt instit. de singularibus rebus per fideicom. relict. §. vlt. & ff. de leg. 3. fideicommissa. §. in l. 4. aliud si non apponeretur æquipollens: quia hoc verbum volo subauditum perfectum sensum generatet.

1 *Alienatio quando à fideicommissario reuocari potest.*

L. 11. QVOTIENS. *Aspirare possunt.* Vt quia testator dixit, quicunque filiorum meorum decesserit sine liberis, restituatur alij sua portio. si enim mortuo altero eorum sine liberis facta erat alienatio † re- 1 uocari potest à fideicommissario: vt j. communia de leg. l. vlt. sed si ab omnibus qui vocantur ad fideicommissum, fiat alienatio: aut quibusdam vendentibus consenserunt, auctoritas contractus nequaquam conuelli potest. & ita si simul vendant aliquid, hi qui inuicem rogati erant restituere, & alter decedat sine liberis, non poterit reuocari res ab emptore: vt hic, & arg. ff. de leg. 1. nihil. §. 1. & ff. quib. mod. pig. vel hypothec. sol. Titius Sempronio.

Post

POST MORTEM. *Et antequam facti munus impleat.* Et est ratio, L.12. quia si debeo in diem, possum ante diem soluere. quare eodem modo poterit hic ante mortem, sed videtur contra. ff. ad Trebel. sed & si ante. Respond. quia distinguendum est, instituatur quis purè, & rogatus sit restituere in diem, & tunc habet locum in testamento militis tantùm. vt ff. de heredib. institu. hereditas ex die, & rogatus sit purè restituere: tunc non potest ante diem vel conditionem, si tamen post venit dies vel conditio, & ratum habeat, videtur nunc restituta, vt lex dicit.

QVOTIENS *principali. Non possunt.* Aliud si ab instituto erant data L.13. legata & substitutus succedit, debent ei præstari à substituto, nisi contraria voluntas testatoris appareat: vt ff. de leg. 1. licet imperator.

1. *Legis istius hypothesis.*
2. *Quoties adita hereditas non est ex testam. non valent legata & fideicommissa.*
3. *Legata & fideicommissa duobus modis peti possunt.*
4. *Legata pendent ex institutione.*
5. *Falentia huius regulæ.*
6. *Ius deliberandi quando transmittitur.*

EAM QVAM. Sempronius frater meus adoptauit quandã puel- L.14. 1 lam in filiam, quæ quidem minor †erat xij. annis, & hoc coram se-ne: & ita non tenuit adoptio de iure. postea condidit testa. & instituit eam heredem, & rogauit eam per fideicommissum, vt mihi & alij puta Titio restitueret hereditatem si intra xij. annum ætatis suę decederet. quæritur an heredes istius puellæ vel etiam fratris venientes ab intestato teneantur ex fideicommisso substitutis ad restituendam hereditatem. & certè si tenuisset adoptio, potuisset sibi puella adquirere hereditatem, & transmittere ad heredes suos: & tunc tenerentur heredes ipsius ad hereditatem restituendam ex causa fideicommissi. si verò nõ tenuit, certum est quòd non potuit sibi acquirere, imò defert legitimis heredibus fratris. sed an illi tenebuntur ex fideicommisso? & vide-2 tur quòd non. quia quotiens non est adita hereditas †est testa. non valent legata & fideicommissa. sed tamen contrarium est. tenerentur enim tam heredes puellæ, si tenuit adoptio, vel si non tenuit, quàm heredes legitimi fratris venientes ab intestato ad restitutionem hereditatis per fideicommissum, regula enim supradicta locum habet cùm institutus verbis directis adire potuit hereditatem. sed hîc adire non potuit, cùm non tenuit adoptio, & frater falsa opinione ductus instituit eam vt filiam, quæ non erat. & ideò non obstante regula illa restituetur hereditas substitutis ab heredibus legitimis fratris. *Eam quam.* Sic facies constructum: nihil prohibet fieri fideicom. eam, id est, ab ea, &c. vel expone eam. i. ea. & sic erit figura antiptosis, casus pro casu, sicut & aliàs. Vrbem quam statuo, vestra est. i. vrbs. & sic ponitur casus pro casu. ff. famil. ercifcund. filium quem habentem. Si verò haberes in litera, ea, nominatiui casus, plena esset litera. & tu sic construes, siue ea quam frater tuus instituerit decesserit, quarta heredi. siue non, &c.

Siue quasi siue non quasi heredi. i. apprehensa vel non possessione rerum hereditariarum. & hoc de facto. de iure enim non potuit adire: quia cùm crederetur esse filia à testatore, & tanquam filiam instituit, quæ non erat, non tenuit institutio: vt s. de hered. instit. si pater. & l. nec apud. Vel potest aliter exponi vt ista verba, siue quarta referantur ad casum positiuum quem habes in fine. l. cùm tenuit adoptio. tunc enim bene potuit ei quæri: & tunc tenentur eius heredes: vt in fi. Quod autem dicit postea, siue non quarta, refertur ad casum verum huius l. cùm non tenuit adoptio. tunc enim non potuit ei quæri hereditas: vt s. dixi. *Simpliciter.* Hoc ita intellexit dominus R. i. sine distinctione. non enim distinxit heredem institutum ab herede veniente ab intestato. hoc est cùm rogauit eam ita dicendo, filiam meam heredem instituo: si decesserit intra xij. annum, volo restitui hereditatem ab omnibus successoribus meis fratri meo & Titio. & sic secundùm ipsum rogati fuerint venientes ab intestato. dixit enim quòd aliàs non deberetur fideicommissum ab intestato, vt patet per l. istam. & j. eod. ex testamento. ad idem est ff. de vulg. subslit. qui liberis. §. hæc verba. sed iste intellectus vel hæc positio non placet domino meo. nec enim videtur hoc sonare istud verbum simpliciter. vnde ratione maioris dubitationis, & quia hoc non videtur sonare verbum simpliciter, intelligit & ponit casum cùm rogata erat tantùm puella de restituenda hereditate si decesserit. j. xij. annum, vel cùm peruenerit ad xij. annos: vt ita non sit fideicommissum conditionale. & ita expone antequam xij. ann. &c. *Non nullos.* id est, aliquos. duobus enim verbis negatiuis, &c. vt ff. de verb. obl. si duobus. *Substitutos.* Per fideicommiss. non intellige directo. *Vel.* Id est, saltem. *Ab eius heredibus.* Id est, testatoris. heredibus dico bona intestati tenentibus. Quidam habent talem literam, vel ab eius heredibus bona intestati tenentibus. quidam sic, vel ab eius heredibus. sub. ab his qui bona intestati tenent. & tunc intellige eius, Puellæ, s. & hoc referendo ad casum positiuum quem habes in fi. huius l. *Vel ab his* s. heredibus ipsius fratris qui bona, &c. si verò dicant heredes testatorem non habuisse ius testandi, & de viribus testamenti, vel de sua ditione, non audi: sed quando de viribus test. vel fideicomm. non erit à prætore prætermittenda. si tamen interim petat fideicommissarius heredem adire, potest si cognitio prolixiorem habeat tractatum: vt ff. ad Trebell. ille à quo. §. 1. sed qua exactione petetur fideicommissum ex testa. non rei vindica. licet legata vel † fideicommissa alia peti possunt 3 vel rei vindi. vel ex testa. vt j. communia. de leg. 1. sed in fideicommisso vniuersitatis contra, est, quia ibi non fiunt res fideicommissarij donec sit restituta hereditas: vt ff. ad Trebell. restituta. & l. facta. In aliis ab adita hereditate cedit dominium, & ideo competit rei vindic. *Quod regulariter traditur.* j. eod. ex testamento. & ff. eod. l. 3. & l. 1. §. 1. & est regula illa talis, vt si non potest adiri hæreditas ex testamento, non valeant legata vel fideicommissa, nisi repetita fuerint ab intestato: vt dicunt ll. prædictæ. pendent enim legata ex institutione, & caput † & fundamentum est totius testamenti: vt ff. de pigno. si paratus. & instit. de leg. §. ante heredis. fallit tamen hîc propter errorem testatoris, & in aliis casib. vt j. notaui. *Vt esset ab intestato success. postulandu.* Litera ista multum 4

videtur

videtur facere pro R. & cōtra nos. dicit enim regulam fallere cùm sic
5 adita † est hereditas, vt esset à successoribus, ab intestato postulanda. & ita videtur quòd venientes ab intestato erant rogati. sed non obstat nobis quod hic dicitur, quia ita est exponendum & intelligendum. nā regula locum habet cùm ab instituto potuit directò adiri hereditas: sed puella non potuit adire: quia nec tenuit institutio: vt s. not. & ideo tenentur heredes ab intestato venientes quasi rogati ad restitutionē hereditatis. hoc est quod dicit, *Non cùm illa ipsa sic data est*. Sic .s. quòd adiri non possit: & est postulanda ab intestato succedentibus quasi ipsi rogati essent. & non intellige quòd essent rogati, sicut R. nam eo ipso quòd puella rogata est sibi ipsi acquirere non potest hereditatem, videntur rogati heredes venientes ab intestato. secus est cùm testamē tum deficit propter solemnitatem: vt j. eod. si veritas. & s. si omissa cau. test. l. 2. §. 1. & ff. de vulg. subst. coheredi. §. cùm filiæ. patet ergo quòd fallit regula erroris ratione, sic & aliàs ratione delicti: vt ff. ad Silan. cum fisco. fallit & s. si omissa cau. test. l. 1. & 2. in princ. Item cùm ex causa præteritionis vel exheredationis irritum dicitur testa. vt s. de lib. præter. authen. ex causa. Item fallit in v. casu. s. de episcopis authen. si captiui. Item in vi. vt s. de episcopis authen. liberi quoque. Item in vii. vt s. de hæret. authen. idem est de Nestorianis. Item in viii. cùm ita dictum est à testatore: si non valet iure testamenti, valet iure codicillorum: vt s. de codicill. l. vlt. Item in ix. propter religionem sacramenti: vt ff. de leg. 1. cùm pater. §. filius. Item fallit in x. vt ff. si quis aliquem testari prohib. l. vlt. Item in xi. cùm per contra tab. irritatum est testa. nam tunc præstantur legata liberis & parentibus, & etiam vxori & similibus personis, vt s. de bon. poss. contra tab. l. 1. i. respon. & §. 1. Item fallit in xii. casu, vt instit. de eo cui libert. cau. bona ad in prin. & j. de testa. manu. cùm constitutio. Item fallit in xiii. casu: vt ff. de her. d. instit. l. vlt. Item alius casus posset notari in ff. de fideicom. libert. in testamento: & alius ff. de his quæ in test. delen. cancellauerat. ita est cùm institutio facta est in persona eius qui capere potest. ista enim puella bene erat capibilis, vt ita loquar. quid si damnatus erat quis in metallum, vel deportatus, & institutus erat? ille enim capere non potuit. nūquid ille cogetur adire & restituere? & videretur quòd sic ad similitudinem eius qui non potest capere nisi partem, est tamen rogatus totam hereditatem restituere. dicit enim l. quòd compellatur solidam hereditatem restituere: vt ff. ad Trebellian. cogi. §. t. h: qui solidum. & ad idem facit ff. si quis aliq. test. prohib. l. 1. §. 1. & l. penult. §. si fidei. sed tamen videtur contra. quia hereditas est pro non scripta: vt s. de hered. instit. l. 1. Vnde Io. distinxit, rogata sit talis persona restituere hereditatem, an legatum. si legatum, admittitur ad legatum & restituit, licèt ipse non habuisset: vt instit. si quis aliq. testa. prohib. si verò hereditatem, & erat persona quę pro parte poterat capere, pro parte non: de quibus habes. j. de secund. nupt. l. r. & j. de natu. lib. l. 1. 2. & 3. & tunc insolidum adibit & restituet. si verò omnia poterat capere, cogitur officio iudicis adire & restituere. sed si decessit ante aditā hereditatē, cogentúrne heredes eius? & certè sic, si transmiserit ad eos ius deliberādi.
6 alioquin contra. & quando † transmittit ius deliberandi, habuisti

s.de iure deliberandi,si decessit,adita verò hereditate cogentur heredes restituere hereditatem: vt ff.ad Trebel.si eius.§.siquis rogatus. si verò nihil poterit capere,non est cogendus.

L.15. QVAMVIS *simpliciter*. Non habita distinctione ad quem commodum hereditatis pertineat,vtrum ad vos, an ad patrem vestrum. *Intelligi potest,&c*. Et est mirabilis præsumptio, quòd propter hoc voluerit restitui,quod inferioribus,&c. *Restituenda,&c*. Potestas fuerit soluta,non tamen cogitur eos emancipare: vt ff.de condit.si cui contra. vel durante quidem potestate si pater facit aliquid in fraudem fideicommissarij:vt ff.ad Trebell. Imperator. *Obstrictum*. iudicis officio.soluta verò potestate poterit actionem intendere.

1 *Distinctio circa restitutionem prælegati.*

L.16. CVM VIRVM. *Præceptionis compendium testa.&c*. Cùm quæritur an prælegationes † sint restituendæ, distinguendum est an prius 1 restituere iussus est,an prius præcipere,& postea restituere. In primo casu semper retinet præceptiones: & est ratio,quia non videtur eum rogasse de eo quod tunc non erat, nec sibi dederat: nec videtur de eo cogitatum.& sunt de hoc multa arg.vt ff.de contrah.emp.l. in lege. In secundo casu distinguitur,an sit rogatus si placeret restituere portionem,an hereditariā portionem. In primo casu restituit omnia,in secūdo non,vt hîc,& ff.ad Trebel.Marcellus §.quidam.&l.in fideicommis. §.vlt. & ff.de leg.iij. si Titius. & posset satis hîc bimembris distinctio sufficere prætermisso primo membro quod in principio apposui. *Comprehensum esse*. Secus in donationibus inter viuos factis inutiliter puta,inter vir.& vxo.vt ff.de leg.ij.vnum.§.vlt.& l.seq.

L.17. SI CREDITORIS. *Iure subnixa*. Vt adsint quæ adesse oportet, & absint quæ abesse oportet. *Solemniter*. per acceptilationem. *Manifestum est*. ad hoc quòd aliquis possit ex vltima voluntate commodum consequi,hæc tria sunt necessaria, vt & voluntas sit, & solemnitas sit, & probari possit.

L.18. CVM NECESSITATEM. *Immutatam esse debere*. id est non debet mutari,itatamen si nihil ex administratione penes eum resideat.nec dolo fecerit quo minus perueniret. non enim videtur dolus remissus.Siquis ergo vult remittere,hoc ita debet legare: damnas esto heres meus,quicquid ab eo exegerit ille vel illa actione,id ei restituere,vel actiones ei remittere.vt hæc probātur.ff.de adminiſt.tut. quidā decedens.& ff.de libera.lega.siquis rationes.& l.Aurelio.§.j.

L.19. CLARI. *Posteriores volunta*. Expressas vel tacitas. ambulatoria enim est defuncti voluntas vsque ad extremum vitæ exitum:vt ff. de dona. int.vir. & vxor. cùm hic status.§. pœnitentiam.& ff.de admi-nist.le.§.vlt.& l.ex parte, nisi in casu: vt ff.de leg.j.si mihi & tibi.§. vlt. & de leg.iij.si quis in prin.

L.20. ETIAM. *Velut ab ipsis*. Intellige cùm eis relictum est aliquid. alioquin contra.vt s.eo.ab eo.si ergo pupillū heredem instituā,& à pupillo & ab eius tutore legare possum,nec vitiatur legatum,quia tutori nihil reliquit,siquidem contemplatione officij quod habet,videtur rogatus vt nomine pupilli præstaret:vt ff.de lega.ij.peto.§.mater.

1 He-

1 *Hereditas quando non transmittitur.*
2 *Cautio à tabellio adhibenda in substit.*
3 *Quando sine aditione transmittitur hered.*

SI IN PERSONAM patris tui, cui per fideicommis. relicta erat alij à fratre suo hereditas, si decederet frater suus sine liberis. *Utiliter cessit.* Quia in vita patris tui decessit patruus sine liberis. alioquin 1 † non transmitteretur hereditas: vt ff. de alimen. & ciba. lega. l. iiij. §. sed & si de. & ideo sapientes tabelliones ponunt in testamentis, si decesserit 2 sine liberis, restituatur † tali vel liberis eius hæreditas. & tunc quamuis dies non cedat in persona patris, transmittat fideicommissum vel hereditatem: vt j. de cadu. toll. §. in nouissimo. & j. de his qui ante aper. tab. sed ibi loquitur in hereditate non adita, quæ olim non transmittebatur 3 nisi esset adita. hodie speciale est in filiis, quod & sine † aditione ad eos transmittatur, vt ibi dicit. nō autem speciale est vt ad eos transmittantur conditionalia legata vel fideicommissa antequam cedat dies vel conditio: vt hìc dicit. *Nec dum teneat.* scilicet filium cui per fideicomm. relicta erat hereditas. *Quem.* scilicet patruum. *Rogatum.* sc. ab auo tuo patre tui patris. *Decesserit.* scilicet patruus. *Si ei successerit.* s. patruo vxor sua. *Conuenire eam.* vxorem. *Ab ea.* s. vxore patrui. L. 21.

ET IN EPISTOLA. Quæ scilicet contineat v testes: vt s. de codicil. l. vlt. *Breui lib.* ideo dicit quia non exigitur magna solemnitas. *Etiam nutu.* vt ff. de lega. iij. etiam nutu. & de leg. ij. cùm proponebatur in fi. Sed aliud in institutione heredis: quia necessarium est quod testator per se scribat aut nuncupet testibus subscribentibus: vt s. de test. iubemus. L. 22.

SI VERITAS. Assignatur contra instit. de fideicom. hered. §. vlt. Solut. ibi in prin. inficiatus erat relictum esse. postea delato sacramento confitetur relictum, & in minus solemni testamento: tunc negationis pœnam cogitur soluere. aliud si confiteatur relictum in minus solemni testamento, nec amplexus est defuncti voluntatem dādo relicta, vel transactionis causa stipulantibus promisit: vt hìc dicit. L. 23.

INSTRVMENTA. *Originis eorum.* Quia in eis continebatur qualiter testator ab alio euincit. *Proferant.* Simile est in re vendita, debet enim proferri instrumētum hereditarium: vt ff. de act. emp. Titius heres. licèt aliud videatur hic quàm ibi: quia ibi tenetur venditor de euictione, non tamen heres, si relictum est in specie: secus si in genere: vt not. s. de leg. si res. nec obstat. j. de libera. cau. sicut dare, quia illud speciale est. aliud enim in instrumento manumissionis, & rei per fideicommissum acquisitæ vel venditæ. L. 24.

HEREDVM. *Res propriæ.* Etiam si testator putet esse suam rē, quæ est heredis: vt ff. de leg. ij. vnum. §. si rem. L. 25.

EX REPVDIATIONE. *Fecisse asseueras* contra voluntatem tuam. L. 26.

1 *Quinque testes in ademptione legati exiguntur.*
2 *Legata nuda voluntate adimuntur.*

FIDEICOMMISSVM. *Pœnitentia probata eius,* scilicet qui reliquerat fideicomuiss. & hoc si probetur per verba expressa velle ade- L. 27.

misse,& sicut cùm legat quis,exiguntur v.testes, ita † in ademptione: vt š.de codicill.l. vlt. videtur contra, quia aliàs dicit l.quòd nuda voluntate adimuntur legata,& intellige etiam nuda voluntate † expressa,quia interueniunt inimicitiæ:vt ff.de adimen.lega.l.iij.§.vlt.non intellige quòd ademptio possit sciri per vnum testem vel duos,vt ita non sit nuda à solemnitate.

L.28. EX FIDEICOMMISSO. *Sine libertate*, id est non habita mentione libertatis:vt š.de lega.i.serui. *Poti non potest*. Nisi in testa.militis:vt š.de mil.test.ex his.

L.29. EX TESTA. *Si non ab intest. quo suc.rogati,&c.* Vel nisi dicat,si nõ valet iure testa.valeat iure codicil.vt ĵ.de manu. testa. si non iure. & ff.de vulg.& pupill.subst.coheredi.§.cùm filiæ.nec obstat š.eo.eam. distinguendum enim est verum non valeat testa. quia heres non potuit adire,an quia solemniter testatus est, aut quia præteriuit filium, non aut quia omissa est causa testamenti : vt sic diuersitates causarum præstentur,vel non legatum:vt in casibus ibi notaui.

L.30. CVM ACVTISSIMI. *Ante alios excellens Papin.* Multum commendat eum,vltra etiã Iulianum & Vlpianum. *Nisi cùm filius eius sine sobo.*& est ratio,quia qua ratione præposuit filium fideicommissario, scilicet ne quamdiu viuebat fideicom. haberet, eadem ratione & nepotem defuncti voluisse præponere videtur, sed si filium non præponet,puta quia præsenti die rogauit filium restituere,contra est omnino non aliter hoc sensisse. *Videatur,&c.*Secus ergo in extraneis,nam illud quod est š.de instit.& substit.l.generali.j. respon.in fi. non est cõtrarium,quia ibi in alio casu nõ isto dicit idem in extraneis.*Propriis an teponere.*Nemo enim vnquam carnem suam vnquam odio habuit.

L.31. QVIDAM. *à sacris.*Subaudi hoc substãtiuum vinculis. sacra enim debet videri persona patris filio,& patroni liberto:vt ff. de obsequiis l.liberto. *Quas exhereda.*idem & si non erant tales, esset necesse exheredari:vt š.eo.ab eo.

1 *Generale iusiurandum sufficit quando agitur de calumnia.*
2 *In omni vltima voluntate 5.testes exiguntur.*
3 *Vtrum solemnitas per duos testes probari possit.*
4 *Omne nimium vertitur in vitium.*
5 *Vtrum nuncupatiuum testamentum per scripturam probari possit.*
6 *Nemo anceps subire periurium cogi potest.*
7 *Inficiationis pœna.*
8 *Testatoribus parendum.*
9 *Iudicium quando lege repræsentari dicitur.*
10 *Semel heres nunquam desinit esse heres.*
11 *Falcidia iure institutionis amitti potest.*
12 *Secus in quarta debita iure natura.*

L.32. QVÆSTIONEM. *Vel fortè legatarij.* Quia fortè legatarius erat oneratus præstare x.vel id quod sibi relictum erat. *Prius iureiurãdo de ea præstito.*Ab eo qui petit,& defert sacramẽtum: vt ff. de iureiur. iusiurandum.& ad pecu.§. qui iusiurandum. & ff. rerum amota. Marcellus

tellus §. qui rerum. & hoc de iure antiquo, vbi super quolibet capitu-
1 lo iurabatur. hodie sufficeret † generale in principio præstitum, quod
nihil faciet in tota lite animo calumniandi. *Cùm ipse sibi iudex*. Subaudi,
quasi. *Et testis*. subaudi, quasi. & sic non contradicit tit. ille, ne quis in
sua causa iudicet, vel ius sibi dicat. nec s. de testib. o ̄nibus. Eodem e-
tiam modo posset assignari pro contrario ille tit. de iureiuran. s. & ff.
vel minus. *Vel nemo*. Hìc assignatur contra. s. eo. si veritas. quia hìc te-
netur quis ad relictum, etsi deficiat solemnitas. ibi dicit contra. Quidã
distinxerunt vtrum voluerit testator solemniter testari, an non. In pri-
mo casu locum habet l. illa, hæc autem cùm sine solemnitate testati
voluit. & pro his faciunt verba posita in princip. huius l. si sine scriptu
ra. sed alia inferiora contradicunt. sed siue v. sint testes siue minus. vn-
de ibi, si sine scriptura, subaudiẽdum est maximè, & quia hic loquitur
de testatore, ergo necesse est quod voluerit testari. ille enim testator
dicendus est. B. dixit, quia si per testes vult probare test. septem exigũ-
2 tur. si codicillos v. quia in omni vltima voluntate † v. exiguntur: vt s.
de codicil. l. vlt. M. distinxit, vtrum probet de voluntate, vt tunc v. vel
3 vij. exigantur, sicut dixit B. an de solemnitate, & tunc per † duos possit
probare, Io. non distinxit, probet de voluntate, an de solemnitate, quia
si probetur de voluntate vltima, probatur & de voluntate solemni. vt
nor. s. de bo. pos. secun. tab. l. ij. & ita septem vel quinque exiguntur te-
stes quando vult probare legata vel fideicommissa per testes. requiri-
tur enim nimia solemnitas. id est maxima, & ita non reprobatur hìc
nimia solemnitas, sic ff. de lega. ij. l. penultim. §. vlt. & ff. de iure dot.
4 si mulier §. ex affe. & sic non vsquequaque verum est quod dicitur, o-
mne † quod est nimium, vertitur in vitium, & voluerunt quidam di-
cere quod dicit litera illa. cùm enim res per testiũ solemnitatem osten
ditur, id est, cùm quis testatur sine scriptis, afferentes nuncupatiuũ te-
stamentum non posse probari nisi per testes, non ob hoc credimus es-
5 se dictum. glossamus ergo. i. cùm quis vult probare per testes. Si quæ-
ras, vtrum nuncupatiuum test. possit probari † per scripturam, dico
quod non. est enim nuncupatiuũ quod fit coram testibus sine scriptu-
ra. potest enim esse ita bonæ opinionis quilibet septem testium vel me
lioris, quàm tabellio, per cuius scripturam probaretur. vnde si hoc cõ-
sideremus, iura non probantur per scripturam. & est quæstio sabbati-
na: & hinc inde multa arg. inducuntur, quæ nõ curo ad præsens perse-
qui. sed in hac ciuitate probatur per instrumentum tabellionis, vbi cõ-
tinetur de legatis & de testib. vt not. s. de bo. poss. secun. tab. l. 2. Ita est
cùm quis vult probare per testes de legato & fideicommisso sibi reli-
cto. si verò per sacramentum, potest, vt dicit Lista. & heres aut legata-
rius vel fideicommissarius si onerati sunt, tenebuntur subire. alioquin
præstabunt legatum vel fideicommissum, siue omnino dicant nihil esse
relictum, vel minùs quàm petat fideicommissarius: & hoc si nouit ve-
ritatem rei. nam si iurat N. tale se audiuisse à testatore: vt inst. de fidei-
6 com. hered. circa fi. aliàs enim cogeretur anceps subire periuriũ. quod
esse † non debet, sicut dicit l. in tutore: vt ff. de in lit. iuran. videamus.
Solue ergo competentius sic contrarietatem, quia l. si veritas. loquitur
quando à principio confitetur quis legatum, sed dicit minus solemne,

& ideo non præstandum. hîc à principio negatur: quia aliàs ad quid defferretur sacramentum, si confiteatur post iusiurandum. Si dicat minus solemne testa. nihilominus præstabit, quia hanc pœnam patitur † negationis: vt instit. de fideicommis. here. §. & quia sicut in l. Aquil. 7 patitur quis pœnam negationis: vt s. de non num. pecu. authen. contra qui propriam. vel si non vult subire sacramentum, & dicat recurrendum ad testes, nihilominus præstat, vt hic dicit: & sic strictiùs quàm s. dictum est vbi dixit legatum præstandum. leges enim illæ dicebant lucrum hereditatis amittere eos qui testatoribus minimè † paruerũt. 8 Sed videtur contra. s. de inoff. test. si quis. Solutio: verum est quod hîc dicitur de amittenda hereditate quando hoc testator præcepit in testa. suo. vel hîc loquitur de eo qui nullo modo fecit quod testator voluit: ibi de eo qui tardè: & tunc locum habet pœna illius l. vel aliter, quia hîc non dicit ita esse: sed ita continebatur in antiquis legibus. & quicquid esset secundùm leges istas, tamen authent. hoc innouat amplius tractando & dicendo circa materiam istam. & sic habes authen. HOC AMPLIVS, &c. *Non repræsentatum*. Quidam habent literam, siue non sit lege repræsentatum, hoc est lege munitum. & hoc potest haberi per id quod dicitur in corpore authent. quia ibi ita continetur iudicium defuncti legitimum. & si habes, non repræsentatũ, dic quòd iudicium dicitur lege † repræsentari, sicut est in quibusdam quæ facto 9 hominis non oportet repræsentari, sed lex ipsa repræsentat, vt in libertate fideicommissaria relicta in testa. peruenit enim ad libertatem per S.C. si heres non manumiserit: vt ff. de fideicommis. lib. cùm heres. §. pen. & antepen. & l. si cùm §. si quis seruum. & sic secundùm istud dicitur l. repræsentari. Idem si seruum ea conditione vendam, vt manumittatur: vt s. si mancip. ita fuerit alienatum. ea quidem. Idem si testator reliquit Stichum in testa. suo: tum & antequam heres esset in mora, decessit sine dolo & culpa heredis: vel cùm obtulit, legatarius noluit accipere. his enim casibus non tenetur. & hæc etiam probantur per aliud quod continetur in corpore anthen. aut si non illud l. subaudiunt quidam, prohibeat nos demonstrat. qualiter autem demõstret hæc l. s. dixi per exempla de Sticho cùm decessit mora legatarij interueniente excludi, &c. & est bene notandum. quia aliàs qui semel est heres, nunquam desinit esse † heres, nisi in casibus: vt ff. de vulg. substi. 10 & l. ex facto. §. Iulianus, sed hic non restituit aliis bona ita quòd ipse heres remaneat: imò desinit esse heres: & alij gerunt pro herede, vt cõtinetur in corpore anth. in tertia columna. *Præter debitum naturale*. arg. quòd & si non fiat inuentarium ab hærede quamuis amittatur † Falci- 11 dia iure institutionis, non tamen amittitur debita iure naturæ. Cùm enim contempsit iudicium testatoris retinetur debita † iure naturæ, 12 ergo multò magis si non fecit inuentarium. & quod amittatur debitũ iure institutionis, dicit authen. j. ad leg. Falcid. sed cùm testator. *Substitutis*. ex hoc dicunt corrigi quod est s. de impub. & aliis substit. post aditam. Sed contra est, quia hic substitutus non admittitur ex vi substitutionis vulgaris, quia illa expirauit, sed ex auctoritate legis & constitutionis istius sicut & alij hic enumerati, quos constat non fuisse substitutos, *Donatis*. id est honoratis. *Prior nominatus est*. Nota ordinẽ scripturæ

Sic in vet. libro reperimus.

pturæ seruari. sic ff. de fideicom. generaliter. § si quis alie. argu. contra ff. de sol. nec enim. & l. in his. §. vlt. & ff. de pecu. lega. l. quidam. *Exheredatis nec hic quidem resp.* non intellige quòd exhæredati non respiciātur, hoc est, quia etsi sint exhæredati, nihilominus: admittuntur enim omnino, vt in corpore authen. §. exhæredatos. *Extraneos.* No. est de extraneo quia aliàs non inuenies s. vnde cog. vnde legi. vnde vir & vxor. quòd defertur extraneo hæreditas. *Vel fisco.* ad vltimum defertur fisco, quia omnia capit tanquam infernus, senescallus Imperatoris, vel procurator fisci accipiet bona illa.

COMMVNIA DE LEGATIS ET FIDEICOMmissis, & de in rem missione tollenda.

Tit. XLIII.

1 *Donatio dicitur honor.*
2 *Legatarius detrahit Falcidiam de legatis.*

1 CVm hi. Honorati. Donatio † enim dicitur honor: vt ff. manda. si remunerandi. *Plerunque*, ideo dicit, quia quandoque non habent cùm ipsi possident rem legatã: vt quia deposita erat vel commodata. vel ideo dicit, quia erat persona quæ non poterat capere: & sic non valet legatum, nec competit actio personalis. *Vel vendica. vel sinen. mo.* qui modi legandi erant olim: vt instit. de lega. in prin. hodie ablati sunt. *Posteritas* i. nos qui posteri sumus. *Nec inextrica. circus. lau.* vt ff. de condict. inde dominus. sic ff. de vsufr. quemad. caue. si vsufruct. mihi legato. *In rem quidem missionis.* antiquo tempore non poterat rei vendicatione petere nisi primò mitteretur in possessionem *Omnibus verò tam legatariis.* i. omnibus legatis vel fideicommissis. colligit enim genera singulorum legatorum solemnium, non singula generum. non enim facit differentiam in modo legandi, siue sinendi modo, siue alio. alioquin contradicet instit. de actio. §. omnes. & de oblig. quæ ex quasi contract. circa finem. *In testamento quibus voluerit dare*: vt ff de alimen. & cib. leg. Lucius. *Tacitas hypothecas.* j. quib. mo. pig. vel hypo. ta. *Nisi aliquid lucri afferat ei.* huius 2 Larg. dixit B. quòd legatarius detrahit Falcidiam † de legatis sicut hæres. sed hîc dicit quòd lucrum debet afferri legatario: si enim nullum esset ei ablatum, non posset onerari: vt s. de fideicom. ab eo. aufertur ergo sibi lucrum, quia percipit legatum: sed tamen tenetur restituere: & sic lucrum habuit: vt ff. sol. matr. si cum dote. §. si patri filia. nec facit pro B. l. quam induxit ff. ad l. Falcid. pœnales. §. vlt. quia ibi non cõcedirur, nisi cùm hæres contra legatarium vsus est Falcidia. sed est cõtra eum ff. ad leg. Falcid. lex Falcidia si interueniat. §. vlt. & ff. ad Trebell. si patroni. § qui fideicommiss. & l. mulier. §. vlt. & l. namque. §. vlt. & l. 1. §. si is qui. & l. Lucius. §. hæres. & de annuis lega. l. liberto. §. à liberta. & de vulga. subst. cohæredi filię. & de lega. 2. Imperator. *Non ipsius hæredis, &c.* nisi post sex menses: vt j. in poss. lega. certa.

L. I.

1 *Ab inuitis exiguntur fideicommissa.*
2 *Fideicommissaria libertas non statim adita hæreditate acquiritur seruo.*

L. 1. OMNE. *Quale est iubeo.* Cur magis est directum quàm alia, rogo,& similia?Respond.quia dirigitur ad personam quam onero.idem dici potest in aliis. idem tamen est, etsi dirigantur in alium verba,in alium voluntas:vt ff.de lega.2. cùm pater. §. donationis. vel tunc directa sunt quando legat:tunc sunt precaria,cùm fideicommis. committit.vt ff.de fideicom.dicimus. *Siue iuramentum*, quo non præstito nihilominus datur legatum: vt ff.de condit. instit. quæ sub condit.nisi in casibus:vt ff.de manu.testamento,si quis liber.& condit.& demonst.municipibus. *Quæ naturaliter insunt lega.* vt quia ab inuitis † exiguntur fideicommissa.olim autem ex fide hæredum petebant, vt cogi non possent,nisi per pudorem:vt instit.de fideicommiss. liber.circa prin.tit. *Quod non habuit lega.* vt quia ab intestato relinqui non poterant:vt instit.de fideicommiss.§.præterea. *Accommodetur*,quia ex testamento tantùm relinquitur,sed fideicommiss. ab intestato: vt instit. de fideicom §.præterea. *Ex omnibus personis*.ex testamento,si testamẽtum sit factum.sed & si testamentum nullum sit, competit tamen ex testamento actio: quia quantum ad fideicommissum perinde habetur ac si test.factum esset.sed dominus meus putat hanc actionem ab intestato locum non habere,imò persecutionem fideicommissi. *Et secus dirimatur natu.*Fallit in fideicommiss.libertate, quæ statim non acquiritur seruo † adita hæreditate.sed in directa contra:vt ff.de fideicom. liber.generaliter.§.vlt.& l.cum vero.§.vlt.& de testa.manu.liber.item in quolibet fideicommisso fit priùs respectus cuius fidei committitur,& statim transit cum fideicommisso,in legato cõtra : vt ff.de furt. à Titio.& de pecul.sed & si damnum §.si & creditor.& de leg 2.Imperator.& est ratio,quia hæres etsi non huius rei,aliorum tamen fit dominus:quod non est in legatario. de legatario autem transit in fideicommissarium:vt ĩ.eo.l.1.1.responso.& §.& hoc.potest ergo dici correctum quod legitur ff.de fideicommiss.libe.cum vero. §.apparet.

1 *Tabellio liber esse debet.*
2 *Alienatio ratione fideicommissi,quomodo reuocari potest.*
3 *In fideicommissarium per restitutionem transfertur dominium.*
4 *Pendente conditione valet alienatio.*
5 *Deducta dote.*

L. 3. SI DVOBVS. *Res iudicem fortunam esse.* Sic aliàs ff. de iud. in tribus. Respond. ergo tantùm in seruis,non in aliis rebus. sed idem videtur ibi respondendum. *Vsque ad xxx.solid.*id est aureos,vt instit. de pœna te.litig §.vlt.& per l.ff.de in ius voc.l.vlt.& penult. & intellig de talibus aureis quorum lxxxii.faciunt libram:vt ĩ.de suscep.& arca.l.quotiens Notarios.tabellio autem esse † non potest, nisi sit liber:vt ff.de tabulariis,generaliter.& sic æstimantur hic serui,sicut enumerat.aliàs fit aliter æstimatio:vt ĩ.de cond.inser.l.vlt.& de donat.si si quis ar.& ĩ.de communi seruo.l.t.ne autem quantitas. *Ipsi legatario videri datum*,&c.hoc fauore vltimæ voluntatis intelligas. aliud est in vendi-

uenditione: vt ʒ. de contrahen. emp. l. vlt. *Sed quia nostra maiestas*, &c. Huic assignatur cōtra ff. ad Trebell. Marcellus. §. res. Solutio: hæc corrigit: vel non tenet alienatio in eo quod supra quartam est: sed vsque 2 ad quartæ æstimationem tenet: & ideo † alienata reuocari possunt pro tribus partibus quarta reseruata hæredi. Aliud assignatur contra ff. ad Trebell quidam. §. si quis filium. sed hîc purè debebatur hæreditas, ibi sub conditione erat restituenda, qua pendente hæres manumisit seruum hæreditarium: quod fauore libertatis, vt ibi dicitur, est recipiendum. sed contra hoc est quod dicitur ff. qui & à quib. manumit. generaliter, §. vlt. dic ergo non posse manumitti inter viuos. & sic non obstat. *Vel fideicom. vniuersitatis*. sed qualiter datur rei vendicatio 3 generali fideicommissario, cùm l. dicat in eum transferri † dominium per restitutionem: vt ff. ad Trebell. facta. & l. restituta. vnde patet quòd antè non est dominus. in speciali fideicommisso non est dubium quòd statim transit adita hæreditate. Respon. quod hîc dicitur de vtili, verū est: directum enim non habet nisi restituta hæreditate. vel dic quòd non transit dominium donec restituat ea, scilicet quæ habet hæres. alienata enim cùm non habet, non potest restituere. *Emptor tunc si sciet*, &c. Assignatur contra ʒ. de euict. si fundum. dic vt ibi notaui. patet ergo per l. istam quia extante conditione non præiudicatur ei cui re4 stituendæ sunt res. sed tamen interim pendente † conditione valet alienatio: vt ff. quemad. seruit. amit. l. is cui. & ff. de fideicom. liber. genera. §. quotiens. & ad Trebel. si hæres instit. §. 1. sed hodie etiam interim non possunt alienari, vt hîc dicit authen. Res quæ subiacent, &c. liberis tamen si portio legitima non sufficit ad dotis seu donationis propter nuptias obligationem, permittitur res prædictas in eam causam alienare, & obligare pro modo personarum honestati congruo. vnde determinatur quid, de quo multùm posset dubitari, si aliquis filios suos instituat hæredes, & subiunxit: quòd si aliquis eorum decesserit sine liberis, restituatur portio sua superstiti. si enim decedat alter postea sine liberis, nec tantùm restat pro legitima, quòd in eo possit sibi satisfacere vxor quæ dotem suam exigit: quæri posset, an inueretur 5 dos, an fideicommissum: & certè deducta dote † restituetur fideicommissum: quoniam cùm legitima portio non sufficiat ad obligationem dotis, per authent. videtur quòd permissa sit alienatio exigenda. vnde sic notauit hîc dominus meus, excipitur dotis & propter nuptias donationis obligatio à grauata persona facienda, cùm dotem vel propter nuptias donationem dicatur accepisse. item excipitur nuptialium lucrorum pactum: vt infrà authent. de restit. coll. 4. 1. responso.

DE FALSA CAVSA ADIECTA LEGATIS. TIT. XLIIII.

VERBA *testa*. Erat enim testator confessus in testa. suo sibi solutam pecuniam à debitore, aut enim hoc erat verum, aut falsum. si erat verum, liberatus est debitor iure communi contingēte liberatione. si nō erat, videtur quòd vo- L. 1.

luerit ipsum liberare & habet exceptionem. sed & agere potest vt liberetur ipso iure per acceptilationem: nisi liquidò probari possit eum non liberari debitorem voluisse, sed errore lapsum solutam sibi pecuniam existimasse præsumitur ergo per verba illa testamenti quod testator voluit liberare debitorem. & ad idem facit ĩ. de donatio. quæ donatio. aliud est in contractu inter viuos. nec enim etsi confiteatur sibi solutum, verisimile est quod voluerit donare, imò in non numerata pecunia habet exceptionem infra xxx. dies: vt s. de non numerata pecunia. In contractibus in dote intra annum à dissolutione matrimonij: vt s. de dote can. non nu. l. vlt. & est ratio, quia fauorabilior est voluntas deficientis. vel inter viuos facere videtur gratia lucri spe futuræ numerationis, in morte gratia donandi: vt ff. pro socio. assignatur contra. ff. de lega. ij. Titia. §. Gaius Seius. Solutio, non loquitur in hoc casu. si enim dicat testator, confiteor mihi pecuniam esse solutam, seruatur quod hic dicitur. ibi ita dixerat, sciatis heredes mei nullam esse pecuniam penes vxorem meam. si postea inueniatur penes eam, poterunt eam conuenire, nisi probet quod testator voluerit sibi donare. ibi enim nolebat eam excusare, nec agebatur de liberatione, sicut hic.

L. 2. ETIAM. *Competit actio.* Hoc cùm dixit in propria persona, lego x. quæ debeo. aliud in secũda persona & tertia: vt diligenter hæc tradita sunt in summa, quod dictum est vsque ad illum §. vbi verò, &c.

1 *Falsa demonstratio non vitiat legatum.*

L. 3. SI NON DESIGNATA. id est non designata certa quantitate in sententia: quia ita valet si in aliqua parte actorum certa sit quantitas comprehensa: vt ĩ. de senten. quæ si cer. quanti. l. iij. si ergo non sit designata certa dotis quantitas, necessaria est probatio numeratæ pecuniæ. si verò certam quantitatem expressit, debetur, etsi nihil in dotem datum sit. falsa † enim demonstratio non vitiat legatum: vt instit. de lega. §. huic proxima. & §. longè. assignatur contra ff. de leg. præstan. pet. bo. pos. contra tab. is qui in possess. §. ei. & l. vitilis. §. vlt. sed illud locum habet expugnato testa. per contra tab. 1

L. 4. SI DOTEM *Cum autẽ soluta, &c.* sic s. eo. l. j.

REFERT. id est differt. *Largiter*, id est valde. non intellige quod sit proprium nomen, sicut dixit quidam stultus grammaticus.

DE CONDITIONIBVS INSERTIS TAM LEgatis quàm fideicommissis libertatibus.

TIT. XLV.

1 *Inter modum & conditionem differentia.*

L. 1. IN LEGATIS. *Pro conditione obseruatur.* Vtrobique enim qui nõ paruit, lucrum amittit, nisi steterit per legatarium, sed per alium in cuius persona testator voluit modum vel conditionem impleri: vt hic dicit. est tamen quædam differentia inter modum & † conditionem: quia vbi legatum est sub 1 mod-

modo, legatarius potest statim petere legatum præstita cautione de modo implendo. sed in conditionali legato non agit legatarius nisi impleta conditione: vt ff. de condit. & demonst. qui hæredi. & de annuis lega l. liberto. §. Lucius. & de fideicom. liber. cùm in testamento. & de leg. 3. si tibi legatum.

L. 2.

EX HIS VERBIS. *Neque si petitio noscebatur.* Videbatur legatũ inutile: quia cùm modus adiectus sit pro conditione, necessarium erat antè parere, id est, ex his x v. millia restituere, quàm posset legatum petere. rursum restituere non poterat antequam legatum locum haberet. Impediebatur ergo legatum, quia nõ potest vtrumque prius esse quàm alterum, i. priùs habere quàm restituere, & rursus priùs restituere quàm habere. at seruo relicto tibi vt eum manumitteres, valet legatum, fauore libertatis, vt diuus Seuerus constituit. *Siue ad conditionem.* puta sic, Lego x. Titio, si nauis ex Asia venerit, vt restituat v. Mæuio. *Siue ad modum.* sc. tantum, nulla apposita conditione. *Heredẽ suum,* i. testatoris.

In manuscripto hic titulus præcedit superiorẽ titul. de conditionibus.

DE HIS QVI SVB MODO RELICTA seu fideicommissa relinquunt.

TIT. XLVI.

L. 1.

CVM TESTATOREM, &c. *Institutus.* hæres. *isque*, sc. hæres pro parte institutus. *Nepo. hære. instit.* & ita dubium erat, cùm reliquerit vnum nepotem, moriatur sine liberis, an non. videbatur enim quòd moreretur sine liberis, cùm vnus tantùm fuit, vel erat quæstio vtrum si habuit nepotem, & non filios, videatur decessisse sine liberis.

1 *Conditiones quando pro non appositis habentur.*
2 *Filiæ remittitur cautio de non diuertendo.*

L. 2.

CVM PATREM *Precepisse.* Filiæ hæredi institutæ, cui sine conditione remittere potuit, aliud in conditione de vtendo fruendo arbitrio boni viri: vt. J. in poss. lẽga. l. scire. *Si à marito*, non ponitur conditionaliter, imò pro quamuis: quasi diceret quamuis à marito, &c. per hæc ergo verba, *Si à marito*, &c. tacitè intelligitur cautionem esse remissam, si à marito diuerteret: sed nõn est ita, quanuis euitare conabatur 1 ob turpem conditionem diuortij ei iniunctam: quia tales † conditiones, si quando alicui sint iniunctæ, pro non appositis habentur, & accedit ad relictum, ac si purè ei relinqueretur: vt s. de condit. instit. reprehẽdendũ. *Remitti soleo*, quasi turpis, & retento legato vel hæreditate. i. vt ita remittatur cautio hæredi, fidei commisso præstando, sicut 2 remittitur filiæ † cautio de non diuertendo. *Formam:* ex qua forma cautio procedit de fideicommisso præstando in diem vel sub conditione relicta ea die vel conditione existente. *Voluntati non obtemperaturus*, tacitæ & præsumptæ, quam cùm ita dicit, caueas, si non diuerteris: non accipitur hic contrarius sensus, vt relicta sit immunitas cautionis, si diuerterit. qui contrarius sensus turpem induceret conditionem,

Sic in vet. libro.

quàm potiùs non impleri, quia turpis erat quam impleri videtur voluisse testator. si verò contrarius sensus honestam induceret conditionem, præsumeretur defunctus id voluisse fieri, quod innuitur contrario sensu: quia testator iniunxit onus in legando. secùs si commodum reliquisset: vt ff. de manu. test. si quis locuples. hîc si expressim hîc reliquisset immunitaté cautionis, si diuerteret: idé quod in legato diceré.

L.4. LEGATVM, &c. Assignatur contra s. de instit. vel restit. l. 1. quidam distinxerunt vtrum aliàs esset tantum relicturus, an non. si non esset tantùm relicturus, dixerunt non deberi legatum vel fideic. vt hîc. patet enim quòd aliàs non esset tantùm relicturus, quia pro nihilo conditionem apposuisset. si verò esset tantum relicturus nihilominus habebit: vt ibi. vel dic quod si moriatur, & fui in mora, nihil habeo. alioquin contra: vt ff. de condit. & demon. l. penult. §. 1. vel distingue sicut Io. vtrum ex facto meo pendeat conditio, an ex meo & alterius si ex meo & alterius per casum fortuitum stetit, nihil habeo, vt hîc. aliud si per eum in cuius persona apposita est conditio, totum cõsequor: vt s. fallit tamen in legato alimentorum & libertatis: vt ff. eo. cum ita. & l. in testamento. si ex facto meo tantum pendeat, & stetit per casum, habeo legatum: vt ff. de condit. inst. quæ sub con. §. quotiés. si per alium stetit, nihil habeo: sed alius tenetur mihi l. Aquil. vel actione in factum. & si non fuerit soluendo, habeo recursum ad legatum vel hæreditatem: vt ff. de condic. ob causam l. 3. §. vlt. & ff. ad leg. Aquil. inde Neratius. & hæc in summa. §. si verò factum.

L.5. SI VXOREM. *In patria potestate.* Nota quia per Lombardiam dicitur vxor in potestate mariti, non patris, & quoad debitum carnis reddendum bene est in potestate mariti: quoad acquisitionem tamen & similia in patris manet potestate, vt hîc dicit.

L.6. SI PLVRES *personæ in vnam conditionem.* Hic distingue, fuerit cõditio diuidua, an indiuidua: vt bene dicitur in summa. §. vbi autem plures personæ aliquid facere iussę sunt, &c. vsque ad §. sin autem cód.

L.7. CVM QVIDAM. Herili testamento, id est titulo domini. *Per fortuitos casus.* Quid si conditionem implere voluerit, sed pecuniam non habuit? Respond. non peruenit ad libertatem, vt à contrario sensu percipitur: vt ff. de condit. & demonst. l. cùm ita. *Nisi ipse.* pro si & non. q. d. & si seruus noluerit implere conditionem, non fit liber: & ita non excipit de prædictis. sed alium casum ponit non contentum in præmissis verbis. *Repudiatum.* No. hîc speciale, vt ex sola repudiatione sibi præiudicet. *xv. solid.* aliter fit æstimatio s. cõmunia. de leg. l. vlt.

DE VSVRIS VEL FRVCTIBVS LEGATORVM. TIT. XLVII.

1 *Quando vsuræ præstantur cum interesse & damno.*
2 *Dominium quando transit ad legatarium.*

L.1. LEGATORVM. *Quo lis contestata est.* Ante etiam quandoque præstantur, si fuerit in mora: vt ff. de condit. & demon. si cui. in fi. & ff. de leg. 2. si quis seruo. & nedum à tempore moræ præstantur vsuræ, sed † etiam interesse, & omne 1 damnum:

damnum: vt ff. de leg. 3. patronus 1. responso. sed & fructus rerum indubitanter veniunt à tempore litis contestatæ, sed à tempore moræ si res non fuerit legantis. si verò fuit legantis, ab adita hæreditate: quia extunc transit † dominium ad legatarium: vt ff. de furt. à Titio. & ff. de vsur. Herennius Modestinus. sed tamen hæres posset excusari à fructibus si nesciret rem legatam, & perciperet eos ante moram, & consumeret: vt ff. de acquir. rer. dom. l. quæsitum.

ADVERSVS. *Arbitro*. id est iudice delegato. *Præfiniet* remissa satisdatione propter paupertatem: vt ff. si cui plus quàm per l. Falcid. cùm non facilè. *Post lit. contest.* sed & post moram: vt s. eo. l. 1. not. L. 2.

SI HOMINES *certi*. Ideo dicit, quia si duo essent relicti in genere, genus non potest perire: sed in incerta specie potest: vt hic, & ff. ad leg. Falcid. in ratione. §. incertæ. L. 3.

IN LEGATIS, &c. Cum prædicta distinctione intellige l. istam, perceperit hæres fructus bona fide, an non: vt not. s. eo. l. 1. L. 4.

AD SENATVSCONSVLTVM TREBELL.

TIT. XVLIII.

1 *Omne ius Pegasiani translatum in Trebell.*
2 *Legatarij conueniunt fideicommissarium in solidum.*
3 *Improprium est de viuentis hæreditate quem sollicitum esse.*
4 *Vtilis rei vindicatio non impedit hypothecariam.*

SI EX SENATVSCONSVLTO *Trebelliano*. Olim erant duo, Trebellianum scilicet & Pegasianum. sed hodie † omne ius Pegasiani translatum est in Trebellianum, vt inst. de fideicom. hære. *Dodrantem*, i. 8. vncias. sunt enim nomina quæ sub asse continentur, quæ certas significant partes hæreditatis: vt instit. de hæred. instit. §. hæreditas. *Restituisti.* re vel verbo: vt ff. eo. restituta. *Quod creditoribus heredit.* sed legatarij conueniunt † fideicommissarium in solidum: vt infra l. vlt. act. nego. gest. quia non tenebatur soluere nisi pro parte competenti. vnde & si pro dodrante præstitit cùm gessit negotium alterius vtiliter, quia soluit quod ille soluere tenebatur, datur actio neg. gest. quia ille ratum habuit, vel debuit habere: vt not. s. de neg. gest. si mandasset ei, haberet actionem mandati. Habes hic autheut. CONTRA *rogatus*, &c. id est, econtrario. nam vtile dictum est dodrantem restituendum, & quartam retinendam. hic verò cùm non hæreditatem, sed quod supererit ex hæreditate post mortem, rogatus esset restituere, dodrantem retinet, quartam cogitur restituere: & de hoc præstat cautionem: quod non videtur: quia, vt Iulianus ait, improprium † est de hæreditate viuentis sollicitum esse. sed hic dicit contra: vt infra in possess. lega. cùm Artemidoram. *Quòd si contingat eam.* Olim distinguebatur vtrum faciat animo intervertendi fideicommissum, annon primo casu tenebatur, alioquin cõtra: vt ff. ad Trebell. Titius. sed hodie rogatus quis vt si sine liberis, &c. quartam debet restituere, & præstare cautionem, vt hic L. 1.

dicit. *Aut ea deficiente.* simile j. de pigno. act. sed si debitor. vt enim ibi dicitur. prius peruenitur ad principalem debitorem quàm ad possessionem rerum. *In rem act. & hypo.* videtur quod si agat rei vendica. non possit hypo. quia nemini res sua est obligata. sed dic quod † vtiliter rei vindicatio non impedit hypothecariam, vt hic. si haberem directam, bene impediretur: vt ff. de excepr. rei iud. l. pen. & ad Trebel. debitor. *Ex causa tamen dotis.* nam causa dotis permittitur diminuere res quæ subiacent restitutioni: vt ꝫ. communia de leg. auth. res.

L. 2. AD EVM. *Successi. onera.* Subaudi, pro portione competenti. Seu legatorum subaudi, in solidum, vt j. l. vlt.

L. 3. SI PER FIDEICOMMISSVM. *Quarta partis.* Solutæ reip. per ignorantiam facti. & ideo habent repetitionem: vt j. ad l. Falcid. error.

L. 4. NON IVSTAM. *Quoniam auia testatoris.* Testator iste fratrem suum & auiam instituit hæredes. ab auia reliquit fideicommissum. & ei substituit si hæres non erit. hæc auia callidè repudiauit, vt ad cohæredem deuolueretur, à quo nihil erat tibi relictum. deinde coacta est à prætore adire. deinde decessit priusquàm gereret pro hærede. hoc casu timere non debes ne fideicommissum amittas: quia à substituto tacitè videtur repetitum. nec quartam retinere poterit, sicut nec ipsa poterat, & quòd videatur onus repetitum ab substituto, nisi contraria voluntas defuncti appareat, dicitur in ff. de lega. 1. licet imperator. idem in cohærede, cui obuenit portio defecta. Sed quare cogitur auia pauciora instituta adire? quia si repudiauit, peruenit hæreditas illa ad substitutum, & ipse tenetur restituere. Respon. quia magis interest sua habere ab instituto quàm à substituto, quia sunt legata ab instituto, quàm à substituto, arg. ff. eo. recusare. §. Titius. præterea primò videtur instituta permissione defuncti repudiasse, cùm ei directo substituit: vt ff. si omiss. cau. testamen. quia autem. 1. responso. non ergo fecit fraudem: quod hîc dicitur. Respon. quia testator tacitè videtur permisisse de repudiando, & bene potuit repudiare, si non eo animo fecerit, vt alij noceret, vt & hic non erat aliàs repudiatura, nisi vt noceret fideicommissario, & ideo non videtur permissum, arg. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. denique. *Prius.* Id est, priusquam adiret. licèt enim coacta sit adire, non tamen adiit. *Neque enim quarta retentio, &c.* Licèt ergo substitutus in nullo peccauerit, quartæ tamen retentionem non habet, cùm illa quæ repudiauit, retinere non potuit, arg. contra est ff. ad l. Falcid. quòd si alterutro. sed in hæredibus ab intestato non seruatur quòd sicut onerati, vt ff. de leg. 2. Celsus. §. vlt.

Sic in manuscripto reperimus. *Sic in vlt.*

L. 5. ET SI NV. *Successionem obtinere.* Subaudi, per restitutionem vel fideicommissum. rogauit enim in codicillis venientes ab intestato de restituendo. *Vltra quartam.* Id est, in eo quod est vltra quartam, hoc est in dodrantem. *Præstiterit.* Vel perstitit, id est, præualuerit apud sapientes.

L. 6. IVBEMVS. *Inuicem.* Id est, versa vice vnius alteri. *Non per imputationem reditum.* Assignatur contra. ff. de inoff. test. Papinia. §. fructus, & ff. eo. mulier. Solutio: hîc speciale est in filiis primi gradus, vt in ipsis rebus hæreditariis quarta retineatur, non per imputationem redituum, &

aliud

aliud per ll. veteres, vt ibi. vel ibi filius rogatus erat post tempus certũ restituere. & cùm certum tempus esset venturum. per consequentiam erat certum quòd quartam & eius fructum medio tempore posset percipere: vnde via quærendi sibi denegatur. hic verò rogatus erat non ad tempus, vt ibi, sed sub conditione restituere, quam non erat certum extituram vel non extituram, scilicet, si decesserit sine liberis, an posset pendente conditione quartam & eius fructum consequi. & cùm statim de suo debito bonorum subsidio debeat esse securus, statuitur vt ex principalibus rebus d. functi quartam detrahat. nec valet solutio quam quidam faciunt hic: in ea quarta loquitur quæ debetur iure institutionis. aliud in ea quæ iure naturæ, vt ibi: quia non hic dicit ideo dari in principalibus debere, quia hæres erat; sed quia filius. quia & ibi erat. *Licèt hoc testator rogaue. vel iusse.* Et non statur hic voluntati testatoris. *Sed in ipsis rebus hær.* Subaudi quarta retenta dodrantis restituatur. Auth. Nisi rogati. Restituere monasterium vel alium locum venerabilem ingrediantur. cùm ergo rogatus est quis restituere si decesserit sine liberis, ingresso illo in monasterium illud, sic cedit locum liberorum. ita breuiter assignauit dominus Y. sed quia plerumque quæritur de materia ista, & quia plenè tractatur in corpore auth. §. sed hoc, ideo adiecit dominus meus sic: siquis sub conditione nuptiarum vel liberorum vel dotis, vel ante nuptias donationis causa donauerit vel reliquerit suis liberis vel cuicunque personæ hæreditatem vel legatum, vel ab initio purè reliquerit vel donauerit, substitutiones autem vel restitutiones eis fecerit sub conditione, quæcunque ex his quæ prædictæ sunt, iubemus, talibus conditionibus subiecti masculi vel fœminæ si in monasterium intrauerint, vel clerici vel diaconissæ vel ascetriæ, tales conditiones irritas & pro non scriptis esse. hoc autem clerici & diaconissæ ecclesiarum fruantur, si in eadem vita perseuerauerint: & ea quæ sic eis data vel relicta fuerint, in pias causas consumpserint vel donauerint vel reliquerint. nam de his qui monasterium vel asceterium intrauerint, certa forma est, vt totum patrimonium eorum vel earum cum huiusmodi rebus ad monasterium vel asceterium pertineat. si autem ad redemptionem captiuorum vel alimonias substitutio vel restitutio facta est sub ante factis conditionibus, ex nullo modo prædicto recludi eam concedimus. *Idemq. in retinen. leg. Fal. per.* Non loquitur de alia Falcidia quàm supra, sed casum mutat. cùm s. locutus sit quando suis fratribus rogatus est restituere: hic autem positus est quando suo proprio filio restituere rogatus erat. assignatur contra. ff. de leg. 1. cum filio. Solutio. hic patre instituto relinquitur fideicommissum filio: vnde detrahitur Falcidia. ibi filio instituto relinquitur ipsi filio à patre. *Vt eadem fer. sdatio pra leg. ne. prob.* Sed qualiter caueb. tur filio à patre in cuius est potestate? Videtur quòd non: vt instit. de inut. stip. §. item inutil. sed fortè erat emancipatus, vel dic quòd hic speciale est: sicut aliàs ff. ad Trebell. Imperator. *Concedenda.* Id est, remittenda. *In his personis.* Id est, liberis tantùm primi gradus.

Sic in vet.

1 *Cùm soluitur tutori, idem est ac si minoris tutoris auctoris solutum esset.*

2 *Aditio hereditatis, fieri debet cum pupilli voluntate.*
3 *Nimia subtilitas spernenda.*
4 *Ad fideicommissarium ipso iure transeunt utiles actiones.*

L.7. SANCIMUS. *Fideiussionis.* Rem ratam dominum habiturum: vt ī. de administra.tut.tutores.& hoc cùm constabat esse tutorem: vt ff. de administr.tut. vulgo*Vbi tamen pupillus fari non po.vel,&c.* Si est præsens, vel fari potest, fietne soli tutori restitutio? & videretur quòd sic, cùm & tutori soluere possit debitor, & liberatur: vt ī. aduersus. Solutio. sed non ita est: quia † cum soluo aliquid tutori, idem est ac si minori tutoris auctoritate soluissem. sed restitutio hæreditatis non est reputanda. Solutio. imò aditio hæredit. fieri debuit cum pupilli actu † & voluntate, vt ī. de iure deliberan. si infanti, & l. potuit. si non est infans, poterit adire tutor & pater, & sibi acquiret. Si non est infans, necessaria est voluntas defuncti. Idem in restitutione hæreditatis, vnde vtriusque consensus & auctoritas necessaria est: vt optimè dicit & tractat de hac materia. ff. eodem. restituta. §. vltim. & l. sequenti. & videtur quòd habeat beneficium restitutionis, sicut cùm soluitur tutori: vt ī. si aduersus solutio. sed contra est: sic ī. de adminis. sancimus. aliàs si fiat solutio iudicis auctoritate, plenissima paratur securitas. sed hîc etiam si fiat restitutio sine iudicis auctoritate, plenissimam consequitur securitatem. *Nedum nimia subtil.* Hîc spernitur nimia † subtilitas, quandoque non spernitur, vt habes & notaui. ī. de fideicom. quæstionem. *Cùm autem aliquis, &c.* Hîc est primus casus vbi transeunt vtiles actiones in fideicommissarium. *Vel si suppo.* Hîc est secundus. *Existente.* Et certum est quòd non existet, debent enim omnes ab intestato venientes interrogari: & sic habet vtiles vel non: vt ff. de diuer. tem. præscr. intra. *Vel fideicommissarius.* Hîc est tertius casus. *Vt sine per contumaciam absfuerit.* Vel ante lit. contest. vel post, vt ī. posuit. Sed qualiter feretur hîc sententia definitiua ante lit. cont. est enim speciale in iudice appellationis. Resp. quia & hîc similiter est speciale. vel dic non ferri aliquam sententiam: sed iudex rediget in actis per tabellionem, quòd ille pro restitutione Trebellianica nomine talis hæreditatis est à Titio conuentus, & vocatus ille noluit venire. satis enim erit fideicommissario, vt habeat vtiles actiones, si probauerit postea fideicommissarius hæreditatem sibi restituendam: aliàs confideicommissaria libertas est relicta, si hæres à prætore vocatus non vult venire, & sic pronunciauerit eum liberum ante lit. contest. siue post, fit liber, vt ff. de fideicommiss. cum verò. §. conuentum. Sunt ergo hîc tres casus in quibus ad fideicommissarium ipso iure † transeunt vtiles actiones. est & alius casus vbi ad fideicommissarium transeunt vtiles actiones ipso iure: vt ff. eod. l. 1. §. de illo. est & casus vbi transeunt vtiles sine restitutione, vt in rebus alienatis ab hærede, sicut notaui. ī. communia de leg. 1. vlt. §. vlt. & ī. eod. authen. contra rogatus. Idem in alio casu. ff. eod. ita tamen. §. si pater. vel fortè ibi erat restituta hæreditas.

1 *Fideicommissarius pro legato in solidum tenetur.*
2 *Heres quando conuenitur ad soluendum legatum.*

QVI-

QVIDAM. Distingue vtrum conueniatur fideicommissarius pro legato, an pro ære alieno. primo † casu in solidum tenetur, vt hic. in secundo non, nisi pro competenti portione: vt §. eod. l. 2. & hoc intelligas quòd in totum tenetur, nisi quando testator dixit hæreditatem restituendam, deductis legatis. tunc enim hæres habet electionẽ, quia si vult totam hæreditatem, & fideicommissarius cauebit ne conueniatur à legatariis, vel retinebit legata: vt ff. eo. cogi. §. 1. idem si dixit restituendam hæreditatem deducto ære alieno. videtur enim quòd voluerit respondere hæredem creditoribus hæreditariis. Idem quando testator iniunxit hæredi onus legatorum: vt ff. eod. Marcellus, ergo intellige quod hic dicitur, quando rogatus erat hæres de restituenda hæreditate tota rogata. si non de omni, sed deductis legatis, vel ære alieno, vel ad onus hæredis voluit pertinere legata, aliud est vt §. dixi. præterea quòd tenetur respondere fideicommissarius legatariis in totum, est intelligendum quando hæres nihil habet plus Falcidia, si habeat vltra, & portio fideicommissarij non sufficiat † ad legatum soluendum, conueniretur hæres: vt ff. eo. l. 1. in vlt. & penult. §.

L. 8.

AD LEGEM FALCIDIAM.

Tit. XLIX.

1 *Falcidia quando detrahitur iure ciuili.*

SCIRE DEBES. *Quo pleniorem.* Loquitur ergo quando omisit Falcidiam, vt pleniorem fidem restituendæ portionis exhiberet. & potest intelligi quando testator nihil dixit de Falcidia, sed simpliciter iussit legata præstari. tunc enim de iure ciuili detrahere potest † Falcidiam. de naturali tamen legata sunt debita in totum. vnde si sic omisit detrahere, non potest repetere: nec videtur plus debito soluisse. Si verò testator dixit detracta Falcidia, tunc plus debito videtur solutum esse, cùm tertia secundùm voluntatem testatoris sit indebita. sed nec ita est, quia cùm expressit de Falcidia detrahenda, non ideò dixit quòd nollet legata in totum præstari, sed ne grauaretur hæres totum præstare. vnde cùm præstiterit tota, non repetet, nec videtur plus debito soluisse, in vtroque ergo casu debita erant voluntate testatoris, auctoritate tamen l. Falcidiæ indebita: vt & de materia ista tractatur ff. de donat. inter vir. & vx. si sponsus. §. si quis rogatus. non ergo poterit repetere secundùm regulam iuris, quæ dicit: cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est. & ad idem est ff. de condi. inde. fideicommissum: & hoc cùm sciuit se retinere posse, & noluit. *Vt pleniorem fidem.* Et est aliud si in facto errasset: vt §. eo. error.

L. 1.

1 *Vtrum Falcidia de vna re, per electionem detrahi possit,*
2 *De singulis legatis detrahitur Falcidia,*
3 *Trebellianica siue Falcidia de vna re non detrahitur,*
4 *In Falcidiam reputantur omnes recensiones.*

L.2. FALCIDIÆ. *Aduersus omnes*. Et singulos. sed nónne videtur maximus labor ita detrahere de qualibet re tertiam partem, vt de boue & asino & aliis? vnde quæri potest, verum posset † eligere vt detrahat Falcidiam de vna re? quidam dixerunt quòd sic: & induxerunt pro se duo arg. vnum est ff. de lega. I. non amplius. §. vlt. & l. seq. aliud ś. famil. ercisc. filium. Io. contra dixit & respondet ad primum, quia ibi non loquitur de Falcidia, sed dicit quòd si alicui legata erat portio bonorum, succurritur hæredi vt eligat vtrum tres partes an æstimationem dare voluerit. sed Falcidia quæ per l. tribuitur, resecat de quolibet legatorum, vt hîc dicit. ad aliud respondet, quia secundùm quosdam ibi loquitur quando testator prælegauerat fundum, vel donauerat inter viuos, vel concesserat ad sui sustentationem in vita. vnde est verisimile vt in eodem fundo voluerit eum habere debitum bonorum subsidium: vt ibi notaui. patet ergo quòd de † singulis legatis pro modo legatorum detrahitur Falcidia, vt hîc dicit, & ff. eo. linea margaritarum. & l. Plautius. & arg. ſ. eo. l. vlt. & penult. & secundùm alios talis adhibetur cautela in venditore quandoque, quia si quis rogatus est restituere hæreditatem si decesserit sine liberis, & interim vult alienare rē aliquam, faciunt sibi eligere eam in quartam, vt existente conditione fideicommissarius non possit reuocare alienationem. sed nihilominus potest reuocari, quia quarta siue sit Trebellianica, siue † Falcidia, non detrahitur de vna re, vt dictum est. & quòd res alienata computetur sibi in quartam, dicit l. ff. ad Trebellia. Marcellus, §. res. nec intellige quòd ratio habeatur Falcidiæ de singulis legatis, hoc est quòd quarta de necessitate detrahatur de singulis legatis: quia illud locum habet quando nihil remansit penes hæredem. si habet quod sufficiat ad dimidiam quartam, detrahet octauam de quolibet legato, non quartam: & sic portionaliter secundùm quod habet detrahet: vt ff. eo. in quantitate §. vlt. sicut enim potest accidere quòd nihil detrahat hæres, vt si testator non excessit dodrantem: ita si excessit, & aliquid apud hæredē remansit, secundùm illud debet fieri detractio. nam in Falcidiam computantur † omnes retentiones: vt ff. eod. in ratione. Sed & quandoque tenetur in solidum præstare legatum, vt cùm indiuiduum est. tunc enim æstimatione facta denunciat legatario vt æstimationem inferat. si non infert, vtetur aduersus eum exceptione doli mali: vt ff. eod. si is qui quadraginta. §. vlt. *Pro modo*, id est, pro quantitate legatorum: vt ś. dixi: quia plus detrahetur de cc. quàm de c. vel intellige, id est, qualitate. potest enim esse mihi & tibi eadem quantitas relicta: & tamen plus in ratione l. Falcidiæ erit conferendum à te quàm à me: vt si aliquis habeat ducenta in bonis, & instituit hæredem. mihi reliquit c. sub conditione: tibi c. purè existente conditione si de legato modo lucratus hæres, lucratus est xxv. tanto minus mihi legatum est, quantum est interusurium medij temporis. & sic meum legatum est xxv. tuum c. dixerunt quidam sapientes quòd quilibet confert hic xxv & præterea fructus quartæ scilicet L. quæ est quarta. c c. quos debet habere hæres pone v. & sic quilibet præstaret quindena. id est xxx. sed hæc sententia dicitur falsa. vnde in hoc casu is cui purè relictum est, præstabit xxv. aliis quartam xxv. solid. his coadunatis & computatis

1
2
3
4

tatis insimul de VII. partibus tu quatuor partes conferes, ego tres: vt ff. eo. §. vlt.

ETIAM. Quod dicit l. ista, posset poni in singulari fideicommisso vel vniuersali. & pone quòd aliquis habebat filium ex incesto & nefario coitu procreatum. fecit testamentum, & ita inter cætera legata dixit hæredi suo de tali homine: bene scis quãtum diligo eum, & quid sit faciendum de eo. hæres dixit, bene intelligo vos. & ita sibi tacitum fideicommissum reliquit. quæritur, si propter hoc quia non potest detrahere Falcidiam de fideicommisso istius indigni qui administrauit, debeat idem esse in aliis legatis. & dicit quòd quarta pars quam aufert hæredi qui contra l. fidem suam obtulit, non debet proficere aliis legatariis, imò fisco qui eam percepit. & ita de cæteris quarta detrahitur. & est ratio, quia quoddam generale dicit, quod non punitur quis nisi in eo in quo deliquit. contra. tamen est arg. s. de plus peti. vbi quis vltra quam deliquerit punitur. & est sciendum quòd in ea etiam quarta quandoque quis excusatur, vt si rogatus fuerit seruus vel filius qui in potestate est: vt ff. eodem. si tacitum. excusatur etiam quandoque quis in tali fideicommisso, vt j. de his qui se deferunt. sub x. & ff. de iure fisci edicto. L.3.

ET IN LEGATIS. *Locum habere, &c.* Etsi enim princeps legibus solutus est, legibus tamen viuere vult: vt s. de testa. ex imperfecto. sed tamen lex dicit, quòd imperator consueuit donare quartam: vt ff. ad Trebell. si legatus. §. vlt. sed si vellet bene posset retinere, nec cogitur præstare: quod quidam dixerunt, arg. illius l. L.4.

SI MORTIS CAVSA. *Vt ipotes.* Quia mortis causa donatio similitudinem habet cum legatis: vt instit. de donat. in prin. L.5.

IN IMPONENDA. *Omne æs alienum.* Quod dic vt in summa. §. sic autem ponitur. *Confusa.* Vel cõsumptæ. & intellige quòd deducatur æs alienum quod ipsi hæredi debitum fuerit, nisi debitor legatarius petierit ne in ratione l. Falcid. creditum suum reputaret: vt ff. eo. si debitor. *Statuisque ponem.* Antiquitus enim dabantur ad hoc, vt aliquis in ciuitate poneret statuã. *Pro rata, &c.* Vt insti. eo. §. cùm autem nec sunt. *Vltra, &c.* Hoc corrigitur per authen. sed cùm testa. quia debet facere inuentarium, vt ibi dicit. L.6.

1. *Ius Falcidiæ quando cessat.*
2. *Quæ tacita inter partes aguntur pro cautis haberi solent.*
3. *Ex qualitate personæ & quantitate facultatum fit præsumptio.*
4. *Error facti excusandus.*
5. *Solis tabulariis non credimus.*
6. *De ære alieno non detrahitur Falcidia.*
7. *Ex eo quod quis pauper est, suspectus esse non debet.*

IN TESTAMENTO MILITIS. Id est, militantis, aliud si missus esset de militia, vt ff eo. ad veterani. & l. si post, & l. miles. assignatur contra. ff. ad Trebel. l. 1. §. hoc autem. Respon. v. sunt remedia Trebelliani, scilicet, vt quis cogatur adire. item vt cogatur restituere. vt postquam restituit, non conueniatur à creditoribus. quod est fauore hæredis inductum. item ne conueniant debitores, quod est fauore fi- L.7.

deicommissarij dictum. & hæ quatuor remedia habent locum in test militis. quintum de quarta Trebellianica detrahenda non de ista Falcidia, vt hîc dicit: cessat † etiam ius Falcidiæ aliis de causis, & sic habes 1 authenticas signatas. Similiter cessat in iis quæ ad pias causas relicta sunt. Authentic. SED IN EA RE, &c. Assignatur primo authen. contra. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. ad municipium. sed distingue vtrum Deo immortali relinquatur, & tunc obtinet, vt ibi, an in pias causas, vt in refectione pontium vel ecclesiarum, & cessat Falcidia, vt hic. vel meliùs dic quòd illud vetus ius corrigitur per hoc nouum. cessat & alia ratione Falcidia. Authent. SED CVM TESTATOR, &c. *Hoc expressim vetui.* Est ergo hîc necessarium quòd exprimat: nec sufficit si tantùm eius voluntas sit: licèt aliàs sit generale, quia ea quæ tacitè inter † partes aguntur, pro cautis habentur. fallit hîc, & in duobus reis 2 stipulandi vel promittendi. fallit in nouata causa: vt j. de noua. l. vlt. & j. & de duobus reis stip. fallit in tacita pupillari substitutione, in qua præfertur mater, etiam si in animo suo contrarium egerit testator. oportet enim quòd exprimat *Non ignarus quis modus sit, &c.* Si enim ignarus esset de modo sui patrimonij, & vetaret detrahi Falcidiam, non ita esset, cùm ob hoc fortè dixit, quia credebat satis remanere apud hæredem. sed cùm scit modum sui patrimonij, tunc sine dubio noluit cessare Falcidiam: & hoc ex qualitate † personæ præsumi potest, 3 & ex quantitate facultatum: vt si homo erat diligens circa patrimoniũ vel negligens, aut maximas habebat facultates in diuersis locis positas, vel intellige quando testator comprehendit in testamento modum sui patrimonij, & dixit se certum esse. Et licèt aliàs dicat l. quòd non præsumatur quis ignorasse qualitatem prædij etiam procul positi, vt s. de rescind. vendi. l. quisquis. tamen & alibi dicitur quòd sæpe de facultatibus suis amplius quàm in his est, sperant homines: vt instit. quibus ex cau. ma. licet. §. in fraudem. sub tit. de leg. 1. de fideicommis. vt s. de fideicomm. authent. amplius. & sunt verba domini Y. & dominus meus apposuit de fideicommiss. quia ibi continetur, non de legatis. licèt in antiquis authentic. contineatur sub tit. de leg. vel deferrur personis enumeratis in hoc eo. tit. ad l Fal quia de eo tit. extractum est hoc authent. *Subtiliter ag.* Si enim substantiæ mensuram agnouit, & sic quædam legata soluit in solidum, neque ex his repetitionem, neque ex aliis habet retentionem, secus si † errasset in facto: vt j. eo. error. Et 4 est bene notandum quod dixi: quia licèt voluerim mihi præiudicare in vno: & non in alio præiudicatur tamen in omnibus. est enim contra. argum. s. de execu. tut. voluntariæ, & s. ne vxor pro marito l. vltim. Sed hîc fauore vltimæ voluntatis præiudicatur in aliis præstando quædam in solidum, sicut & cùm quis singulis annis per triennium præstitit fideicommissum, præiudicauit sibi in futurum: vt s. de fideicommiss. l. 1. *Sed modum tempúsque sta.* Suprà, de iure delib. l. vltim. *Sub præsentem hoc. &c.* Sic enim continetur in corpore authentic. tabulariis enim solis † non credimus. *Legatariorum.* Quid de creditori 5 bus? videtur quòd deberent interesse: quia & eos causa contingit, arg. s. de auct. præstan. l. vlt. Vel dic quod non, quia non de ære alieno † detrahitur Falcidia, sicut de legatis. *Trium testium.* Pro quolibet lega- 6 tario-

tariorum, dic quòd si omnes absunt, vel esse non possunt: quia difficile esset tot requirere testes, sufficiet trium testium præsentia pro omnibus. *Locuples*. Ideo dicit, vt præsumatur bona fides, quandoque pauper magis est bo.fi. & hoc ideo dicit lex relinquendum iudicis arbitrio: vt 7 ff. de testi. l. 3. hoc enim ipso quòd quis pauper est † non est suspectus: vt instit. de suspect. tut. §. vltim. *Et si fines hare. exce.* Et est hoc contra regulam generalem, quia & aliàs in militis testamento non præstat quis vltra quam ad eum peruenerit: vt ff. ad Trebel. l. t. §. vltim. *Nulla autem talium quæstionum*. Scilicet, de legatis: vt si esset quæstio, esset hoc legatum, vel non. vel intellige de quæstione seruorum hæreditariorum cùm torquerentur ad eruendam veritatem, sit amplius in hæreditate quàm continetur in inuentario, an non. *Transcendat annum*. Ab admonitione iudicis computandum, vt in corpore authentic. & est quòd lis pecuniaria intra annum terminetur. aliàs enim datur triennium à lite contest. computandum, vt dicit lex properandum.

1 *In debita iure naturæ non potest quis grauari.*
2 *In Trebellianica quid imputetur.*

IRRITVM. *Quod ex causa fideicomm. ob. fuit.* Quia fortè multa alia obuenerant sibi. præterea si solam Falcidiam habebat, nónne poterat facere eum hæredem? si alium institueret hæredem, agerem contra extraneum ad fideicommissum existente conditione. sed cùm me fideicommissarium instituit, cessat actio, cùm mihi ipsi obligatus esse non possim: & est extinctum fideicommissum: sed me legatis onerauit in imponenda ratione. l. Falcidiæ deducto fideicommisso tanquam æs alienum. nam aliàs debitum est deductum: vt s. eod. in imponenda, & ita in residuo, id est, in Falcidiam possum detrahere Falcidiam de legatis. Sed hîc posset quis ponere quæstionem quæ antiquitus agitabatur. Cùm filius institutus est hæres, & rogatus est si decesserit sine liberis, restituere hæreditatem, vtrum habeat duas quartas, scilicet, quæ debetur iure naturæ, & Trebellianicam. & eadem est quæ- 1 stio in ea quæ debetur iure institutionis. & dixit M. quòd sic: quia † in debita iure naturæ non potest grauari, nec computatur in hæreditate: vnde de residuo videtur quòd possit aliam detrahere. sed domino meo visum est contra, quòd scilicet, eligere possit vnam illarum quam vult, quia in debito iure naturæ imputantur legata: v. s. de inoffic. testam. omnimodo. ergo quod habet iure institutionis, in eo imputabitur. Idem potest allegari in Trebellianica, quòd † impu- 2 tatur in eo quod debet habere iure naturæ. & quòd vna tantùm detrahatur, probatur ff. de inoffic. testam. Papinianus. §. si quis impubes. ad idem ff. eod. in ratione. §. quod dicitur. arg. contra. est ff. eod. quotiens. sed superior sententia quod vnam tantùm habeat, magis videtur æquitanea. L. 8.

ERROR FACTI. Si non errasset in iure vel in facto: non haberet repetitionem: vt s. eo. l. 1. idem si in iure tantum, sed vbi in facto, repetit, vt hîc dicit. L. 9.

L.10. QVANQVAM. Hic posset idem quæri, & notari quod dictum s.eo. irritum.

L.11. SICVT ALLEGAS. *Non prohiberi flagitare.* Si minus est in speciebus quàm in charta.

L.12. IN DONATIONIBVS. *Quando.* Pro quandoquidem, id est, quia nonnullis, id est, aliquibus, quia duæ negatiuæ faciunt affirmationé, sicut testatur Priscianus.

L.13. SI EA. Mulier quædam filium habés qui erat seruus cuiusdam dominæ, facit quæstionem imperatori sic, domina filij mei agnouit fideicommissum, & ideo relictum vt filium meum manumitteret. sed & aliud fideicommissum erat relictum ei vt redimeret quosdam seruos alienos & manumitteret. quòd ipsa similiter agnouit. Respon. imperator dominam meam esse cogendam manumittere seruum suum proprium quia agnouit fideicommissum. sed quæritur an in eo fideicommisso sibi relicto vt seruum suum manumitteret, interueniat Falcid. Respondetur primo deduci de bonis precium seruorum alienorum, sicque in eo quod necessarium est ad serui redemptionem, non interuenit Falcidia, cùm hæc domina non possit manumittere, nisi totum fideicommissum habeat. illo autem deducto petet fideicommis. liber. vsque ad eum modum quem substantia bonorum patitur. deducetur autem Falc. & talis est differentia inter alienos & suos: vt ff. de fideicommis. lib. generaliter. §. siquis alienum. & §. si cui, & l. decem: & ff. eo. sed si non seruus, sic construe, si ea cuius seruum filium tuum significas, &c. *Nam fideicommis. ei relic.* Ad manumittendum seruum suum. *Deduc. pre seruo.* Alienorum, scilicet.

L.14. LICET. *Præstare necesse habes.* Conueniris enim ad legata & fideicommissa detracta Falcidia.

L.15. SI PRÆDIORVM DOTIS. Dotem vocat secundùm quosdam, ligones, aratra, falces: vt ff. de fun. instru. l. 2. vel meliùs imò propriè ponit de marito qui ab vxore sua acceperat dotem in prædiis, & pactus erat de ea lucranda, mulier in supremis mandauit vt marito darentur chartæ prædiorum dotalium. non detrahitur de his Falcid. quia & sine testa. compellebātur hæredes exhibere, si opus esset: vt s. de fideicommis. instrumenta. & quia hæredi non expediret habere quartam, de chartulis illis & de prædiis, certum est non detrahi quartam: quia maritus non habet ex ea testa. imò ex pacto.

L.16. SVCCESSORES. Ita fac constructionem, legis Falcidię iussio non concedit peti. item Trebelliani senatuscun. præceptum non concedit exigi succe. lega. vel fideicom. si æs alienum, &c. sunt ergo intelligenda legata deducto ære alieno. hodie si non fecit inuentarium, tenetur in solidum: vt j. auth. sed cùm testator. *Successores.* i. à successoribus. Vel dic quòd hæc verba, posco, peto, flagito, exigunt duos accusatiuos sic & s. de fideic. eam.

L.17. A COHÆREDIBVS. *Patitur.* Nisi tantum recipiat à cohærede, quantum desiderat deducere: vt ff. eo. Nesennius Apolinaris.

L.18. SI QVIS QVADRINGENTORVM. *Iussers.* Forte in fraudem l. Falc. *Et prius eo dato.* Scilicet, cùm non iussit vltra ccc. *Vel retente.* quando iussit vltra dodrantem. *Lege autem, &c.* Et ita habet rei

vin-

vindic. vel condic. sine causa. patet ergo per l. istam quòd in mortis causa capionibus locum habet Falcidia, licèt quidam contradicant: & pro se inducunt quod est. ff. eo. acceptis. & dic vt diligenter notatur in summa in illo. §. mortis quoque.

CVM CERTVM SIT. Per primam l. huius tit. *In vtroque enim casu*, &c. Hoc videtur fallere quandoque, vt ff. de constit. pec. quòd si maritus. & de condi. inde. nam. L. 19.

DE CADVCIS TOLLENDIS.

TIT. L.

1 *Is qui non admittitur ad legatum, quando partem facit.*
2 *Legatum cur caducum propriè nuncupetur.*
3 *Ante apertas tab. veteri iure non poterat hæredes adire.*
4 *Hæreditas transmitti non potest, donec fuerit adita.*
5 *Ius adeundi, quando transmittitur.*
6 *Dies legati, à morte testa. cedit quoad transmissionem.*
7 *Vsusfructus nunquam transit ad hæredem.*
8 *Tacita conditio non facit conditionale legatum.*
9 *Hæreditas intelligitur deducto ære alieno.*
10 *Ius adcrescendi quando cohæredibus acquiratur.*
11 *Hæredum quidam coniuncti, quidam disiuncti.*
12 *Hæredes re & verbis coniunguntur.*
13 *Coniunctus re & verbis cæteris præfertur.*
14 *Re coniunctus, verbis coniuncto etiam præferendus.*
15 *Imperatoris interest locupletes habere subiectos.*

ET NOMEN ET MAT. CADVCORVM. Legatorum. *Ex bellis.* Vbi homines sæpe moriebantur, & ita fiebat caducum legatum. *Patres.* Sic dicti per similitudinem: quia sicut pater curat de filio, ita & isti curabant de vtilitate reip. Vel dicuntur patres, quia maiores erant ætate. vnde consueuit dici talibus, Ego honoro vos prò patre. *Conscripti.* Quia nomina eorũ scripta erant in diademate capitis sui. *In multis capitulis.* Suprà, de nup. l. vlt. & penult. & instit. de success. libert. §. 1. & vlt. *Inuidiosum*, &c. Omnes enim inuidebant ei propterea quòd sua iniquitas vigebat in rep. vnde illud, Inuidiosus ego nòn inuidus esse laboro. *Ne*, pro non. *Solis parentibus & lib.* Isti soli poterant transmittere, vel poterant adire ante aperturam tabularum. *Senatusconsulta*, Æmilianum & Argilianum: vt inst. de success. lib. §. vlt. & ꝟ. de Latin. lib. toll. deficiat, & fisco applicabatur: vt ꝟ. e. l. §. vlt. & ff. de hæred. petit. item veni. §. cùm autẽ. *A morte testatoris.* Olim si suus erat, licebat adire ante aperturam tabularum: si extraneus, nonnisi apertis tabulis, & hoc si in asse erat institutus. aliud si in parte: vt ff. de iur. & fac. igno. l. 1. §. vlt. & s. de iur. delib. l. 3. hodie non distinguitur, vt hîc dicit. & intellige quòd à morte testatoris liceat adire hæreditatem si nullum aliud est impedimentum nisi de apertura tabularum. potest enim esse impedimentum posthu-

L. 1.

mus nasciturus: vt ff. de acquir. hæred. cùm quidam. §. 1. vt j. notaui. *In diem certam.* In incerto distingue, an sit dies apposita in persona hæredis, scilicet, si hæres moriatur: & tunc non transmittitur ad legatarium nisi illo mortuo, an in persona legatarii, & tunc aliud est: vt ff. quando dies lega. ced. l. si cùm hæres. *Iam ante testatorem mortuis.* Aliter dicitur pro non scripto: vt ff. de pro non script. l. si in metallum. *Sed ad illos,* &c. Scilicet, substitutos vel coniunctos. & hoc generale est in omnibus speciebus, vt si non potest capere cui legatum est, ad substitutum vel coniunctum perueniat. ita est in pro non scriptis, & in his quæ erant in causa caduci, vel propriè caduca. speciale tamen est in tribus casibus, vt is qui non admittitur † ad legatum, partem faciat: 1. vt ff. de lega. 1. planè. §. penult. & l. huiusmodi §. si Titio, & ff. de leg. 2. si Titio. *Nisi perrarò,* Quidam dixerunt, quando iussus fueras funeris impensas facere. sed hoc l. non probatur, dic ergo quando iussus erat fideicommissarius libertatem præstare: vt ff. de fideicom. liber. cùm. verò §. si non script. vel si quis in testa. sibi adscribit quid, cùm id habeatur pro non scripto, secum trahet onus. idem est de omni legato in test. militis relicto: vt ff. de pro non script. l. vlt. *Simili quodam modo.* Simile est cum primo quantum ad hoc quòd apud easdem personas permanent: sed hic præstatur onus, ibi non. & est ratio, quia hic legatum tenuit à principio: & ita onus transit ad personam substituti. sed aliud non tenuit, vnde non potuit aliquem onerare, arg. ff. de verb. ob. in illa stipulatione, & ff. de iniust. rupt. test. nam etsi sub conditione. præterea distingue in onere, quia si in dando consistit, subit. idem si in faciendo, si per alium potest impleri. secus si nō potest: vt j. § ne autē. *Vel alios qui fideicom* Puta quibus donatum est causa mortis. vel debitor est defuncti: vt ff. de leg. 1. si pecunia, & s. de fideicom. ab eo. Vel alia quacunque via, vt cùm non apposuit modum vel conditionem, sed simpliciter dixit, & fac istud, non addito si, vel cum, vel vt. *In nouissimo autem articulo.* Vbi de functo testatore deficiebat legatum: repudiata vel deficiente conditione quod aperta voce, id est, caducum, † propriè nuncupabatur. *Et clausis tabulis,* &c. Ergo non distinguetur, 2. sint clausæ, an nō. nec etiam debet distingui suus ab extraneo: vt not. s. §. cùm igitur. olim distinguebatur, quoniam ante apertas tabulas † hæres non poterat adire, cùm incertum esset pro qua parte esset hæres, & ideo prius oportebat inspici verba testa. & bonum videbatur: 3. quia ita est in transactione, quòd non valet nisi inspectis verbis testamenti: vt ff. de transact. de his. sed contra est hodie, vt hîc dicit. Illud bene por. st impedire, si dubito de viribus testamenti, sc. vtrum sit verum, vel falsum. sed si dubito pro qua portione sim hæres, contra est, vt ff. de acquir. hæred. hæres institutus. & duabus legibus sequentib. *A morte defuncti cedere.* Quantum ad transmissionem. non intellige quòd à morte testatoris incipiat deberi, & possit peti. sed quantum ad hoc cedit, quia si legatarius moriatur ante aditam hæreditatem, & ita non potuit petere. vnde & si non adeatur hæreditas, nihil de legatis: vt s. de fideic. eam quam transmittit. tamen ius petendi ad hæredem suum transmittit: hoc est, quia si postea adeatur hæreditas, poterit eius hæres petere. & sic aliter dicitur hîc cedere quàm aliàs: vt ff. de verb. sign.

Sic in vet. libro.

ſign.cedere. *Hæreditatem enim niſi aditam*.Q.d.ita dixi in legatis, aliud *Sic in vetere libro reperimus.*
4 in hæreditate,illa enim non poteſt tranſmitti donec † fuerit tradita. & eſt intelligendum quando quis poterat adire,& non adiuit. ſi verò impediatur de voluntate teſtatoris,puta quia inſtitutus eſt hæres ſub cōditione,ibi non trāſmittit. Si lege impediatur,quandoque prodeſt, vel ſi impediatur adire,quia non vindicauit mortem teſtatoris, & ita impeditur per Sila.S.C.vt ff.ad Sila. l.4. circa fin.ſed ſi aliud interueniat impedimentum,quia poſthumus eſt naſciturus,nihil tranſmittit vt in l.prædic.ad Sila.in fi.& ff.de acquir.hæred. cùm quidam. §. quid ergo.& in præcedenti.ſed quomodo poteſt eſſe quòd tranſmittam hæreditatem quam nec adiui nec habui? Nec intellige quòd tranſmit-
5 tat ita vt poſſit ſtatim adire ſucceſſores:ſed ius † adeundi tranſmittit. & ita dico in ſequenti caſu. *His nihilominus*,&c. Si enim aliquis intra annum poſtquam ſcit ſibi delatam hæreditatem, moriatur, tranſmittit ius deliberandi: vt ſ.de iure deliberan. cùm antiqui. *Libertatibus proculdubio*.Si ergo legetur libertas, non cedit eius dies etiam quoad adminiſtrationem à morte teſtatoris.ſed in legatis aliis aliud eſt quoniam bene cedunt ante aditam hæreditatem. Sed libertas quomodo à morte teſtatoris ante aditam hæreditatem? non habet hæredem:ergo non tranſmittit,præterea ſi haberet hæredem,tranſmitteret:ergo hæres ille ageret ad manumittendum defunctum, cùm libertas legata ſit,ſed hoc non poteſt eſſe. Cedit ergo hic aliter dies quàm in aliis le-
6 gatis: quoniam in aliis à morte † teſtatoris quoad tranſmiſſionem. Idem ſi legatur & relinquatur ei aliquid in teſta . vt hîc dicit, quia cedit dies ab adita hæreditate. Idem dicit in vſufructu propter ſui na-
7 turam,quòd nunquam †tranſit in hæredem.Idem in vſu & habitatione:vt ff.quando dies lega.ce.l.2. & idem fortè debes dicere in qualibet ſeruitute prædiali,argu.ff.de ſer.leg. l. 3. *Ex fortuna*. vt in caſuali. *Vel ex hone.perſona*.Vt in poteſtatiua. *Sub incerta die*.Vt in mixta.*Sortitus eſt*. Spe tantùm.& hoc patet per id quod ſtatim dicit.vel ex eo ſuperſtite,&c quia qualiter poſſet conditio deficere, ſi acquiſitum eſſet ei. *Decedat*.Morte naturali, idem ſi damnatus eſt in metallum. & ſic qui mortuus eſt,mortuus eſt morte ciuili.ſi verò in inſulam, ſpectabitur verum redierit:vt ff.de condit. & demonſt. intercidit. & intellige
8 quod hîc dicitur,de conditione expreſſa. tacitæ enim † non faciunt conditionale legatum:vt ff.de condit.& demonſt. conditiones. & eſt tacita conditio,cùm relinquitur alicui fructus fundi,vel partus ancillæ:vt ff condi.& demon.l.1.præterea intellige de his conditionibus, quæ adita hæreditate non implentur.quid enim ſi teſtator legauit x. lib.ſi hæres adierit? iſtud non facit conditionale legatum: vt ff. de lega.l.l.3.& de condit.& demonſtrat. in conditionibus. §. hæc ſcriptura.niſi contrarium voluerit teſtator: vel niſi ſub propriis nominibus, non appellatiuis fideicommiſſum relinquitur,arg.ff.ad Trebel.l.quotiens.& l.ſequen.& intellige quòd hoc maneat apud numeratas perſonas pro numero perſonarum,quando pro virili portione præſtabatur ab oneratis.Si enim duos inſtitui hæredes, vnum in quatuor vnciis,alium in duabus,& rogaui eos de reſtituenda hæreditate alicui, ſi nauis ex Aſia venerit:ſi poſtea moriatur fideicommiſſarius pēdente

conditione, non remanebit apud hæredes vel legatarios, vel similes qui fideicommisso prægrauari possunt pro virili portione, imò apud vnum pro quatuor vnciis, apud alium pro duabus, non enim verisimile est quòd vni voluerit minui de portione sua testator, propter hoc quòd fideicommissum defecit in persona fideicommissarij. Vel intellige quòd hîc dicitur, quando extrinsecus erat onus non eiusdem rei legatæ vel donatæ causa mortis: vbi enim onerati sunt, in eadem re si postea euanescat, habebunt easdem partes quas habebant ex designatione testatoris. *Quid enim si tulerit eum.* In sua propria persona. *Non omnibus, sed quibusdam.* Vt not. s. eod. §. in primo itaque. *Et si talia sunt.* Scilicet, pro non scripta. *Vel pro eorum casuum. In his itaque si quidem coheredes sunt omnes coniuncti.* Subaudi, vel omnes disiuncti. *Hoc quod fuerit quoquo modo euacuatum.* Ideò dicit, quia licèt suprà distinxerit in legatis, vt quædam transmittantur cum suo onere, quædam non, ita vult esse in hæreditate, quia si deficiat quocunque modo, & in parte vel in partibus hereditatis consistit, cum suo onere accrescit cohæredibus. Et est ratio, quia cùm plures sunt collegatarij, & onus imponitur, illud non inerat ex natura hæreditatis, sed ex dispositione testatoris, & illud potest sine onere transire: sed hæreditas habet onus ab ipsa lege, nam & hæreditas intelligitur deducto † ære alieno, & ideo semper cum suo onere transit ad successorem. *Etiam si iam defuncti.* Ergo ius accrescendi acquiritur † cohæredibus, & eorum hæredibus: aliud in iure substitutionis, quia non admittuntur substitutorum hæredes, vt ff. de vulga. substit. qui liberis. §. vltim. & ff. de suis & legit. hæred. si ex pluribus. *Et hoc nolentibus.* Et hîc aliud obseruatur quàm in collegatariis, quia eis non inuitis acquiritur, hic autem etsi nolint: vnde dicit, cùm sit absurdum, &c. *Alij coniunctim.* Re & verbis. *Alij disiunctim.* Verbis tantùm, coniunctim autem re: nam hic semper videtur tractare de coniunctis re, his enim eadem res videtur relicta in solidum: sed concursum habent pro virilibus portionibus. *Cum suo veniat onere.* Videtur contra. ff. de legat. 3. l. 1. §. vltim. sed ibi peruenit ad gradum sequentem. Tunc enim non tenentur sequentes præstare onus, & ita non loquitur in cohæredibus vel substitutis, in his enim aliud est, vt hîc dicit. Item videtur contra. ff. de legat. 2. Celsus. §. quod alicuius. Respond. Ibi loquitur quando constabat de contraria voluntate testatoris, quia vnum noluit, argument. ff. de legat. 1. licèt imperator. Si verò non appareret de voluntate, à cohæredibus agnosceretur, vt hîc dicit: vel dic quòd illa super istam corrigitur. Ex prædictis ergo patet quòd hæredum † quidam sunt coniuncti, quidam disiuncti. Vnde videndum est qui dicantur coniuncti, qui disiuncti. Est autem sciendum, quòd hæredes coniunguntur quandoque † re & verbis, vt quando testator dixit, Titium & Mæuium instituo hæredes, verbis coniunguntur: quia vna prolatione verborum instituti sunt: re, quia pro eodem habetur, ac si dicerem, istum instituo: illum instituo: ita quòd vnusquisque videatur in eadem hæreditate insolidum institutus, sed quia non posset esse concursu, diuiditur. Idem in legatis, quandoque re tantùm, & isti dicuntur his verbis disiuncti: vt cùm Titium instituo hæredem, deinde Mæuium instituo hæredem. Vel

9 10 11 12

Vel in legatis dicas, quandoque re tantùm, & isti dicuntur hîc verbis disiuncti, vt cùm Titium instituo hæredem. Vel in legatis, vbi idem est cùm Titio lego rem illam, deinde Mæuio lego eandem. Quãdoque verbis tantùm sunt coniuncti, vt cùm Titium & Mæuium pro æquis portionibus instituo hęredes, vel eis lego: quia idem est in vtraque re: non sunt coniuncti, quia non in solidum vtrumque in eadem re institui: imò illi vnam partem, alij aliam assignaui, vnde non re, sed verbis tantùm coniunguntur. Si verò ita dicat testator, Titium instituo in dimidiam, Mæuium in aliam dimidiam, neque re, neque verbis sunt coniuncti, sed quidam contra. Dixerunt enim coniunctos per legem, ff. de legat. 2. Mæuio, sed tamen puto contra. Lex enim illa est intelligenda quando vni vnam dimidiam legauit, & alteri eandem. Qui er-
13 go re & verbis coniunctus † est, præfertur cæteris, vt ff. de legat. 3. l. re coniuncti. Vnde si testator instituit decem hæredes, alios coniunctos re & verbis, alios re tantùm, alios verbis tantùm. Si decedat aliquis de coniunctis re & verbis, hoc omnimodo ad suos coniunctos pertinet, sed inter coniunctos re tantùm vel verbis, dixerunt præferendos re
14 † coniunctos, verbis coniunctos, alii econuerso, sumentes argument. vtrique ex prædicta lege, re coniuncti. Io. tamen vtrosque pariter admisit, vt ff. de hæred. inst. si ita quis. & ff. de verbor. sign. triplici. & de leg 3. re coniuncti. *Si autem disiuncti.* Verbis, re coniuncti. *Varia mente.* Quia quandoque admittebatur postulatio eorum, quandoque non. *In vno.* Fortè in eo quod erat per vendicationem, vt s. communia de legat. l. 1. *Unam omn. naturam lega.* Vt inst. de lega. in princip. *Concursu prioris legatum minuatur.* Quia cuilibet legatur in solidum, & si non dixit testator, nec alii accrescit propriè, quia ex persona mea totum habeo. *Nullius concursu deminuta.* Et ideo magis non diminui quàm accrescere. *Imminutum*, Quia non imminuitur alterius concursu. *Intacta seruamus.* Neque enim immutatur testamentum, de his quibus vt ind. per l. istam. *Sed quod communiter omnibus prodest*, &c. Aliàs enim
15 dicitur quod interest Imperatoris † habere locupletes subiectos, vt j. auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §. cognitio. & de hæred. Falcid. in princip. *Ad vos patres conscrip.* Loquitur senatoribus ad quos fecit quæstionem istam.

DE HIS QVI ANTE APERTAS TABVLAS hæreditatem transmittunt.

Tit. LI.

1 *Legatarij vel heredes quando non transmittunt.*
2 *Mater non habet filios in potestate.*
3 *Legatum vel fideicommissum conditionale, transmitti potest.*

PER HANC. *Scriptos heredes.* Loquitur ergo hîc quando ex testamento est delata hæreditas: sed & si ab intestato idem est; vt s. tit. 1. §. in nouissimo. & j. habeant verò solatium, &c. *Ignorauerint.* Speciale est in liberis, & magnum L. 1.

in hoc habent priuilegium, quoniam alii hæredes vel † legatarii non [1] trāsmittunt, vt s. de iur. delib. quoniam. Ergo speciale est in liberis, siue sint sui, siue emancipati, siue neque sui, neque emancipati, & licèt s. de iur. delib. cùm antiqui. de suo videbatur tantùm dicere, hîc loquitur generaliter in omnibus. Vnde dicit, à patre vel à matre, auo, auia, &c. Et ita generaliter loquitur, & de his qui neque sui sunt, neque in potestate: cùm mater non † habet filium in potestate, sed & per [2] legem istam, cùm antiqui. intra annum si quis sciuit sibi delatam hæreditatem, transmittebat ius deliberādi tam ad filios quam extraneos, non autem post annum: hîc autem siue sciant, siue ignorent, transmittunt in liberos suos intra annum & post, etiam si decedant ante apertas tabulas: olim contra erat, sed hic specialis est prærogatiua in liberis. *Hæreditariam por. poss. transmittere.* Id est, ius hæreditatis, non ipsam hæreditatem, cùm non adierint, nec habuerint, non possunt: sed per ius videtur transmittere hæreditatem, & per hoc voluerunt quidam dicere quòd legatum vel fideicommissum conditionale † possit trans- [3] mitti, quamuis non extiterit conditio in persona filii cui relictum est, vt sicut transmittitur ius hæreditatis, ita & possit ius conditionis trāsferri. Dominus tamē meus dicit contra, vt s. de fideic. si in personam: vnde si aliquis decesserit, & instituit filios suos hæredes, & eos sic inuicem substituit, vt si alter eorum decesserit sine liberis, restituat portionem superstiti: si postea alter fratrum relictis liberis hæredibus moritur, deinde moritur alius sine liberis: liberi eius qui primò dedecessit, non poterunt petere hæreditatem alterius qui sine liberis decessit, cùm conditio non extiterit in persona patris eorum, vt ff. de lega. 2. vnum. §. rogo. licèt alii contra. per hanc legem, sed hic non loquitur in conditionali hæreditate, sed in ea quæ impediebatur transmitti ante apertas tabulas olim, at in conditionali fideicommisso etiā hodie pendente conditione non transmittit. Puta autem vel in diem hodie cedunt à morte testatoris: vt s. de cad. tol. §. cùm igitur.

QVANDO DIES LEGATI VEL FIDEI-commissi cedit. TIT. LII.

L. 1. SI COMPETENTI. Assignatur contra. ff. de solutionib. quod in diem. & instit. de inutil. stipulatio. §. vlt. & ff. de verbor. obligat. qui hoc anno. Solutio. Aliud est in contractibus vel stipulationibus, vt ibi. Aliud in legatis, vt hîc, vel aliter. Distinxit B. verum dicam hoc anno, an singulis annis. Si hoc anno, siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus, spectabitur finis anni, vt in legatis dicit; l. ff. de condit. & dem. si in annis. Ad idem ff. de verb. obl. eum qui ita. §. qui ita. si singulis annis, debet præstari in principio cuiuslibet anni.

AGRVM. *Is fuit.* Sc. qui superuixit, & potest induci ad l. istam ff. de leg 2. cùm pater. §. libertis.

SI PONTIONI L L A. *Transmisit.* Est enim conditionale tale legatum, & ideo si antequam peruenerit ad illam ætatem decedat, non transmittit, vt ff. de legat. 1. si tibi cum x i i i i.

CVM VXORI. *Cùm liberos.* Istud facit quæstionem, quia cùm te licta esset proprietas si liberos haberet: ergo aliter non extabit conditio, nisi plures habuerit filios: sed hic non habuit nisi vnum, quare videretur quòd non debeat habere. Præterea ille citò decessit, quare videtur non habuisse, arg. ff. de in rem verso. si pro parte. §. non videtur. sed hic dicit totum contrarium. Licèt ergo habuit filium, & decesserit in vita, nihilominus extat conditio: nō enim dixit, si habuit filios tempore mortis, tunc enim oporteret eum perseuerare, & in morte habere: vnde etsi habuit & moriatur in vita, non extitit conditio: vt ff. ad Treb. ex postfacto. §. pen. hîc ergo sufficit quandocunque habuit. L. 4.

EX HIS. *Et secundæ.* Proprium nomen. *Ad legit. statum.* Fortè xxv. annorum: assignatur contra. ff. de leg. i. si cui cum xiiii. Solutio. Ibi conditionale fuit in sui substantia legatum, sed hîc purè reliquit, distulit tamen solutionem. Vel dic quòd hîc loquitur in filia, ibi in extraneo: vnde etsi aliàs insit tali legato conditio, hîc purè videtur reliquisse. Hîc enim præsumendum est ex qualitate personę, & ad hoc facit ff. ad Trebel. Seius Saturninus. & l. à filia. §. alumnæ. in alio non ita esset, nisi constaret de voluntate testatoris: tunc enim idem quod in filia, vt ff. quando dies. lega. ced. sicut præfinitione. L. 5.

SI FIDEICOMMISSVM. Non obstat s. de iure delib. quoniam. vt ibi nota. & potest induci ad l. istam, ff. ad l. Falcid. filiusfamil. ei quod dicitur in fin. ab intestato succedenti, &c. L. 6.

VT IN POSSESSIONEM LEGATORVM vel fideicommissorum seruandorum causa mittatur, & quando satisdari debet.

Tit. LIII.

QVONIAM. *Subtiliter cognoscere.* Aliud secundùm regulam s. de iudic. iudices. & concordat cum ista l. ff. eod. si is à quo. L. 1.

IPSIS. *Remitti possunt.* Nec est contra. ff. de leg. i. nemo. nemo enim cauere potest ne leges in testamento suo locum habeant, vt ibi dicit: sed vt remittatur illa satisdatio, bene potest fieri, vt hîc. Aliud in ea de vtendo fruendo arbitrio boni viri, vt j. eodem. scire. L. 2.

SI POSTQVAM. Patet ergo per legem istam, quòd qui prior est in tempore, potior est in iure, aliud est in legatariis, vt ff. in poss. leg. ar. is cui. §. si plures. & §. qui prior. L. 3.

CVM ARTEMIDORAM. ff. de vulga. subst. l. 2. §. 1. contra. per legem enim illam videtur quòd non debeat cauere: sed hîc non loquitur quando solicitus est de viui hæreditate restituenda, sed vt caueat in euentum. Si enim tenetur cauere, nisi fuerint filii, inter quos remittitur illa satisdatio, secus in aliis, vt s. ad Treb. iubemus. L. 4.

QVI LEGATI. *Sed in pigno.* Et præcedit causa eorum, si hæres vendidit vel obligauit, vt s. eo. si postquam. L. 5.

CERTA EST. Patet ergo quòd mittitur in possess. rerum quæ in causa hæreditaria sunt, is cui legati vel fideicommissi nomine L. 6.

satis non datur, vel in proprias res hæredis si fideicommisso satis non fecit post sex menses quàm peti cœperit.

L.7. SCIRE DEBES. *Constituisse*. Suprà eod. l. 2. *Minimè satisd. &c.* Et ſt ratio, vt not. s. de vsufructu. l. 1.

L.8. CONTRA EOS. *Intererit satis acceptum non esse*. Id est, quanti sua interest propterea quòd non est satisdatum: aliàs est litera, satis acceptum esse. *Actionem*. Vtilem tutelæ vel in factum, vt ff. de magist. conue. l. vlt.

DE SVIS ET LEGITIMIS LIBERIS, FILIA & nepotibus ab intestato venientibus.

TIT. LIIII.

L.1. SI FRATRI. *Non excluderis*. Quia admittebatur de iure ciuili, & sic in perpetuum, quare non excluditur c. dictum præscriptione, vt not. & habetur s. de iure delib. cùm antiqui. & l. si curatoris.

L.2. NEPOTES. *Sed ex stirpibus*. Id est, secundùm quòd stirps vel parentes eorum succederent, sic instit. de hæred. quæ ab intest.

L.3. VT INTESTATO. *Ex alio*. Scil. filio. *In sacris*. Scil. vinculis patris. *Honorarij*. Id est, prætorij.

L.4. INTESTATO, &c. Præfertur ergo posthumus sorori consanguineæ per l. istam in successione ab intestato.

L.5. SI T. E. *Solemniter*. Quia fecit hoc coram præside. *Naturalibus*. Et legitimis.

L. 6. EX LIBERA. *Et seruo*. Ergo ex nullo, quia serui in iure ciuili pro mortuis & nullis habentur. *Spurius*. Qui vulgò cõcipiuntur, & qui non sunt in alicuius potestate, sed sine patre censentur: vt inst. de nup. §. antepen. *Nec vt decu. filius*. Scil. defendi potest, vt dicit in fine. Decurionum enim filij habebant priuilegium ne subiicerentur bestiis, vt j. de pœnis, l. decurionem. Ergo iste tanquam filius decurionis non potest hoc habere. Oportet enim ad hoc quòd aliquis sit filius decurionis vel senatoris, quòd quando concipitur, sit pater senator aut decurio, vel tempore genituræ. Idem in filiis regis, vt s. de nupt. imperialis. Cùm ergo iste pro spurio habeatur, nõ admittitur ad honorẽ decurionatus, nisi idoneum habeat competitorem, vt ff. de decur. generaliter. §. spurios. & etiam sine his te & vita honesta recipiuntur, vt idem dicit.

L.7. FILIVM, &c. Consonat. j. de pat. pot. libertos.

L.8. APVD. *Vobis*. Loquitur mater illius filiæ. *Non postulatur*. Et est notabile, quia etiam ignorans transmittit hæreditatem ad matrem, videretur enim contrarium s. de his qui ante aper. tab. test. per totum enim illum titulum, videtur quòd transmittatur tantùm ad posteritatem. Sed hic licèt filia ignorauerit patrem defunctum, lex fingit ipsum decessisse ipsa captiuitatis hora, & ideo transmittit hæreditatem ad matrem suam.

SI DE-

SI DEFVNCTVS. Masculus, non intellige cuiuscunque sexus, imò referas ad filios, & habet locum quod continetur in lege ista, de iure antiquo, quia antiquitùs si aliquis decederet relicto filio vel filia, & ex filia mortua relinqueret nepotem vel neptem, illi † nepotes succedebant cum deminutione tertiæ partis in hæreditate, alij cum auunculis vel materteris, non autem in auia ista distinguitur omnino, quia siue ex filio, siue ex filia reliquit nepotes vel neptes, admittebantur cum deminutione tertiæ partis quam habiturus erat pater vel mater eorum: sed hodie omnes tales personæ succedunt sine deminutione tertiæ partis, vt ſ. de colla. illam. & ℣. authen. ibi posita. *Elogia inurenda, &c.* Fortè quia primò instituit eos hæredes, post fecit testam. in quo præteriuit eos, & dixit prima elogia inurenda. *De re.* Vt hæreditatis petitio. *Vel de in. conse.* Veluti inofficios. querela. L. 9.

VBI. *Capi. demin. par.* Sc. Minima: vtrum pater s. fuerit emancipatus necne: *Qui po. testa. fac. &c.* Sed auia non habet nepotes in potestate, quia nec filium naturalem habet fœmina in potestate, & ideò adoptare nõ potest, nisi fuerit ei indultum à principe, vt inst. de adop. §. fœminæ. L. 10.

SI MATRE. Consonat ℣. ad Treb. quotiens. L. 11.

1 *Præteritio pro exhæredatione habetur.*
2 *Collaterales succedunt in capita, præter fratrum filios.*
3 *Agnatus à cognato non distinguendus.*
4 *Cognati vsque ad sextum, agnati verò vsque ad decimum gradum admittuntur.*

QVOTIENS. *Minimè competit.* Quia non datur bon. possess. vnde liberi in bonis maternis, vel linea materna. Imitatur enim natura bono. poss. contra tabulas, & illa non habet locum in testamento fœminarũ, vel aui materni, vt ff. de bo. pos. illud. §. 1. quia † præteritio eorum habetur pro exhæredatione, non ergo habent vnde lib. bo. poss. Datur enim his quibus & contra tabulas, vt ff. si tab. test. nullæ exta. l. 1. §. 1. & not. ſ. vnde liberi. & de bonor. possess. contr. tabul. Authent. IN *successione mortui, &c. In stirpes.* Aliud in collateralibus, quia † illi succedunt in capita, præter filios fratrum, vt in corpore authent. *Non distinguendo sexu.* Quia ita admittuntur filij sicut filiæ, & nepos sicut neptis. *Vel iure potestatis.* Quia idem in emancipato & suo: hoc intellige quando intestatus quis decedit, vt instit. de exhered. lib. §. pen. & in authen. vt cùm de appel. cogno. Si verò fecerit quis testamentum, & præteriuit filium in potestate constitutum, ipso iure nullum est testamentum, si emancipatio tenet, sed expugnatur per bonor. possess. contra tabul. & eundem habent effectum: diuersimodè tamen vocantur, & sic distinguitur emancipatus à suo, Is enim qui in potestate est, acquirit patri vsumfructum, sibi retinet proprietatem, aliud in emancipato. Præterea is qui est in potestate, non potest eum conuenire, sed emancipatus: nec donare possum ei qui in habeo in potestate, secus in emancipato: ergo quoad hoc sublata est differentia patriæ potestatis. *Sed naturali causa inspecta.* Hoc additum est à domino Yrn. nec enim continetur in corpore authentic. Et hoc dixit ideò, quia sublata ab- L. 12.

tiqua differentia sexus,& patriæ potestatis,naturalis causa tantùm inspicienda est. Omisit tamen quidam quod continetur in corpore adthentic. ibi enim dicitur quòd non est distinguendus † agnatus à cognato. Non ergo dicam per verba huius authent. posita corrigi quòd iura dicunt in filiis adoptiuis, vt scilicet patri succedant, vt s. eo. si te parens.licèt quidam contradixerint.Præterea non reprobatur per hoc quando patronus possit succedere suo liberto ratione officij,licèt non sit de sanguine ipsius. Nec per hoc dicam quòd seruus possit succedere cognato suo: hoc enim in aliis cognatis admittatur, non tamen extenditur ad cognationem seruilem, vt ff. vnde cogna.l. j. & j. communia de succes.seruus. Nec etiam dominus succedet cognatis serui ex persona serui sui:si tamen seruus instituatur hæres, ex persona serui dominus posset petere hæreditatem. Admittuntur ergo cognati vsque ad † sextum gradum,agnati verò vsque ad decimum, vt inst.de cognat.succes.§ pen.& vltimo.Sed hodie cùm nulla sit differentia inter agnatos & cognatos,dici posset quòd cognati admitterentur vsque ad decimum gradum.

AD SENATVSCONSVLTVM TERTVLLIANVM. Tit. LV.

L.1. LICET. *Persi.*Quia per tutores possunt,vt s.de iur.delib.si infanti. & l.potuit.

L.2. IN SVCCESSIONE. *Et fratribus vel sororibus.* Hoc corrigitur per authent.j eod.defuncto.*Manumissor.*Id est,emancipator, quod proprium est liberorum:aliud seruorum:vt ff.quando act.de pecu. ann. i st l.1.*Vetus ius.* Ideo dicit, quia antiquitus non emancipabat aliquis sine pacto quòd si moreretur,sibi succederet : hodie non exigitur illud pactum,vt instit. de legit.agnat.succes.§. vlt. *Præfertur.* Corrigit hoc authent.defuncto. Patet ergo per l. istam quòd præfertur pater matri, sed non obstat auus, proauus, scilicet, cùm inter matrem & auum solummodò contenditur, vt instit. eod. §. pater quoque. secus verò si auus emancipauit nepotem contracta fiducia : & hîc patre & matre & auo superstitibus decedat, nam tunc licèt pater non admittatur, facit tamen vt mater excludatur, vt ff. eod. l.2.§. obiicitur. & l. æquissimum.§ 1.

L.3. MATRES. *Quæ puberes.* Aliud si impuberes, vt j. de legit. hær. sciant.

L.4. SI QVA MVLIER. *Nequa relig. &c.* Quia nupsit infra annum. *Et cæterarum pœnarum.* Vt s. de sec.nupt.l. 1. *Præsumat.* Id est, præcipiat.

L.5. MATER. *Post mortem, &c.* Hîc distinguitur an ante mortem filij, an post contraxit,vt ex hac lege perpenditur, & j. auth. de non elig.secund.nupt. §.& non solùm.& ex eadem auth.§.cùm igitur reliquum. videtur lex ista correcta: & illud auth.correctum est per aliud auth.de nupt.§.hinc. quod verum est. Et hoc idem auth.dicunt quidã esse correctum per illud de hæred.quæ ab intest.quod falsum est, quia ibi

ibi non fit mentio secundarum nuptiarum.

1 *Legitima tutela ex lege duodecim tabul. defertur.*
2 *Tutorum alij legitimi, alij testamentarij, alij deniq; datiui.*

OMNEM. *Legitima* Non intellige de legitima tutela, quæ ab ipsa lege, & de iure XII. tab. † deferatur, quia non daretur tutrix, imò ipso iure esset, vt ff. de legit. tutor. legitimos. sed mater non ipso iure est tutrix, imò oportet consentire, vt j. authen. s. quando mulier tute. matri & auiæ. Est ergo tutrix legitima, id est, secundùm legem, quia quod postulat hoc à iudice renunciando auxilio S.C. Velleiani, & nuptiis aliis, vt dicit prædicta auth. olim tamen præstabat sacramentum ne ad secundas veniret nuptias, vt hîc dicit. Et licèt fiat distinctio tutorum, quia alij legitimi, alij testamentarij, alij † datiui, ista non est testamentaria, quia non datur in testamento, vt ff. de neg. gest. qui aliena. §. pen. nec legitima, vt patet per supradicta. nec datiua, quia daretur nolens & inuita, & hoc falsum est, imò ad postulationem suam. Et licèt hodie non iuret, fortè eandem patietur pœnam, si non fecit alium ordinari tutorem: vel non soluit quod debet ratione tutelæ. Sic ergo distinguitur hîc ad hoc quòd mater repellatur à successione ab intestato, sed aliàs si mater non petiit idoneos tutores, vel prioribus excusatis vel reiectis alium non petierit: ius non habet vendicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum: vt ff. qui petant tuto. l. 2. §. vlt. & l. seq. L. 6.

1 *Morte filij non extinguitur patris vsusfructus.*
2 *Auo auiaque quando præferuntur fratres.*
3 *Proximus in gradu quis dicatur.*
4 *Auus quando admittendus cum fratre defuncti.*

SI QVIS VEL SI QVA. *Legitimo*. Id est, consanguineo. *Vel sola cognationis. &c.* Id est, vterino, quia eiusdem matris sunt filij, non patris. *Occasione sororum, &c.* Quia cum sororibus nõ succedebat æqualiter, imò dimidiam ipsa, & aliam dimidiam sorores quotquot essent, habebant. *Totius successionis pro besse, &c.* Aliter. j. de legit. hæred. de emancipatis. *Pater quidem vsumfructum, &c.* Reprobatur ergo opinio P. qui dicebat vsumfructum patris † extingui morte filij, vt not. s. de vsufruct. l. 3. *Sancita sunt.* Suprà eodem. si qua mulier. & l. mater. & l. omnem. & sic Yrn. dicit in fine authent. defuncto. Habes super legem istam auth. signatas. *Et cum solis sororibus, & cum solis fratribus, item cum permixtis vocatur mater in virilem portionem.* Et ita corrigitur quod dictum est in principio legis. Authentica, IN TESTAMENTO quoque. Authent. DEFVNCTO, *sine liberis. Salua gradus prærog.* Quia pater primò quàm auus. *Licèt dispar sit eorum numerus.* Ergo tantùm habebat solus auus paternus, quantum auus & auia materna. *Cum ascendentibus gradu proximis.* Nunquid est intelligendum cum patre & matre, & quòd isti tantùm dicantur in gradu proximi? & videtur. Nam si reliquit auum, auiam & fratres, videtur † quòd fratres præferantur, vt j. de legit. hære. in successione. Et ita quidam per legem illam voluerunt intelligere quod hîc dicitur, de patre & L. 7.

matre tantùm: præterea alia ratione, quia pater defuncti repellit auum, tamen frater pariter admittitur cum patre: & ideo videtur quòd ipse repellat auum eadem ratione. Io. contra: appellauit enim ascendentes in gradu proximos, quos nulli alij præcedunt. Ergo si pater est vel auus, proximus in †gradu est, quia nō præcedit eum alius: & quòd 3 ita sumatur proximus, probatur ff. vnde cogna. l. 1. & ff. de verb. sign. l. proximus. Nec obstat quod dicit lex in successione, quia corrigitur per auth. Præterea non obstat aliud, quia pater non repellit auum, nisi quando superest, sed hîc non superest, & ideo videtur admittendus † auus cum fratre defuncti. *Vbi nulla secundarum nupt. &c.* Verba sunt 4 Y. & ex hoc potest haberi quòd cùm non fiat mentio de secundis nuptiis in hoc auth. non corriguntur quæ dicta sunt de secundis nuptiis in fine illius legis, & in concordantiis ibi signatis, & multa quæ notantur in summa de secundis nuptiis.

AD SENATVSCONSVLTVM ORPHICIANVM.

TIT. LVI.

L. 1. SI INTESTATÆ. *Ad solam.* Exclusis aliis.

L. 2. NON PRO NVMERO. *Inter duos tantùm.* Istud intelligendum est cum quadam determinatione: nam si alij duo decesserunt intra annum ex quo sciebant sibi delatam hæreditatem, transmittunt ius deliberandi ad hæredem & extraneum: vt s. de iure delib. cum antiquioribus. si verò non intra annum, & reliquerunt liberos, transmittunt per l. Anastasij, vt s. de his qui ante aper. tab. intellige ergo l. istam, quando non decesserunt intra annum: item quando non reliquerunt liberos.

L. 3. MATRI. *Citra bon. poss.* Et est hoc notandum, quia cognati non succedunt de iure ciuili xii. tab. Sed filij cognati, cùm ei coniungantur per fœmininum sexum, quia & per se ipsum, & tamen de iure ciuili per Orphicianum S. C. vocantur ad successionem matris citra bon. poss. vt dicit.

L. 4. QVOTIENS. Patet per l. istam quòd filij præferuntur ab intestato patri & matri filij defuncti filij emancipati.

L. 5. SI QVA. *Ad spur. peruenit.* Ergo est speciale in illustri matre, quòd filij spurij non succedunt ex testamento, vel intestato cum legitimis: si verò legitimi non existant, fortè ab intestato vel ex testamento admittuntur, naturales verò qui ex illicita consuetudine procreati sunt, cum legitimis admittuntur, ita est in illustri muliere. In alia enim siue habeat naturales, siue spurios, videtur quòd admittantur cum legitimis, vt instit. de succes. cogna. § pen.

L. 6. QVIDAM. *Moram in libertate præst.* Si enim non fecisset moram in libertate serui, sed matri traderentur vt manumitteret.

DE

DE SVIS LEGITIMIS HEREDIBVS.

Tit. LVII.

IN SVCCESSIONE. Lex ista potest intelligi in successione ascendentis vel vnius fratris defuncti,& primo casu respicit tit.de suis & legit. & per l.istam pariter vocantur coniuncti ex vtroque parente,vel ex altero tantùm:sed iure auth.coniuncti ex vtroque parente præferantur.vt ∫.eod. authent. cessante. *Dotatas fuisse proponitis.* Vnde videbatur quòd dote deberent esse contentæ,nec aliquid possent petere,sed contra.est. L.1.

SI EIVS. *Non quæsistis hereditatem.* Quia quandiu in potestate fuistis, adire noluistis. L.2.

1 *Fratrum filij quando succedant in capita.*

CONSANGVINITATIS. *Proinde cùm fratris tui,&c.* Corrigitur hodie auth. L.3.

CESSANTE *successione lineæ descendentis.* Quia carebat liberis, vel nolebant ei succedere. *Et eius quæ sola sit ascendentis.* Ita habent quidam in antiquis authenticis,sed non est ita dicendum, quia nec illud verbum Y. omittit,& sic planiùs dicit, cessante succes.lin.descen. & ascendentis,&c. Et dicitur sola,quia defunctus non habebat liberos,sed solùm ascendentes,qui cessabant in hæreditate accipienda vel agnoscenda. *In stirpem.* Hoc est omnes in quantum iste qui superest haber,vel pater eorum erat habiturus,sed si cum patruis vel ascendentibus non vocentur, hi fratrum † filij in capita succedunt, vt in corpore auth.in §.si verò neque fratres. & ex eodem videtur contra, quia ita dicit,neque filios fratrum,&c. Vnde videtur quòd illi vocentur in stirpes si fratres essent. *Cum proximis gradu ascendentibus.* Nunquid est intelligendum cum patre & matre, & quòd isti tantùm dicantur proximi? Resp.vt not.s.ad S.C.Tert.authen.defuncto. Authentica, POST fratres fratrúmque filios. L. 4.

SI AVT NVLLVM. *Aut intra.* xiiii.&c.Et tunc nullum censetur ordinasse,vt s̄.qui testa.fac.pos.l.4. L. 5.

AD INTESTATI. *Proximitatis.* Id est,cognationis. L.6.

DEFVNCTI. Patet ergo quòd suis abstinentibus hæredibus vel repudiantibus frater iure consanguinitatis admittitur. L.7.

PATRVO. Patruus est frater patris. *Matertera.* Matertera est soror matris,vt ∫.patet in hac eadem l. L. 8.

SI HIS. Patet per l.istam quòd is qui apud hostes moritur habere potest successorem. L.9.

IN SVCCESSIONE. *Quàm auum maternum.* Vel auiam maternã. *Habens potiorem.* Quia fortè soror erat agnata, coniungatur per masculinum sexum:& licet in eodem gradu sint, præfertur tamen soror, cùm sit agnata.vt s̄.eo.patruo. Hodie vocantur fratres & sorores cum ascendentibus in gradu proximis, siue sit pater, auus vel auia: vt s̄. ad S.C.Tertull. auth. defuncto. vel secundùm leges istas præferebantur L. 10.

pater & sorores auo, vel auiæ paternæ vel maternæ, cùm præferebantur patri, vt infrà eod. de emancipatis, & infrà de bon. quæ lib. quæcunque.

L.11. SCIANT. *Siue iure substituti.* Istud est notandum & mirabile, quia & si ab intestato repellantur, non tamen ex testam. iure substitutionis videbantur posse repelli: hic tamen contradicit, & s. ad Tertu. omnem matri. aliud obseruatur per ll. veteres, vt ff. qui petant tuto. l. vlt. *Denegandis.* Sed nónne fisco applicabitur? non: imò eis qui proximi sunt post illos qui debebant petere tutorem, vt ff. ad Tert. l. 2. §. vlt.

L.12. SI AB EO. *Minimè legata per emancip. &c.* Olim enim per emancipationem iura extinguebantur, nisi fieret emancipatio contracta fiducia: hodie succedit pater siue fiat contracta fiducia, siue non: vt inst. de legit. agna. succes. §. vlt.

L.13. SI *maior quinquagenaria, &c.* Hunc casum potes ponere pro scholari qui recessit pro sapienti, & contraxit matrimoniũ cum vidua quinquagenaria, sicut & plerumque contingit. *Maximè cùm & anteriori no. lege.* s. de nupt. sancimus.

L.14. DE EMANCIPATIS, &c. Refert se ad l. s. eod. si ab eo. vbi loquitur de istis filiis emancipatis Anastasiana l. s. de legit. tuto. l. 4. Et quamuis superior l. si ab eo. facta sit ab Anastasio, hic non loquitur de ea, sed in princip. *Iam à nobis posita est lex.* Suprà ad Tert. l. vlt. *Eius patri totum* Assignatur contra. s. ad Tertul. l. vlt. Quidam voluerũt dicere quòd ibi loquitur in filiis emancipatis rescripto partibus impertito. Sed verba in lege ista posita tollunt hanc solutionẽ, cùm dicat, siue per sacrum oraculum, siue alio legi, &c. Vel ibi loquitur cùm reliquit patrem & matrem, hic autem cùm patrem tãtùm. Sed si hoc, ergo minus debet habere solus pater, quàm pater & mater insimul: & ita dicit patrem & matrem habere bessem vsusfructus: hic autem solum patrem totum. Vnde dic quòd lex ista quantum ad vsumfructum corrigit illam, quoad proprietatem consonant. Vel dicas quòd l. corrigitur per auth. s. ad Tert. d. auth. defuncto.

L.15. LEGE. *Viribus.* Vel viribus sobolis masculinæ.

L.16. MEMINIMVS. Repetit quod superiùs dictum est, vt aliquid addat. *Relatus est.* Inst. de legit. agna. suc. *Frugi.* i. vtile, & est indeclinabile. *Redigendo.* Per l. istam, sed rediguntur iure auth. *Constitutionis tenorem.* Vt s. de legit. tut. l. vlt.

COMMVNIA DE SVCCESSIONIBVS.

TIT. LVIII.

L.1. SCIRE. *Solemniter.* Correctum est s. qui adm. ad bon. pos. l. vlt.

L.2. SI PATER. *Propior sobrino.* Quid sit propior sobrinus, dic vt not. s. vnde legit. cùm priorem. *De tutela conuenire.* Quia hæres hæredis testatoris est hæres.

L.3. VITRICO. Qui sci. interpretari posset pater, vitricus priuigni, i. filiastri, vel filij syluestris. *Non deberi.* Quia non contrahitur inter eos affinitas quoad successionem vt in affinitate: sed quoad prohibitio-

bitionem nuptiarum, vt inst. de nupt. §. affinitatis.

SERVVS *successio. ha. non potest.* Intellige cùm decessit vt seruus: aliud si vt liber, vt in eo qui fingitur ipsa captiuitatis hora decessisse: vt s. de suis & legit. hered. apud hostes. sed & in quibusdam casibus etiam seruus habet hæredes, vt s. ad Silan. l. vltim. & ad S.C. Orphit. l. vltim. L.4.

AMITÆ. *Consanguinei fuerint fra.* Vt si aliqua habet filios, & contrahit matrimonium, vt cum eo qui habet filios ex alia vxore, filij qui postea nascentur ex istis duobus, essent consanguinei fratres priuignis illius mulieris. Sed alij inter se non sunt coniuncti, imò possunt contrahere matrimonium: quare his qui consanguinei sunt fratres non præferentur in hæreditate amitinorum, sed aliis. Et hoc est quod dicit, nam amitinis tuis, alio etiam patre natis si nunquam priui gni matris eorum amitinorum sunt, subaudi, coniuncti amisisse, &c. L. 5.

AVVNCVLO. Fallit quod hic dicitur s. tit. 1. auth. cessante. Ibi enim & si prior est quis in gradu, non est prior in successione. L.6.

1 *Inter virum & vxorem vtrum sit affinitas.*

AFFINITATIS NVL. SVCCES. Nisi inter vir. & vxo. omni alia successione deficiente, sed secundùm quosdam illud nō est ratione affinitatis. Dicunt enim quòd inter virum & †vxorem non est affinitas, sed ipsi sunt causa affinitatis, & ipsis mediantibus contrahitur inter alios. Nos dicimus inter ipsos affinitatem esse, vt ff. de cond. cau. data. quod seruis. Et in casu succedit maritus vxori suæ cum filiis eius emancipatis à patre, & cum nepotibus ex filia, vt virilem habeat partem vsufr. vt j. tit. 1. l. pen. L.7.

ANTEQVAM. *Igitur perspicis, &c.* Cùm enim institutus sit, præfertur ab intestato venientibus: vt s. qui admitt. ad bon poss. quādiu, & fallit quod hic dicitur ratione vltimæ voluntatis: vt ff. de hered. instit. l. si ita quis. L.8.

ANCILLÆ. *Non potest:* Quia est liber homo. L.9.

NVTRITORIBVS. Nec ciuili nec hono. ergo multo minùs defertur illis qui hospites recipiunt. sed tamen contrarium est per consuetudinem in multis locis. L.10.

SANCIMVS. *Ex occasione maritali, &c.* Vt quia filius in potestate mea constitutus contrahit matrimonium, & paciscitur de dote lucranda, vel aliquid quocunque modo lucratur ab vxore sua, cuius ipse habet proprietatem, & eandem transmittit filiis suis. alioquin fratres sui qui ex vtroque parente coniuncti sunt, admittuntur. postea reliqui, deinde pater. sed in vsufruct. pater semper habet plenam potestatem. quod dixi in filio, poni potest in filia. *Ex eodem.* Istud pronomen eodem, non facit relationem ad prædictum matrimonium, sed ad paternum. i. quia ex eo matrimonio natus fuit defunctus, ex quo & iste vel isti. hodie etiam pater cum eis vocatus, vt s. tit. 1. authen. cessante. *Ita & de his quæ materna linea.* Ideo de his dicit, quia tempore istarum ll. non acquirebantur filiis in potestate constitutis non habentibus castrense vel quasi castrense peculium, nisi res maternæ lineæ, & maritalia lucra. hodie idem in omnibus aduenticiis: vt infra de bon. L.11.

quæ lib. l. antepen. & j.authent.de consang.& vter.§.& his.quæ mens erit,circa fi.constitutionis vsufructu rerum,&c. & est ratio, quia defunctus erat in potestate:vt suprà ad Tertull. l. vlt.in fine. & §. penult. contra.& de legit.hered.de emancip.contra. alioquin pater eo viuente non haberet vsumfruct.sed eo mortuo habet.Authen.*Mortuo itaq.,&c.* Qui ex vtroque connexi fuerint, vt supra tit.1. cessante.si tamen quis vterinos tantum, quosdam consanguineos tantùm relinquat, in rebus maternis præferuntur vterini,in paternis consanguinei:vt s.tit. prox.de emancipatis.

DE BONIS MATERNIS, ET MATERNI GENERIS. TIT. LIX.

1 *Plus iuris habet pater in rebus filij administrandis, quàm tutor pupilli.*
2 *Filio agenti pater consentire debet.*
3 *Longissima præscriptiones tantùm negligentibus nocent.*

L.1. RES EX MATRIS *Success.* Nónne idem si extraneus instituisset vel laboribus suis adquisisset? imò, vt j.tit.1.l.antepenult.sed ideo dicit,quòd per l.Constantini nihil acquirebat sibi filius præter peculium castrense vel quasi castrense,nisi res maternas & similes,alia enim aduentitia non. hodie contra. est,vt dixi.*In examine.* iudicis.*Vel per procuratorem.* Plus ergo iuris habet in rebus filij administrandis pater †quàm tutor pupilli:quia ille nõ 1 constituit procuratorem nisi lite contestata, vt s. de procurat.neque. sed pater ante litem & post: vt hic. & est ratio, quia tutor tantùm habet administrationem, licèt dicatur loco domini esse.intelligendũ est enim quoad administrationem. sed pater habet vsumfruct. præterea filius est in potestate. item administrat,& sic tria habet, alius non nisi administrationem, vt dixi. *Impigrè.* Quidam enim tales sunt,qui libenter percipiunt fructus,nec aliquid volunt expendere in cultura. quod non debent facere. *Et litem inferentibus.* Nunquid concipiet quis libellum contra patrem nomine filij: vt suprà de episcopis authen. sed hodie nulla.& l.omnes.§.hoc nihilominus.sed contra filium videtur concipere posse:vt in authen.apud quos oportet.colla vj.j.respon.*Agere.* Quantum ad administrationem,non alienationem:vt j. dicit. *Et personam gerunt legitimam.* In agendo & respondendo. vnde videtur quòd iuret de calumnia:vt s.de iura.cal.l.2.§.quod obseruatur.quid si teneatur filius ex aliqua causa ex qua ad patrem non peruenit, puta commodati, depositi, rei vendica. iniuriarum, & filius sit maior,nunquid filius conuenietur & iurabit de calumnia, aut pater eius nomine? Respond.filius,maximè secundum ll veteres, vt ff. de actio. & obligatio. filiusfa. nec est correctum per l. istam, quia nec loquitur in aduenticiis,in quibus pater habet vsumfructum. hoc porrò est additum,quòd pater filio agenti & †respondenti debet consentire:vt j. tit.1. l. vltim. 2 1. respond.ibi enim loquitur cùm nec habet vsumfruct. vtpote quia recu-

recusat acquisitionem, & tamen consentire habet necesse. *Docere enim debet*, &c. si velit inuenire emptorem, vel debet, i. potest, dicit istud dando consilium. & istud consilium vel doctrina ista videtur mala: sed expone vt priùs. simile videtur consilium s. de condit. & demonst. quaesitum. *Nullam poterit praescript.* Etiam c. annorum: & est ratio, quia lon-3 gissimae † praescriptiones xxx. vel c. annorum tantùm nocent negligentibus. hic filius non est negligens, quia non potest actionem mouere interim dum est in potestate patris: vt j. de annal. except. l. 1. §. vlt. si exiuit de potestate, morte vel emancipatione, tunc incipit currere praescriptio, vt hîc dicit Authentica, Nisi tricennale transeat tempus, & detentatio dominos accipientes constituat incipientes filiis tempore currere ex quo suae potestatis apparuerint existentes: nisi tamen aliquem impubes aetas adiuuet adhuc. *Dominos.* Distinctio verum fuerit bonae fidei possessor, an malae, primo casu habet vtilem rei vindicationem. & quòd hîc dicit dominos, glossa, id est, quasi dominos, si fuit malae fidei possessor, non habet actionem, sed exceptionem, si possideat: vt j. de praescript. xxx. si quis emptio.

L. 2. QVVM QVID. *Non posse.* Abundat vna negatio. *Amittit.* Id est, vtendo fruendo, cùm fuerit defunctus. *Defuncto eo*, Patre scilicet, nec intelligas literam sicut P. dixit, filij morte, patris extinguitur vsusfructus. nos contra, vt hîc, & s. ad Tertul. l. vlt. & not. s. de vsufr. l. 2.

L. 3. SI VIVA. *Viriles et inter filios*, &c. Nunquid idem in caeteris aduentitiis? hodie nô, quia hoc admittit, l. ideo, quia decessit vxor huius, quae vnum corpus erat cum eo, & cuius fruebatur bonis eo viuente. succedit enim iste maritus vxori suae cum filiis eiusdem emancipatis, vel cum nepotibus etiam ex filia, vt virilem in vsufructu partem habeat, si tractetur de rebus quae aliunde obueniunt, vel ab extraneo, vel laboribus suis, vel prospera fortuna, in eis nihil habebit pater: vt s. dixi. *Alteros manumiss.* Post mortem auiae. *Quòd si nepotes sint, neptésue.* Haec de nepotibus filii qui remansit in potestate: nunc ponet de nepotibus filii emancipati vel filiae. & nota quòd auus maternus habet vsumfructum virilis partis, si eis deferatur haereditas earum, id est, vxoris huius patris. sed viuente filia haberet in solidum, quia ipsa erat in potestate, si tamen ei suae matris delata esset haereditas: & eandem retinet etiam mortua filia: vt not. s. l. prox. *Aut l. emancip. filio.* Post emancipationem.

L. 4. OMNEM. Patet per l. istam quòd & si pater nouercam superinduxerit, nihilominus habet vsumfructum in rebus maternis.

DE BONIS QVAE LIBERIS IN POTESTATE patris constitutis ex matrimonio vel aliàs acquiruntur.

TIT. LX.

L. 1. CVM OLVM VENERANDAE. *Contuleris.* Vt inter viuos, vel causa mortis, vel ex causa dotis vel donationis ante nuptias: vt j. l. proxima. sed in aliis hoc potest intelligi, ne iure dominii quaeratur patri eius: qui dantur, sed iure pleno domi-

nii reuertantur ad patrem eius qui vel dat dotem vel donationem ante nupt. vt in l. seq.

L.2. CONSTITVTIONIS NOVAE, sc. superiùs. *Sancimus.* i. sancitũ facimus. *Ad parentes reuersum.* Habemus ergo quòd dos ad patrem reuertitur. M. verò distinxit, mortuo patre sine liberis, an cum liberis. primo casu reuertitur ad patrem, in secundo succedunt liberi in dotem: vt not. s. de rei vx. actione. §. sileat. *Praemium.* Dimidiam vsusfructus secũdùm Iustin: vt inst. per quas personas. §. hoc quoque.

Omissa est lex quæ sequitur in vet. manuscripto.

QVAECVNQVE. *A filios & nepotes.* Loquitur de nepotibus natis ex illo qui lucratus est occasione maritali. *Ex eodem matrimonio* Multò magis ergo pertineret si procreati essent ex eo: & in eo casu si vnus eorum decederet, pars eiusdẽ nepotis, primò liberis eiusdem, secundò fratribus eiusdem matrimonii, tertiò fratribus alterius matrimonii, vltimò auo defertur hæreditas, vt subiicit: & ita fratres defuncti præferuntur auo fortè hodie in hoc vltimo casu contra. est: quia secundum hæc iura frater defuncti præferebatur etiam patri defuncti in proprietate: vt supra communia de success. l. vlt. & de l. git. hæred. de emancipatis. *Procreati non sunt.* Isti nepotes vel pronepotes, nec enim referri potest ad filios qui lucrati sunt.

L.4.

L.5. NON SINE *Ratione*, &c. *Recitatione constitutionis*, vt s. eod. l. 1.

1 *Antiquo iure omnia acquirebantur patri.*
2 *Seruitus seruitutis esse non potest.*
3 *Coniectura ex quibus causis capi potest.*
4 *Pater luxuriosus ab administratione repellitur.*

L.6. CVM OPORTET. id est, oportunum est, siue decens vel conueniens. *Veteris iuris.* Non dicit vetustissimi, quia † tunc omnia acquirebantur patri, præter castrense peculium vel quasi: vt instit. per quas personas, in princ. *Non ex eius substantia.* Ideo dicit, quia si ex patris substantia acquisisset, etiam quoad proprietatem sibi acquireret: vt instit. per quas personas. idem si ex occasione substantiæ ipsius, vt hîc dicit. vnde est arg. quòd si filius acquisierit ex pecunia patris vsuras, quam dedit ei vt negotiaretur, quòd patris sint. arg. tamen contra. est ff. de verb. sig. vsura. sed non ita est, arg. ff. de vsur. in fideicommissi. § nonnunquam. non ergo potest retinere dicens quòd suum sit, quia pro eo animam suam dedit diabolo. Quid autem sit in aduentitio peculio, habes hîc. Quid si filiofamiliàs relinquatur † vsusfructus? In hoc quidem non potest esse patris vsusfructus, quia seruitus seruitutis esse nõ potest: vt ff. de vsufruct. lega. l. 1. & puto solum filium vsufructuarium. pater autem rebus ex vsufructu venientibus vtetur fruetur. lex tamen aliter videtur distinguere supra de vsufruct. l. vlt. sed illud locum habet quando dubitabatur cuius contemplatione esset relictus vsusfructus. secùs si contemplatione filii. est enim solus filius fructuarius, & morte eius extinguitur, vt s. dictum est. Quid si dubitetur vtrũ ex profectitia, an ex aduentitia causa filius quæsierit. dicunt quidam ex profectitia præsumi, sicut in vxore, & prælato ecclesiæ: vt s. de donat. inter virum & vxorem, l. etiam. & ff. de donat. inter vir. & vxorẽ. Quintus. & s. de episcopis & cler. licentiam. vel dic vt visum fuit Io. aliud enim dixit in vxore & in prælato. & in isto filiofamiliàs. putauit enim

enim esse attendendum vtrum pater inops erat, filius verò studiosus, & in arte sua attentus, vt bene laboraret: in quo casu pro filio præsumendum est, vt scilicet non videatur de bonis patris quæsitum. an verò filius sit piger, nec alicuius artificii doctus, pater verò diues: ex quibus & consimilibus † contra filium coniectura capi potest per l. s. arbit. tut. si defunctus. *Vel ad extraneos.* Cùm testari possunt. *Vel ad fratres,* Etiam ab intestato. nam secundùm hæc iura frater præferebatur patri in proprietate: vt not. s. eod. quæcunque. *Exceptis castren.* &c. Excipiuntur etiam alia, vt hîc. Authentica. EXCIPITVR, &c. authentica. HÆREDITAS. Et forsan verba Guar. Authentica. IDEM EST. Idem in alio casu j. l. vlt. in fine. Idem vbicunque delata est hæreditas filiofam. in cuius acquisitione voluit pater consentire: vt j. eod l. vlt. §. 1. 2. & 3. *Non autem hypothecam.* Videtur contra, vt j. eod. l. in fine. dicit, vt ibi. *Patria potestas in eos exercenda.* vt j. authen. de nupt. colla. 4. §. ita. sed si pater sit homo luxuriosus, ab administratione † repellitur: vt j. de senten. pass. l. vlt. *Diurna donatione.* Aliàs diuturna donatione, fortè alimentorum causa. *Tertiam partem bonorum,* Hodie dimidiam vsusfructus: vt not. s. eod. l. 2. in fine. & j. dicit, *sed dimidia vsusfructus.* secus in seruo manumisso inter viuos. & j. de pecu. eius qui liber. me. *Sed cum tacita hypotheca.* Videtur contra. s. eod. l. circa princi. Solutio ita est in maternis rebus, quòd pro eis habent tacitas hypothecas non pro aliis, vt ibi. vel non habent tacitas hypothecas pro eo quòd aliquid malè gesserint, sed ad consignationem earum rerum: vt j. eod. l. vlt. *Initium gerendæ,* &c. Non initium spectandum.

CVM MVLTA. *Præstita sunt.* Vt s. de donat. inter vir. & vxor. l. pen. & j. de donat. sancimus. & j. de sacrosanct. eccles. sed & permutare. *Dignum incrementum.* Vtitur arg. à simili. *Imperialis fortuna.* Ergo videtur quòd imperium sit à fortuna: vt s. de legit. & constit. digna vox at non ita dicendum: sed vt suprà de off. præfecti Africæ. in nomine. aliàs fortunas. L. 7.

1 *Eadem censetur persona patris & filij.*
2 *Id dici non potest de seruo & domino.*
3 *Pater inuito filio querelam intentare non potest.*
4 *Filia sine patris consensu dotem petere potest.*
5 *Secunda ætas quæ dicatur.*

CVM NON SOLVM *Siue pater adire filiumfam.* &c. Quid si ponamus quòd filiusfam. institutus est, & facta est substitutio? dic esse quòd substituto præferatur pater si filius non fuerit hæres? & videtur per l. istam. sed si hoc diceres, fieret contra mentem & verba testatoris. dixerat enim, si ille non fuit hæres, substituo ei talem. at filius qui repudiauit, non est hæres: & ideo videtur substitutus admittendus. Respondeo, quia l. ista quodammodo reputat filium hæredem, cùm pater extitit hæres: quia eadem censetur † persona patris & filii: vt supra de impub. & aliis substitut. l. vltima, in fine. vnde cùm pater sit hæres, quodammodo videtur filii hæres, & ita præfertur substituto. Secunda posset fieri quæstio circa hæreditatem filii familiàs ab intestato L. 8.

delatam, vt ff. cognatus quis transmisit ei hereditatem ab intestato, cùm enim iste coniunctus esset filio ex patre matris: si non vult adire filius, videtur quòd pater non sit admittendus. Sed responderi potest sicut in propria, cùm enim pater admittitur, videtur quodammodo filius admissus. Tertiò possit quæri an idem sit in seruo quod dixi in filio si non vult adire iubente domino, potuit enim quamuis iubente domino nolle adire: vt s. de hered. instit. cùm proponas. nunquid admittetur tunc dominus? Sed ibi non potest dici quòd sit eadem persona † seruus & dominus. ideo dicendum quòd non sit admittendus. Quartò fit quæstio, vtrum quod dicitur in hereditate, vt inuito filio nomine ipsius possit eam habere vel adire pater, habeat locum in querela? & certè non, querelam enim † non potest intentare filio inuito: vt ff. de inoffic. testam. Papinianus. *Ne in iud. sine pat. potest.* Nota quòd maior non potest esse in iudicio sine patria voluntate. speciale tamen est in casu, vt filiafam. maior possit sine consensu † patris petere d. tem. vt s. de coll. l. adhen. quod locum habet. *Sin autem in secunda ætate.* Hic appellat secundam ætatem post septem annos. j. xxv. ann. & videtur secunda † ætas ab adolescentia vsque ad xxv. annos. sed primo modo sumitur hic de infante habes. j. e. l. §. vbi autem puerilis. *Damus quidem ei licere hoc fa.* Sed cùm sit minor, ergo videtur debere adire curatoris auctoritate. sed dic quòd hic non habet curatorem: vnde sine eo tenet aditio, si habet, tenetur pro pupillo. vt s. de in integr. restitut. si curatorem, & licèt nulla esset sententia contra eum lata. aliud in adeunda hereditate: vt not. s. vt se ab hered. abstin. & si aduersus rem iudica. *Hereditati dari.* Aliàs hereditas. & bene dicit hereditati, nàm pupillo, cùm sit in sacris parentis, dari non potest: vt s. de curat. furios. l. vltim. in princip. *In vtroque casu in integ. &c.* Assignatur contra. suprà qui. & aduer. quos in integr. l. vltim. dic vt ibi notaui. *Suscipiat actiones & moueat.* Speciale tamen est in filia, vt s. not. *Et ab omnibus & à cautionibus,* Et sic specialis est hic casus fructuarius † non satisdat. aliud ff. de vsufruct. per quemadm. cau. l. si vsusfructus, §. illud. aliud ff. de legat. seu fideicomm. l. j. § si ad fiscum. isti tres sunt scripti. quartus excogitatus, vt si proprietas relinquatur vsufructuario quandocunque defecerit ad eum pertinere vsusfructus, non cauet ergo pater hic pro vsufruct. secus in matre: vt s. de secundis nuptiis, hac edictali. §. mobilium. *Ex vtraque parte.* Disiunctiuè ponitur. non intellige quòd vterque fieret inops. *Nulla licentia, &c.* Abundat vna negatio. *Vbi autem puerilis ætas,* i. infantilis. si verò maior esset infante, exigeretur eius consensus: vt s. de iure delib. potuit. *Vel adoleuerit.* Ergo factus pubes potest habere ratum: vt ff. de noua. si pupillus. *In seruitutem.* Hic est specialis casus: vt not. s. eod. cùm oporteret. *Constante matrimonio.* scilicet ab vxore sua.

DE

2

3

4

5

6

DE HÆREDITATIBVS DECVRIONVM, NAuiculariorum, cohortalium militum, & Fabricensium.

Tit. LXI.

SI QVANDO. Dicit quòd si quis nauicularius decesserit sine testamento & liberis vel successoribus, hæreditas eius non defertur fisco, sed ad opus nauiculariorum. & idē dicunt sequentes leges in Fabricensibus & cohortalibus, & similibus.

Finis libri sexti.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS.

DE VINDICATA LIBERTATE.

Tit. I.

SVMMÆ.

1 *Falsa causa, non est causa.*
2 *Sententia lata ex falsis instrumentis retractatur.*

EORVM, *Qui apud consilium.* id est, apud præsidentes in consilio. Quid sit consilium, dic vt notaui s̄. si aduersus liber. l. 2. *Falsa demonstratione*, id est, non vera, secundùm quosdam. & ita dixerunt quòd si falsò dixerit eum fratrem suum, & sic manumissus sit, quòd non potest in irritum reuocari. & pro eis est instit. quibus ex causis. §. semel. Sed 1 falsa † causa non est causa, vt probatur ff. de verb. sign. l. Paulus. vnde sine causa videretur manumissus. & ideo aliter intellexit: quia cùm a- 2 liàs videam quòd sententia lata † ex falsis instrumentis retractetur, vt j. si ex falsis instrumentis l. 1. 2. & 3. ergo hic vbi non exigitur tanta solemnitas, in irritum reuocabitur. quod falsum est: & ad idem facit s̄. si ex falsis allega. vnde Ioan. dixit, falsa, id est, non iusta. Sunt enim multæ causæ iustæ quæ enumerantur instit. quibus ex causis manumit. & c. §. eadem. sed hic non fuit aliqua de illis, quia dixit illum bonam cautionem fecisse, vel bene saltasse coram se: vnde præsidi visa fuit hæc iusta causa, quæ non est: vera tamen est, quia ita fuit. Si sic præstitit auctoritatem manumissioni, retractari non potest, vt dicit. & sit similis expositio. ff. de in integ. rest. l. omnis. & ff. de leg. 1. fideiussor. & de hęred. petit. si possessori. & in versu, Metiri se quemque suo mo- L. 1.

delatam, vt si cognatus quis transmisit ei hereditatem ab intestato. cùm enim ille coniunctus esset filio ex patre matris: si non vult adire filius, videtur quòd pater non sit admittendus. Sed responderi potest sicut in propria, cùm enim pater admittitur, videtur quodammodò filius admissus. Tertiò posset quæri an idem sit in seruo quod dixi in filio si non vult adire iubente domino, potuit enim quamuis iubente domino nolle adire: vt s. de hered. instit. cùm proponas. nunquid admittetur tunc dominus? Sed ibi non potest dici quòd sit eadem persona † seruus & dominus. ideò dicendum quòd non sit admittendus. Quartò sit quæstio, vtrum quod dicitur in hereditate, vt inuito filio nomine ipsius possit eam habere vel adire pater, habeat locum in querela? & certè non. querelam enim † non potest intentare filio inuito: vt ff. de inoffic. testam. Papinianus. *Ne in iud. sine pat. potest.* Nota quòd maior non potest esse in iudicio sine patria voluntate. speciale tamen est in casu, vt filiafam. maior possit sine consensu † patris petere d. tem: vt s. de coll. j. authen. quod locum habet. *Sin autem in secunda ætate.* Hic appellat secundam ætatem post septem annos. j. xxv. ann. & videtur secunda † ætas ab adolescentia vsque ad xxv. annos. sed primo modo sumitur hic de infante. habes. j. e. l. §. vbi autem puerilis. *Damus quidem ei licere hoc fa.* Sed cùm sit minor, ergo videtur debere adire curatoris auctoritate. sed dic quòd hic non habet curatorem: vnde sine eo tenet aditio, si habet, tenetur pro pupillo. vt s. de in integr. restitut. si curatorem, & licet nulla esset sententia contra eum lata. aliud in adeunda hereditate: vt not. s. vt se ab hered. abstin. & si aduersus rem iudica. *Hereditatis dari.* Alias hereditas. & bene dicit hereditati, nam pupillo, cùm sit in sacris parentis, dari non potest: vt s. de curat. furios. l. vltim. in princip. *In vtroque casu in integ. &c.* Assignatur contra. suprà qui. & aduer. quos in integr. l. vltim. dic vt ibi notaui. *Suscipiat actiones & moueat.* Speciale tamen est in filia, vt s. not. *Et ab omnibus & à cautionibus,* Et sic specialis est hic casus fructuarius † non satisdat. aliud ff. de vsufruct. pet. quemadm. cau. l. si vsusfructus, §. illud. aliud ff. de legat. seu fideicomm. l. i. § si ad fiscum. isti tres sunt scripti. quartus excogitatus, vt si proprietas relinquatur vsufructuario quandocunque desierit ad eum pertinere vsusfructus, non cauet ergo pater hic pro vsufruct. secus in matre: vt s. de secundis nuptiis, hac edictali. §. mobilium. *Ex vtraque parte.* Disiunctiuè ponitur. non intellige quòd vterque fuerit inops. *Nulla licentia, &c.* Abundat vna negatio. *Vbi autem puerilis ætas.* i. infantilis. si verò maior esset infante, exigeretur eius consensus: vt s. de iure delib. potuit. *Vel adoleuerit.* Ergo factus pubes potest habere ratum: vt ff. de noua. si pupillus. *In seruitutem.* Hic est specialis casus: vt not. s. eod. cùm oporteret. *Constante matrimonio.* scilicet ab vxore sua.

DE

DE HÆREDITATIBVS DECVRIONVM, NAuiculariorum, cohortalium militum, & Fabricensium.

TIT. LXI.

SI QVANDO. Dicit quòd si quis nauicularius decesserit sine testamento & liberis vel successoribus, hæreditas eius non defertur fisco, sed ad opus nauiculariorum. & idẽ dicunt sequentes leges in Fabricensibus & cohortalibus, & similibus.

Finis libri sexti.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS.

DE VINDICATA LIBERTATE.

TIT. I.

SVMMÆ.

1 *Falsa causa, non est causa.*
2 *Sententia lata ex falsis instrumentis retractatur.*

L. 1. EORVM, *Qui apud consilium.* id est, apud præsidentes in consilio. Quid sit consilium, dic vt notaui s. si aduersus liber. l. 2. *Falsa demonstratione*, id est, non vera, secundùm quosdam. & ita dixerunt quòd si falsò dixerit eum fratrem suum, & sic manumissus sit, quòd non potest in irritum reuocari. & pro eis est instit. quibus ex causis. §. semel. Sed 1 falsa † causa non est causa, vt probatur ff. de verb. sign. l. Paulus. vnde sine causa videretur manumissus. & ideo aliter intellexit: quia cùm a- 2 liàs videam quòd sententia lata † ex falsis instrumentis retractetur, vt j. si ex falsis instrumentis l. 1. 2. & 3. ergo hic vbi non exigitur tanta solemnitas, in irritum reuocabitur. quod falsum est: & ad idem facit s. si ex falsis allega. vnde Ioan. dixit, falsa, id est, non iusta. Sunt enim multæ causæ iustæ quæ enumerantur instit. quibus ex causis manumit. &c. §. eadem. sed hic non fuit aliqua de illis, quia dixit illum bonam cautionem fecisse, vel bene saltasse coram se: vnde præsidi visa fuit hæc iusta causa, quæ non est: vera tamen est, quia ita fuit. Si sic præstitit auctoritatem manumissioni, retractari non potest, vt dicit. & fit similis expositio. ff. de in integ. rest. l. omnis. & ff. de leg. 1. fideiussor. & de hęred. petit. l. si possessori. & in versu, Metiri se quemque suo mo-

dulo ac pede verum est, id est, iustum est.

L. 2. NIHIL. *Ciuitati Romana.* id est, libertati.

1 *Vxor & maritus pro eodem reputari debent.*
2 *Manumissio, quando retractari potest.*

L. 3. NEC *Mulierem per maritum.* Videbatur contra. quia maritus & vxor pro eodem debent †reputari:& quia turpe est, si mulier intret domum communis, & ibi sit in strepitu propter manumissionem serui. Sed non est ita, vt hic dicit. & est l. ista contra regulam generalem. ff de procurat. l. 1. §. vsus. Sed illud generale est in iudiciis & causis: aliud hic, vbi liberas est quædam, quam lex voluit per ipsum manumissorem exerceri. Si enim per procuratorem liceret, nec constaret de mandato, & ita satisdaret ratam rem dominũ habiturum, posset † retractari manumissio, si post appareret falsum fuisse procuratorem, nec dominum ratum habuisse. & ita ne prætorum decreta, vel res tam fauorabilis videatur ad irritum reuocari, voluit lex ne fieret nisi per principales personas. Sic & aliàs in iudicio oportet esse principalem personam: vt s. de procurat. l. vltima, & notaui, vt suprà de his qui ven. æta. l. 1.

L. 4. NEC *Per alium procuratorem.* Nisi pater sit, qui potest hoc facere per liberos cuiuscunque sexus: vt j. communia de manumiss. l. 1. §. vlt. assignatur contra. s. de dolo. cùm proponas. Sed ibi non erat simplex procurator, imò in eum erat translatum dominium, vt ibi notaui. hic erat simplex.

L. 5. APVD. *Quibus ius est.* Vel ex consuetudine habent: vt j. de emācip. lib. l. 1. & vlt. vel apud extraordinarium iudicem: vt ff. de manum. ff l. etiam. §. vlt. & l. apud. *Sedula seruitus.* i. serui qui seduli debent esse circa obsequium & seruitium patronorum.

DE TESTAMENTARIA MANVMISSIONE

TIT. II.

1 *Codicilli sequuntur ius testamenti.*
2 *In quo quis testari potest, & manumittere.*

L. 1. SI CODICILLOS. Fecerit aliquis testamentum in minori ætate xx. annorum, & in testamento illo confirmauit codicillos si quos fecerit. fecit codicillos cùm fuit ætatis xx. annorum, & in eis reliquit libertatem. quæritur an per præcedentem confirmationem quæ facta fuit in ætate qua libertas præstari non potuit, videatur impedienda libertas in codicillis relicta? & dicit quòd non: & est ratio dubitationis quia codicilli sequuntur † testamentũ: vt ff. de iure codicill. l. ab intestato. & l. si quis. ergo videtur quòd non valeat, cùm confirmata sit in ætate xiiii. annorum, qua non potuit dare libertatem, & sic videtur quòd non in codicillis, sed non ita est. nec enim potestas iuris, sed iudicij spectatur, id est, illa potestas qua codicilli sequuntur ius testamenti non spectatur, sed iudicium hoc tempus xx. annorum quo reliquit libertatẽ: & potuit relinqui.

linqui.hodie in tali libertate directa contraria est:quia ex † quo testa-stari potest,& manumittere:vt in authent.vt sponsl larg.coll.9. *Sic in v.e. libro.*

1 *Morte relinquentis extinguitur crimen.*
2 *Fallentia huius regulæ.*

EX TESTAMENTO. Libertates præstari, sc. fideicommissariæ. nam aliæ non præstantur.& ita diuertit à materia istius tituli. Vel dic quòd præstentur a uctoritate legis. *Hereditate non adita.* Fallit in multis casibus, vt not.s.de fideicom.eam quam. Fallit etiam aliàs: vt instit.de eo cui liber.cau.bon.addi.& j.cùm constitutio. *Damnata est.* L.2.
1 Aliàs secundùm regulam morte † delinquentis extinguitur delictum:
2 quia qualiter qui mortuus est,puniretur?Fallit in crimine læsæ † maiestatis,repetundarum,& perduellionis:vt ff.de accusa.ex iudiciorum publicorum.puniuntur enim,vt heredes priuentur bonis.ergo ex eorum testamento non competent libertates, nec alia : vt instit. de hæred.quæ ab intest.§.2.

LIBERTAS.*Tamen nihil ea res*,&c. Non enim videtur sine hærede,licèt abstinuerit,vt ff.de fideicommiss.lib.cùm quasi §.sed & si quis. L.3.

CVM TESTAMENTO. *Frustrà rationes*,&c. Fallit s de hæred. petit.l.vlt.in fine.quia post seruitutem tenetur quis de eo quod gessit in seruitute:vt ibi dicit. *Ante reliqua*, id est, debita contracta ex administratione.& licèt hic conditio simplex apponatur, scilicet de rationibus reddendis,duplex tamen siue mixta videtur esse,quando scilicet extitit administrator, & est aliqu d in debito ex administratione,quia inest conditio in domino instruendo pro his quæ administrauit,vt dicat in quibus expendit,& qualiter.nec enim sufficit si in folle vel in bursa aut sacco debitum offerat, nisi instruxerit dominum.Præterea inest alia,scilicet de debito reddendo. & ita mixta est conditio illa de rationibus reddendis in instruendo domino, & in reddendo debito:vt ff.de condit.& demonstr.l.cùm seruus. Sin autem non inueniatur debitor ex administratione,purè consequitur libertatem.& induxit Io.simile in euictione: quia cùm quis agit ex empto pro re euicta,videtur quòd in interesse veniant expensæ.Sed si res nō fuerit euicta,& ita succubuit in causa, non poterit petere à venditore expensas factas in lite,vel interesse,nisi aliter esset dictum : vt ff.de verb.oblig.l.venditores. L.4.

IN FRAUDEM. Oportet ista duo interuenire, & quòd faciat in fraudem,& verè fraudetur:vt & instit.quibus ex causis in princ. in fine eod.In libertate consideratur euentus solus, vt j. qui manumit. non poss.l.1.& vlt.*Contra*.Patet quòd non debet quis manumittere,ne videatur iura pietatis violare contra voluntatem matris suæ. L.5.

SI HÆREDITAS. *A consultissimo diuo Marco.* Et ita habes de isto Marco j.eod.l.vlt. L.6.

CVM TESTATOR. *Sed potius conditioni.*,&c. Ipsarum enim nuptiarum festiuitas,non tempus in quo nuptiarum ętas accesserit, L.7.

inspiciendum est, vt s. de nupt. sancimus, & notaui s. de his qui ven. ætat. si quis. *Non possit.* Si ex die reliquisset libertatem, teneret: sed ipse potius sub conditione reliquit, vt dicit. Aliud in fideicommissaria, si ita relinquatur cùm ille habebit xx. annos: vt j. de fideicomm. liber. ibi enim specificatur tempus, hic non.

L.8. SERVO *tuo defun. Direct. lib. dare non po.* An trahitur ad fideicommissum? Respondeo non, arg ff. de legat. 1. si seruus. §. si seruus. arg. contra. ff. de fideicommiss. lib. generaliter. §. vltim. P. dixit quòd heres non debeat venire contra, licèt non teneat libertas, arg. j. de libe. causa, si ab eo.

L.9. DIRECTIS *Orcini.* Ideo dicuntur orcini, quia illi qui manumittebant eos, tendebant ad orcum, antequam Christus veniret in beatam Virginem, sedes cuiuslibet hominis erat in inferno. Vel ideò quia à testatore manumittebantur ab herede non ad heredē. & dicitur ab orthos, quod est rectum. inde dicatur directa & fideicommissaria libertas, & Orthodoxus quasi rectè sciens.

L.10. SI IVRE. *Nec libertates.* Idem in rebus ecclesiæ relictis. & videretur in his contrarium, quamuis quoad alia deficeret: sed non ita est: vt hîc & s. de sacrosanct. eccle. l. generali.

L.11. SI HEREDES. *Sibi delatam success.* Subau. & alii adierunt ab intestato. *Diuus Pius Antoninus constit.* Supra si omis. cau. test. l. 2. & 3.

L.12. CVM CONSTITVTIO. *Donatus.* id est, honoratus. *Sententia admonente.* Aliàs ad modum. *Maximè.* Abundat, vt per literam sequentem patet. non enim idem est si noluerunt. & est Pleonasmos, vt dicunt. *Licèt enim Romanam ciuita. recus. &c.* Per hoc videtur, quòd seruo inuito possim eum manumittere. Aliud in filio: vt in authent. quib. mo. nat. eff. sui coll. vi. §. generaliter. *Spontaneam serui. imminuere.* Et sic seruo inuito non petitur fideicommiss. libertas. vt ff. de fideicom. liber. l. sed si alienare. *Non autem totos.* id est, omnes.

Ita reperimus in veteri, cùm ita men hæc l. in vulg. sit vltima huius tit.

L.13. STATVLIBERIS. *Non posse certum est.* Si tamen alienauerint existente conditione, non valet: sed intra conditionem bene tenet: vt ff. de fideicomm. liber. generaliter.

L.14. DIRECTAS. *Ac si legitimis.* i. Latinis. quibus leges conditæ sunt.

DE LEGE FVSIA CANINIA IPSO NOmine iure tollenda.

TIT. III.

L.1. CVM PROPONAS. *Tibi præstare cogetur.* Ille qui detinet hereditatem ab intestato, & ille qui pecuniam accepit in subsidium: vt ff. si omissa cau. test. l. 2. & 3.

Sic reperimus in veteri, cùm tamen in vulg. hæc lex & seq. sint tit. de fid. libe.

1 *Semel data libertas non potest reuocari.*

2 *Ex falso testamento non debentur libertates.*

L.2. QVAMVIS CODICILLI. *Legatus es.* Tu serue heredis. *Criminis falsi. Non infirmat.* quia semel data liber as † non potest reuocari. est ergo intelligenda lata in falsis codicillis. & in seruo heredi legato a-

to auunculo defuncto. & ideo dico quòd seruo heredis, quia heres tradidit eum legatario, & bene voluit transferre dominium: & ita alius bene potuit manumittere. Si verò tradidisset seruum suum tanquam tuum, non transferret dominium, & ita non valeret manumissio: vt ff. de condic. cau. dat. dedi. §. si quis, & videtur contra. s. de hered. petit. l. vlt. at ibi non loquitur in codicillis, sed in testamento, & in seruis hereditariis. contra enim non debent habere libertatem, si pronunciatū 2 † fuerit testamentum falsum. hic autem loquitur in codicillis, & seruis heredis. & idem est in falso testamento relicta libertate, & in suis heredibus: vt ff. de manumiss. test. cùm ex falsis.

CVM LIBERTATEM. *Etsi ingenui nati videantur.* Sed distingue, quia si ex volūtate testatoris non peruenit ad libertatem, vt quia libertatem datam sub conditione proponas, nati interim serui fiunt, si contra volūtatem testatoris non fuit in mora ante aditā hereditatem, sed dolo cessat adire, vel quia deliberat, in istis casibus si pariat, nascūtur serui, sed matri traduntur ad manumittendum. Si verò non dolo cessat adire, sed quia ignorauit se institutum, & interim peperit, serui fiunt: & heres debet eos manumittere. si post aditam hereditatem, & petierint libertatem, ingenui sunt. si non petiit, quia tirauit, nascuntur serui, sed mater debet eos manumittere: vt ff. eod. si mater. & l. si prægnans. & l. si quis rogatus. L. 3. *Sic in vet.*

SI VOLVNTATE. *Serui sunt.* Matri tamen, vt manumittantur traduntur: vt ff. eod. si mater. & l. si quis rogatus. Et intellige quòd in princ. dicit quando ancillæ præsenti accommodauit voluntatem. Si verò scribat seruo absenti vt in libertate moretur, non statim amittit possessionem, sed tunc quando certior factus est, vt ff. de acquir. poss. l. qui absenti. L. 4.

MINOR. *Lege.* Ælia Sentia, vt instit. quib. ex cau. ma. §. eadem. & corrigitur lex vetus Ælia Sentia per institutiones, quia potest manumittere si XVII. annum impleuerit, & XVIII. tetigerit. sed etiam illud corrigitur per authen. quia hodie ex quo testari potest, & libertatem relinquere. vt j. auth. vt spon. larg. colla. IX. & per hoc quod dicit relinquere, intelligit dominus meus corrigi tantùm quod dicitur de manumissione testamentaria. nam ad illam præstandam sufficit si testari potest: non tamen per authen. dicit innouatum de manumissione inter viuos. L. 5.

DEBERI. *Percepit.* Si enim modicum quid perceperit, cogitur vendere, nisi esset minor: vt ff. de mino. minor XXV. annorum. §. vlt. si nihil perceperit, non tenetur vendere, vt hic dicit. & instit. de sing. reb. per fideicom. §. libertas. L. 6.

HI QVIBVS. *A quibus manu.* Si directò manumitterentur, testatoris essent liberti, & per consequentiam heredes. sed plus iuris habet in directa quàm in fideicommissaria: vt ff. eo. si filius, §. erit Rubriano. L. 7.

DE FIDEICOM. LIBERTATIBVS.

TIT. IIII.

L.1. *Hæc l. est 8. huius ti. in vulg. co.* CVM PROPONAS. *Non refragante.* Si refragetur, & iustã causam assignet, non peruenit ad libertatem. aliud si contradicat, & nullam aut non iustam causam assignet: quia verba illa, si placuerit vxori, intelligenda sunt, si placuerit ei vt bonæ fœminæ: vt ff. eo. Lucius Titius.

L.2. FIDEICOMMISSARIA. *Non intercidit licet, &c.* Et est hoc speciale gratia libertatis contra regulam generalem; vt ff. de leg. 1. si cui cùm. nec contradicit ĩ. de testa. manu. cum testamento. quia ibi non erat præfinitum certum tempus, sicut hîc.

L.3. ET SI NON. Assignatur contra instit. qui da. tut. pos. quidam dixerunt quòd ibi loquitur in testa. solemni, vel codicillis test. confirmatis. hîc verò solemne fuit test. vel codicilli testa. confirmati. Io. distinxit, quia aut scit seruum suum esse, aut alienum, aut liberum. si suus est, & hoc bene scit, habet directam libertatem, vt ibi. si putat alienum, habet fideicommissariã, non directam, & in hoc casu loquitur hic. si liberum, nihil consequitur, vt j. eo. tit. inst. Si verò suum credidit alienum, habet fideic. aliud in legato pec. vt ff. eo. Paulus.

L.4. SI SERVVS. *Vrgeat.* Vel pignoribus captis vel alio quocunque modo si latitat ille qui debet libertatem, interponet decretum: quia pronunciare debet fideicomm. deberi libertatem: & ita erit liber ac si manumitteretur per S.C. Rubrianum. & hoc si testatoris fuit seruus. si verò fuit heredis, locum habet S.C. Vincianum. Trasilianum locum habet quando plures instituti rogati sunt, & inter eos est infans non rogatus. nam propter eum, cùm non posset vendere, non intercidit libertas per illud S.C. Arrificulianum dat potestatem pronunciandi fideicom. liber. licèt heres non sit eius prouinciæ, sed testator erat. Damasianum reseruat fideicom. libertatem imminutam. si data sit herede absente, & pronunciatum sit ipsum iustè abesse: vt ff. eod cùm verò. §. pen. & l. si eum. §. vlt. cùm quasi. §. si plures non tantùm. §. senatus. & §. sequenti.

L.5. SI TE QVAM EAM, &c. Quæ etiam te manumittere compellitur, si rogata fuisset, vt ff. eo. l. heredem.

L.6. EX VERBO. *Non videri fideicommiss.* Aliud enim est personam cõmendare, aliud voluntatem suam fideicommittẽtis heredibus insinuare: vt ff. de leg. 3. l. 11. §. si ita.

L.7. CVM INTER. *Vt cum libert. solem respi.* Istud habet locum in directa, non statim nato partu. sit liber ergo ingenuus: vt instit. de ingen. pro natis enim non habentur in vtero cùm tractetur de eorum cõmodo. aliud in fideicom. non enim liber solem respicit, sed oportet eũ manumitti. & ita mirũ est, quia cùm relinquitur directa libertas, ex ancilla nascitur quis liber. *Cùm in ambiguis.* Aliud si nati sunt, & sub ambiguitate relinquatur libertas, vt si plures Stichi sunt, & dicatur quis Stichũ velle manumitti. neuter enim peruenit ad libertatem, cùm

non

non appareat de quo senserit: vt ff. de manum. test. cùm ex pluribus.

ANCILLAM. *Et nullo facto, &c.* Olim necessarium erat, vt pronunciaretur: vt ff. eo. cùm verò. §. subuentum. L. 8.

SI QVIS IN SVO. *Sibi tale dispendium imputent.* Quod enim quis dánũ ex culpa sua sentit, sibi imputare debet: vt dicit regula iuris. L. 9.

CVM QVIDAM. *Duorum mensium spacium effluxerit.* Sed pone ꝙ non transierit duorum mensium spacium, & condemnatur in æstimationem, cùm sæpe præter opinionem imperatoris fiant multæ stultitiæ. hîc non respõdet: sed dic quòd heres debeat præstare libertatem, quia transit ad eũ legatum cum suo onere, vt s. de cadu. toll. §. pro secundo. & § in nouissimo. non tamen repetit pecuniam quam dedit legatario. dedit enim eam propter suum vitium, cùm non produceret eum ad libertatem, in quadru. condemna. condictione ex hac l. aliàs victus victori condemnatur in expensis, vt s. de iud. properandum. L. 10.

DE DEDITICIA LIBERTATE TOLLENDA.

TIT. V.

DEDITICIA. Quid sit deditícia libertas, & quare dicantur liberti, cùm toto tempore vitæ suæ seruirent, dic vt in summa. *Veritatem colonus.* Item pudicitiam. *Quæ rem ipsam, &c.* Leges enim non verbis sed rebus ipsis impositæ sunt vt s. communia de legat. omne verbum in fi. L. 1.

DE LATINA LIBERTATE TOLLENDA & per certos modos, &c.

TIT. VI.

1 *Colonia terra quæ dicatur.*
2 *Vtile per inutile non vitiatur.*

CVM DEDITICII, &c. *Latinorum.* Latini dicebantur qui toto tempore vitæ suæ erant liberi, & in morte serui, deditícij econuerso. *Titubat.* Alìàs titubata. *Per satyram.* i. varietatem nimiam sine diuersitate, quia satyra est vbi varij sunt tractatus, vel per satyram. i. per velamentum, sicut quis in velamento videtur senex, vt per barbam quam apponit sibi. & primæ expositioni concordat decretum dist. 2. cap. san. multæ enim leges de illa libertate variè tractabant, sicut & j. dicitur. *In colonis.* Et in villis, dicitur enim 1 † colonia terra ad collendum destinata: vt ff. ad municip. eius qui. §. 1. vel aliter vt in summa. *Ipsa orig. rei subla.* Arg. quòd legibus abrogatis non debemus inducere arg. *Si quis per epistolam.* Voluntatis vltimæ Y. imò inter viuos habitæ, vt in fi. huius §. dicitur, & inter absentes. consequitur tamen libertatem quasi ex vltima voluntate, vt j. statim ponitur, quod potest patrono ad id prodesse vt peculiũ semper ei videatur etiam inter viuos ademptum, nisi concedatur, vt j. de pecu. eius. quid L. 1.

ergo si non cum hac solemnitate v. testium & literatum publicarum, item subscriptionis & testium manumittit? Respond. consequitur libertatem, sed non quasi ex vltima voluntate, licet enim inter viuos etiam in transitu manumittere, vt insti. de libertinis, in prin. *Quasi ex imita. codicill.* Ex hoc videbatur quod non habet libertatem viuente patrono. sed non est ita. & hoc est, ita tamen, &c. *Quinque similiter.* Sicut statim s̄ proximo. §. diximus. *Sine testium voces, &c.* scilicet quia testium voces in iudicio testificantur quòd talis & talis ita seruum suum manumisit præsentibus eis, & scriptura inde facta, & quòd subscriptio tam patroni quàm testium est secuta. præsumitur enim sic fuisse: vt ff. de donat. ex hac. ergo in quatuor casibus tanquam ex codicillis consequitur libertatem, vt dicitur s̄. prox. §. scilicet inter absentes. Item inter præsentes similiter & non in forma iudicij inter acta. Item cùm inter acta eodem modo, vel cùm testes inter acta protestantur datam esse libertatem, vt primo & secundo modo dictum est. *Ægritudine periclitantem.* Hoc idem & si non sit infirmus, vt in authent. de nupt. §. si verò ab initio putauerit, & multò potius secundùm quosdam. sed Io. contra. dixit enim quòd non habet locum nisi in seruo languido, sicut ibidem continetur. *Tentauerit.* peruenit enim ad libertatem: vt ff. qui sine manumis. ad libert. perue. l. si quis obligatum. *Pileati.* i. pileos deferentes in capite, id est vt videantur liberi. nec enim serui deferebant. & per hoc fieret honor mortuo. *Ventilare.* thure. Y. vel funibus suspensus erat lectus defuncti, vt huc & illuc duci & trahi posset. *Illico ciues, &c.* Post aditam hereditatem, non ante: vt s̄. de testa. manu. directis. cōtra. nam non adita hereditate non valet regulariter in testamento scriptum. *Et ne quis.* scilicet testator vel heres. *Humanum.* quasi hominem valde liberalem. *Et fiat ciuis Romanus.* nota quòd non vitiatur † vtile 2 per inutile. *Sed si sub conditione quidem libertatem.* directam. quod melius est, vt ex sequentibus patet. *Et cognatis.* vsque ad v. gradum ordine seruato: vt inst. de succes. liber. §. multis. assignatur s̄. de in ius vo. l. Nerua. Solutio. quædam iura extraneis heredibus reseruantur. vtputa de non vocan. in ius sine venia, & c. quæ in non faciendo consistunt. cæterùm ius succedendi liberis & cognatis reseruatur. *Ab aliquo.* scilicet, extraneo. secus si à seruo pecuniam accepisset: vt ff. de bo. liber. etiam. §. si quis nummo. & de suis & legit. l. intestato. §. j. & sic sol. contra. s̄. de oper. liber. l. j. ibi enim loquitur quando accepit à seruo suo. *Consentaneum effectum huiusmodi scripturæ seruari.* addidit authent.

L. 2. AD HÆC *qui suam ancillam tradidit in matrimonium tanquam liberam.* Aut sciens eam duci taceat ex studio, dominium eius amittit, eáque ad ingenuitatem rapitur, ita est antiquitus. sed dominus meus adiecit sic, si verò nec domini voluntas nec taciturnitas studiosè interueniat, & cogitauit se liberæ coniungi personæ, ipsa verò famula existens declaretur, ipso iure non tenet matrimonium. adscriptitio verò aliena nubere liberam non licet ignorante vel sciente vel consentiente domino: imò datur licentia domino per se vel per præsidē abstrahere adscriptitium suū, & plagis mediocribus eum castigare. *Quantum ad liberam conditionem.* nō autē quantū ad ius filij: vt & inst. de adop. *Sed ne fraudādi.* aliàs furādi. sic in proœmio. ff. §. ad illud verò satis. & ff. nau.

nau.caup.l.j.§.maxima, *Non minus quinque.* Deterior est libertatis cōditio.alias duo sufficiunt testes forte.& si cancellatum sit instrumentum, non videtur consecutus libertatem,nisi probet contra:vt ff. de probat. si chirographum. *Denegauimus.* j.eod.§.sed scimus:& §.similique modo.& §.illud etiam.

DE SERVO COMMVNI MANVMISSO.

TIT. VII.

1 *Quando quis inuitus vendere agitur.*
2 *Solidus pro aureo sumitur.*

IN COMMVNES *seruos.* Melius dixisset in communibus seruis. *Necessitatem habeme socio vendere, &c.* Nota quòd aliquis cogitur vendere inuitus,quod est † contra regulam. ff. de contrah.empt.inuitum. Præterea aliud est notandum, quia si plures sunt qui volunt vendere,& vnus est qui velit manumittere,statur minoris partis iudicio,quod est contra regulam.ff. communi diuidundo Sabinus. *Et hoc moriturus decreuit*.id est,quod velit eum liberum esse. alioquin præsumitur per seruum institutum hereditatem ad socios transmittere voluisse,Y arg.contra.j.eod.l.vlt.& ff. pro soc. verum est.§.si seruo communi.Az. Si verò erat pignori obligatus, debet satisfacere creditorib.vt ff.de hered.insti. pignori. *Et sic, &c.* Nota quòd antequam soluat pretium,non potest manumittere. *Pro quibus quisque dominium serui,&c.* quandoque pro viribus:vt ff.de stipul. seruo. si quis seruos.quandoque in totum apud alterum:si solus concesserit:vt ff. de pecu.quid ergo, *xxv solid.&c.* Hic sumitur solidus † pro aureo, quorum lxxij.faciunt libram:vt not.j.communia de lega. l.vlt. vbi aliter fit æstimatio seruorum.& j.de dona.si quis ar.& j. de cond.inser.l.vlt. *Libertatem imponere.*i.in solidū.& in hoc differt ab vltimo casu huius l.

CVM ET APVD. *Vlpiani.* Seruus communis proprio etiam seruo non potest legari.vt j.de lega.l.seruis. *Fiant, &c.* futurum tempus significat,scilicet fiat demum pretio soluto vel oblato & deposito.alioquin contra:vt ff.de excep.rei iudicatæ.

DE SERVO PIGNORI DATO MANVMISSO.

TIT. VIII.

LICET *domi mancipium.* id est æstimatum.*pignori.* specialiter.aliud si generaliter,vt j.dicet,inuito, & ei aliud in prædio dotali,quia siue velit,siue nolit,non potest alienare: vt instit. quibus alienare licet,in prin.sed in seruo dotali fauore libertatis distinguitur,fuerit soluendo maritus, vel non: primo casu potest.alioquin contra,vt hic dicit.

LIBERTAS à debitore si ei.& ita tacitè fisco seruus erat obligatus:vt j.in quibus cau.pig.taci.contrahitur l.ij.

L.3. AB eo. *Non idem iuris est,&c.* Est enim differentia inter obligata specialiter & tacitè: vt ff. in quib. cau. pig. raci. contrahitur l. est differentia. si tamen specialiter seruos obligatos dominus instituit heredes, perueniunt ad libertatem, si priùs satisfaciant creditoribus: vt ff. de hered. instit. pignori.

L.4. SI vt proponis, &c. Patet ergo quòd consensu creditoris tui seruus est pignori obligatus, & potest peruenire ad libertatem.

L.5. SI creditoribvs. *Audire non debet.* Allegaret enim turpitudinem suam: vt s. de transactio. transactione.

L.6. SI tvtor. *Falli non sunt.* Et maior est fauor pupilli quàm fisci, quia fiscus non reuocat: vt s. eo. l. ij.

L.7. SI ve, &c. *Conaris inferre.* Potest ergo manumittere mancipium dotale maritus, si tamen soluendo est, vt s. eo. l. i.

DE SERVIS REIP. MANVMITTENDIS.

Tit. ix.

L.1. SI ita. *Ab ordine.* Decurionum debet enim manumitti interueniente decreto decurionum, & præside confirmante. *Quem dederas.* tu serue manumisse.

L.2. Si decretvm. scilicet ordinis decurionum.

1 *Quæ sint necessaria ad manumissum in seruitutem redigendum.*
2 *Serui olim tabelliones esse poterant.*
3 *Conditio patris, quando non nocet.*

L.3. TItvlo *non præcedente.* Aliàs præcedente, id est non interueniente ingratitudine. vel ideo dicit, quia cùm sit liber, si non præcessit aliqua iusta causa qua dominium serui quæri soleat, vt quia non passus est se venundari ad pretium participandum, nec alia interuenerũt quæ sunt necessaria, non potest redigi manumissus † in seruitutẽ. *Quibus.* id est quo. & ita resoluitur plurale in singulare, vel sic, titulo non præcedente subaudi aliqua eorum quibus, &c. *Secundùm legem vectibilici.* Vectibilicus est proprium nomen cuiusdam qui fecit legem de seruis Reip. scilicet Romanorum manumittendis: sed postea eius potestas ad prouinciæ cuiuslibet remp. extensa est, & S.C. de hoc factũ fuit Iubentio Celso & Neratio consulibus. & hoc est quod postea dicit, cuius potestas, &c. *Post verò tabulariam.* Antiquitus enim poterant exercere tabulariam serui, id est esse † tabelliones. hodie contra est, vt j. de tabula generali. si ergo priùs quàm fieret ciuis Romanus, tabularius erat, quamuis liber factus est, tabulariam iam administrauit, non ob hoc amittit libertatem. non enim est rit. quo dominia seruorũ quæri solent. *Vel actus tuus,* administrata tabulariæ, *Filio ex liberis, &c.* Non videtur necessarium quòd ex liberis suscipiatur, imò satis est liberam esse matrem, cùm partus matris sequatur conditionem, vt instit. de inge. sed hoc fortè ideo dicit, vt omnem remoueat dubitationem. Idem tamen esset si ex libera tantùm natus fuisset, vt dictum est. vel secundùm quosdam speciale est hic quod ex muliere libera natus, & seruo pu-

publico sequatur patris conditionem, nisi sit murilegulus vel gynæciarius: vt j. de murileg. qui aut patre. dic ergo quòd ideo dicit, quia si ex libera nasceretur & patre seruo publico vel non, posset esse decurio, cùm pro spurio habeatur. vt s. de suis & legit. hered. ex libera. ergo 3 † non nocet conditio patris quantum ad libertatem, sed quoad honores, nisi inopia aliorum. tunc enim non sordierit ordini, cùm ex vtilitate eius sit semper ordinem plenum habere: vt ff. de decurio. l. generaliter. §. pen.

DE HIS QVI A NON DOMINO MANVmissi sunt. TIT. X.

CVM QVI. Vt pretium eorum. & ita speciale est hîc, quia regula generalis est, vt si quis alienat rem, quod non agat ad pretium nisi re perempta vel vsucapta siue præscripta: vt i. de reb. alie. l. j. & notaui s. de rei vendica. l. mater. sed hic fauore libertatis agetur ad pretium vel ad interesse, vt ita lex sumat occasionem confirmandi libertatem. L. 1.

1 *Per procuratorem acquiritur dominium & possessio.*

FELICISSIMA. Proprium nomen est. *Nondum ad te transtulerat.* Sed nónne per procuratorem acquiritur dominium † & possessio: vt j. de acqui. poss. l. j. & ff. de acq. rer. do. si procurator. & s. si quis alteri vel sibi. l. vlt. sed ibi loquitur quando specialis erat procurator, vel generalis, & habebat liberam & generalem administrationem, per illum enim benè acquiritur. aliàs nisi traderet, non acquireretur. vel distingue vtrumque, vterque hoc agat, an non. sed vtrique vel alterutri acquiratur, secus si neutri, nisi res esset tradita: vt ff. de acquir. rer. dom. res ex mandato. L. 2.

QVI TIBI. *Dominus earum perseuerauit.* Emptor enim seruum non traditum sibi vendicare nó potest: vt ff. de rei vendi. seruum. sed tamen hîc videbatur contra. quia cùm vendo hereditatem sine cessione. emptor vtiles actiones contra debitores habet: vt s. de hered. vel act. vend. vnde sicut ibi speciale est, eodem modo videtur quod acquisisset sibi vtile dominium circa corporalia, & ita rei vendicationem sine traditione. si enim contra extraneos habet vtiles actiones & personales, quare non vtilem rei vendicationem contra venditorem? & ita videtur quòd non valeat manumissio. sed ista dicit contra. L. 3.

SI NON *proprietatem, sed ministerium ancill.* Dedit enim ei vsum precatium, vt postea dicit. L. 4.

SI TRADITA. *Non habuit* Post traditionem. L. 5.

SI PATER. *Minoribus xx.* Aliud si essent maiores, & consentirét L. 6.

1 *Multa, quæ propriè dicatur.*

SI NON *à dominis pæne* nominaliter ponitur, alij ponũt aduerbia liter. *Si non volentibus nobis.* vel permittentibus, loquitur dominus Imperator. *Et alia iura fisco.* Assignatur. contra. instit. de act. §. omnes. sed ibi loquitur quando condemnatur quis vni & eidem tradere, hic L. 7.

quando pluribus. *Similia in ætate, in arte, & sexu: Quæ multa, &c.* Impropriè ponitur, quia hæc per l. imponitur. multa. propriè dicitur quæ imponitur per arbitrium iudicantis. *Non semper imponitur, &c.* videtur contra. ff. de alie. iud. mutan. cau. item si res. sed ibi tenetur actione in factum cùm alienat iudicij mutandi causa, siue statim transtulerit dominium, siue res vsucapta est ab emptore. & sic datur actio in factum, siue vsucepit, siue non. sed hîc non quia manumisit, habet locum pœna, sed quia decepit imperatorem. vnde si vsucepit libertatem, non poterit petere seruum, & ita nec pœnam: quia cùm præiudicet sibi in principali, sc. in reuocando mancipio, per consequentiam & in pœnâ, sicut & aliàs cùm quis prouidet sibi in initio, & in alio prouidet, vt s. de inoff. testa. contra maiores. taciturnitate enim promiserat eum esse in libertate per xx. annos: vt j. de præscrip. quæ pro liberta. l. ij.

QVI MANVMITTERE NON POSSVNT, ET ne in fraudem creditorum manumittatur.

TIT. XI.

L. 1. CERTVM IVS *est. Debetur.* à defuncto. aliud in his quibus ipse legauit: vt j. de bo. aucto. iud. l. j. & ff. ad l. Falcid. l. iiij. idem §. quo vulgo.

L. 2. SERVOS. Patet quòd nec per alios homines seruos peculij sui potest perducere ad libertatem.

L. 3. DIVO. *Actorem.* id est seruum administratorem suorum negotiorum.

L. 4. SI MINOR, &c. Non ergo potest minor annis xx. homines tradere ad manumittendum.

L. 5. SI IN FRAVDEM. *Emptori.* à se supposito, & ille emit à debitore fisci.

L. 6. NEC FIDEICOMMISSARIAM. *Debitam.* post tempus. *Posse præstare.* sc. ante tempus vt post dicit: *Remanserunt in seruitute.* Ergo tutor non potest ante tempus manumittere. si autem venit tempus, poterit sine decreto, vt s. quando decreto opus non est l. j. & hoc quando non erat infans, si ætatem excessit infantilem ætatem, ipse tutore auctore poterit manumittere: vt s. de iure delibera. potuit.

L. 7. SI DEBITOR. *Euentum, &c.* Quia in fideicommissaria libertate consideratur illud solum, si fraudentur creditores, an non. secùs in directa. ibi enim exigitur & fraudis consilium: vt s. eod. l. j.

QVI AD LIBERTATEM PERVENIRE NON POSSVNT. TIT. XII.

L. 1. CVM DIVVS. *Acceperunt.* destinatione.

L. 2. ISQVIDEM. *Vires suas obtinuere.* & ita non perueniet ad libertatem nisi vindicauerit necem defuncti vt ff. ad Silan. si quis in graui. §. [illegible]

QVI-

QVIBVS CAVSIS SERVI ACCIPIVNT praemium libertatis.
Tit. XIII.

QVONIAM *religiosa. Fidei obseruationem.* vt magis, scilicet inueniantur fideles dominis. *Non ex ipso facto.* imò oportet ferre sententiam: & dicuntur orcini liberti: vt ff. qui sine manu. qui ob necem. & in hoc casu non accipient pretium seruorum à fisco hæredes, licèt aliàs faciant: vt in l. sequenti. L. 1.

SERVI. Donentur, id est, onerentur. L. 2.

SI QVIS *seruus raptus.* Genitiui casus est. *Facinus.* accusatiui casus. assignatur cõtrà. s. de transact. transigere vel pacisci. d. c vt notaui. L. 3.

Deficit hic l. Si delatorem.

DE INGENVIS MANVMISSIS.
Tit. XIIII.

SI INGENVVM. Ad hanc l. bona est concordantia ff. de libera. cau. de bonis. L. 1.

INGENVAM. *Neque manumiss. liber.* Non enim officit natalibus manumissio: vt inst. de inge. in fi. L. 2.

SI LAVIAM. *Ante sententiam.* Vel ante lit. contest. & facit illa sententia eam ingenuam: vt ff. de statu ho. ingenuorum. L. 3.

CVM COGNATVM. *Factum,* id est natum. *Palmyrenæ.* Est autem Palmyrena ciuitas in prouincia Phœniciæ prope Barbaras gentes nationésque collocata: vt ff. de censib. l. 1. *Factionis.* ideo dicit, quia coniunctionem fecerat cum aliqua ciuitate, vt pugnaret contra aliquam. secus si dominus Imperator vel Romanus populus ei bellum decreuisset, quia fieret captiuus: vt ff. de capti. hostes. L. 4.

1 *Quando quis de facto infamatur.*

DIFFAMARI. Diffamatio ista non est de iure, sed de facto. non enim connumeratur inter eas causas quæ de iure infamant, vt notaui s. de his qui not. infa. videtur ergo de facto infamari † quis ingenuus, si seruus appelletur. *Seu errore.* vt cùm quis ignorans vel errans dicebat aliquem ingenuum libertum vel seruum suum, cùm ita esse crederet, vel fortè animo malitioso, vt eum diffamaret, sciebat eum ingenuum esse. & hoc est quod postea dicit, seu malignitate, &c. & hoc est periniquum. vnde si ille qui sic diffamatur, ierit ad præsidé, & conqueratur de illo, & faciat eum vocari vt probet si potest quod dicit, & ille vocatus sæpe & sæpiùs noluit venire, feretur sententia sic, ne de cætero, &c. Sed nunquid agebat ille qui sic iuit ad præsidem, videtur per verba hîc posita, cùm dicat vnum atque alterum interpellatum, & per id quod dicit diuersam partem vocatam, & de sententia: sic ergo agebat & dicebat quòd alius vocaretur ad contradicendum. sed si hoc, videtur quòd non possit stare: quia si ponas eum in possessione libertinitatis fuisse, & prouocare in ingenuitatem, bene obtineret vicem actoris: vt ff. de prob. circa, sed tunc in dubio deberet absolui à iudicii obseruatione, nõ à causa principali. si verò esset in poss. L. 5

ingenuitatis,& prouocaretur in libertinitatem, obtinet vicem rei, vt in prædicta l.circa. & sic non agit. sed ita meliùs videtur dicendum. nec dicas quod ageret, quamuis videantur hic quædam verba contradicere. Imò implorabat ergo iudicis officium, vt præfigeret illi diē ad contradicendum, ille non venit, & sic pronuntiat iudex ne de cætero inquietudinem sustineat. si igitur diuersa pars in eadem obstinatione post illud tempus perseueret, præcipiet præses ab iniuria temperari, quia denegabit ei iurisdictionem suam: vt ff. quibus ex causis. sed si per prætorem, §. ait prætor, & habes simile ꝫ. de remiss. pign. si eo tempore. & ff. de opt. lega. mancipiorum. & l. si optio. §. vlt. arg. contra s. de vsur. pup. l. vlt. si ergo non venit, pronuntiabit fortè diffinitiuè: vt ff. de liber. cau. diui. §. 1. vel vt s. dixi, & meliùs pone quando præfigit certum tempus, nec pronuntiauit in causa principali, sed in causa istius contumaciæ. & induxit istud argumentum ad illud, cùm Bononiensis non vult conuenire scholarem donec recedat, & habeat pedē in stapede, potest dicere tunc præsidi, Domine videatis eius malitiam. & præses præfiget diem intra quem conueniat eum. quo elapso non poterit mouere quæstionem, vt hic dicit. nec est contra s. vt nemo inuit. agere vel accusare. generale est quod ibi dicitur, nec extenditur ad istud, vt ibi notaui. *Vnum atque alterum.* qui successit alio mortuo, vel remoto. & ita duos præsides interpellauit. *Vocitasse.* id est, frequēter vocasse. est enim verbum frequentatiuum. *Contradictionem*, bene dicit, quia dicebat se ingenuum, alius libertinum. & ita per negationem fiebat contradictio. *Defensionibus.* non facias vim in hoc, quia nedum actor dicitur defendere, sed etiam reus: vt not. s. de test. l. 1.

L.6. SCIENTIS. Subaudi maximè. & si ignorauit, non potest fieri seruus. aliàs distinguitur vtrùm sciat conditionem suam, an ignoret: primo casu non fit seruus: sed secundo contra est. sed hic cùm nullus præcedat titulus neque scientis, neque ignorantis, posset fieri seruus. *Quibus dominium*, & c. id est quo. sic s. de ser. reip. titulis.

L.7. SITE. Namque seruitutem. patet ergo quod qui renuntiauit apud acta quæstioni motæ de seruitute, nec nocet, nec prodest ad probationem ingenuitatis.

L.8 INGENVI. *Pactum autem*, &c. Sola enim pactio non facit ingenuum: vt s. de bo. liber. l. vlt. sed à natiuitate fit aliquis ingenuus, vel si restituatur natalibus, vel si pronuntietur ingenuus: vt ff. de sta. hom. ingenuum. & ff. de natal. rest. quæris.

L.9. A LIBERTINA. Aliàs liberta, quamuis garamantes faciant differentiam.

Sic in vet. & Lodouici vero legem diffusior

L.10. AD RECOGNOSCENDOS. *Minimè nocet.* De quo habet specialem titulum ꝫ. de muta. nominis. *Sed statum.* quem habet ex natiuitate per manumissionem.

L.11. SI VESTRAM, id est vestri possessionem, vel vestrarum personarum, quia aliquis possidebat vos tanquam seruos. *Titulus.* ex quo dominium liberi solet acquiri, vt quia passus est se dari in dotem, vel donari, vel aliquo modo alienari, vel passus est se venundari ad pretiū participandum. si enim ita alienentur in ignorantem suam conditionem, præiudicatur eorum statui: vt ff. de libera. cau. si vsusfructus.

AD

AD MVTANDVM. *Commissum plagij.* Quia asportatur in aliam ciuitatem, & ita vendita est. & dicitur plagium, quia plagam infert parentibus. *Abductam.* de vna ciuitate vel prouincia in aliam. L. 12.

INGENVVM. *Non amittit libertin.* Quia diuersa causa est, & videbatur renuntiatum conditioni libertinitatis, cùm vẽdicet se in ingenuitatẽ, & sic amisisse libertinitatem. sed contra est, vt hîc dicit, & est arg. ad hoc quòd si quæstio sit inter dominum & vasallum de prædio, quia dominus dicit esse de feudo, vasallus de allodio, quod etsi deficiat in probatione allodii vasallus, non amittat ius feudi in ea re. L. 13.

STATVI. *D ita proponitur.* Ignoranter. secùs si sciuisset: vt ff. de libe. cau. si vsusfructus. L. 14.

COMMVNIA DE MANVMISSIONIBVS.

Tit. XV.

SANCIMVS. *Et eum sine domino*, &c. Cùm esset mirabile. tamen quandoque contingebat: vt ff. de libe. cau. si vsusfructus. *Hoc sibi acquirat, & sibi hab.* &c. Præterea quæ ex opera sua vel ex fructuarii acquisiuit. assignatur contra. ff. de hæred. instit. quotiens. in fi. Sol. hæc corrigit illam. *Et nullum respiciat dominum.* Istud tamen toleratur quandoque: vt ff. de stip. seruorũ, quod seruus stipulatus. & de libera cau. si vsusfruct. *Mandatum imponere.* videtur contra s. de manu. vind. nec pater. sed dic hîc esse speciale in liberis. *Et in alus penè*, &c. Hoc fortè dicit propter tutelam. masculi enim vocantur ad tutelam, non fœminæ: & pater ad tutelam nepotis ex filio: vt instit. de legi. paren. tut. & de fiduciaria, vel propter castrense peculium, vel propter aduentitiũ, quod quæritur patri quoad vsumfructum per filium qui est in potestate: sed per emancipatum nihil. *Peculiare*, id est præcipuum. L. 1.

SI QVIS *seruo. Imponere.* i. imponendi. L. 2.

SI QVIS. *siue vsque ad mortem.* vocat mortem, quo moritur quoad corpus & animam. L. 3.

DE LIBERALI CAVSA.

Tit. XVI.

1 *Propter famem filios vendere licet.*
2 *Allegans turpitudinem suam, non admittendus.*

REM QVIDEM. *illicitam.* Filius enim venundari nõ potest nisi propter 1 † famem, vt s. de patribus qui filios distraxerunt. sed videtur quòd cùm pater vendiderit, non licet cõtrauenire: vt ff. de euict. vendicantem. sed falsum est, fauore libertatis, vt hîc dicit, & ff. de euiction. sed & stipulatio. §. si homo. 2 præterea quum alleget † turpitudinem suam, non videtur admittendus: vt suprà de transactionibus. l. transactionem. sed hic non ad commodum suum allegabat, imò ad commodum alterius, & nomine alterius. *Adi competentem iudicem.* etiam filio inuito: vt ff. eod. l. 1. L. 1.

& ij.olim agebatur per assertorem: vt j.de asser. toll. hodie filius vel quilibet alius potest agere.agetur tamen de euictione contra patre.n qui vendidit filium istum.

L.2. SI H I.*Opponi causa libera.potest*.quia res inter alios acta alij nō præiudicat:vt j.res inter alios,& per totum titulum illum, quibus res iudica.non nocet.

L.3. SI LIBER *homo.Seruus domini mulieris non fit*. Videbatur contra, quia vnum corpus & vna caro censentur.sed non est ita,vt hic dicit secundùm Lombardam,si aliquis habuit consuetudinem ad alienā ancillam, & inuenerit eos dominus insimul, si potest eos cooperire cum pallio,fit seruus ipsius.

L.4. SI IS QVEM. *In auditorio*,s.eius quem appellasti.

1 *Vt aliquis liber seruus fiat quænam exiguntur.*

L.5. NON IDEO. Assignatur contra.j de quadrien.præscri.l.vlt.Solutio,hic speciale est fauore libertatis:& est ratio,quia illud locū habet quando fiscus vendit rem alienam vt suam. tunc enim petitur pecunia à fisco.sed hic non potest sui pretium petere, cùm se non habeat. *Quàm si participandi*.ad hoc quod aliquis liber fiat † seruus, exigitur quod sit maior xxv.annis,& quod non sit ignarus suæ conditionis,quod vendatur ad pretium participandum,& quod in veritate participet.lo.quintum addidit,scil.vt ille qui emit, ignoret suam conditionem,vt ff.quib.ad liber.procla.l.1.& vlt. *Ad se recipit*. illa quæ vult proclamare in libertatem:vt ff.de proba.si filius.

L.6. NEC SI VOLENS. *Præiudicium*. Intellige quando scio scribētem liberum esse.nam si credam seruum,& ipse interrogatus cōfiteatur hoc in iudicio.præiudicat sibi talis confessio. aliud si extra iudicium:vt j.eo.interrogatum.nam intelligendum est quod ibi dicitur apud acta,id est apud eos qui præsunt actis.nec enim erat de hoc quæstio,quia tunc præiudicaret sibi,cùm & in alio iudicio præiudicet sibi. vt j.eo.iubemus.

L.7. SI AB EO. Assignatur contra.ff.qui & à quib.manu.si seruo alieno,sed ibi manumissor successit domino,hic verò dominus manumissori.vel dicas quod verum est quod aditione hereditatis libertatis datio non confirmatur,cùm voluntatem defuncti suo consensu firmare debuit,vt hic.nec enim debet retractare quæ ab ipso facta sunt:vt s. de his quib.vt indig.Polla.

L.8. CVM AFFIRMES. *Dato nummo*, id est datis nummis.& ita singulare resoluitur in plurale:vt ff.de verbo.sig.in vsu. *Heredibus tur*. non compellet eum, licèt quidam dixerint quod deberet artari. nec obstat.ff.de acquir.hered. si seruum §.si quis dedit. quia ibi non dedit nummos suos domino, sed alij cuiusdam serui, vt not. s. de vob. c. fi lib.

L.9. CVM PRECVM. Dimitte eum, & incipiat ibi constructio, licet eum,&c. *Tamen nominis*.hic repete,cùm. *Addiderit*. quia vocabat eum Ioannem de Isrimiensibus vel Cathoniensibus,vel de alio genere:vt semper ingenui homines consueuerunt esse. postea dixit serualli macula aspersum,hoc est natum de ancilla.& ita preces suæ contine-

tinebant contra. vnde est repellendus: vt s. de fur. l. 1. & ad idem facit ff. quando appellan. sit. l. 2.

LIBEROS. *Certi iuris est.* & ita consonat s. eo. nec si volens. L. 10.

NON MVTANT. *Unde si statu*, &c. consonat s. de probat. neque. L. 11.

PRINCIPALITER, &c. scilicet vt petantur caro & ossa, sicut in aliquo animali. quod esse posset in vsu post mortem. L. 12.

LITE *ordinata.* Oblato libello, iurato de calumnia. *Et interim pro libero habetur.* quantum ad causam liberalem, quoad acquirendum enim manet seruus: vt ff. eo. si cui. §. vlt. praeterea non habetur pro libero vt ad militiam possit aspirare, vt ff. de re militari. qui status. L. 13.

• NEC OMISSA *professio.* natalium. L. 14.

SI MINISTERIVM. *Nulla ratione.* Nisi post x x. annos pretium participent, & alia interuenerint, quae s. eo. notaui. L. 15.

SI *ex libera consecutus es.* Si non manumittitur: vt j. eo. de ancilla. fallit tamen, vt instit. de noxa. circa princ. L. 16. *Haec l. est 12 in vulg. cod.*

MVLTIS. *Non idoneam.* Non est sufficiens probatio, argumentum tamen quoddam videtur esse vel indicium. L. 17.

AD *probationem. Non sufficit.* id est, non est sufficiens probatio. L. 18.

PRINCIPALITER. Subaudi magis, propter quàm quod sequitur. *Patronatus ius tuetur.* Et ita lata pro eo sententia prodest mihi. sed si contra eum, non nocet nisi lata fuerit me sciente: vt ff. de re iud. saepe. §. si scien. si verò in seruitutem redigatur, & postea ab alio manumittatur, praefertur mihi in contra tab. bon. poss. vt ff. de bo. liber. si libertus meus. L. 19.

SICVT. Sic per ea, &c. similitudo per contrarium: quasi dicat, sicut praestitam libertatem dominus non potest reuocare, ita & non praestitam non potest seruus defendere. *Agunt.* in priuato, non in publico: vt s. de Lat. libet. l. 1 §. sed & qui domini. L. 20.

EAM QVAE. *Non sine dolo.* Si autem bona fide, siue iusta, siue iniusta ratione credat, commodo possessionis fungitur: vt ff. eo. igitur. §. potest. *Sui conceptione.* i. per quaestionem. ff. de quaestionibus, vt not. s. de rei vind. cùm super vernis. L. 21.

SI *tibi seruo.* Planum est. L. 22.

PARENTES. *Non confessione constituantur.* Facta extra iudicium. L. 23.

INTERROGATAM. *Apud acta.* id est, apud eos qui praesunt actis. non enim facta fuit in iudicio, nec interat iudex vt iudex, sed vt testis. alioquin praeiudicaret sibi: vt notaui s. si volens. L. 24.

SICVT. Patet quòd sicut facta manumissione non nocet instrumentorum praetermissio, sic post datam libertatem instrumentorum amissio nocere non poterit. L. 25.

SICVT *datam. Ita manumissionis.* Sicut enim nec datam libertatem reuocare potest, ita nec praestare ei impedimentum debet. L. 26.

ADRIANVS *à victo.* scilicet Leonide. *Mutare potuerunt.* si tamen contra cohaeredem lata sit sententia, affert cohaeredi quale praeiudicium. L. 27.

AVI. *Licèt auia*, &c. Maximum tamen praestat arg. auia materna, vel auus maternus libertati, & maius quàm auus paternus. vnde quanto proximior in gradu est ex parte matris, tanto magis praesumi- L. 28

tur pro libertate: & ideo mater violentam præstat præsumptionem, nisi probetur contra. vt s. de rei vindica. partum. & de proba. matrem.

L.29. DE ANCILLA. Licèt ergo fuerit redempta, si non manumittatur, permanet in seruitute.

L.30. SOLO. Assignatur contra ff. de iure patro. ingratus. Respond. quod ibi dicit ipsum ingratum esse, verum est: sed tamen propter talem ingratitudinem non potest reuocari in seruitutem, nisi necessarium esset obsequium: vt ff. de libe. agnosc. alimenta §. r.

L.31. SI TIBI. Videtur contra ff. de libe. cau. ordinata. sed hîc speciale est quando aliquis calum .iosè vel per iniuriam trahitur in seruitutē. si enim vult agere de calumnia, non licet ei, nisi pateat fuerit calumniatum vel non. & ita primò oportet pronuntiare fuerit seruus, an non. si enim pronuntiaretur seruus, agere nó posset: in aliis posset interim: sed de calumnia vel iniuria non agit iudicio pendente, vt hic dicit. *Eam.* non referas ad sententiam, quia in sententia non continebatur de calumnia, sed absoluebatur à petitione illius mulieris Corsiuæ, scilicet cui facit legem istam dominus Imperator, vt hic patet. ergo potiùs secundùm eius sententiam postulabit, quàm aduersus. dic ergo eam mulierem Corsiuam. & videtur quòd cùm iudex nihil dicat de calumnia in sententia, quod postea non posset agere, vt j. de calumnia. l. 1. sed contra est: quia vt s. d. dum est, speciale est hic.

L.32. SVBSCRIPTIO. *Filij.* idem in vxore & in filia.

L.33. LICET. *Rescindi non potest.* Putabatur enim pecunia à seruo oblata libertatem posse reuocari.

L.34. LIBERA *concubinatus ratione.* Ob hoc. sc. quòd seruus habuit consuetudinem ad eam.

L.35. NON *idcirco. Potest.* Ita est cùm à pupillo moueatur status quæstio tutoribus: secus, contrà si à tutoribus moueatur quæstio status pupillo. nam tutor postquam administrauit tutelam & res, non potest pupillo mouere quæstionem: vt ff. eo. cùm necessitate. §. tutores.

L.36. POST CERTI. *Nullam habet necessitatem.* Sic ergo non adstringetur domina pacto facto cum ancilla: vt notaui s. eo. cùm affirmes. *Ministerio.* Ergo si ipsa libera constituta cum filiis promisit vt eos traderet quòd essent serui, non teneret in præiudicium eorum. secus puto si cū aliquo fabro vel simili paciscitur de filiis suis vt instruat eos in arte illa, & quòd intermedio tempore seruiant sibi. talis enim conuentio non est improbata: vnde tenetur si renuntiauit auxilio Velleiani S.C. vel si non renuntiauit, & principaliter cōtraxit obligationem in persona sua.

1 *Paria crimina mutua compensatione dissoluuntur.*

L.37. SI *filium vendidisti.* Ex quo prodita est actio. l. Fabiæ de plag. vt ff. ad l. Fab. de plag. l. 1. sed si se socium confitetur, nónne damnificabitur, quia confessus est? Respon. non: vt ff. de muneribus rescripto §. si quis accusatorem. Vel dic quòd non dicit se socium, quia dicit se nó commisisse. *Accusator deest.* id est, vnus accusare alium non potest. sunt enim socii eiusdem criminis: & ita paria crimina mutua compensatione dissoluuntur: vt ff. sol. matr. viro. & ff. de dolo. si duo. de fide instru. repetita.

Non

NON ideirco liminarcha. Ab archos, quod est princeps, & limen. vnde liminarcha dicitur qui militibus præest qui in limine ipso permanent custodiæ causa ne hostes irruant. *Moueri tibi*, &c. aliud si creetur miles domino sciente: vt j. qui mili. non poss. super seruis. L. 38.

LIBEROS. *Constat*. apud sapientes. L. 39.

IVXTA *edicti nostri continentiam*. id est, secundùm id quod continetur in edicto nostro. L. 40.

IVBEMVS. *Apud aliud iudicium*. Multo magis & in iudicio de liberali causa, sicut notaui s. eo. l. interrogaram. L. 41.

PLACVIT. *Nascuntur*. Post litem contest. *Mox*. id est, post litem cõtest. *Ante litem verò nati*. Quidam dixerunt, & cõcepti, quia pro natis habẽtur: vt ff. de sta. ho. qui in vtero. sed illud cùm tractatur de cõmodo suo. at hîc fortè pronũtiabitur pro ancilla vel contrà: vnde melius est quòd dicamus de natis, non de conceptis. nam si suo nomine in quæstionem vocentur, non esset eorum commodo, sed potiùs incõmodo. assignatur contra, ff. de except. rei iud. si quis. §. si ancillam. sed dic quòd ibi constabat ipsam esse ancillam: tamen dubitabatur, vtrum mea an tua ancilla. aliud in liberali causa, vt hîc. L. 42.

DE ASSERTIONE TOLLENDA.

TIT. XVII.

1 In causa liberali appellare non licet.
2 Sequestratio quando fieri debet.

LITES. *Respondere*. Et potest conueniri & agere contra alios, sed differtur sententia: vt ff. de libera. cau. ordinata. *Quod in his*, &c. ff. de procura. seruum quoque. sed dic quòd siue sit in possessione libertatis siue seruitutis. potest dare procuratorem non in liberali causa: vt hic. sed in aliis, vt ibi, si constat. ff. de procur. non solùm. §. si status. quia ibi loquitur in procuratore eius qui se dominum dicebat, vt illa litera docet. *Ad secundam inquisitionẽ*. L. 1.
1 Videretur ergo per literam istam quòd in causa liberali † non liceret appellare: sed contra est, vt notaui s. si aduersus liberta. dic ergo quòd ad secundam inquisitionem minimè deducetur, vt scilicet fiat inquisitio super assertores, sicut leges veteres volebant, vt dicit statim. *Occasione legum*, &c. Vel si velles dicere quòd licèt appellare primo, non secundo, est arg. ad hoc s. de episcopali audientia, authent. si quis autem. & j. de appell. iubemus. & l. in offerendis. *Aliásque res*. vt deposita commodatæ vendicantur dum constat eas esse eius qui se dominũ dicit, quæ statim reddendæ sunt. *Collocari*. Post sententiam de statu la
2 tam. tunc enim † sequestrantur res de quibus dubitatur: vt j. tit. 1. l. vlt. sed ante sententiam cauetur, vt ibi dicitur. *Cautioni*. vt iuret se non posse dare fideiussorem, & quòd veniat ad causam vt statim iurauit secundum lo. & de restitutione rerum, nec sequestrantur nisi in casu: vt j. tit. 3. l. vltima. *Omnimodo seruitu. obnoxij erunt*. Per hoc patet quòd corrigitur de libera. cau. diui. vel dic quòd ibi non abfuit per annum. *Accusationem*, id est actionem. *Accusauerint*, id est, conue-

nerint persistendo in causa: vt ff. de bon. liber. cùm maior. §. accusasse & l. in seruitute.

1 *Iudicium, est actus trium personarum.*

L. 2. EXPEDITAM. *In praesenti tẽpore incidere.* Id est, vt incidat in periclitantem, &c. *Si in medio.* Causae vel iudicij. *Assertus.* Scilicet, liber, ab assertione veniente. certè nullo modo, quia iudicium est † actus 1 trium personarum. *Quatenus vel ostendat venditor, &c.* Si verò quaestio esset de dominio, & constabat eum esse seruum, sed nesciebatur cuius, etiam mortuo eo necessario est sententia: vt ff. de rei vendi. vtique, nec obstat. ff. de euict. si seruus, quia ibi loquitur quando decessit ante lit. contest. secus si post.

QVIBVS AD LIBERTATEM PROCLAMARE non licet: & de rebus eorum qui ad libertatem proclamare non prohibentur.

TIT. XVIII.

L. 1. DISPAR CAVSA. *Et participatus est pretium.* Sed alia exiguntur vt aliquis liber fiat seruus, sicut notaui s. de libera. cau. non ideò.

L. 2. DE LATRONVM FAMILIA. *Seruis factis.* Puta propter insignem perfidiam quorundam latronum concesit imperator, vt qui aliquem de familia latronum caperet, dominus esset capti. & per l. istam reprobatur quorundam vulgaris opinio, qui dicunt, quòd si pater & auus fuerunt latrones, quòd ipsi non debent puniri si sint latrones, nec suspendi etiam si latrocinium commiserint.

L. 3. SI QVIS IN LIBERTATEM *proclamauerit.* De seruitute. *Quod verò petitur.* A domino, quia dominus petit. Sed possetne habere aliud consilium, quàm quod peteret? & videtur quòd posset auctoritate sua capere. possidet enim eum ciuiliter, & si proclamet in libertatem: vnde quo ad causam videtur liber, quoad alia seruus: & ideo auctoritate sua sine poena potest capere cùm ea quae possidentur ab eo, & dominus possideat: vt ff. de acquirend. possess. possideri §. si seruus. & l. si id quod. §. 1. vnde habet locum quòd hîc dicitur, cùm hîc dominus est adeo vilis & timidus, vt non sit ausus auctoritate sua accipere quae habet ille proclamans in libertatem. impeditur ergo de facto per cautionem fideiussoriam: vel, si non potest puram. *Approbata libertas.* Ideo dicit, quia si seruus pronunciaretur, nihil remaneret ei, imò omnia domino acquisiuisset. intellige ergo quòd pronuncietur liber, & habuit res à domino, & furtiua compendia. est autem furtiuum compendium denarius vel duo denarij, sicut casij furari consueuerũt. *Cùm liberum.* Hoc est libere apud eum. vel quidam dicunt. subaudiendum est apud. & nota quod dicit l. ista. quia aliquid fit negatione dubium, sic ĩ de acquit. poss. l. nen o. *Exacto.* Id est finito, vt notaui s. de asser. toll. l. 3. *In sequestro.* Fallit ergo hîc quod ĩ. dicitur de prohibiti. sequest.

DE

DE ORDINE COGNITIONVM.

TIT. XIX.

1 *Causæ quæ dicuntur præiudiciales.*
2 *Seruus contra dominum consistere non potest.*

CVM ET IPSE. *Qua ratione postulas, &c.* Videtur quòd postulare posset, & quòd prætermittenda sit criminalis causa, vt s. de ordine iudic. l. quoniam, sed licèt ita sit secũdùm regulam, sicut dicit l. illa, verum est quando ciuilis quæstio non est præiudicialis. erat enim de fundo, vel simili re, si erat de libertate, & ita præiudicialis præiudicat criminali. tales enim † dicuntur præiudiciales: vt instit. de actio. §. præiudiciales. & interim potest conuenire & conueniri: vt ff. de liberali causa, ordinata, sed de criminali non, donec cognitum & pronunciatum sit de liberali causa, vt hîc dicit. *Ex euentu.* Ideo dicit, quia si pronunciatum fuerit, ipsum esse seruum, non accusabit dominum, cùm † seruus non possit contra dominum consistere nisi in casibus specialibus, vt ff. de iudic. vix certis. L. 1.

SI DE HÆREDITATE. *Et libertate contro. est.* Principaliter: & ideo hîc terminatur primò causa liberalis. si verò de libertate ageretur, in modum exceptionis, obtinet quod sequitur, vt pronuncietur in liberali causa de hæreditate, non in incidenti, nisi per consequentiam. *Prius agi, &c.* Hoc verum est eo saluo, vt si ex testa. vindicetur libertas, præcedat de testa. cognitio: vt ff. de hæred. peti. si quis libertatẽ. *Sed sufficit ei, &c.* Sed non sufficere videtur. vt ff. de his qui sui vel alie. iur. l. penult. & ff. de lib. agnos. si quis §. si vel, & §. solent. sed aliud dici potest in hæreditate, quia impossibile est habere hæreditatem si est seruus. ac potest esse quòd ali debeat qui se dicit filium, & tamen non est filius, vt si pater Plancianum contempsit: vt ff. de lib. agn. l. 1. §. idem Iulianus. Vel melius distingue an de incidenti plenè cognoscatur, & tũc præiudicet, & si pronuncietur pro actore, vt hîc. secus si pro reo: quia posset esse quòd actor non est hæres, non tamen est seruus: & ideo non obstat, & exceptio rei iud. plenè cognoscitur, vt in falso, vt j. ad l. Cor. de falsis l. vbi. si verò summatim fieret in incidenti cognitio, secus: vt ibi. & de re iudi. à diuo. §. si rerum. L. 2.

SI CRIMEN *ei quam inge.* Et alter ancillam. *Ante libe. cau. &c.* Maior enim pœna imponitur seruo quàm libero: vt ff. si ex noxa. si seruum. de pœnis. l. 1. L. 3.

SI STATVS. *Causæ autem examinatio.* Hoc ideò dicit, quia seruis quædam crimina exercere permittitur, vt perduellionis. L. 4.

CVM STATVS *tibi moueri.* Actio. *Velle petere.* Ab his quibus mutuam dedisti pecuniam. *Si hoc iuris admiserit ratio.* Non admittit hoc iuris ratio, si impubes sit. de cuius statu quæritur, vel si non est iudex ordinarius. ille enim cognoscere debet status causam. L. 5.

L. 6. SI RES. *Si verò secus.* Id est, si serui esse pronuncientur. *Euanescat.* Quia non sunt conueniendi nisi in domo: vt s. an seruus ex suo facto, siue.

L. 7. SI QVANDO. *Ab eius parte qui dicitur seruus, &c.* Id est, si ille qui dicitur seruus, dicat à domino sibi aliquid abreptum. *At si eum de obsequiis, &c.* Id est, si ex possessione seruitutis proclamauerit ad libertatem. *Si res exegerit audientiam.* In petitorio non in possessorio rerum ablatarum à domino seruo. ibi enim qui dicit se dominum, & proclamantem, & quæ detinentur ab eo, possidet, & ideo auctoritate sua accipere potuit, vt dixi. s. tit. 1. l. vlt. quia magis videtur retinere suã quàm alienam, videtur auferre possessionem: vt ff. de iust. & iu. arg. l. 1. §. vi possidere. nec videtur distinguendum, auferatur ante litem contest. vel non. nam & hic innuit primò exortum negotium, quàm arripuerit. & innuitur. j. e. l. §. cùm autem. Sed nunquid etiam liberali causa pendente proclamans in libertatem de rebus saltem lit. conte. potest, arg. quòd sic. ff. de libe. cau. ordinata. nam & econtrario si proclamans in libertatem diripiat, procedit causa liberalis: sed pro rebus fit contestatio, vt s. l. prox. *Qui ad seruit. vocatur.* Cùm sit in libertatis possessione, subaudi. *Sequestrari.* Contra regulam est s. de prohibi. sequest. *Litis sumptus & alimo.* Nota quòd interim debet habere litis sumptus & alimonias. simil. arg. ff. de iure delib. filius dum, & ff. de inoff. test. si instituta. §. 2. s. de Carbo. edic. l. 2. ff. de agnos. lib. l. si neget. & est bonum notare ad hoc, quando aliquis accusatur de dilapidatione, vt & interim ex his litis sumptus & alia debeat facere.

DE COLLVSIONE DETEGENDA.

TIT. XX.

L. 1. CVM SERVVM. *Dominam suam.* Matrem tuam. *Dedisse.* Proponas. *Enixam asseueras.* Ex hoc enim non fit liber: vt s. de milit. testa. ex his. *Seruum esse palàm est.* Nec ab ea hæres institui potuit vt esset liber: vt ff. de hæred. insti. his verbis: §. 1. & instit. de hæred. instit. §. est autem. vel ibi loquitur in adulterio, hic in stupro: vel ibi accusatus erat de adulterio, hîc non. *Diui pij rescriptum super capti. emissum.* Hîc asseuerauerat principi, quòd captus fuisset ab hostibus, & redemptus, cùm nec etiam de vrbe exiuisset, nec de camera dominæ: & ideo rescripserat imperator eum ingenuum esse. quod rescriptum non tenet, quia falsa suggestione fuit impetratum.

L. 2. LIBERTINÆ. *Priuatis pactis.* Id est, collusione. *Pœna statuta.* Amissionis liberti. *Præmioque detegenti.* Fit enim eius libertus: vt ff. de in ius voc. adoptiuum. §. 1. & est hæc detentio facienda infra quinquennium, si tamen viuat ille qui ingenuus pronunciatus est. nam eo mortuo non licet amodò quærere de statu eius: vt ff. eo. l. 2. in princ. & ne de statu defunc. post quinquen. quær. l. 1. §. sed interdum.

NE

NE DE STATV DEFVNCTORVM POST quinquennium quæratur.

TIT. XXI.

ADITVS. *Ante quinque annos.* Ante dico, scilicet, per quinque annos. *Non retractabitur.* Etiam intra quinque annos: vt ff. eo. l. 1. 1. responso. L. 1.

SI IS QVI. *Sine interpellatione.* Sic & j. eo. si is quem. L. 2.

QVAMVIS. *Durat.* Ita habes s. de libera. cau. principaliter. L. 3.

SI IS QVEM, &c. *Manumissis.* Ab illo seruo communi manumisso à fratre suo. L. 4.

QVOD EST CONSTITVTVM. *Minimè pertinet.* Nisi ætas suadeat differri: vt si filius filij mei sit impubes: vt ff. de Carbo. edict. decessit. vel si velit contra emancipationem suam venire, cùm dixerit vt emancipatus. ff. de adop. post mortem, ergo ille qui emancipauit, poterit repelli: quia non debet venire contra factum suum: sed tamen alij hæredes, quia nihil potest eis allegari, benè poterunt mouere quæstionem intra quinquennium, vel post. & sic soluuntur illa contraria, & intellige quòd non pertineat; ad speciem emancipationis, quin, scilicet, post quinquennium posset quæri, iure emancipatus sit, nécne, cùm pater vult occupare bona filij iure peculij. L. 5.

SI MATER. *Et pupillos.* Assignatur contra. s. in quibus in integ. resti. non est necess. l. vlt. Solutio. hic currit ista præscriptio fauore libertatis etiam in pupilla. tantus est enim fauor libertatis, quòd præfertur priuilegio minoris ætatis. & ita speciale est hic quòd minor non restituatur, vel hic currebat prædecessori pupilli, & ideo currit pupillo. sed restituitur, quod falsum est. vt ff. eod. non esse. *Posteriora tempora.* Consideratur ergo quod nouissimè factum est sic. ff. de acqui. pos. si quis autem. arg. contra. ff. de au. & arg. leg. l. vlt. 1. responso. & de alimen. leg. Mela. §. sed si. L. 6.

SI PATER *Qui super huiusmodi quæstionibus, &c.* Cùm quis se ingenuum contendat, & econtrario seruus dicatur. sed si se liberum dicat, & econtrario seruus fisci dicatur, potest super hoc procurator cognoscere: vt s. vbi causa status, iam dudū, & l. procuratores. *Status tuus.* Et voluerunt quidam dicere quòd si natus est quis ex seruo publico, quamuis ex libera, quòd in libertate præiudicatur. & sic dixerunt esse in seruo fisci speciale, & non in alio. nam aliàs quidem partus sequitur ventrem. sed falsum est: quia illud non est verum nisi in murilegulis: vt j. de murilegu. qui aut. vt hoc notaui pleniùs s. de seruis reip. l. vlt. & nota quod hic dicit, quia quod non legitimè factum est, pro nullo debet reputari. sic. ff. de re iudi. si se. §. condemnatum. L. 7.

REPETITIO. *Nulla tempo. præscript.* Longa. sed longissima: vt j. de præscript. xxx. annor. si quis, vel nulla omnino secundùm has leges. L. 8.

DE LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE, quæ pro libertate, non aduersus libertatem opponitur.

TIT. XXII.

L.1. MALA FIDE. *Diu.* Id est, spatio x. annorum inter præsentes, vel xx. inter absentes, vt instit. de vsucap. §. diutina, & sumit lex ista coniecturam de præterito ad præsens; vt quia fuit malæ fidei, scilicet, cùm fugit, præsumatur modò esse malæ fidei.

L. 2. PRÆSTAT. *Ex iusto initio.* Non intellige de titulo, sed de bona fide, licèt aliàs in longa præscriptione consideretur bona fides & tit. & quòd res non sit vitiosa, hîc verò est ita, & hoc fauore libertatis. *Libertatis debitum.* Cùm sit de iure naturali, & de sua æquitate. *Salubris.* Quantum ad animam. *In possessione.* Quia nemo propriè sua membra possidet. *Per xx. annos.* Quidam dicunt inter absentes. nam si essent præsentes, sufficerent x. anni. vel dic inter absentes & præsentes, nisi ita sit hoc, speciale, sicut & dic. tit. notaui s. *Sine interpellatione.* Quia posset interrumpi litis contestatione: vt j. de anna. excep. l. 1.

EXEMPLVM SACRARVM LITERARVM.

L.3. SOLA, &c. Videtur contra j. de præscript. xxx. comperit, & l. sequenti, & j. de agrico. & censi. cùm satis. Sed ibi loquitur de seruis terræ, qui sunt membra possessionum: hîc autem de aliis. *Minimè mutilari.* Ergo nullo tempore potest aliquis liber fieri seruus, licèt quædam statuta, & iniqua sint in contrarium. Fit autem quis liber seruus, si capiatur ab hostibus, vel sua auaritia, si passus est se venundari ad pretium participandum: vt s. de libera. cau. non ideo.

DE PECVLIO EIVS QVI LIBERTATEM MERVIT. TIT. XXIII.

L. vnic. LONGE. *Diuersam causam, &c.* Sed quæ est ratio quare potius inter viuos quàm in vltima voluntate videatur concessum peculium? quidam dixerunt, quia cùm viuit, debet sibi præstare operas, non autem cùm moritur, aliud in emancipatione: quia semper videtur pater retinere bona nisi specialiter donet: vt s. de bonis quæ liberis. l. antepen. §. cùm autem. Vel dic quòd illa est ratio, quia in vltima ætate impeditur quis mortis cogitatione: vt qui testa. fac. pos. hac consultissima. auth. cura. & j. authentic. de trien. & semis. §. illud. secus inter viuos. & ideo præsumitur concedere. *Si non adimatur.* Nisi in casibus: vt s. de Lati. liber. l. 1. §. sancimus, & §. sed & siquis.

DE

DE S.C. CLAVDIANO TOLLENDO.

TIT. XXIIII.

CVM IN NOSTRIS. *Castigatione competenti.* Et dicas castigationem competentem. vt & authen. §. de Latina liber. ad hæc. L. I.

2

DE NVDO IVRE QVIRITVM TOLLENDO.

TIT. XXV.

ANTIQVÆ SVBTILITATIS. *Ex primis eorum cunabulis.* Solebat enim positus esse titulus iste insti. circa prin. vel circa medium, & hanc l. intellige vt in summa. L. I.

DE VSVCAPIONE PRO EMPTIONE VEL transactione. TIT. XXVI.

In co. vul. legitur pro emptore.

MANCIPIA TVA. *Distracta sunt.* Et tradita, alioquin fine contrectatione non esset furtum: vt ff. de fur. l. 1. intellige ergo quòd vendita fuerunt & tradita. sæpe enim subauditur quod præit aut sequitur, sic enim dicit l. quòd in mobilibus non facilè procedit vsucapio, vt instit. de vsucap. L. I.

1 *Lege prohibente alienationem, prohibetur vsucapio.*
2 *Testatoris voluntas pro lege seruatur.*

SI CONTRA. *Perfectæ artis.* Aliàs ætatis. *Vsucapi non potest.* Sed quare non? quia certum est, quòd si lex † prohibet alienationem, quod prohibetur vsucapio. vt ff de fund. do. sed fundum. & idem debet seruari in testatore: quia eius † voluntas pro lege seruatur: vt. j. auth. de nup. §. disponat. generale enim est verbum alienationis ad vsucapionem & alia: vt §. de reb. alien. l. vlt. L. 2.

SI MATREM. *Vsucapere potuisti.* Partus enim antequam edatur est pars viscerum matris: vt ff. de ventre inspic. l. 1. sed editione facta contra est: vnde potest vsucapi, vt hic dicit. licèt mater fuerit furtiua. sed quomodo potest esse? Respon. & distingue sicut notaui §. de furt. ancillæ, & continetur in summa de furtis. §. an plius prouidetur. L. 3.

VENDITIONI. *Non audictur.* Diuersa pars. L. 4.

1 *Alienante malæ fidei possessore, non procedit vsucapio.*

SI PATREM, &c. Assignatur contra. §. quod metus causa. l. 3. Solutio hæc sua auctoritate accepit violentam possessionem, ibi domini auctoritate. *Nondum impleta vsucapione.* Hodie malæ fidei possessore alienante † non procedit vsucapio: vt j. authent. de præscript. long. temporis. *Perueniat.* Verè vel interpretatiuè: vt ff. de vsucap. l. sequitur, §. tunc. L. 5.

L.6. CVM SIT *probatum, rem.* Scilicet. alienam, & sic soluitur contra. ff. de vsucap. sequitur. §. si rem. *Pignori obligatam.* Voluntate eius cuius erat: ne sit contro. ff. eod. si rem. *Vsucapi.* Secus si sciens alienam, credidit à domino habere mandatum, vt ff. eod. l. vlt.

L.7. SCIENS. *Furtum committit.* Quia facit contra domini voluntatem.

L.8. EX CAVSA. *Vsucapere possunt.* Non pro re super qua fit transactio: sed pro qua. vt s. de transact. si pro fundo.

L.9. EVM QVI. *Doli submouetur exceptione.* Est enim de præda magis quàm de damno solicitus: vt ff. de administrat. tuto. si minoris. nec debet habere rem & pretium: vt ff. de act. emp. ex empto. §. vlt.

DE VSVCAPIONE PRO DONATO.

TIT. XXVII.

L.1. SIVE FVERIT. *Bona fide dona.* Impropriè dicitur donari à non domino: nam donari non potest nisi quod eius sit cui donatur: vt ff. de donat. etiam ædibus. §. vlt. *Quæsitum est.* Scilicet priore casu iure traditionis: posteriore respectu vsucapionis.

L.2. DONANTEM. *Procedere possit.* Subaudi, non est ambigui iuris.

L.3. IRRITAM. *Sic error falsæ causæ.* Non enim sufficit opinari, sed donatum esse oportet: vt ff. eo. l. 1.

DE VSVCAPIONE PRO DOTE.

TIT. XXVIII.

L.1. RES MOBILES. *Pro dote vsucapiuntur.* Si dantur inæstimatæ, & matrimonium sequantur. aliàs enim non esset dos, si ante matrimonium dentur, vt statim transferatur dominium, potest vsucapere pro dote. si verò æstimatæ tradantur, pro emptore procedet vsucapio: vt ff. eod. l. 1. & 2. vt hic pleniùs in summa.

DE VSVCAPIONE PRO HÆREDE.

TIT. XXIX.

L.1. CVM PRO HÆREDE. *Pro herede locum non habet.* In persona matris, quæ extitit sua hæres patri suo cùm ipse decessit ea manente in eius potestate. & ita non potuit procedere vsucapio pro hærede, vt dicit lex sequens. sui enim quodammodo domini dicuntur rerum paternarum etiam patre viuente: vt inst. de hæred. quali. §. sui autem, vnde non dicuntur habere titulum. vnde suus nōn vsucapit, sed extraneus, & videbatur hic quòd hæc es vsucapere posset, quia mulier non habet filium in potestate: vnde

non

non est suus hæres suo, sed contrarium est, vt dicit.

NIHIL. *Obtinuit.* Vt notaui. s. l. prox. L. 2.

OPTIONE. Ibi incipit constructio, possessio pro hærede, &c. *In vulgat. legitur opinione.*

1 *Quando iustissimo errore aliquis vsucapere possit.*
2 *Quando non obstat scientia defuncti.* L. 3.

VSVCAPIO. Procedere non potest. idem ait Celsus. ff. de vsucap. L. 4. Celsus. fallit tamen quod hîc & ibi dicitur, quamuis enim mihi 1 non sit legatum, si tamen iustissimo † errore tanquam legatarius possedi, vsucapere possum pro legato: vt ff. pro legato l. 4. & vlt. Idem in vsucap. pro empto, vt ff. pro empto, quod vulgo. & ita dixit Io. & in similibus casibus, s. cùm interuenit iustissimus error quòd procedat vsucapio sine titulo. *Velut ex hæreditate.* Si enim esset ex hæreditate, necessariò procedet vsucapio pro hærede, quia ex hæreditate est quæ possidetur à defuncto, non tamen habebat dominium, nec sciebat alienã. si enim sciret, non posset vsucapere hæres ex persona defuncti. vnde quidam dixerunt quòd inchoet à se vt vsucapiat pro hærede. Io. dixit, quòd à se non possit. licèt concedendum sit in emptore, & in singularibus successoribus non obstante scientia nisi secundùm distinctionem authent. vt sponsa larg. aliud in vniuersali successore, qui pro eadem 2 persona reputatur. ei enim obstat † scientia defuncti: vt ff. de diuer. & tempor. præscri. cùm hæres, & ff. de vsucap. vbi. §. 1. & j. de fruc. & lit. expen. l. 2. arg. à consequenti destructo. ff. de publi. si ego. Et quid obtineat circa materiam istam, notauit dominus Io. in glossa quadam quæ sic incipit, Contra errores antiquos. & dominus meus in summa huius tit.

COMMVNIA DE VSVCAPIONIBVS.

TIT. XXXI.

1 *Colonus nullam habet possessionem.*
2 *Colono mortuo dominus retinet possessionem.*

QVI EX CONDVCTO. *Non tamen sibi sed domino rei, &c.* L. 1. 1 Hinc est notandum quòd colonus nullam † omnino habet possessionem nec ciuilem nec naturalem. dominus enim ciuilem habet (hoc constat) & retinet suo animo, non per colonum. cùm autem constet, & lex vtique dicit quòd dominus possidet per colonum, naturalem ergo per colonum habet. nam aliam per se habet tantùm, si enim ciuilem per se, & naturalem per colonum habet: constat quòd colonus nullam habeat. nec obstat. ff. comm. diui. l. communi diuid. §. neque, vt notaui j. de præs. xxx. ann. malè agetur. Secundò quæritur an si colonus possidere sibi nolit, dominus possessionem amittit. idem quæritur, si animo deserendæ possessionis exierit, quod dicunt quidam: vt ff. de acquiren. poss. si colonus. à contrario sensu. nam dominus amittit etiam ignorans: vt ff. eodem l. peregrè. §. quibus. sed contra eos est l. illa, si de eo. §. si fortè, & l. si id quod. §. 1. *Sic in vet. libro repetimus.*

nam etiam mortuo colono † dominus retinet possessionem, & tamen constat quòd tunc colonus animum retinendæ possessionis nō habet. Idem nónne dominus habet interdictum vnde vi cùm ipse vel eius procurator non admittitur: vt ff. de vi & vi arma. cùm fundum. patet ergo quòd omnino non amisit. nam tunc non haberet interdictum: vt ff. de vi & vi arma. l. 1. §. eum qui. Item contra eos quod dicitur. j. tit. a. cùm nemo, sed ipsi dicunt non mutat quantum ad hoc vt vsucapere possit. si autem colonus alij tradat, dicunt quidam dominum non desinere possidere: vt not. j. de acquir. poss. l. vlt.

L. 2. IAM PRIDEM. *Remiss. mei vsuca. non poss.* Aliud in bonis vacantib. quæ fisco deferuntur. vt in st. de vsucap. §. res fisci. & in re ecclesiastica, vt s. de sacrosan. eccle. authen. quas actiones.

SI MALA FIDE. Hic notari posset idē quod dixi. s. pro hærede l. vlt.

DE VSVCAPIONE TRANSFORMANDA, ET de sublata differentia rerum mancipi & nec mancipi.

TIT. XXXI.

1 *Vitiosæ possessionis non fit accessio.*

L. 1. CVM NOSTRI. *Quiritium.* Id est, Romanorum. *Sustulit.* Id est, remouit: vt s. de nudo iure Quiritum tol. *Iusto tit.* Ideo dicit, quia vitiosæ possessionis non † esset accessio: vt ff. de acquir. poss. Pomponius. §. vlt. *Possessionis.* Vniuersalis, non singularis, vt ff. pro empt. l. 2. §. si eam. *Non interrumpatur.* Quandoque interrumpitur, si scio conceptum post & editum partum apud me bonæ fidei emptorem, & matrem esse furtiuam, & potui denunciare domino, & non feci, vt ff. pro suo, si ancillam. *Ex posteriore alienæ rei scientia.* Sed si mobilis est, nónne postea fit furtiua? Resp. non: quia non facit dolo malo. cùm titulum habeat: sicut & ille cui res immobilis locata est. primum enim tempus inspicitur quo malam fidem habuit: vt ff. de seruo corrupto. l. 1. §. 1. Item potest esse quòd non contrectet, licèt possideat. vel dico, etiam si concedo furtum fieri, & rem furtiuam, non interpellatur tamen incepta vsucapio antequam sit furtiua: vt probatur ff. de fundo dota. si fundum quem. *Quæ et.* Scilicet præscriptioni vel vsucapioni. *Mancipi*, res Italiæ dicebantur mancipi, quia quasi manumitti & vsucapi poterant, tanquam reorum domini.

DE ACQVIRENDA ET RETINENDA POSSESSIONE. TIT. XXXII.

1 *Quicquid per seruum acquiritur, domino acquiritur.*
2 *Ignoranti acquiritur possessio.*
3 *In vsucapione exigitur bona fides.*
4 *Quod per alium facimus, ipsi facere videmur.*

PER

L.1. PER LIBERAM PERSONAM. Quæ habet mādatum, alioqui si non esset tutor vel procurator, vel filius, aut similis persona, nō acquireret nisi ratum haberem, vt ff. de neg. gest. si ego, & notaui].eo. per procuratorem, acquirit ergo possessionem. sed videtur contra. ff. de acq. rer. dom. res ex mandato. sed ei contradicit instit. eo. tit. si procurator. & distingue secundùm quosdam, vel secundùm nos, vt in summa. §. per procuratorem, & not.].eo. l. per procuratorem, & s. si quis alteri vel sibi. l. vlt. & dic ideo de libera persona, quia si seruus suus esset, non esset quęstio. sed hîc non erat seruus. vnde videbatur quòd non acquireretur per eum: dicit ergo ratione dubitationis, vel alia est causa dubitationis, quia si liber est quis, non acquirimus per eum actionem vel obligationem. & ita videretur quòd nec possessionem: non tamen ita est, & quòd ita sit, probatur s. per quas personas nobis acquir. l. 1. sic enim dicit, excepta causa possessionis, &c. sed non videtur differentia, sit liber, vel extraneus seruus: vt ff. eo. si me in vacuam. §. vlt. nec obstat quod dicunt, quicquid
1 per † seruum acquiritur, domino acquiritur. ibi enim non quærit mihi quia meus sit, sed ratione officii. ergo ideo dicit de libera, quia magis fortè dubitabatur de ea, quàm de extraneo seruo. Idem tamen esset in alieno seruo. si meus esset, non est dubium: vt s. dixi. *Et postquam scientia interuenit.* Sed quare non etiam ignoranti inchoatur conditio
2 vsucapionis, sicut & possessio † acquiritur ignoranti? videtur quòd imò: quia si habet seruum, & accepit aliquid ex re peculiari, inchoatur vsucapionis conditio etiam ignoranti. Respon. illa enim possessio plurimum iuris habet. vnde & si reuertar ab hostibus, fingor per eum possedisse & vsucepisse. ergo in peculiaribus tantùm rebus receptum est: vt ff. pro solut. l. 2. & posset hîc distingui triplex possessio. vt in summa. § de iuris adminiculo. & §§. sequentib. §. aliud. in fine, ibi, ad hanc.
3 vel ideo non vsucapit quis nisi sciens, quia in vsucapione † exigitur bona fides: vnde oportet quòd sciat. *Vsucapionis conditionem.* Conditio multa significat, malam vitam, paupertatem, diuitias: sed hîc sumitur pro iure vsucapiendi. *Ratione vtilitatis.* Quia per me non possum acquirere, vtile est per alium acquirere: vt ff. de procurat. l. 1. *Iuris pruden.* Ius
4 enim ita dicit: quia quod per alium facimus, † nos facere videmur: vt ff. de administrat. tut. ita autem. §. gessisse. ergo recipitur de bono & æquo. i. de æquitate.

L.2. MINVS *instructus est. Diu.* Non intellige vt inst. de vsucap. sed per paruum aliquod tempus. & dicit diu, ad maiorem euidentiam. ex eo enim quòd emptor diu fuit in possessione, præsumitur quòd vēditor voluerit tradere. sed quare præsumitur ita? lex videtur contra, quia aliàs inuitus dicitur, qui non probatur consensisse: vt ff. de proc. filius. §. inuitum. & in concordantiis ibi assignatis. Respon. si venditor iste ad nihilum teneretur, & alius ingrederetur, non est credendū per hoc ipsum cōsensisse, si sciuit, & passus fuit, imò punitur alius. sed cùm obligatus est ad tradendum, & ego mea auctoritate ingredior, & sic diu fuero in possessione ipso sciente & patiente, videtur fecisse id ad quod ex præcedenti contractu tenebatur. & ita scientia & patientia diutina vel non inducit præsumptionem: vt ff. si seruitus vendicetur,

si à te emero.præterea credendum est si habeat instrumentum venditionis,& est in possessione,arg.j.de pig.super hypothecis.

1 *Infantes qui dicantur.*
2 *Pupillo per se possessio acquiritur.*

L.3. DONATARUM, &c.Idem in emptis & similibus:sed ideo dicit de donatis,quia alios contractus non consueuerunt facere infantes.& appello infantes † minores septem annis:vt dicit l.š.de iure delib.si infanti.assignatur contra.ff.eo.l.1.§.1.& l. quamuis. Solutio. Illæ corriguntur per istam.vel secundùm quosdam hic loquitur de infante,id est,pupillo,& in re mobili.si enim esset talis qui fari non posset, & res immobilis esset,non acquireretur sine scriptura, & per seruum: vt j.de donat.si quis in emancipatum. Alij distinguunt,aut dedit eis res quarum voluit infans retinere possessionem,vt denarios,castaneas,& similia ludicra,aut quarum noluit retinere possessionem , vt castrum, vel talia.In primis bene habet affectum, & acquirit possessionem : in aliis non:& in eis intellexerunt veteres. Vel dic vt Io.quia pupillo acquiritur † possessio per se,infanti per tutorem. vnde hic subaudi , tutore auctore. alioqui si diceres quòd non acquireretur cum tutoris auctoritate,quia non habet intellectum,ergo nec per tutorem ipsum solum acquireretur sibi,vt dicit Papinianus in serui corpore antecedente affectione.

1 *Solus animus ad acquirendam possessionem sufficit.*
2 *Possessio cur ita dicatur.*

L.4. LICET pos.nudo animo.Siue corporali actu : necessarium est enim quòd corpus interueniat: vt ff. eod. quemadmodum. nec tamen solo corpore acquiritur:vt si ponam anulum in digito dormientis : vt ff.eo.l.1.§.1.non est tamen generale quod hîc dicit , quandoque enim sufficit † solus animus ad acquir.possess.vt notaui j.de donat. l.1. *Solo animo retineri potest.* Probatur ergo per literam istam quòd naturalis possessio,id est,de iure naturali quod gentium appellatur , vt in summa.§.& hæc talis possessio,nudo animo retineri potest. cùm enim dicit quòd possessio non possit adquiri nudo animo : ergo loquitur de generali,quia in ea exigitur corpus.ergo naturalis solo animo retinetur.sed hoc de iure ciuili.fingit enim ius ciuile me possidere,licèt penitus non insistam.de iure autem naturali exigitur quòd insistam : & ideo appellatur † possessio, quasi pedum positio:vt ff.eo.l. 1. est ergo idem secundùm nos naturalis & ciuilis,sed ita dicuntur secundùm diuersa iura.siue ergo insistat,siue non,dummodò habeat animum retinendæ possessionis,habent ciuilem & naturalem possessionem : sed naturalem habet ciuiliter,non naturaliter. quandoque naturalis retinetur naturaliter,vt in fructuario qui possidet naturaliter , cùm ei detur interdictum vnde vi:vt ff.de vi & vi armata. l.1. §. interdictum. *Desertam possess.*Quantum ad culturam. *Transacto tempore* v.vel x. ann. *Sed metus necessitate.* Propter guerram enim non erat ausus ire ad prædia sua,nec faciebat colere.& ita etiam stetit per c.annos,non tamen amisit possessionem.alii contra:vt arg.instit.de vsucap.§. quod autem, & j.

& j. de omni agro deserto, qui agros. & ita nullum ei generatur præiudicium ex tali tempore neque circa proprietatem. nam multùm interest an quis tantum periculum corporis sui timeat, & non possessionis: & tunc neque dominium, neque proprietatem amittit: an etiã timeat se de possessione expelli, & tunc amittit possessionem: vt ff. eo. si id quod §. vlt.

1 *Mutare causam possessionis bifariam accipitur.*

CVM NEMO. *Causam suæ poss. mutare possit.* Mutare causam possessionis dupliciter † accipiebatur apud prudentes: vel vt ille incipiat possidere qui non possidebat: vel vt ille qui possidebat, & vsucapere non poterat, velit vsucapere. Item est intelligenda regula in eo qui habet ciuilem & naturalem possessionem, vel naturalem tantùm: vt hæc colliguntur ff. de acquir. poss. possideri. §. illud, & l. qui bona. §. quod scriptum. & tit. pro hærede. l. 2. §. quod vulgo. & in eo qui sine tit. possidet, sed destinauit tit. possidere, non enim mutat sibi possessionem. præterea intelligi potest in eo qui nullo modo sibi possidet: sed alteri, vt hîc dicit. si enim ipse destinauit quòd sibi possideat, non mutat possessionem. nec potest præscribere: vt j. de præscript. xxx. annorum, malè. & quotiens hoc sit verum, vide in ff. de vsucap. non solùm. §. 1. vel secundùm alios nemo sibi causam possessionis mutare potest nullo extrinsecus accedente. non enim mutat: sed meliùs dicetur sibi mutari, non ipse sibi mutare: multæ enim fiunt hîc expositiones. *Domini tui ius*, &c. Tacet imperator de possessione. sed quid ibi? & certè videtur quòd non amittatur: vt j. eo l. vlt. sed contra. est. ff. eo. possideri. § quòd si seruus. Et respon. ad l. vlt. quia ibi non loquitur de colono tradente, & ideo non admittitur. patet ergo quòd si tradiderit colonus, præiudicatur in possessione. idẽ si expellatur de prædio quòd mirum est, quia cum nullo modo possideat, non videtur domino auferre possessionem. sed contra est, quia videtur expulisse dominum: vt ff. eo. peregrè. in §. vlt. & l. sequenti. L. 5.

SI NVLLA. *Iusta ex causa.* Sed si iusta causa ingressus sit, contra erit: vt quia obligauerat pignori, & pactum factum fuerit, vt non soluta pecunia, ad diem, liceat ingredi: vt j. de pignor. l. 3. vel quia iussus est à prætore ire in possessionem causa damni infecti, vel alia: vt ff. eo. qui vniuersas. §. 1. dat ergo hic consilium tanquam sapiens homo: sed j. vnde vi. l. 1. dat tanquam austerus & fortis. poterit enim expellere eum armis incontinenti. Sed hîc dicit quòd restituitur possessioni, & fortè propter vtilitatem dixit, vt restituatur possessioni, quia magis valebat possessio quàm ipse. Similis est modus loquẽdi alibi, Quis accinxit socerum meum gladio? L. 6.

1 *Vacua possessio quæ dicatur.*

IMPROBA *possessio.* Ideo dicit de improba possessione, quia aliud esset si iusta causa præcederet, sicut est in eo qui pactus est, vt non soluta pecunia ad diem liceat sibi ingredi: vel cùm decessit is qui instituit me hæredem, vel iudicis auctoritate. Licèt enim aliquis L. 7.

non mittat me in possessionem, si tamen titulum habens possessionem ingrediar pro hærede, vel iuris pacti, erit iusta possessio, & firmum titulum possidendi præstabit, vt no. s. l. prox. *In vacuam possessionem.* Vacuam † possessionem dicimus, quæ nec animo nec corpore detinetur, addunt quidam, & si quis legatorum seruandorum causa, in ea sit arg. esse, ff. de act. empt. l. 2. §. 1. *Non potuisse.* Sed longissimo tempore poterit, vt j. de præsc. xxx. ann. l. cùm non. 1

1 *Procurator ignorante domino ei acquirit possessionem.*
2 *Proprietas quando separari non potest à possessione.*
3 *Quando per procuratorem mediante possessione acquiritur dominium.*
4 *Quod facit speciale mandatum, quoad rem certam, idem generale quoad omnia.*

L. 8. PER PROCVRATOREM. Ideo dicit de procuratore, quia aliud esset si non haberet mandatum si esset gestor negotiorum: tùc enim non acquireretur dominium vel possessio nisi ratum haberem, & ita intelligendum ff. de neg. gest. si ego. sed si mandauit, etiam me ignorante † adquirit possessionem: vt s. eo. l. 1. *Vtilitatis causa.* Vtile enim est, vt quod per nos acquirere non possumus, per alios acquiramus: vt s. de procurat. l. 1. *Separari non possunt.* Videtur contra. ff. de acquir. possess. naturaliter. §. nihil. Sed intellige quod hîc dicitur, quando ille qui vendidit, erat possessor & dominus: tunc enim † separari non potest proprietas à possessione, & si vnum acquirit, eadem ratione & aliud: & ita vtrumque adquirit. Si verò posset separari à proprietate, quia alius habet proprietatem: ille qui vendidit possessionem, quæritur possessio, non dominium, quia ille qui tradidit, non erat dominus, sed inchoare possum conditionem vsucapiendi, si sciam: vt notaui s. eo. l. 1. quidam tamen dixerunt quòd per procuratorem † possessio non dominium acquiritur, sed per possessionem acquiritur proprietas. & male dicunt, quòd possessio res est inanimata. vnde non videtur quòd per eam dominium acquiratur. ergo per procuratorem acquiritur dominium. sed mediante † possessione. vnde ita legitur s. per quas no. acqui. excepta possessionis causa, &c. pro eis est instit. per quas personas acquiritur nobis, in fine. sed quod ibi dicit, per hanc, non intelligit possessionem, sed liberam personam. vt hîc dicit. Item quidam intelligunt legem istam in procuratore speciali. s. qui de re certa emenda habet mandatum. si verò fuit generalis, non mihi acquirit dominium, sed sibi sed postea habeo mandati actionem, vt ff. de acquirend. rer. domin. res ex mandato, sed in speciali distinguitur, gestiat hoc tradens & accipiens, an alter tantùm, an neuter. si tradens vel accipiens, vel alter, transfertur dominium vel possessio. si neuter, nonnisi per traditionẽ post factam: vt in l. res ex mandato. & idem distinguo in generali, quod enim facit speciale mandatum † quoad rem certam, idem generale quoad omnia: vt ff. de adminis. tut. si duo. & j. de præscrip. xxx. ann. omnes. & ita distinxit Io. 2 3 4

Sic in vet.

L. 9. NEC EX VERA. Adeptus. intellige quando ingressus est possessionem sine scientia & patientia. alioquin præsumeretur iustè conse-

consecutus:vt ʒ.eo.minùs tenetur ergo constitutione illa, si quis in tantam.vt ff.eo.fundi venditor.& l.si ex stipulatu.

1 *Diuersæ causæ possessionis esse possunt.*
2 *Quandoque diuersæ sunt possessiones.*
3 *Nunquam duæ sunt possessiones.*
4 *Per executoris conuentionem interrumpitur possessio.*

NEMO *amb.poss.du.esse rationem.* Sic ergo vna est possessio, sed di- L.10. 1 uersæ sunt rationes † seu causæ.ex eo enim quòd aliquis corpore consistit, dicitur possidere naturaliter: vt ff.eod.l.1. sed & si non insistat, dicitur quis possidere de iure ciuili: & hoc in iure ciuili consistit:vt ʒ.eo.licet.& est hoc notandum, quod quidam dicunt. & dominus meus dixit quandoque † quòd diuersæ sunt possessiones, sc.ciui-2 lis & naturalis.sed contra.est, vt ff.de vi & vi ar.l.5.nusquam enim inuenitur quòd duæ sint † possessiones:& per illam probatur, quòd vna 3 sit, & per hoc quod dicitur, possessionis, &c. Vnde idem est possessio ciuilis & naturalis in substantia, non tamen in ratione: varia enim iura versantur circa eas, & eo respectu variæ dicuntur. *Vtramque*, id est, possessionem vtraque ratione quæsitam, sc.corpore & animo. Sunt enim ambo necessaria, vt ff.eo.quemadmodum. Præterea quæritur non tantùm adminiculo corporis & animi, sed etiam iuris. Quid enim si habeam voluntatem possidendi sacram rem, vel liberum hominem, & detineo? certè non possideo: oportet ergo quòd ius non contradicat, & quòd alia interueniant, vt ff.eo.cùm hæredes.§.vlt.& de probat. si quis hominem liberum. *Legitimam*, id est, legitimum sortitur effectũ. *Aduersariorum*. Aduersarios appellat qui habent ius in re. *Interpellatione verò & controuersia.* Videtur ergo quòd non tantùm lite contestata 4 interrumpitur possessio, sed † per executoris conuentionem, vt ɉ.de præscr.xxx.ann.sicut in rem.sed litis contest. perpetuatur actio vsque ad x x x.ann.non executoris conuentione. *Corpore*, Subaudi, & animo. *Vacillet & dubitet.* Ergo ex eo quòd aliquis negabat, ei fit dubium, vt ʒ.quib.ad liber.procl.l.vlt.sed videtur quòd nihilominus possideat:licèt enim conueniam aliquem, non ob hoc amittit possessionem, imò ciuilis & naturalis apud eum remanet, vt dicitur de naturali, nisi suam probet intentionem, etiam si lis est contestata, ʒ.de rei vendi. res aliæ. Sic ergo nihilominus possideo, etiam si sit bonæ fidei possessor: non enim teneor de casu fatalitatis, vt ff. de rei vind. vtique. & de hæret. pet.illud.præterea facio fructus meos, vt ff.de vsur.qui scit.§. vlt. vnde notari potest, quòd in quibusdam remanet bonæ fidei, quoad ea scilicet quæ dixi. in quibusdam malæ, sc.quantum ad fructus restituẽdos, vt ʒ.de rei vind.certum est.in quibusdam pro non possessore habetur, sc.quantum ad præscr.verb.ʒ.de rei vind.moræ. & hoc in longi temporis præscriptione, sc.x.vel xx.ann. Si verò ponas in vsucapione triennii, illa non interrumpitur litis contestatione, nec quoad effectum, vt ff.de rei vend.si post.& de vsucap.pro empto.l.2.§.vlt.

1 *Vitia possessionis impediunt vsucapionem.*
2 *Res quæ precario possidetur, non est vitiosa.*
3 *Vitia personarum quænam sint.*
4 *Item quando vniuersali successori & singulari obstant.*

L.11. VItia possessionvm. Vitia possessionum sunt, quia sc. res est furtiua, vi rapta vel possessa. Hæc † autem vitia impediũt vsucapionem. vt inst. de vsuc. § furtiuæ. Idem in re data præsidi contra l. Iul. repet. vt ff. ad l. Iul. rep. l. pen. Idem dixerunt quidam in precario, & in re litigiosa, sed nostri Doctores non ita dixerunt, vt in tit. prox. dicemus: nec enim res quæ precario † possidetur, est vitiosa, licet nõ possit vsucapi. Idem in litigiosa, sicut per l. 1. primi tit. sequentis patebit. Obstant autem illa vitia successori vniuersali & singulari, nisi purgentur: purgantur autem, si res in domini peruenit potestatem, vt ff. de vsuc. sequitur. § quod autem. & inst. de vsucap. §. quod autem dictum. Intellige ergo quod hic dicitur, de his vitiis. & ff. de reg. iur. quod ipsis qui contraxerunt. Sunt & alia vitia sc. personarum, vt † dolus, mala fides, scientia rei alienæ. Dolus est, cùm decipio aliquem in contractu inducendo ipsum ad contrahendum fraudulenter: & potest esse quòd dolum adhibeam, & sim bonæ fidei emptor, vt si decepi illum venditorem, quem credebam esse dominum, & non erat. Mala fides est, quando à non domino scio me emere: scientia rei alienæ potest esse sine dolo, mala fide. Si enim deposui apud te, depositarius non adhibet dolum, neque malam fidem, sed habet scientiam rei alienæ: & ideo nõ non vsucapit, vt & inst. de vsucap. §. quod autem dictum est. Ista autẽ vitia † obstant vniuersali successori & singulari, si tamen habeat lucratiuam causam, quia scil. legatum est ei. Obstat enim personale vitium: si verò non habeat causam lucratiuam, vel propè lucratiuam: distingue vtrum res sit reuersura ad dolum, an non: si est reuersura, obstabit vitium: alioquin contra, nisi vtatur adminiculo auctoris, vt ff. de doli exce. apud Celsum. §. de auctoris. & §. si cum legitima. & hanc distinctionem plenè habes notatam in regula iuris, & in summa. s. de dolo.

1 *Qui habet actionem rem habere videtur.*
2 *Colonus retinet naturalem possessionem.*

L.12. EX libris sabinianis. *Nihil penitus domino præiudicij.* Videtur contra. ff. eo. possideri. §. quod si ser. & l. peregrè. §. vlt. sed potest responderi: & ita visum est M. quòd hodie retinetur, & ita corrigitur illa per istam. B. visum est amitti possessionem si tradat colonus vel seruus, vt ibi dicit, & resp. ad l. istam: non enim paratur præiudicium, quia dominus habet actionem mandati, vel condictione ex hac l. repetita: vt ff. eod. non videtur. Per leges enim veteres non subueniebatur domino ad possessionem recuperandam, quod hîc fit per l. Iustiniani, & ita non præiudicatur ei, quia qui habet † actionem, rem habere videtur: verè tamẽ est re exclusus, vt ibi. sed Io. visum fuit quòd si tradat, amittam possessionem. Nec habes aliquod auxilium, nisi rei vendicationem: vt notaui s. eod. cùm nemo. aliud si dereliquit non deserendæ possessionis causa: tunc enim retinet, vt ff. eod. si colonus. & est hoc mirabile, quòd solo animo, licèt non insistat, colonus † retinet naturalem possessionem, si verò deliquit cum proditione, vt quia loquitur cum alio vt ingrediatur, & voluit dominũ priuari possessione, & ita recedit animo deserendæ possessionis, & alius ingreditur,

tur, dominus retinet ciuilem: quia antequam recederet, habebat ciuilem per se, per illum naturalem: modò remanet sola sua ciuilis, licèt alius ingrediatur domino ignorante vel absente: non enim præiudicatur ei in ciuili, sed ingrediens habet naturalem, dominus ciuilem: debet tamen succumbere, quia clam possidet, vt ff. eo. clam possidere. §. vlt. Si autem mandauit ei quòd ingrediatur, & non est ingressus, non quæritur possessio, & ita deterior est conditio in ea in acquirendo, quàm in amittendo: non enim eadem ratio est amittere debita, & lucra non capere, vt s. de codic. l. vlt. & hæc in summa. §. item cùm naturalem. *Cùm & antiqua regula*, &c. Vt s. de pact. seruus creditoris.

DE PRÆSCRIPTIONE LONGI TEMPORIS. TIT. XXXIII.

1 *Vitium litigiosi rem non afficit.*
2 *Quædam sunt vitia quæ rem afficiunt.*
3 *Vitium reale distinguitur à personali.*

Cum post motam. *Ad noua dominia*. Id est, ad nouos possessores: similis expositio s. de rei vind. quotiens. alioquin rem suam quis vsucapit. Vel pone casum quòd possidens esset dominus, alius pro re illa contra eum habebat hypothecariam, & tunc non fuit litigiosa, quia de dominio non fuit quæstio, vt ex diffinitione litigiosi apparet: & tunc vsucapit emptor non ad dominium quærendum, sed ad hypothecariam tollendam, vt & aduersus creditorem diuturnum. *Et exinde noui* XX. *anni intercesserint*. Quo casu subueniendum est emptori, vt ff. de litig. l. 1. quia vitium 1 litigiosi † rem non afficit, sed personam: alioquin etsi prætenderet bonam fidem, non prodesset vsucapio, vt instit. de vsucap. §. furtiuæ. Sed hîc omissa fuit quæstio, & ideo reputatur pro non mota. Quippe quæ- 2 dam sunt vitia † quæ rem afficiunt, furtum, inuasio, donatio facta præsidi contra l. Iul. repe. Idem voluerunt dicere quidam in precario & clandestinitate, quod dominus meus non concedit, quia non dicitur clandestina res, sed possessio, vt not. s. tit. 1. l. vitia. Non ergo litigium 3 facit rem vitiosam, cùm non sit vitium † reale, sed personale: ergo nō impeditur vsucapere, cùm enim non vtatur accessione prioris, nec debet impediri: alioquin contra, vt ff. de acq. poss. Pomponius. §. cùm quis. *Etiam in repub.* Possidente, si conueniatur. Habes hîc auth Malæ *fidei possessore*, &c. *Ignorat ius suum*. Quidam intellexerunt tempore alienationis, sed litera contradicit. — L. 1.

Longi, Planum est quod hîc continetur. — L. 2.

Si vineæ, Planum est quod hîc dicitur. — L. 3.

Diutina. *Iure tantùm successionis*. Id est, ideo quia hæres erat, non tamen res illa erat in hæreditate, si enim esset, posset præscribere, vt ff. pro suo. si ancillam. §. pen. — L. 4.

Nec petentem. Casus iste potest poni per l. ff. de rei vind. inter officium. — L. 5.

L. 6. SI FRAVDE. *Cùm long.temp.præscri.in ma.fi. cont.lo. non habeat.* Cùm enim dolus dat causam contractui,ipso iure nulla est venditio:cùm ergo non habet titulum, non vsucapit, sicut puto in incidenti dolo, neutrum tamen dolum puto rem facere vitiosam. Item ex incidenti tenetur & conuenitur etiam completa præscriptione.

L. 7. LONGI TEMPORIS. *Maleficium alterius.* Id est,instrumentorum subreptio.

L. 8. SI *is contra quem illicita adopt.* Quantum enim ad æstimationem adoptio est,non quantum ad ius,vt s̄.de hær.inst.nec apud.& l. si pater,& iuris ignorantia nón prodest in vsuca.

L. 9. EMPTOR *bona fide,&c.Cuius initio cont.&c.*Idem si post quandocũque ante sententiam,est enim peremptoria talis exceptio,vt j. sententiam resc.non pos.l.pen.aliud si esset dilatoria. tunc enim probata intentione non liceret opponere, vt s̄. de prob. exceptionem, nec tenetur iste qui possidet, probare rem illius non esse, vt s̄. de rei vind. res aliæ. Vnde quæratur quis primò probet,si paratus est possessor suã exceptionem probare, & alius rem esse suam: dico quòd actor, quia qui prior appellat prior agat. Et videtur per hanc l.& s̄.de probat. exceptionem: & intellige quod dixi, quando possessor dicit,non confiteor te esse dominum,& si esses,haberem exceptionem, vt ff. de excep. non videtur:si autem simpliciter confiteatur,excipiendo de intentione sua,videtur quòd aliquod præiudicium generetur ei.

L. 10. NEC BONA FIDE. *Post moram litis.* Sup. de lit.cont.moræ.

L. 11. SVPER LONGI. Planum est quod hîc dicitur.

L. 12. CVM IN LONGI. *Tres emergebant.* Prima est quæstio, vtrum sufficiat rem præscriptam fuisse eo loco vbi agitur lis,ad hoc vt inter præsentes videatur cucurrisse præscriptio. Secunda, vtrum sufficiat in prædicto loco,i. vbi agitur lis fuisse inter actorem & reum, licèt res sint absentes. Tertia,an actorem & reum vbi agitur fuisse oporteat, vt inter præsentes videatur præscripsisse. *Vbi posita sunt.* Extra prouinciam actoris & rei,quæ personæ erant in eadem prouincia, res in alia: quærebatur ergo an præscriptio curreret vt inter præsentes, an vt inter absentes. *Exigimus.* Cùm re in eadem prouincia constituta, *Diuino quodam motu.* Sic ff.de leg.& sena. con. l. 2. in græco ibidem signato, sed & decretum dicit leges per ora principum diuinitus promulgatas. *Nulla scientia.* Sic j. de præscript.xxx.ann.l.3.in fin. *Sed incorporales.* In hoc obtinet similitudinem cum immobilibus acti. Habes hîc authentic. QVOD *si quis, &c. Aduciuntur ei tot anni, &c.* Vt duplicetur tempus absentiæ, vt si præsens fuit in quinquennio, postea absens quinquennio, debet aliud quinquennium adiici, & sic erunt xv. anni. Et, not. quòd hîc loquitur de absentia domicilij tantùm, propter quam non meretur quis restitutionem,sed j. tit.3.loquitur de absentia personæ.& s̄.quib.ex cau.ma.& j. de annal. except. vt perfectiùs.

IN QVIBVS CAVSIS CESSAT LONGI TEMporis præscriptio. Tit. XXXIIII.

Si is cvi. Planum est quòd hic dicitur. L.1.

IN servorvm. *Superfluo peruenitur.* Nisi rei venditæ accedant, vt adscripti fundo. vt ff. de diu. temp. præsc. longè. L.2.

VNvs individvvm Nec enim erat diuisum, licèt diuidi posset. *Cùm neque famil. ercisc. iudic. &c.* Bona est ista ratio, quia actiones istæ non sunt reales, sed alia est euidentior, quia in præscrip. lon. temp. exigitur titulus. Hic benè suberat possessio: sed in parte mea non: habebat enim fortè, nec ibi poterat prætendere bonam fidem, & ideo nō defenditur ista præscriptione, sed longissima, vt j. de annali excep. l. 1. post medium legis, vbi de hoc plenè habes notatum. L.3.

HÆreditatem qvidem, &c. Intellige quando hæreditatis petitio datur secundùm naturam suam, non enim competit contra possidentem nisi in casibus, tunc enim cùm excedit suos terminos, exceditur à non suis terminis, vt not. s. de edi. D. Adr. l. vlt. & de pet. hær. *Nihil hac iuris definitio nocet.* Quia poterit actor repelli long. temp. præscript. L.4.

SI pvervm. *Defendi non potest.* Competit enim actio neg. gest. vt s. de neg. gest. si seruum alienum. quæ sicut aliæ personales longo tempore non tollitur. L.5.

QVIBVS NON OBIICITVR LONGI TEMporis præscriptio. Tit. XXXV.

TEmpvs *expeditionis.* Ideo sic dicitur, quia ij qui sunt in expeditione debent esse expediti ad eundum & certandum. *Præscriptionem non pariš.* Cum effectu, quia in int. restituitur, vt ff. quib. ex cau. maio. l. 1. & s. de test. mil. quo tempore. L.1.

CVm per absentiam. Absentia fuit occasio. *Non necessariò autem temperis.* Subaudi, priuilegij causa, quia est iure. i. speciali expressum, & ideo superfluè postulatur, vt j. de thesau. l. vna. L.2.

NOn est incognitvm. *Non imputari.* Sc. cum effectu: currit enim ipso iure, vel nullo modo currit, si te referas ad l. Iustiniani s. in quib. cau. in int. restit. non est neces. l. vlt. Io. melius dicit neque pupillo currere, vt ff. de acq. rer. domi. l. bonæ fidei. neque adulto. nam per orationem diui Adr. prohibetur rerum immobilium eius alienatio, vt ff. de reb. eorum qui sub tut. vel. cur. l. 1. & s. de præd. minor. l. 1. ergo & præscrip. vt ff. de verb. sig alienationis. in vsucapione ergo tantùm addit Iustinianus. L.3.

SI possessio inconcvssa. Id est, continuata, nemo enim expulit eum, alioquin interrumperetur, vt ff. de vsucap. naturaliter. Vel ideo dicit, quia non erat mota controuersia, & lis contest. tunc enim interrupta esset, vt infrà de præscript. xxx. anu. sicut in rem. & l. cùm L.4.

notissimi. & s. de præscrip.long. temp. nec bona fide. & de rei vindic. moræ. *Vel maximè fort.casu.* Aliæ sunt causæ in int. rest. vt ff. quib. ex cau.maio.l.1.

L.5. NEQVE MVTVI. *Obijci posse certi iuris est.* Intellige si personalis non degenerat, quia nunquam intentetur nisi contra eum qui contrahit vel quasi, degenerat, quia datur contra quemlibet possidentem. Degeneramus enim, sicut dicitur in hæred petit. & notauimus s. quod met.cau.si vi, vel metu: & accipitur hîc aliter quod dicitur non posse obiici, quàm per totum titulum, quia non est intelligendum cum effectu, sed quòd non currat præscriptio longa in personalibus actionibus, imò currit in realibus.

L.6. AB HOSTIBVS. *Non opituletur.* Sc.cum effectu.

L.7. PRÆSCRIPTIONE, &c. Sic ordina literam, bona fide possidentes muniuntur aduersus præsentes præscriptione x.ann.aduersus absentes xx. *Quòd si ex alicuius persona de parte petitorum.* Vel petitoris, hoc est actoris, i. estitutionis prætendatur auxiliũ. *Deducto.* Id est, sublato eo tempore. *Quo.* Sc.tempore. *Si quid fuerit gestum.* Id est, vsucaptum, vel præscriptum. *Succurri si et, residuum.* Scilicet, Tempus computari rationis est. *Bona fide pos.* Præscribunt enim longo tempore bona fide possidentes, quandoque etiam mala fide possidens idem facit, vt ff. de noxa. & generaliter. & in sequenti, & loquitur de absentia domicilij. *Quod tempus, &c.* Modò incipit dicere de absentia domicilij reip. causa. Si ergo toto decennio fuerit absens infra quadriennium post reuersionem totum decenium postulabit deduci. Si die diem, & idem in mense, vt ff. quib. ex cau. maiores. sed & si per præto. §. quotiens. vt hæc & alia quæ ad istam materiam pertinent plenè notaui s. de restit. milit. quo tempore.

L.8. SANCIMVS. Plana sunt quæ dicuntur in hac l.

SI ADVERSVS CREDITOREM.

TIT. XXI.

1. *Diuturnum silentium quid dicatur.*
2. *Præscriptio x. vel xx. annorum locum habet contra hypothecariam.*

L.1. DIVTVRNVM. Diuturnum † appellat silentium x. inter præsentes xx. inter absentes. *Longi temp. præscr.* Quia habet titulum & bonam fidem, vnde corroboratum est longi tẽporis præscriptione: assignatur contra. ff. de dam. infect. l. cùm postulassem §. vlt. sed ibi facit quæstionem, & non eam determinat. Sed repelli creditur, vt hic dicit, & posset quæri, vtrum quod dicitur in l. ista, locum haberet in re mobili. Io. dixit quòd sic: si enim in re immobili locum habet x. vel xx. anno. præscriptio † contra hypothecariam, ita videtur quòd in mobili, nisi obsit quòd habet dominium quin possit præscribere. Quæsiuit enim sibi triennio dominium, licèt non tollatur hypothecaria: vt j. de pig. vsuc. Vnde multò magis si post per vii. ann. teneat, inefficax constituetur actio, arg. ff. de cap. & postli. in bello.

bello. §. si quis seruum. *Successerunt.* vniuersaliter, non singulariter, vt s. de his qui à non domino. l. vlt. & l. prox. j.

SI DEBITORI. *Sed iusta.xx.an.pos.* Sed quæ est iusta? & videtur quòd etsi sciat pignori obligatum, vt ff. de acq. poss. si quis fundum. sed fortè illud habet locum in acquirendo dominio, & aliud si præscribatur hypothecariæ. L. 2.

DE QVADRIENNII PRÆSCRIPTIONE.

TIT. XXXVII.

NOTVM EST. *Post quadriennium.* Computandum à tempore nunciationis, non quòd verè cœperunt esse vacantia: tunc enim habet locum xx. ann. præscriptio, & intellige de possessione sine titulo: nam si hab: ret titulum, vsucaperet res mobiles triennio, immobiles decennio inter præsentes, vicennio inter absentes, vt instit. de vsucap. §. res fisci. & ff. de iure fisc. l. 1. & de diu. temp præsc intra quatuor. *Additum est, &c.* Hic est §. *Nostra larg. nit.* Fortè quia donauit aliquid de bonis Imperator, vel procurator fisci. L. 1.

OMNES *qui quascunque.* Assignatur contra s. de lib. cau. non idcò, solue vt ibi. Aliud videtur contra. s. de pet. hæred. nec vllam. §. si quis a fisco. Sol. Hic loquitur in re singulari, aliud in vniuersitate, vt ibi. Vel aliter, hîc ignorauit rem alienam non esse, ibi verò sciuit, vel illud est vetus ius, hoc verò nouum. *Ad hæc, &c.* Id est, iuxta hæc. *Competens scrinium.* Id est, procuratorem fisci, qui præest ærario. L. 2.

BENE *à Zenone.* Hęc l. superioris legis sententiam commemorat: assignatur cõtra. s. de hære. vel act. ven. l. 1. dic vt ibi. *Cùm omnia principis esse intelliguntur.* Id est, tam fiscalia quàm patrimonialia, non intellige quòd res alicuius priuati sit sua, nisi quoad protectionem. *Epistalmate.* Epistalma est subscriptio Imperatoris, vel signum imperiale quod facit in alienatione. *Petulantia.* Id est, superbiæ. *Panes ciuiles.* Id est, prębendam aliquam de publico. *Et in donationibus sine insinuatione gestorum, &c.* Vt j. de don. sancimus. L. 3.

NE REI DOMINICÆ VEL TEMPLORVM VINdicatio longi temporis exemptione submoueatur.

TIT. XXXVIII.

SÆPENVMERO. *Colonique.* Scil. adscripticij. *Dignitates.* Sicut fecit Barbarius Philippus. *Omni temporis definitione.* Sc. Inuenta tempore huius legis, nec enim longissimè erat inuenta, quæ haberet locum, vt j. tit. 1. omnes. Vel ideo dicit quia non habet locum xxx. vel xl. ann. præsc. sicut in ecclesia, vt s. de sacrosanct. eccl. l. vlt. L. 1.

VNIVERSITAS. *Iniquis apparitoribus.* Id est, non ignorantibus, vt j. de cus. o. si fundum. *Reposcere à vendicantibus.* Vt suprà de rei L. 2.

vindic. si mancipium. Vel dic, à-venditoribus, & ita erit speciale.

L.3. SI QVA. *In sua inra*. Id est, ad verum & priorem emphyteutam. *Suo corpori*. Id est, suæ integritati.

DE PRÆSCRIPTIONE XXX. VEL XL. annorum. TIT. XXXIX.

L.1. CVM ASSEVERES TE ABSENTE. Ad maiorem euidentiam dicit: nam si præsens fuisset, fortè non accidisset. idem tamen esset si præsenti contigisset. Dicit ergo ob hoc vt notet faciliorem casus accidentiam: currit ergo præscriptio, sed restituetur, vt s. de restit. mil. & in tit. in quib. cau. maio. *Oculos prædiis tuis impo*. Inuidebant agro tuo vicino. nam videbatur eis vt haberet fertiliorem segetem, iuxta illud.

Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinúmque pecus grandius vber habet.

Annonariæ collationis. Ideo dicit, quia officialis præsidis quandoque pro tributis colligebat annonam, quandoque pecuniam, secundùm quòd reipub. fuerat necessarium: & siue sit annonaria collatio, siue pecuniaria, sicut in ciuitate ista, idem est. Dicitur autem collatio, quia conferebatur annona seu pecunia de singulorum patrimonio, vnde habemus titulum de collatoribus, & de solutione tributorum. *Prætextu*. Poterat esse prætextus iste veri vel falsi: & siue ille absens deberet tributum, siue non: si tamen non fuerit iustè venditio facta, & transiuit legitimum tempus, sc. xxx. an. sequetur ius publicum, quod est vt fiat venditio bonorum debitore cessante in solutione tributorum bona fide iusto pretio re subhastata: vt tit. si propter publicas pensitationes, & illud legitimum tempus hodie inductum est per Imperatorem, cùm olim actiones durarent in perpetuum, i. sine tẽporis præfinitione. *Restitui non oportere*. A quo nõ oportet restitui si à venditore, videtur verum, cùm emptor fuerit malæ fidei, nec quicquã de euictione cõuenit, vt j. de euict. si fundum. sed tunc videtur contra. s. communia de legatis l. vlt. §. emptor. Resp. quia aliud est in vltima voluntate, vt ibi. Aliud in contractu habito inter viuos, vt hic. Vel aliter, ibi dominus distraxit, hîc non dominus. Vel aliter hîc non fuit stipulatus. ibi verò fuit. Vel potes intelligere, à vendicante: sed quare non restituit? Videtur quòd imò debeat, vt ff. de rei vindic. emptor. Sed hîc non est conuersa pecunia pro eo soluta in vtilitatem suam, neç enim cessauit in solutione tributorum: & ideò non reddit pretium. Aliud ibi, cùm loquatur in eo casu quando fuerat conuersa in eius vtilitatem, & in hac vltima expositione videtur contra: j. si vend. pig. ag l. 1. Sol. Hic dat dolus causam contractui, ibi incidit, vel hic emptor sciebat venditorem ius vendendi non habere vbi tantùm in pretio fraus habita est.

1 Pos-

1 *Possessio ciuilis & naturalis dari potest.*
2 *Emphyteutæ possessio precaria dicitur.*
3 *Possessio per libellum quæ dicatur.*
4 *In vsucapione titulus requiritur.*
5 *In annua præstatione non currit præscriptio.*

MALE AGITVR. Id est, si ita esset, malè ageretur, vel si hoc concederetur. *Si tanta precario.* Sed distingue in precario, quia potest esse quòd ille qui dat, cadat à possessione, vt quando dedit † ciuilem & naturalem possessionem: & quòd ita posit dari, legitur, ff. de acq. pos. Pomponius. Quandoque naturalem dat, & retinet ciuilem, & ita est intelligenda ff. de acq. possess. l. posfideri §. ex contrario. & ff. de precario. l. & habet. §. eum. Et in his duobus non habet locum lex ista, quando non transfert possessionem, sed concedit detentationẽ quandam, vt ff. de precario. l. certè. §. is, & in hoc casu habet locum lex ista, & licèt in principio loquatur generaliter in precario possidentibus, infrà tamen restringit ad eos qui conduxerunt: non enim licet eis opponere præscriptionem xxx. vel xl. ann. Nec obstat lex Constantini, quia illa loquitur in eis qui sibi possident. isti autem non possident sibi, sed alieni: precaria † etiam appellatur possessio emphyteutæ, vt s. de iur. emphyteut. & de hac nihil ad nos. Quandoque quis per libellum possidet, libellus est filius emphyteusis. qui enim accipit à vero domino, habet precario tanquam emphyteuta, sed si alij concedat. est † possessio per libellum, & ille qui habet, emphyteuta dicitur libellarius. Si tamen quis ita conduxit vt in perpetuum ipse & hæredes sui detinerent soluta pensione, tunc sine dubio nullo tempore est inquietandus, vt instit. loca. §. adeò autem. Sed hic non prætendebat pactionem. sed solùm se tenuisse xxx. vel xl. ann. quia fortè conduxerat ad sex ann. & post cùm esset bonus colonus, dominus permisit eum tenere prædium vsque ad xl. ann. *Possessionis initium.* Id est, titulum. *Non requiri.* Non enim requiritur, habeat titulum vel non habeat, sed videtur contra. s. de pig. act. non creditores. cùm ibi dicat initium & originem inquiri, & sic secundùm verba videtur cõtradicere, sed ibi dicit originem inquiri, i. si probare potest se pignori dedisse, & ideo ponitur illa lex sub illo generali de origine negotij probandâ. Hic autem appellatur initium vel origo, id est, titulus, in vsucapione enim † requiritur tit. non autem in præscrip. xxx. ann. vt hîc, & j. de anna. excep. l. 1. Si verò habeas initium requiri, siue non: tunc glossa, id est requiritur quando cœpit possidere. Sed hîc nunquam cœpit, & ideo non requiritur, vt continetur tempus. melior est tamen prior litera, & in antiquis libris reperitur. *Qui sibi possunt.* Electiuè ponitur, non comparatiuè: ipsi enim alteri non possident, sed videtur contra. ff. commun. diuid. l. communi diuid. §. neque. Sed intellige quòd ibi dicit possideant, id est, detineant. Vel dic naturaliter possideant alteri non sibi. Patet ergo per istam quòd colonus nullo modo possidet, vt & not. s. communia de vsuc. l. 1. *Debeant præstare solitam mercedem.* Quidam voluerunt hoc intelligere, cùm præstiterint, tunc enim non præscribunt, sed si debuerunt, & non præstiterunt, bene poterunt præscribere, & sic

L. 2.

dominis præiudicabitur, & facit pro eis.j.de agric. & censit. l. litibus. Hic tamen litera non videtur ita dicere, cùm sic simpliciter dicat, debeant præstare, &c. Sic ergo non currit præscriptio, & facit ad hoc quod habuimus.s.de fid.instru.plures. Dicit enim lex illa quòd non fit præiudicium quando solutum est: vnde secundùm alios si non probetur per apochain, dominis fit præiudicium, & cum eis sentit dominus meus in possessione, non autem in dominio. quia possidebam: vnde non currit præscriptio, etsi enim colonus animo deserendæ possessionis exeat fundum, desino per ipsum possidere, non tamen desino possidere.vt not.s.de acq.pos.l.vlt.sed M.dixit in † annua præstatione 5 non currere præscriptionem, quia in quolibet anno nascitur actio, vt nor.s.eo.cùm notissimi.§.in his.

1 *Tempus non est modus tollendæ obligationis.*
2 *Absenti & militi currit præscriptio.*
3 *Minori non currit longa præscriptio.*
4 *Nec filiofamilias.*
5 *Iuris ignorantia in damno vitando quando nocet.*

L.3. SICVT IN REM. *Speciales.* Vt rei vendicatio. *Ita de vniuersitate.* Vt famil.ercisc.sicut de ea pleniùs habebis, j.de annua excep. *Ac personales actiones.* Facit quandam comparationem de realibus actionibus ad personales. Dicit enim quòd omnes tolluntur spatio xxx. ann. & videbatur in personalibus contra.quia si promisi aliquid, & postea transeat spatium xxx. ann. tempus solum non videtur quòd possit facere, quin † adhuc remaneat obligatio, & verum est: tamen habet ex- 1 ceptionem per statutum principum causa dirimendarum litium, & durat actio inefficax de iure ciuili, secus de diuino, si non restituat, & sciat alienam. In negatoria tamen actione & confessoria, dic vt notaui s.de seruitutibus.sicut. *Vel persecutione.* Quia iudicis officio explicatur, vt ff.de mino.quòd si minor.§.vlt.vel actio in personam, persecutio in rem & personam: vt ff. de actionib. actio. *Non à suo debitore.* A suo enim debitore tali tempore non excludebatur: vt j. eod. cùm notissimi. si contra extraneum agatur, tuetur se x. inter præsentes, xx. inter absentes: vt s. si aduersus credit.l.1.sed si in mala fide detineat, exigitur spatium xxx. ann. vt si scit rem alienam vel obligatam, sed videtur contra.ff. de acquir. pos. si quis fundum. Respon. Quia ibi loquitur quantum ad vsucapionem dominij, hîc autem quantum ad vsucapionem contra hypothecariam. Vel hæc loquitur de eo qui rem alienam & obligatam non à suo debitore, vt dicit, & ideo locum habet præscriptio xxx. ann. *Iugi silentio.* Id est, continuo. *Nec sufficiebat precibus, &c.* Videtur contra.s.quando libel.princ.datus.l.1. sed l.2.facit solutioné. quia in annali exceptione habet locum quod ibi dicit, aliud in perpetua, non enim sufficit oblatio libelli, & responsio imperatoris, sed necessaria est executoris conuentio, vt hîc dicit, & j.eo.cùm notissin.i. & de his not. s. in auth. de lit. contest. offeratur in fi. lit. aut. contest. contra hoc indul. &c. *Non absentia, non militia.* Ergo currit † præ- 2 scriptio absenti & militi: nec contradicit ff.quibus ex caus.ma. l.1. currit enim eis præscriptio: sed habent beneficium in integ. restit. vt ibi dicit,

dicit,non est enim necessaria misericordia, vbi nullum est peccatum. Sed illud dices verum in longa præscriptione secus in longissima, vt etiam dixit Abbas,quòd non restituitur minor, vt not.s.in quib.causis locum habeat in integ.rest.l.vlt. Credo etiam idem in longissima, 3 minori tamen ipso iure non currit † longa præscriptio, sed longissima,& secundùm nos restituitur. *Sed pupulari ætate.* Excipitur ergo pupillus habens tutorem,non tamen adultus habens curatorem,vt j.patet. Licèt alibi pacificentur,si contrahant sine his.sed & notatur differentia: vt scripsi s. de in integ. restit. si curatorem. Et verum est quod hîc dicitur, siue loquamur de inchoanda præscriptione in persona minoris,siue in persona alterius fuerit inchoata: & est mirabile, quia in x. succedenti currit tempus: vt ff. de minorib. etiam ei.& est hoc fortè.quia possessor tuetur titulo,sed hîc nō est ita. *Duntaxat, &c.* Videtur alius casus excipiendus quando inuenitur actio hypothecaria contra debitorem.vt j.eo.cùm notissimi.Idem in ecclesia, vt s. de sacrosf.eccle.l.vlt.Idem in actionibus quæ perpetuantur lit.cont.vt patet per diuersas leges istius tituli,& in omnibus his in quibus non habet locum præscriptio xxx. ann. tantùm: sed maior:vt LX.vel alia. Sed 4 nec † filiofam.currit.vt j tit.1.l.1.in fi.sed in eo illa ratio reddi potest, quia cum effectu non habet actionem patre viuente, in cuius est potestate. *Perpetuę videbantur.* Id est,durabant per omnia secula seculorum,vt inst.de perp.& temp.act. *Limitabantur.* Id est,finiebantur, vt redhibitoria,vel quanto minoris. *Etiam si se legis igno.* Habebat enim bonum instrumentum in arca,& ideo credebat quòd non posset præscribi,quod falsum.Imputatur enim ei si ignorauit legem istam, quæ 5 finem imponit litibus,sicut & alibi iuris ignorantia † nocet in damno vitãdo, vt si patronum vocauit in ius libertus,sicut notatur in summa de iur.& fa. ign. generale tamen est quòd non nocet, vt ff. de iu.& fa. ign.error.

L 4. OMNES *nocendi.Omnibus.* Possessoribus vel præscriptoribus.*Cunctas quidem temporales exce.* De his dixerat in superiori lege: sed hic pleniùs dicit.*Vel ex principalib.decretis.*Id est, decretis principum. *Tanquam si per hanc legem specialiter, &c.* Non enim singula quæque specialiter enumerantur, sed generaliter præcipit in omnibus, & omnes comprehendit,vnde notandum est quod omne generale verbū sumitur pro quolibet singulorum, ac si nominatim de omnibus dixisset,sic s.de quad.præsc.omnes qui quascunque. in quibusdam tamen necesse est specificare secundùm nos, vt in casibus fortuitis, sicut notatur.ff.si quis cautio.sed & si quis.In priuilegiis tamen sufficit generalis renuntiatio:vt supra quando mulier tute.authen,matri.sed & interdicto de lib.exhiben.necessarium est speciale interuenire mandatum,& in integ.rest.vt notaui s.de procura.& in summa illius tit.continetur.§.est & illud notandum.*Vel à fortuna.*Quia quicquid ad os venit,statim proferunt,vt quidam faciunt.*Nostræ sanctioni succumbat.*Vnde si extenditur vltra xxx. annos, non tamen vltra xl. *Nullúmque sui.* Ad agendum, ad accipiendum potest: vt notaui j. eod. cùm non. *Priuatum vel publicum.*Sed videtur contra.ff.de diuers.& tempo. præscrip. in omnibus. & s. de sacrosanct. ecclesf. l. vlt.solue vt diligenter notaui

s.de sacrosanct.eccle. *Re ipsa illata*.i.super re ipsa principali.vel in veritate. *Sit liber*, Videtur contra.s.de præscrip.quæ pro liber.l.3. sed ibi loquitur in verè seruo, hic de ascripticio. illic exigitur spatium XL. annorum, cùm non sit moratus in seruitute ipse vel pater eius. si enim pater mortuus esset, non sufficerent XXX, vel XL. vt j.de agric. & cen. cùm satis.& l.cùm scimus.§.vlt.

L.5. PRÆSCRIPTIONEM *xl.&c.* Planum est quod hîc continetur.

L.6. COMPERIT. *Profligari*.i.exigi. *Sensim*. Non expresso sed tacito. nam de tributis nihil dicit hîc expressim, *cùm huiusmodi conamen manifestißimè,&c.* Si verò habet priuilegium, quia non impetrauit vt dempto canone possideret, non valeret, nec proficeret ei solum priuilegium, vt s.de preci.impera.nec damnosa. si verò concurrat priuilegiũ, & præscriptio XXX.anno. quia per tantum tempus non soluit, valet: vt j.de fundis patrim.l.vltim.in adscripticiis habet locum præscriptio XL. an.vt dixi.s.eod.omnes.

1 *Per solam conuentionem interrumpitur præscriptio.*
2 *Lustrum quid.*
3 *Principali causa non subsistente, tollitur & accessoria.*
4 *Personalis & hypothec.quando perpetuatur.*
5 *Vtrum quis in iure præferendi præscribere possit.*
6 *In annuis præstationibus tot computantur præscript. quot sunt anni.*
7 *In contractibus sunt plures actiones.*
8 *Qui præscribit similis est soluenti.*

L.7. CVM NOTISSIMI *iuris sit*. Vt s. eod. sicut. *Supposita rei*. i. obligatæ. *Annorum triginta*. Intellige, si sint malæ fidei possessores. si enim essent bonæ fidei, sufficerent X. vel XX.ann.vt s.si aduersus credit. l.1.& notaui s.eo.si in rem.idem est etiam per solam conuentionem.ideo dicit solam, quia non fuit facta lit. contest.non intellige solam, quòd libellus non interuenerit:vt not.s.de lit.contest.authen.offeratur, & s. eod.sicut in rem.patet ergo quòd † interrumpitur præscriptio per solam conuentionem,& per ætatem, sed alio modo per vnum quàm per aliud.ita enim interrumpitur per conuentionem, qnod omnino cessat. præterea necessarium est quòd noua inchoetur:& ita prima tempora non continuantur cum sequentibus. sed per ætatem non ita est, quia interrumpitur, quia interim cessat & dormit.si tamen peruenit ad puberem ætatem, statim euigilat,& ita continuatur primum tempus cũ secundo.vt s.sicut in rem:& ita patet quòd vna propriè dicitur interruptio, alia non, sed potius interim ruptio.i.ad tempus,& per primam perpetuatur actio vsque ad XL.annos, per aliam non nisi ad XXV.vt j.ea.l.& j.de anna. excep. *In ipsos vero,&c.* Repete cùm notissimi iuris sit. *Lustrorum cursibus*. Lustrum † est spatium v.annorum. *Non vltra xl.annos ex quo compet.&c.* Et hoc cùm nõ datum est pignus creditori, si verò sibi traditum fuit,& ipse precariò concessit debitori, non præscriberet tanto tempore, vel alio cùm possideat. vt s.eod. malè agitur. *Vt diuersitas vtriusque*.i. debitoris vel heredis & extranei, vt statim dicit. *In solo sit annorum numero*. Imò & in alio quandoque:vt ff. de pign. si inter.§.

ter. §. vlt. *Quæ prisca iura*, &c. Prisca autem iura constituerunt quòd duret per xxx. annos: vt s. eod. sicut. & ita videtur quòd hypothecaria non duret vltra xxx. annos, cùm dicat regula iuris, quòd principali
3 causa † non subsistente, tollitur & accessoria. sed tamen hîc est contra. & j. de luit. pign. l. 2. ibi enim dicit quòd etsi tollatur personalis actio, i. pigneratitia, adhuc durat ius obligationis. i. hypothecaria. & intellige quòd tollatur tempore. si enim solutione vel pacto de non petendo vel re iudic. tolleretur personalis, aliud esset vt not. j. de remiss. pign. videtur etiam cum regula iuris contradicere. s. de vsur. eos qui. sed non contradicit, quia ibi appellat principalem actionem personalem hypothecariam. patet ergo quòd si cecidit à personali per præscriptionem, non ideo receditur ab hypoth. sed aliud est in auxilio. v-
4 bi enim perpetuatur † personalis, & hypothec. vt j. de anna. except. l. vlt. non autem sequitur, quòd si præiudicetur in vna, & in alia, vt dictum est. *Possessione per posteriorem creditorem constituta*. arg. huius l. voluerunt quidam dicere quòd debitor possidet per creditorem, creditor autem nullo modo possidet. alii dixerunt quòd ipse habet naturalem, debitor ciuilem: nos dicimus quòd debitor nullam habet. & pro eo facit ff. de vsuc. pig. intellexerunt enim quòd ibi dicitur, pro alieno. i. nomine alieno: sed nõ est ita: imò ideò dicit alieno, quia scit rẽ alienã. & sic glossatur, pro alieno, i. vt alieno, nõ vt suo. præterea quod hîc dicit quòd debitor possideat, est intelligendum quantum ad aliquid. sc. quantum ad computandum tempus præscriptionis. præterea possidere dicitur quantum ad vsucapionem: vt ff. de acquir. poss. l. 1. §. per seruum. præterea possidere dicitur quantum ad euitandam satisdationem illam iudicio sisti: vt ff. qui satisd. cog. sciendum. §. creditor. sed quoad alia habet possessionem creditor naturalem & ciuilem: vt ff. de acquir. poss. pignoris causa. conueniri enim potest rei vendic. vel ad exhiben. cùm habeat facultatem restituendi: & sic quantum ad alia habetur pro possessore, non autem quantum ad vsucapionem: vt ff. de vsucap. serui nomine. & intellige de eo creditore cui res tradita est, & in pignore conuentionali aliud, si iudicis decreto missus esset in possessionẽ: vt ff. vti possidetis, si duo. §. creditores. *Debitor decesserit*. Nullo hærede relicto, & sic eius hæreditate iacente. cæterùm si hæredem habeat, quia idem ius cum successore quod cum decessore habuit creditor, & nunc non habeatur, ratio reddi non potest. R. & ita Io. vel dic aliud in hærede. nam colonus licet mihi, non tamen hæredi possidet: vt ff. de acquir. poss. qui vniuersas. §. quod per colonum. *Offerre debitũ*
5 *paratus sit*. Et ita videtur quòd aliquis possit † præscribere in iure offerendi. vnde inducitur in arg. ad quæstionem illam, si aliquis obligauit pignus, & creditor detinuit per xxx. an. antequam debitor solueret, postea vult soluere: quæritur vtrum tenetur restituere pignus. videtur quòd non per hanc l. sed si elapsum sit spatium xxx. ann. & accepit creditor pecuniam, debitor habet pignoratitiam: nec potest alius obiic. re de præscriptione: cùm ante non fuisset nata. competit enim statim facta solutione: vt ff. de pign. si rem alienam. §. omnium. vn de cùm hodie nascatur, videtur quòd non debeat repelli. Si verò dicat creditor, non accipiam pecuniam, nescio quid dicas: quia omne ius tolli-

tur spatio xxx.ann.& tu potuisti facere quòd haberes pignus, vel interrumperetur præscriptio: & ideo non admittendus, cùm noluisti. & in hoc casu dicunt quidam quòd elapso tempore illo admittitur debito .B.dixit repellendum, quia præscribitur iuri offerendi, vt hic dicit. at hic non dicit, nisi cùm haberet ius offerendi & agendi, vnde cùm habebat, habebat hypothecariam, & non repellitur, amodò non auditur in iure offerendi, arg.ff.de damno infecto.si finita.§ postea autem. sed iste debitor non habebat aliquam actionem, neque rei vindic. neque p ... ratitiam: nec forte habebat pecuniam ad manus: sed dicas, qui potuit facere vt possit, intelligitur posse: non est verum nisi cum com moditate sua. vnde lex ponit similem casum in seruo. ff. de noxali. si ieruus.§ is qui pignori. Quod autem dicitur omne ius, tollitur spatio xxx.annorum, habet locum in excipiendis vel offerendis, vt s. determinaui. & videtur verior ista nostra sententia, & æquior, quòd scilicet elapsis xxx.annis admittatur debitor ad pignus recuperandum in omnibus contractibus. Idem est in omnibus voluntatibus: vt s. cómunia.de leg.l.vlt.§.sin autem auaritiæ. *Res sibi suppositas obligatas.* qui si sibi nō erant suppositæ? aliud videtur cum enim desit restitutio amissæ actionis, videtur non esse præscriptio interrupta: vt ff. quibus ex cau.maior. ait prætor. §. vlt. contra tamen ex eadem. l. posset probari. *Sine violentia.* Quare dicit sine violentia, vt ff.de vsuc. l generali et Respon.hic loquitur cùm sine violentia. i.voluntate debitoris pignus accipit, & tunc interrumpitur præscriptio & hypothecariæ & personalis actionis, personalis ideo, quia agnouit debitum. hypothecariæ ideo, quia creditor adeptus est possessionem. secus autem si cū violentia tunc enim tā ùm hypothecariæ interrumpitur præscriptio, non personalis, quia debitum non est agnitum. sed si agnoscatur debitum, vtriusque actionis interrumpitur præscriptio: vt j. §. prox. & est ratio, quia cùm in principali sibi præiudicauit, & in accessoria per consequentiam. *Per hanc detentionem interruptio,* & c. interrumpitur etiam quandoque notabiliter, si seruus qui ab alio possidetur, qui præscribit vsufructuario intra tempus, aliquid meo nomine faciat, vel si aliqua mihi debita persoluat: vt ff.de vsufruct. arboribus. & quemad. seruit.amitt. qui fundum. *Interrupta esse videbuntur.* Non dicit perpetuari actionem primam per agnitionem, sed interrumpi. si ergo præscribebam redhibitoriæ, licèt debitum agnoscam, non perpetuatur redhibitio vsque ad xxx.annos, sed post agnitionem sex mensibus præscribam. *Sed ab initio cuiusque anni.* Et videtur quòd duplicetur tempus præscriptionis, sicut alibi.ff.quemadmodum seruit.amit. si sic. nō enim debent duplicari xxx.anni. M.tamē dixit quòd in † annuis præstationibus necessarium est computari tot præscriptiones, quot fuit anni: vt ff.quibus modis vsusfruct. si vsufructus alterius. Ioan. non ita fuit visum. si enim obligatus sum dare singulis annis, & postquam potui agere, quia ille cessauit, steti per xx. annos quòd non petii, præscribitur illi anno, & præteritis, & futuris: quia non est nisi vna actio. cum ergo semel repulsa sit, amodò nō potest intentari. & quòd sit vna actio, probatur ff.de donationibus causa mort. senatus. §. vlt. ibi enim dicit quòd in cōtractibus vna est actio, in legatis plures, sed per aliam l. videtur

6

7 detur quòd in contractibus † sint plures: vt ff. de verbo. oblig. pluribus. at illud verum est secundum opinionem Varri & Neruæ. aliud secundùm l. de don. cau. mort. vel illud quando enumerantur anni. alioqui una sufficeret præscriptio. sed in legatis tot sunt actiones, quot sunt legata: & ideo tot exiguntur præscriptiones: vt ff. de annuis legatis, cùm in annos. Si opponas quia hîc loquitur in promissionibus & in legatis, respon. quòd illud commune est eis, vt ab exordio obligationis nõ currat præscriptio, sed ab initio cuiusque anni scilicet quo cessarum est, vt s. dixi. in aliis tamẽ differunt, vt s. notaui. & facit pro nobis s. de fide instru. plures. & s. eo. malè agitur. & s. de vsur. eos qui. licèt M. dicat ibi loqui in accessoria. nam etiam soluta sorte, & sic extincta

8 principali obligatione nihilominus peti † potest vsura debita per stipulationem: vt ff. de eo quod certo loco. l. 2. §. item Iulianus. & l. centum. & bene apto, quia qui præscribit, similis est † soluenti: vt ff. de ad-

9 minist. tut. si pupillus. & ita reprobatur opinio M. quòd actio singulis annis non nascitur, imò vera est, & tollitur, vt s. dixi.

Dominium præscriptione mutatur.

L. 8. SI QVIS EMPTIONIS. *Et lo. gi temporis except.* Propriè ponitur quoad præscriptionem lõgi tempo is: impropriè quoad vsucapionẽ, quia per eam directum acquiritur dominium. & hæc est ratio quare per eam non tollitur hypothecaria, sed per præscriptionem longi temporis: vt notaui j. de pign. vsucap. M. tamen dixit per vtramque dominiũ acquiri directum & licèt lex dicat quòd per detentationem xxx. ann. constituatur quis dominus: vt s. de bon. mater. authen. nisi. non tamen est dominus, sed pro domino debet haberi. & ita dic quòd acquiritur principalis exceptio per præscriptionem longam, seu longissimam, per exceptionem vtile domin ũ. & ideo datur ei vtilis rei vendicatio, & sic constituitur dominus. *Posse eum ad vendicandam rem.* An præscribẽti longo tempore detur rei vendicatio contra dominum? Respond Io. vtique: & sic præiudicat vtile dominium directo. & est ratio, quia lex

1 dicit † mutari dominium præscriptione: vt ff. de vsucap. eum qui. secũdum B. & Io. alii contra. sed si ita est, ergo præscriptio nihil dedit ei, quia & priùs Publicianam habebat: sed tamen nunc habet rei vendicationem de iure ciuili: vt ff. de leg. 1. si creditori. §. idem quod. *Quòd si quis*, &c. Suprà loquutus est de longi temporis præscriptione, hic loquitur de longissima. vnde hîc est §. *Prædictum auxilium.* Vendicationis. *Simili.* Non per omnia simili, quia infra determinat quòd non contra dominum, sed contra extraneos, ibi dicit, ita tamen, &c. vnde illud referas ad primum casum, vbi retinuit rem bona fide. quamuis alii voluerunt referre ad proximum in malæ fidei detentore. & malè dicebãt, ideo, quia non habet rei vendicationem contra extraneos, nisi per vim expulsus: vt infrà eadem lege, §. sed hæc. *Quocunque tempore habuit.* Nouus possessor. *Priori domino.* Nunquid poterit agere ille præscriptor bonæ fidei? imò quamuis hoc reticeat in hac l. & hoc quando prior dominus non vult agere, sicut videmus in reis capitalis iudicij, latronibus & in aliis similibus. qui possunt agere commodati vel depositi: tamen si veniat verus dominus, præfertur eis: vt ff. depositi. bona fides. *Exceptione munitus sit.* Vt iste nouus possessor causam

ab eo præscribente habeat, tunc enim eadem defensione vtetur, nec obstat quod dicitur ff. de acq. poss. Pomponius §. fi. quia lex illa loquitur in præscribente longo tempore tantùm. nondum enim fuerat hæc præscriptio xxx. ann. inducta. & pro nobis est quod dicitur in ea. l. §. cùm quis. *Sine vlla distinctione*. i. siue bona siue mala fide, siue cum titulo siue sine titulo cœperit præscribere. vel sine vlla distinctione præscribentis bona seu mala fide auferentis, dominus sit, nécne. sed quomodo vendicabit hoc malæ fidei præscriptor, cùm non sit dominus? Resp. vendicat quantum ad certam personam, sicut & aliàs: vt ff. de pub. eum qui. §. si petenti. sic & s. de non nu. pec. l. 1. Vel dicas quòd eam vendicabit inuasoris forte eiusdem domini delicto translato in præscriptorem dominum: vt j. vnde vi, si quis in tantam. aliter enim quomodo dominus non vendicat? & licèt ita sit in delicto fortè idem videretur in contractu, vt in depo. commod. sicut quidam dixerunt: i. deo contra vt not. s. de pig. ac. nec creditores. *Quòd absens possessor prior.* quibo si. vel mala præscribit, *Intra annum se offe. cautionémq;.* Cum fideiussore, vt j. quomodo & quando iu. sed videtur contra. s. de iud. properandum §. sin autẽ reus. & vbi in rem actio. l. 2. distingue vtrum sit lis contestata, & liquidum de causa vel non, vt hic, & alia quæ ad materiã istam pertinent. plenè not. in legibus illis. *Ex illo tempore initium capere.* Pro omnibus solutionibus, non pro vna tantùm: vt not. s. eod. cùm notissimi. §. in his.

L. 9. SÆPE QVIDAM. *Multi sunt qui dici, &c.* Suprà de vsufruct. l. antepen. & vlt. *Postquam vtraq; pars cessauerit.* Ita est cùm per lit. cont. perpetuatur actio, secus si per execu. continenti: quia tunc vsque ad xxx. ann. vt s. eo. cùm notissimi. & fallit quod hic dicitur, in actione de dolo & rescissoria, secundùm quosdam: vt plenè not. s. de dolo. l. vlt. & de tempo. restit. l. vlt. fallit & alibi: vt ff. de sta. defunct. l. 1. §. sed interdum. & de collus. dereg. l. 2.

DE ANNALI EXCEPTIONE ITALICI CONtractus tollenda, & de diuersis temporibus, & exceptionibus & interruptionibus earum.

TIT. XL.

1 *Actio communi diuidundo ex sola voluntate nascitur.*
2 *Vtrum in actione familiæ erciscundæ currat præscriptio.*
3 *Possidenti non currit præscriptio.*
4 *Plus quandoq; operatur auctoritas legis quàm pacti.*

L. 1. SVPER ANNALI. *Composita est.* Qualiter fuerit composita, nescimus, neque inuenitur scriptura. *Ad hæc* Iuxta ea quæ supra dicta sunt. sicut enim quandam dubitationem. s. de excep. annali sustulit, ita & hic tollit aliam in quibusdam actionibus, quæ nullo tempore finiri videbantur. *Verbosa quorundam interpretatio.* Sunt enim quidam, qui ita sunt verbosi in interpretationibus, quòd ad omnia habent paratas interpretationes. *Sola* hypo-

hypothecaria, &c. Sed & in alio casu, vt j. de fund. patrim. l. vlt. vt nota-ui s. tit. 1. comperit. & intellige de hypothecaria quæ intentatur contra debitorem, vel eius hæredem: vt s. tit. 1. cùm notissimi. *Nemo itaque audeat, neque act. fam. ercisc.* Licèt lex ista omnem videatur sopire dubitationem, tamen Gosianorum proterua disputatio totam videtur turbare legem istam, dicentium actionem communi diuidundo †[1] ex sola voluntate nasci, arg. ff. famil. erciscun. l. 1. sed etsi hoc verum esset, nihilominus deberet currere præscriptio cùm enim possint facere sic vt agant, iam intelliguntur posse agere: vt ff. de reg. iur. qui potest. intellexerunt ergo l. istam quando non possidebat quis per xxx. annos. tunc enim tollitur actio communi diuidundo, vel famil. ercisc. si verò per c. annos fuit in possessione, nec mota fuit aliqua illarum actionũ, non præiudicatur ei, sed salua pace eorum malè intellexerunt. si enim non fuit quis per xxx. annos in possessione, videtur quòd non currit †[2] præscriptio in actione famil. ercisc. vel communi diuidundo, sed in rei vendicatione. cùm enim alius possedit tanto tempore bona fide, nec confitetur rem esse meam, exceptio obstabit: vt ff. de exceptio. Fũdum Titianum, & ita non videtur habere locum in eo qui possidet: si tamen confiteretur rem esse communem, tunc bene curreret in actione communi diuidundo. & fam. ercis. præscriptio. sed hoc non videtur verisimile, quòd confiteatur, cùm possideat: & maxima est hominum malitia. si possidet, & velim agere post xxx. annos actione famil. ercisc. vel communi diuidundo non possum. & ita hoc intelligendum est in eo qui insistit. nec obstat quod clamant, qualiter curret præscriptio possidenti? vt non, videtur: vt s. tit. 1. l. malè agitur. nec enim †[3] currit præscriptio possidenti, vt suum dominium amittat, quia & illud habet post xxx annos, si currit ne possim prouocare ad diuisionem. & ita licèt non possim pacisci quòd semper societas duret, vt ff. communi diuid. in hoc iudicium. §. si conueniat. tamen ex auctoritate l. semper res est communis. plus enim quandoque †[4] operatur auctoritas l. quàm pacti: vt ff. de seruit. vrb. præd. sed si inter me. nec dicendum est quòd actio comm. diuid. nascatur ex voluntate, imò ex quasi contractu, sicut dicitur in actione negotiorum gest. quam certum est ex quasi contractu nasci. operatur tamen ratihabitio ad hoc quòd competat: vt ff. de neg. gest. Pomp. *Competit, & semel nata est.* Hysteron proteron, conuersus ordo loquendi, quia primò nascitur quàm competat. *Nostra lex.* s. tit. 1. l. vlt. *Minimè patribus suis adquisitas.* Vt omnes aduentitias. *Vel eius in cuius potestate*, &c. Puta aui, vel proaui paterni. *Fuerint liberati.* Nisi fuerint in pupillari ætate: vt s. de bon. matern. l. 1 & j. authen. ibidem. *Quis enim incusare*, Quasi dicat, nullus: arg. ff. de vsur. cùm quidam. §. si pupillo.

1 *Dolus aut desidia alterius alij nocere non debet.*
2 *Sola libelli oblatione interrumpitur præscriptio.*

VT PERFECTIVS, quàm hactenus esset consultum. *Absentia.* Vt L. 2. ff. ex quib. cau. maio. l. 1. S. l. item ait. *Vel potentia.* Vt suprà de his qui poten. no. tit. præd. adsi. l. 1. & de nupt. l. vlt. & de alien. iud. l. vlt. Vel instantia: vt ff. de mino. l. ait. §. 1. ibi, sed hodie solet, &c. & ff. quibus

ex causis maio.l.ergo.§.vlt. *Aduersarij sui noceat.* Non enim alterius dolus aut desidia †alii nocere debet:vt ff.de noxa.electio.§.vlt.& not. [1] quia non possum in ius vocare aliquem proprer potentiam:vt ff.de in ius vocan.l.iniquè litiganti.idem quando est absens vel furiosus, vt hic dicit.& in his casibus sola libelli oblatione † interrumpitur præ- [2] scriptio.aliàs non,etiam si fieret imperatori,nisi esset actio annalis: vt s̄.quando libel.princ.datus. in his ergo casibus speciale est,aliàs non interrumperetur:vt ff.pro empto.l.2.§.vlt.licèt M.dixerit, l.illam per istam correctam, & generale esse quod interrumpitur. sed Io. dixit speciale in istis quatuor casibus:& ideo non est trahendum ad consequentiam.*Vel in magna po.estate.* Qui cùm sit in magna potestate, non conuenitur interim.sed secùs si in minori:vt ff.de iniur.nec magnatibus.nisi in casibus,vt j̄.ad leg.Iul.repetund.iubemus.*Ad plenissimam interruptionem.*Cùm per me non stat ne litem contester,sed per aduersarium,perinde est ac si essem contestatus.sic ff.de condict.indeb.iure ciuili. *Poterit præsidem adire.* Hodie primò defensorem quàm præsidẽ debet adire:vt j̄.authen.de defens.ciuit.§.& iudicare. *Vbi domicilium,* &c.Ad domum denuntiatur.sic & ff.quod vi aut clam.aut qui.§.1.& de damno infect.l.4 §.prætor.sed contra,vt ff.de petit.hæred. item veniunt.§ petitam.

L.3 SI EX MVLTIS CAVSIS. Hæc lex tres ponit quæstiones: prima est, cùm mihi ex pluribus causis similes quantitates deberentur,vnam vnius sine causæ mentione quantitatem expressi. quæritur an omnes actiones pro simili quantitate competentes perpetuasse videor, an nullam,an vetustissimam.Item si fiat de personali libellus tantùm,vel de hypothecaria tantùm, quæritur an pro vtraque facta sit interruptio. Tertiò quæritur an si nec causa nec quantitas sit expressa, sed tantùm dicatur obnoxius,an omnes sint perpetuatæ. Tertiæ respondeo & 2.& ita primæ per consequentiam.Cùm enim in tertia fiat interruptio omnium,quia de vno magis quàm de altero dici non potest,sequitur vt idem in prima concedas:& ita non specialiter,sed per consequentiam tertiæ respondetur. Si autem quæras, quid si vnam causam & quantitatem expressit,an perpetuat cæteras? Respon.non. alii contra,argum. eius quod hîc dicitur de hypothecaria,& arg.ff.de iud.solemus.sed quod dicit l.illa venire in iudicium, est intelligendũ de his quæ includi possunt in petitione actoris: sed hîc non ita, cùm principales essent actiones & ex diuersis causis non cohærentes. & quod dicitur in hypothecaria, est ratione vicinitatis pro nobis. ff.ad exhib. Iulianus.§.vlt.sed respon. quia l.loquitur in vsucapione triennii,quæ non interrumpitur litis contestatione. verum est mero iure: secus quoad effectum,quia restituitur res, vt ff.de rei vendicat. si post acceptum.Item si ex vna causa x.ex alia tria,ex alia xxx. debeantur, & petam x.an videantur omnes perpetuatæ? Respon.non:imò sola x.licèt in l.ista dicatur ,: & maximè ex similibus. nec enim respondit ei quæstioni.Item quid si generaliter dicam obnoxium eum mihi:sed tamen postea per sacramentum calumniæ confitear me de vna tantùm sensisse respondeo,non perpetuantur omnes,sed ista tantùm: vt ff.de exceptione rei iudic.si ex testamento. Item quid si tenearis hæredit.

petit.

petit. propter res hîc, & propter res sitas Mutinæ, similiter & conueniantur Bonononiæ petitione hæreditatis simpliciter, an & super his interrumpitur præscriptio quas Mutinæ possides? Respond. non: quia nec actor agere de illis hîc potuit, nec reus voluit respondere. quidam tamen tali ratione contra, quia & coram non ordinario interrumpitur præscriptio: vt s. eod. vt perfectiùs. sed nos fatemur in illis casibus speciale esse. *Et libellum conuentionis.* Non fuerunt libelli tales recipiendi: sed reus de sua iustitia confisus libellum sine traditione recepit. est enim res, quantitas & causa in libello ponenda: vt notaui s. de edendo, edicta. licet ergo aliàs fauorabiliores sint rei, quàm actores, & hoc in iudicando, tamen in iudiciis actor fauorabilior est, vt hîc, & ff. de iudic. si quis intentione.

DE ALLVVIONIBVS, ET PALVDIBVS, ET pascuis ad alium statum translatis.

TIT. XLI.

L. 1. QVAMVIS *Prohibitum non est.* Licèt enim alibi prohibita sit violentia, vim tamen vi repellere licet: vt j. vnde vi. *Ei qui cernitur.* Vt instit. de rer. diuis. §. per alluuionem. nisi agri sint limitati: vt ff. de acquir. do. in agris.

L. 2. HI QVOS. *Respondeant deuotioni.* Aliàs publicæ deuotioni. nec quod per alluuionem accreuit, separatim debet censeri: vt j. l. proxima.

1 *Diligentia nocere non debet.*

L. 3. EA QVÆ. *Per alluuionem. Neque ab ærario vendi.* Vt proprias. vendit tamen ob cessationem tributorum. *Nec separatum censeri, vel func. exigi.* Exiguntur autem facta totius aucti matrimonii computatione. si quæras, quid ergo prodest quòd separatim non censentur? ad hoc credit Io. prodesse, quia si separatim censeri deberent, & non offerret certam, professionis ius omne amitteret: vt s. sine censu & reli. l. vlt. hîc autem non amitteret. *Ne vel alluuio. igno. vitia.* Id est, priuilegia vel potestates, quæ sunt vt mihi adimat, & tibi donet. & refertur ad illud, neque ab ærario vendi, neque à quolibet peti vel optari potest. ad id quod superiori l. dictum est, scilicet quòd illi quorum patrimonium est imminutum, releuari à tributis debent. nam quasi per quoddam vitium est diminuta eorum possessio. *Vel rem noxiam.* Hæc ratio adaptatur ad proximè dictum, s. quòd illi quorum patrimonium est auctum, non debent separatim censeri. *Nec doleant diligentes*, &c.
1 Nota quòd †diligentia non debet nocere. sic s. depositi. l. vlt. ff. de appell scio. § quid ergo, de rei vendic. cæterùm ad leg. Falcid. l. 3. primo responso.

In vul. cod. legitur Prætorio.

DE SENTENTIIS PRÆFECTORVM PRÆTORII. TIT. XLII.

1 *Præfectus vrbi legem facere potest.*
2 *Nulla sententia contra ius fertur, sed contra iuris rationem.*
3 *Appellatio iniquitatis sententiæ querelam continet.*

L. 1. LITIGATORIBVS. *In amplissimo.* Quia excellebat alios. cognoscebat enim de omnibus personis & si conueniretur præfectus vrbi, licèt alij non possent: & quia poterat † facere legem: nec ab eo appellatur. *Si contra ius.* Non hoc dicitur, ius præceptoriè, cùm nulla est sententia † contra ius lata, sed cõtra iuris rationem: *Non prouocandi.* Quia appellatio, iniquitatis † sententiæ continet querelam: vt ff. de mi. l. præfec. sed præfectum prætorio nõ est verisimile iniquè iudicasse. credidit enim princeps eos non aliter iudicaturos, quàm ipse esset iudicaturus: vt ff. eod. l. 1. *Sed supplicandi.* Licet ergo supplicare ab eorum sententiis, quæ supplicatio petitionẽ continet veniæ proprij erroris, & allegationem circunuentionis aduersarij: vt ff. de mino. præfecti. *Nostro nomini.* Hodie fit etiam præfectis prætorio intra x. dies: vt s. de precib. imperat. authen. quæ supplicatio. & dic vt in summa diligenter tractatur & exponitur sequens litera, post successionem iudicis, ibi, hæc autem supplicatio fieri potest, vsq; ad §. habent etiam priuilegium.

QVOMODO ET QVANDO IVDEX SENTENTIAM PROFERRE DEBET PRÆSENTIBUS PARTIBUS, VEL VNA PARTE ABSENTE.

TIT. XLIII.

L. 1. NON SEMPER *Compelleris* Quia quandoque potest pro eo pronunciare: vt ff. de iudi. & post. & bona est concordantia ad l. illam. ff. de iudic. non quicquid. sed videtur contra. s. de iudic. properandum. §. & si quidem. ibi enim cum distinctione videtur quòd iudex cogitur ad pronunciandum aduersus absentem, imò quandoque pro eo, si viderit faciendum, vt ibi. vel non facias vim in verbo illo: sed dic. non semper compellitur aduersus neque pro eo pronunciare, s. diffinitiuè, vt ita condemnet vel absoluat alium. nec est cõtra. ff. de re iud. contumacia. quia non est intelligendũ quòd priuetur principali quæstione, vt notaui in l. illa properandum, glossa ergo non semper. i. in omni casu: quia si altero absente liquidum sit de causa. & hoc respiciat in actis apud se confectis: poterit condemnare vel absoluere eum qui bonam vel malam causam habuit. alioquin si non sit liquidum, ad expensas tantùm condemnabit: vt in l. properandum, vel dic non semper. i. omni tempore. distinguitur enim vtrum sit prope finem triennij, an non, vt dicit l. illa, properandum. & est simile quod

quod dicit lex illa, ei quod dicitur de domino imperatore, quia legib. non est adstrictus. legibus tamen viuere vult. Propter subscriptionem: quare dicit de subscriptione? quia fortè in l. continebatur quòd ferenda erat sententia. in subscriptione autem quòd non compellebatur. nā aliàs subscriberet imperator in lege. nisi haberet vim legis. sed hic lex erat, & ideo vim legis habet subscriptio: vt s. de leg. l. 2. & ff. quod quod met. cau. metum. nec est contra. ff. de iudic. de qua re. quia illud intelligitur quando plenè cognouit.

1 *Leges edictales generales censentur.*
2 *Edictum peremptorium, quid.*

CESSANTE. *Edicti.* Edictum quandoque dicitur præceptum imperiale & generale: vnde leges † edictales generales censentur: vt s. de legi. l. 3. & ita dicitur, Exiit edictum à Cæsare Augusto. quandoque dicitur præceptum iudicis de causa cognoscentis, quia præcepit vt aliquis faciat sui præsentiam: vt j. authent. de litig. & ff. de iurisdic. om. iudic. si quis id. & dicitur peremptorium, quia ita prætor fecerat scribi in albo, veniat ille ad causam. hoc est, edictum, hoc est † peremptorium: si non venerit, pronunciabo diffinitiuè. si non minaretur, esset edictū, sed non peremptorium, & ideo dicitur hic, cessante causa peremptorij edicti: quia potest citari ter, quod tantum valet quantum peremptorium: vt j. eo. tres. *Admonsti.* à iudice vel per executores, vel præconū voces. his enim modis fit citatio: sed & per literas: vt j. authen. de litig. §. non omnem, & j. eod. consentaneum. L. 2.

1 *Iudex quando definitiuè pronunciare potest.*
2 *Solemnis citatio quando exigitur.*

AB EO IVDICATO, &c. Intellige istam quando lis erat contestata in præsentia mea, & iuratum est de calumnia, & inductæ probationes: postea iudex requisiuit me absentem & ignorantem de his quę volebat facere iudex, & indefensum, quia nemo se obtulit ad me defendendum. in eo casu poterit iudex † pronuntiare definitiuè. sed videtur contra. ff. quæ senten. sine appell. re. l. 1. §. item eū. quia dicit quòd si fuerint absentes & ignorantes, & lata sit contra eos sententia: non valet ipso iure. sed illud est intelligendum quando edictum peremptorium non erat propositum, non ergo erat citatus ibi, sed hic erat citatus. Si obiicias de eo quod ibi dicit, neque innocentiam, &c. est intelligendum quando non erat destinatum edictum, vel non solemniter. & illud quod dicit, in notitiam, dicit ad maiorem exaggerationem iudicis. sed hic aliter processerat: vt s. dixi, & ideo tenet sententia, vt s. de iudic. properandum. §. 1. & pro me est s. si se ab heredi. abstin. authen. si omnes creditores. non ergo exigitur nisi vt † solemniter citetur, peruenerit vel non in notitiam, non curo, quia tenet sententia, vt hic. sed videtur falsum: quia si probabili causa & necessaria est absens, habet in integ restit. post reuersionem intra quadriennium: vt suprà de procurat. qui absentem. & quibus ex cau. maior. in integ. restit. intellige ergo in absente qui non restituitur. non erat enim contumax verè, sed absens aliqua causa voluntaria, non est restituendus, sed ap- L. 3.

pellare potest de iure communi. *Atque indefensis.* Ideo dicit, quia si haberet procuratorem per quem defenderetur, non ita esset: ut ff. quando appel. sit. l. 1. §. vltim.

1 *Sententia lata die feriato non valet.*

L. 4. SI VT PROPONIS. *Quasi contumaciter, &c.* Et siue contumaciter abesset, siue non: si tamen lata est † sententia die feriato, non valet, vt ff. de feriis, si feriatis. & suprà de feriis, omnes. & videtur contra. j. de accusa. si accusatoribus. sed ibi loquitur quando ille qui pronunciauit, erat iudex ordinarius. aliud si delegatus, vt hic. si verò esset compromissarius, & eius sententia ipso iure esset nulla, potest cognoscere: vt ff. de arbit. quid tamen si de pluribus. & l. præcedenti. præterea l. illa. si accusatoribus. loquitur quando nullo iure tenet. si verò tenuit, non debet corrigere: vt ff. de re iud. iudex. siue benè siue malè sit iudicatum. 1

L. 5. SI VT PROPONIS. *Præses.* Pone statuerant vt audirent de causa. actor postea dixit iudici, quòd reus dixisset sibi quòd ad destinatum locũ venire non poterat propter iustam causam, sed esset in tali loco. iudex credidit, & secundùm verbum illius in alio loco fuit quàm prius constituissent. reus non venit, vtpote ignorans condemnatur, & ei succurritur.

L. 6. SI PRÆSES, &c. Ad euidentiam istius l. sciendum est quòd quandoque tutori vel curatori adiicitur actor seu adiutor propter infirmitatem vel aliquid simile: vt ff. de tutelis. l. solet. & instit. de curato. §. antepenult. si igitur iste actor in causa adultorum appellauit, nec adulti prosecuti sunt causam appellationis, nec ab actore exerceri licet, appellare non poterit: vt j. de appella. si actor. & ita præses quasi desertam causam illam circumuenit, id est, alium absoluit eo tempore quo adulti erant indefensi, cùm curatores non haberent, quia erant mortui. non nocebit eis illa sententia: vt s. si aduersus rem iudica. l. penult. & ff. de re iudic. acta. §. vlt.

1 *In certis locus coniecturæ non est.*

L. 7. EA QVÆ. *Sta. aduers. absentem, &c.* Si fuerunt absentes citati, & solemniter, tenet sententia, sed poterit appellari: vt notaui. s. eod. ab eo. & habentur pro contumacibus: vt ff. de reg. iur. contumacia. non tamen sunt verè contumaces, sed interpretatiuè, quia lex præsumit eos contumaces, sed si quis diceret iudici, ego non venirem coram vobis plus quàm coram asino, tunc verè contumax esset. nec † enim in certis est locus coniecturæ: vt s. de verb. oblig. continuus. §. 2. 1

1 *Citatio quando per interualla x. dierum fieri debet.*
2 *Domus cuilibet locus tutissimus esse debet.*
3 *Missio in possessionem quando fit rei seruandæ causa.*
4 *Nemo agere, vel accusare cogitur.*
5 *Per statuta ciuitatum deciduntur lites.*
6 *Vtrum lis tantùm esse dicatur post litis contest.*
7 *Quando ante litem contest. pronunciatur.*
8 *Quando terna citatio per interualla xxx. dierum fieri soleat.*

CON-

CONSENTANEVM *iuri,&c.* Vt instit.de iust.& iur.§.iuris præcepta. L.8. vel vt j.si per vim vel alio modo.l.vlt.in fi.assertione enim partiũ, negotiorum merita panduntur, vt ibi dicit. ex eo enim quòd aliqua partium concedit vel negat, merita negotiorum, id est, quod aliquis absoluatur, vel condemnetur, panduntur temporibus x. dierum: vt s. de iudic. properandum. §.& si quidem. debet enim † citari per interualla x.dierum ter vt ibi dicit.vel secundùm quòd determinatur in authen.hîc posito.& maius spacium videtur quàm s. in l. properandum. nec tamen dico omnino illud correctum, vt ibi notaui. *Præscriptis*, i. diffinitis, non vt s. præscrip. xxx. licèt quædam posset notari similitudo, quia sicut ibi scriptum & determinatum est tempus intra quod currit præscriptio, ita & hîc. *Ternis literis.* Ita consueuit citare dominus Papa, sicut iste præses, qui maximam habet prouinciam, puta Galliam, iudices tamen istius terræ aliter, scilicet per nuncios communes. *Peremptorio edicto.* Quid hoc sit, notaui plenè s.eo. cessante. & quot modis fiat citatio, & posset quæri vtrum lex ista loquatur post lit.contest. & videtur quòd post: quia si dicatur ante, cùm tunc non possit aliquid di timere, videtur quòd nec debeat minari perimere: est enim speciale priuilegium in iudice appellationis, quòd ante lit. contest. possit pronuntiare: vt j.de tempo.appel.l. vlt. si verò ante lit. contest. hoc haberet locum, qualiter dices tunc posse citari? sed de citatione concederẽ quòd fieri possit ante lit.contest. secundùm arbitrium iudicis: vt ff. de iudic.nonnunquam. non autem edicto peremptorio citari potest ante lit.contest.& sic loquitur hæc lex post lit.contest.& ff.de iudic.in peremptorio,& quòd ante litem citari possit, dicit hîc authent. Sed iurabiturne de calũnia ante lit.cont.? videtur quòd non: vt s.de iure prope. calum. at hîc dici potest quòd imò, cùm semiplenè cognoscat altera parte absente, arg. ff.ad exhiben. thesaurus. vel dicas quòd non iuretur de calumnia,& nihilominus procedatur. nec obstat si simplici suo verbo sit credendum: imò cùm citatus ante lit. contest. noluerit venire, videtur seipsum accusare, vt j.authen.de exhiben.§.si verò. *Quod vel. pro,et. Successor eius.* i. præses. aliud in alio successore: quia ter citare nõ poterit: vt ff.de iudic.edictum. *Vel cogendum.* Re & verbo. præterquam 2 si fuerit in domo sua, qui locus † tutissimus cuilibet esse debet: vt ff de in ius voc. plerique & ll. sequentibus. *Vel bon.poss.* Intellige in reali actione. nam in personali si aliquis mittatur in possessionem bonorum propter contumaciam, non possidet, sed rei seruandæ causa † est in 3 possessione: vt ff. de acquir. poss. possideri.§.nihil aliud in reali. & hoc secundùm M.dixit enim quòd missus in possessionem in actione in rẽ, statim possidet. & pro eo facit s. de præscrip.xxx. si quis empti.§. vlt. B.econtra idem quod in actione personali, eo excepto, quòd vnius anni cursus pro secundo habetur decreto. Io. assentitur M. quòd vix alibi inuenies, arg. ff.de damno infect.l. à quo. *Iudicare.* Quando liquidũ est de causa, vt s. de iudic.properandum. ita est in reo absente. Quid si actor absens fuerit? hîc dicit authen. *Qui semel.&c. Sine conuentione iud. &c.* Licèt aliàs dicatur petitio post lit.con. vt ff. rẽ ratã haberi amplius. hîc tamen necesse habet vsq; ad finem litem exercere. auth. *Qui semel 4 act. propos. sine conuen. &c.* Alibi generaliter dicitur, vt nemo † agere

vel accusare cogatur.& qualiter proponatur vel edatur actio, non oportet hic repetere:quia suprà dixi de edendo. & videtur per authent. istam de correct.ff.de iudic.per interualla.& j.de iudic.properandum sed solue vt in l.illa properandum notaui.vel dic quòd ibi loquitur in reo absente.hodie moderatur tempus,deciduntur lites per statuta† ciuitatum,quod autem dicit de edicto,causa consilij dicit melius, est enim quàm si per præconem : quia vox præconia paucis innotescit. *Quod locum habet, etsi lis cœpta non sit.* Corrigitur ergo tanquam per posteriorem authen.de exhibendis reis,quæ videtur contradicere: & quorundam opinio reprobatur, qui dixerunt litem † tantùm esse post lit.contest.vt notaui s.de transact.causas.reprobatur etiam per diffinitionem transactionis alterius anni. sed primò non fuerunt nisi xxx. dies.quid est ergo quod dicit hic? quòd hic talis est relatio, qualis alias,crucifixus est Christus,& alij duo nequam.*Pronunciet.*sed qualiter pronunciabit ante lit.contest.? Alber. dixit quod absoluetur à iudicij obseruatione,& condemnabit actorem absentem & contumacem in expensis.vnde quod hic dicit,perquisita veritate, intellexit ipse summatim.sed per,notat hic perfectionem,sicut cùm pernoctat, id est tota nocte est absens,intellige ergo perquisita veritate per probationes rei:transfert enim in se onus probandi: sicut ff. de probat. circa. & sic † ante litem contest.pronuntiabitur.quod est hic speciale, & suprà de crimine authent.qua in prouin. & in iudice appellationis, sed hoc est forte in odium actoris contra reum absentem,non credo ita si se nunquam repræsentauit.aliud in actore qui venit & post desinit, vt bene dicit in corpore authent.*Nisi prius reo.li.ex.* Et præstabit fideiussorem, vt persequatur causam:vt j.de bo.aucto.iud.authen.& qui iurat.in fi. *Post edictorum.* non præteritorum. sed de nouo faciendorum secundùm Io.sic si bene computes, habebit biennium & sex menses: qui primò citatur per interualla xxx. dierum, post indulgetur annus.post alius annus, & iterum terna † citatio per interualla xxx.dierum, per quam dici possit quod de præteritis edictis & præteriti anni obseruatione loqueretur.& sic habet annum & tres menses,sicut quidam intellexerunt. nec intelligas quòd hoc tempus datum excedat triennium,vt notaui in C.l.properandum.

6 7 8 9

L.9. Tres *denunciationes.*Planum est quod hic dicitur.

L.10. Cum non *voluntatis.*Non permittit restit.in integ.tibi indulta.

L.11. Cum præsentibus.Consonat huic l.s.eo.ab eo.

In vulga. Cod. legitur ex Breuiculo.

DE SENTENTIIS EX PERICVLO RECITANDIS. Tit. XLIIII.

1 *Arbitria sunt redacta ad similitudinem iudiciorum.*
2 *Transactio die feriato fieri potest.*

L.1. ARbitri, &c. Arbitrum appellat iudicem ordinarium. sic s. de postuland. quisquis. vel iudicem delegatum à rectore prouinciæ. & ita transmittet ad alium: vt s. quomodo & quando iu.si vt proponis.idem & in arbitro cópromissario, quia

1 quia arbitria redacta † sunt ad similitudinem iudiciorum: vt ff. de arbitris.l.j.aliud in eo qui eligitur vt bonus vir.ibi enim siue scriptis, siue die feriato pronuntiatum sit tenet sententia, non vt sententia, sed
2 sicut pactio vel transactio,quæ die feriato fieri † possunt.vt s. de feriis l.vlt.si non ipse recitauit s. de eden. vt j. authent. vt ab illustri. & qui super eos.colla.v.& ff.quis or.in bo.pos.l.ij.§.in bonorum possessione. nec dico quod sedeat si sit in equo, imò statim stapede. vnde minus bene fecit dominus Iacobus qui Ianuæ in equo armatus tulit sententiam: quia à iudice procedente dilatio peti non potest: vt s. de dilatio.à procedente. secus si in aliquo loco eminenti pronuntietur, puta turri vel similibus,vt possit quis euitare periculum personæ.*Nihil fallit*.nos,vel te.

1 *Sententia formam libelli conuentionalis continere debet.*
2 *Marchio Astensis imperitus fuit literarum.*

HAc lege.*Non subitas*.Ideò dicit.quia si essent subitæ,non tenerent:vt s.tit.prox.l.ea quæ.*Scriptásque in libello*.ideo dicit,quia in L.2.
1 sententia debet contineri forma † libelli conuentionalis,vt cùm dicitur,talis qui conquestus est de tali proponendo contra ipsum rei vindicat.&c.vel quia debent scribi tales sententiæ in libello quodam quē habent tabelliones.*Exceptis tam viris,&c.* Quidam intellexerunt istos excipi ab arbitris, quia isti possunt corrigere sententiam. Dominus meus non putat quod referatur ad id quod dicit de correctione,sed de sententia proferenda cum deliberatione & in scriptis,excipiuntur isti qui non coguntur ferre,sed per alios possunt,nec dico quòd corrigūt, cùm semel functi sint officio suo siue benè siue malè,nisi esset interlocutoria sententia: vt ff.de re iu.quod iussit. & quòd ita sit intelligendum.sicut exposui s.paret per literā sequentem. sed ad hoc vt tollatur omnis dubitatio,si immineat necessitas iudicandi, ipse iudicet.nisi sit
2 imperitus literarum sicut contigit in † Marchione Astensi, qui sicut potuit pronuntiauit cum domino meo,& quodam alio.Hoc etiam per vsum quotidianum approbatum est,vt s.de iudi.l.certi.

STatvtis.*De scriptis recitatione*.Sic s.de non nu.pec.generaliter notaui quòd cautio loquatur.*Decretorum*.id est iudicatorum. Habes hic auth. Nisi breves, &c. & dicebantur breues olim l. aureorum. hodie ccc.vt j.authen.de defen.ciui.§.proinde.& s.de defen.ciui.l.j. l.x.lib.auti:vt j.authen.de appell.§.illud.*Iudicium meretur*. idem in alio casu,vt in authen.vt iu.sine quoquo suffra.§.si quis. L.3.

DE SENTENTIIS ET INTERLOCVTIONIBVS omnium iudicum. Tit. xlv.

NOn videtvr.*Non procuratorem*.sed ipsam do. &c. patet ergo quòd procurator debet condemnari,& non dominus, licet dominus M. voluerit distinguere, interueniat à principio procurator, an post litem contestatam: vt diligenter notaui s.de procurat.nihil. L.1.

L.2. SI ARBITER. *In seruu. depulsus sit.* Quia sit seruus: vel quia priùs moratus est in possessione libertatis: vt ff. de off. præto. Barbarius Philippus. & s̄. de testa. l. j.

L.3. PRæSES *prouinciæ. Quæ condemnationem, &c.* Vel aliquid æquipollens, arg ff. de arbit. quid tamen. & de re iud. in summa.

1 *Vtrum sacramentum calumniæ remitti possit à partibus.*

L.4. PROLATAM. *Contra solitum indic. ord.* Quid si non præstitum sit sacramentum de calumnia? quidam dixerunt quòd non teneat, cùm remitti † non possit à partibus: vt s̄. de iureiur. l. ij. §. sed quia. nos dicimus quod tenet, quia licèt expressim non remittatur, tacitè tamen videtur remitti posse: vt ff. de procura. filiusfa. §. veterani. præterea intellige de generali ordine, quod debeat obseruari, aliud enim in speciali, puta quia primò de proprietate pronuntiauit, postea de possessione. tenet enim sententia, sed potest appellari, vt j̄. de appella. l. j.

L.5. CVM EORVM. *Data formæ.* scilicet in sententia, vel à lege. fideiussores enim à creditore conuenti desiderare possunt pignora vel actiones quibus tenetur reus principaliter in se transferri: vt j̄. de fideiuss. si fideiussores.

1 *Sententia lata in loco non congruo non valet.*
2 *Præsentia Euangeliorum quando exigitur.*

L. 6. CVM SENTENTIAM. *Officio eius. &c.* Quidam dicunt vtrumque esse necesse. Io. alterum. hoc enim quòd officiales non fuerunt præsentes, ad maiorem exaggerationem dicit. si enim † nec in loco congruo lata est sententia, nec præsentibus officialibus, nō valet, nec tamē necessarium est adesse publicas personas, quia idem est etsi solus locus esset incongruus, vt quia lata est sentētia in taberna vel coquina: vt ff. de iust. & iur. l. pen. & de arbit. si cùm dies. §. pen. sed & exigitur in præsentia † Euangeliorum: vt s̄. de iud. rem non nouam.

L. 7. EX STIPVLATIONE. *Certu finibus.* id est absolutione & condemnatione secundùm Io.

L.8. LIBERA QVIDEM *Theodora, &c.* Assignatur contra. j̄. de euict. si prædium, quidam voluerunt distinguere cùm datur in solutum, si enim volui recedere ab obligatione obtinet quod ibi dicitur. si ita volui recedere ab obligatione, vt remaneat ancilla mea, tunc ad solutionem agere potero, si euincatur in libertatem, sed hoc dicere diuinare est potius quàm soluere: vt s̄. de contrahen. emp. l. vlt. distingue an res pro re, an species pro specie in solutum detur, an etiam res pro pecunia. in primis casibus agitur ad debitum reddendum veteri actione: vt ff. de solut. si quis aliam. si verò species detur pro quantitate, emptio videtur esse: & ideo quasi ex venditione agitur de euictione, vt in l. 1. de euict.

1 *Nihil habet commune proprietas cum possessione.*
2 *Sententia interlocutoria nullam perimunt causam.*

L.9. POST *sententiam. Proprietati.* id est sententiæ latæ secundò de proprietate. & potest dici quod hic respondet tacitæ quæstioni. dictū est

sententiam datam ab eodem iudice vel eius successore circa primam sententiam, ipso iure esse nullam. videbatur ergo eadem ratione quod sententia lata de proprietate nulla esset, quia contraria est sententiæ latæ de possessione. sed non ita est, quia prima super possessione, secunda super proprietate lata est, & ita super alio: quia nihil habet commu-1 n † proprietas cum possessione: vt ff. de acqui. pos. naturaliter §. j. & hoc est. *Nam nec de possessione, &c.* q. d. quia super alio lata est. ité quod sequitur. *Nec interlocutiones, &c.* Similiter respond. tacitæ quæstioni. dictum est enim sententiam contra sententiam dictam nullam esse. proponebatur hoc falsum esse in interlocutoria sententia, respondetur in littera quòd illud quod supra dictum est, non est intelligendũ nisi in diffinitiua sententia, & quæ perimit quæstionem. at huiusmodi in-2 terlocutiones † nullam causam perimunt: & ideo bene potest mutari aliud in diffinitiua, vt ff. de re iudic. quod iussit. & de arbit. dicere. *Plerumque.* Quidam intellexerunt hoc dictum propter iudicium momentariæ possessionis, vbi tanquam ab interlocutoria non potest appellari, vt j. si de momen. poss. & argum. j. vnde vi. momentar æ. & suprà qui legitim. person. momentariæ. Dominus meus dicit illam sententiam diffinitiuam, siue sit de possessione adipiscenda, seu recuperanda, vel retinenda, ideo igitur dicit plerumque, quia quandoque quæritur vtrum ille producendus sit in testem, an non. & iudex pronuntiat producendum, vel sit in possessione libertatis, an non. tunc perimit interlocutoria.

NVLLE. Planum est quod hic continetur. L. 10.

CVM IVDEX. *Nam iam vim obtinere.* Hoc secundùm leges veteres, in L. 11. quibus debebat ferri sententia primò, & postea præstari sacramentum, hic autem priùs iusserat præstari sacramentum, & postea iudicari. ideóque secundùm ius antiquum non valet: sed hodie valet: vt s. de reb. creditis & iureiur. generaliter §. omne.

IVDICES *tam Latina quam Græca.* Scilicet Latina inter Latinos, L. 12. Græca inter Græcos, vt intelligantur: vt ff. de instit. sed & si §. proscribere.

1 *Non exemplis, sed legibus iudicandum.*

NEMO IVDEX. *Cùm non exemplis, &c.* Nec etiam Romani iudicis L. 13. exemplum est sequendum. non enim quid fiat Romæ, sed quid fieri debeat, spectandum est: vt ff. de offi. præsi. sed licet. & intellige 1 quòd non sit exemplis iudicandum, sed † legibus, nisi illa exempla vel sententiæ inducant consuetudinem. tunc enim obseruantur vt leges: vt j. quæ sit longa consuetudo. l. vlt. Item non intelligas hoc de exemplis imperatoris. cùm enim cognitionaliter diffiniuit, pro lege habetur: vt s. de legib. & constit. l. vlt.

1 *Contrariorum eadem est disciplina.*
2 *Principium est iudicij, litis contestatio.*
3 *Iudex ordinarius recusari non potest.*

CVM PAPINIANVS. *Sed & ipsum actorem.* Videbatur contra, cùm L. 14. non esset suus iudex, sed non ita est. & hoc si fuerit obnoxius, &

oblatus fuerit pro eo libellus, & lis contestata, secus si appareat iudici in processione ipsum teneri reo, sine oblatione libelli, cùm non fuerit petitum. *Sed etiam augendam.* in quo augetur? respondeo, quia Papinianus non dicebat vtrum in eodem negotio. hîc autem dicit. *In eodem negotio.* Puta si agar tutelæ, & reconueniatur contraria, vel nego. gest. & conueniatur contraria: & idem est si in alio iudicio: vt ꝟ. authent. de excu. §. illud quoque. & vocat idem iudicium propter identitatem actoris & rei & iudicis. & est bona concordantia ad l. istam s. de testib. si quis testibus. & generale, quod contrariorum † eadem est disciplina. dabat ergo lex ista potestatem conueniendi actorem reo sub eodē iudice, sed non dicebat vsquequo, quod authen. determinat. ET CONSEQVENTER, &c. sic construe, & ego conuentus ab aliquo si consequenter, &c. *Statim quidem.* id est ante lit. cont. vel in ipsa litis contestatione, vel incontinenti post, vt hæc probantur in corpore authent. vbi continetur mox à principio, & † principium est lit. contest. vt notaui de procura. neque & de iureiur, propter calum, de plus petit. *Intra xx. dies.* vt s. de lit. contest. authent. offeratur. *Recusari potest.* Intellige quando delegatus est. aliud in ordinario. ille enim recusari † non potest. sed postulare possumus vt sibi associetur Archiepiscopus: vt s. de iudic. authent. si contigerit. & de iurisdic. om. iudic. nemo, & quod hîc dicitur, quod si displicuit: voluit referre dominus Abb. nedum ad reum, sed actorem, dum reconuenitur à reo, sed videtur contra. hîc in l. veteri. vbi dicitur quod actor iudicem non potest recusare. & dixit quod illud in eodem iudicio verum est. aliud dum superuenit aliud, propter illud enim potest & in suo, sicut dicitur in hereditate cùm plures instituuntur heredes, & quidam adierunt. si enim alij repudiauerint partes suas, & possunt isti repudiare propter hoc nedum portionem aliorum quæ accreuit eis, sed suam, vt ff. de acquir. hered. cùm hereditate. *Alioquin.* id est si non conuenit à principio. & posset quæri vtrum dudum postea posset quis sub communi eodem iudice aliquem conuenire. Respond. quod sic. nam authentic. istud loquitur in delegato, ibi enim non licet apud eundem reconuenire nisi statim.

Sic incipit Authen.

1 2 3 (marginal numbers)

1 *Vbicunque prohibetur appellatio, & recusatio.*

L. 15. CVM SOLVTVM *in senten. iudic.* Non intellige de sententia diffinitiua, vel interlocutoria, sed de præcepto iudicis quod procedit in deleganda causa. *Caueant itaque iud. &c.* Sed vbicunque prohibetur † appellatio, & recusatio, secundùm Io. & decretalem Alexandri, quod in quadam causa composuit. Sed contra. videtur ꝟ. ne liceat in vna eadémque cau. l. j. & arg. contra. ꝟ. si de momen. pos. *Simul &c. &c.* debet enim verbum appellationis post sententiam accommodari, & non ante, quia & sine tali prohibitione non potest ante appellari. recusatio verò benè opponitur etiam ante. sed si simul ponantur, tenet positio. 1

DE

DE SENTENTIA QVÆ SINE QVANTItate prolata est.

TIT. XLVI.

CVM IVDICEM, scilicet appellationis. *Condemnationis.* L.1. primæ, scilicet à primo iudice factæ. *De pendendis.* sed videtur contra ff. de vsur. l. 1. §. 1. vbi dicit quòd tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem. sed hîc nō loquitur nisi de vsura præteriti temporis, quod est ante primam sententiam, & post ante secundam, non post secundam. sic enim contra. esset. & ita currunt vsuræ in quadrimestri tempore cùm appellauit: vt ff. de re iu. l. vlt. post verò current centesimæ sortis tantùm, non præteritarum vsurarum: vt j. de vsur. rei iud. l. vlt. quidam tamen volunt distinguere vtrum vsura debeatur per stipulationem, an iudicis officio. si iure stipulationis, habet locum quod hîc dicit: si iudicis officio, quod ibi dicit. & satis dici potest, quia quando vsura debetur per stipulationem, condemnari potest ad vsuras, sicut in annua præstatione potest pronuntiari, vt detur singulis annis: vt ff. de fideicom. l. 1. Aliud si per iudicis officium, quia non extenditur ad futura.

QVANQVAM. *Curatoris respublicæ.* Qui iudicabat inter procura- L.2. torem Cæsaris & priuatum. & qualiter sit intelligenda l. ista, & sequens proxima, dic vt in summa à principio vsque in finem.

HÆC *sententia.* vt §. prox. notaui. L.3.

HÆC *sententia, quæ bona. Cùm igitur*, &c. bene infert, prima nulla, L.4. ergo ista valida. nam si prima esset valida, ergo secunda nulla. *Ipso iure facto*, &c. videris enim consentire cùm statuto tempore non appellasti.

DE SENTENTIIS QVÆ PRO EO QVOD interest proferuntur. TIT. XLVII.

1 *In maleficiis præstatur interesse sine obligatione.*
2 *Vtrum quis propter moram teneatur quanti plurimi fuit res à tempore moræ.*
3 *Quando commune interesse duplum conuenti excedere potest.*
4 *Interesse duplum commune non excedit.*
5 *In maleficiis non semper secundùm affectionem commune interesse æstimatur.*
6 *Singulare interesse omnibus non præstatur.*
7 *In obligat. facti ad factum vel interesse agitur.*
8 *Quando rationes haberi debeant à iud. circa damnū vel interesse.*
9 *Pœna conuentionalis quando exigi potest.*
10 *In damno & lucro æstimatur interesse.*

CVM *pro eo. in infinitum.* Hanc infinitatē ignoramus. & bo L.1. num fuisset dixisse: & alibi vetera recitat Iustinianus, ne nil antiquitatis ignoretur. vel dicas quòd erat infinitas dubitationis circa interesse: quia quærebatur an veniat circa

rem, vel extra. pro lucro, vel damno. negotiando, vel militando: & similia quilibet diuersimodè tractabat circa ista. vnde tot vultus, tot sensus, tot homines inducebant infinitatem. *Prout possib.* ideo dicit, quia non posset omnino coartare, cùm omnis diffinitio in iure vitiosa sit: vt ff. de re. iur. l. 1. & l. omnis diffinitio. *In omnibus casibus.* sed quare dicit de casibus? videtur contra, quia casus fortuiti sunt, & ita nihil certum in eis. meliùs ergo dixisset, contractibus. sed hic generalius nomen est, cùm extendit se ad contractus vel quasi: & nec ita bene posset dici in omnibus obligationibus, quia in quibusdam præstatur interesse ad maleficia vel quasi. in quibus omnibus † præstatur interesse sine obligatione, vt cùm petitur iudicis officio, in arbit. actione, & similibus. *Quantitatem.* nomine quantitatis comprehenduntur nedum quæ constant in numero, sed in specie, vt ff. de leg. 3. quisquis. & hoc intellige quando rem tradiderat in obligatione. secus si dari, quia præcisè teneretur ad illud. vnde lex distinguit vtrum certum an incertum sit in promissione: vt ff. de verbor. oblig. stipulationem. & l. vbi. sicut j. notaui. *Vel naturam,* id est speciem, puta hominem in genere promissum tradi. *Et in omnibus contractibus,* scilicet similibus, in quibus ista considerantur. aliàs contradiceret quod j. dicitur, in aliis autem, &c. *Dupli quantitatem minimè excedere.* Sed videtur contra ff. de actionibus empti. ratio. §. si per venditorem. & l. si sterilis. §. cùm per venditorem. dicunt enim quòd si vendidi & fui in mora, quòd teneor quanti plurimi fuit res † à tempore moræ. & voluerunt quidam dicere, quanti plurimi, &c. non tamen excedat duplũ pretii conuenti, & ita quod hic dicitur de duplo, intellexerunt de respectu pretij cõuẽti, & ad errorem suum confirmandum induxerunt ff. de act. empt. Titius. & l. seq. & l. præcedentem. sed hoc falsum est, quia non haberet locum quod hîc generaliter traditur, nisi quando res est empta, & cõuentum de pretio vel fortè de mercede in locatione. videtur etiam aliud contra ff. de act. empt. Iulianus. §. si verò sciens. quidam dixerunt quòd loquitur de interesse quod est extra rem: quia quantumcunque sit, debet præstari. aliud in eo quod est circa rem. non enim debet excedere duplum pretii dati, vt hic. sed hoc Io. non placet. magis enim esset dicendum totum interesse præstari quod est circa rem, quasi de eo cogitauerint contrahentes, quàm illud quod est extra rem: quia de eo non videntur sensisse. ne ergo contradicant leges illæ, intellige ista de singulari interesse, quod non debet excedere duplum communis. legis autem ratio loquitur in communi interesse, quod potest excedere † duplum conuenti: vt si emit pro vj. & non tradatur post annum, valeat xx. agere poterit ad xx. Alii in singulari loquuntur, quod excedit quandocunque commune vel conuentum: vt ff. de act. emp. l. 1. non † tamen duplum communis, vt hic dicit. & hoc sine dubio peti poterit commune, vel etiam conuentum, si sic interest. præstatur enim commune quantumcunque sit in contractibus vel quasi, maleficiis vel quasi. non enim coartat hîc commune interesse, sed singulare. & in maleficiis semper commune † æstimatur, non secundùm affectionem, vt ff. ad leg. Aquil. si seruum. & ad leg. Falcid. pretia. Si quæras quando veniat singulare, respond. si est ita conuentum vel natura

contra-

contractus: vt s̃ dixi in actione ex empto: vel si sit actio in qua iuretur in litem: quod fit, propter contumaciam rei pro quanto nollet re carere: & iudex potest taxare. Sed nunquid veniat circa rem vel extra? distingue verum nullo modo tradatur res, & tunc venit interesse circa rem, an ale præstetur, quod peius est. nam tunc venit omne interesse & circa rem, & extra. sic venit interesse extra rem in eo qui seruū occidit, vel rē subripuit: vt ff. ad l. Aq. proinde. & de fur. si quis vxori, §. vlt. In primo casu loquitur l. si sterilis. §. cùm per venditorem. in a-

6 ho. l. Iulianus. & ita patet quòd † interesse singulare non præstatur in omnibus sicut commune nisi in contractibus qui certam habent quātitatem. Quid autē sit certum, dic vt ff. si certum pet. certum est. *Quid incertu*, id est, qui cōsistunt in facto: vt cùm quis promisit se facturum: vt ff. de verb. oblig. v. non. §. quicquid & de reg. iur. qui non facit. in

7 his ergo agitur † ad factum, vel ad interesse: vt ff. de verb. oblig. quotiens. & de reg. iur. si quis ab alio. & habet actor plerunque electionem. sicut in stipulatione de opere demoliendo si apparuerit iniuria, ædificatum: vt ff. de operis noui nunciatione, l. antepen. & in cautione procuratoris actoris qui cauet de defendendo: vt ff. de procurator. sed hæ. §. vlt. quandoque reus habet electionem, vt in cautione procuratoris rei: vt ff. de procurator. inuitus. §. vlt. ita est cùm factum est in obligatione quid si in dando consistat? tenetur ad rem præcisè tradēdam: vt ff. de verbor. oblig. §. vlt. & de act. empt. ex empto. nisi in contractibus innominatis, do vt des, vel do vt facias. ibi enim si dedi, agitur vt det, vel ad interesse actio. præscript. verbis. vt not. s̃. de rerum permutat. *Per suam subtilitatem*, sed quomodo diuinabunt? sed non in-

8 tellige quòd ex solo ingenio hoc percipiant, sed recipiendo † probationes de damno, vt probatur ff. de edendo, argentarius. & s̃. de in lit. iur. l. 2. & ff. de reg. iur. quatenus. nisi per impetum damnum sit illatū, vt per sacramentum solum declaratur: vt j̃. vnde vi. si quando aliàs nō æstimatur interesse meum iureiurando, imò oportet quòd probem in contractibus vel quasi, & in maleficiis vel quasi, nisi sit talis actio, in qua iuretur in litem: vt ff. de in litem iuran. in actionibus. *Et immodicis peruersionibus*. Quid enim si promisissem equos & arma, & ipse dicat, si habuissem, vicissem Mutinos, & cōsul designatus essem: & ita quibusdam machinationibus volebat ęstimare in vniuersum. non ista omnia sunt æstimanda, sed damnum æstimatur verum. & ita cùm ex incerto contractu petitur interesse singulare, præstabitur in solidum. *Cùm scimus*, &c. istud referri potest ad id quod s̃. dixit, singulare interesse non excedere duplum communis, vel ei quod proximè dixi de illa immēsitate cassandi. cassat enim & hoc competēti moderatione, vt non excedat duplum communis interesse. Alii dixerunt quòd vsque ad quadruplum extendi potest, non vltra argum. contra. s̃. de sponsa. l. vlt. & ff. de euictio. si dictum. Alii dixerunt verum scienter vltra duplum, an non. primo casu valet, in alio non, argum. ff. si quis cau. l. sed & si quis.

9 Domino verò Ioan. visum fuit † pœnam conuentionalem, quantamcunque sit, exigi. & idem Yrn. notauit hîc. illud enim competens moderamen est, quod inter eos conuenit, arg. inst. de actio. §. omnes. quia ibi de pœna legali non conuentionali loquitur. vel dicas

quod competens moderamen est, quod l. determinat: vt scilicet si adiiciatur pecuniæ pœna, non excedat summam legitimarum vsurarum: vt ff. de act. emp. Iulianus. §. penult. *Sed etiam in lucro.* Dictum est quod in damno æstimetur interesse: hic dicitur in lucro. vnde generaliter videtur tradere quod in damno & in lucro † æstimetur. In lucro tamen 10 non æstimatur nisi in casibus: puta si agitur arbitraria actione pro eo quod certo loco promissum est. vel agitur locati & conducti, vel agitur ex stipulatione rem ratam haberi. vel agitur actione tutelæ vel L. Aquiliæ. vel interdicto, ne quid in loco publico fiat: vt ff. de eo quod cert. lo. l. ij. §. vlt. & l. sequenti. & loca. & conduc. si in lege §. colonus. & l. in quo, & l. si fundus quem. in fi. & rem rat. hab. si omissa. & ad l. Aquil. si seruum meum. & ne quid in loco pub. l. j. § meritum. & s. arbit. tutel quicquid. fallit ff. de damno. infe. Proculus, & in l. si sterilis. *Quia & ex eo.* Scilicet lucro.

SI NON A COMPETENTE IVDICE IVDIcatum esse dicatur. TIT. XLVIII.

L. I. IVDEX AD *certam rem. Puta domum vel vineam. si de aliis.* intellige, nisi illa sint accessoria, vt fructus. alioquin non potest nisi in reconueniendo: vt s. de filiis l. pen. & authen. & consequenter, sed videtur etiam quod in aliis possit, quia nonne fit quandoque purgatio de tempore ad tempus: vt ff. de iud. l. j. §. sed & iudex, quandoque de persona ad personam: vt ff. de iudic. l. j. quandoq; de re ad rem: vt ff. de iud. de qua re. §. iudex: vnde intellige quod hic dicitur quando non consenserunt ambo, vt iudicet. sed si esset, quomodo incidens tantùm posset quod principaliter pronuntiaret in prima?

L. 2. SI MILITARIS. Statutum, id est iudicatum.

L. 3. SI DE PROPRIETATE. *Hoc causæ proprietatis minimè noceat.* vt notaui s. de senten. & interlo. post sententiam.

L. 4. VT IN PRIVATORVM *causis.* Non solùm fiscalibus.

DE POENA IVDICIS QVI MALE IVDICAVIT, & eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.

TIT. XLIX.

1 *Iudex xenium accipere potest.*
2 *Transactio propter calumniam dicitur imperfecta.*
3 *Contra corrumpentem dari potest actio.*
4 *Sponte confitenti parcitur.*

L. I. CONSTITIT. *Siue priuata.* Quia inter duos priuatos. *Siue publica.* Quia ciuitatis. sic s de sacrosan. eccle. vt inter diuinum. *Siue fiscali.* Quia pertinet ad fiscum. *Vel iudici.* scilicet si dedi ei vt pro me malè pronunciaret siue pronunciet, repeto

repeto secundùm quosdam: vt ff. de condict. ob causam, l. 1. Io. dicit per
1 eandem l. amittere. xenium † tamen iudex potest accipere: vt ff. de off. procons. solet. *Vel aduersario.* Sed nónne licet dare aduersario, vt obtineatur in causa: vt s. de transact. sed illud quando reus dedit actori. hîc econtra. præterea hîc non recedit iudex à labore, ibi sunt in quiete. & si quidem dat aliquis agenti suo nomine, si ciuiliter agatur,
2 & per calumniam transactio † imperfecta est. alioquin contra: vt ff. de condict. indeb. in summa. si verò criminaliter, siquidem tale erat crimen super quo transigi poterat, valet. alioquin pro victo habetur: vt s. de transact. transigere. & ff. de bo. eorum qui ante senten. l. 1. & de præuaric. l. vlt. si autem agentem alterius nomine corrumpo, causam amitto, veluti si tutor erat, curator vel procurator vel delator nomine fisci: vt ff. de iure fisci, eius qui. & l. in fisci. sed & contra corrumpen-
3 tem † dari potest actio de dolo, nisi paratus sit subire iudicium, hac exceptione, si collusum est: vt ff. de dolo, eleganter. §. si dolo. sed & vbi dedi ne mihi faceres negotium per calumniam, vel ne mihi negotium faceres, quod per calumniam factum instituisti, agam in quadruplum intra annum, post in simplum, vel condictione ob turpem, vel actione in factum. sed si dedi ne alteri faceres, aut tanquam vel gerens eius negotium: & tunc ille solus experietur, & non ego, aut non: & tunc ego repetam quod dedi condictione ob turpem causam, & ille aget in quadruplum, si autem dedi vt alii fieret, nil repeto, sed ille cui faciendum erit: vt ff. de calumnia. l. & generaliter. §. illud. & l. in hæredem. §. vlt. & l. si quis ab alio. Io. & hæc omnia diligentiùs in summa notata sunt. Habes hîc authent. NOVO IVRE, &c. *Veniam meretur.* nota,
4 parcitur sponte † confitenti. sic C. de his qui se defe. l. 1. & ff. de iure fisci, edicto. *Sed litigator qui non potuit ostendere.* Nota quòd calumniari videtur hoc ipso quod non probat, arg. s. de aduoca. diuer. iudi. l. 1. sed contra ff. ad Turpill. l. 1. §. 1 sed ibi erat persona quæ ex sola suspicione poterat accusare, vt maritus: vt j. ad l. Iul. de adult. quanuis. *Ostendatur dedisse.* Cuiusmodi dicit, ostendit post sacramentum. nónne credendũ sacramento siue verum sit, siue falsum: vt s. in tit. de reb. cred. & iureiur. l. 1. sed dic quòd hic non fuit sacramentum quod deferetur alicui super quæstione. tunc enim sic valeret, quod non posset reprobari. sed hic iurauit ad purgationem sui: & ideo postea probari potest contrarium: vt notaui s. de re. cre. l. 1.

L. 2. DE EO QVI *pretio. Aut gratia perperam iudic.* Tenet sententia. si verò per pecuniam, ipso iure nulla est: vt j. quando prouo. nec. non est l. venales. & ff. ad Trebel. seruo inuito. §. cùm prætor. *Æstimationis*, id est, famæ: vt ff. de extraord. cognit. l. penult. non tamen iniuriarum conuenitur: vt ff. de iniur. iniuriæ. §. idem Labeo. *Discriminis.* Discrimen appellat periculum causæ.

SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE.

TIT. L.

L. 1. NEQVE SVAM. *In dubium non venit.* Nisi ratione minoris ætatis, vt ff. de mino. in causæ, §. vlt. Idem est iuris supplicationis: vt

s̄.de precib.impera.si quis ad.& authent.quæ supplicatio.

1 *Dilatoria exceptio ante litis contest.propon. debet.*

1 *Peremptoria verò quandocunque ante sententiam.*

L.2. PEREMPTORIAS,&c.Quid obtineat in dilatoria,dicitur s̄. de proba.exceptionem.debet †enim opponi in initio,id est,ante litis cō- 1 test.sed peremptoria ante †sententiam quandocunque. nec obstat j̄. 2 de except.si quidem:quia & si non opposuit in initio,poterit opponere post,& ante sententiam,vt notaui s̄.de præscr. long.temp.emptor. quandoque tamen licet post sententiam exceptionem opponere, licèt non appellauerit,vt s̄.de iur.& fac.igno.l.1.& ff.de re iudi. Nesennius.§.vlt.& de fideiuss.§.item respond.sed in solidum. & ad Maced. tamen si non.& s̄.de procurat.licet.& idem in qualibet, per quam cōtenditur retrò nullum fuisse iudicium, vt si me coactum non coram meo iudice me respondisse dico:vt ff.de feriis l.1.vel dico venalem sententiam,vel inimicitia vel gratia datam,vel falsis instrumentis.

IMPETRATA,&c.Planùm est quod hìc continetur.

DE FRVCTIBVS, ET LITIS EXPENSIS. TIT. LI.

1 *Expensa,quando in fructibus restituendis deducuntur.*

L.1. HOC FRVCTVVM,&c. Potest poni hìc quod dicitur quādo aliquis egit rei vindicat. nedum enim tenetur quis ad rem,sed etiam ad fructus perceptos post lit.contest.vt s̄.de rei vind.certum est. & quid contineatur nomine fructuū, dicitur hìc.Si ergo percepit post lit.contest. ante sententiam x. castel- 1 latas,videtur quòd ista restituentur: sed deduci debet †quod expensum est in fodienda vinea vel putanda seu claudenda, & similes expensæ.& hoc est quod dicit.*Hoc*,subaudi solum. *Iustis sumptibus*,quia ea probantur vtiliter & necessariò expensa,restituuntur. secùs in voluptuaria expensa.*Deductis*.ista deductio cum fit non fit nisi de fructibus:vt si computentur quinque castellatæ pro expensis,quæ supersunt restituuntur.potest etiam poni vbicunque agitur ad rem & fructus,vt in actione ex empto s̄.de act.empt.fundus. Idem quando promisi per stipulationem.lite enim contestata conueniunt fructus: vt ff. de vsur.videamus.§.si actionē.Idem in Fauiana & Pauliana cōmodati depositi: vt in eadem l. & in alia,videamus. intelliguntur ergo fructus deductis expensis.idem dicit lex in actione ex stipulatu sol.matr. vt ff. solu.matr.fructus,ita est inter priuatos.ecclesia nō ita computat: quia si decem castellatas recipiam,debet habere vnam,nec curat de expensis,si aliud velit deducere.& sic aliud in decimis. & ita dixerunt quidam decretistæ.alii quòd computentur expensæ.

1 *Quando quis post lit.cont.bonæ fidei possessor remanet.*

2 *Item quando hæres succedit in vitium defuncti.*

L.2. LITIGATOR *victus*.Litigatorem appellat reum: nec hoc ipso quòd conuentus est,tenetur ad fructus:quia potest esse quòd iustè conuenia-

ueniatur si percepit,& in fine damnatus est. *Post conuentionem.* lite cõtestata contra eum:vt s̃.de rei vindic.certum est. *Nam in sola rei redhibitione.* Non ita sumitur hic sicut j̃.de ædil edicto, sed pro redditione rei.sic ff.de ædil.edic.redhiberc. *Quos percipere potuisset.* Potest referri ad reum,vel aliter ad actorem, quia tenetur reus de fructibus perceptis,vel quos percipere potuit actor si frui licuisset: vt colligitur ff. de rei vind.si nauis.§.generaliter. *Re in iudic.deduc.scien.ma.fi.* &c. M.inhærebat literæ tanquam Iudæus.& intelligebat hoc quando conuentus est,&. lis est contestata contra eum,& sciebat rem esse alienam. Si verò nesciebat,& prætendat ignorantiam,dixit contra. sed nostri do-1 ctores dixerunt bonæ fidei possessorem quoad quædam †remanere bonæ fidei possessorem lite contest.quoad quædam malè.sic quoad restitutionem fructuum,& similia,vt diligenter notaui s̃.de acquir.possess. nemo ambigit.in fi.& dic.vt ibi. *Par habenda fortuna est.* Sicut & s̃.pro-2 batur opinio M.sic & hîc.dixit enim quòd hæres † succedit in vitium defuncti,quia ipse similiter sciebat rem esse alienam. vnde cùm parificentur in facinore,videtur quòd & parificari debeant in pœna: vt s̃. de episcopis,&c. si quemquam.sed nos intelligimus succedere in vitium præsumptione legis.licèt habeat bonam fidem. nõ enim ob hoc excusatur.vt ff.de diuer.temp.præscript.cùm hæres.

TERMINATO *Comminus.* id est,in præsentia. q.d. ad manum. *Promulgauit.* quod quidem post sententiam eadem die suppleri potest:vt ff.de re iudic.Paulus.Idem in fructibus qui veniunt iudicis officio.si iure actionis lata sententia à qua non est appellatum, iudex nõ potest aliquid dicere. sed cùm habeo actionem ordinariam, possum mouere,sicut dicit lex in vsuris quæ debentur iudicis officio:vt s̃.depo.l.4. *Ex litis prima materia.* vt s̃.de reb.cred.si quis seruum. & ff.de re iudicata,si se.§.ait prætor. L.3.

NON IGNORET. *Pro calumnia.* in criminali causa. *Pœnam.* quæ est similitudo: vt j̃ de accusa.l.vlt.in extraordinariis extra ordinem ponitur. *Conside. quantis postu.* Non enim secundùm quãtitatem prçstantur sportulæ:vt inst.de actio.§.tripli.vel dicit postulatorum, id est, aduocatorum. *Pro æstimatione iudicis.* Quia iurabit quantum expendit, & iudex taxabit,vt notaui s̃.de iudi.sancimus. L.4.

CVM QVIDAM *per leges.* *Vel penitus non agnoscendis.* Quod non habemus in solo episcopo:vt s̃.de episcopis,&c.authent.sed hodie. *Super priuilegiis pax liberal.* &c.Hic assignatur contra ff. quod quisque iuris l.3.sed hic non dicit de priuilegiis indultis per liberalitatem, ad differentiam eorum quæ impetrãtur per postulationem. nam & istud per liberalitatem dicitur indulgeri,quia potest dare & non dare imperator:vt supra de precibus imperat.offe.quotiens.sic ergo extenditur ad alium,si per postulationem sit indultum. alioquin contra, vel dicas meliùs quia illud nihil pertinet ad l. istam: quia hic non dicit quod alius vtatur contra eum vel pro eo. imò erat in quæstione si habeat priuilegium circa sportulas aduersarius meus, an ego debeam gaudere eodem priuilegio.quod non est contra eum,imò contra executores vel remp.quibus nihil præstatur,vel parũ. debet. n.æqualitas L.5.

seruari in iudiciis:vt ĩ.de proxi.sacro.scrin. in sacris. nec obstat instit. de iure natur.§.sed & quod prin.hic enim non transgreditur personã, quia non haberem in alia causa:sed ratione suæ personæ mihi concedit lex quòd eodem vtatur priuilegio in hac causa.

DE RE IVDICATA.

TIT. LII.

L.1. REBVS. *Quidem standum est.* Id est, parendum. nisi interponatur appellatio:vt ĩ.de appella. alibi dicitur standum est, id est,non est vltra procedendum.& ideò si ponamus quod sic pronunciauerim, ego pronuncio illum exhæredatum, non debeo dicere quòd mala mente sit exhæredatus, nisi per sententiam appareret:vt ff.de bo.libe.si patronus testamento, & sic sumitur tota die in vulgari,sta ibi.& in similibus locutionibus. si ergo lata est sententia pro æstimatione danda, habet exceptionem, si res ad eum peruenit.sed & actionem commodati contrariam, vel depositi, si res erat sibi commodata vel deposita: vel condictionem sine causa, vt ff. commodati,in commodato.§.vlt.& de condict.sine causa. l. 2. sed videtur contrarium,quia auctoritate sententiæ inhibet repetitionem.at hoc verum est per condictionem indebiti, sed actione ex præcedenti contractu vel condictione sine causa possum eum conuenire, vt s. dixi,& notaui.s.de condict.inde.l.1.& ff.mandati,si fideiussor.

L. 2. RES IVDICATÆ. *Nullus litium finis erit.* Nisi iudex expresserit errorem in sententia,quia tunc nulla est sententia:vt ff.quę senten. sine ap.rescin.l.1.

1 *Intra decem dies appellandum est.*
2 *A lege,iuréue ciuili appellari non potest.*

L.3. SI PECVNIAM. *Cum pœna.* Tripli vel quadrupli. *Non prouocaueritis.* Illico:vt s.quomodo & quando iu.ab eo,hoc est biduo vel triduo: vt ff. quando appel. l. 1.hodie intra x.† dies:vt ĩ.authentic.de tempo. appell.& erat dubitatio hujus l.quia cùm quis conueniatur ex maleficio actione furti, non videbatur posse appellari. sed contra. est,vt dicit. si tamen velit quis appellare à lege, vt quia dicit, appello à sententia, quia lex non bene statuit pœnam quadrupli in furto, non potest. idem in statutis. si appellet ab ea sententia quæ secundùm statutum lata est, quia dicit statutum continere iniquitatem. non enim est admittendum, cùm pro legibus statuta obseruentur, & sint iura ciuilia: & à lege vel iure ciuili † non potest appellari: vt ff. de verbo. fig.si qua pœna.

L.4. SVB SPECIE, &c. Sic s. de transact. sub prætextu. *Exemplo graue est.* Secus est in iureiurando,quia inuentis nouis instrumentis & post iusiurandum agere ex integro permittitur: vt ff.de iureiuran. admonendi, secus etiam in negotio publico: vt ff.de re iudic. imperatores.

AD

AD SOLVTIONEM,&c. Nota quòd petita dilatione ad soluendum, videtur acquieuisse sententiæ,nec instaurari finita poterunt. L.5.

GESTA,&c.*Sicut,&c.*Publicari potest:vt s̄.de co.l.2. & ista gesta.& siue intelligas de gestis extra iudicium, siue de gestis in iudicio publicatis,puta probationibus testium vel confessionibus partiū,perpetuam debent habere firmitatem inter eos in eadem causa.*Translata.* Quæ sic transferri possunt,si vna partium altera præsente vel non cum tabellione qui attestationes scripsit,iudicem ordinarium adeat, qui tabellionem interrogabit,si ita est vt scripsit,& cùm responderit ita, videbit eum gesta in scriptis testibus appositis redigere, sicque habebit perpetuam firmitatem. aliter non cogitur quis credere gestis secundùm Io.imò etiam sine testibus,vt j̄.de dona.donatio.Y. L.6.

DE EXECVTIONE REI IVDICATÆ.

TIT. LIIII.

NIMIS PROPERE. Fortè quia flebat coram eo aduersarius, & ita iussit iudex nimis properè pignora capi ac distrahi. id enim non est constantis & recti iudicis. cuius animi motum vulgus detegit: vt ff. de offic. præsid. obseruandum. L.1.

SI CAVSAM IVDICATI, &c. Consonat huic l. si se. §.si ex conuentione. L.2.

ORDO. *In possessionem earum rerum mittet,&c.*Sicut habes specialem titulum.j̄.si in causa iudica.pig.captum sit. L.3.

STIPENDIA RETINERI, &c. *Possit aliis exequi rationibus.* Ergo si aliis rationibus non possit satisfieri, stipendia poterunt retineri. & est arg.si aliquis clericus condemnaretur,& non haberet in quo res iudicata posset executioni mandari,nisi præbendas,quòd præbēdæ possunt retineri,& fructus percipi,donec ali, satisfiet. verumtamen ista stipendia non possunt alij obligari priuata pactione:vt j̄ quæ res pig. ob. pos.spem.aliud est in executione rei iudicatæ,vt hic. L.4.

ETIAM. *Nomen debitoris.* Confessi demum: vt ff.de re iud.à diuo §. sic quoque iudicis. L.5.

SI VT PROPONIS. *Nequaquam potest.* Nisi præses sit, vel Cæsaris procurator,qui meliùs interpretando sententiam hoc potest:vt ff. de appell.l.ab executore,& s̄.si contra ius vel vtilit. & si non cognitio. quandoque accidit in re scilicet,vili,quod præcipit executori vt componat,vt ff.de iudic.l.vlt. L.6.

SI LONGIS. *Restitutio.* Quam fieri iudex iusserat. si verò antequam perueniretur ad iudicem fuerit in mora, tenetur de percipiendis fructibus. vt ff.de vsur.in fideicommissi. L.7.

EXECVTOREM,&c.Quandoq; etiam ille qui facit partes apparere in iudicio,dicitur executor.idémq; dicitur apparitor: Idem dicitur causam præparans:& similiter dicitur officialis,&idem dicitur catholicianus:vt s̄. de iud. apertissimi.& l.vlt. & j̄.authen. de iud. §.audien. & de defenso.ciuita.§. ex prouinciali,& j̄.de bo.dam.l.pen. L.8.

L.9. EOs QVOS. *Siue confeßi debitum,&c.* Nota quòd confessus condemnatur:vt ff.de confes.Iulianus. nec obstat. ff. ad l. Aquil. proinde quia quod dicit nullas esse partes iudicandi in confitentes, est intelligendum in cognoscendo.sed aliquæ sunt in pronunciando. *Intra statutum spatium.* Hodie quatuor mensium,olim duorum,vt ff.de re iud. debitoribus.§.vlt.

DE VSVRIS REI IVDICATÆ.

TIT. LIIII.

1 *Centesima vsura quæ dicatur.*

L.1. IS QVI BONA. Scilicet, debitoris. *Persequitur.* Non intellige quòd ageret. vel hæredit.peti. sed personali actione. conueniebat enim debitorem ad c.& condemnatus est,debitor non appellauit. consequitur bona, quia postulat se mitti in possessionem,misso eo in possessionem bonorum potest petere centesimam vsuram elapso legitimo tempore.intellige ergo,persequitur iudicis officium vt mittatur in possessionem bonorum, quæ quidẽ tenet iure pign.non ratione dominij. & quod ex his percipit. restituit domino,vel debito tantum decedit,vt ff.de bon.auct.iud.prætor ait.& & est † centesima vsura quæ æquiparatur sorti in capite anni.dimidia 1 centesimæ,quæ continet finito anno dimidiam sortis, vel pone quando agebat personali & hypothecaria ad bona.

L.2. EOs QVI. *Nec nostra sanctione.* Græca fortè, quam non habemus.

1 *Nouatio per litis contest.fieri dicitur.*
2 *Item & sacramento res nouatur.*

L.3. SANCIMVS. *Post datas à nobis quadrimestres inducias.* Olim duo menses dabantur vt s̄.de re iudi debitoribus,§.vlt. *Quæ ex pristino contra in condem.&c.* De hoc benè poterit dubitari,quia vsuræ quæ deductæ erant in condemnationem,non sunt vsuræ,sed sicut sors petebantur,vt ff.pro soc.l.socius qui. *Iam constituimus.* Suprà de vsur.l. vlt. *Si enim sine emendatione,&c.* Hìc innuitur quòd olim in isto casu vsurę prioris centesimæ daretur vsura. *Centesimæ.* Id est,centesima vsura.vel subaudi quam sicut centesimæ ex nostra l. s̄. de vsur. eos.vel aliter quasi dicat, cùm minores vsuræ descendentes ex contractibus vtiliter factæ sint centesimæ ex hac nostra l.si post quadrimestre tempus absurdum esset si reus tantas vsuras daret & de vsura,& de sorte.In capi. lege nostra excep.ff. de neg. gest. quòd j. de ædif. priua. si vt proponis.

Su in vet. *Necessitas rerum.* Quia necessitate impediti sæpe ad tempus soluere non poterunt. *Si enim nouatur.* Per sententiam nouatur,quia quidam decedit, cùm detur exceptio rei iudicatæ. quidam accedit;cùm detur actio in factum,quæ prius non competebat.aliter † fit nouatio per lit. 1 contestat. quia per eam semper accedit. Voluntaria autem dicitur nouatio, quæ decedit: vt ff. de noua. aliam. & notaui s̄. de iudic.l. 1.

& vo-

& voluerunt quidam dicere quòd per sententiam tollitur actio prima. sed hoc iniquum esset, cùm in fauorem eius pro quo pronunciatum est, lata sit sententia: vnde in damnum ipsius non debet retorqueri: vt s̄. de legib. & const. quod fauore. vnde dic quòd hic impropriè ponitur nouatio, arg. ff. de pig. grege. §. etiam. & de fideiusso. fideiussor & ita. & de iudic. argentarium. §. nomine. Item dicitur sacramento 2 † res nouari, & tamen datur actio prima, vt ff. de iureiuran. qui iurasse. §. vlt. & l. eum. 1. respon. *Necesse est vsurarum, &c* Secus in fructibus perceptis, in percipiendis autem distinguitur: vt ff. de vsur. in fideicommissi. *Inhiberi*. Nisi fuerit appellatum frustratoriè: vt ff. de vsur. tutor. *Etiam ad fideiussores eorum, &c.* Fallit in personali exceptione, vt in ea quam habet principalis ne condemnetur nisi in quantum facere potest: vt ff. de except. exceptiones. *Nullum*. Ferè, vt ff. de procura. l. antep. quia per medium fideiussorem & per mediam personam inquietabitur, vt ff. de libera. lega. si quis decedens. §. nunc.

SI PLVRES VNA SENTENTIA CONDEMnati sint. TIT. LV.

SI NON SINGVLI. Potest poni quod hîc dicitur, in duobus tutoribus vel curatoribus qui in solidum obligantur: possunt tamen postulare beneficium diuisionis, si in tempore lit. conte. fuerunt soluendo: vt ff. de tutelis & rat. dist. l. 1. §. nunc tractemus, & s̄. de diui. tute. l. 2. assignatus contra huic l. & seq. ff. de excep. rei iudi. euidenter. Respond. quia exceptio rei iudicatæ non proficit ei contra quem iudicatum est. hic autem cùm condemnatio facta esset simpliciter, videtur pro parte condemnatus. pro alia absolutus tacitè. L. 1.

QVOTIENS *à tutoribus*. Dic vt in superiore lege notaui. L. 2.

QVIBVS RES IVDICATA NON NOCET. TIT. LVI.

SI NEQVE. *Sine præiudicio rer. iudic.* Præsumptio tamen qualis qualis, est contra hæredem: vt ff. de iureiurand. si duo, & j. eod. iuris. & ideo poterit appellari: vt ff. de appell. à sententia. quod ergo dicitur, sine mandato fratrem non posse agere, hoc ad fratris commodum accipi dicunt, vt si vincat, prosit fratri, aliàs enim si ratum non habeat, non præiudicauit: vt ff. iudica. sol. l. 3. L. 1.

RES INTER ALIOS, &c. Fallit quod hîc regulariter dicitur in causa filiationis & ingenuitatis, & de inoffic. testam. vt ff. de l. b. agnos. l. 1. in fi. & l. 2. & de inoffic. testam. Papinianus. §. si ex causa. & de statu homin. ingenuum. fallit & alibi: vt ff. de re iudic. sæpe. §. scientibus. L. 2.

L.3. IVris. *Officere non posse.* Hoc intellige in eo qui priuatim detulit accusationem. nam secus in publica. vt j̃. de accusa. si quis homicidij, & ff. de præuarica. præuaricationis.

L.4. Nec in simili. Planum est quod hic dicitur.

COMMINATIONES, EPISTOLAS, PROGRAMMATA, SVBSCRIPTIONES, AVCTORITATEM rei iudicatæ non habere.

Tit. LVII.

L.1. NEc vim stipvlationis, &c. Non in causam, pupillorum fauore, vt ff. de administ. tutorum. l. tutor qui repertorium, §. si deponi. contra Io.

L.2. REi ivdic. &c. Debet enim pronunciare vtraque parte præsente, vel absente, per contumaciam.

L.3. EA qvæ. *Subscriptionibus.* Scil. sententiæ contrariis, cùm iudex rescindere sententiam nititur, non enim potest diffinitiuam sententiam mutare, vt ff. de re iud. iudex. & de appel. à sententia. aliud in interlocutoria: vt ff. de re iud. quod iussit. & de arb. dicere. §. t.

L.4. Interlocvtio. *Apud acta.* Id est, apud eos qui scribunt acta.

L.5. IV dex. *Part. alleg. audi.* Quia assertione partium panduntur merita negotiorum. *Ad libellum.* Conuentionalem, quia subscripserat vt mitterentur in possessionem sine causæ cognitione.

L.6. PRogramma. Quidam dixerunt hoc esse epistolam quæ mittitur de ciuitate in ciuitatem, vel de prouincia in prouinciam, vt ille aliquid det vel faciat. Io. intellexit de scriptura publica per manum tabel facta.

L.7. QVod magno conflictv. Verborum & allegationum. non intellige quòd ad arma prosiliat. *Temerè descriptis.* Ideo dicit, quòd quidam stulti iudices sunt, qui ita præsumunt de se, quòd nolunt audire partes, imò dicit, bene scio quid vultis dicere. & si ita ferat sententiam, non valet, nec intelligas quòd propter paucitatem literarum, vel si proferatur paucis literis, ob hoc non valeat sententia. hoc enim falsum esset: quia hoc solum non rescindit sententiam, sed si fiat cum prædicta temeritate.

SI EX FALSIS INSTRVMENTIS VEL testimoniis iudicatum erit.

Tit. LVIII.

L.1. SI tabvlas. *Prebebit notionem suam.* Non dico vt quidã, quòd ipso iure non teneat sententia, imò tenet: sed habet beneficium restitutionis: vt ff. de re iudi. diuus. *Quia nondum de fal. quæ est.* Quamuis enim per consequentiam videatur iudex confirmasse instrumenta, eo enim ipso quòd pronunciauit ipsum hæreditatem habiturum ex testamento, fidem instrumentis

tis habendo. videtur per consequentiam instrumenta comprobasse. tamen quia nondum quæsitum est, ideóque nec diffinitum, quæri prohibetur. secus si quæsitum esset, nec appellatum: vt s. de fide instru. l. vlt. & est bona concordantia ad l. istam. s. de transact. si ex falsis. L. 2.

ET QVI NON. Quod dicitur in hac l. planum est.

1 *Falsa testatio, quid.*
2 *Sententia ex falsis instrumentis lata reuocatur.*

FALSAM *Quidem testationem.* Falsa testatio dicitur scriptura quæ L. 3. 1 continebat falsa testimonia † testium. & ita respicit illam partem rubricæ, si ex falsis instrumentis vel testimo. iudicatum erit. hæc ergo testimonia erant vera in vno sensu, id est, verum erat quòd ita testes dixerunt. & ad hoc non referetur falsa testatio, sed ad hoc quia ea quæ dixerunt, & quæ continentur in ista scriptura, fuerunt falsa: & sic si iudex secutus fuerit in iudicando hanc falsam attestationem, retractabitur sententia, sed & potest appellari falsa testatio sine scriptura, dicta falsa testium, & instrumentis non erat dissensio, quia omnes con- 2 uenerunt etiam quòd ex falsis instrumentis † sententia retractetur, sed in testimoniis dissentiunt: quia P. dixit non retractari sententiam, si ex falsis instrumentis fuerit iudicatum. nisi testes fuerunt corrupti pecunia: vt ff. de re iudi. diuus. aliàs infinitæ sententiæ rescinderentur, & secundùm eius opinionem dominus Papa constituit quandam decretalem. Io. verò generaliter dixit tam ex instrumento quàm testimoniis falsis, siue fuerint pecunia corrupti, siue non, rescindi sententiam: quia in exercendis litibus eandem vim obtinent instrumenta & testes: vt ff. de fide instru. in exercendis, & ita datur beneficium restitutionis.

IVDICATI. *Executio.* Plana est lex ista. L. 4.

DE CONFESSIS.

TIT. LIX.

1 *Minor per confessionem quando sibi præiudicat.*
2 *Confessio tutoris quando non nocet.*
3 *Syndici ecclesiæ, procuratorisq; confessio quando præiudicat.*
4 *Regula, confessos pro iudicatis haberi, quomodo intelligenda.*
5 *Confessio extra iudicium non præiudicat.*
6 *Quando post confessionem sententia ferri debet.*
7 *Vtrum in criminalibus confessio præiudicet.*
8 *Vtrum quis à confessione recedere possit.*
9 *Ante litem contest. licui est pœnitentia.*
10 *Turpe est nobili & patricio, ius in quo versatur, ignorare.*

CONFESSOS, &c. Intellige de maioribus xxv. annis. tunc L. 1. enim bene præiudicatur ei. si verò esset minor xiiii. & si- 2 ne tutore non præiudicare † nisi in casibus in quib. per se agere possunt minores: vt s. qui legit. perso. momenta-

riæ,& ff.de lib.ho exhi.quod & lex. §. hoc interdictum. secus si esset pubes,quia præiudicat:sed restituitur:vt ff.eo.certum confes.§.vlt.intellige etiam quod hic dicitur, quando confitetur certum, quia si incertum,secus esset,vt in prædicta l.certum,circa principium.Item quando dominus causæ confitetur.confessio enim tutoris † non noceret,vt ff.eod.certum §.sed an.quid ergo dices de his quæ acta sunt cum tutoribus & syndicis?& certè debet stari illi confessioni, si probetur à domino,alioquin stabitur ei.quia tales personæ loco dominorum habētur,vel ideò dicit,qui minor habet beneficium restitutionis. Idem in syndico ecclesiæ † & procuratore.si enim domino absente confessus est,non præiudicat.si dominus est præsens, videtur quòd præiudicet: quia idem dicit lex in aduocato.s̄.de erro.aduoca.ea quæ.& hoc si dominus habet discretionem,si enim esset infans, pro absente habetetur:vt ff.de arbit.diem.§.pen.defensor tamen non præiudicat ei quem defendit,sed sibi:vt ff.de interrog.act.si defensor. intellige etiam quādo confessio non est contraria naturæ,quid enim si confiteatur te esse asinum,vel te senem esse suum filium,cùm ipse sit iuuenis? tales enim confessiones in iudicio non valent. Item si Iudæus confiteatur se possidere mancipium Christianum quod non potest esse: vt ff.de interro. act.confessionibus,& l.si seruus ab hostibus. *In iure.* Id est,apud iudicem lite contest.in hoc differt ab illo tit.de interrog.actio.quia ibi loquitur ante lit contest.lite enim cont.potest interrogari quis de omni quæst. pertinente ad causam.aliud autem in casibus xi.notatis in summa §.1.& ideò glo. latur ibi in iure, id est, apud magistratum.fit enim interrogatio à iudice procedente ante litem contest.in casibus: vt s̄. dixi,& summatim, vt ff. de interrog. act. voluit. & l.si defensor: sed hic in iure,id est, in iudicio apud iudicem, vt saluo iure maiorum. sic enim sumitur ius ff. de iust. & iure. l. penultim. cùm enim dilatio à iudice procedente peti non possit, ergo nec huiusmodi petitiones fiant in processu. sic ergo semplenè videtur dixisse imperator quòd si aliquis confitetur in iudicio se esse seruum meum, videtur quod in liberali causa non præiudicet, vt s̄.de libe. causa, interrogatam, & l. nec si volens. sed ibi non erat iudicium liberale, imò ita dixit cuidam potenti, volo te inuestire de persona mea,& esse tuus seruus. sic enim si confitetur in iudicio,non præiudicat, fortè quia commiserat maleficium,& aufugit ad domum suam. vnde sic perfectè traditur reos cōfessos in iure contra se:quod ius & natura non respuit, vel certam speciem vel quantitatem se debere, vel factum, cuius nomine sit actio cum olio,vel rem meam esse, pro † iudicato habetur, & intellige singula verba,sicut suprà dixi,& in summa diligenter notatur §. confessus.& tribus §§§. sequentibus. Item ideo dicit de confessione in iure, quia extra iudicium † non præiudicat. quod enim in vno permittitur, in alio prohibetur:vt ff.de iudic.cùm prætor.nisi causa fuerit expressa, secundùm nos, alij contra:vt notaui s̄.de non numer. pecun. generaliter. vnde quidam super istum titulum scripserunt auth. falsum.sic si debitor fuerit confessus de debito, vel de alijs rebus coram vicinis vel amicis,pro eodem habetur acsi coram iudice vel apud magistratum confessus fuisset.nec enim est in corpore authentic. est

tamen

tamen authent. de testibus, quæ loquitur de confessione creditoris dicentis pecuniam sibi esse solutam corã testibus rogatis: vt §. de testibus rogatis. Item quod dicitur confessum haberi pro iudicato. est intelligendum quando aduersarius est præsens, secus videtur si absens: vt ff. eod. certum. §. si absente. ibi nec soleat, &c. per literam enim illam videtur quòd absente aduersa parte confessio non præiudicet. sed hoc non ita est, quia non determinat quæstionem illam. tamen cum absente reo contrahitur eremodicium secundùm vetera iura, non autem ab sente actore: vt §. de iudic. properandum. hodie absente vtroque videtur quòd in absentia vtriusque partis, si aliquid confiteatur contra se pars actoris vel rei, sibi præiudicet, sed posset quæri, vtrum debeat † ferri sententia post talem confessionem. In criminali causa bene conueniunt omnes quòd sic: vt ff. de custo. & exhib. reorum. l. si confessus. Idem Io. dixit in ciuili: vt ff. co. Iulianus ait, & ad idem §. de exc. rei iudi. l. vltim. Alij dixerunt quod in ciuili non est pronunciandum: vt ff. eodem. ad l. Aquil. proinde 2. §. si procurator. sed exponebat Io. quod dicit lex illa, vt notaui in l. de execu. rei iudic. Domino meo visum fuit distinguendum an actor nunciauerit causam iudiciario ordine per libellum litem contestando, & similia: vt tunc confessionem debeat sequi sententia. ex ordine vel abrupto fecerit quis reum per sacramentum à præside interrogari, vt tunc nulla debeat sequi sententia, sed præcipiatur à iudice pecuniam ∫. x. dies. vel si est rusticus, xx. secundùm consuetudinem ciuitatis solui: sicut cottidie seruari videmus: *Quare ergo.* Non est bona litera: quia sufficit, quare sine causa. &c. vel dicas, ergo quare sine causa, &c. *Cùm & soluere.* Aliàs accepta cogeris. *A confessione.* Subaudi, facta sponte, non formidine tormentorum. nam tunc sibi non præiudicaret, nisi post modum liberato eo à tormentis perseueratum sit in falsa demonstratione confessionis: vt ff. de quæstionibus. l. 1. §. diuus. & §. si quis vltro. per illam l. dixerunt quidam

In textu co. non legitur ergo. endas itaque veteri lectionem.

7 † quòd in criminalibus confessio non præiudicat. sed falsum est. hoc enim est. quia suppositus erat quæstionibus. & vt plenè scias quando
8 quis possit † recedere à confessione, an non, distingue vtrum confiteatur ante litem contest. vel post. si lite contestata, & erret in facto, non præiudicat sibi ante diffinitiuam sententiam. si verò in iure, non est admittenda talis ignorantia: vt ff. cod. non fatetur, & §. de iur. & fact. ignor. error facti. si ante lit. contest. aut dicit quòd sit falsum, aut quod verum, si quòd sit verum, & velit pœnitere ante litem contestatam licet, quandocunque velit ante, nisi in casibus, vt quia ille sciebat suam conditionem. aliter enim fit aliquis liber seruus, vt in eod. tit. notaui. l. non ideò. secus in liberali causa, quia ibi præiudicat confessio nedum in eo iudicio, sed etiam in alio: vt §. de libera. cau. iubemus. sed & cum prædio transirent adscriptitij: vt ∫. de agricolis, cùm satis, & l. cùm scimus. quid in causa matrimonij, si aliquis in iudicio confiteatur illam consanguineam suam? puto quòd sic, licèt per decretales epistolas constituatur contra, quãdo peto à certa persona, puta Titio, & aliquis obtulit se sine causa, cùm non possideret. si verò nescio
9 à quo petam, & ipse obtulit se, licet pœnitere † ante litem contest. sed si post litem contestat. aliquis sine causa se obtulit defensioni, & ipse

non possideat,& actor ignoret.non licet pœnitere:vt ff.de rei vindica. is qui se obtulit, & duabus ll.sequentibus. Item non licet pœnitere quando ante litem contestat. confitetur quis se possidere, vt alius qui vsucapiebat vsucapionem compleret, etiam si sit incerta persona,à qua petere vellem, quia quærebam rei possessionem, & ipse se obtulit: vt ff. de dolo. l. penult. si quidem dicat quòd sciuit esse falsum, & ante litem contestatam,aut errauit probabiliter, imò fecit dolo, vel culpa dolo proxima, tenetur: vt ff. de interroga. act. de ætate. §.penultim. & vltim.sed sciendum est quòd iuris ignorantia etiam in damno vitando præiudicat in iudicio. nec enim quòd non præiudicet habet locum in iudicio. debent enim omnes homines scire iura: & ideo non potest dicere quod dixit, & alibi dicitur,turpe † esse nobili & patricio viro ius in quo versatur ignorare. ff. de orig. iur.l.1.§.Secuius. 10

Legitur in vulg. cod. Res inter alios actas vel iudicatas aliis nō nocere.

INTER ALIOS ACTA VEL IUDICATA, aliis non nocere. TIT. LX.

L.1. INTER ALIOS. *Non posse facere praeiudic.*Subaudi,plenum: quia semiplenum bene posset:vt ff.de appel. à sententia. vt s. de lib. cau. iubemus.

L.2. INTER ALIOS FACTAM. *Non posse facere praeiudic.* Nec debitore victo de proprietate rei pignoratæ,creditori præiudicatur:vt ff. de pigno.si superatus.

L.3. SI CUM FRATRE,&c. Planum est quod hic dicitur.

DE RELATIONIBUS.

TIT. LXI.

L.1. SI QUIS IUDICUM. *Hesitandum.* Id est, dubitandum. *Quod plena instructione indigeat.* Imò debet recipere probationes & similia.*Consultationis.*Id est,relationis. *Refutatorias preces,*Id est,appellationem. quod si non facit, non appellabit postea a consultatione,sed à sententia quæ postea feretur propter iudicis iniquitatem: vt ff.quando appe.sit.l.1.respon.& vlt. *Offerat* Quod si non fecerit,sibi præiudicat,vt ff.de appel.l.1.§.quæsitum.

1 *Ante relationem non debet ferri sententia.*

SUPER DELICTIS. *Nunquam,* in casu remittitur ad principem:vt j. authentic. vt iudi.si quoquo suffra.§. interdicimus. *Exemplum.* Exemplificat enim quæ scripta sunt de partium conuentionibus, siue testium.& sic † ante relationem non debet ferri sententia.vt s.l. prox. 1 & hoc circa delicta.in casu speciale est,quòd ante feratur sententia: vt ff.de legat.3.l.1.*Cum allegationibus repelluntur.* Hoc est, cùm iudex diu distulit consulere principem,ideò quia altera partium se adhuc allegaturam dicebat,& iudex refutata tali dilatione consulit postea.

1 *Index*

1 *Iudex consulere debet de iure non de facto.*

SI QVANDO RATIO. Quia dubitabatur de quæstione. *Aut necessitas.* Quia non poterat cognoscere vel pronuntiare. *Omnem omnino causam.* Id est, omnia quæ videntur pertinere ad causam circa probationes, circa defensiones. *Relationis series comprehendat.* Debet ergo relationis series omnem causam comprehendere, & iudex debet 1 consulere † de iure, non de facto: vt ff. de iudic. eum qui temerè. si verò fingit se dubitare iudex de eo super quo non est dubitandum, & ita retulit, vel relationem fecit, punitur: vt s. de legib. & constit. l. 2. si, autem referat, vt remittatur sibi onus iudicandi, non est audiendus: vt in authent. vt iudi. non expect. sac. iuss. vt si sit talis qui non possit iudicare, sed cognoscere, vt legatus proconsulis: vt ff. de off. proconsulis l. solent. in prin. & l. si quid erit quod maiorem.

L. 3. *Legitur in tex. cod. omnes omnino causas.*

DE APPELLATIONIBVS ET CONSVLtationibus. TIT. LXII.

1 *Quando prius de possessione cognoscitur quàm de proprietate.*
2 *Sententia quando est ipso iure nulla.*
3 *Ius speciale facilius amittitur quàm commune.*

PRIVS DE POSSESSIONE, &c. Casus ita ponitur, cùm vterque duorum se possessionem habuisse assereret, alter ab altero sibi factam vim proponebat: priùs discutiendum quis possederit, postea de violentia, scilicet, si quis ad quẽ venerit possidentem. si enim agatur de violentia per interdictum vnde vi, vel actionem vi bonorum raptorum, vel per constitutionem, si quis in tantam: & alius dicat se non intulisse violentiam, sed se possidere, discutiendum est quis primò possederit. sic ergo agebatur duobus interdictis. vnde vi intentabatur pro recuperanda possessione, & reus conueniebat actorem vti possidetis pro retinenda possessione circa immobilia, vel vtrobi circa mobilia. & sic libellum composuit contra actorem, qui inquietabat eum in possessione sua. hic enim pri1 mò cognoscetur de † possessione, & pronuntiabitur, scilicet, hodie quis tempore lit. contest. possederit: vt instit. de interdic. §. retinendæ vsque ad illum §. possidere. & post cognoscetur, & pronuntiabitur de violentia. vnde cùm exposita sit querimonia de violentia, & confiteatur violentiam intulisse, sed in sua possessione retinenda, & ita vim non videtur fecisse. vt ff. de vi & vi armata. l. 1. §. vi possidere. si pronũtiauit priùs de violentia quàm de possessione, malè fecit: quare poterit appellari, vt dicit. si verò non intendatur nisi interdictum vnde vi, non cognoscet de possessione nisi incidenter propter interdictum vñ de vi, secundùm Azonem: vel vt nullum habeas cõtra. ita pone casum: Aliquis de recuperanda possessione ciuiliter & criminaliter me conuenire poterat: conuenit me ciuiliter interdicto, pendente iudicio agit criminaliter: non potest, quia interim fit præiudicium: vt ff. vi bon.

L. 1. *Sic in vet. libro.*

rap.l.2.§.1.si ergo pronuntietur de crimine, iustè appellatur secundùm Io.sed primo modo posuit dominus meus, non secundo. & ita assignatur contra s.de senten.& interlo.prolarum. sed ibi dicit quòd non tenet sententia quando lata est contra solitum ordinem iudiciorum,vt si non tulit in scriptis,aut sedendo, vel per se, sed per alium. tunc †enim ipso iure nulla est:& ideo non est opus appellatione.aliud est si contra specialem nō communem ordinem iudiciorum sit lata. si enim talem ordinem prætermisit,tenet sententia, & potest appellari ab ea, vt hîc dicit.minùs enim est offendere specialem ordinem quàm communem,& sic not.s.si aduersus vendit.& ad Velleia.quia faciliùs †amittitur ius speciale,quàm commune. si tamen audiuit quosdam testes iudex,& alios quos adhuc possem inducere,noluit audire,& sic pronuntiauit,non fecit contra communem ordinem: & ideo bene dico tenere sententiam.præterea videtur contra.j.ad l. Iul. de vi pub. si quis ad se.sed hîc non constabat quis primò habuit possessionē quiete,vel constabat,nec est contra,quia ibi dicitur & in ea requiri quis ad quem venerit possidentem. vel quod ibi dicit, ante omnia, intelligendum est,id est,antequam agatur de dominio vel quasi,non autem discutiatur causa retinendæ possessionis.sed & contra.est apertè ff.ad l.Iul.de vi pub.qui cœtu.§.si de vi.& hic adhibe proximam prędictam solutionem.

L.2. NOVVM. *Rescripti mei.* Quo delegata fuit causa, & tunc nihilominus appellauit:vt j.eod.l.eos.videbatur quòd non,quia delegatus erat à principe,sicut nec à principe potest.

L.3. APPELLATIONE. *In præiudicium deliberationis.* In causa appellationis facienda,vel appellationis factæ ex deliberatione. Vel deliberationis ideo,quia deliberat iudex an ea sit recipienda: vt ff. nihil nouari.in princ.l.1. *Et in eo statu,*&c. Nisi in casu, vt j.quorum appell. ab executione.Item non sunt in eodem statu, quia actor in priori iudicio poterat plus petere,vt instit. de act. secundùm M.ante lit. cont. secundùm Io.hîc autem plus petere non poterit in causa appell. vt j. de tempo.& repar.per hanc.Y.

L.4. SI ADSCRIBATVM. Vt sit tabellio. *Conuelli statuta non possunt.* Necesse enim est acquiescere nominationi: vt j.eo.qui ad ciuilia. aliud est in tutela:vt instit.de excusat.tut.§.quod autem: & ff.quando appell.sit l.1.§.si quis tutor.

L.5. PRÆSES PROVINCIÆ. *Apostolos.* Apostoli sunt literæ dimissoriæ,sicut & apostoli dicebantur quia mittebantur vt prædicarēt: *Præscriptum est.* Vt j.eo.si appellationem.l.iudicibus.

1 *Iudex appellationis, iustam vel iniustam sententiam pronuntiare debet.*

2 *In causa appellationis quomodo iterum producere liceat.*

L.6. EOS QVI. *Ad iudicem suum.* A cuius sententia appellatum est. nō enim idem cognoscit de appellatione, licèt in integrum restituere possit,& sibi supplicatio fiat:vt s.de precibus imperat.offe.authentic.quæ supplicatio,& ff.de minor.in causæ.2.§.vlt.& l.præses prouinciæ. *Propria sententia,*&c. Totum tamen alii committere posset,vt notaui

dicétne iudex, Age possessorio prius iudicio? non, quia de talibus non debet se intromittere, & not. ff. ve quæ desunt aduoc. si tamen vtrũque iudicium competat, consulit iudex quòd primò agatur possessorio. & voluerunt quidam intelligere de possessione retinenda, & rei vendicatione. debet enim priùs agere possessorio iudicio, ne sibi contrarius, quia diceret se possidere, & non possidere. si verò quæstio sit
2 de recuperanda possessione, tunc † ad vtrunque simul debet admitti. nobis tamen visum contra, vt ff. de iud. si de vi. & hic loquitur indistinctè de recuperãda vel adipiscenda. & pro nobis est j. quorum leg. pro eis tamen videtur. ff. de vi & vi ar. cùm fundum. §. vlt. & de acquir. poss. naturaliter. §. nihil. & respon. ad ll. illas, sicut plenè notaui de rei vendic. ordinarii. *Licèt in extraord iud.* Quia sublata est hodie solen-
3 nitas interdictorum † ad exemplum tamen eorum res agitur: quia in locum interdicti succedit actio in factum: vt j. inst. eod. in fin. & not. s. de act. empt. l. vlt. sic sunt sublata alia solennia in actionibus: nec oportet aliquem impetrare: vt s. de for. & impetra. act.

SI QVIS AMBAGIBVS. Id est, verbis solemnibus. *Auspicia.* id est, initia. simile statuitur circa bonor. possess. s. qui admit. ad bonorum possess. l. vlt. L. 4.

QVORVM BONORVM.
TIT. II.

1 *Possessorium primò intentari debet post petitorium.*
2 *Liberis præteritis datur bon. poss. contra tab.*
3 *Filius is est quem nuptiæ demonstrant.*
4 *Agnitio bon. poss. non fit in figura iudicij.*
5 *Aliquando verba transposita idem significant.*

HÆREDITATEM *petiturus.* Et sic in princ. loquitur quãdo acturus erat hæreditatis petitione. j. tamen dicit quòd agit interdicto quorum bonorum causa adipiscendæ possessionis rerum hæreditariarum. & hoc non potest esse, vt L. 1.
1 s. tit. 1. incerti. dic ergo quòd primò intentetur † iudicium possessoriũ, post petitorium. Sed quomodo possessor petet hæreditatem? imò potest: nec est sicut in rustico qui erat in iumento, & quærebat suum iumentum. possum enim agere pro his quæ non possidet conuentus, & similibus casibus. vel dic quòd interdicto quorum bonorum summatim cognoscitur vtrum aliquis sit hæres bonorum poss. & ita quodammodo agitur hæred. pet. *Iudicibus.* Non dicit, aduersæ parti, quia ei non fieret fides. *Super ea re.* Id est, controuersia. bonorum posses. cõ-
2 tra tabulas, quæ datur † præteritis, vt notaui s. de bon. poss. contra tabulas, vel potes dicere quòd accepit bon. vnde lib. de alia enim non dicit, vt ponat exemplum. *Allega.* i. proba. *Vt præteritus.* vt, notat veritatem, sicut veluti in definitione l. quorum bon. & dicitur quorum bonorum in primis verbis edicti. vnde ita loquitur, ff. eod. quorum bonorum, &c. *Quòd si te defuncti filium esse.* Sed qualiter probabit hoc? vide-

tur impossibile: vt ff. de condit. & demonstrat. Lucius. at licèt directè sit impossibile, per cōiecturas tamen quasdam potest probari, vt quia probat se natum ex ea, & similibus. filius enim is † est, quem nuptiæ demōstrant: vt ff. de probat. l. vlt. & de his qui sui vel alieni iuris sunt. l. filium. & de in ius voc. quia. debet ergo se probare filium cùm agit interdicto bonorum. sed nónne probauit petita bonorum possess. contra tab. & certè sic. quare ergo habet necesse hoc probare? & ideo glossauerunt quidam probaueris. i. probaueris te probasse, vt sit similis expositio de his qui ve. æta. l. 2. nos tamen dicimus illi simile non esse verum, vt ibi notaui. vel tunc non conueniebatur ille qui modo conuenitur: & ideò modò probat: quia res inter alios acta, &c. & ita hodie habet necesse probare, licèt primò probauerit, quia non probauit in forma iudicii, cùm agnitio bonorum possessionis non † fiat in figura iudicii: & ideo non priuat hæredem possessione. nec enim sequitur quòd si agat bon. poss. quia bon. possess. habeat. licèt aliàs dicatur quòd nomina & verba † transposita idem significant: vt hoc not. §. qui admitt. ad bon. poss. l. 1. nec est via agendi bon. possess. sed propter eam agitur aliud in hæred. petit. quæ prodita est de iure ciuili, & quorum bon. interdicto, pro quo datur in factum actio de iure prætorio, vt in eadem l. notaui. fit enim sola voluntate agnitio bonorum possessionis, iudiciali auctoritate olim decernebatur. vt not. §. qui admitt. ad bon. poss. l. vlt. sed in interdicto quorum bonorum necessarium est quòd porrigatur libellus, & necesse habeat probare se filium, & ad hæreditatem vel bon. poss. admissum. posset enim esse filius, non tamen admissus ad hæreditatem: vel si exhæredatus est à patre, & assignauit causam ingratitudinis. licèt enim verè sit filius, tamen repellitur. datur autem hoc interdictum contra possidentem, pro hærede vel pro possessore: vt ff. eo. l. 1. sicut & hæreditatis petitio regulariter & in legibus sequentibus. sed in alio differunt, quia hæreditatis petitio directa datur ei qui hæres est de iure ciuili vtili bon. possessori. directum autem interdictum quorum bonorum possessori vtile ei qui de iure ciuili est hæres. sed & interdictum non datur pro re incorporali: vt ff. eod. l. 1. sed quid prodest interdictum quorum bonorum? nónne sufficiebat constitutio Diui Adriani §. de edict. Diui Adriani? sed illud quando ex testamento petitur hæreditas, non cancellato, non vitiato. hoc autē deficiente, quia non semper habetur, agitur interdicto quorum bonorum pro adipiscenda possessione, vel si vult hæreditatis petit. salubrius tamen consilium est agere interdicto, vt ff. de rei vendic. si quis destinauerit. aliàs incipit is qui destinauit.

3

Sic in vet. libro.

4

5

L. 2. SI EX EDICTO *Sororis patruelis.* Quid hoc sit, vide ʒ. instit. de grad. cogna §. quarto gradu. *Integrum est.* Quia super hoc non fuit transactum, neque iudicatum.

L. 3. CONSTAT. *Verum.* Planum est quod hic continetur.

QVORVM LEGATORVM. TIT. III.

1 *Hæres quando retentione legatorum vti potest.*

2 *Incidere in edictum D. Marci quid.*

HÆREDIS

HÆREDI SCRIPTO. *Si exhausta legatis successio prob.* Hîc L.1. dixit P. hoc interdictum locum non habere nisi cùm hæres ratione Falcidiæ vult vti retétione † legatorum. quod satis dici potest: si enim nō esset quæstio de Falcidia, quare daretur hæredi interdictum quorum bonorum? imò contra videretur, quia dolo facit qui petit id quod restituturus est. *Detinuit.* Assignatur contra. s. de leg. non dubium. sed dic quòd ibi loquitur adita hæreditate, tunc enim si auctoritate sua vel furtim occupauit legatū, 2 cadit ab actione, vt dicitur, & incidit in † edictū D. Marci: vt ff. quod met cau. extat. secus si ante aditam hæreditatem. non enim amittit actionem, vt hic, & ff. eo. l. 1. Respon. quia non possidebatur, & ita non incidit in edictum, vel constitutionem, si quis in tantam. vel conquerebatur, vt ibi dixi. *Secundùm sententiam.* Explosa verborum forma vel solemnitate, vel subaudi, & secundùm verba. vel ideo dicitur, quia secundùm sententiam tantùm satisdatur, non secundùm verba: vt ff. eo. l. 1. quod ait. *Retentione.* Imò & repetitione, si solui errans, vt hoc notaui s. ad leg. Falc. error. & l. Falcid: *Non consentiente.* Si enim hæres consensit ante aditam hæreditatem, non præiudicat sibi. secus si post: vt ff. eo. l. 1. §. quod ait. & est arg. quando quis eligitur in episcopum, quia non præiudicat sibi post confirmationem, si in aliquo consensit ante. *Oblata satisdatione.* De restituendo legato in totum, vel pro parte.

VNDE VI.
TIT. IIII.

1 *Ei, qui furtum facit, non datur furti actio.*
2 *Quando possessori non liceat se defendere.*
3 *Distinctio circa id.*
4 *Quid armorum nomine contineatur.*

RECTE POSSIDENTI. Subaudi maximè. nam idem in prædone: vt ff. eo. l. 1. §. qui à me vi passi. Idem in interdicto vti possidetis. l. t. ei tamen qui furtum fecit, non datur † furti actio: vt ff. de furt. qui vas. & est ratio, quia cùm hoc interdictum detur ratione possessionis, hîc autem non possidet dominus, sed alius. videtur ne maleficium sit impunitum, quòd detur ei interdictum. aliud in actione furti, quæ datur ratione dominii. vel ideo dicit de rectè possidente, quia illi licet semper, sed alii non: vt quando à me vi possidet aliquis, & ego incontinenti paratus sum recuperare: 2 tunc enim † non licet ei se defendere. Vel dicitur rectè possidens respectu eius à quo non habet vi. & intellige incontinenti antequam ad alia diuertam negotia, sicut in pactis notaui. s. de pactis, in bonę fidei. vnde si laboraui in acquirendis amicis per annum, nec postposui hoc negotium, incontinenti videtur factū. *Ad defendendam possess.* Ideo dicit, quia ad vindictā non licet: vt ff. ad l. Aq. scientiam. §. qui cùm aliter. sed ad recuperandam post ablatam licèt ex incontinenti non ex interuallo: vt ff. de vi & vi ar. l. 3. §. cùm igitur, sed si aliū percutiat incōtinēti,

vel in ipsa violentia, dixit dominus Iacobus quòd videretur facere prima facie ad sui defensionem, Io. visum fuit non ob hoc præsumendum quòd fuit ad defensionem, cùm quandóque oculum effodiat data opera: vt ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. & ideo licèt incontinenti fiat, nihilominus distingue, fecerit data opera, vel non, hoc est † causa defensionis, vel vindictæ: vt in l. illa. *Inculpatæ tutelæ moderamine.* Sed quod moderamen est seruandum? Respond. quia si cum armis venit, iste poterit se defendere cum armis: vt ff. eodem l. 3. cùm igitur. Sed quid † armorum nomine continetur, vide. ff. eo. l. 3. §. armis. si sine armis. & iste sine armis, si autem ille qui vim inferre vult, sit fortissimus, & venit sine armis, alter sit debilis. in tantum quòd maior est vis alterius sine armis, quàm istius cum armis, in eo casu propter inæqualitatem virium si dicamus quòd ei permittatur se defendere cum armis, non est contra ius, quia vim vi repellere omnes leges omniáque iura permittunt: vt ff. de iustitia & iure. vt vim. & ȷ̄ eodem titulo. l. 1. §. vim vi: & posset quæri vtrum debeat expectare primum ictum, an non? quòd dic vt in summa. §. illud. *Propulsare.* i. procul eum lancea vel sic pulsare.

L. 2. VI PVLSOS. Si quis autem visis armatis qui aliò tendebant, metu hoc deterritus fugerit, non videtur deiectus: vt ff. eo. l. 3. §. si quis autem. *Interdicti exemplo.* Quia olim cum solemnitate verborum proponebatur. hodie ad exemplum eorũ res agitur, vt & inst. de interdict. §. vlt. *Si non dum armis.* Intra annum tenentur de eo quod ad eos peruenit. vt ff. de vi & vi arm. l. 1. & quod met. cau. sed & in princ.

L. 3. AVCTORITATEM. *Improbè postulatus.* Non ergo debent postulare. vel si forte iniuriarum actionem impetrauerit, non valebit, quia absorbet ius alterius in totum: vt s̄. de precib. impera. quotiens. & l. nec damnosa.

L. 4. SI DE POSSESSIONE. *Vis priuatæ.* Non dicit ideo quòd accusatio sit priuata, imò est publica, vt ff. de pub. iud. l. 2. dicitur ergo priuata, quia est sine armis commissa: vnde non ita intitulatur: vt ff. de vi simplici vel priuata, & vi armata.

L. 5. INVASOR. *Pœna tenetur legitima.* Sed quomodo tenetur ad pœnam, cùm nihil de suo præstet, considerata natura interdicti? restituit enim quod ad eum peruenit post annum, & in perpetuum, & potest dici quòd ad pœnam constitutionis, si quis in tantam teneretur, vel interdicti, & erit ei hæc pœna, quia intra annum tenetur de eo quod ad eũ peruenit, & quòd non peruenit: vt notaui s̄. l. 2. & sic erat pœnale interdictum, sicut & de actionibus solet notari, ff. de iurisdict. omn. iud. l. si quis. & de eo per quem fac. l. 1. & quia tenetur de fructibus perceptis. & percipiendis. & si pecora post deiectionem desierunt esse, veniunt in interdictum: vt ff. eod. l. 1. §. rectissimè. nec obstat contra. *Nam si per errorem, &c.* Nam illud verum est secundùm legem istam vel constitutionem, si quis in tantam. aliud hodie secundùm illam, cùm quærebatur. quæ locum habet cùm quis sine violentia ingreditur: constitutio autem, si quis in tantam, non habet locum nisi violentia sit illata, vt ibi notaui. vel dic de pœna legitima criminali. i. l. Iul. accusabitur enim & punietur in corpore, dominus loca vacantia, & de sic vacan-

cantibus loquitur instit. de vsucap. §. quod autem ad eos.

1 *Rescriptum quando non valet.*
2 *Imperator mansuetus & austerus esse debet, sed diuersa ratione.*
3 *Alterius dolus alij nocere non debet.*

MEMINERINT *Cuncti*. Id est, habeant in memoria. *Siue vulgato.* id est, publicè dato rescripto, non in secreto imperatoris. & ibi videretur quòd liceret ei, sed falsum est: vt j. tit. i. l. vlt. *Rescripto.* Venit enim aliquis ad dominum imperatorẽ, & dixit ei quòd alius detrahebat rem suam vi, & iniustè ipse fecit ei rescriptum, in quo præcipiebat prę- sidi prouinciæ quòd faceret eam ei recuperare, vel dabat ei licentiam ingrediendi. vel dic quòd lata erat sententia ab aliquo iudice de restituenda isti possessione, & alius non appellauit. quocunque istorum modorũ dicatur, si ipse per se intret in possessionẽ, & nõ per milites com- **L. 6.**
1 munis patitur pœnam quam hîc dicit. nec enim † tale rescriptum valet, cùm sit contra ius, & in totũ ius alterius perimat: vt s. de precib. imperat. rescripta. & l. quotiens. quia quandoque imperator nimia inhiatione non concedenda concedit: vt j. de petit. bon. sub. l. 1. & s. si contra ius vel vtil. l. vlt. priuatus tamen potest pacisci quòd licet alicui ingredi possessionem auctoritate sua. sed vrbaniùs facier, si iudiciali auctoritate ingrediatur: vt j. de pign. l. 3. amittet ergo rem, si sua auctoritate fecit, siue fuerit diffinitiua sententia, siue interlocutoria: vt hîc, & j. l. seq. nec facias vim in eo quod ibi dicit, ante euentum, &c. quia idem & si post, vt ibidem notaui. & ita est cùm habuit ius in re. quid si nullum ius habuit? hîc non dicit. sed lex sequens determinat, quia red- *Sic in vet.*
2 det æstimationem. *Mansuetudinis.* Est enim mansuetus† imperator iis qui sibi obediunt, austerus facientibus contra præcepta sua. *Vnde iura nascuntur.* Quod enim placuit principi, legis habet vigorem. & consonat ei quod hîc dicitur, s. de his qui ven. æta. l. 1. & aliæ leges quæ puniunt violentias: vt edict. Diui Marci, & similes. *Habuo plerunque colludio, &c.* Quid si non fuerint soluendo tutores & curatores? subuenitur minori: vt s. de iudic. properandum. §. vltim. quia siue sit soluendo siue non, siue faciat dolo, non grauatur minor, quia dolus alterius,
3 vel culpa † non debet sibi nocere: vt ff. de noxa. electio. §. vltim. si tutor credat sibi licere, & sic potius facere velit ad vtilitatem pupilli, quàm ad damnum. nec credo quòd ob hoc minor grauetur, sed tamen relenatur a pœna deportationis, quæ non imponitur nisi faciat dolo. non autem à pœna constitutionis, si quis in tantam. *His.* id est minoribus.

1 *Vtrum furiosus incidere possit in pœnam huius l.*
2 *Aliquando audacia in bonam partem accipitur.*
3 *Minor quando incidit in hanc legem.*
4 *Malitia supplet ætatem.*
5 *Delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ.*
6 *Alienatio rei ecclesiasticæ quando non valet.*
7 *Vt non possidet qui per vim possess. suam restituit.*
8 *Iusta possessio quando considerandæ.*

9 *Sine corpore vis fieri non potest.*
10 *Inuasio fieri potest sine violentia.*
11 *Vis in se dolum habet.*
12 *Interdictum unde vi ad res mobiles tantùm pertinet.*
13 *Quando condictione ex lege agendum.*
14 *Possessorium pro possessione & proprietate simul non competit.*

L.7. SI QVIS IN TANTAM. In constitutione ista tractatur primò de personis, postea de rebus, tertiò de tẽpore. Videamus ergo quid iuris sit circa vnumquodque. *Si quis.* Idem intelligas in fœmina, sicut sæpe exponit Vlpianus. & ff. de neg. gest. & alibi. & sic locum habet tã in masculis quàm in fœminis. Primò quæri potest vtrum furiosus incidere † possit in pœnam huius constitutionis. & videretur, cùm dicat, si 1 quis in tantam furoris, &c. sed contra. est in multis legibus: vt ff. de rei vendic. quod infans. satis enim ipso furore punitur: vt ff. de offic. præsid. l. diuus. & de adminis. tut. l. vlt. in fi. & ad l. Pomp. de pari. l. vlt. & Respon. ad l. istam, quia hic non loquitur de verè furioso, sed ac si furiosus esset: violentiam admisit: sicut dicitur de patre qui exheredat filium tanquam furiosus. contra cuius testamentum querela intentatur: vt ff. de inoffi. testa. l. 2. Sed quid si ad verè furiosum peruenit possessio, quia seruilis possessio familia sua eam apprehenderunt? & certè tenetur actione in factum pro eo quòd ad eum peruenit, sicut dicitur in alia persona: vt ff. eo. l. 1. §. familiæ. *Audaciam.* i. temeritatem. potius enim denotat ista audacia stultitiam quàm virtutem. sic & sumitur ff. si pars heredit. pet. l. 1. in fi. quandoque non in mala significatione dicitur † audacia, sed in bona: vt cùm quis est audax ingenio suo: vt ff. de lib. & 2 post. Gallus. §. videndum quid si minor auctoritate sua auferat? incidit ne † in hanc legem? & distingue: quia si infans est, nequaquam: vt 3 ff. de rei vin. quòd infans. & ad l. Corn. de sic. infans. Si verò maior est infante, & proximus pubertati, cùm intelligat quid bonum sit, & quid malũ, bene tenetur, vt ff. de reg. iur. pupillum. & de min. auxiliũ. §. vlt. & ĩ. si aduers. delic. vel etiam si non sit proximus pubertati, & sit malitiosus. malitia † enim supplet ætatem, vt not. ĩ. si mi. se maio. dixe. l. si 4 alterius, quid si monachus vi auferat? & certè delictum personæ nõ debet redundare † in damnũ ecclesiæ. vt dicit canon: sed tamen si omnes 5 expulerint aliquẽ de possessione vel per se, vel auctoritate abbatis, ex hoc damnari debet monasterium, sicut dicit lex alibi ĩ. de sacros. eccle. iubemus nullam. licèt alienatio † rei ecclesiasticæ non valeat, etsi o- 6 mnes concesserint, nisi secundùm quodã iure permittitur. aliud tamẽ est de cõsuetudine, vt not. ĩ. de sacros. eccl. auth. hoc ius. quid si seruus meus aufugerit à me, & ego secutus eum auctoritate mea capiam: nũquid incido in pœnam huius constitutionis? & certè non, quia non vi possidet, qui per vim possessionem suam † retinuit: vt ff. de vi & vi arm. 7 l. j. §. vi possidere. hæc de personis, videamus de rebus. *Vt possessionem rerum, &c.* Intellige de possessione ciuili, vt si non permiserit me ire ad agrum meum, vel etiam redire. Datur enim actio pro ciuili & naturali possessione, vel ciuili tantùm. sic & interdictum: vt ff. de vi & vi arm. l. j.

l.j.§. dicitur. colonus autem, vel is cui commodata est res, & similes personæ, quæ non habent ius in re, nec dicuntur possidere, non habēt interdictum, nisi interuerterint possessionem, vnde ad hoc quod ali-
8 quis habeat interdictum vel constitutionem, considerandum est † vtrū possideat, an non. nam vtrum iustè, vel iniustè: quia etsi iustè possideret, datur interdictum, vt patet in muliere, quæ iniustè possidet res donatas à marito: vt ff. eo. l.j.§. dicitur. *Apud fiscum.* id est penes, nam plus est penes se habere, quàm apud: cùm possideat ille qui penes se habet: alius non. & ideo ita glossa, vt ff. de verb. sig. penes, & l. id apud se. & dicit de fisco, vt quis magis videatur furiosus in vendendo rem imperatoris. *Vel apud homines quoslibet*, scilicet Christianos. denegatur enim paganis beneficium huius constitutionis: vt s. de paganis, Christianis, *Ante euentum, &c.* Hic dicit de tempore. & glossa, ante euentum, id est ante sententiam diffinitiuam. & facit ante sententiam diffinitiuam, si faciat ante litem contestatam, vel post antequam feratur sententia. & est idem si post sententiam auctoritate sua sumpserit, vt s. l. Christianis. & subaudi maximè. & dicit ideo ante euentum, quia ad plures personas se extendit si sumat vim ante euentum, quàm si post, vt à iudice consecutores & omnes eam vim facere videntur. secus si post. non enim faciunt vim: vt ff. quod met. cau. l. ij. & ad l. Aq. quemadmodum. §. pen. à quorū executione appellari non potest, nisi vt s. quorum appel. quorum app. ab executione. nec etiam iniuriam facere dicuntur: vt ff. de iniuriis, iniuriarum §. j. habet ergo locum constitutio ista ante lit. contest. & post. quædam tamen est quæ habet locum tantùm post: vt s. fin. regun. si constiterit. *Violenter*, id est quando expulit alium de re, si-
9 ne corpore † enim vis fieri non potest: vt ff. eo. l. j. siue expulit alium de re inuadendo, siue non: vt ff. eo. l. j. §. siue autem. & ideo dicit, violen-
10 ter inuaserit, quia non sufficit sola inuasio potest enim fieri † sine violentia: vt s. eo. inuasor. & quod dicit, intellige de vi expulsiua, nec enim ita largè accipienda est vis sicut in edicto diui Marci, secundùm quod videor vim facere si rem meam subripiam. & ita locum habet hæc cōstitutio quando violentia interuenit, & quando res est apud alium constituta, vt dicit, secus in illa, cùm quærebatur. quia & sine violentia verum est quod ibi dicitur, & in bonis vacantibus. & ita in hoc communicat cum interdicto vnde vi, vbi & violentia exigitur, sed in aliis differunt, vt j. patebit, & posset quæri qualiter teneatur quis de violentia ista, vtrum cùm sit dolo, an sine. & fertur dominus P. dixisse aliquem teneri quando violentiam intulit sine dolo, vt cùm credidit sibi licere. istam enim constitutionem dixit succedere in defectum interdicti vnde vi, & actionis vi bonorum raptorum. illa enim dantur
11 cùm vis dolo facta est. habet enim † vis in se dolum, vt ff. vi bon. rapt. l. ij. §. doli. & ideo videtur quòd quando illa non habent locum, quòd hæc locum habeat: vnde dabitur cùm vis sine dolo est facta. sed Io. est visum contra, si enim habet locum cùm vis sine dolo fit, ergo multo magis si fuit cum dolo. & vbi eadem ratio vel maior, idem ius debet censeri: vt ff. de noxa. l. non solùm. & ne melioris conditionis sint stulti quàm sapientes. vt ff. quod vi aut clam seruus. & ita habet locum siue dolo fiat, siue non. *Restituat*, id est det. verbū enim restituendi & per se

Sic in vet.

Videtur sic legendū quā si post, vt à iudice consequantur res si enim vim facere videntur.

dandi habet significationem: vt ff. de verbo. sig. verbum restituendi· vnde sequitur quod habeat possessionem: quia quod non habet, non posset dare. *Committat.* sed quomodo? ipso iure, an per sententiam? & dixit dominus M. ipso iure, sicut de milite dicitur quod amittat militiã ipso iure s. locati. l. vlt. & arg. s. si vxor pro marito. authent. & omnino. & de act. & oblig. auth. imò. & ff. de publica in commissum. & s. de incest. & inutil. nupt. auth. incestas, & j. ad l. Iul. maie. domino tamen B. & domino Io. visum fuit tutius & melius, vt scilicet amittat dominiũ per sententiam. illa enim specialia sunt propter immensitatem criminum. & est argum. pro eis s. de hæreticis, quicunque §. quod si fecerint, & s. de apostatis, l. j. & ff. ad Sila. necessarios. §. nam aliàs. *Inuasit.* & j. videtur quod locum habeat tantùm in rebus immobilibus, cùm illa dicantur inuadi, & mobilia occupari, sed in vtrisque locum habeat ista constitutio. interdictum autem vnde † vi ad res immobiles tantùm 12 pertinet, vt ff. eodem l. j. §. illud vtique. actio autem vi bon. rap. ad mobilia tantùm pertinet: vt ff. vi bon. rapt. l. j. sed hæc constitutio competit pro mobilibus & immobilibus, vt instit. vi bon. rapt. circa principium. *Non solum eam.* scilicet possessionem. *Verumetiam æstimationem earundem rerum.* Et nota quod dicit de æstimatione rei, quia restituetur æstimatio vel proprietas. aliud si restitueretur æstimatio possessionis, vt ff. vti possideris. duo. §. vltim. ita est cùm ille qui expulit alium, erat in totum dominus, vel non dominus. sed quid diceres in re quæ duorum est: vt quando vnus habet vsumfru. alius proprietatem? videretur quod idem sit pro parte, sicut dictum est pro toto. vnde si vsufructuarius expulit proprietarium, amittet vsumfructum, & præterea dabit æstimationem proprietatis quæ non erat sua. si verò proprietarius expellat vsufructuarium, amittet proprietatem, & præterea dabit æstimationem. quid si ab alio quodam appellatur aliquis eorum? si vsufructuarius, non amittit ob hoc ciuilem possessionem proprietarius: & ideo non aget. idem econuerso, etiam deiecto fructuario restituitur in possessionem suam, & præterea habebit vsufructuarius æstimationẽ. proprietarius autem expulsus restituetur in ciuilem possessionem rei, & præterea habebit æstimationẽ nudę proprietatis, sc. eius quod suum erat, sicut enim proprietatem plenam æstimo in totum quando in totum sunt expulsi, ita & si eam habeat nudam, vel quodcunque ius, æstimandũ est, ita est cùm res est immobilis, si verò sit mobilis, & ita vsufructuario auferatur vel proprietario, amittit vterque possessionem, cùm sit subrepta, vt s. diximus de acquir. possess. & ideo dabitur fructuario & præterea proprietario actio furti, quæ competit ratione dominij. & ita diuiditur actio inter eos: vt ff. de fur. inter omnes. §. si seruus. aliud est in interdicto: quia cùm non sit proprietario facta violentia, non ei competit. posset quæri qua actione conueniatur qui incidit in hanc constitutionem? Resp. condictione ex l. ista. cùm enim noua obligatio lege aliqua inducitur, nec in ea exprimitur quo genere actionis agatur, condictione † ex l. illa est agendum: vt ff. de condict. ex 13 l. vnica. vnde hic cõdictione ex hac l. agetur. & no. quod in l. ista dicitur quia restituitur possessio & dominium cùm aliquis est dominus, cõdictione ex hac l. nam aliàs interdicta sunt possessoria, & pro possessione com-

cōpetunt:& etiam condictiones quædam competunt pro possessione, non proprietate, non autem inuenitur quod pro vtroque competat, 14 & dicatur † possessorium petitorium, sed condictio ista videretur pro vtraque competere: vt dicit in l. ista, & ideò patet hic..... cùm non sit momentariæ possessionis. vnde bene notandum est, & ita dabitur cōdictio ratione proprietatis contra prætorem, sicut & contra furem dicitur dari, & quòd detur contra prædonem. legitur ff. de triticaria, l. ij. sed ibi loquitur in eo quod dominus est. ar subauditur multo magis, vt ibi notatur, & hæc sufficiunt ad casum istum legis, licèt Io. B. dixerit quod lxxvj. vel ix. quæstiones fiant à quibusdam per l. istam, non dixerit hoc approbando. imò reprehendendo.

Sic in vet.

MOMENTARIÆ *possessionis interdictum*. Sed ille qui proponit interdictum momentariæ possessionis, nam interdictum non meretur audiri, quia non potest. *Quod non semper ad vim publicam pertinet vel priuatam.* Quidam dixerunt quia quandoque ad priuatam pertinet: non semper pertinet ad publicam, vel melius quia momentariæ possessionis interdicta sunt adipiscendæ vel recuperandæ vel retinendæ possessionis: & ideo non semper ad vim publicam vel priuatam pertinent: sed quandoque pro adipiscenda possessione. *Mox audiri.* id est sine libello, impetrato solemniter interdicto. quæ solemnitas hodie sublata est: vt s. de formu. & impet. act. subla. autiquitus enim non exigebatur libellus nisi in conuentione quarundam personarum, vt j. de dignita. quotiens in delictis priuatis etiam sine libello poterat quis conueniri: vt ff. de priua. delict. l. vlt. quæ hodie immutata sunt per authen. s. de lit. contest. offeratur. *Interdum.* non denotat varietatem iuris, sed accidentiam facti, vel dic quod denotat varietatem iuris: quia quando conueniebantur illustres, necessarius erat libellus: vt s. dixi.

L. 8. *Sic in vet.*

SI QVANDO *fuerit patefacta*. Hoc necessarium est quod patefiat vis etiam vbi impetus tempore violentiam intulit. sed non potest qui vim sustinuerit singula comprobare: quia non potest probare quod tot denarij erant marcha illa, vel similia. & ideo reus postulabat se absoluendum, cùm actor probare non posset. tunc defertur sacramentū, aliud in l. A q. vt ff. ad l. A q. proinde. & est speciale propter improbitatē illius qui vim intulit, vt deferatur sacramentū. sic & propter absentiā aduersarij defertur sacramentum: vt s. de iudic. properandum, aliàs nō deferretur, nisi præcedētibus iudiciis, & secundùm qualitatem personæ: vt not. s. de reb. cred. l. iij. *Vltra taxationem.* dicit enim, ego volo quod tu iures vltra c. lib. vel sic.

L. 9.

NON EST *ab re. Æstimationem victrici parti, &c.* Potest quæri qualiter petatur, cùm ante diffinitiuam sententiam, non debeatur. Respon. ex ea contumacia quæ committitur in iudicio, iudex enim ex suo officio debet eum condemnare, cùm ea quę contingunt post litem contestatam, ad ipsum pertineant, vt notatur in l. illa, vinum, si cert. pet. & notaui ff. loca. conductores.

L. 10.

1 *Vis sine corpore fieri non potest.*
2 *Interdictum vnde vi. non proficit nisi possidenti.*
3 *Vacua possessio, pro vacante aliquando sumitur.*

.L. ii. CVM QVÆREBATVR. *Inter Illyricianam aduocationem.* id est, inter aduocatos de Illytico. *Vacuam possessionem.* Hugo intellexit vacuã, scilicet corpore, sed non animo, & ita si aliquis ingtediatur vacuam possessionem, & ego suspicatus sum me posse repelli, non habet locum directum interdictum vnde vi, nec constitutio, si quis in tantam: cùm vis sine † corpore fieri non potest: vt ff eo. l. j. §. idem Labeo. non fuerit 1 illata. non enim ego vel aliquis qui possidet nomine meo est expulsus. tunc etenim locum haberet interdictum: vt ff. de acquir. possess. peregrè. §. vlt. quare locum habet constitutio ista, cùm quærebatur. P. dixit quòd tunc cùm aliquis ingressus est, & ego suspicatus sum me posse repelli, si vadam illuc, nec admittar, locum habet interdictum, alij dixerunt quod hæc constitutio. Io. contra. quia ego suspicatus sum me posse repelli, statim amisi possessionem, vnde licet post veniam, non habeo interdictum, quia non possidebam: & interdictum vnde vi † non proficit nisi possidenti, id est ei qui dum possidebat. passus est 2 vim: vt ff. eodem. l. j. §. interdictum. præterea si dicas quod non sim suspicatus, & veniam, tunc bene haberet interdictum, cùm non amisisset possessionem. Item quod dixit H. quod habeat locum hæc constitutio, si suspicatus sum me posse repelli: nõn videtur verum, quia tunc locum habebit vtile interdictum vnde vi: sicut & cùm mercenarij tui vel familia tua me deiecit: vt ff. eod. l. j. §. familiæ. & patet alia ratione, quod secundùm ipsum ego possidebam ciuiliter. & si hoc, non haberet locum quod dicit in fi. l. scilicet, quod curreret præscriptio xxx. ann. vt s. de præscrip. xxx. ann. malè agitur. nec etiam quod hîc dicitur de rei vindicatione, quam dicebant quidam competere in eo casu vbi imperator induxit hanc constitutionem. nec hoc hîc reprobatur, & ideò cùm illa non detur possidenti, non haberet locum. ad hoc ergo quod locum habeat ista constitutio, intellige quod corpore & animo esset vacua possessio: vt & inst. de vsucap. §. quod autem. & ita sumitur hîc † vacua possessio pro vacante, in qua nullus erat corpore vel animo: vt 3 j. de omni agro deserto. qui agros. aliàs aliter s. de proba. cùm res. ff. de act. emp. l. ij. & notaui s. de quadrienn. præscrip. & licèt non habeat locum illa constitutio. si quis in tantam, eadem tamen pœna per hanc istam statuta imponitur, illa enim constitutio punit violentiam tantùm. & in hanc constitutionem non incidit aliquis nisi dolo fecerit. aliud per illam: quia siue dolo fecerit, siue nõ, punitur, dummodo voluerit capere. *Absentium.* longissimo tempore. nam solum longo tempore non amittimus possessionem corpore & animo: vt ff. quemad. vsusfr. amit. si mulieri, & hoc secundùm Io. *In rem actionem exercere permittentes.* scilicet veteres leges. quod etiam hodie non nego. *Vt prædonem.* non animo vt prædonem. quia vsucapibilis est res: vt j. notaui. *Et generali iurisdictione.* scilicet facta per hanc l. cùm quærebatur. non per illam. si quis in tantam. *Ridiculum enim est dicere, &c.* Non enim valet ei si dicat, domine ego nesciebam rem illam esse suam. *Omnes autem, &c.* Hoc fallit in re quæ nullius est, quia ibi non habet locum hæc constitutio: vt ff. quorum legat. l. j. sed si adita esset hereditas, contra esset, vt s. de lega. non dubium, & notaui s. quorum lega. præterea licèt inuasor rem efficiat, non idem quando à nemine possidetur, quia potest vsucapi. vt j. insti. de

de vsucap. §. quod autem. fallit etiam quod hîc dicitur, in rebus quæ conceduntur occupanti, vel in re habita pro derelicto, præterea quod dicit de furto, quod teneatur aliquis cùm rem alienam attingit inuito domino, verum est cùm non credit sibi licere, excusatur à pœna furti: vt instit. vi bon. rapt. omnibus modis pertinere. in rebus quæ singulorum sunt. nam mare nullius est. *Cùm talis dispositio.* & hoc probat per similitudinem actionis furti.

SI PER VIM VEL ALIO MODO ABSENTIS perturbata sit possessio. Tit. v.

IVDICES *absentium, &c.* id est personas agentes nomine absentium. *Formidabile ministerium.* quia diceret quis, ausus sum hoc facere. malè erit tibi. *Quolibet modo peregrinatur.* non distinguo vtrum necessaria & probabili causa, an altera tantùm, vt alibi. *Vel libertus seu seruus.* intellige de seruis illis qui detinentur. illi enim solùm admittuntur, non alij, & sic per quamlibet personam excusetur iudicium momentariæ possessionis. in amicis verò quamuis non detineant nec habeant mandatum, verum est quod dicit: licèt videatur contra. ff. de reg. iur. nemo. sed hîc loquitur fauore absentis. *Quia minimè ipsi, &c.* id est propter hoc non poterunt repelli, quia non habent mandatũ. *Fas non sit.* nisi in casibus: vt ff. de iudic. vix. *Sed post elapsa quoque spatia.* i. post annum: vt ff. de vi & vi ar. l. j. *Eis inferentibus.* s. vim. *Momentaria.* hodie non est momentariæ possessionis, vt per l. si quis in tantam. *Cunctatione.* id est dubitatione, sed reformato statu qui per iniuriam sublatus est, id est reddita possessione. & sic erit in statu antequã abesset dominus. *Omnia quæ supererant, &c.* id est quæstio proprietatis remaneat immutilata. & sic videretur quòd ille qui vim intulit, agere possit de proprietate: quod contradicit ei quod habuimus. s. tit. j. si quis in tantam. dicit quòd priuatur dominio. sed dicet quis illud habere locum circa præsentem, hoc circa absentem: vel hoc non est intelligendum, quòd ille qui fecit violentiam, possit agere. vel si agit, repellitur. sed quando absens erat, seruatur iudicium de proprietate. *Iudicio seruato.* scilicet de proprietate. L. 1.

NEC IMPERIALE. *Ex quacunq; parte.* rei vel actoris. *Quia negotiorum, &c.* Hæc est ratio quare nõ valeat rescriptum vel sententia, vt nat. s. tit. j. meminerint. *Panduntur.* Pandũtur etiam per restes & instrumenta: sed necessarium est adesse partes, cùm sine his nihil possit esse certum vel clarum, & sic diffinitionem non posse pronunciari: vnde oportet quòd lis contestetur, præterquam in iudicio appellationis: vt notaui s. de tempo. appell. potest etiam alio modo pandi meritum causæ, scilicet per confessionem rei vel actoris. L. 2.

VTI POSSIDETIS. Tit. vi.

1 *Ex officio iudicis prohibetur violentia.*

L.1. VTI *possidetis, &c.* Pone quòd duo erāt qui possidebant fundum: quorum vnus habebat proprietatem, alter vsumfructum, & vnus istorum volebat esse in pace, alius non: quia inquietabat fructuarium in suo vsufructu, dicit quòd si ita sit, rector prouinciæ vim fieri prohibebit quo minus possideatis fundum vti possidetis, &c. postea dicit, & ita potest fieri, quod si proprietarius vult probare de proprietate, & se esse dominum plenariè, non credens alium habere vsumfructum, debet fructuarius satisdare iudicatum solui, vel si non vult satisdare, transfertur in alium possessio, & sic postea cognoscetur de proprietate. ponit ergo duos casus, vnum de retinenda possessione. alium de rer. vindicatione proponenda postea, & construe literam in hunc modum, rector prouinciæ, aliàs prætor, vim fieri prohibebit, scilicet vobis quo minus possideatis fundum de quo agitur, vti possidetis, cùm ab altero nec vi nec clam nec precariò possidetis. Patet ergo quod ad præsidem prouinciæ spectat, & ad iudicis officium, ne fiat violentia alicui. ille enim cui datur interdictum, moderatè debet resistere, cùm de omni iure licitum sit vim vi repellere, vt ff. ad l. Aquil. scientiam, & si occidatur in defendendo, imponitur pœna aggredienti, vt ÿ. ad. l. Iulde vi priuata, sed si alius inquietat, cùm homo sit potens, & talis cui resistere non potest, implorare debet iudicis officium, & iudex ex officio † suo habet facere ne sibi fiat violentia, & quod ita sit: legitur ff. de offi. præsid. illicitas. §. ne potentiores. maximè si inquietetur quis in possessione quam à præside habet: vt in titulo. ne vis fiat ei, &c. prohibebit ergo vim fieri quo minus possideatis vti possi. &c. est enim prohibitorium hoc † interdictum, licèt alia sint exhibitoria vel restitutoria, & quod ita exponatur, quo minus possideatis. vti possidetis, vnde vi. ff. eod. l. j. in princip. dicit etiam ibi quod hoc interdictum non habet locum in cloacis, & non credas hoc esse propter vtilitatem suam. quia viles res sunt. sed alia subest ratio, scilicet, quia tria specialia sunt interdicta de his quæ prædicta sunt: vt ff. de cloacis. l. j. §. j. & penult. & vlt. & ideo ad ea non pertinet: vt ff. de verb. oblig. doli clausula, vel alia ratione, quia hoc interdicto non agitur † pro particula alicuius totius, imò pro toto, vt pro fundo. Cloacæ autem sunt pars domus. & ideo non habet locum in cloacis fundi. Nomen fundi † generale est omnium rerum immobilium: vnde hîc vide-

videretur tantùm loqui de immobilibus. sed nónne posset fieri quæstio de re mobili aliqua, vt de equo vel simili, scilicet quòd vnus diceret, meus est, alius quòd non, imò. sed tunc non haberet locum hoc interdictum, sed vtrobi, & per illud interdictum retineretur possessio illius rei mobilis. pertinet enim tantùm ad res mobiles: vt instit. de interdic. §. retinendæ. & illo interdicto vincebat olim qui maiore parte anni possederat, hodie in vtroque, qui nec vi, nec clàm, nec precario possidet tempore litis contestatæ: vt & instit. de interdi. §. vtrobi. Appellatur autem hoc †interdictum vti possi. quia immobiles res dicuntur possideri, eò quòd aliquis assistit pedibus: vnde possessio dicitur quasi positio. mobiles autem dicuntur possideri impropriè: consuetú tamen est vtramque rem indistinctè dici possideri. Vtrobi autem dicitur † ab vtro, id est quem. & ibi id est apud, quasi apud quem res est. non quòd in ea insistat pedibus. pone ergo casum in duobus possidétibus non in solidum nisi diuersis respectibus, puta vnus ciuiliter, alius naturaliter. sic enim bene possuut esse duo † possidentes in solidum: vt ff. de acquir. poss. possideri. §. ex contrario. & ff. eo si duo. & ita dicitur possidere ille qui precariò rogauit: vt de precario, & habet. vel pone quando vnus pro dimidia, alius pro alia possidebat. hanc tamen positionem reprobat dominus meus, & dicit quòd tunc non esset quęstio quod in l. ista cótinetur. Dominus tamen M. & quidam alii nescio qua ratione moti dixerunt quòd † duo possunt possidere in solidum ciuiliter & naturaliter, sed diuersis respectibus: vt si aliquis emit ab aliquo bona fide, & alius similiter emit idem ab alio bona fide. sed in eis contradicunt supradictæ leges. Alii voluerunt dicere quod ciuiliter possunt non naturaliter possidere in solidum. illi meliùs mouebantur, & sic voluerunt exponere l. illã, possideri. sed illa l. videretur facere similitudinem de naturali ad ciuilé possessionem. ergo non possunt eodem iure nec iustè nec iniustè possidere: vt ff. de precario, si duo. sed bene potest esse quòd vnus iustè, alius iniustè, iustè vt ciuiliter. iniustè, vt naturaliter. & ita videretur appellare, & dicere in l. præd. si duo. *Nec vi, nec clam, ne precariò.* Qualiter nec vi, nec clam possideat alter ab altero, quilibet videre potest: vt sc. quando vni data ėst proprietas fundi à domino, alii vsusfructus ab eodem domino. & ita nec ego à te, nec tu à me possides. sed si habeam plenam proprietatem, vt ciuilem & naturalem possessionem, & ingrediatur aliquis, quia dicit se esse vsufructuarium, & ita vult me expellere, nó vt auferat ciuilem possessionem, sed vt habeat naturalem tanquam vsufructuarius, dabitur interdictum vti possidetis pro naturali ablata, non autem vnde vi, cùm non detur possidenti. vel si velles dicere ratione naturalis dari interdictum vnde vi, ratione ciuilis vti possidetis, fortè posset amitti. & ita vi à me possidet, vi sc. expulsiua. clam †autem dicitur possidere à me, cùm clanculo me absente sibi possidere volens ingrediatur fundum meum quem ego possideo: nec inde suspicor me posse repelli: & ita me absente & inuito sæpissimè fecit: vt ff. quod vi aut clam, l. 3. §. vlt. vel dicas vt ff. de acquir. pos. clam. §. vlt. iste talis ingressus habet naturalem possessionem per ingressum suum, & tenetur interdicto vti possi. at opponitur, quomodo potest hoc esse, cùm ille qui est ingessus

Margin numbers: 5, 6, 7, 8, 9

in iudicio, nullam habeat possessionem ciuilem vel naturalem. ciuilem non, quia eam habeo. naturalem non, quia non est in fundo, sed in curia. Ad hoc respondent quidam interdictum posse intentari in fundo. Dominus meus duplum respondet: primò sic. sicut enim vi possidere videtur, quis cùm me prohibet vti quietè possessione mea, ita & clam videtur possidere cùm clanculò impediat me, & inquietat meam ciuilem possessionem, & clam facit quominus quietè possideam. vnde sicut ꝭ notaui, cùm non sit necessarium vtrũque possidere, datur hoc interdictum cùm à me clam videtur possidere. vel dicas quòd quum est in curia, mecum habet naturalem possessionem: & solo animo retinet eam, licèt sit iniusta. fructuarius enim & sim. les solo animo retinent possessionem: vt ff. de vi & vi armata. l. 3. §. vnde vi. Precariò autem possidet quis à me, si precariò cõcessi ei rem meam vsque ad tempus, & ipse postea voluit detinere, sciendum tamen est, naturalem & ciuilem possessionem & †naturalẽ tantùm posse precariò concedi. sed & quandoque neutra precariò conceditur, sed duntaxat vt quis moretur in prædio, vt plenè dicitur in summa de acquir. poss. §. retinendæ: vi etiam potest dici quis à me possidere alio modo, si mihi iniurietur, vt quia non permittit me arare, & talia facere, & dabitur interdictum: vt ff. eod. si duo. tunc enim à me videtur possidere, & ita si possideat ab alio, sibi proficit. si ab aduersario, non: vt ff. eo. l. 1 § vlt. & in eo casu dicitur vi possidere, inquietatiua. sunt enim plures species violentiæ, vt notaui ꝭ. quod met. cau. l. 1. violentia enim quæ mihi auferre possessionem videtur, & illi tribuere, dicenda est. sed etsi ædificem in tuo, vel aliquid imponam, habet locum interdictum, vt figuræ ponuntur in summa, & legitur ff. eo. si duo, vbi autem vterque possider, vt hic, pronuntiabit prætor, vti possidetis, ita possideatis. Si duo possideant, & alius inquietet, eodem modo pronuntiabit. si vnus possideat, alius non, pronuntiabit, vti possides, ita possideas. vel si vtitur plurali sermone, causa vrbanitatis & honoris: sicut cùm dicitur, Bene veniatis, bene stetis, & similia. & cœperunt istæ venerabiles voces à Iulio Cæsare: vnde & dicitur, Nos duo turba sumus. sic & lex de vno loquitur tanquam de pluribus: vt ꝭ. de summa Trinit. l. vlt Sed cùm pronuntiatur, vti possidetis, ita possideatis: distinguit iudex in sententia, quis & quo iure habeat possessionem. alioquin ipso iure nulla esset sententia, quia super incerto lata est. sed tamen quidã dicunt eam valere adeo, vt etsi vterque se contendat ciuilẽ & naturalem habere possessionem, & in solidum, sicut quandoque contingit inter vniuersitates, & inducantur pro vtraque parte testes multi, nec appareat qui sint pauciores: & ideo pronuntiabit iudex, vti possidetis, ita possideatis, teneat sententia: quasi iste sit tenor sententiæ, quòd vterque possideat dimidiam pro indiuiso. & ita voluerunt dicere in causa quadam quidam iudices in ciuitate ista. sed certè talis sententia non videretur valere, cùm pronũtietur in his de quibus nõ erat quæstio. & ita sunt modò certi, sicut priùs. vnde dico quòd iudex debeat videre quibus testibus sit maior fides habenda: & si viderit, pronuntiabit secundùm eos distinctè & determinatè: si non viderit, & liquidum esset, melius est abstinere † à iudicato, quàm super incerto sententiam

tentiam ferre. quid si non referat quis possessionis controuersiam, sed seruitutis, quid si neque possessionis, neque seruitutis, sed temeri-
1 tate sua mihi iniuriatur, dic vt in summa diligenter notatū est §. quid autem si non referat. & §. sequenti. *Ac satisdatione*, &c. Non intellige quòd agat rei vendic. cum possessorio iudicio, sed finita causa possessionis. tunc enim agetur demum de proprietate, loquitur hîc secūdùm vetera iura, secundùm quæ qui conueniebatur de proprietate, satisdabat iudicatum solui. hodie contra. est: vt instit. de satisdat. §. sed hodie. non ergo satisdatur iudicatum solui, nec iudicio sisti, si certum est quod possideat immobi'ia vt ff. qui satisd. cog. sciendum. sed si non est certum, sicut hîc, satisdabit hodie iudicio sisti: vt ff. qui satisd. cog. de die. §. quidam aiunt. sed quomodo potest hic agi rei vendic. cùm possideat? videtur quòd non: vt ff. eo. l. 1. & instit. de actio. in princ. pos-
12 sessio enim †parit in rem actionem aduersario: vt s. de alien. iud. mut. cau. fa. Respond. quia non possidet in solidum. & illud est intelligendum, quando in totum possidet. habet ergo rei vendic. pro naturali possessione, quæ est penes alium, licèt ipse possideat. & est simile ff. v-vsufr. quemadm. ca. si vsusfructus nomine. sic & dico in domino & feudatario: licèt Al. in quadam causa in his domino meo contradiceret. & intelligebat legem istam quando ab vsufructuario interuersa erat possessio. sed non ita dicendum est. etsi enim rem deposui, agere possum rei vendic. vt ff. de peculio, deposui, & ff. de priuileg. cred. si ventri. quid autem sit circa rei vindic. si non veniat conuentum, vel non vult satisdare, patet hîc. sed quid in interdicto vti possidetis, si nō veniat conuentus; dicet quis, vt ff si quis ius dic. non obtemp. omnibus. vel aliter quia mittetur in possessionem bonorum ipsius pro æstimatione possessionis. sed hoc quomodo, cùm non petatur dari aliquid vel fieri? Respond. imò ne me inquietet, & ad æstimationem possessionis datur interdictum infra annū vtilem: vt ff. eo. l. 1. 1. respon. & l. pen. §. vlt. post annum autem non potest agi ad æstimationem possessionis, sed agetur ad tuendam possessionem, & ad vim prohibendam perpetuò, vt puto. vel dicas quòd interloquendo dicet istum nō esse inquietandum. sed hoc iniquum esset, quia videretur principalis quæstio diffiniri sic interloquendo, quòd non debet esse: quia negotiorum merita, &c. vt s. tit. 1. l. vlt. vnde ita dicet istum non esse inquietandum. donec appareat de iure vtriusque, vel capitis pignoribus ita iubebit, vt ff. de operis no. nunt. si priùs. ita est cùm non est ædificatum. si esset ædificatum, in legem de damno infecto. si ædificatum.

DE TABVLIS EXHIBENDIS.

Tit. VII.

1 *Pupillaris substitutio quando non tenet.*
2 *Improbum est litigare de viuentis hæreditate.*

SI IN POTESTATE *patris fuerunt impuberes.* Si vtrūque necessarium est, sc. quòd fuerint impuberes, & in potestate. Si enim emancipati vel puberes essent, non teneret † pupillaris substitutio: vt instit. de pupill. substit. §. vltimo. & L. 1.
1

ff.de vulg. ſubſt. l.ij. *Et vos eis ſubſtituti.* pupillariter. *Illis decedentibus.* ideo dicit. quia ſi eſſent viui, & agerem de tabulis exhibendis, non poſſem, quia illud interdictum locum habet in his qui reliquerunt nō in viuis: vt ff.eod.l.1.§.vlt. conſiderandum eſt ergo, viuat an mortuus ſit ille de cuius hereditate agitur. & videtur conſonare cum eo quod dicit Iulianus improbum eſſe † litigare de hereditate viuentis. ff. de vulgari ſubſt.l.ij. *Interdicto vti poſſid.* Quidam dicunt quod proponi debet actio in factum loco interdicti. Dominus meus non curat quodcunque dicatur, vt inſtit.de interd.§.vlt. competit ergo hoc interdictũ ſi habeat tabulas, vel ſi dolo neget ſe habere, ſi confiteatur & prætendat cauſam, ſimiliter habet locati, vt ff.eo.l.2. ſi non prætendat & confiteatur, locum habet interdictum, quemad. teſta. aper. vt ff. quemadm. teſt.ap.l.j.& ij. 2

DE LIBERIS EXHIBENDIS SEV DEDVCENDIS, & de homine libero exhibendo.

TIT. VIII.

L.1. SI VT PROPONIS. *Qui te filium in poteſtate ſua eſſe.* Si quæſtio ſua eſſet tantùm, vtrum foret filius, locum haberet rei vindica. præiudicialis, vt inſtit.de actio.§. præiudiciales, eodem modo habet locum quando quæritur de aliquo ſit maritus vel vxor. ſed vbi quæritur de filiatione, & præterea de patria poteſtate & de hereditate, locum habet hoc interdictum: vt ff.eo.l.penult. ſi verò quæratur de poteſtate, tantum iudicis officium: vt ff. eod. l.iij.§.hoc autem, vt hoc plenè not.ſ. ſi aduerſ. rem iudi. cùm pater.

L.2. AD PRÆSIDEM. *Exhiberi.* Secundò deduci: vt ff.eo. deinde cauſæ tamen poſſunt allegari, propter quas non ſit exhibitio vel deductio: vt ff.eo.l.j. & iij.

L.3. SI AD INSTAR *interdicti.* de liberis exhibendis vel conueniet eum rei vindicat. præiudiciali. Filia Philippi, copulata tibi in matrimonium.

DE PRECARIO ET SALVIANO INTERDICTO.

TIT. IX.

1 *Saluianum interdictum contra extraneum non datur.*
2 *Saluianum interdictum eſt adipiſcendæ poſſeſſ.*

L.1. SI TE NON *remittente.* Aliud ſi remiſiſſet, vt j.de remiſſ. pig. tes. *Pignus.* tacitè obligatum: vt ſ.locati. certi iuris. *Interdicto Saluiano.* Non enim datur contra † extraneum Saluianum interdictum, ſed contra debitorem, vel eius heredem. at videtur contra. ff.l.j. ſed dicas non dari directum contra extraneũ vt hîc. datur tamen vtile, vt ibi, vel vocat extraneum reſpectu locantis ſeu ſecum. *Seruiana*, qua experitur quis de rebus coloni, quæ pigno- 1

pignoris nomine pro mercedibus fundi ei tenentur: vt instit. de actio. §. Seruiana. & est petitorium iudicium: quare debeo probare rem esse coloni: vt ff. de pignor. & quæ nondum. §. 1. Saluianum autem interdi-2 ctum test adipiscendæ possessionis: vt instit. de interdict. & ita probat ab eo possideri, & in hoc differunt, vt in summa circa finem.

HABITANTIS. *Teneri*, &c. Videtur contra ff. de diuer. temp. præscript. cùm hæres. sed hic non loquitur de hærede ignorante: quare tenetur hoc interdicto. ibi verò non tenebitur, cùm sit ignorans, vt dicit: præterea ibi loquitur quando ad hæredem nihil peruenit, vel dolo fecit quo minùs perueniret, vt ff. de precario. quæsitū. §. vl. L. 2.

DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

TIT. X

ET BALNEVM. Loquitur hæc lex quando erat consuetudo, vt domus non deberent exaltari nisi ad certum modum, sicut & de curribus est in quibusdam ciuitatibus. L. 1.

NEGOTIANDI. *Et senatusconsulto.* Facto Auiola & Pansa consulibus: vt ff. de lega. 1. cætera. *Deformetur aspectus.* vt ff. ne quid in lo. pub. l. vlt. L. 2.

AN IN TOTVM. Notabile est quod hîc dicitur, quia respicit consuetudinem ciuitatis, auctoritatem magistratuum qui consenserunt, non prohibuerunt. *Statuet.* ipse enim seruabit consuetudinem. & procedere debet de similibus ad similia: vt j. de longa consuetudine l. 1. L. 3.

SI VT PROPONIS. *Non necessariò extra ordinem.* Quasi detur priuilegium: vt not. s. arb. tut. cùm interdictæ. *Nummus*, aureus. vel glossa, id est, nummi, vt ita resoluatur singulare in plurale: vt ff. de verb. sign. in vsu. ita est cùm facit nomine socii, si nomine tantùm, volens sibi vsurpare, nihil repetit à socio, vt dicit in l. seq. L. 4.

SI IS CONTRA *quem.* Hanc l. intellige vt s. proximè dixi. L. 5.

SI QVIS POST. *Ciuitatibus exportentur.* Alia non debent exportari. L. 6.

NEMINEM, &c. *Vel auferre liceat vel mouere.* Nisi secundùm quod dictum est in superiori lege. L. 7.

SINGVLARVM. Planum est quod hîc continetur. L. 8.

SI CVI LOCI. *Quindecim pedum.* Istud per contrariam consuetudinem est immutatum quia non datur spatium. L. 9.

PER PROVINCIAS *Murali ambitu.* Sicut dicitur fieri in ianua. L. 10.

MENIANA. *Per decem pedes.* Istud per consuetudinem est abrogatum, & in hac ciuitate. L. 11.

CVM DVBITATVR. Planum est quod hîc dicitur. L. 12.

DE OPERIS NOVI NVNTIATIONE.

In manuscrip. deest inscriptio huius tit.

TIT. XI.

1 *Vis fieri non debet ædificanti, ne ædificet.*

2 *Per iactum denuntiatio fieri potest.*

L.1. DE OPERIS *noui nuntiatione*,&c. Quæritur in l. ista quare ponatur ſub titulo iſto,cùm loquatur de operis noui nũntiatione.& ideo quidam habent hîc rubricam de operis noui nuntiat.ſed in codice domini mei non eſt illa rubrica. nec dico quòd hic debeat poni aliqua rubrica, imò continebitur ſub titulo de ædificiis priuatis.loquitur enim titulus ille circa ædium refectionem,& ne ædes deſtruantur:vt ſ.eo.negotiandi cauſa. & etiam dicit quòd quandocunque deſtruantur:vt ſ.eo.meniana.& l.ſi cui loci proprietas.& de ſimilibus loquitur In operis noui nũtiatione :vt ff. de operis no.nuntiat.l.1.& l.prætor ait.§.deinde ait prætor. & hac ratione ponitur ſub titulo iſto.aſſignatur ff.de operis no.nunciat.l.1.& l. prætor ait.in princ.quia ibi dicit quòd vis † non debet fieri ædificanti ne ædificet,ſi dederit fideiuſſorem,vel paratus eſt dare. & ita ſtatim ædificabit.hic dicit quòd iudex cognoſcet de cauſa,& feſtinabit,quia intra tres menſes finietur. ſi verò intra illud tempus finiri vel decidi non poterit,dabit fideiuſſorem,& voluerunt quidam dicere quòd hęc lex corrigat leges illas antiquas. alii, vt dominus Albericus diſtinxerunt vtrum per prætorem denuntiationem emiſerit, an per ſe. ſi per prætorem,expectabit per tres menſes. & ita intellexit quod hic dicitur,emiſerit,ſc.per prætorem.ſi verò per me,& verbo meo,non debet reſponſum expectari,vt ibi Dominus meus non facit vim, denuntiauerit per ſe,an per prætorẽ vel per amicum.& diſtinguit vt hic, quia lex illa dicit quòd non poterit ædificare donec remiſſa ſit denuntiatio,vel vice denuntiationis ſatiſdatio interpoſita. hoc eſt, quia intra tres menſes cognoſcetur de cauſa.& ſi aliquid præſtiterit impedimẽtum intra illud tempus,datis fideiuſſoribus poterit ædificare,vt hîc dicit:& datur electio actori,quòd iſtorum velit facere,licèt quidam dixerunt quòd reo.fit autem denuntiatio iſta verbis: & tunc ſi habeam poſſeſſionem,transfero in alium:vel per iactũm lapilli, & tunc non transfero:vt ff.operis no.nunt.de pupillo.§.meminiſſe.& intellexerũt quidam † per iactum fieri denuntiationem, ita quòd non vtatur verbis.lo.contra.ſi enim ſolum proiiciat, & nihil dicat, quis poſſet ſcire quid cogitaret?vnde dixit quòd verbis vti debet, ſic prohibeo te ædificare per iacturam lapilli,non magni, ſed parui. quidam enim malè intelligens conſilium domini Iacobi proiecit in operarios nimis magnum.Item quòd hîc dicit dandum ſpatium trium menſium ad deciſionem,videtur contra ſtatuta iſtius ciuitatis,vbi cauſæ debent determinari intra 40.dies,& præterea contra regulam generalem eſt,quæ tres annos impertitur,& ſ.de iudic.l.properandum.circa princip. ſed hoc ſpecialiter eſt inductum in hac cauſa, vt breuius ſtatuatur tempus quàm in aliis.& ideo non datur triennium,ſed moderatum,vt viſum fuerit ius prudentibus.quòd decem vel duodecim partem ſpatii retinerent.domino tamen meo.qui ſimili mouetur ratione,viſum eſt, quòd iuxta ſtatuta iſtius ciuitatis intra tres vel quatuor dies debeat terminari:vt ſicut iuxta tempus à lege ſtatutum dabatur x. vel x11. pars,ita iuxta ſtatutum detur x.vel x11 pars.numera ergo quæ ſit x11 pars x1.dierum,& intra illud tempus in terra iſta finietur. *Etiam poſt annum licentiam.*Corrigitur ergo eorum opinio, quia perpetuò poteſt denun-

denuntiare: vt ff. de operis noui nunt. prætor ait. §. hoc interdictũ perpetuò. circa prin. *Deproperat*. Id est, valdè properat. Titulos sequentes vsque ad illum De pignoribus, vide per te.

Prætermissi sunt in veteri manuscripto duo tituli, nimirum De operibus publicis, &c. Ratiociniis operum, &c.

DE PIGNORIBVS. TIT. XIIII.

DEBITOR. *Nihilo magis liberabitur*. Non est ita secundùm consuetudinem Venetorum, vt notaui s. si cert. pet. si pro mutua. L. 1.

1 *Quando is qui generalem habet hypothecam, præferatur.*

QVAMVIS CONSTET, &c. Assignatur ff. qui pot. in pign. qui generaliter. Sol. hîc de æquitate, ibi de iure mero. nam hîc quædam specialiter pignori accepit, & post specialiter: vnde de æquitate non præfertur secundo creditori, si possit sibi satisfacere in his quæ specialiter accepit. aliud de stricto iure, vt ibi. vel aliter quia secus est cùm apponitur ista conditio, si non potest tibi satisfacere in his, extẽdas te ad alia. nam tunc deficiente secunda conuentione statim secundus creditor solus inuenitur, vt ibi. hîc autem nulla fuit apposita conditio, & ideo æquale ius habet in omnibus. si verò primus haberet generalem hypothecam & nullam specialem, & aliquis post accepit aliquod speciale pignus, ille qui habet †generalem, præfertur: vt in prædicta l. qui generaliter. circa princ. & in vniuersa bona postea obligata. *Aduersarium tuum*. Priorem creditorem. *Et æquale ius*. Quia pure in generali pignore facta est conuentio. secus si sub conditione: vt s. dixi. *Iurisdictio*. i. is qui præest iurisdictioni. *Ideóque si certum*. Quod in dubio præsumetur semper, nisi contrà à creditore probetur, vt arg. j. de distract. pign. quæ specialiter. *Accepisti*. tu secundus creditor. L. 2.

1 *Pignoris persecutio in rem est.*
2 *Aduersus quemlibet possidentem datur hypothecaria.*
3 *Præsumptio iuris & de iure.*

CREDITORES. *Qui non reddita*. Alioquin si esset reddita, vacua remaneret cautio penes eos: vt s. ad exhib. & de condict. ex l. dissolutæ. *Conuentionis legem*. id est, potestatem quam habet per conuentionem. vel excuset legem conuentionis, id est, legem scriptam super cõuentione. s. de pigno. pignoris. *Vim quidem*. Vis ista non debet haberi pro iudi. sicut de veritate notaui s. de iure dot. in rebus. & hoc cùm nullus resistit ei debitor, non videtur quòd vim faciat, quia ratione conuentionis ingreditur. præterea poteritne ingredi si debitor alienauit pignus vel obligauit alii? & videretur, quia pignoris persecutio †in rem est: vt j. eod. pignoris vel hypothecæ. sed licèt hypothecaria detur contra †quemlibet possidentem, non tamen puta cùm ita paciscitur quòd nocere possit nisi facienti illam pactionem. vnde autem dicit quòd primò debent conueniri mandatores fideiussores quàm perueniatur ad possessores pignorum: vt suprà de actionibus & obligat. *Facere non videtur*. Hæc præsumptio est † iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium. sic ergo non habet locum L. 3.

lex Iulia de vi priuata vel publica, vel condictio ex ℓ. si quis in tantam: vel vi bo.rapt.licèt videretur contra. j. ad l. Iul. de vi priua. in possess-sionem, vel vi bon.rap.res, sed non ita est propter conuentionem. quare ergo dicit, attamen auctoritate præsidis, &c. ideo glossa debent. id est, possunt, sic ff. de off.procon.obseruare. §. vlt. aliàs contradiceret l. in eodem tit. non solet. econuersò sumitur possunt, id est, debent. ff. mandati, si mandauero. §. vlt. Vel dic, ex vrbanitate, non ex necessitate vt in lege ff. pig act. & quandoque ex vrbanitate, non cogendo dicit aliquid fieri lex. s. de furtis, ciuile. possunt ergo ingredi per se ex conuentione, non autem per rescriptum: vt s. vnde vi, meminer nt. & est simile. ff. de reb.eo.qui sub tut. si pupillorum. vel dicas debent, ne omnia comitetur violentia.

L.4. Cvm te vi. Necessitatis famis.

1 *Ius dominij & hypothecæ diuisum est.*

L.5. Præses provinciæ. *Sed præscriptione.* Scilicet, si præscriptum sit aduersum eum quasi contumacem vel absentem. tunc enim non fit ei præiudicium, quia magis videretur condemnatus propter absentiam, quàm quòd malam causam habuit, sicut dicit l. in emptore. ff. de euict. si ideò. alias bene præiudicaret ei si sciret nisi per collusionem vel absentiam fuerit condemnatus: vt hìc, & ff. de re iudi. sæpe. §. si scientibus. si enim ignoraret & ita debitor ageret † de dominio non 1 præiudicaret sibi in hypothecaria, quia diuisum est ius vtriusque: vt ff. de excep.rei iud. si mater. §. vlt. Ita est ante, cùm antequã dicta sit sententia, datum est pignus. secus si post. vt ff. eo. si superatus. §. vlt.

L. 6. In svmma. *Ad collationem viarum.* Secus in vsufructuario: vt ff. de vsufructu, hactenus.

1 *Vsucapio quando non præiudicat creditori.*
2 *Hypothecaria datur illi qui probat debitorem dominum.*
3 *Hypothecaria est socia personalis.*

L.7. Vsvcapio. Casus ita ponitur à quibusdam. pone quòd emerim rem mobilem à non domino bona fide, & incepi vsucapere: non tamen adhuc vsuceperam, postea obligaui rem alicui: & perfecta vsucapione res peruenit ad me debitorem, quare si creditor posset agere contra me hypothecaria, & dicit lex ista quòd propter hoc non extinguitur pignoris conuentio, & est simile. ff. de rei vendi. si à Titio. & huic l. dixit quidam philosophus, qui dicebat se omnia intelligere, nescio, & ita habent quidam hic notandum: & videretur melius ponẽda sub tit. de remis. pig. sed non videretur quòd hoc modo debeat poni casus, quia ad quid diceret, non extinguit: imò potius deberet dicere, confirmat, cùm detur ei hypothecaria. & ad hoc potest induci. ff. de pig l. 1. & de pig. act. rem alienam non ponas ergo casum in vsucapione debitoris, sed extranei, vt quando obligaui equum vel aliam rem mobilem & ego debitor desij possidere vel mea negligentia vel negligentia: vt ff. de acq. poss. possideri. §. antepen. vel quia decessi sine hærede: vt inst. de vsucap. §. quod autem. dicit in tali casu, quòd si vsucapiatur res illa ab aliquo extraneo, non præiudicat mihi † creditor qui n habeam 1

Sic in vet. libro repertum.

Sic in vet.

beam hypothecariam contra ipsum. sic ergo si alienasset debitor, hypothecariam habet creditor. ita si per legem fiat alienatio, puta vsucapione: vt ff. de verb. sig. alienationis. & videretur quòd non, quia hy-
2 pothecaria † datur illi qui probat debitorem dominum: vt j. eod. l. debitorem. hic non fuit dominus. sed cum fuerit nata hypothecaria semel non potest interimi per talem alienationē: & illa immortalis est quoad ista. sed quomodo erit hoc quòd non tollitur triennio sicut decennio? ratio vna potest assignari quia maior est negligentia in x. quàm tribus annis. vnde si detinuit x. inter præsentes. xx. inter absentes, non habebit inter hypothecariam. quare quòd hic dicit vsucapio, refert ad vsucapionem tantùm triennij, non x. vel xx. licèt & pro ea quandoque sumatur: vt ī. de præscri. long. temp. Sed quid dices si ille idem qui detinuit per tres annos, detineat post per septem? nónne poterit repellere creditorem. Secundùm Y. non: quia talis præscriptio x. ann. non inuenitur in rebus mobilibus, sed tantùm immobilibus, nisi in ascriptitiis: vt ff. de diuer. temp. præscrip. longæ. Io. contra. nam dixit, quia si completo decennio bene potest se tueri ille vsucaptor seu præscriptor. certum est enim quòd per triennium fit dominus. ergo si post addantur septem anni, non debet ei nocere quòd sit dominus, arg. ī. quod met. cau. si vi; & ff. de capti. & postl. re. in bello. §. si quis seruus. ergo licèt in rebus mobilibus non habeat locum præscriptio. x. ann. nihilominus si tanto tempore detinuit, poterit repellere creditorem: vt notatur ī. si aduersus credito. l. 1. & est alia ratio in vsucapione triennij quàm longi temporis præscriptio, quia per vsucapionem acquiritur dominium directum. vnde licèt ille sit factus dominus, nihilominus habere possum hypothecariam, est enim distincta quæstio pignoris ab intestatione dominij; vt ff. eo. l. 1. & de vsu. iusto errore. §. non mutat. Alia autem ratio est in præscrip. x. vel xx. ann. quia per eam non acquiritur directum dominium, sed exceptio & post vtile dominium. vnde cùm habeat exceptionem, & efficacem, non poterit agere creditor. nam si posset, alius non haberet efficacem exceptionem. vnde cùm sic fuit opposita, alia est hic ratio, alia ibi. Sed quid dices si res illa perueniat ab vsucaptore actione hypothecaria ad creditorem, & debitor offerat & det pecuniam? qua actione recuperat rem? pignoraticia, si ponas casum quòd non tradiderit: vt & instit. quib. mo. re contrahe. oblig. §. creditor. nec pignus est iudiciale vel prætoriũ, dic ergo quòd actione in factum de æquitate. non enim debet creditor locupletari cum aliena iactura, & quia habetur ratione pacti, & arg. est ad hoc ff. de dona. cau. mor. qui alienam. & si ponas quòd tradiderit habet pignoraticiam, nec potest dicere creditor, tu amisisti dominium, nec agere possis contra vsucaptorem. ergo nec contra me. verum est rei vendica. sed pignoraticia ex contractu modo; & si non sim dominus possum, non datur enim furti ex contractu suo: & agit commodati & depositi, vt ff. commodati. ita si fur, sic ergo recuperare debet, vt ff. de distra. pig. rescriptum. §. 1. sed nónne statim poterit agere ille vsucaptor contra debitorem rei vindica. & sic fieret circuitus? & voluerunt quidam dicere quòd ille creditor debet cedere hypothecariam, arg. ff. de euict. in creditorem. & qui po. in pig. mulier. sed illud verum est

Sic in vet.

Sic inpu.

quando non est sublata personalis, sed ante solutionem pecuniæ ex officio iudicis postulat quòd cedatur, postea verò non potest aliquod ius cedi, quia hypothecaria non, cùm sit† socia personalis, quæ est sublata, de personali dici non potest, quia secum non ageret. nec dici potest de retentione, quia eam non habeat creditor soluta pecunia. sanè ergò erit consilium in hoc casu, si ille abstineat à redemptione pignoris, & permittat rem vendere creditori. & si plus accepit debito, petetur illud plus, si non dimitteretur in pace. & ita cessabit circuitus, & videtur quòd illud plus restitui deberet ei qui vsucepit, cùm factus sit dominus. sed ei qui pignus obligauit, restituitur, vt per l. de distract. pig. rescriptum. posset tamen dubitari. 3

L.8. QVAMVIS. *Feceris condemnationem.* Id est, fieri impetraueris, sic. ff. de his qui not. in fa. furti.

L.9. SI DOMINIVM. *Quæ cùm pignori.* Videretur istud cum, per si. prædictũ superfluere, & ideo quidam non habent, vel si habes, repete bis pignori.

1 *Admonitio debet præcedere vindictam.*
2 *Dies interpellat pro homine.*

L.10. DEBITORES. *Præsentes.* De præsentia dicit, vt denotet facilitatem admonitionis. *Denunciationibus.* Admonitio † enim debet præcedere vindictam, vt s. de obsequiis l. si manumissori. & in decretis. & hoc dicit causa consilij, non necessitatis, quia tempore istarum legum dabatur electio creditori ageret hypothecaria, an personali: quod correctum est: vt j. eo. tit. & intellige de pignore persequendo, non distrahendo, tunc enim esset necessaria denunciatio, nisi dies fuerit apposita, quæ satis † interpellat pro homine, vt j. de iure do. impe. l. vlt. 1 2

L.11. NOMINATORI. *Pignori capere.* Olim enim capiebantur bona illorum qui nominati erant ad aliquod officium vel munus publicum, si recusarent. *Non licet.* Potest enim esse quod non appellauit: vt s. de appel. hi qui ad ciuilia, vel non tenet nominatio, quia facta fuit sine consilio publico: vt s. de appel. nominationes.

L.12. SI VXOR. Plana est lex ista.

L.13. CVM DOMINAM. *Non minorem* xxv. *ann.* Si enim esset minor, non teneret alienatio nisi fieret cum decreto.

L.14. DISTRICTIS. Habes hîc authent. *Hoc si debitor, &c.* Cui videtur contradicere. aliud j. eo. hoc si debitor, & solue vt ibi.

L.15. DEBITOREM. Planum est quod hic continetur.

L.16. ETSI FRATER. *Quærere non potuit.* Licèt consumpta sit, & per consumptionem sit mutua, vt s. si cert. pet. quamuis. secus in pecunia pupilli, vt ff. qui pot. in pig. idémque. aliud etiam si ex pecunia militis res ematur. datur enim sibi vtilis rei vindicatio: vt s. de rei vindica. si vt proponis, & in casibus ibi denotatis.

L.17. QVAMVIS. *Non deduxit.* Si verò conuenisset vt pignori esset illud prædium, aliis omnibus, iste creditor præferetur, vt j. qui pot. in pig. licet.

1 *Inter pignus & hypothecam non est differẽtia, quantum ad hypothecariã.*
2 *Res quomodo conueniri dicatur.*

PIGNO-

PIGNORIS. Quando scilicet, pignus traditum est, *Vel hypothecæ*. quando solùm conuentum est de pignore. vel dicas pignoris rei mobilis. vel hypothecæ rei immobilis. tamen quantum ad hypothecariam actionem non est differentia inter pignus † & hypothecam, vt instit. de act. §. inter pignus. *In rem est*. Id est, contra rem. non quòd res conueniatur. sed datur contra possidentem rem. res autem dicitur † conueniri, quia quilibet possidens rem conuenitur. vnde actiones aliæ dicuntur in rem, aliæ in personam. & dicuntur personales, quia nō quilibet conuenitur, sed qui cōtraxit. & ita secus est in pignoraticia quàm hypothecaria: quia pignoraticia est in personam: vt j. de distract. pign. l. vltim. L. 18.

SICVT. *Non habet*. Vt s. de pignorib. qui fortunas. *Ita dolum*. Similitudo per contrarium. *Et culpam*. Latam & leuem, non leuissimam; vt inst. quib. mo. re cont. oblig. L. 19.

CREDITOR. Planum est quod hîc dicitur. L. 20.

RES OBLIGATAS *externu*. Exterum appellat quemlibet extraneum præter debitorem. L. 21.

SECVNDVS. *Non etiam vsurarum vsuras*. Quia id egit potiùs gerendo suum negotium quàm alienum: vt ff. qui pot. in pig. si prior. L. 22.

MAIOR ANNIS. *Vel iurisdictio*. Prætoris: vt ff. de pact. l. 3. prætor ait. L. 23.

PERSECVTIONE. *Vrgeri non potest*. Quia habet electionem, personali an hypothecaria, & hoc quando debitor possidet. si extraneus, dicit authentic. *Hoc si debitor possideat, &c.* Et per hoc authent. non datur electio conueniam principalem debitorem, an pignoris possessorem. si authent. de litigio videtur dare electionem quem conueniat: vt s. distractis. dicit enim lex illa verus, quòd in potestate habet creditor quem conuenire velit: & hoc non corrigit authent. ibidem, imò confirmat, & ita videtur quòd auth. ista de fideiussorib. corrigatur per illam vltimam de litigiosis. licèt enim in codice ista vltima ponatur. aliud est in corpore authenticorum. & sic dixit dominus B. alij distinxerunt vtrum possidens à debitore causam habeat, an non. in primo casu sicut ipso possidente habet electionem, ita & hîc. Io. contra, cùm non habeat lucratiuam causam, vel propter lucratiuam causam: vt ff. de doli excep. apud Celsum, §. si cum legitima. & notauimus s. de dolo. vel dic quod dicit authentic. illa de litig. conuenire possessores ex acto, scilicet, fideiussore, vt illa determinetur per hanc, vel aliter quia illud locum habet quando hypothecaria est contra debitorem intentata. & sic litis contestatione non prohibetur alienatio, quia non fecit rem litigiosam, cùm non sit quæstio de dominio, & hactenus facio meliorem conditionem meam, quia lite contest. potero eligere quem velim conuenire. si verò ante litem contest. alienauit, seruandus est ordo authent. de fideiussoribus, vt & hoc notaui s. de act. & ob. l. vlt. L. 24.

SERVO. Plana est lex ista. L. 25.

1 *Tabellio seruus esse non potest.*
2 *Magis est pignori incumbere, quàm in personam agere.*

SI TIBI NOTARIVM. Quia sciebat scribere. non intellige de tabellione, quia seruus tabellio † esse non potest: vt ĵ. de tabulariis generalis, vel sciebat facere notas. i. signa quædam quæ non erant literæ. & de his videtur loqui. ff. de bon. possess. si cum patrono §. vlt. *Conuenit.* Vi bonorum rapt. vel hypothec. vel actione furti, cùm tua potius intersit pignori incumbere, quàm † in personam agere: vt ff. de pig. si pignore, & quòd consequenter. computa in debitum, vt ibidem dicit.

1 *Militiæ quando ad heredes non transmittuntur.*
2 *Stipendia causa pignoris retineri possunt.*
3 *Creditor omnibus præfertur ex cuius pecunia empta res est.*

L. 17. SVPER HYPOTHECIS. *Quas argenti distractores.* Id est, censores, vel mensarij, fortè auri distractores. *Dare.* Id est, supponere. obligant enim omnia sua bona, & quærebatur vtrum militia vel præbenda illa esset obligata, & dicit quòd sic. & ita soluitur contra s. eod. l. quamuis *Sancimus.* Super hypothecis, scilicet. *Quamcunque militiam.* Nomen militiæ quandoque ponitur pro dignitate militiæ. & hanc soli illi habebant, qui eligebantur: quandoque pro officio, vt cùm aliquis fit consul in curia. Idem in cohortalibus & similibus: vt s. nisi cohorta. & in quibus cau. mil. fori. & tales militiæ † non transmittuntur ad hæredes. nec enim aliquis infans statim cùm moritur pater suus, est miles: sed hîc loquitur de ea quæ ad hæredes transmittitur. & ponitur militia pro emolumento, id est, præbenda quæ dabatur ex publico & descendebat in totum ex munificentia imperatoris: vt ĵ. authent. de exhib. coll. v. §. optimum. ita est in præbendis militum. sed & stipendia † retinere poterunt causa pignoris, si alia non sufficiunt: vt s. de execu. rei iudi. stipendia. Idem in præbendis nostrorum dominorum clericorum, vt ibi notaui. secus autem est in spe quam habet athleta pro præmio: vt ĵ. quæ res pignori. l. spem. *Etiam non probantibus.* Et in hoc differt à casu sequenti quando emit extraneis, quoniam ibi oportet probare, vt ĵ. patet. *Exigere.* Per hypothecariam, vt ĵ. e. l. in fin. *Quòd ita.* Id est, ea quę s. dicta sunt in liberis & cognatis. *Probentur.* Et ita patet quòd in hoc casu oportet probare. *Permissum est.* Quid enim permissum est? scilicet, vt liceat. *Dari solet.* Statuit enim dominus imperator quid præstetur: hoc quod dictum est in illis. *In negotiatorum personis.* Non intellige intransitiuè, sed transitiuè de personis extraneis substitutis à negociatoribus, sicut s. posuit. *Meruerunt.* Ante legem istam. Habes hic auth. *Quod obtinet, &c.* Quod, vt omnibus præferatur creditor ex cuius pecunia † exempta est. *Si ad hoc mutuauerint.* Et ĵ. scriptum, vt ĵ. authentic. de æquali do. §. quia verò. quam habemus infrà qui pot. in pignor. l. vltim. nouo iure. *Omnibus præponuntur.* Etiam isti creditori. *Sed si nullum pred. fuerit.* Quia neque contradicit vxor aut filij tunc aliis creditoribus qui simpliciter crediderunt, non vt emeretur militia.

IN

IN QVIBVS CAVSIS PIGNVS TACITE contrahitur. TIT. XV.

VNIVERSA. *Eorum qui censentur.* Id est, qui debent præstare tributum vel censum reipublicæ. L.1.

CERTVM EST. Planum est quod hîc dicitur. L.2.

QVAMVIS. *Ipsis pig. credam ta. pac. inesse.* Hoc cùm sati erant ante pignoris conuentionem, si post essent sati, & ab ipso eodem debitore. Idem si ab alio, non videretur. verum est cùm sic distinguat in ancilla lex. ff. de pign. Paulus. §. si mancipia. *Nulli prudentum placuit.* Nummus enim ex re furtiua redactus furtiuus non est: vt ff. de furtis, qui vas. L.3.

SATIS. *Bona eorum, &c.* Hoc est cõtra regulam generalem, quia neq; vxor pro marito vel econuerso debet conueniri. aliæ autem res vxoris non inquietantur: vt s. de præs. ver. l. 1. aliàs tamen dotis causa præfertur aliis rebus: vt j. qui pot. in pig. l. vlt. sed hîc contra est: sicut aliàs speciale, cùm inducitur circa primipilariũ administrationem: vt j. l. 12. de primipilio. l. 3. & 4. L.4.

SI NON INOVCTA. *Quæ pig. tene. cau. pla.* Tibi domino, si tibi & mihi bene possent retineri. L.5.

SI MATER *legitima, &c.* Hîc dic vt notaui s. ad Tertullian. omnem matri. & de secundis nuptiis. j. auth. l. primæ. *Eisque.* repete & antequam. L. 6.

SANCIMVS. *Præsumptione.* Id est, quòd præsumantur tacitè obligata. L.7.

SI ALIENA RES PIGNORI DATA SIT. TIT. XVI.

PROCVRATOR, &c. Si procurator habet liberam administrationem & generalem potest dare pignori. idem si habeat speciale mandatum. si verò generalem tantùm habeat administrationem, non potest, nisi solitus erat accipere pecuniam sub pignore: vt ff. de pigno. solutum. §. vlt. & l. sequenti. *Non inutilis erit exceptio.* Consonat. ff. de rebus eorum qui sub tutel. si pupill. §. si oblig. & ita etiam si ob chirographa. pet. & instit. quib. alie. licet. §. penult. L.1.

SI PROBAVERIS. Bona est concordantia s. ad Vell. si fine. L. 2.

CVRATOR. *Propriam rem immobilem.* Loquitur secundùm sua tempora. hodie enim necessarium est decretum: vt s. de adminis. tut. l. fin. §. defensionem. vnde melior est alia litera. *Mobilem.* Nam immobilem, etiam si in propriam rem adulti vel pupilli accipiat, non potest. L.3.

NEC SI MAIOR. Non tantùm si minor. L.4.

1 *Quæ bona fide possidemus, in bonis nostris esse dicuntur.*

L. 5. CVM RES QVÆ *Nondum.* Quando eam pignorauit. *In bonis debitoris.* Quid ergo est quod dicitur. ff. de pigno. & quæ nondum. §. 1. quia debet probare rem fuisse tunc in bonis debitoris. Resp. hic bona fide possidebat debitor rem quam dedit pignori: quod creditor probat. nam quæ bona fide † possidemus, in bonis nostris sunt: vt ff. de verbo. 1 sig. bonorum, alioquin si debitor mala fide possideret, non datur actio creditori. *Posteaquam.* Pignoraticiam. *Ordinariam quidem actionem.* Id *Sic in vet.* est, hypothecariam. *Non competere.* Quia à domino data fuit. *Vtilis persecutio.* Quia non fuit obligata, daretur credirori. & distingue. quia si rem meam dedi pignori, nulla dubitatio est, quia valet si alienaui & habeo in ea ius, tenet. si mihi erat debita, creditor habet hypothecariam, vt ff. qui pot. in pign. l. 3. cùm. si non erat mea vel mihi debita, non tenet, nisi fiat sub conditione, cùm mea erit. si enim simpliciter ei darem vt scienti, non habet hypothecariam, vt ff. qui pot. in pign. qui bal. §. vlt. si ignoranti, habet vtilem, vt hîc, & ff. de pig. l. 1. quod & ibi notatur.

L. 6. QVÆ. Mulier. *Se magis contrario, &c.* Tenetur enim contraria pignoraticia quæ obligauit rem alienam: vt ff. de pigno. si rem alienam.

L. 7. SI IN REM SVAM. Planum est quod hîc dicitur.

L. 8. NEXVM. Plana est lex ista.

QVÆ RES PIGNORI OBLIGARI POSSVNT vel non. TIT. XVII.

L. 1. ALVMNOS. *Et cæteras res.* Veluti vestes, concubinā & filios naturales: vt ff de pig. obligatione. & est bona concordantia ad l. istam. ff. de pecu. qui liberam peculij. de pactis, contra iuris. §. vlt. de donat. filiusfa.

1 *Consensu contrahitur pignoris obligatio.*

L. 2. CVM CONSTET. *Pignus.* Id est, obligationem pignoris. alibi pignus sumitur pro re ipsa corporali: vt instit. quib. mo. re. contra. ob. §. creditor. & de actionibus. §. item pignus. sic & furtum dicitur quandoque res furtiua, quandoque ipsum maleficium. & intellige quòd consensu † contrahatur pignoris obligatio quantum ad hypothe- 1 cariam, nam quantum ad pignoraticiam necesse est rem interuenire, vt in prædic. §. creditor, dicitur. *Emptiones.* Id est, instrumenta emptionalia, siue enim dederit instrumenta rei emptæ pignori, videtur & rem dedisse: sicut in re donata dicitur j. de donat. l. 1. & in legato: vt ff. de leg. 1. seruum §. eum. siue dicamus quòd dederit emptiones, hoc est *Sic in vet.* *la compra*, ita dicendo. videtur enim in vtraque positione ipsa res obligasse, vt hîc dicit.

L. 3. SI MONVMENTO. *Corpus filiæ tuæ intulisti.* Si nihil erat illatum, & sic erat cenotaphium, poterat obligari: vt ff. de religios. l. 2. ius quidem inferendi legari potest: vt ff. de leg. monumenta. ergo eadem ratio-

ratione vel maiori poterunt obligari.

NOMEN. *Nondum certior.* Quia si post denunciationem vel litem conte st.vel postquam parte pecuniæ accepi,soluit creditori suo, adhuc obligatus tibi remanet:vt j.de nouat.l.2.*Vtilibus actionibus*.Scil. illis,quas tuus debitor habet contra suum debitorem, quæ ideò vtiles sunt,quia ex alterius contractu alter directè intendere non potest. si ergo debitor debitoris tenetur tibi condictione certi de mutuo directa: ergo & ex æquitate,licèt non mutuauerim,habeo vtilem,ipse directam.sic in eo qui emit nomen vel cui legatum est. *Quatenus tamen ipse debet*.Id quod debet,si sit pecunia, accipiet in solutum, si corpus, pignoris loco tenebitur:vt ff.de pignorat.si conuenerim.& de pig.grege.§.1. L.4.

1 *Stipendia ex causa iudicati capi possunt.*
2 *Duellum per consuetudinem Lombardam,aliquando fieri solet.*

SPEM,&c.Sciendum est quòd antiquitus erant quædam certamina publica,in quibus qui vincebat, habebat præmium. & de his habetur mentio.ff.ad l.Aquil.qua actione.§.si quis,& j.authent. de consulib.dicit ergo quòd spes illorum præmiorum nec specialiter nec generaliter venit in obligatione.secus in præbenda,quæ emi potest:vt s. quib.mo.pig.ta.contra.l.vlt.sed videtur contra.s.de execu.rei iud.stipendia.Resp.non possunt obligari generaliter vel specialiter, sed capi 1 ex † causa iudicati,vel illud debebatur ex decreto. hic nō debebatur, sed habebatur spes. & ideo dicit de spe, quia non promittebatur per stipulationem.sed habebat spem vt haberet illa præmia. *Pro coronis*. Id est,victoriis.*Athletis*.Videretur arg.quòd bellum deberet fieri si incertum esset de re aliqua in furto vel simili casu, sed hoc non credo, quia quæstiones per testes & instrumenta debent decidi, non armata vi terreri debitores,vt s.de act. & oblig. negantes. licèt fiat in casibus 2 † duellum per Lombardam.& est istud intelligendum de athletis qui pugnabant auctoritate principis:vt s.dixi. L.5.

QVI FILIOS. *Dissimulatione iuris se circumuenit.* In casu tamen licet obligare,vt j.de captiuis.l.vlt.& in casu vendere:vt s.de patri. qui fi.dist.ergo multo magis obligare.propter eandem.generale tamen est ne filij vel alij liberi homines possint obligari:imò debito creditor caderet.vt s.de accu.authent.imò videamus tamen tota die per consuetudinem contrarium,quia isti magnates qui obligant pro debito filios suos,non tamen iure faciunt,& siue fiat sacramentum,siue renuncietur huic l.vel alij,non puto quòd teneat pignoris obligatio, quia contra ius naturale est. L.6.

EXECVTORES.*Ex quo tributorum illatio ret*.Cùm ergo hęc sit ratio,per hoc videtur quòd in prouincia locum habeat,quia ibi præstantur tributa,non in Italia,videretur tamen quòd & in prouincia,si aliud nō inueniatur in domo, hæc debeant capi, vel dicas quod hoc est causa principalis quare non capiuntur tam in Italia quàm in prouincia, ne impediatur cultura,& ob hoc etiam cessat actio aquæ pluuiæ ar.ff.de aqua plu.ar.l.1 § de eo. L.7.

PIGNORVM.Plana est lex ista.

L.9. SI QVIS IN CVIVSCVNQVE. *Etiam ad futuras res producatur.* Non idem est generaliter vendantur bona vel etiam si donentur. non enim trahitur ad futura. & est ratio, quia in his non præiudicatur debitori circa aliquid, sed fit solùm vt securior reddatur creditor. aliud est in venditione, quia nunquam de cætero posset aliquid habere. patet ergo differentia inter ista. differt etiam in legato, vt ff. de auro & arg. leg. l. si ita.

QVI POTIORES IN PIGNORE HABEANTVR.

TIT. XVIII.

1 *Secundus creditor qualiter succedat in ius primi.*
2 *Pro aliis inuitis & ignorantibus soluere possumus.*

L.1. QVI PIGNVS. *Ita ius suum, &c.* Docet ergo qualiter secundus creditor succedat in ius † primi: non tamen dicetur 1 primus: vt ff. eod. si prior §. à Titio, sed pignus multo magis valet quàm pretium quo tenetur, & ita primus creditor valet sibi retinere. præfertur secundo. sicut est in quolibet extraneo possessore, si offerat pecuniam creditori: vt ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. Paulus. & intellige secundum creditorem quemlibet præter primum. etiam in authent. isti creditores non ita offerunt inter se. sed omnino alius extraneus. nónne & ille sic potest aduocare pignus? videtur, quia pro aliis inuitis & † ignorantibus soluere possumus, & meliorem eorū 2 conditionem facere: vt ff. de neg. gest. soluendo. & instit. quib. mo. toll. obl. in prin. sed hoc non concedo. cùm enim nullum ius habeat extraneus, non tenetur sibi dare. hoc enim solum datum est secundo creditori: & quòd ita sit, probatur à simili. ff. de testa. tut. siue nemo. *Obligauit & deposuit.* Quod habetur pro solutione: vt j. de solutionibus, obsignatione. & est vtrumque necessarium: vt ff. de admini. tut. tutor. & s. de vsur. acceptam. *Nec in vsus suos conuertit.* Posteaquam obtulit. secus enim si conuertisset: vt ff. de vsur. debitor vsurarius, & s. de vsur. acceptum. debet enim perseuerare, sicut & de perseuerantia inducuntur arg. & ff. de in rem vers. si pro patre. §. versum. & alibi.

L.2. SI DECRETO. *Præualet iure, qui præuenit tempore.* Non ergo concurrunt, cùm non sint eiusdem temporis, si verò essent eiusdem temporis, concurrerent: vt ff. de priuile. credit. priuilegia. & ideo secus in creditoribus, & quia vnus omnibus possidet, vt ff. in possi. leg. is cui. §. si plures, & ff. de bo. au. iud. l. vlt. hodie tamen cùm mittantur in possessionem pro mensura declarati debiti, non videtur quòd aliis debeat proficere.

L.3. CVM REMPVBLICAM. *Propter emolumentum sententiæ.* Diffinitiuæ, quia habet ius ex sententia, hoc est actionem in factum, quæ mādatur executioni. aliàs nihil valeret illud ius. glossa ergo emolumentū, id est, effectum. *Cum Sosiano.* Defuncto, vel hærede defuncti. *Præponi remp.* Potior enim est qui habet pignus eo qui habet personalem actionem: vt j. co. eos qui.

In vulg. cod. hæc lex præcedit superiorem.

SI FVNDVM. *Antequam reip.* Sed & præferetur fisco & mulieri, vt notaui j. eod. l. vlt. L. 4.

PRIOR *quidem.* Planum est quod hîc dicitur. L. 5.

SI *generaliter.* Plana est lex ista. L. 6.

LICET *specialiter.* Ideo dicit, quia aliter non esset obligatum, licèt eius pecunia esset emptum: vt s. de pignor. quamuis. fallit in casibus, vt ibi notaui. Habes hîc authent. ITEM POSSESSOR, &c. Et pone quòd secundus creditor intendit hypothecariam actionem contra primum. ille primus dicit rem illi secundo non esse obligatam: quia ille, quem dicit dominus secundus sibi obligasse, non erat dominus. alius probat per testes fuisse dominum: vt ff. de pign. & quæ nondum. §. 1. & ita probat eum mentitum esse, licèt ille qui postea dicat sibi primò obligatam restituat possessionem creditori secundo. sic ff. de rei vindicat. in rem actionem pati. postea proponat hypothecariam si voluerit. Præterea alia ratione præfertur secũdus primo. vt in dote: sicut in l. vlt. Idem ratione semiplenæ probationis: vt in l. scripturas. Idem in eo ex cuius pecunia res est refecta: vt ff. eo. interdum. & in aliis casibus per totum tit. istum patet, & ff. eo. L. 7.

DIVERSIS *temporibus. Eum qui prior data pecunia.* Sed nónne qui prior conuenit, potior habetur, vt habuimus s. eod. siue etiã qui priùs conuenit, accepit in diem pignus vel sub conditione, iste purè: vt ff. eo. potior. & l. qui balneum. §. ampliùs. & sic videtur contradicere. respon. quia præfertur primus, quando ita conuenit, vt non possit recedi eo inuito. sed hîc contra est: quia cùm adhuc non fuerit numerata pecunia, inuitus non cogitur nummos à creditore accipere: vt ff. si cert. pet. qui pecuniam. aliud quando non sine incommodo suo posset discedere: sicut quando obligatum est pignus pro dote restituenda: vt ff. eod. l. 1. L. 8.

EOS QVI. Præferri constat. fallit in frumentaria actione, vt ff. de relig. at si quis. §. idem. & propter separationem: vt ff. de separat. l. 1. §. sciendum. L. 9.

CVM TIBI. *Nulla possunt persequi ratione.* Si verò habuissent expressam hypothecam priorem, præferentur ei: vt infrà eod. l. vlt. etiam notaui. L. 10.

1 *Notarij conditionales qui.*
2 *Indiscreta actio quando datur.*
3 *In priuato testamento exiguntur tres testes.*

SCRIPTVRAS. *Secretè.* Fortè in camera vbi nullus fuerat. *Eorum.* Instrumentorum. *Adhibitis.* Id est, rogatis. *Conditionales.* Illi scilcet notarii. erant enim quidam qui dicebantur † conditionales, qui vulgò Bononiæ hodie dicuntur tabularii vel tabelliones, apud Tuscos indeche tabellio. *Si personalis actio.* Pro mutuo. *Suum robur habere decernimus.* Sed nónne scriptura ista quæ in secreto fit & manu contrahentium, priuata est, & ita per se nullum robur videtur habere, vt s. de prob. instrumenta. vnde lex illa assignat contrarium, & ideo dominus P. appellauit legem istam fatuam, & fatuè positam dixit. Alii voluerũt L. 11.

dicere quia cùm citatus sit ille contra quem talis scriptuta profertur, nec venerit, præiudicatur ei, quia alius mittitur in possessionem bonorum, quasi per hoc videatur iniustam causam habere: & ita nõ propriè ipsa scriptura faciet fidem, sed ea mediante fit fides aliqua, & præiudicatur absenti, sic ait dominus Io. sed salua eius gratia domino meo minùs bene videtur dixisse, quia quoad hoc quid ad rhombum de ista priuata scriptura? siue enim priuati siue non, & citatus non veniat? etiam si iurauit, nihilominus debeat mitti in possessionem, vt š. de bo. auctor. iudic. post authent. & qui iurat. vnde domino meo non videtur quòd hìc loquatur circa missionem bonorum faciendam, alias enim aliter de ea tractatur, š. de iudic. properandum. & in titulo generali. Vnde nec fatua sibi videretur lex ista, nec ita intelligenda, sicut Io. non enim dicit lex ista quòd priuata scriptura tantùm faciat fidem, imò dicit quòd si fiat priuata scriptura à contrahentibus, & cõstet ipsorum habere subscriptionem, suum robur habet. Sed qualiter constabit ipsos subscripsisse, &c. Resp. per confessionem subscribentis: si enim confiteatur se subscripsisse, præsumitur esse ita, nec si post dicat se non fecisse animo obligandi, sed vt videret qualiter esset temperata penna, præsumitur talia verba scribere propter hanc causam, imò potiùs scribet, Dixit dominus domino. &c. Vel si diffiteatur, probabitur per testes, siue fuerint adhibiti, siue non: sed hoc quomodo potest esse, si non fuerint adhibiti? Resp imò bene, vt cùm tractatur verum iste possederit: probatur enim possedisse per vicinos qui viderunt longo tempore, quamuis nunquam fuerint adhibiti, & lex dicit quòd ad fidem rei gestæ faciendam, &c. vt ff. de testibus. Speciale enim est in casibus vt rogati exigantur, nec transeuntes admittantur, vt š. de testib. testium. & in auth. Sed aliàs in contractibus generale est vt transeuntes qui viderunt, & audierunt, etsi non fuerint vocati, admittantur, cùm ita sit, suum robur obtinet talis scriptura, non dicit robur tantùm, sed addit suum. Si enim ita contineatur, Ego Azo confiteor me debere c. Titio, quia emi: si ita contineatur causa ideo, quia emi: bene præiudicatur. Si sine causa contineatur de debito, indiscreta † erit actio, vt ff. de probat. cùm de indebito. §. vlt. Si verò contineatur se debere in tali scriptura ex causa mutui, non præiudicatur intra bienniũ, sed post, vt š. de non num. pe. generaliter. Si ex causa dotis, habuimus quid sit, š. de dote cauta. Ergo imperator cum maxima discretione loquutus est, & ideo dicit quòd suas habet vires, id est, debitas sibi secundùm alia iura, prout dixi. Si verò non inducatur in præiudicium eius qui subscripsit, sed alterius gratia mota quęstione fortè, quia vult hypothecariam intentare contra alium qui habet publica instrumenta. licèt contra se illa scriptura plenè probet, vt in casibus prædictis: non tamen contra istum, nisi semiplenè, nisi habeat subscriptionem trium testium fide dignorum, & hoc intellige quando constat: nam si non constaret, cùm aliàs priuata sit scriptura, non præiudicaret. Ipsi enim probant de fide scripturæ, non ipsa scriptura per se habet fidem, & ideo necesse est quòd constet eos scripsisse. *Vendicare*. Cõtra alium qui dicat rem sibi obligatam per publicum instrumentum, vt patet per sequentia. *Idiochiris*, id est, priuatis scripturis accipiuntur, nisi cõtrà

Sic in veteri libro repertum.

2

trà probetur per apertissima argumenta scriptis inserta. Habes super l. istam, auth. SI QVIS *vult deponere*, &c. Et posuit hîc dominus Al. hanc auth. & hanc ab eo scripsit dominus meus: dixit enim quòd corrigit l. istam, quod non dicit dominus meus: vnde secundùm eum non est apposita. Dicit enim quòd in priuato instrumento exiguntur tres

3 † testes quoad vt ex eo possit fieri comparatio: licèt enim aliàs tam ex publicis quàm ex forensibus instrumentis fiat comparatio, non tamen ex priuatis, nisi habeant subscriptionem trium testium, vt notaui s. de prob. operationes. nec corrigit l. ff. de proba. vbi numerus. Quia & per duos testes plenè posset probari, in corpore enim huius auth. dicitur quòd facultas probationis non minuitur per hanc authent. sed ad ostendédam aliam speciem probationis dicitur: & intellige hanc auth. cum distinctione quam notauimus s. si cert. pet. l. fin.

1 *Mulieres improbæ & assiduæ esse solent.*
2 *Funeraria actio præfertur dotis.*
3 *Vir vxorem alere tenetur secundùm qualitatem dotis.*
4 *Accessio non proficit nisi ei qui possidet.*
5 *Pecunia dotis quando consumpta dicatur.*
6 *Mulier omnibus creditoribus præfertur.*
7 *Qui habet expressam hypothecam, præfertur fisco.*
8 *Mulier esse debet in officio mariti.*
9 *Priuilegia non ex tempore, sed ex causa æstimantur.*
10 *Tempus quando considerandum in priuilegiis hypothecarum.*
11 *Qui credit ad reficiendum præfertur prioribus creditoribus.*

L. 12.

ASSIDVIS *aditionibus*, &c. Ne aliquis crederet quòd dominus imperator amore mulierum motus constitueret aliquid circa eas, dicit assiduis aditionibus, &c. Solent enim esse assiduæ & impro-

1 bæ mulieres sicut dicitur de † Calphurnia, & constituitur lex, quia lis mota erit: sic & à quibusdã aliis de causis fit, vt s. de legib. l. 3. *Penè.* hoc

2 dicit propter funerariam actionem, quæ præfertur † doti, vt ff. de religio. at si quis. §. 1. vel propter fiscum, vt s. de priuileg. fisc. l. quãuis. Vel propter eum ex cuius pecunia militia est empta, vt s. de pignor. l. vlt. Isti magis priuilegiati sunt & præferuntur, licèt in actione tutelæ vel similibus quæ habent sua priuilegia omnes æqualiter admitterentur. *Si hypothecam respiciebant.* Veteres leges. *Et senioribus.* Id est, prioribus. *Nouas.* id est, posteriores. *Nec.* Scilicet respicientes. *Quòd & corpore,* Mulieris. *Possidet,* Non tamen verè possidet, quia inde alitur & sustẽ-

3 tatur: vnde dicit lex quòd vir † tenetur eam alere secundùm qualitatem dotis, vt ff. soluto matrimonio. si cùm dotem. §. sin autem. Grosso ergo quodam intellectu & per similitudinem dicitur possidere: magis enim videretur asinus suam sellam possidere. Glossa ergo possidet, id est, detinet: sic ff. de verborum obligat. stipulatio ista, habere. §. hi qui sunt. Sic & filius possidet res paternas, quia alitur & sustentatur inde, vt infra instit. de hæred. qualit. & diff. §. sui. ad idem. ff. de liber. & posthum. in suis. Si enim possideret mulier, quare diceret lex quòd accessio fieret possessionis à marito in vxorem,

vel econuerso, vt ff. de acquir. possess. Pomponius. §. in dote. & accessio non proficit † nisi ei qui possidet, vt in eadem lege, §. vlt. non ergo possidet de iure ciuili vel naturali, vt hæc omnia plenius notauimus circa dominium s. de iure dot in rebus. Item quid si dedit pecuniam in dotem, & consumpta est, vel mixta cum alia, nam & tunc consumpta† dicitur, vt ff. de solutio. si alieni. non diceretur possidere: quod non est nisi dicas quòd possidet, quia habet actionem pro dote, & tunc subaudiendum est quasi, sic ff. de hæred. petit. quòd si in diem. *Ad hæc omnia respicientes.* Non ad amorem mulierum. *Quòd alias duas constitutiones.* Scil. ab ista. vt s de iure dot. vbi. & de rei vxor. act. rem in præsenti. *Potiora iura.* Sed posset quæri, si conueniatur de dote per quinquennium, vel tantum tempus antequam detur quando incipiant res obligari. Et videtur quòd à tempore numerationis, sicut dicitur in creditore, s. eod. diuersis, & ad idem est argument. s. de bon. quæ liber. l. antepenultim. & vltim. posset tamen & pro contrario argument. induci. At licèt ita dicatur in creditore, non tamen idem dicendum in marito, imò obligabuntur res à tempore conuentionis. Si enim non acciperet dotem, non posset facere sine suo incommodo, sed aliud in debitore: non enim cogitur pecuniam accipere, vt s. eod. l. diuersis. notaui. & probatur. ff. eod. l. 1. quid si ante matrimonium contractum dotem accepit, nónne potuit & sine incommodo dos non haberi, & sponsa relinqui? Et ita cùm sub conditione obligetur, potior videtur qui prior numerauit, nisi ab ea, vt s. dixi, non posset discedere, vt ff. eod. qui balneum. & l. potior. Vnde cùm hic notata conditio pendeat a tempore matrimonij, ad illud refertur. vt notaui s. de donatio. ante nupt. l. 1. Quare à tempore matrimonij potior erit. *Contra omnes habere mariti creditores.* M. indistinctè intellexit quòd omnibus † prioribus creditoribus præferetur, siue habentibus tacitas, siue expressas hypothe-Sed ei videretur contradicere s. de iure dot. l. vbi. quia ibi distinguit. Alij distinxerunt inter pignus & hypothecam, si enim fuerit pignus, & ita conuentum & traditum est, non præfertur. Si hypotheca, & sic sola præcessit conuentio sine traditione, præferetur, vt ff. in quibus caus. pign. ta. contra. l. est differentia. Dicit enim quòd si velit quis manumittere mancipia quæ tacitè sunt obligata, potest. Si verò pro pensionibus occupata sunt, non potest, & ita plus habet iuris manumiss[o]r dum habet ea penes se, quàm cùm fuerint occupata. A simili dixerunt hic in muliere & creditoribus. B. distinxit vtrum prior creditor habeat pignus ex auctoritate legis, vt pupillus in bonis tutoris, & in multis aliis casibus, s. quibus modis pign. ta. contra. an ex conuentione. si legis auctoritate, præfertur ei mulier, per istam legem, quia priuilegium quod lex dat, à lege auferri potest: iura enim ciuilia facilè mutantur alia lege lata, vt instit. de iure natural. §. penultim. si verò prior creditor habeat pignus ex conuentione, siue traditum fuerit pignus, siue non, nequaquam præferetur mulier, imò ipse creditor qui prior est tempore, sicut ille qui habet expressam hypothecam† priorem, præfertur fisco, vt ff eo. si pignus. & ideò præfertur mulieri, quia quoad hoc pari passu ambulant, vt ff. de iur. fisci. quamuis. Et ita secundùm os aureum non distinguitur inter hypothecam

4 5 6 7

thecam & pignus, quia quantum ad hypothecariam actionem non est differentia, vt instit. de action. §. inter pignus. reprobata igitur prima opinione quasi Iudæorum, & natura quasi Saracenorum, sumenda est nostra Christianorum. Et posset quæri vtrum ea quę non fuerunt Rabonis defuncti tempore mortis, postea facta hæredis videantur obligata, & videtur quòd sic, vt s. quæ res pigno. l. vlt. sed domino meo videretur contra, argum. ff. de pignorib. Paulus. §. si mancipia. *Quapropter non in hypotheca*, &c. Videtur ergo quòd si in personalibus præfertur, quòd in hypothecaria debeat præferri, non tamen illud argumentum est necessarium, imò in multis fallit, vt s. eod. eos qui. sed ita placuit ei dicere, quia eadem ratione si do tibi nummum imperialem, deberem tibi dare & duos propter obsequia quæ maritis præstant.

8 Debet enim † mulier esse in officio mariti, vt ff. de operis libert. sicut patronus. id est, debet ei seruire, nō quòd teneatur ei operari: & quòd acquisierit ex operibus suis, marito acquirat tanquam ancilla: imò sibi quærit: & hæc est causa impulsiua, non finalis, sicut & de causis istis notaui s. de condictio. ob caus. si repetendi. *Sed sic maneat eis ius incorruptum*, &c. Videtur contra. s. de priuileg. do. l. vna. sed ibi loquitur in extraneo hærede, secùs in filio. Vnde dicit lex quòd etiamsi extiterūt filii mulieris hæredes patris, condemnantur in quantum facere possunt, vt ff. soluto matrim. etiam. *Ex tempore prærogatiuam manere voluimus*. Sed videretur contra. ff. de priuileg. creditor. priuilegia. Dicitur e-

9 nim priuilegia † non æstimari debere ex tempore, sed ex causa: vnde licet vnus sit prior alio tempore, non tamen debet pręferri nisi diuersas habuerint causas, tunc enim non concurrent, vt cùm diuersi tituli fuerint, vt notaui s. eod. l. 2. Solutio. Ibi loquitur in priuilegiis personalium actiónum, vt in depositariis, & in actione tutelę, aliud in pri

10 uilegiis hypothecarum, ibi † enim consideratur tempus, vt hîc. *Non enim pro lucro*, &c. Sic & magis fauet lex creditoribus certantibus de damno, quàm legatariis de lucro certantibus, s. de iure don. l. 1. Habes hîc authent. QVO IVRE, &c. Et videtur hoc authent. multùm contradicere opinioni nostræ, & inde euidens argum. contra. posset assumi: quia ille qui credit ad reficiendum, præfertur prioribus habenti-

11 bus † hypothecas expressas, vt ff. eod. interdum. & mulier præfertur reficienti, vt hic dicit. Ergo videtur quòd præferatur habentibus expressas priores, per leg. ff. de diuer. temp. præscript. de accessionibus. Sed dic quòd licèt hæc authent. bene fuerit posita, minùs tamen perfectè & obscurè: non enim intelligendum est *quo iure*, vt habeat mulier hypothecam tacitam, & præferatur ei qui credidit in refectione, sicut multis prima facie videretur intelligenda. Vnde ne multi decipiantur, ita intelligendum est quòd mulier præferatur ei in pecunia, cui res est refecta, ita demum, si fuerit prior: & licèt ille præferatur alii priori, non tamen mulieri quæ prior est, in hoc enim priuilegiata erit mulier, & non sequetur regulam aliorum creditorum. Et licèt hęc non plene possent probari per hoc authent. pleniùs tamen continentur & probantur in corpore authent. de æqualitate dotis. §. quia verò. *Personali*. Verbum hoc appositum fuit à domino Yrnerio, cùm in corpore authent. non reperiatur, sed nedum in personalibus actioni-

bus præfertur qui credidit in refectione, sed etiam in tacita hypotheca, vt ff. in quibus causis pign. tac. contra. l. 1. Ille autem ex cuius pecunia res est empta, non habet priuilegium: si tamen ad hoc dedit, vt ex ea emeretur, habet priuilegium inter personales, non autem habet tacitam hypothecam, imò oportet contribuere si alii fuerint creditores, vt ff de tributo. procuratoris scientiam. hoc enim ipso quòd ex mea pecunia res est comparata, mihi obligata non est, & ideo nõ præferor in eo nisi vt pignori sit conueniatur, & tunc etiam prioribus præferetur, vt s. eo. licet. *Marito in scriptis mutuatur.* Vt s. de pignor. l. vlt. aliàs & in hoc in scriptis probato, sicut est in corpore authent. Habes aliud authent. S i *quid ex rebus ipsius dotis.* Secundæ. *Sine superfint ambe.* Soluto matrimonio per diuortium. *Superior.* In hypothecis. *Noua lege.* Hac sc. factum est apertius quàm veteri lege factum esset, quia hæc noua distinguit vtrum appareat aliquid de rebus dotis secundæ vel non, quod facit vetus rubrica de his qui in priorum creditorum locum succedunt.

DE HIS QVI IN PRIORVM CREDITORVM loco succedunt.

Tit. xix.

Aliàs, omnimodo.

L. 1. Non *omnino. Frustrà putas,* &c. Secus est in priuilegio personalium actionum: ibi enim si peruenit pecunia ad creditorem priuilegiatum ab inferiori & vltimo creditore, facit quòd eius prior habenda sit ratio, vt ff. de priuileg. credit. succurri. §. vltimo.

L. 2. C v m *pro patre.* Debitore.

L. 3. S i *priores.* Planum est.

L. 4. S i *prior.* Plana est lex ista.

SI ANTIQVIOR CREDITOR PIGNVS VENDIDERIT.

Tit. xx.

L. 1. Si vendidisset. *Persecutio adempta est.* Imò non, quia propter donationem in solutum desiit esse debitum, sed non ita est, quia sua diligentia sibi nocere non debet, vt ff. de separat. debitor. Videtur autem recessisse ab obligatione, si reuocabilis esset donatio: quandoque tamen quis videtur sibi succedere quoad retentionem, vt ff. qui potio. in pig. si prior. l. 3.

L. 2. Obligata. *Rectè.* Pacto vel lege.

L. 3. Qvominvs. Planum est quod hîc continetur.

Aliàs, pignori data.

SI COMMVNIS RES PIGNORATA SIT.

Tit. xxi.

Fratre

FRATER *vester. Nullum praeiudicium.* Quia non est in domino suo, vnde & socius totorum bonorum plus parte non potest alienare, vt ff. pro soc. nemo ex sociis. Speciale tamen est in fisco, quòd in totum rem communem possit alienare, forte & obligare, vt s. de commu. rer. alien. l. 1. & 2. L. 1.

DE PRÆTORIO PIGNORE, ET VT IN actionibus etiam creditorum missio pignoris procedat.

In cod. legitur debitorũ, rectè prætorij.

TIT. XXII.

1 *Cautio de damno infecto quando postulanda.*
2 *Cautionum diuisio.*
3 *Iudiciale pignus quid.*
4 *In executione quis ordo seruandus.*
5 *Qui habet actionem, potest eam obligare.*

SI PRÆTORIVM PIGNVS. Prætorium est, quod decernitur ex edicto prætoris, quia postulabat † quis caueri de damno infecto, cùm domus alterius minaretur ruinam: vel etiam agit de legato soluendo existente die vel conditione. Vnde cautionum aliæ iudiciales, † aliæ prætoriæ, aliæ cōuentionales, vt ff. de verbor. oblig. stipulationum. Iudiciale † pignus est, quando lata est sententia, à qua non est appellatum, constituitur enim propter iudicium præcedens. *Non solum super rebus mobilibus.* Hic ordo † obseruandus est, quia primò capiuntur mobilia, postea immobilia, vltimò peruenitur ad actiones, vt ff. de re iud. à diuo. *Actionibus debitorum.* Id est, debitori competentibus: sed qualiter fiet missio in actionibus debitorum? Videtur quòd non: quia res incorporales sunt, vt instit. de reb. incorpor. ergo possideri non possunt, vt ff. de acquir. poss. possideri. Sed ita intellige, i. in quasi possessione, sicut notaui s. qui pot. in pign. l. vlt. etenim ille qui habet † actionem potest eam obligare, vt s. de hær. vel act. ven. Vnde postquam iudex decernet mihi esse pignori: sed hoc non potest facere inuocato debitore & confesso se debere, vt ff. de re iudic. à diuo. circa finem. L. 1.

VETERIS IVRIS. *Siue sua culpa, siue non.* Per hoc videtur comprehendere casum: ergo pro nihilo addit, seu fortuito casu: si enim culpa sua contingit, ergo cùm præuideri non potuerit, vt s. de pign. quæ fortuitis. & certè quod hic dicit, siue sua culpa, siue non, ita potest intelligi, lata vel leui: de leui tenetur creditor, non leuissima. Siue enim contingat sua culpa lata vel leui, siue nō, seu casu fortuito, in vtroque casu habet hypothecariã. Quidã tamen dixerunt mediũ inter casum fortuitum, & quando aliquid culpa non contingit: vt notatur, & respondetur huic quæstioni ff. nau. cau. sta. l. 3. *Dare recuperationẽ.* Actione in factum, vt ff. de reb. auc. iu. poss. Dicitur enim ad hoc vt nō inquietetur quis in possessione. Item ex re iudicata, item ad recupe- L. 2.

randam possessionem, vt in tit. ne vis fiat ei qui in poss. ss missus est. Sed qua actione prouidebitur hîc debitori, si satisfecerit? in conuentionali enim pignore datur pignoraticia: & satis dici potest quòd habeat vtilem pignoraticiam: directa enim datur quando res tradita est, & pro debito satisfactum. Cùm autem hîc iudex tradiderit, dabitur actio, vt ff. in possess. leg. is cui. §. quæri, vel in factum, & facit ad id quod notaui s. de pig. vsucap.

SI IN CAVSA IVDICATI PIGNVS CAPTUM SIT. TIT. XXIII.

L. 1. RES OB CAVSAM. *Non in vicem iustæ obligationis, &c.* Si enim decreto prætoris aliquis habeat vel iussus sit habere pignus, tenetur acsi aliàs esset conuentum, vt hîc: & s. tit. 1. l. vltim. Fallit tamen, quia nisi ventum fuerit in possessione, solus iussus non facit pignus, vt ff. de pign. act. non est mirum. §. vltim.

L. 2. CVM IN CAVSA. *Per officium.* i. officiales. *Ex officio.* i. ab officialibus. *Emere debet.* Sed & iudex posset addicere rem aliquam, si illæ non sufficiunt, vt ff. de re iudic. à diuo. §. 1.

L. 3. IN CAVSA. *Potius.* Electiuè ponitur, non comparatiuè. *Addici solet.* Et addicitur non pro parte, sed pro toto.

SI PIGNVS PIGNORI DATVM SIT. TIT. XXIIII.

L. 1. ETIAM ID QVOD. *Quandiu in causa pignoris, &c.* Si ergo creditori modò soluero, pignus perimitur suo creditori. Si autem soluero creditori creditoris mei, licèt eius, non tamen pignus perimitur secundùm Io. quia accessio est. Azo. *Dominio vos priuare nequiuit.* Sed nunquid obligando possessionem, videtur & vsumfructum obligasse: & certè videtur arg ff. de contra. em. qui tabernas. si vendidi rem in qua ius habeam, videretur ratione iure vendita, vt ibi dicit. Sed dic quòd ibi loquitur de iure quod ratione dominij vel quasi potest competere, vnde [illegible] videretur si obligādo fundum, videar vsumfructum, quod est seruitus, non ius, ratione dominij vel quasi obligasse.

L. 2. SI CREDITOR. Planum est quod hîc continetur.

DE PARTV PIGNORIS, ET OMNI CAVSA. TIT. XXV.

L. 1. PARTVS. *In pari causa, &c.* Si conceptus fuerit, & editus apud alium dominum, non habet actionem: secus si concepit penes debitorem, & editus est apud alium, vt ff de pigno.

pigno Paulus. quæ distinctio notatur in summa de pignoribus. §. intenditur. L. 2.

CVM PIGNORIS. *Operis,&c.* Vt s. de pign. l. 1.

DE REMISSIONE PIGNORIS.

TIT. XXVI.

SI SCIENTE. Subaudi, & consentiente. Vel dic quòd in fauore libertatis sufficit sola scientia, & quòd præsumantur creditores consentire, si scierint. sicut dicitur j. eo tit. si hypothecas. priuilegio fisci. L. 1.

SI PROBAVERIS. Plana est lex ista. L. 2.

SI IGNORANTE. *Ius tuum non læsit.* Et videretur quòd fiscus vel res pub præferatur, vt ff. qui pot. in pig. si pignus. non enim hîc ante erat specialiter pignus obligatum: vnde quidam ibi glossauerunt specialiter. Aliud si generaliter ante accepit, est tamen contrarium, quia hic dicit ante generaliter obligatum pignus, non tamen pręferendum fiscum vel remp. si post contraxit. L. 3.

CVM TE. Planum est quod hîc dicitur. L. 4.

DEBITVM. *Per pacti conuentionem.* Fortè dolo seu metu initam, quo casu non tenet remissio, nisi in casu quando impeditur propter matrimonium, vt ff. de his quæ in fraud. cred. si pignus. & quib. mod. pig. sol. l. 1. §. 1. L. 5.

SI EO TEMPORE. *Possunt videri, &c.* Videtur contra regulam generalem, quia nemo inuitus agere vel accusare cogitur, sed hic non dicit quòd agat inuitus, sed nisi intra statutum tempus egerit, repellitur: sic & not. s. de ingenuis ma. diffamari. L. 6.

CREDITRICEM. *Pignoris etiam ius remis.* Aliud si reddiderit pignus, vt ff. de pact. Labeo. L. 7.

SI HYPOTHECAS. Remisisse speciale est in fisco, sicut in libertate notaui s. eo. l. 1. L. 8.

CVM EX CAVSA. Planum est quod hîc dicitur. L. 9.

RES PIGNORIS. Plana est lex ista. L. 10.

SOLITA PROVIDENTIA. Assignatur contra. ff. quib. mod pig. soluitur. sicut reor. §. si per vacuum. Solut. hæc corrigit illam, vel ibi loquitur quando consensit alienationi, & dubium erat vtrum esset alienata: vnde si inueniatur apud debitorem, præsumitur quòd non alienauerit, vt ibi dicit. Hîc autem certum erat eum alienasse, & post redemisse, vnde non potest agere, vt dicit. L. 11.

ETIAM OB CHIROGRAPHARIAM PECVniam pignus retineri posse. TIT. XXVII.

1. *Chirographaria pecunia, quid.*
2. *Creditor pro pignore actionem & exceptionem habet.*
3. *Multa contra fœneratores inducuntur.*

L. 1. Pignvs intercidit. Antequam perueniamus ad textum, vel ad nigrum benè est videamus de rubrica. Dicitur enim chirographaria pecunia, † quæ sine pignore debetur, vt in textu patet ibi simpliciter, id est, sine pignore: & ibi, nec enim necesse ei impo. chirographarium, &c. Sic est responsio generalis, & si initium generale, lex tota generalis est, vt ff. de iur & fact. ignor. l. penult. §. vlt. non est ergo vis facienda in eo quod dicit chirographariam, quia siue chirographum interueniat, siue non, satis est vt retineatur pignus. *Si nouatione.* Voluntaria, secus si necessaria, sc. per litis contest. vt plenè notaui s. de iudic. l. 1. & dicit lex ff. de nouat. aliam. *In alium.* De alio ideo dicit quòd secus esset, si ab eodem promitteretur animo nouandi: non enim propter hoc tolleretur pignus, vt ponit lex in eo, quia alia addidit pignora: in nouatione enim prius pignus tollitur, quasi videatur sibi successisse, vt ff. qui potio. in pigno. l. 3. & l. prior. Sed etsi non alia addidit, non tollitur pignus per nouationem, vt ff. ad Velleian. aliquando. §. de pignor. & argum. s. si certum petat. si ex pretio. sed tamen contra est, ff. de prætor. stipul. Valerianus. Vel dic quòd duret pignus, vt s. dixi. *Ius obligationis.* Id est, ipsam obligationem, quæ est ius. *Dominus fundi constitutus.* Donatione vel emptione. *Feceris condemnationem.* Id est, petieris fieri. *At si in possessione.* Nouus est iste casus. *Eam,* scilicet rem, vel id pignus, propter exceptionem. Nota, quia aliàs pro pignore habet creditor † actionem & exceptionem, vt s. de prætor. pign. l. vlt. hic autem non habet nisi exceptionem: non enim quoad chirographarium debitum pignus persequi potest, licet tamen excipere pro eo, si pignus possideat: & ita magis consequitur in excipiendo quàm in agendo, vt hic, & ff. quib. mod. pig. sol. l. 1. & de pigno. l. 1. *Non cogeris.* Sed videretur quòd incidat in edictum D. Marci: hoc tamen falsum est, quia non auctoritate sua sola pignus retinet, sed legis, vnde propter hoc quod legitimè factum est, non debet pati pœnam, vt j. ad l. Iul. de adulter. Gracchus. sed videretur contra. s. mandati. l. vlt. Sol. Ibi loquitur in commodato, vbi non traditur res vt teneatur aliquo modo, secus hic in pignore quod habetur propter obligationem. Item videretur contra. s. de vsur. pro retentione. Sed illud est odio vsurarum: multa enim † inducuntur contra fœneratores: vt j. eodem titul. l. quamuis. Vel aliter illud locum habet quando debetur naturaliter, si esset debitum ciuile & naturale, contra esset, vt hic. *Quod in secundo creditore.* Conueniente primùm, vt s. qui pot. in pignor. l. 1. Vel etiam conuento, eadem ratione: nec locum habet in emptore pignoris vel fideiussore. Habet enim necesse soluere pecuniam pro qua intercessit, non aliam. Si dicas, quare aliud est quàm in debitore? Ratio est, quia debitor debet vtramque pecuniam, & pro eo pignus obligatur, vnde licet pro alia debita pecunia eiusdem pignoris non interuenerit obligatio, nihilominus retinetur, vt dicit aliud in secundo creditore, nullo enim iure obligatus est primo, nec etiam habet aliquid necesse soluere primo, cùm nec pro eo sit pignus obligatum, & ita non apponitur ei pro chirographaria pecunia exceptio.

1 2 3

DE

DE DISTRACTIONE PIGNORVM.

TIT. XXVIII.

FVNDVM PIGNORI. Plana est hæc lex. L.1.

CREDITOR. *Rem litigiosam non vid. ven.* Quia litigiosa res est, de cuius dominio, &c. vt j. de litigio. j. authent. *Quia precariò debitor possidet.* Et siue precariò possideat, siue non, nihilominus habet locum quod hic dicitur, vt patet per sequentem rubricam. L.2.

HYPOTHECIS *In id quod deest.* Non est ita secundùm consuetudinem Venetorum, vt not. s. si cert. pet. si pro mutua. L.3.

CREDITOR. *Proscribit.* Id est, venale proponit. *Licet.* i. potest. *Testatò dicere debet.* Hoc quando dies non erat statuta in venditione, alioquin dies interpellat pro homine: sed hoc fortè quantum ad commissionem pœnæ, vel vsuras, non quoad distinctionem pignoris, & ideo videtur quòd si non denunciauit, non teneat venditio: vt j. de iure dom. impet. l. 1. L.4.

SI RESIDVVM. *Siue oblato superfluo.* Sola ergo oblatio impedit venditionem, licet nõ faciat liberationem improba alienatio, vnde dicit regula iuris, non potest videri improbus qui ignorat quantum soluere debeat. L.5.

QVAMDIV. *Non amittit facultatem.* Verum est quando vna res est obligata. Quid si plures, & restabat modicum ad soluendum, poteritne pro modico rem maximi pretij vendere? Videtur quòd debeat retractari venditio, quia malitiis hominum non est indulgendum, nec debent alicui prodesse, vt ff. de rei vind. in fundo. & ad idem facit, ff. de aqua plu. ar. l. 1. § denique. sed tamen lex videtur dicere contra. ff. eod. creditoris, & ideò non videtur conueniendus esse à debitore. L.6.

SI CESSANTE. *Non reluctante.* Imò sibi concedente venditionem. L.7.

SI PRIVS. *In eadem causa permanet.* Aliud si non permansisset, vt not. s. qui pot. in pign. l. 2. *Pignoris distractio non valet.* Intellige quando obtulit, consignauit & deposuit. Vel dic quòd sola oblatio impediat, vt s. eod. si residuum. Si vero nec obtuli, vel consignaui, aut deposui, sed paratus fui soluere quandocunque peteret, & ita non stetit per me, tenet venditio, sed reuocatur: vt ff de rescind. vend. l. pen. L.8.

QVÆ SPECIALITER. *Consequi.* Hypothecaria vel personali contra debitorem vel fideiussorem. L.9.

ET *qui sub imagine, &c.* Planum est quod hìc continetur. L.10.

MVLIER. *Nisi dissimulatione.* Quia maritus obligauit velut suas, & ipsa tacuit, possunt enim vendi, vt s. ad Velleian. si sine voluntate. L.11.

SI DEBITOR. *Transtulit ad emptorem.* Sed tamen priùs conuenientur principales personæ quàm possessores pignorum. & hactenus obstabit isti creditori alienatio facta per authent. L.12.

QVI PRÆDIVM. *Si in vacuam possess.* Id est, in eam possessioné quæ vacua dicitur, etsi enim non esset vacua, nihilominus transit L.13.

dominium, vt ff. de fun. dot. si fundum. Vel ibi loquitur in eo qui habebat dominium, non possessionem. hîc neutrum, vt hæc diligenter notaui s. de probatio. cùm res. & cùm hic creditor non habeat possessionem. Sed si ipse possideret, sufficeret si eo sciente & non contradicente, longo tempore fuisset in possessione, vt ff. de acquir. possess. minus.

L. 14. SI IN HOC. Hæc lex plana est, & aliæ sequentes vsque ad tit.

DEBITOREM VENDICATIONEM PIGNORVM impedire non posse. TIT. XXXIX.

L. 1. SI SVNT *qui emere*. Planum est quòd hîc continetur.

1 *Quandoq; denunciatio non impunè contemnitur.*

L. 2. DEBITORIS *denunciatio*. Lex ista ponitur sub generali denunciatione, impunè contemni quod recipit contra. quia quandoque denunciatio non impunè † contemnitur, vt in operis noui nunciatione, sed hoc quia fit contra edictum prætoris. Item videtur contra. ff. de his quæ in frau. cred. ait prætor. §. 1. l. 2. sed illud dictum est causa seruādi iuris sui. Hic autem certum est debitorem non habere ius prohibendi; vnde cùm creditor possit vendere lege vel pacto, impunè contemnitur.

SI VENDITO PIGNORE AGATVR. TIT. XXX.

1 *Interdictum fraudatorium.*
2 *Quandoque maioribus in contractibus subuenitur.*

L. 1. PRÆSES. *Iubebit*. Et habet locum pignoraticia, vt s. de distract. pign. & de pignoraticia restituere tibi fundum, &c. Sed qua actione conuenietur, quia dominium translatum est in eum, non enim personali, quia non contraxi cum eo. Quidam dixerunt quòd interdicto † fraudatorio. sed melius consilium 1 est vtili rei vindicat. auctoritate istius legis: vel tutius consilium est vt impetret beneficium in integ. restit. contra emptorem, quia participauit fraudis consilium, sic enim in contractibus † quandoque subuenitur 2 maioribus, vt s. quib. ex caus. maior. in contractib. & ita impetra. in integ. restit. habet vtilem rei vindicat. sicut notaui quando pignus incipit à prædecessore minoris, & alienatum est s. de præd. min. l. 2. restituitur enim minor tanquam quilibet maior, si non potest ei satisfieri à creditore defuncti.

L. 2. SERVOS. *Petat*. Quia credebāt se creditores, & non erant, si essent verè creditores, debent cōpensationem opponere vsq; ad cōcurrentē quantitatē, superfluum restituet: in subsidiū ergo re vsucapta vel percēpta, vel præscripta conuenitur alienator, vt s. de reb. alie. non alien. l. 1.

SI V-

SI VXOR. *Iubebis emptores.* Ita demùm, si emptores isti fuerint malæ fidei. L.3.

CVM CONTRA. *Non obseruatis, &c.* Quia non vendit elapso biennio. *Non tantùm aduersus creditorem.* Pignoraticia actione. *Verumetiam aduersus possessorem.* Dixerunt quidam experiundum fraudatorio interdicto, & induxerunt pro se. ff. de solut. pupilli. & dixerũt illud interdictum fraudatorium esse speciale interdictum, sicut in arbore actionum notatur. Sed lex non loquitur in casu isto, imò de actione quę oriebatur ex edicto de his quæ in fraud. cred. l. 1. & l. prætor ait. Debet enim reuocari alienatio in fraudem creditoris facta, per Paulianam, & illa competit contra quemlibet possidentem, & quandoque contra debitorem, vt in l. vltim. illius tit. Et fortè olim erat speciale interdictum per quod reuocabantur alienata in fraudem creditorum. Dic ergo quòd conueniam possessorem rei vendicat. vel aliter, vt notaui s. eodem l. 1. *Et fructuum ratio.* Quia restituetur prædium & fructus. L.4.

SI CREDITORE. *Non per collusionem.* Vt s. de distract. pig. & qui sub imagine. L.5.

DE LVITIONE PIGNORIS.

TIT. XXXI.

QVI PRO PARTE. *Nisi totum debitum, &c.* Non enim mutatur ius ex qualitate succedentium, vt ff. de verb. obl. l. 2. & quandiu restat aliquid ad soluendum, &c. vt s. de distract. pign. quandiu. L.1.

1 *Vtrum sublata personali duret hypothecaria.*
2 *Hypothecaria quando locum habere non potest.*

INTELLIGERE *debes.* i. potes. non enim ita regulariter intelligendum est, quòd personali sublata duret hypothecaria, hoc enim falsum est, si per solutionem vel nouationẽ, vel rem iudicatam tollatur: vt ff. quib. mod. pig. vel hypothec. sol. l. soluitur. lege autem liberatur. & ita legitur. ff. de regulis iuris, cùm principalis causa non subsistit, &c. dicergo, debes, i. potes, quia possibile est vt sublata personali 1 † duret hypothecaria quando submouetur per exceptionem in personali, puta pręscriptione xxx. ann. cùm notissimi. sed si personalis ipso iure est sublata, & cum effectu, non potest habere locum hypothecaria. si ipso 2 † iure & cum non effectu, durat. & assignantur duo casus. ff. ad Trebel. debitor. & de except. rei iudic. l. penult. §. vlt. L. 2.

SI REDDITA. Planum est quod hîc dicitur. L.3.

SI VNVS EX PLVRIBVS HEREDIBVS CREditoris vel debitoris, soluerit vel acceperit partem sui debiti.

TIT. XXXII.

MANIFESTI. Plana est lex ista. L.1.

L.2. ACTIO. *Inter heredes.* Debitoris vel etiam creditoris. *Non personam obliget, &c.* Nota quòd qui conuenitur hypothecaria vel rei vẽdica. non est obligatus aliquo iure, vt hic, & instit. de actio.

SI PIGNORIS CONVENTIONEM NVMEratio pecuniæ secuta non fuerit.

TIT. XXXIII.

L.1. SI PECVNIAM. *Et pignus datum probaturus es.* Pignus datum esse bene debet probarere, sed pecuniam non esse numeratam hoc ipso probat, quòd non probatur contra. *In rem*, Id est pignoraticia pro re, secundùm quosdam. & verũ est quòd agere poterit pignoraticia, vt ff. de pign. solutum. Vel meliùs dic quòd rei vendica. contra creditorem, & certè non videtur bona ratio si dedit pignus, & pecunia non est numerata, quòd ob hoc detur rei vendicatio: quia nónne potest esse quòd nõ fuerit dominus? sed secundùm quosdam, si probat alium habere causam ab eo, nõ licet ei de dominio referre quæstionem, vt hîc. omnia pleniùs not. s. de non num. pec. l. 1. vbi hæc lex per eadem verba continetur. & dic pleniùs, vt ibi.

L. 2. SI VT NVNC. Plana est lex ista.

DE IVRE DOMINII IMPETRANDO.

TIT. XXXIIII.

L.1. DOMINIC. *Et an solemnia.* Vt j. eo. l. vlt. *Impetrare te non posse.* Vt s. ne. pro dote mulieri bona quondam mariti. l. 1.

L.2. SI CREDITOR. *A beneficio impe. recess. videtur.* Et nota quod hîc dicitur, quia bonum est ad legem commissoriam. si enim vendidi, & ita caui, quòd si pretium ad talem diem non fuerit solutum, sit res inempta, si post diem illam petam pretium, videor mihi præiudicare: vt ff. ad l. Cor. l. 1. & 2. & l. penult.

1 *Trina denuntiatio quando necessaria.*
2 *Pignus quando possidetur iure dominij.*

L. 3. VETVSTISSIMA. *Et annus luitionis.* Hodie est biennium luitionis, vt in hac l. *Siue in aliis conuentionibus.* Vt in loco, & similibus. *Ea obseruari, &c.* Sed si fiat pactum de non vendendo, non valet: imò licet vendere, sed tamen antequam vendat, necessaria † est trina denuntiatio: vt ff. de pign. si conuenerit. nec intellige quòd sufficiat si dicat, solue, solue, solue, imò fit per tria tempora, quæ dixerunt quidam esse tres dies, vt quolibet die semel fiat: vt ff. de pub. iud. inter. sed nos dicimus quòd sit lege cautum quòd tempus interponi debeat, relinquitur arbitrio iudicantis, vnde facta semel denuntiatione dabit antequam alia fiat: vel vnum diem vel duos, vel tres, secundùm quòd ei visum fuerit. si verò sine pacto aliquo simpliciter rem obligauit, sufficit vna denuntiatio, & elapso biennio impetrabit ius dominij. sed & postea ex huma-

humanitate intra biennium, si debitor auferat pecuniam, audietur, vt hic dicit. sed hoc tempore constitutio huius legis, hodie per consuetudinem coartatur. solet enim dari per statuta huius ciuitatis solum spatium sex mensium, sed & post tempus quod s̄ per l. istam positum est, habebit ita dominium: quòd si euincatur, agere posset de euictione: vt ff. de pig. ac eleganter. *Ex denuntiatione.* vnica. fit creditori omnis ratio integra. secus in pignore, quòd in causam iudicati capitur. illud enim 2 pignus possideri posse † iure dominij placuit, non tamen pro parte, sed in totum: vt ff. de re iu. à diuo. §. si pignore.

DE PACTIS PIGNORVM, ET COMMISsoria in pignoribus rescindenda.

TIT. XXXV.

1 *Emptio pignoris causa facta, quando non valet.*
2 *Item quando fraus ei obstat.*

QVI PACTVS *est, &c.* Ad materiam istam bene facit lex L.1. s̄. plus valere quod agitur emptione: quia si fiat tale pactũ, si non soluero tibi vsq; ad talem diem, sit pignus tuum: nõ 1 valet talis emptio pignoris causa † facta. vel potest intelligi quando dicit fœnerator, ego non dabo tibi pecuniam, nisi ita feceris, quòd res mihi vendatur, & possis eam recuperare hinc ad talem diem, si reddideris pretium. sin autem non reddideris sit mea. non enim valet talis vel talis emptio pignoris in fraudem legis commissoriȩ facta, cùm cogatur hîc debitor vendere. & hæc fraus bene potest percipi à iudice quando fiat: vt. s. si res sit sic empta pro xx. quæ valet. c. si 2 verò † res parum plus valeat, bene valet, & tenet talis emptio: quia emptio non prohibetur hîc, sed fraus. *Cessurum se credito. hypothec.* id est quòd res esset creditoris. *Venditionem non contraxit.* Idem est & si ita dixerit, vt si non soluta fuerit pecunia ad diem, res cedat in solutum: vt ff de solut. Calipodius. non tamen hoc locum habet in fideiussore, imò videtur venditio sub conditione contracta, vt ff. de contr. empt. l. vlt. 1. respon. si tamen dicat, si non soluta fuerit pecunia ad tale tempus, habeas rem emptam iusto pretio tunc æstimandam, bene valet pactio: vt ff de pign. l. si fundus. §. vlt. quid si renunciauit debitor beneficio quod habet per legem istam, & etiam interposita fuerit superior pactio? videtur quòd non valeat, per l. vlt. istius tit. & ideo bonum est vt subiiciamus, eam vendere debet: & si plus accepit quàm sibi deberetur, debet reddere.

SI FVNDI NOMINE. *Obtineas.* i. restituatur tibi. *Preses iubebit.* Debent L.2. enim seruari pacta quæ apponuntur in contractibus: vt s̄. de rer. permut. l. rebus.

QVONIAM *inter alias. Quæ cum preteritis.* Calliditatibus creditorum. L.3. *Re amissa.* Quanquam per pactum videbantur acquisiuisse.

DE EXCEPTIONIBVS SEV PRÆSCRIPTIONIBVS. TIT. XXXVI.

L. 1. DEBITORES. *Antiqua lege*. XII. tabularum. *Adſcripſerat*.i.prælegauerat quibuſdam heredum,quod tu debes:quod poteſt: vt in onere:ff.famil.erciſc.ſi filia.§.Papinianus.

L. 2. PRO PORTIONE. *Et demum obſtat,vel ſucceſſ.&c.* Fallit in querela inoff.teſt.in cauſa ingenuitatis & filiationis,in crimine adulterij: vt ff.ad l.Iul.de adult.deuunciaſſe.fallit & ratione ſcientiæ:vt ff.de re iudic.ſæpe.§.ſi ſcientibus.

L. 3. ADVERSVS. *Tutorem legitimum*. Olim dicebatur fiduciarius propter minimã capitis diminutionem :vt ſi parens filios impuberes emancipauerit:vt inſtit.de fiduciaria tutela.aliud hodie, vt hic, & ſ.de legit.tut.l.4.*Exceptione pacti*.ſ. remiſſa tutelæ actione. *Bonæ fidei iudicium facit*.Vnde in bonæ fidei iudiciis maximè dolus conſiderãdus eſt.Sed quomodo facit replicatio doli iudicium bonæ fidei? imò videretur quòd l.iſta faciat, quia leges declarant, & à lege inductum eſt, quòd actionum aliæ ſunt bonæ fidei,aliæ ſtricti iuris, ergo intelligendum facit.i.oſtendit vel detegit.

L. 4. CVM NONDVM *finitam*.Omnes integ defen.ſ.peremptorias.

1 *Intra quod tempus intentari poteſt interdictum vnde vi.*
2 *Quæ annua ſunt ad agendum,perpetua ſunt ad excipiendum.*

L. 5. LICET *vnde vi,&c.* Circa caſus poſitionem huius l. multæ fuerunt diuerſitates:ſed conſiderata natura interdicti vnde vi, planum eſt quod in ea dicitur. eſt enim talis naturæ quòd intra annum intentari poteſt de eo quod non peruenit † ad eum qui vi deiecit: perpetuò autem de his quæ ad eum peruenerunt:vt ff.de vi & vi arm. l.1.in princ. pone ergo quòd deiectus incontinenti recuperauit poſſeſſionem:licèt habeat interdictum vnde vi intra annum pro damnis. pro poſſeſſione tamen exceptionem habet perpetuam,etiam ſi rei vendicatione conueniatur.& ſolet hîc notari,quæ annua ſunt † ad agendum , perpetua ſunt ad excipiendum. Videtur lex iſta loqui ſecundùm antiqua iura. hodie incideret in conſtitutionem , ſi quis in tantam, vel in edictum D.Marci,nec placet ponere ſecundùm Io.in ceſſione interdicti faciẽda:quia nec litera ſonat,nec ita ponere expedire videtur. ſic enim dixit,expuliſti Titium,qui mihi ceſſit interdictum,& omne ius ſuum in te.deiecti poſſeſſionem non apprehendi.ago aduerſus te interdicto mihi ceſſo.excipis poſt annum,& perpetuò. Ponitur & alius caſus ſic, pone eum qui expulit,poſt tempus ad poſſeſſionem petendam ſtatutũ, ei quem expulerat,indebitam poſſeſſionem reddidiſſe,non habet condictionem indebiti ad repetendam poſſeſſionem: licèt ſi poſſideret, conueniri non poſſet.

1 *Replicatio propriè datur actori.*
2 *Actio quando tempore tollitur.*
3 *Quanto tempore tollitur actio,tanto & replicatio.*

SI PA-

SI PACTVM, &c. Poteſt poni quando pactum factum fuit de non petendo. poſtea de petendo dolo malo. ſi enim agatur priſtina actione, & ego excipiam de pacto de non petendo, alius replicet de pacto de petendo, ego replicabo de dolo. & tunc gloſſa, in exceptione. i. pro habenda exceptione vel replicatione. & ita ponetur impropriè, 1 quia replicatio propriè datur † actori: vt ỹ eod. nō exceptionibus. *Sine* 2 *temporis præfinitione.* Videtur falſum, quia actio tollitur † tempore. ergo non de dolo replicabitur ſine præſcriptione temporis. ſed dic quòd hæc lex loquitur ſecundùm antiqua iura. olim enim actiones durabāt per omnia ſecula ſeculorum: vt inſtit. de perpet. & temp. act. in princ. & ideo replicatio ſine temporis præfinitione durabat, hodie autem 3 determinata ſunt tempora: & ideo quanto † tempore tollitur actio, tanto & replicatio: vnde ſi actio annalis, & replicatio: vt ff. de pecul. quæſitum. §. vlt. ſed illa exceptio quæ reo competit, non tolletur, imò in perpetuum datur: vt ff. de dol. excep. purè. §. vlt.

SI *ex maiore.* Planum eſt quod hîc continetur. L.7.

PRÆSCRIPTIONEM. Plana eſt lex iſta. L.8. L.9.

Nemo pluribus exceptionibus vti prohibetur.

SI QVIDEM *De hac confitendo.* Quia ſcis eum habere probationes, & ita confiteris debitum: ſed dicis te habere exceptionem. de 1 hac tantùm non intellige, quòd aliis vti non poſſit, quia nemo † pluribus exceptionibus vti prohibetur: vt ff. eod. nemo. & ſolet notari per legem iſtam, quòd reorum intentiones audiri debeant, etiam ſi dicant ſe dubitare. licèt hodie iudices cogant eos vt dicant quid credant propter clauſulam quam apponunt in ſacramento, ſc. quòd dicent ſecundùm quod credunt & æſtimant: nec petent probationes quas non credunt neceſſarias. & non poteſt eſſe quin magis animus rei declinetur ad vnam partem quàm ad aliam. vnde quod hîc dicit, verum eſt ſecūdùm antiqua iura, vel dic quòd non dicebat ſe dubitare aliqua partiū interrogata in iudicio. ſed cùm ita diuerſas proponeret quæſtiones imperatori, ipſe recapitulando omnes, ſatisfecit in omnibus. *De intentione dubitas.* Actoris. *Habita exceptionis conteſtatione.* Quia dicet, nihil debeo: & ſi deberem, habeo exceptionem. *Monſtrari conuenit.* Antè tamen quàm diſcat teſtificata, alioqui teſtes producere non poſſet, vt ỹ. authent. de teſtib. §. quia verò inſtrumenta poſſet, quia in eis non eſt tanta malitia.

NON EXCEPTIONIBVS. Planum eſt. L.10.

DEFENSIONES. ſ. reales. hæ enim ad fideiuſſorem tranſeunt, ſi mandati habeat actionem: vt ff. de pac. l. quod dictum eſt. ſin autem ſint perſonales, non tranſeunt ad alios. & quòd ita debeat diſtingui, legitur ff. eod. exceptiones quæ perſonæ. *Integro manente ſtatu.* Ideo dicit, quia aliud eſſet ſi integer non maneret ſtatus: vt ỹ. de fideiuſſ. l. 1. L.11.

SI *quis aduocatus. Atque præpoſterè.* Eſt enim ordo præpoſterus. L.12.

PRÆSCRIPTIONES. *In principio.* Hoc eſt intelligendum quando vocatur ad iudicium, & ſcit ſe non ſubiectum: vt s̄. de iuriſdict. omn. iudic. l. 1. ſi verò ignorauit, nec oppoſuit, nec præiudicauit ſibi, vt hæc pleniùs notaui. s̄. de probat. exceptionem. L.13.

DE REBVS LITIGIOSIS.

Tit. xxxvii.

1 *Oblatio verbalis sine obsignatione nõ impedit pignoris venditionem.*
2 *Substantia obligationum non in eo consistit vt aliquod corpus nostrum faciat.*
3 *Vbi est eadem ratio, idem ius constitui debet.*
4 *Causa, lite demum contestata, appellatur.*
5 *Res, post lit. contest. litigiosa dicitur.*

L. 1. CVM *creditor pignus vendidit.* Post diem. *Etsi debitor interdicat,* &c Huic legi bene consonat quod habuimus supra debitorem venditionem pig. verba enim sola non † suffi- 1 ciunt ad impediendam pignoris venditionem: imò necesse est quòd offerat pecuniam, consignet & deponat, vt in titulo illo, debito, vendi. pign. notaui. & videbatur contra, quia interdicebat isti ne venderet. & forte se nihil debere dicebat, vel etiam pignori nõ obligasse. si enim nihil diceret, euidens esset quòd nõ prohiberetur, quia nullum est litigium. sed vbi dicit nondum venisse diem venditionis, vel se non debere, nec obligasse: videtur quòd valeret interdictio: sed contra est, vt dicit. & potest hîc legi authent. super illud verbum, Litigiosa res, &c. siue super rubricam. vt faciebat dominus B. reddit ergo rationem quare res de qua loquitur in l. ista, non sit litigiosa. *De cuius domin.o.* Ideo dicit de dominio, quia aliud esset, si de possessione vel de obligatione, vt quia dicit sibi vendidisse vel commodasse, vel promisisse, vel deposuisse. in nullo enim istorum casuum, cùm non sit quæstio de dominio, est res litigiosa non enim consistit † obligationũ 2 substantia, vt aliquod corpus nostrum faciat: vt ff. de actio. & obligat. obligationum substantia. & quod dicit in dominio, intellige idem in simili. nam de similibus ad similia est procedendum: & vbi † eadem 3 ratio, idem ius: vt ff. ad leg. Aquil. l. illud. & ff. de legib. & constit. non possunt. vnde à simili idem dixit Io. in quasi dominio, vt si intenteretur Publiciana vel vtilis rei vendicatio quam habet emphyteuta vel vasallus faciunt enim rem litigiosam, licèt videatur contra, cùm non sit domini. instit. de act. in princip. & ff. si ager vectiga. sed tamen habentur pro dominis. datur enim Publiciana quasi vsucaptum sit quod non vsucapit: & eundem effectum habet in emphyteuta vtilis rei vendicatio, quam habet in domino directa vendicatio, ratione ergo similitudinis, vt s. dixi. idem dici debet in vtroque. *Causa mouetur.* Causam solemus † appellare lite contestata. petitum enim dicitur lite 4 contestata, vel post: vt j. authen. qui semel. & notaui s. de translaction. causas vel lites. vnde propter verbum istud quod hîc dicit de causa, voluerunt quidam dicere quòd res litigiosa dicebatur lite † demum 5 contestata. & per hoc assignauerunt differentiam inter hunc titulum & illum de alie. iud. mutan. cau. fa. quia illud quod ibi dicitur, locum habet iudicio nondum cœpto: vt ff. de alien. iud. mu. ex hoc edicto. sed dominus meus contradicit, quia ad hoc quòd res sit litigiosa, non est necessarium fieri litis contestationem: nec hoc dicit lex aliqua. & hoc quod

Sic in veteri libro repertum.

quod hic dicit, intellige quando iudex mādauit reo vt veniret, & eum conuenit per executorem, vel quia porrectæ fuerant preces principi, & ipse destinauit literas iudici, vt cognosceret de causa. ille mandauit reo quòd conueniret. tali ergo modo mouetur causa, & sic ante lit. cont. habet locum quod dicit, vt notatur in summa de alien. iud. mut. cau. fa. *Inter petitorem & possessorem.* Per hoc videretur quòd tantùm in corporalibus habeat locum, quia petitio est in rem: vt ff. de act. on. & oblig. actio. & res corporales propriè dicuntur possideri: vt ff. de acquir. poss. seruus. §. incorporales. vnde meliùs dixisset mobilis vel immobilis, vel se mouens, de cuius dominio, &c. non enim habet locum in personali actione quod hîc dicit: licet aliud sit per legem veterem: vt dicit lex sequens. *Futuro reo.* Per hoc videtur, cùm adhuc reus non sit, quòd lis non esset contestata.

LITE PENDENTE. *Actiones*, s. personales. *Vel res pro quibus actor*, &c. Quando agebatur rei vendicatione. *Minimè transferri.* Secundùm iura ergo antiqua actio personalis dicebatur litigiosa, sicut & res corporales. sed corrigitur per authent. cùm loquebatur tantùm in rebus corporalibus, vt ibi notaui. si tamen non agatur de dominio, licèt hypothecaria pro re corporali, non dicetur res litigiosa, vt ĵ. authen. de litig §. ab hoc. L. 2.

QVICVNQVE. *Sed æstimatio eius litis*, &c. Corrigitur lex ista per authent. hîc positum, nunc si heres, præterea videtur correcta per legem vltimam: quia secūdùm legem illam legatarius peragebat causam, hîc autem heres. sed & illa corrigitur per authent. sed nónne videtur cōtradicere ei quod hîc dicit, & etiam in superiori l. s. ne liceat poten. l. 1. & 2. pro hac responde quòd aliud est si inter viuos in potentiorem actio transferatur, quàm in testamento vel in vltima voluntate. pro alia dicas quia ibi loquitur quando cessit potētiori: tunc enim amittitur actio. secus si cessit lite pendente, quia nihilominus peragetur causa. *Seu aliis personis.* Potentioribus vel non potentioribus. Habes hic authent. NVNC *si hæres.* Quia nihil &c. hîc est. §. vnde meliùs potuisset poni, sin autem victus fuerit hæres, nihil consequitur, &c. L. 3.

1 *Nemini dolum suum allegare licet.*

CENSEMVS. *Vel actiones.* Vt actor. *Vel res quas possides.* Vt reus. *Nō tantùm res reddere.* vel redhibere, iudicis, scilicet implorato offi cio: vt omnia in pristinum statum restituantur. & hæc postulatio fiet ab eo in cuius præiudicium facta est alienatio, siue reus alienauerit, siue actor, non ab eo in quem facta est alienatio, non posset, cùm non 1 liceat ei allegare †dolum suum: vt s. de transact. transactionem. & videretur huic legi contradicere. ff. eod. l. vlt. sed ibi loquitur quando alienauit dedicando. aliàs obtineret locum pœna huius legis. *Vel transactionem.* Scilicet, quia trado fundū de quo erat quæstio, nomine trāsactionis, vel etiam aliam rem de qua non erat quæstio, nomine transactionis tradidit. sed ibi non videretur speciale, cùm non sit res litigiosa: & ideo bene potest alienari. vnde fortè dicendum quòd loquatur in primo casu. vel tradidi rē litigiosam ex causa transactionis, quā facio non cū aduersario rei litigiosæ, sed cū alia persona. *Vel per legata.* L. 4.

De legato corrigitur.s.eod.per authen.nunc si heres, vt ibi notaui. alia autem quæ hic dicuntur, sunt specialia.

DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA stipulatione. TIT. XXXVIII.

1 *Ad ea quæ frequentius contingunt, iura aptantur.*
2 *Qui allegat solemnitatem, probare debet.*
3 *Dictum à promisso secernitur.*

L.1. LICET EPISTOLÆ. *Si res*.i.ipsa promissio.quidam voluerunt glossare, id est epistolæ missio, misit enim aliquis epistolam alicui vt redderet ei pecuniam quam debebat.alius remisit aliam epistolam de camera in cameram, forte ne audirent socij, in qua faciebat mentionem de pecunia illa quam sibi aliàs promiserat.epistolæ tenor talis est: scias me redditurum pecuniã quam tibi promisi cùm præsentes essemus Mutinæ. sed quia epistolæ consueuerunt mitti inter absentes:posset tamen & hoc fieri. sed ad eã quæ sæpiùs contingunt, iura † aptantur: vt ff.de legit.& constit. l. 2. & 3.& ideo de compromissione intellige, non de epistolæ missione. & siquidem de promissione contineatur instrumento, post neget se promisisse solemniter, præsumitur solemnitas per instrumentum, vt dicit. sed ad hoc vt circa hoc pleniùs scias, distingue, quia si probatur de promissione per testes, non sufficit probate solùm promissionem, sed etiam præcedentem interrogationem & responsionem incontinenti. aliàs enim non valet: quia qui allegat † solemnitatem, probare debet: vt ff.de public.quicunque.§.vlt.& quòd ita sit, probatur. s. de vsur.l.1. & l.creditor.si verò fiat per instrumentum publicum, fundatur intentio & probatur de promissione, nec oportet probare solemnitatem: vt instit.de inutil.stip.§.si scriptum.& de fideiuss. §. vlt. licet tamen probare contra, licèt quidam contradicant: vt ff.de pact iuris gentium, §. quod verò.si verò sit priuatum, & in eo causa contineatur. præiudicat, vt not.s.de non num.pec.generaliter.nec licet probare contra nisi per apertissima argumenta scriptis inserta.si verò sit priuatum, & alias cõstet de promissione per confessionem alterius, vel alio modo, hoc enim oportet, quia non sufficit ad fundandam intentionem, vt s.de probã. instrumenta. præsumuntur omnia solemniter acta, vt dicit, si verò neget se promisisse, incumbet actori probatio. Sin autem dicat se tantùm dixisse, non præsumitur solemne. nam † secernitur dictum à promisso: vt ff.de ædil.edict.sciendum,§.dictum à compromisso. *Præcedentem stipulationem*.i.interrogationem.

L.2. SI FILIÆ. *Ex.uxore non prohiberis*. Et hoc in his quæ iuris sunt, & quę patri acquiri possunt. secus si factum conferatur in personam filij, & ita stipulari sibi poterit in his quæ in dando consistunt. non in faciendo: vt ff.eo.quod dicitur patrem.

L. 3. SI CVM PEC. *tuam.nom. sit actum*. Si ergo mutuauit simpliciter nomine suo suam pecuniam, & post alij stipulatus est, inutilis erit stipulatio.

latio.l. cèt cùm quis stipulatur sibi aut alii, adiecto solui posset: vt ff. eod. eum qui. §. qui ita. si verò nomine alterius mutuauit pecuniam suam, & voluntate sua, & stipuletur sibi reddi, valet: vt ff. si certum petatur, certi conditio. §. quoniam igitur. & §. penult. & habuimus. s. per quas pers. nob. acq. l. vlt. *In personam eius absentis.* Ideo dicit, quia si esset præsens, & in persona eius concepta est stipulatio, procuratorio nomine quæreret sibi actionem, vt ff. eo. si procuratori præsentis. *Ratam habuisse.* Mirum etiam quod hic dicit: quia nónne videretur ratum habere cùm alii stipulatus est? & certè hoc non sequitur, quia obligatio non est quæsita ei: & ideo simul exegit, & ei soluta est pecunia, nec liberatur debitor, nisi voluntas alterius intercesserit.

SECVNDVM *responsum.* Stipulata videtur, siue relinquat, siue non. L. 4.

1 *Pœna quando committitur ex nuda promissione.*
2 *Ex nudo pacto quibus casibus agatur.*
3 *Pœnalis stipulatio quomodo committatur.*
4 *Mora fieri non intelligitur, vbi nulla est petitio.*

NVDA POLLICITATIONE. Pone casum quòd aliquis promisit alicui nudo pacto Codicem si daret sibi Digestum. postea non processum est vltra. vult agere aliquis eorum ex tali pacto. quæritur vtrum possit. & dicit lex ista quòd non. non enim nascitur actio ex nu- L. 5.
1 do pacto, nisi in casibus. si tamen promissa est † pœna si non dedero codicem, centum librarum, vel quanti ea res est, committitur si pacto non stetit, hoc est, si in repetenda passus est litem contestari: & ita agetur ex secunda promissione, non ex prima. si verò vnus processit ad traditionem rei, agetur præscriptis verbis ex placito. vnde planius est si ponamus in transactione, quandò ex causa transactionis promissum fuit aliquid. non enim agi poterit ex tali pacto: vt s. de transact. siue apud acta. *Non semper.* Ideo dicit, quia speciale est in casibus vt agatur
2 ex † nudo pacto. vt in dote, in donatione, in constituta pecunia, in vsuris ciuitati promissis, in actione frumenti & hordei, vt notaui s. de pact. in bonę fidei. aget ergo ad pœnam, vel quanti res est. quod refertur ad rei æstimationem: vt ff. de verb. sign. inter hæc verba. & hoc existente conditione, quæ quidem extiterit lite cōtest. vt hic dicit. Sed quæstio est hic, cùm ita contineatur in pacto, vt darem codicem pro digesto, & si non dedero, darem centum, vel quanti ea res est, lite contest. nónne potest adhuc dari? & si lite contest. datum non fuerit? & certè videretur per l. istam quòd committatur pœnalis stipulatio, vel quanti ea res est lit. contest. & ita videretur contra. ff. de ver. oblig. ita stipulatus. & dixerunt quidam doctores quòd pœnalis committitur
3 † stipulatio, quia potuit facere, & non fecit. alii lite demum contestata, vt hic Io. distinxit vtrum pœnalem stipulationem præcedat pactio efficax & obligatoria, vt tunc committatur: & habet locum lex, ita stipulatus, quando potuit dare, & non dedit. si verò inefficax præcessit de dando, committitur lite contest. vt hic dicit, & si eam potuit facere, & non fecit. sed quod dico lite contest. non prauè intelligas: vt dicas, à lite contestata, quasi ex mora. hoc enim non esset verum. nulla enim
4 intelligitur mora † fieri, vbi nulla petitio est, vt dicit regula iuris, &

legitur in ff.eod.si pupillus.dicas ergo committi ex euentu conditionis,cùm sc.non dedit.& tunc bene agi potest ex secunda promissione,cùm non extiterit conditio. si verò nulla præcesserit stipulatio de dando nec efficax nec inefficax,sed ita incepi si non dedero Stichum, promitto centum: nō committitur nisi desierit posse dare Stichum:vt ff eod.ita stipulatus.quare autem hoc fit potiùs quàm cùm præcessit stipulatio?redde rationem,vt not.s.de pactis,si pacto. ita est inter viuos.sed aliud in vltima volūtate:vt in l.illa,ita stipulatus:vt ff.de pœn. leg.1.præterea speciale est in quodam propter l. à stipulatione. ibi enim non spectatur quòd desierit posse dare, sed tempus litis contest. vt ff.eod.si Titius.similiter speciale est in fideiussore si non ille dedit. id est,si interpellatus noluerit dare. ita enim intelliguntur illa verba: vt ff.de fideiuss.Græcè,fideiussor.sed aliàs distinguendum:vt s.sicut autem circa commissionem pœnæ tres fuerunt opiniones, & ita circa purgationem:vt hæc omnia notaui plenè s.de pactis,pacto.

L.6. SCIRE *debuisti.Stipulatione subsecuta.* Aliàs non:vt s.de transact. siue apud acta.*Peti posse.*Certi condictione,si certum promittitur.vel ex stipulatu si incertum sit:vt inst.eod.in princ. quid autem sit certum, quid incertum,dic vt ff.eod.stipulationum aliæ certæ.& l.seq.vbi non apparet in §.qui illud,aut illud.

L.7. NEQVE *tutoris.Quicquam stipulationi nocet.* Aliud in contractibus, vbi hinc inde contrahitur obligatio:quia si tutor interueniat,tenetur vterque.alioquin alius tenetur minori,vt ipse sibi.Item in quibusdam necessaria est tutoris auctoritas vt aliter valerent, vt in adeūda hæreditate,in Trebellianica restitutione,vt instit.de aucto.tut.

L.8. SI *quidem.Habita stipulatione.* Simpliciter, hoc non acto expressim ne excusetur cùm de huiusmodi pacisci non liceat.sunt enim quædam crimina in quibus licet pacisci:alia in quibus non licet: vt s. de transact.transigere.& si est tale crimen in quo licet pacisci, valet. alioquin contra præterea consideratur vtrum innocens fuerit ille qui accusatur,an non:vt j.ad leg.Iul.de adult.serui.

L.9. *In vul. co. hec l.pręponitur superiori.* NON *moriturum.Impossibilis promissio est.* Quia quicquid nascitur, moritur:& quicquid ligatur,soluitur. homo autem ligatur per ossa & neruos.his enim compactus est. *Post mortem autem eius stipulatus.*Idem videretur in hoc casu,quod in primo:quia si promisi seruum dari,& fui in mora,& ita moritur,petam non moriturum seruū: quia si mortuus est iterum mori non potest contra est, quia non conueniote vt credam eum præstandum mihi, sed ne mora sit lucrosa tibi, & mihi damnosa,deberes condemnari ad æstimationem, si manifestum est eum restitui non posse:vt ff.de dolo.l.arbitrio.§.1.

L.10. OMNES *Sed quibuscunque verbis.*Id est,siue Græcis,siue Latinis,vel quibuscunque,sublata antiqua solemnitate,dummodò se intelligant contrahentes:vt ff.eod.l.1.§.vlt.& instit.eod.in princ.& dicitur stipulatio à stipulo,quod est firmum.

L.11. SCRVPVLOSA. *Valere præcipimus.* Vt j.instit. de leg. & de inutil. stipulat.& de verb.oblig.& de contrahen.empt.

L.12. MAGNAM.*Stipuletur.*i.per stipulationem.sic ff.de condict. indeb. si non sortem.§.vlt.*Sed etiam citra vllam admonitionem.*Sim. s.de iure

iure emphyt.l.2. *Posse*, Aliàs poscere. & circa purgationem huius sti-
pulationis pœnalis siue in diem, siue conditionalis: vt plenè notaui s.
de pactis, si pacto.

VETERIS IVRIS. *Factum possit adimplere.* Ita est in ea stipulatione L.13.
quæ per alium impleri potest: secus si non possit per alium per-
fici: vt ff. eod. centesimus. §. id autem quod. vel dic quò corrigitur per
istam, & per aliam. s. eodem, scrupulosa. vel etiam si factum tale est,
quod per alium fieri posset. si tamen de se specialiter aliquis promisit,
non liberatur si fecerit alius, etiam fideiussor: vt ff. de solut. inter arti-
fices. & quòd aliquæ sint stipulationes quæ per alium impleri nó pos-
sunt, legitur. s. de cadu. toll. §. ne autem.

OPTIMAM *quæstionem, Credo omnino & seruum adesse & fecisse.* Id L.14.
est, concepisse, non tamen præiudicatur in causa liberali: vt s.
de iure deliberan. cùm aliquis. sed vbi scripsi ex certa causa, & post il-
lud nego, necessarium est probare contra pet apertissima argumenta
scriptis inserta: vt s. de non num. pec. generaliter. si ergo contineatur
in scriptis seruum tuum esse stipulatum, præsumitur adesse seruus, &
legitimè facta stipulatio, vt dicit: & est arg. quòd si contineatur in in-
strumento de venditione fundi qui est in curia tali, quòd præsumatur
de curia illa: & posset distingui circa scripturam, vt notaui s. eod. l. 1. *Si
seruus*. i. an in eo die vel eo momento quo concepta fuit stipulatio. sed
hîc dicit ad maiorem euidentiam.

SI *quis spoponderit. Vt non discrepet.* Aliàs discrepat: vt ff. eod. conti- L.15.
nuus. §. vlt.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.
TIT. XXXIX.

1 *Infans nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur.*

EX *stipulatione. In qua impubes.* Idem in pubere, si habeat cu L.1.
ratorem: si non habeat, obligatur iure ciuili & naturali:
sed restituitur: vt s. de in integ. restit. si curatorem. distin-
gue tamen in impubere cùm contrahit sine tutoris au-
ctoritate: quia si impubes sit minor vij. annis, & ita sit infans, nullo
1 † modo neque ciuiliter, neque naturaliter obligatur: vt ff. de act. & ob-
lig. pupillus. si verò sit maior 7. annis, & proximus pubertati: siquidē
contrahat cum extraneo, tenetur naturaliter tantùm. si cum tutore, nō
obligatur: vt ff. de nouat. l. 1. in fin. & de aucto. tut. pupillus. si verò tu-
tore auctore, tenetur naturaliter & ciuiliter: tamen poterit in integrū
restitui: vt s. si tutor vel curator internè. per totum. & not. s. de autho.
præst. l. 1.

LIBERA *matrimonia.* sc. contrahenda vel contracta. de contra- L.2.
ctis hic ponit exemplum. nō enim licet apponere vel stipulari pœ-
nam ne aliquis diuertat: cùm sufficere debeat pœna à lege statuta: vt
sc. dotem amittat: & alia quæ dicuntur. s. de diuort. & rep. consensu. &
2 q illa pœna empti esse debeat, nec alia exigatur, probatur ff. de verb.
oblig. si stipulatio facta fuerit. Idē etiam est in cōtrahendo. Si. n. pœnā

promisi, si illam non accepero in vxorem, non valet stipulatio, nisi medicina quadam adhibita, si arras dedi, tunc enim nisi contraxerit, pœna imponitur de amissione arratum: & quandoque duplicantur, quandoque quadruplantur. vt s. de sponsal. l. vlt. his autem interuenientibus nulla imponitur pœna: vt ff. de verb. oblig. Titia, idem etiam dicēdum, si apponatur sacramentum, omnia enim talia vincula censentur nulla.

1 *Absentes aliquando dicuntur, qui non sunt in eadem prouincia.*
2 *Quinam contractus contrahi possunt per nuntium & literas.*
3 *Ex pacto procuratoris, domino datur vtilis actio.*
4 *Incertum interesse, quid.*

L. 3. *in vulg. co. ut inter.*

SICVT INTER ABSENTES, &c. Absentes quandoque dicuntur illi qui non sunt in † eadem prouincia, & hoc quoad præscriptionem: vt s. de long. temp. præscript. l. vltim. quoad alia verò dicitur absens, qui non in eadem ciuitate vel in hortis est: vt ff. de procurat. præses. sed quoad verborum obligationes dicuntur absentes, etiam si sint in eadem domo vel camera, dummodo se non audiant. ibi enim oportet quòd vnus audiat alium: vt ff. de verb. oblig. l. 1. aliàs contra: vt ff. de spon. l. 4. & facit vim in eo quod dicit de verb. oblig. quòd contrahi nō potest inter absentes: aliud enim esset in alio contractu, qui non verbis, sed consensu perficiuntur, vt emptione, locatione, venditione, & similibus. illi enim inter † absentes contrahi possunt per nuntium & per literas, vt ff. de contrahend. empt. l. 1. §. vltim. sed hic maior exigitur solemnitas, quòd scilicet ambo sint præsentes, & fiat responsio incontinenti. *Nisi sua intersit.* Hæc exceptio pro nihilo videtur apposita: quia & si sua interest, non ob hoc agi poterit ex alterius pacto: vt j. de donat. cùm res. sed dic non ob hoc interesse sua debet, vt alius agere possit: sed vt ipsemet qui stipulatur agat. aget enim ad interesse quanti interest sua stetisse pacto, vt in fine dicitur, & in l. illa de donatio. cùm res. & sunt hæc intelligenda cùm stipulatio confertur in personam meam, sed datio in alterius personam, sic scilicet, promittis mihi te daturum illi c. & hoc percipi potest per verba quæ hic ponuntur. *At propterea ex persona tua & stip.* Id est, propter stipulationem conceptam in persona tua collata donatione in alium, vt patet per verba superiora. Si verò ita fieret stipulatio in alium, te promittis daturum Ioanni, neuter posset agere, nisi in casibus, vt in actione vniuersitatis, vel tutore seu curatore pupilli vel adolescentis: vt ff. de constit. pecu. eum qui. §. si actori. & hoc nisi fuerit præsens ille cui stipulatur. tunc enim ex pacto procuratoris † vtilis sibi daretur actio: vt ff. de verb. oblig. si procuratori præsen. sed iste Iul. absens erat: & ideo non potest ex stipulatione mea agere: sed ego, vt dixi, agam si interest mea illi solutum esse, ad interesse: sicut est in contractibus innominatis, vt hic dicit, & ff. de verb. oblig. liber homo. §. vltim. *Nepoti tuo.* Nato ex eadem filia fortè, & ex altero marito vel nato ex alia filia, cui auus maternus potuit stipulari, vt notatur s. de pact. conuen. pater. & legitur. ff. solut. mat. Gaius. *Ex persona ac.* Pro et. *Ob incerta actionis.* Duas enim habet actiones: vnam certam ad pecuniam: aliam incertam ad interesse, vt dicit l. liber homo.

4 mo. §. vlt. & dicitur † incertum interesse, quod non est determinatum inquantum agatur: sed iudex debet taxare & determinare, vt consequenter dicit, & instit. de actionib. §. curare.

EX EO INSTRVMENTO. *De successione furtiua.* Sicut fecit P. quia idem esset si pactum fieret de futura successione, & idem siue fiat de succedendo in totum, siue pro parte, vt si paciscar cum filio ne succedat: vt s. de collat. pactum quod dotali. & de pact. l. vlt. aliud quando promisit quis se daturum rem quandam post mortem suam: vt s. vt act. ab hered. & contra. & hæc pleniùs notaui dictis ll. de pactis & de colla. L. 4.

DOLO VEL *metu. Per doli tamen vel met. excep.* Idem est cùm quis aliter obligatur quàm bona fides exigat, vel ipsa res in se dolum habet, licet stipulantis dolus non interueniat: vt ff. de verb. obli. si quis cùm aliter. sed & dolo vel metu adhibito si non habeat except. habebit de dolo actionem, vel quod metus causa: vt ff. quod met. cau. si cum except. §. cum qui s. de rescind. vend. si dolo. ff. de dolo, eleganter, & s. quod met. cau. l. 2. L. 5.

SI AVIA. Nihil ei, &c. Vt s. eo. sicut inter absentes. L. 6.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI.

TIT. XL.

Sic in veteri in quo deest lex si duo, prima.

1 *Beneficium diuisionis per renuntiationem adimi potest.*
2 *Quod tacitè agitur inter partes, pro expresso habendum est.*

CREDITOR. *A quo velit.* Licet ergo fideiussores & mandatores conuenti beneficium habent diuisionis, vt s. de constit. pecu. l. vltim. non tamen idem erat in duobus reis promittendi, vt hìc dicit, poterat enim quilibet conueniri in solidum. sed hodie in reis promittendi per nouam constitutionem immutatum est: & sicut per epistolam Diui Adriani inter fideiussores & mãdatores largitum est beneficium diuisionis, ita hìc inter reos promittendi. vnde adiicit authen. huic legi. quæ dicit quia tunc tenetur vterque insolidum. si hoc specialiter pacto fuerit comprehensum, sicut in nouatione dicitur, quia ita demũ fit, si hoc vt agatur fuerit expressum: tenetur ergo vnus insolidum, si pactum fuerit, & alter vel inops fuerit vel absens, si enim non conuenit specialiter, cõmuniter examinatur negotium, vel licèt conueniantur, si ambo præsentes fuerint, & soluẽ1 do, nihilominus habebũt beneficiũ diuisionis: quod adimi potest † per renuntiationem, & ideo tabelliones faciunt pecuniam promittere insolidum, & renunciare nouæ constitutioni. quod licet facere, quia potest quis renuntiare his quæ pro se sunt indulta. *Iuuare te.* qua actione? mandati secundùm quosdam, quasi videatur tacitè pro eo fideiussisse & pro eis est quod dicitur in corpor. authentic. de duobus reis circa prin. si quis enim alterna fideiussione, &c. Ioãnes Bosianus dixit quòd non videretur fideiussisse hoc ipso quod tenetur in solidum, nisi actum esset expressim: quia in duobus reis alter potest sub conditione, alter L. 2.

purè accipi. non autem ita est in fideiussore: vt instit. de fideiuss. circa fi. alia etiam sunt argumenta, quia si essent fideiussores, ergo compensarer vnus quod alij debetur. hîc autem non ita est, nisi quando socij sunt. & argumenta solent notari. ff. ad Velleian. l. vir vxori. Domino meo videtur distinguendum: vtrum pecunia peruenerit ad vnum tota an ad vtrumque pro parte. in primo casu videtur alter solus fideiussisse, in secundo vterque pro altero in eo quod ad se non peruenit: vt ff. ad Velleian. vir vxori §. vlt. & de in rem verso. si pro parte. §. vlt. & ad Maced. item filius. §. ij Habes authent. Hoc ita, &c. Hæc est illa noua constitutio, quæ ponitur in instrumentis cùm faciunt renunciare creditores epistolæ diui Adriani. & hæc constitutio non habet locum inter fideiussores & mandatores, sed epistola diui Adriani: vt ꝯ. de cōstit. pec. l. vlt. vnde malè faciunt tabelliones qui in quolibet contractu faciunt renunciare huic constitutioni, & epistolæ diui Adriani. *Si pactum fuit speciale.* Notandum quod secundùm regulam, cùm quid tacitè agitur inter partes, pro † expresso est habendum: vt ff. si cer. pet. cùm quid. *Quod fit per administrationem.* quare, verbū citare est imperij magis quàm iurisdictionis: vt ff. de iurisd. om. iu. l. iubere, & notaui ꝯ. de bo. auth. iu. & authent. & qui iurat.

Hic incipit auth.

2

L. 3. Exprimere. Planum est quod hîc continetur.

L. 4. Propter. *Iura refragantur.* Ita est si fuerint rei promittendi, & vni sine voluntate aliorum numerata est pecunia, alius enim non tenetur: vt ꝯ. si cert. pet. si non singuli.

L. 5. Cum quidam. *Si eis.* debitoribus. *Vel ei,* debitori. *Debent.* tepete an.

DE FIDEIVSSORIBVS ET MANDATORIBVS.

Tit. xli.

L. 1. Si Lysias *adempta parte bonorum.* Fortè quia vim commisit priuatam, & ita adimitur tertia pars bonorum: vt ff. ad l. Iul. de vi. pri. l. j. vel potest poni exemplum inst. de pub. iud. §. item l. Iul. & tit. vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur. l. j. & est de summa æquitate, quod cùm sit damnatus, non teneatur nisi pro parte illa quæ ei remansit, cùm enim fiscus successerit pro parte, pro illa debent actiones diminui: sicut cùm successisit in totum pro toto, reputatur enim is cui successit, pro mortuo, vt ꝯ. de sententiam passis. si debitor. & ff. de capite mi. l. ij. si fideiussorem non habebit, habebit exceptionem, licèt reus principalis habeat. quare videretur contra. ꝯ. de excepr. defensiones. aliàs lex illa loquitur quando principalis debitor retinet statum: hic autem non retinet: & ideo non contradicit. Aliud videretur contra. ff. de iure fisci. in fraude. §. si princi. sed ibi occupauit fiscus bona vt satisfieret, & tunc liberantur fideiussores. sed ex impositione pœnæ ibi detinetur fideiussor iure pristino, vt hic dicit. ita est cùm fideiussit pro pecunia. si verò intercessit pro aliquo vt eum sistat in iudicio: si debitor principalis amiserit ciuitatem & libertatem, vel ciuitatem tantùm, liberatur fideiuſ-

deiussor, quia non intercessit pro pecunia. tunc enim aliud esset: vt ff. si quis cautio. sed & si quis. & qui satisda. cog. si verò pro conden. & in præcedenti l.

CReditori. *Si mallet.* Quia potest eligere. vt in l. seq. debet ius pig. in eum transferre, & etiam debet cedere personalem actionem: vt ff. eo. si fideiussores. §. vlt. ergo habet necesse transferre ius pignorum, vt hic. & de distrac. l. ij nisi ob aliud debitum sit obligatum: vt cõsequenter dicit. si enim pro eodem tantùm, nihilominus teneretur transferre, etiam si sit chirographarium debitum: licèt aliud sit in debitore agente pignoraticia: vt s. etiam ob chirographa. pecun. & ibi notaui, quia dixi aliud in emptore & fideiussore. L. 2.

NOn recte. *à procuratore.* fisci. *Tamen nihil hæc res mutat conditionem iuris.* Siue enim dicatur siue non, vt teneantur in solidum, tamen hæc res non immutat ius commune: quia si hoc causa tollendæ dubitationis adiiciatur, nihilominus tenebuntur in solidum, & si alter fuerit soluendo. alius habebit beneficium diuisionis, vt dicit: quia quę dubitationis causa. & c. vt ff. mandati, qui minimam, & de reg. iur. quæ dubitationis. hodie tamen necessarium est ad hoc vt in solidum teneãtur, quod agatur nominatim, sicut in duobus reis debendi, dicitur authent. s. tit. j. hoc ita, & c. vel etiam satis dici posset quod aliud sit in fideiussore quàm in reo debendi. fideiussor enim interuenit pro alio. vnde sicut alius in solidum tenebatur in se solidam accipere obligationem: & ita non erit necessarium quod specialiter adiiciatur ipsum teneri in solidum: in aliis autem, cùm pro se obligẽtur, & pro parte accipiant pecuniam, videtur, nisi specialiter adiiciatur, vt in solidum teneantur. Quòd non teneantur nisi pro parte, habes hìc authent. Præsente *tamen, &c. Iudex definiet tempus.* Aliud in reis debendi. si enim eorum alter abest, vel non fuerit soluendo, non habet beneficium diuisionis. nec præfinietur tempus vt veniat, sed alter in solidum conuenitur: vt s. tit. j. authent. hoc ita. & est ratio, quia in reis quilibet principaliter tenetur, & pro se. sed fideiussor pro alio conuenitur: vnde si mitius agatur cum eo, non erit inconueniẽs. *Nam transacto tempore.* quod datur ad reum præsentandum. *Cessis sibi actionibus.* satisfacto enim à fideiussore, creditor tenetur sibi personalem cedere actionem: vt ff. eo. si fideiussores. §. idem respondit. *Absque distinctione contractus siue intercessionis.* Quia siue intercedat mandando siue constituendo, siue verbis, idem est. L. 3.

NOuatione. *Liberatos esse.* Quia accessoria est fideiussoria obligatio. sic s. etiam ob chirographa. pec. pig. reti. L. 4.

IVre *nostro relicto.* id est omisso. verbum enim relinquendi non videtur pertinere nisi ad vltimam voluntatem, vt ff. de tab. exhi l. j. L. 5.

SI pater. *Ex eo quod tabulas.* In tabulis enim antiquitus scribebantur obligationes, hodie in chartis siue membranis. L. 6.

SI creditor. *Non te obligasse intelli.* Hoc cùm absens fuit quando numerauit. L. 7.

FIliusfam. *tenetur.* Quia ex qualibet causa obligatur, tanquam paterfa. præterquam in mutuo, vel nisi veneat. L. 8.

Etiam *si de iure.* id est de vendicatione pig. L. 9.

L.10. FIDEIVSSOR. *Iustam causam recus. &c.* Pacta enim seruari debent: vt ff.de pact.l.j.sed si nihil fuit dictum de vsura, tunc dubitari posset vtrum pro ea acceptus fideiussor obligaretur. & si quidem in omnem interuenit causam,tenetur:vt s̄.locati, quæro. si verò in sortem tātùm acceptus est,nec aliquid dictum de vsura,non tenetur, nisi ad sortem. si verò in vsuram fuerit acceptus, nec de sorte facta est mentio, non tenetur ad sortem,sed ad vsuram, sicut cùm aliquis intercedit pro alio in x.qui c.debebat.non enim tenetur nisi ad x. licèt alius vltra teneatur.si verò simpliciter accipiatur, quia non expressum fuit vtrum potius pro vsura quàm pro sorte teneretur:tunc voluerunt quidam distinguere,an per stipulationem vsura veniat,an iudicis officio. si iudicis officio, tenetur ad sortem & vsuras. aliud si veniat iure actionis. tunc enim in sorte tantùm obligabitur. Io.in tali casu dixit quod distinctè videtur in omnem causam intercedere, arg.ff.si quis pro eo §. si nummos.& vt lega.no.ca.l.j.§.bellissimè,arg.tamen con.est. ff.eo. fideiussores,magistra.sed certè illud intelligendū est pro pœna quæ non contracta fuit in principali obligatione. si enim esset contracta, licèt non spoponderit,teneretur:vt s̄.dictū est, & notatur s̄. de pact. inter emptorem,initio. *Ante condemnationem.*idem post,arg.ff. de fideiuss. si fideiussores.§.idē respōdit.&l.inter eos.§.bonis.vel dic secus in hoc beneficio,quàm in cessione actionū.& quod dicit in §.illo,bonis, est intelligendum quando appellatū est,vt tunc opponatur in appellationis causa.*Postulari solet.*ita demum si non inficiētur debitum. alioquin beneficium diuisionis non est intelligendum:vt ff.eo.si dubitetur.

L.11. CVM ALTER.*Non competit.*Et hoc est quod legitur. ff. eod. vt fide. & intellige quòd non competat actio sine cessione:cedi tamē debet:vt ff.eo.fideiussoribus. aliud in tutoribus: quia siue ei datur eis actio, siue non, habent actionem: vt ff. de tutelis & ratio. dist.l.j.nunc tractamus.& notaui de diui.tut.l.ij.

L.12. BLANDITVS *tibi est. Dixisti.* Satisfaciendam pro illo, licèt non dicat,dabo pro illo x.quia hodie verba solemnia sunt sublata:vt inst.it.de verb.oblig.in prin.*Pridem.*inter modernos.

L.13. SI BARSATORAM. Vel Barrabam. *Lysanias.* amicus eius, cùm fortè bona omnia Barsatoræ caperentur. *Vel ad præsidem prouinciæ.* & si pœna comprehensa est in quam se adstrinxit si non eam exhibeat, cōdēnabit.si verò certa quantitas non est comprehensa,statuet in quantum debeat puniri:vt ff.de custo.& exhib.reo.l.iiij.

L.14. MANDATI.Plana est lex ista.

L.15. SI INDEBITAM. Planum est quod hìc continetur.

L.16. FVIT LIBERVM. *Iuris ratio non patitur.* Et ita si aduersus omnes lis fuerit contestata, non poterit postea petitio diuisa redintegrari: hoc est,quia modo non poterit aduersus alios in solidum agere, si aliquis non fuerat soluendo:sicut priùs poterat ante litem contestatam. ita est cùm omnes conueniuntur,& petitio fuerit diuisa. secus si vnus conueniatur in solidum. non enim mihi præiudicatur quin aduersus alios in solidum agere possim:vt j.eo.reos.

L.17. OMISSIS.Planum est.

L.18. SI VT *proponis.*Planum est quod hìc dicitur.

SI ALIENAM. Hæc lex plana est. L.19.

SENTENTIA *bonorum om. ademptionem.* Quia damnatus fuit ad l. Iul. maiest. *Intercessores eligendi.* Si enim velit eligere intercessores, potest, & fiscum potest eligere, sicut cùm successit pro parte, vt s. eo. l. j. & j. ad l. Iul. de vi priua. l. ij. & siue velis intelligere intercess. eligendi omisso fisco, vel eligendi subaudi quosdam, potes & si multi fuerint, & elegerint quosdam, habent beneficium diuisionis, vt s. eo. & instit. de fideiussorib. L.20.

SICVT *eligendi fideiussores, &c.* Hodie mutatum est de electione per authent. quod dicit primò conueniẽdos reos principales: & per hoc videtur quod mutatum deberet esse de cessione pignoris. sed hoc non puto, licèt ordo conueniendi sit mutatus, vt in authent. hoc ita, &c. vt ff. eo. si fideiussores. §. idem respondit. *Conuenit iure vrgeri.* nisi creditori alia pecunia debeatur, tunc enim non compellitur nisi in solidum satisfiat, vt ff. eo. l. ij. L.21.

SI VLTRA *hoc, &c.* Casus huius l. duobus modis potest poni, qui videntur sibi contradicere: sed vnus iuuatur principio legis, alter fine. pone ergo quòd ego mandauerim alicui fœneratori de dãdis cuidam mutuò nomine meo. c. ipse autem non dedit c. sed L. quæritur vtrum possit agere ad c. propter hoc quod mandaui & præscripsi me daturum vltra. & dicit quòd non. & secundùm positionem ita facias constructionem, si scripsisti te daturum vltra hoc quod accepit ea pro qua te procuratorio nomine intercessisse commemoras, præses prouinciæ ex eo quod mandatum est, non patietur à te exigi vltra numeratum, vel aliter puta quia mandaui alicui de dandis mutuo. L. & ipse dedit c. si velit agere ad plus, non potest. & tunc ita construe, si ea pro qua te mãdatorio nomine intercessisse commemoras, accipit vltra hoc quod daturum te scripsisti, præses prouinciæ ex hoc quod vltra mandatũ tuum numeratum est, à te nihil exigi patietur. & ita plana erit litera illa, ex hoc quod vltra, &c. L.22.

1 *Diuisione non electione, quando quis sibi præiudicat.*

REOS PRINCIPALES. *Eligere.* Hoc contra est, vt j. authent. ad aliũ. aliud quando diuisit suam petitionem. tunc enim non licet vnum in sol dum conuenire post litem contest. vt s. eod. liberum. sic ergo di- 1 uisione † præiudicatur, vt ibi: non electione, vt hic, licèt videretur cõtra. ff. de lega. j. si ex toto. sed ibi speciale est in legatis: vel dic, quod ibi dicit, ab alterutro, est intelligendum, id est ab altero. nec enim iste cõuentus semel præiudicat quin alios pro aliis portionibus possit conuenire licèt videretur contra. s. de pac. si creditores. sed ibi est hoc signũ vniuersale. quanquam mihi videretur intelligendum quando omnes conuenit pro parte, quia hoc articulo quisque, omnes significantur: vt ff. de hered. inst. hoc articulo. L.23.

FIDEIVSSORIS. *Sed si idem* Homo, scilicet. *Intercessionis obligatione finita.* Sed quare non vtraque causa tenetur, cùm idem fideiussori & debitori successerit? Respon. quia vna obligatio reperi. ur maior altera, scilicet principalis accessoria. aliud quando fideiussor ciuiliter & naturaliter tenetur, principalis naturaliter tantùm. vt ff. eo. heres. §. ij. præ- L.24.

terea si vterque principaliter obligaretur, non extinguitur: vt ff. eo. generaliter. & de confusione talium actionum plenè dicitur j. de solut.

L. 25. PIGNORIBVS. Residuum, &c. Quod enim deest petit ipse creditor à fideiussore.

1 *Mora post tres aut quinque dies purgari potest.*
2 *Die statim elapso, ad pœnam agi potest.*
3 *Inter procuratorem, tutorem, & curatorem differentia.*

L. 26. SANCIMVS. *Tradat.* id est exhibeat, vel erat causa capitalis, in qua necessarium erat eum repræsentari iudici. *Non poterit eum, &c.* Si non potest, quia decessit, & ita impeditur casu fortuito, distingue, quia aut decessit intra tempus ab ipsis diffinitum si eum non stiterit, aut postea. Primo casu non tenetur ad pœnam: in secundo tenetur, vt hic dicitur. si verò non potuit eum exhibere commodè, quia aliquod habuit impedimentum vel de rebus suis, vel amicorum, videtur quod haber locum ista purgatio, vt scilicet si sex menses fuerant præfixi, quod intra alios sex menses possit purgare. vel etiam si maius tempus fuerit statutum, vt hìc dicit. si verò voluit eum exhibere, nec est impeditus, non habet locum huius legis remedium, sed alterius: vt ff. si quis cautionib. & si post tres menses, poterit ergo purgari † mora post tres aut quinque plures dies, paucos tamen, & videretur quod hic dicit, esse contra regulam generalem. s. de contrahen. stip. magnam. dicit enim, statim die elapso agi posse ad † pœnam. sed illud locum habet quando ex voluntate contrahentium ita promissum est. tunc enim non ita purgatur mora sicut hic. secus est in iudiciis, cùm promisit quis alium iudicio sisti. ibi enim speciale erit vt detur postea tempus, lex enim circa ea quæ legis sunt potius potest statuere quàm circa ea quæ ex voluntate contrahentium descendunt, vnde & differentia † est in procuratore gerente & tutore vel curatore, quia vnus ex necessitate, alius ex volũtate: vt notauimus s. si tutor interue. l. ij. in arbitris distinguit lex, apponatur dies ab homine, an à lege, vt ff. de arbitris l. Celsus. Profligari, id est exigi. *Tradere.* hoc est in criminali, fortè vt custodiatur, & in carcerem ponatur.

L. 27. SI FIDEIVSSOR. *Duobus mensibus effluentibus.* Et est ratio, quia actor promittit se litem contestaturum infra duos menses. si enim non promitteret, videretur liti renunciare: vt s. de litis contestat. authentic. libellum. *Et nos huiusmodi prærogatiuam ei condonare.* Sed an in causa publica fideiussor tenebitur in perpetuum, durat. i. vsque ad xxx. annos: an liberabitur elapso triennio? Respond. illa cautio durabit vsque ad trienniam, quo consueuit durare instantia causæ. elapso verò triennio viribus debet euacuari, vt s. de iudic. properandum. §. & quidem in fi.

Sic in vet.

L. 28. GENERALITER. *Idemq; in duobus reis promittendi.* Videtur contra. ff. de duob. reis l. 2. & 3. sed ibi petiit nouandi animo, & ideo vnius petitione tota tollitur obligatio: vt ibi: secus vbi non nouandi animo petit, vt hic. & si litem fuerit contestatus cum reo promittendi, alteri nocet: vt ff. de duo. re. l. penult.

DE

DE NOVATIONIBVS ET DELEGATIONIBVS.

Tit. xxlii.

1 *Vtrum debitor delegationem inuitus pati debeat.*
2 *Malitiis hominum non est indulgendum.*

DELEGATIO *deb.nisi consentiente.* Oportet enim consentire creditorem & debitorem, & quod alius stipuletur, sed posset quæri vtrum debitor teneatur consentire, si velim 1 †inuito eo aliquem delegare,& distingue, quia si habet incommodum suspectum, nõ cogitur, alioquin tenetur, sicut dicit lex, in dote.ff.sol.mat.l.ij.vel ibi speciale est in dote, aliâs siue immineat cõmodũ siue non, videtur quod inuitus nõ debeat consentire. vel dic idẽ 2 aliàs, quia non est indulgendum † malitiis hominum: vt ff. de rei vendica in fundo.& est arg. lex ista, quòd si vendam possessiones quas in feudum dederam, quòd non teneatur vasallus iurare nouo emptori. secundùm consuetudinem terrarum distinguitur vtrum maior priore domino sit, cui vendidi, an inferior. priore casu non tenetur, sed secundo tenetur.arg. tamen contra est ff. de vsufructu quemadmodum ca.l.iij.§.vlt. L.1.

EX CONTRACTV. Planum est. L.2.

1 *Actio cessa siue mandata, quando non transfertur.*
2 *Mandatum re integra reuocari potest.*
3 *Vtilis actio quando præfertur directæ.*

SI DELEGATIO *Mandaueris actiones.* Idem si cessisset, licèt quidam in mandata actione aliud dixerint quàm in cessa actione. Ioh. tamen idem dixit in vtroque. siue enim fuerit cessa siue mandata† actio, non transfertur, arg. ff. de pecul. quis ergo.& pro soc.l.j.& ij. licèt aliàs distinguatur intercedere & mandare quoad vsumfr. vt notaui s̃. de act.l.j. quid si mandaui actionem constituendo ipsum procuratorem in rem suam? Idem videtur per l.istam, licèt videatur contra per legem. ff. de procura. procuratore in rem suam. sed quod ibi dicit dominum non inferendum, est intelligendum cum distinctione istius legis, si litẽ contestatus est procurator, vel partem debiti accepit, vel denuntia- 2 uit vt solueret. si ponamus simplicem procuratorem, reuocare † possum mandatum re integra: vt instit. manda. circa finem.§. rectè. sed pone cessa actione quod ambo insimul litem contestati sunt, & neuter prius altero. & certè argumenta sunt pro vtraque parte, quandoque 3 enim † vtilis præfertur directæ: vt ff. de procurat. in causæ.§. vlt. quandoque directa vtili, arg. ff. de Publiciana. l. pen. & his argumentis procurator qui vtilem habet, præfertur domino: vel dominus qui habet directam procuratori. dici tamen potest, quod vtilis directæ præferatur, & ad hoc est. ff. de procurat. procuratore in rem. *Voluntate nouationis interposita.* Idem & si non fuisset animo nouandi interposita volũtas, sicut dicit lex in eo qui delegauit debitorem. bonum enim nomen L.3.

terea si vterque principaliter obligaretur, non extinguitur: vt ff. eo. generaliter. & de confusione talium actionum plenè dicitur j. de solut.

L. 25. PIGNORIBVS. Residuum, &c. Quod enim deest perit ipse creditor à fideiussore.

1 *Mora post tres aut quinque dies purgari potest.*
2 *Die statim elapso, ad pœnam agi potest.*
3 *Inter procuratorem, tutorem, & curatorem differentia.*

L. 26. SANCIMVS. *Tradat.* id est exhibeat, vel erat causa capitalis, in qua necessarium erat eum repræsentari iudici. *Non poterit eum, &c.* Si non potest, quia decessit, & ita impeditur casu fortuito, distingue, quia aut decessit intra tempus ab ipsis diffinitum si eum non stiterit, aut postea. Primo casu non tenetur ad pœnam: in secundo tenetur, vt hîc dicitur. si verò non potuit eum exhibere commodè, quia aliquod habuit impedimentum vel de rebus suis, vel amicorum, videtur quod habet locum ista purgatio, vt scilicet si sex menses fuerant præfixi, quod intra alios sex menses possit purgare. vel etiam si maius tempus fuerit statutum, vt hîc dicit. si verò voluit eum exhibere, nec est impeditus, non habet locum huius legis remedium, sed alterius: vt ff. si quis cautionib. & si post tres menses, poterit ergo purgari † mora post tres aut quinque plures dies, paucos tamen, & videretur quod hîc dicit, esse contra regulam generalem. s. de contrahen. stip. magnam. dicit enim, statim die elapso agi posse ad † pœnam. sed illud locum habet quando ex voluntate contrahentium ita promissum est. tunc enim non ita purgatur mora sicut hîc. secus est in iudiciis, cùm promisit quis alium iudicio sisti ibi enim speciale erit vt detur postea tempus, lex enim circa ea quæ legis sunt potius potest statuere quàm circa ea quæ ex voluntate contrahentium descendunt, vnde & differentia † est in procuratore gerente & tutore vel curatore, quia vnus ex necessitate, alius ex volũtate: vt notanimus s. si tutor interue. l. ij. in arbitris distinguit lex, apponatur dies ab homine, an à lege, vt ff. de arbitris l. Celsus. Profligari, id est exigi. *Tradere.* hoc est in criminali, fortè vt custodiatur, & in carcerem ponatur.

L. 27. SI FIDEIVSSOR. *Duobus mensibus effluentibus.* Et est ratio, quia actor promittit se litem contestaturum infra duos menses. si enim non promitteret, videretur liti renunciare: vt s. de litis contestat. authentic. libellum. *Et nos huiusmodi prærogatiuam ei condonare.* Sed an in causa publica fideiussor tenebitur in perpetuum, durat. i. vsque ad xxx. annos: an liberabitur elapso triennio? Respond. illa cautio durabit vsque ad triennium, quo consueuit durare instantia causæ. elapso verò triennio viribus debet euacuari, vt s. de iudic. properandum. §. & quidem in fi.

Sic in vet.

L. 28. GENERALITER. *Idémq; in duobus reis promittendi.* Videtur contra. ff. de duob. reis l. 2. & 3. sed ibi petiit nouandi animo, & ideo vnius petitione tota tollitur obligatio: vt ibi: secus vbi non nouandi animo petit, vt hîc. & si litem furit contestatus cum reo promittendi, alteri nocet: vt ff. de duo. re. l. penult.

DE

DE NOVATIONIBVS ET DELEGATIONIBVS.

Tit. xxlii.

1 *Vtrum debitor delegationem inuitus pati debeat.*
2 *Malitiis hominum non est indulgendum.*

DELEGATIO *deb. nisi consentiente.* Oportet enim consentire creditorem & debitorem, & quod alius stipuletur, sed posset quæri vtrum debitor teneatur consentire, si velim 1 † inuito eo aliquem delegare, & distingue, quia si habet incommodum suspectum, nō cogitur, alioquin tenetur, sicut dicit lex, in dote. ff. sol. mat. l. ij. vel ibi speciale est in dote, aliàs siue immineat cōmodū siue non, videtur quod inuitus nō debeat consentire. vel dic idē 2 aliàs, quia non est indulgendum † malitiis hominum: vt ff. de rei vendica. in fundo. & est arg. lex ista, quòd si vendam possessiones quas in feudum dederam, quòd non teneatur vasallus iurare nouo emptori. secundùm consuetudinem terrarum distinguitur vtrum maior priore domino sit, cui vendidi, an inferior. priore casu non tenetur, sed secundo tenetur. arg. tamen contra est ff. de vsufructu quemadmodum ca. l. iij. §. vlt. — L. 1.

EX CONTRACTV. Planum est. — L. 2.

1 *Actio cessa siue mandata, quando non transfertur.*
2 *Mandatum re integra reuocari potest.*
3 *Vtilis actio quando præfertur directæ.*

SI DELEGATIO. *Mandaueris actiones.* Idem si cessisset, licèt quidam in mandata actione aliud dixerint quàm in cessa actione. Ioh. tamen 1 idem dixit in vtroque. siue enim fuerit cessa siue mandata † actio, non transfertur, arg. ff. de pecul. quis ergo. & pro soc. l. j. & ij. licèt aliàs distinguatur intercedere & mandare quoad vsumfr. vt notaui s. de act. l. j. quid si mandaui actionem constituendo ipsum procuratorem in rem suam? Idem videtur per l. istam, licèt videatur contra per legem. ff. de procura. procuratore in rem suam. sed quod ibi dicit dominum non inferendum, est intelligendum cum distinctione istius legis, si litē contestatus est procurator, vel partem debiti accepit, vel denuntia- 2 uit vt solueret. si ponamus simplicem procuratorem, reuocare † possum mandatum re integra: vt instit. manda. circa finem. §. rectè. sed pone cessa actione quod ambo insimul litem contestati sunt, & neuter prius altero. & certè argumenta sunt pro vtraque parte, quandoque 3 enim † vtilis præfertur directæ: vt ff. de procurat. in causæ. §. vlt. quandoque directa vtili, arg. ff. de Publiciana. l. pen. & his argumentis procurator qui vtilem habet, præfertur domino: vel dominus qui habet directam procuratori. dici tamen potest, quod vtilis directæ præferatur, & ad hoc est. ff. de procurat. procuratore in rem. *Voluntate nouationis interposita.* Idem & si non fuisset animo nouandi interposita volūtas, sicut dicit lex in eo qui delegauit debitorem. bonum enim nomen — L. 3.

videtur facere creditor eo quòd admutet: vt ff. mandat. inter causas. §.abesse.

L. 4. NON ABSTVLIT. *Cum neque*. contra, &c. secus si haberet liberam & generalem administrationem: vt ff. de procurator. cui.

L. 5. SI PATER. Pro Alexandro, debitore.

L. 6. NEC *creditoris*. Planum est.

L. 7. SI SOLVERE. Pro chirographario debitore: quia fortè alius debebat ei chirographariam pecuniam: & iste conueniebat alium allegando ipsum esse de eadem prouincia vel ciuitate, vt sæpe contingit. non enim prodest illa allegatio.

L. 8. NOVATIONVM. *Et si non verbis exprimatur*. Licèt aliàs quod tacitè agitur inter partes pro cauto habendum sit, hîc contra est, nisi exprimatur. idem in duobus reis debendi ad hoc quod in solidum teneantur, vt s. de duob. reis, idem in substi. pupill. vt adiiciatur ar. contra matrem, vt notauimus s. de impub. & al. substit. precibus.

DE SOLVTIONIBVS ET LIBERATIONIBVS.

TIT. XLIII.

1 *Solutum in grauiorem causam cedit.*
2 *Quando propter moram alicuius fit translatio in alium.*
3 *In legato generaliter relicto, datur electio legatario.*

L. 1. IN POTESTATE *eius, &c.* Lex ista in quibusdam consonat legibus. ff. eo. l. j. ij. & iij. & v. in quibusdam videtur cōtradicere. Consonat, quia soluens in potestate habet exprimere, in quam causam soluat. si verò non faciat id debitor, datur electio creditori, si nullus voluntatem suam expressit, in hoc cōtradicunt, quia ibi dicitur quod solutum † cedit in grauiorem causam. 1 sed grauior causa videtur sortis quàm vsurarum, quia dum sors superest, currit vsura, soluta autem sorte, desinit currere. hîc autem dicit quod priùs debet accepto ferre id quod soluitur in vsuras, & ita in leuiorem causam. Responde & dic quòd grauior dicitur causa vsurarū quàm sortis, magis enim grauat debitorem soluere v. solidos pro vsuris, quàm c. pro sorte, quia sors ad eum peruenit, & ideo non grauatur. de vsuris autem nihil peruenit. & inde est quod magis grauatur. vel distingue & melius, vtrum quis teneatur ex pluribus causis principalibus, an vna principali, alia accessoria, & obtinet quod hîc dicitur, si verò ex duabus principalibus, locum habent leges illæ. *Conuenitur electio, &c.* Bonum est hoc notare, quia licèt vni detur electio, eo moram faciente transfertur in alium, sicut etiam habetis per canones, vt ea quæ dantur † capitulo, eo moram faciente transferuntur in episcopū, 2 deinde in archiepiscopum. & ita dixit R. circa legatum relictum in genere, vt à principio sit electio heredis, eo moram faciente in legatariū transferatur. nos contra dicimus, quia in legato relicto in genere damus † electioné legatario, non heredi. si ergo debitor non eligat, datur 3 electio creditori, sed tamen cum hoc temperamento, quia debet accipere

pere meam causam. si deberet, vellet soluere. si enim ipse ex pluribus causis teneretur pro se & pro alio, potiùs vellet pro se cedere in solutum, quàm pro alio: vnde in eam causam debet accipere, & incontinē-ti in quam vellet dare. & sic temperabitur eius electio, vt dixi. & prodest hæc electio incontinenti, aliter creditori: quia cùm tenebatur ei quis ex pluribus causis paribus, & soluit non expresso ab aliquo in quam causam: si de vno illorum debitorum habebat probationem, de alio non: de eo in quo non habebat probationem, poterit sibi soluere. sic ergo si impar est causa debiti, cedit in grauiorem: si verò sint pares causæ, de quolibet debito decedat pro rata. & hæc pleniùs in summa, §. illud nota.

LIBERARI. *Tam debitori quàm creditori.* Intellige de nouo & eodē. aliud in compensatione, quia non fit debiti vnius stationis cum credito alterius: vt s. de compensat. l. 1. L. 2.

SI *cùm seruus exsoluisti.* Ex causa peculiari, si dominico contractu, sufficit si ignorauit eum manumissum: vt ff. eo. si quis seruo. aliàs non fit illa distinctio: vt ff. eo. cùm seruus. L. 3.

NIHIL *interest. Euacuata obligationis vires,* &c. Semel enim extincta obligatio non potest restitui: vt ff. eo. qui res. §. aream. L. 4.

NULLA TIBI. Planum est. L. 5.

SI *inter patrem.* Hæc lex plana est. L. 6.

EIUS *quantitatis vsuras non posse.* Fit enim compensatio ipso iure quoad vsuras: sed in sorte oportet quòd opponatur: vt instit. de act. circa finem. L. 7.

VSURAS *promittere.* Intellige quando creditor volebat alias depē-di quæ Romæ dari debebant. Si habes permittere, lege, in debitore, & hoc cùm sine incommodo suo non potest facere. si verò possit sine incommodo suo, & iste fortè ausus non erat intrare Romam: vt ff. de excusa. tut. sed & mili. §. si ignomin. tunc aliàs vbi habet domicilium, dependet. in operis autem liberti dicit lex, quòd ibi debent præstari, vbi habet domicilium patronus: vt ff. de oper. lib. quod nisi. §. vlt. L. 8.

OBSIGNATIONE *totius debitæ pecuniæ.* Non partis, nisi hoc conuenerit, uel nisi debitum liquidum non est, vel nisi in libertate: vt ff. si cert. pet. quidam. de vsur. tutor. §. Lucius. de statuli. cùm hæres. §. vlt. *Liberationem contingere,* ipso iure: vt ff. depo. l. 1. §. si pecun. alii per except. vt notaui s. de vsur. acceptam. *Liberationem parit,* &c. quid si alius non debitor offerat, consignet & deponat? videtur quòd non cō-tingat liberatio: vt ff. de his quæ in frau. cred. ait prætor. §. illud. argu. contra instit. quib. mo. test. in prin. & ff. de neg. gest. soluendo. L. 9.

SUCCESSORES. Planum est. L. 10.

CUM MARITUM. Planum est. L. 11.

1 *Quando stipulationi adiecto solui potest.*

INUITO. *non se liberat obliga.* Fallit quod hîc dicit, quia si mandauit quis mihi vt Titio soluam, deinde vetuerit eum accipere: si ignorans prohibitum esse eum accipere soluam, liberabor. Item si stipulatus † sum tibi aut illi, possum soluere adiecto in stipulationem te inuito, nisi tecum priùs fuerit lis contestata: vt ff. eo. si quis stip. fuerit x. in L. 12.

Sic in veteri libro repertum. melle.& l.vero procuratori.& l.aliud est.sed hoc est propter voluntatem expressam in conceptione stipulationis. quandoque etiam si voluntate alii soluam,non liberor: vt si fugitiuus subreptos mutuatos denarios iusserit alicui solui:vt ff.eo.l.fugitiuus.& voluerunt quidam intelligere illud quod ibi dicit.liberationem non contingere ipso iure:sed tamen si soluit iussu eius,habet doli exceptionem. quandoque etiam qui creditori creditoris sui soluit, licèt proprio ignorante vel nolente creditore,doli mali exceptionis auxilio se liberat:vt ff.de doli except.si opera.

L.13. SI *obligatum. Extingui non potuit obligatio* Licet enim opponere de pecunia non soluta vsque ad xxx.dies:vt s. de non num. pec. in contractibus §.super cæteris.

L.14 PECVNIÆ. *Maiorem gestæ rei probationem continet*, &c. Et est ratio, quia in promissione tali voluntas creditoris declaratur. cùm autẽ reddit instrumenta,non per hoc manifestè declaratur, quia alia de causa possit reddere ei,vt quia sperauit citò alium redditurum pecuniam.non tamen nego quod vbi reddit, quin videatur sibi prima facie præiudicasse:vt ff.de pact.Labeo. & propter hoc videtur manifestior præsumptio quando redditum est,quàm si fiat confessio:quia primo casu videretur liberatus in perpetuum per pactum de non petendo,in alio vsque ad xxx.dies:sed dic quòd confessio continet rei gestæ probationem maiorem,id est euidentiorem:vt s.ostendi.

L.15. QVOD *debitori contra voluntatem tuam.* Aliud si cum voluntate:vt s. de re pigno.creditricem. *Cum pro huiusmodi facto*,&c. Non enim sufficit,si istam inducat præsumptionẽ,sic dicendo:Domine bene apparet quòd ille liberauit me cùm instrumentũ debiti sit penes me. imò oportet eum probare de redhibitione vel absolutione facta à creditore.sed quot testes sufficient ad hoc? dic quòd duo vel tres sufficiunt ad hoc.aliud dicit lex in seruo,qui per redditionem emptionalis instrumenti factam à domino dicit sibi competere libertatem. debet enim probari redditum per v.testes:ne detur occasio seruis subripiendi instrumenti dominis suis:vt s.de Lati.liber.l.vna.§. sed nec furandi. & ita exiguntur v.licet hic duo sufficiant. sed videretur contra ff. de probat.chirographum.Respond.ibi loquitur, quando instrumentum reperitur apud creditorem cancellatum.sic enim debitor præsumitur liberatus.sed tamen licet probare de debito,vt dicit. si verò inueniatur penes debitorem,& contra volũtatem creditoris. nam dici quòd *Sic in vet.* debeat probare sibi redditum contra voluntatem, sed de obligatione pecuniæ tantùm. non ergo præsumitur esse cum voluntate creditoris redditum debitori,& ibi probari contra poterit,vt dicit. Si enim voluntate creditoris esset apud debitorem,vel ipsemet reddidisset,aliud esset,quia haberet exceptionem propter pactum tacitum de non petendo:vt ff.de pactis,Labeo.§.1.

L.16. EVM A QVO. Planum est quod hîc continetur.

1 *Mitiùs agitur cum Ecclesia quàm cum priuato.*
2 *Quando quis aliud pro alio in solutum accipere cogitur.*

L.17. MANIFESTI. *Quàm rebus*,&c. Ergo res aliæ pecunia mutuata solui poterunt,& hoc si creditor consentiat,vt hic dicit,& ff.de pignora-

gnoratitia,si rem alienam,§.vlt.fallit autem quod hîc dicit,in authēt. super l.istam vel superiorem assignata. HOC NISI debitor, &c. ita continua.verū est quod dicit lex ista & superior,hoc nisi debitor, &c. quam debitor his habet meliorem secundùm quantitatem debiti, vt in corpore authent. *Facta per iudicem subtilis eius cau.æstima.* Aliter sunt verba in corpore authent. patet ergo per authent. istam quòd melior res immobilis debitoris distrahetur vel dabitur in solutum. sed contra.est arg.s.de sacrosan.eccles.authent.hoc ius. quia ibi de mediocri dicit:& ita mitiùs agitur cum ecclesia † quàm cum isto priuato. præterea licèt hîc non dicatur,continetur tamē in corpore authent.quod iste debitor acceperat aurum. sicut ergo res pretiosior aliis data fuit ei,ita ipse rem quam habet meliorem vel preciosiorem debet distrahere vel reddere in solutum. si verò alia res non aurum deberetur, venderetur mediocris inter cæteras:vt j. authent.illa dicit. *Præstanda creditori cautela*,scilicet de euictione:& dabit pignus,quanuis aliàs non soleat dari:vt ff.de euict.emptori.hîc autē dici potest quòd ideo præstetur,quia creditor rem illam in solutū pro nummis accepit: vt sicut speciale est vt cogatur in solutum accipere, ita & pro euictione speciale præstabitur cautio.est & aliàs speciale vt aliquis † teneatur in solutum aliud pro alio accipere:vt ff.de leg.1.si domus §.in pecunia. & de aur.& arg.lega.l.1.& vlt.& de re iudic.l.miles.§.1.quod est in omni actione, siue dedero mutuò,siue alio modo.

In vul. ce hac auth. ē, ponitur sub lege Eum à quo.

1 *In generali sermone non continetur persona loquentis.*

L.18.

INQVISITIO *veritatis*.chirographa.obligando se creditoribus, cùm ita continebatur,pro eo quod ego debeam eis. *Quod nihil creditoribus*.ita cōtinebatur in subscriptione chirographi. *Et creditoribus*, subaudi certis. *Et non vestra pecuniæ*,id est à vobis debitæ vestro procuratori,id est eius pecuniæ quam debetis procuratori.l. quitut enim domino,vt ex principio legis apparet.,& repete hoc verbum, fat's actū. & ita illud quod sequitur,vestræ pecuniæ,erit datiui casus. Vel melius dic quòd ad illud non referatur,sed respicit illa inferiora.processisse solutionem:& tunc erit genitiui casus. & facit lex ista ad illud generale,quia in generali sermone † non continetur persona loquentis. ad idem est ff.loca.qui insulam.§.vlt.& ff.de senat.l.1.arg. contra ff.de pign.Paulus.§.vlt.& est arg. ad quæstionem illam quādo aliquis promisit alicui turrem contra hominem omnem. si enim post nascantur inimicitiæ inter eos,non videretur quòd contra dominum debeat habere turrem: quia in generali sermone non continetur persona loquentis:vt s.dixi.

In vul legitur fiactorem.

SI ATROX.Plana est lex ista. L.19.

SI *operas*.Planum est quod hîc dicitur. L.20.

INTEREST. *Futura numerationis*, id est solutionis. *An accepta minore quanti*.sc.animo transigendi.*Manet integra*.j.statuta tempora: vt not.s.eo.si obligatum. L.21.

INDVCTVM.Inductum dicitur chirographum quando penna ducitur per medias literas cancellatum, quando in modum crucis. sed hîc sumitur pro eodem. L.22.

L.23. Sic in vet. SI LITERARVM *contemplatione*. Mandauit enim iste Auxeno debitori Aristoni pone cautam fori, vt solueret isti creditori suo pecuniam:& ideo scripsit se recepisse creditor.

L.24. CVM TAO *pecunia*. *Meliorem*. Vt quia plantauit ibi vineam. *Contrarium non postulaturus*. arg.contra.ff.loca.& con. ea. lege. j. resp.

1 *Lex ad exhibendum, quando locum habet.*
2 *Debitor quando conditionem habet ad instrumenta.*

L.25. SOLVTIONEM. *Probationis onus incumbit*. vt ff.de probat.l.j. *Condicere*.scil. sine causa.sed contra.§.ad exhi.l.vlt.ibi enim dicit quod datur actio ad exhib.quòd non potest condicere, cùm vbicunque habet locum actio ad exhib.pro instrumentis, fit præparatiua rei vendicationis,& detur solum:vt ff.ad exhib.l.iij.§.si quis.& § sequenti.licèt aliàs detur cuilibet cuius interest.sed dic quod lex † ad exhibendum habet 1 locum quando debitor de suo fecit fieri instrumentum.tunc enim habet locum rei vendic.hoc autem quod hic dicitur.locum habet quando creditor fecit fieri.tunc enim habet debitor si soluit pecuniam,cōdictionem sine † causa ad instrumenta:vt §.de condict.sine causa dis- 2 solutæ. hodie tamen non est consuetum quod creditor det pecuniam tabellioni pro instrumentis:imò semper dat debitor.

DE ACCEPTILATIONIBVS.

TIT. XLIIII.

1 *Liberatio facta sine tutore vel curatore non valet.*
2 *Inutilis acceptilatio semper habet tacitum pactum.*

L.1. IAM TIBI PRÆSCRIPSI. Ideo dicit qui rescripserat ei antea de hoc. *An solemnibus verbis*. Non intellige de solemnitate antiqua. siue enim dicat: habésne acceptum? & alius, habeo, acceptúmque tuli, siue alia verba ęquipollentia, idem est. sublata enim est hodie ab aula talis solemnitas verborum: vt instit.de verb.ob.in princ. *Tutoris auctoritate*. Nihil enim valet † liberatio facta sine tutore vel curatore, liberari tamen sine his posset: vt 1 inst.de auct.tut.in prin. *Acceptilatione optima*.s.non interueniente die expressa vel conditione:sed tacita potuit: vt si præcedens contractus fuerit in diem vel conditionalis:vt ff.de reg iur.actus. *Veteris defensionibus competen*. Si tamen acceptilatio facta cum debitoribus sororis celebrata fuerit sine tutoris auctoritate, ipso iure nulla fuit, vel non per mutuam interrogationem, vel die aut conditione expressa: & tunc si solutum post talem acceptilationem petat, vetēris defensionibus competentibus, vt hic dicit: si verò omnia quæ debuerunt adhiberi, interuenerunt, tunc haberet debitor condictionē indebiti, nisi scientia noceret.sed quod dixi de inutili acceptilatione, intellige quando inutilis est ratione ineptæ conceptionis. tunc enim non habet tacitum pactū: vt ff.eo.si acceptolatum,& ita responderi potest ad aliam l.ff.eo.an inutilis, quidam dixerunt quod semper habeat tacitum pactum inutilis † ac-

1 † acceptilatio, nisi contra agatur, vt M.B. verò dixit nunquam habere pactum, nisi contra sit actum. Dominus meus vt s. distinguit per l. illam, acceptolatum.

SI *donationis. Gra. nouatione facta.* Per Aquilianam stipulationem. *Omnis agendi via perempta est.* Obligatio enim semel extincta resuscitari non potest nisi miraculosè: vt ff. de solut. qui res. §. aream. & notaui s. si aduersus transact. l. 1. & 2. L. 2.

1 *Gallus Aquilius iurisconsultus subtilissimus.*
2 *Omnes obligationes nouari possunt per Aquil. stipulationem.*

PER AQVILIANAM, &c. Sciendum est quòd iura ciuilia tolluntur & corrumpuntur per aliud ius ciuile: non autem naturalia, quia immutabilia sunt. pone ergo quòd aliquis esset de iure gentium obligatus alicui. obligatio illa tolli non potuit per acceptilationem, quæ est iuris ciuilis. Gallus tamen † Aquilius qui multum fuit homo subtilis, considerauit & inuenit qualiter obligationes illæ tolli possent: vt sc. deducerentur in nouationem per Aquilianam stipulationem, & sic nouatione facta per Aquilianam stipulationem, si inducantur, acceptilatione tolletur illa stipulatio Aquiliana, per quam nouatio facta est primæ obligationis. & sic præcluditur omnis via agendi: nisi ex aliqua causa locum haberet in integ. restit. & hoc est quod dicit. *Obligatione præcedente,* & siue precedat obligatio re contracta vel verbis, vel qualitercunque, idem est, omnes enim obligationes † nouari possunt per Aquilianam stipulationẽ: imò etiam in eam deduci possunt non debita. si enim tenearis mihi rei vendicatione, nullo iure es obligatus: & ita videretur quòd deduci non posset in Aquilianam stipulationem: sed falsum est. docet enim Gallus Aquilius quòd promittatur quanti est res illa, & post in Aquilianam stipulationem poterit deduci, vt hæc omnia elici possunt ab illo, §. & inst. quib. mod. ob. tol. item per acceptilat. & ff. eo. inutilis §. accepto. & sic tolli poterunt per Aquil. stipulationem. sed nedum talia tolli poterunt, sed etiam obligatio nata ex iureiurando præstito à liberto pro operis: vt ff. eo. & per iusiurandum. in obligationibus autem quæ solo consensu perficiuntur, vt dictum est, non debet accepto ferri: sed tamen ratione pacti potius quàm acceptilationis dicit lex quòd perimantur, si de his interposita fuerit acceptilatio. cùm enim solueretur contrario consensu: ergo multo magis acceptilatione. non est tamen necessaria solemnitas, nec respectu ipsius extinguitur: vt ff. de rescind. vendit. cùm emptor venditori. L. 3.

DE EVICTIONIBVS.

TIT. XLV.

1 *Dominium rei hereditariæ non transit, nisi fuerit tradita.*
2 *In actione ex empto venit interesse.*
3 *Iniuria quæ fit emptori à iudice, non debet contingere venditorẽ.*

EMPTOR *hæreditatis, sumptu ac periculo suo persequi debet.* Sed videretur quòd emptor non habeat actionem contra extraneum possessorem rei imò venditor erat enim dominus, cùm dominium rei hæreditariæ non transeat, nisi † fuerit tradita: vt s̄. de hæred. vel act. vend. qui tibi. res autem ista nō [1] peruenerat ad emptorem, cùm aliùs possideret. Resp. quia hæreditate vendita, si omnes res possideat venditor, debet tradere emptori: vt ff. de hæred. vel act. ven. l. 2. si non omnes possideat, debet cedere actiones. & licèt non cessit, habet tamen emptor vtiles personales: vt s̄. de hæred. vel act. ven. l. emptor. eodem modo videtur quòd & vtilem habeat realem: quare vtilis dabitur ei contra istum possessorem, & ita sumptu suo ac periculo rem persequi debet. videtur ergo quòd sumptus non restituantur à venditore. & in hac quæstione dicendū, quòd si res euincatur, & cōtrariam sententiam reportaui, bene veniet sumptus, quia in actione ex empto † venit interesse, arg. pro hoc est. ff. de [2] lib. lega. l. pen. & de eo quod fal. tut. l. nouissimè. §. Pomponius, & j̄. eo. si cùm quæstio, & ff. de do. except. fideiussor. contra. tamen est arg. ff. de verb. obl. l. venditores. si non est euicta, sed ipse vicit, non agit pro sumptu, quia nec pro re principali, & ideo nec pro sumptu. simile est, quia seruus iussus est manumitti si rationes reddiderit. si enim debitor inueniatur ex administratione, non sufficit pecuniam in folle vel bursa afferre domino ad hoc quòd sit liber, imò necessarium est vt dicat in quas causas expendit, & præterea quòd debitum reddat. Sin autem non debitor ex rationibus fuerit repertus, statim post aditam hæreditatem quasi puram libertatem, ac si nulla cōditio esset apposita, consequitur: vt s̄. de manu. testa. cum testamento, & ff. de condict. inde. cùm seruus. & ff eo. qui libertatis. §. seruus. *Euictio quoque.* Hic debet esse §. *Non præstatur in singulis rebus.* Scilicet, cùm ipse agit pro re aliqua singulari, vt hic: vel etiam conuenitur pro re singulari, vt hic. *Cùm hæreditatem iure,* &c. Bona est ratio. si enim creditor non fuit hæres, agit de euictione pro re illa, & pro aliis. sed cùm constat ipsum hęredem esse, & ita iure venditam hæreditatem: si res illa non fuit defuncti, non aget, nisi aliud nominatim inter contrahentes conuenit, vt dicit. si verò pactum contrarium esset factum inter eos bene posset agere: vel si venditor de substantia hæreditatis affirmauerit: vt ff. de hę redit. vel act. vendi. vbi de substantia. alioquin non teneretur. & est ratio, quia aut hæreditaria fuit res ista, aut non. si non, non teneor tibi. si sic, & amisisti eam per sententiam, ergo iniuriatus est tibi iudex: & iniuria quę fit emptori à iudice, non debet † contingere venditorem: [3] vt ff. eodem. si per imprudentiam. & l. si serui venditor peculium. ita est in vniuersitate iuris. in vniuersitate autem corporali, puta si vendatur grex, & euincatur aliqua ouis, agitur de euictione. Idem in omni toto integrali, puta domo vel naue: vt ff. eod. naue. & vsuc. eum qui idem in accessorio: vt. ff. eo. vaccæ. In re singulari quæ continetur vno spiritu vel elementatione, obtinet regula quæ assignatur ff. eod. l. 1. sed in homine ita demum agitur de euictione, si dictum fuerit: vt ff. eod. si dictum. §. in stipulatione. & est ratio, quia pars hominis non est homo: secus in alia re vt in fundo, & similibus. Sed ista ratione videre-

tur

tur quòd pro iumento vel alio animali non agatur de euictione, quia pars iumenti non est iumentum. sed dic quòd illud speciale est in homine propter dignitatem hominis: vt ff. de ædil. edic. iustissimè. vel dicas dictum ratione exempli illud de homine, & idem concedas in cæteris animalibus. Pro seruitute qualiter sit agendum, habes ff. de ædil. edic. l. quotiens in seruitute: & hoc in prædiali seruitute, secus in vsufructu: quia pro ea agitur de euictione: vt ff. eo. si rem quæ. §. vlt. & l. sed & si quid, §. vlt.

1 *Donator quando tenetur rem facere donatarij.*

2 *Quando pro legato non agitur de euictione.*

QVONIAM *anus* T. *Cùm prædia tibi donares*. Et ita donatio cœpit à traditione: vnde non aget de euictione, nisi stipulatione de hoc cautum esset, vel dolo fecisset, vt hîc & ff eo. ad res donatas. Si verò donatio cœperit à promissione, vel nuda, vel etiam solenni, quia hodie ex vtraque agi potest: vt j. de donat. si quis argentum. §. vlt. tunc tene- 1 retur † rem facere donatarii: sicut & in dote notauimus, & habuimus s. de iure do. l. 1. & quod in re donata dixi, vt teneatur quis de euictione, idem in legato in genere relicto dici posset: vt ff. eod. hæres seruũ. 2 si verò legetur † in specie, nõ agitur de euictione. vt ff. de leg. 1. si substituto. veruntamen in sequenti videretur contradicere his quæ dixi. sed intellige quod ibi dicit dari, id est, tradi. si enim traditio contineatur in promissione, & tradidit, non aget de euictione, quia adimpleuit quicquid promisit, cù[m] scilicet tradidit. sed si datio contineatur, non videtur datum si euincatur: vt ff. de verbo. ob. vbi non apparet. §. vlt. quid in noxæ dedito, quia res illa videretur lucratiua? & in ea videretur quòd agatur: vt ff. de noxa, & generaliter. Nudo autem pacto, quia non fuit vallatum stipulatione, sed videtur non fuisse nudum, cùm esset positum in traditione rei, sed hoc non dicit lex ista, quia appositum fuerit in traditione rei, dicimus agere posse tradentem contra accipientem. sed hîc tradidit iste mihi: vnde possum obligari sibi, non ipse mihi. quid si non cauit de euictione, sed donauit per l. istam? videretur quòd non teneatur, quia si ex nudo pacto non agimus, minùs ex nullo.

L. 2.

QVI REM. *Obligata res dicitur*. Non constabat obligatam. si enim constaret, agere posset ad hoc vt liberaretur: vt j. eod. ex prædiis.

L. 3.

SI *prædium tibi*, &c. Assignatur contra de senten. & interlocu. omn. iudicum libera quidem. quidam dixerunt quòd si species in solutum detur, & voluit omnino ab obligatione recedere, agere possum de euictione, vt hîc. si verò ita demum si res mea fuerit, agatur ad quantitatem primò debitam, vt ibi: nobis videtur quòd si detur species pro quantitate, obtinet lex ista. si species pro specie, non est emptio: & ideo non agitur de euictione, sed veteri actione, vt ibi, & ff. de sol. si quis aliam rem.

L. 4.

EX PRÆDIIS, &c. Videretur contra. s. eod. qui rem. Solutio. hîc cõstabat rem obligatã: ibi nõ fuerat res tradita, nec pretiũ solutũ. vnde si petatur pretiũ, excipietur de dolo. & ita cõsequenter actione

L. 5.

ex empto, vt res liberaretur. secus si fuerit tradita antequam euincatur, etiam si res sit aliena, non poterit agere de euictione, vt ibi dicit.

L. 6. NON DVBITATVR. *Ex empto.* Ad interesse: vel si pretiosa fuerit res, ad duplum, vel vt caueatur de duplo: vt ff. eo. emptori.

L. 7. AVCTORE LAVDATO. Maxima videtur laus, si dicatur aliquis vendidisse. *Fideiussorem, &c.* Videbatur quòd esset necesse denunciare fideiussori sicut venditori, non est ita.

L. 8. EMPTOR FVNDI. *Emptor non adfuit.* Et ita videtur per contumaciam condemnatus: vnde non aget de euictione: vt s. de pericu. & con. rei vendi. l. 1. *Aut præses per iniuriam, &c.* Quia iniuria facta emptori per iudicem, non debet contingere venditorem: vt ff. eod. si per imprudentiam. nisi præbuerit causam iniustæ damnationis, vt ff. de fideiuss. exceptione.

L. 9. SI CONTROVERSIA. *Ab aliquo mouetur.* Scilicet traditione, ne finis videatur contradicere principio: quia in fine dicit quòd si non obtinuit, agit contra venditricem ad ea quæ impendit vt res melior fieret. hoc autem non faceret si ab alio moueretur ei: imò pro expensis exciperet contra euincentem, vt ff. de act. emp. Idémque Iulianum. intellige ergo quòd emptor non possidet, sed desierat possidere sine dolo & culpa sua: alioquin non haberet regressum ad venditorem, vt ff. eod. si rem quam. §. si culpæ. & sic mouebatur sibi controuersia ab aliquo contradicendo: licèt hic prima facie videretur contra. & ita dicetur mouere litem reus: sed impropriè. hoc enim de actore propriè dictum est: vt ff. de Carbo. edic. l. 3.

L. 10. SI FINES. *Intra eos neminem ingressurum.* De iure, vt aliquid auferat. & hoc probatur per id quod sequitur, si quid inde euincatur, &c. Non intellige de facto, nam tota die intramus in agrum alterius. *Lis finalis ad vendi. non pertinet.* Quia euinci non videtur. euincitur enim quando res non est mea. sed hic mea erat, & post mouetur ab alio quæstio de finibus. quare & si hoc fiat eo solo inspecto, quia vtile est vt termini regantur, non videtur euictum. si enim pars mei agri alteri adiudicetur, & pro ea pecuniam accipiam, vt ff. fin. regun. l. 3. quasi venditio potius videtur quàm euictio: & ideò causa ista non pertinet ad venditorem: vt hoc probatur in instit. de off. iudic. §. vlt.

1 *Ratihabitio mandato comparatur.*
2 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

L. 11. EXCEPTIONE. *Fideiussorem.* Idem in domino: vt ff. eo. vendicante. & quod hic dicitur in fideiussore, non habet locum in hærede ipsius: vt j. eod. l. vlt. *Quasi per vxorem.* non est ius. idem enim per aliud. *Qui vendentis adeò consensum dedit.* Patet ergo per l. istam quòd fideiussor cōsentit contractui contra. est arg. ff. quod iussu. l. 1. §. sed & si mandauerit. sed quod ibi dicit, non videri iubere: si fideiussit pro seruo, verum est tanquam dominus. quasi extraneus enim interuenit: verè tamen consentit, sed non vt dominus, imò vt extraneus: & ita locum non habet actio quod iussu, licèt ratum non habuerit, & ratihabitio ibi† mādato comparetur. vt in eadem l. quod iussu. §. si ratum. est enim differentia 1

rentia inter iubere & fideiubere vt ex ista l. & ex aliis & ex ea quæ est ff. eo. vendicantem. Siue traxerunt magistri quandam regulam quæ sic 2 dicit: quem de actione tenet actio, hunc agentem repellit † exceptio. fallit tamen regula ista, vt ibi notatur.

SIVE IN LIBERTATEM. Planum est quod hîc continetur. L.12.

SI OB CAVSAM. *Frustra ab ea, &c.* Et hæc lex ad superiorem regulã facit, quam diximus in lege except. dicet enim, frustra ab ea quæ condem. &c. & est ratio, quia ab eo non possit referri quæstio: quia si ab alio euinceretur ipsa teneretur & si ipsa euicerit, tenebitur. & hoc est quod dicit post. Sed quare tenetur, cùm ipsa non vendidit, sed executores: & actio ista non datur nisi in venditione? Respon. cùm fecerit publica persona, videretur & ipsa fecisse. ex pactis enim cum ipsis factis bene datur vtilis actio: vt notaui. s. de lit. contest. authen. libellum. & ita si euincatur aget aduersus condemnatum ad pretium vtili actione, & ad vsuras, habita tamen ratione fructuum: vt ff. eod. si plus vel minus. §. & si iussu. L.13.

SIVE POSSESSIO. *Controuersiam mouere non potest.* Et ita si accusator laudari potest, nomine hæreditario licet vendid. rit rem hæredis, nihilominus repellitur hæres si agat: & hoc si fecit inuentarium, & soluendo est hæreditas. aliud si non fecit: vt plenè notaui. s. de rei vindic. cùm à matre. & de iure delib. l. vlt. L.14.

SI NON INIVRIA. Planum est. L.15.

SVPER EMPTI. *Et si portionem.* Scilicet, agri. *Restitui vobis iubebit.* Per doli exceptionem, si possideatis. si verò sine dolo & culpa vestra cecidistis à possessione, à venditore petitis restitui, cùm per exceptionem conseruare non possitis: vt ff. de act. emp. idémque Iulianum. & hoc habita fructuum ratione, compensantur enim vsque ad concurrentem quantitatem: vt ff. de rei vendic. emptor prædium: & l. & sumptus. L.16.

SI CVM QVÆSTIO. *In damnis, &c.* Quantum ad ea quæ impendit in re & pro re defendenda: vt notaui per plura argumenta: s. eodem. l. 1. L.17.

SI STATVS. *Solemnibus quæ iuris, &c.* Erant enim olim solemnia quæ constituebant, vt Assertor ageret causam liberalem. sed hodie si minor est, aget per tutorem vel curatorem. si maior, per se: vt s. qui dare tutores. l. 1. *Quòd si fuisse seruum, &c.* Venditoris vel tuum. *Intelligis ad venditorem te reuerti non posse.* Intellige quantum ad expensas, quia de his quærebatur fortè, cùm pauper homo esset, & volebat recuperare expensas quas fecit in lite. non enim potest agere. si tamen in tempore venditionis super hoc cautum fuerit, bene poterit: vt ff. de verb. ob. venditores. & notaui. s. eo. l. 1. L.18.

SI OBLIGATA. *Timere non potes.* Quia vtile dominium acquisierunt secundùm Io. L.19.

1 *Emptor quando de euictione agere non potest.*
2 *Denunciatio, quando venditori fieri debet.*

SI PARENTES. *Ex persona vestra.* Cùm fuerint maiores. si verò minores, cum ipso quòd non appellauerint videantur decepti, in L.20.

integrum restitui poterunt. *Si appellationem non interposuistis, &c.* Si autem ipse emptor appellationem non interposuit, non nocet ei quin possit agere de euictione. siquidem appellauit, cùm non teneantur, & tempora appellationis accesserint, vel aliquo modo bonam causam vitio suo perdiderint, non poterit postea † agere. Herennius. §. 1. & 2. 1 *Denunciatum probetur.* Et hoc non sit ei remissum. alioquin nihilominus posset agere de euictione: vt ff. eod. Herennius in princ. sed quando debeat fieri † talis denunciatio? & certè quandocunque voluerit 2 emptor, dummodo non propè diffinitiuam sententiam. si enim tunc denunciet, quamuis contrariam sententiam reportauerit, non aget de euictione: vt ff. eo. si rem quam. §. vlt. aliud tamen est in legatario. ipse enim à principio debet denunciare: & si non fecerit, non aget de euictione: vt ff. de leg. 3. qui concubinam. §. si hæres. & est ratio, quia ibi lucratiuam causam habet. quare si non à principio denunciauerit, non poterit postea agere. emptor autem non habet causam lucratiuam. vnde quandocunque vult licet ei denunciare, dummodo non prope sententiam diffinitiuam. vel dic quòd ibi non aget de euictione, sed ex testamento, quasi non fuisset traditum. Vel intellige quod ibi dicitur, ante iudicium, id est, ante diffinitiuam sententiam, non ante litem cõtest. si autem actor vel venditor se absentauerit, ne ibi denuncietur, sciens rem euinci; nihilominus poterit agi de euictione: vt ff. eod. si ideo. §. vlt. Vel si apud iudicem ire voluero, sed in aliquem volo compromitti, non potero agere de euictione, nulla enim necessitate id fecuvt ff. eod. si dictum. §. si compromisero.

L. 21. EMPTI ACTIO. *Non submouetur.* Quia actio illa personalis est, & non remouetur spatio xxx. Vel dic quòd multotiens litem contestatus est. & ita interrumpit præscriptionem. si autem per longum tẽpus emptor exceptionem sibi acquisiuisset, non poterit agere: vt i. eo. non obligata, siue eam opposuerit siue non: quia si opposuit & condemneiur, iniuria ei fit per iudicem, & ita non debet contingere venditorem: vt ff. eo. si per imprudentiam. §. nam quid. si non apposuit vitio suo, causam amisit: & ideo non aget: vt ff. eod. Herennius. §. vltim. Fuerit comprobatum. alioquin præstaret vitium: vt ff. de act. empt. ex empto. §. vlt.

L. 22. CVM TIBI LIBERVM, &c. Quidam voluerunt dicere quòd si non dixisset. vti optimus maximúsque est, non teneretur. & hoc probatur per legem. ff. de contrahen. empt. cùm venderes. lo. contra. quia siue specialiter dicatur de hoc, siue non, dixit pòsse agi. & hoc probauit per l. ff. de ædil. edict. quotiens. *Ipsius conceptio.* Ita construe, conceptio ipsius stipulationis manifestè declarat commissam stipulationem, quam subiectam emptioni de indemnitate proponis, si ex antecedente oblig. quod deb. iure sol.

L. 23. CVM SVCCESSORES. Plana est hæc lex.

1 *Completa dicitur venditio per rei traditionem.*

L. 24. SI POST PERFECTAM. Hoc est si postquam de precio conuenit, vt instit. de empt. & vend. in prin. tit. Completa † autem dicitur ven- 1 ditio post rei traditionem: vt ff. de act. emp. si quis alienam rem. *Satis est*

non

non offeratur. Fideiussoribus pluribus vel vno, sufficiens est: vt ff. de peric. & commo, habitationum. §. vlt.

SI TIBI. *Liberam Sat. conditionem eius ignorans.* Idem & si sciret mul- L.25. tò magis: vt s. de libe. cau. l. 1. *Defendit.* Defendere ponitur pro agere. sic s. de testib. l. 1. & econuerso. ff. de edendo. l. 1. *Dupla quantum in hanc.* Et consideratur duplum respectu conuenti: vt ff. eo. cùm fundus. aliud in actione ex empto, quia consideratur interesse præsens non respectu precij, vt ff. eo. euicta. si dicat reus, nolo procedere illa, sed repellere volo eum qui eam defendit in libertate, videtur quòd possit: vt s. eod. siue possessio: vt ille qui aliàs teneretur de euictione eam quam vendidit defendere, & producere in libertatem. sic & aliàs speciale est ff. eo. sed & si stipulatio. & l. qui à pupillo.

SI QVIS TIBI, &c. Assignatur contra. s. de communium rerum a- L.26. lien. l. vlt. ff. de rei vindica. vtique. s de asser. tol. l. vltim. & ff. iudica. sol. si seruus. sed dic quòd si decedat ille seruus lite contest. nomine suo locum habent leges illæ omnes. si non sit lis contest. non habent actionem, quia non est euictus, sed extinctus fato humanæ sortis: vt ff. eo. si seruus in prin.

SI FVNDVM SCIENS. *Contra iuris possit rationem.* Videtur contra. s. L.27. communia de lega. l. vlt. Solutio, istud locum habet quando non fuit stipulatus de euict. etenim sciens rei grauamen, id est, alienam vel obligatam, vt dicit: ibi stipulatus erat de euictione, & est speciale, quia licèt stipulatus sit de duplo, tamen non agit nisi ad simplum, vel vt dicit dominus meus, ibi agit de euictione, licèt sciebat rei grauamen, hoc est rem legatam sub conditione. & ita non simpliciter fuit malæ fidei emptor, sed quodammodo cùm non esset res aliena, sed vendentis, hoc est hæredis: & ita quodammodo punitur: quia si stipulatus sit de duplo, non aget nisi in simplum, hìc autem res erat simpliciter aliena, vel alij obligata: & ita magis punitur qui sciebat simpliciter alienam, quia nec aget de euictione ad pretium, quàm si sciret alienam sub conditione, vt ibi.

EMPTORI. *Etiam venditoris, &c.* Idem in donatario: vt ff. de pactis, si L.28. tibi decem. § pactum. argum. tamen contra. est in eodem tit. quod dictum.

SI PERMVTATIONIS. *Fuerit denunciatum.* Patet ergo quòd denuncia- L.29. re debet, vel si non potuit, perinde est habendum acsi denunciasset, vt hìc: & quòd perinde sit habendum, probatur ff. eod. si dictum. §. penultim. & de vsur. pecuniæ. & quibus ex caus. maio. ergò sciendum est.

1 *Dolus ex qualitate facti, non ex quantitate pretij comprobatur.*

NON EX EO. *Aliena rei scientia conuincitur.* Sed quare dicit hoc, L.30. quòd siue malæ fidei emptor siue bonæ fidei semper agit. si stipuletur: vt s. eo. si fundum, nisi in casu, vt in l. vlt. communia. sed hoc fortè ideo dicit, ne grauetur eius opinio, vel ne agat ad duplum: vt dicitur in l. communia de legatis. *Alio.* Fortè rei dictum esset, à principio ne emeret: vt s. de rei vendica. si fundum ista enim non sufficiunt: quia 1 † dolus ex qualitate facti non ex quantitate pretij cõprobatur, vt ff. de

rescin.vendit.l.dolus. *Si vis*. Nemo enim cogitur inuitus agere vel accusare:vt s.vt nemo inuitus agere, & ita exponitur. s. de transact. age cum Germiano, si vis.

L. 31. HÆREDEM. *Ex persona sua*. Ideo dicit, quia secus esset si vendicaret ex persona fideiussoris:vt s.eo.exceptione.

CREDITOREM EVICTIONEM PIGNORIS non debere. TIT. XLVI.

L.1. CVM IVRE. *Euictio non debetur*. Tamen emptor poterit agere ad hoc vt cedat creditor contrariam pignoraticiam actionem:vt ff.de euict. in creditore. *Emptori non iusta, &c.* Non ergo potest venire contra factum suum:vt ff. de distract. pig.& ibi his.

1 *Creditor quando tenetur de euictione.*
2 *Itémque contrariam pignoraticiam cedere cogitur.*

L.2. SI A CREDITRICE. *Sine vitio*. Quia sciebat rem alij obligatam, vel alienam.& distingui posset,quia si creditor vendat tanquam dominus,sed iure pacti vel auctoritate legis,non tenetur† de euictione,sed 1 si sciebat alienam,vel alij obligatam,tenetur,præterea,si non erat potior aliis. licèt generaliter non teneatur de euictione, tenetur tamen cedere contrariam † pignoraticiam, vt notaui in superiori lege. & 2 creditor habet contrariam pignoraticiam actionem contra debitorem, si conuenit de euictione, quia maiori pretio vendidit: vel consuetudo regionis hoc postulabat: vt ff.de pigno.si pignore.§.vltim. & l.seq.

DE PATRIA POTESTATE.

TIT. XLVII.

1 *Præiudiciali in rem actione quando agitur.*
2 *Sine titulo præscribitur libertas.*
3 *Filiusfam.non potest habere tutorem.*

L.1. SI FILIVM. *In potestate tua dicis esse*. Non ergo erat quæstio vtrum filius esset.tunc enim ageretur† præiudiciali in rem 1 actione:vt instit.de act.§.præiudiciales.sed erat quæstio vtrum in potestate esset,vel non:& ideo agetur rei vendicatione adiecta causa de iure quirit. vt ff. de rei vindica. l.1. §. per hanc. habet etiam in primo casu interdictum de lib. exhib.vel deducendis: vt notaui s. si aduersus rem iudica. cùm pater. & in tit. de lib. exhib. *Æstimabit, an audire*. Ideò dicit, quia potest esse quòd audire te debeat,potest esse quòd non. & hoc est quod post dicit, cùm diu passus sis,&c. hæc enim videtur quædam coniectura quòd sit sui iuris:& ita si sic passus est eundē esse,te non audiet præses neq; exaudiet, vel licèt ita fueris diu passus, nihilominus æstimabit præses vtrum audiat te & exau-

exaudiat, an non. Non intellige audire cum effectu. poteſt enim cauſa, quòd licet ita eſſe longo tempore paſſus fuerim, nihilominus debeat me audire, vt ſi abſens fui. reſtituor enim ex illa generali clauſula, ſi qua iuſta cauſa, &c. illa enim locum habet ſiue vſucaptum ſit aliquid de bonis vel præſcriptum, ſiue actio fuerit omiſſa: & hîc amiſſa erat rei vindic. adiecta cauſa de iure quiritum, & nota quod hîc dicit, propter ſimilem caſum, quòd ſicut ſeruus ſi fuerit in poſſeſſione libertatis
2 bona fide diu, id eſt. x. vel xx. ann. & nullum habeat † titulum, præſcribit ſibi libertatem: vt ſ. de præſcript. quæ pro libe. l. 1. & 2. ita & filius quodammodo liber efficitur, quia fit ſui iuris, & exit de patris poteſta-
3 te. *Vt patrisfamiliâs.* Ideo dicit, quia filiusfa. non poſſet † habere tutorẽ: vt inſt. de tutelis in princ. *Teſtamento matris.* Sed potéſtne mater filiis dare tutorem in teſtamento? Reſp non: tamen bene poteſt nominare & iudex poteſt moueri, & confirmare quod ipſa dicit.

1 *Profectitia etiam quoad proprietatem patri acquiruntur.*
2 *Quando bona cenſentur acquiſita ex ſubſtantia patris.*

L. 2.

EIVS QVI. *Extra ea quæ non acquiruntur.* Veluti caſtrenſia & quaſi,
1 & omnia aduenticia quantum ad proprietatem. profectitia† tamẽ acquiruntur etiam quoad proprietatem. & facit lex iſta ad quæſtionẽ quam notaui ſ. de bonis quæ liberis. l. antepen quidam enim voluerũt dicere quòd filiusfam. præſumitur acquirere quod in poteſtate acquirit de bonis patris, ſicut in vxore. Alij contra dixerunt. nos diſtingui-
2 mus, vtrum filius fuerit in aliqua arte, & pater † pauper, an non ſit in arte aliqua, & econuerſo pater fuerit diues. tunc enim præſumitur de bonis patris acquiſiuiſſe: niſi ſint talia quæ acquiri non potuerunt, vt hîc dicit. vnde debet probare exceptionem, ſcilicet, talia quæ acquiri non potuerunt.

1 *Filius viuente patre, quodammodo dicitur dominus rerum paternarũ.*
2 *Patri maior datur poteſtas in filiam quàm marito.*

L. 3.

SI FILIVS. *Alienare non potuit.* In emancipato non eſt dubium, ſed
1 in eo qui in patris poteſtate videbatur, cõtra: cùm dominus† quodammodo ſit rerum paternarum: vt inſtit. de hæred qual. & differen. §. fina. & ff. de lib. & poſthum. in ſuis. ſed iſtud eſt, quia indè alitur & ſuſtentatur. *Pietatem.* Id eſt, patriam poteſtatem vel ſubiectionem. *Si in priori contumacia perſeuerauerit.* Sim. ff. de obſeq. l. 1. de iur. pa. po. l. 1. ſi enim perſeuerauerit in priori contumacia, acriori pœna eſt puniendus. *Quam tu quoque dici volueris.* Nota mirabile, quia abſurdum eſt quòd feratur ſententia pro voluntate actoris. ſed hoc ideo eſt, quia nõ præſumitur quòd pater filio vellet amputare caput. vnde patri maior
2 † datur poteſtas in filiam, quàm marito: quia plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit: vt ff. ad l. Iul. de adult. nec in ea. & l. marito.

L. 4.

CONGRVENTIVS. *Exhibere matri filios coget.* Inter patrem autem & filium non poteſt eſſe iudicium. niſi in caſtrenſibus vel quaſi: vt ff. de iudic. lis enim nulla poteſt eſſe inter patrem & filium, vt hîc dicit. *Ad inclementiores iniurias.* Fortè quia repulit eam ita

quòd cecidit in terra. *Seuerius*. Id est, seuerè.

L. 5. FILIA TVA. Planum est.

L. 6. ABDICATIO. *Et dicebatur ἀποκήρυξις*. Nescimus qualiter fieret, vel fortè dic quòd ducebatur ad triuium & permittebatur ire quò volebat.

L. 7. SI MARITVS TVVS. Plana est lex ista.

L. 8. LIBERTOS. *Post libertatem*. Quia serui non possunt contrahere nuptias. *In potestate habere*. Qui enim ex libertinis nascuntur, ingenui sunt: vt instit. de ingenuis.

1 *Patria potestas quando amittatur.*
2 *Praeiudicium dicitur ipsa praesumptio.*

L. 9. NEC FILIVM. Pone casum quia considerat aliquis quandoque onus quod ad eum pertinebat propter filios. videt enim quòd necesse habet instituere & alere. & ita vult aliquem negare filium suum. quæritur si propter talem negationem filio præiudicetur, & dicit lex ista quòd non. & ad hoc inducit argumenta multa: quia senatusconsulta scilicet, duo Plancianum, & aliud quod factum fuit, tempore diui Adriani, manifestè hoc declarant, quòd partus agnosci debent, si tamē admissa sunt quæ iubent illa senatusconsulta de ventre custodiendo, & talia: vt ff. de libe. agno. l. 1. & 3. *Ac denunciata pœna*. Scilicet, extraordinaria. hoc idem declarat in eum qui non agnouit filium. iudex enim potest imponere pœnam prout viderit faciendum: vt probatur. ff. de libe. agno. l. 1. vel intellige de pœna quæ denuntiatur, & lege determinatur, quia amittit patriam potestatem sicut patronus cùm negat alimenta liberto. amittit enim omnia quæ imposuerat causa libertatis, vt ff. de lib. agno. alimenta. & ῑ. de infant. expo. l. vlt. tamen videtur quòd pater nihil amittat: vt s̄. de nup. patrem. sed quod ibi dicit remittatur, intellige de facto. de iure enim non potest, cùm non sit in potestate ipsius: vt s̄. dixi. *Item praeiudicium*. Scilicet, hoc declarat. & est præiudicium, quia si confessus fuit semel suum filium esse, præiudicauit sibi, nec licet reuocare: vt ff. de lib. agno. l. 1. §. idem Iulianus. vel appellat † præiudicium ipsam præsumptionem, quia cùm nascitur constante matrimonio, præsumitur filius: vt ff. de in ius vocan. pater. & de his qui sui vel alie. iur. sunt. filium. *Et remedium alimentorum*. Scilicet, hoc declarat: quia si aliquis petat nomine infantis maiores trimo, id est, tribus annis alimenta à patre, monstratum est apud præsidem quòd præstare debeat. Vel etiam dic quòd ipse apud præsidem peteret alimenta, cùm esset maior tribus annis & posset loqui. si enim esset minor, mater deberet ei lac porrigere. si non esset talis, cui esset dedecus lactare. ista omnia iura manifestè declarant & argumenta sunt quòd non est liberū aliquem negare filium esse. & ideo ibi incipiat constructio, senatusconsulta, &c. & intellige legem istam in filio naturali & legitimo. si verò poneres in naturali tantùm, debet agnoscere: vt ῑ. de lib. exposi. l. vnusquisque, loquitur indistinctè, & s̄. de naturalib. lib. authent. licet patri.

L. 10. LIBERTATI. *Tantum impensum est*. Id est, adinuentum fauore libertatis. *Olim*. Facienda est vis in hoc quod dicit olim: quia hodie secus

eas est, non licet enim sæuire in liberos, vel secundùm nos vltra modum. vel intolerabiliter: vt instit. de his qui sui vel alieni iuris sunt. §.sed hoc tempore non liceret, nisi necessitate famis: vt s. de patribus qui fil. dist.

DE ADOPTIONIBVS.

TIT. XLVIII.

1 *Delegatus non habet plenam legis actionem.*
2 *Actio legis, quid.*

SI QVI IN *aliena sunt potestate.* Si sui iuris essent, apud imperatorem deberent, vt j. eo. arrogationes. *Nonnisi apud eum, &c.* Non dicas tantùm de illo, quia etiam apud magistratum municipalem potest adoptari, cùm habeant potestatem iurisdictionis ordinariæ: & expedit quòd apud eum fiat, vt j. authent. de defenso. ciuit. §. audient quoque. dicit ergo ideo, nonnisi apud eum, &c. quia apud eum qui delegatus est, cùm plenam † legis non habeat actionem, non expediret, vt ff. de off. procon. l. 2. vel expone vt ibi notatur. *Actio est.* Non intellige de actione qua quis persequitur in iudicio quod sibi debetur: sed glossa id est, apud eum apud quem omnes legitimi† actus possunt exerceri, vt emancipationes, manumissiones. & ita exponimus. s. de sacrosan. eccle. authent. hoc ius ibi, actio pia, id est, actus pius. L. 1.

IMPVBEREM. *Quàm si emancipatus fuerit.* Iniustè. nam si iustè, secus esset: vt ff. si quid in frau. patro. l. vlt. *Idoneis fideiussoribus.* Quæ satisdatio si omissa fuerit, nihilominus vtilis actio in arrogatorem datur: vt ff. eo. his verbis. *Seruo publico.* Id est, tabellioni, quia omnibus deseruit: vt insti. eod. §. cùm autem. non est tamen seruus, vt j. de tabulari is, generali. Vel dic seruo impuberis: vel si non habeat, publico. *Ac si per populum.* Romanum. hodie lege Remmia aliàs Regia translatum est in imperatorem ius populi: vt instit. de iure natur. §. sed & quod principi. lex tamen alia videtur largiùs loqui, quia dicit, multò magis apud imperatorem: vt ff. de off. præto. Barbarius. sed illud non denotat aliquam prærogatiuam quam imperator habeat supra populum Romanum. sed facilitatem, quia faciliùs expeditur per vnicum hominem quàm per plures, cùm populus difficilè consentiat: vt ff. de acquir. possess. l. 1. §. vlt. L. 2.

CVM EVM. *Quem arrogaueris.* Id est, arrogare volueris. *Libertinum* L. 3. *num.* Aliud si alienum, vt ff. eo. si pater. §. vltim. *Nec vllam idoneam causam, &c.* Debet enim cognosci & quæri vtrum ille qui arrogat, sit minor. LX. annis: quia tunc magis studere debet liberorum creationi, nisi morbus vel causa alia impediat. hæ & aliæ infinitæ causæ debent inquiri, quæ enumerantur, ff. eod. l. si pater. §. vlt. & l. nec ei. *Desiderio tuo refragari.* Sine causa ergo non audietur, sicut dicit l. in transactione alimentorum: vt ff. de transact. cùm hi quib. §. vlt. ergo & oratio cùm petitur aliquid ab aliquo, per legem. s. de edic. di. Adria. l. vlt.

L.4. ADoptio. *Non tabulis*. Olim fiebat in tabulis, sicut & hodie Garamantes. *Apud præsidem* Si sit in aliena potestate. si verò sui iuris, apud imperatorem, vel populum Romanum: vt s. eod. l. 1. & l. seq. not.

L.5. MVlierem. *Arroga. non pos.* Quia qui adoptat, habet in potestate: vt ff. eo. l. 1.

L.6. ARrogationes. *Nisi ex rescripto.* Ergo ex rescripto principali fieri poterunt: & fortè ex eo licebit apud aliquem adoptare: quia aliàs iurisdictionem non habebat, maximè si dicat, non obstante tali lege.

1 *Vtrum per adoptionem mutetur patria.*
2 *Prouincialis dicitur qui habet domicilium.*

L.7. IN adoptionem quidam. *Additur non mutatur patria.* Sed quid esset si aliquis Bononiensis adoptaretur † ab aliquo vltramontano? mutaretúrne patria? & videtur quòd sic, per l. ff. de verb. sig. prouinciales. sed dominus R. subaudiebat, non eos tantùm. non enim tantùm ille qui oriundus est ex prouincia, est prouincialis, sed † qui habet domicilium. additur ergo non mutatur ciuitas, quia censetur eiusdem ciuitatis, cuius & prius. sed videtur contra. ff. ad municip. municeps esse. at dic illud speciale propter senatoriam dignitatem. aliud si in adoptionē datus fuerit, quia nō mutatur, sed adiicitur patria. poterit enim ad munera & honores vocari in ciuitate illa in qua est ortus, vt hîc dicit, & ff. ad municip. ordine. §. vlt. vel quod ibi dicit definit, intellige quantū ad munera, non quoad honores. vnde quod hîc dicit, intellige de tutela vel cura, non de collectis. & de his quæ indicuntur patrimonio.

L.8. In adoptionem. Planum est.

L.9. Adoptatum. Planum est.

1 *Patria potestas secundùm leges veteres soluitur.*
2 *Emancipatus & adoptatus retinent ius cognationis.*
3 *Sicut pater necesse habet exhæredare filium, ita & nepotem.*

L.10. CVm in adoptivis. *Actionem.* Impropriè dicitur actio: vt not. s. de inoff. test. si pater. *Sine effectu dereliquit.* Quia licèt fuerit sapiens homo, nihil super ea respondit. *Marcianus verò distinguit.* Vtrum pater filium fraudare voluit, vt tunc nihilominus ei succedat, perinde ac si non fuisset emancipatus, an non, vt tunc non succedat, & hæc distinctio colligi potest ex eo quod j. eod. dicitur. *Volun. eius circunuentus, &c.* Vel distinguit ita, vt si quidem pater adoptiuus sit diues, denegetur ei contra tab. patris naturalis hæc actio, alioquin si egenus est, non denegatur. *Ludibrio defraudari.* Mala ratio, imò contraria videtur ff. de aqua plu. ar. l. Labeo ait si pater, vel dic, in hoc casu, id est, cùm pater adoptiuus emancipet. Q. d. meritò sic subuenimus in naturali patre, quia & iure veteri sic subueniebatur in adoptiuo. Sed non placet, quia secundùm hoc probatur etiam hodie amittere patris successionem: vt j. dicemus, cùm in hoc casu tractetur de relaxatione patriæ potestatis. *Et contradicendi.* Not. potest contradicere: ergo perinde est ac si contradixisset. *Et inuitus transire ad al. fa.* Bona concordantia. j. auth. quib. mod. natura. §. generaliter, & j. titul. 1. l. iubemus. *Prodesse patri naturali.* Acqui-

Acquirendo,sc.ei,sicut cæteri filii fam.faciunt. *Et ab eo naturalia.* v. s.de codicil.l.si quis agere.§.illud quoque in fi.*Debita percipere.*Quantum ad institutionem & alimenta.*Concurrunt & naturalia.*Io.i.natiualia.ab eo enim duxit natiuitatem.si verò daretur cognato in adoptionem,non ita amittebat,quòd transiret in eius potestatem.*Quæ possunt acquiri.*Profectitia non aduentitia quantum ad dominium,sed vsumfructum.item non castrense vel quasi. *Hæc omnia resecante.* Sicut & arg.est ff.de rit.nupt.non solùm.§.de vno. *Iterum ad patrem naturalem.* Quid si decesserit pater naturalis post emancipationem? Respon.cogitur auus ipsum instituere vel exhæredare,quia modò succedit in locum patris sui.Sed quid de auo materno? Resp. Idem sine dubio, sed hoc ita,si sum in secundo gradu post eum qui decessit.cæterùm si sum pronepos vel inferior,si quis me præcedit,non admittor: vt j. ea. l. §. quæ in filio.sed contra testamentum naturalis mei patris nemo sine dubio. *Soluitur.* Vt ff.eo.in omni ferè cognationis nexu, non dixit pa-

1 triæ † potestatis: illa enim soluitur secundum leges veteres, vt patet inst.eod.tit.§.hodie. *Sed accedebant iura adoptiua,*&c. Istud malè intelligi posset,i.vt iura patris adoptiui permaneant integra,& hoc falsum est:nam si ipsi sint in adoptiua familia cùm pater naturalis moritur, non admittuntur ad bona ipsius vt liberi.Vnde intellige hoc,quòd licèt à patre fuerit emancipatus,& alii extraneo datus in adoptionem,

2 nihilominus retinet † ius cognationis,vnde habet bonor. possess. vnde cogna.vt hæc omnia probantur j.inst.de hæred.quæ ab intest.§. at hi qui.vsque in fi.tit.*Quis enim materna iura,*&c. Quasi dicat, materna iura non abolebantur etiam secundùm veteres,quis ergo dicit aboleri paterna? *Ad eius tantummodò.*Quod excludit patris adoptiui consanguineos.*Sin autem per emancipationem.* Nam emancipatur vt exeat de patria potestate,quia nec fuit,nec est, sed nec succedit ab intestato. *Ex tribus maribus.* Olim enim talis obseruabatur solemnitas, vt tres offerrentur mares,& vnus eligeretur. *Aliquid nepoti vel nepti relinquere.*Et hoc est contra M.qui dixit quòd sicut pater necesse habet in-

3 stituere vel exhæredare † filium, ita & nepotem.Io.cõtra, nec aliquid necesse habet relinquere nepoti,nisi pater moreretur, & ipse succederet in locum sui patris.Aliàs non imponitur ei necessitas, vt j inst. de exhæred.lib.§.posthumorum.& ita dicit lex ista. *Cùm enim nullum inter patres,* i.inter hunc arrogatorem & patrem naturalem & legitimum. *Discrimen sit.* Imò quia pater naturalis & legitimus si emancipauit, nihilominus habet necesse instituere vel exhæredare, aliud in arrogatore.Præterea si emancipauit impuberem arrogator, multa ibi requiruntur quæ in patre naturali & legitimo non requirerentur: si enim cum causæ cognitione amittit quartam,vt notauimus s.eo.l.3. si sine causæ cognitione habet cõdictionem sine causa: non enim agere potest de inof.vt de inoff.test.l.Papinianus.§.si quis ex his personis.

L.11. VETERES CIRCVITVS.*Per tres emancipationes.* Opus erat quòd ego tibi,& tu illi,& ille alii venderemus vt filium, & sic ab omnibus emancipatur ter vt filius: postea vendebatur filius vt seruus, & bis manumittebatur.*In cæteris liberis.*id est,nepotibus & pronepotib. vnde exponimus vnà,i.pariter, tam filius quàm nepos exeunt per e-

mancipationem de potestate, vt ff. de iniu. & rup. testa. verum. §. 1. Si enim intelligeres vna cum emancipatione, ita quòd nominaliter ponatur, falsum esset: quia filius non vnà, sed per tres emancipationes de potestate exibat, vt hîc dicit. *Actis interuenientibus.* A principio, licèt postea amittantur, nihilominus valebit emancipatio, vt s. de fide instru. emancipatione.

DE EMANCIPATIONIBVS LIBERORVM.

Tit. xlix.

1 *Consuetudo multùm operatur.*

L. 1. SI LEX. Id est, consuetudo municipii: aliter sumitur inst. de iur. natur. §. lex est. ius enim aliud scriptum, aliud non, & lex alia scripta, alia non. *Duumuiris.* i. magistratibus municipalibus, sicut s. de iudic. l. vlt. & videretur quòd non teneat emancipatio, cùm præbuerit auctoritatem inter non subiectos, vt ff. de iurisd. omn. iud. l. vlt. Sed illud locum habet in contentiosa iurisdictione, aliud in voluntaria, vt hic: & ita apud extraordinarium iudicium poterit actus iste exerceri, vt ff. de man. vind. l. 1. §. vlt. & est notabile, quòd consuetudo † multùm operatur circa iurisdictionem voluntariam, vt per l. istam. & j. eo. l. vlt. 1

L. 2. IN *emancipationibus, necnon donationibus.* Et aliis contractibus, vt s. plus valere quod agitur, l. 1. Vel dic quòd in contractu ista scriptura debeat considerari & fieri, quod speciale est: cæteri enim contractus bene valent sine scriptura, vt s. de fid. instr. contractus. Speciale tamen est hîc, & in contractu emphyteutico, & alienatione rei ecclesiasticæ.

1 *In emancipationibus inquiritur causa.*
2 *Potestas debet adimere occasionem delinquendi.*

L. 3. NON NVDO. Nudus dicitur respectu iudicis, sic s. de testib. solam. *Vel casu.* Morte patris, vt etiam instit. quib. modis ius patr. potest. in princip. *Sed actus solemnitas.* Scilicet coram iudice facta scriptura, nec causa quare aliud in arrogatione. vt s. de adoptio. cùm eum. & j. eod. l. vlt. Iudices tamen † consueuerunt inquirere causam cùm aliquis emancipat, & dat partem suam filio, ne præstet materiam delinquendi: quia in statutis huius ciuitatis continetur quòd si maleficium commiserit, non teneatur pater. Debet enim potestas adimere occasionem † delinquendi, sicut facit lex s. de Latin. libert. toll. §. sed ne furandi. Sed secundùm legem istam non requiritur causa, imò sufficit pro ratione voluntas, ad idem facit ff. ad Treb. quia poterit. 1 2

L. 4. NEC AVVS. Non solùm pater liberare potestate cogitur: fallit, quando relinquitur legatum alicui si filios suos emancipauerit: vt ff. de condict. indebit. si cui legatum. Fallit etiam in ff. de oblig. nonnunquam. s. de episcopali audient. si lenones. ff. si à parente quis manu. fue. diuus. *Nec in cuiusquam iniuriam,* &c. Bonum est argumentum ad rescripta, quòd non debeant peti in iniuriam alicuius, & hoc est moris

moris domini Imperatoris, nec debet peti rescriptum, quod in totum ius alterius tollat: sed si parum lædat aduersarium, bene potest postulari iterum quòd detur ei dilatio, vel tale quid: vt s. de precib. imperat. quotiens. sed & si in totum lædere potest imperator dicit, non obstante lege: & distingue, vtrum rescriptum lædat ius ciuitatis, an naturale, vt nota. s. si contra ius vel vtilit. l. vlt.

IVBEMVS. *Seu neptem ex filio.* Non idem ex filia. *Sine consensu.* Quia nec possent consentire. L. 5.

CVM INSPEXIMVS. *Figuratas.* Id est, fictas. *Vel ex lege Anastasiana.* s. eod. iubemus. *Competentis iudicis.* Id est ordinarij, vel etiam extraordinari, vt ff. de manu. vind. etiam. in fine. *Et iura omnimodo habere legitima.* Quantum ad successionem ab intestato, quia emancipatione non tollitur agnatio. Olim distinguebatur, esset quis manumissus cõtracta fiducia, an non, vt j. inst. de legit. agn. suc. §. vlt. *Et si non specialiter*, &c. Aliud in eo qui manumittitur, vt s. de pecul. eius qui lib. mer. *Secundùm nostræ constitutionis.* Vt instit. per quas personas. no. acq. L. 6.

DE INGRATIS LIBERIS.

TIT. L.

FILIOS. *Atrocis iniuria.* Aliud in eo qui manumissus est, quia pro leui culpa ingratus dicitur, vt s. de libertis manumissus. *Emancipatione rescissa.* Quo iure? Respon. iudicis officio. Quidam tamen voluerunt dicere, actione ingrati, vel vtili rei vindicatione, arg. j. de reuoc. don. ex suis. Dominus meus dicit quòd iudicis officio, vt notaui s. de liber. & eo. lib. l. vlt. L. vnic.

DE POSTLIMINIO REVERSIS, ET redemptis ab hostibus.

TIT. LI.

1 *Partus semper sequitur matris conditionem.*
2 *Ampliatio seu declaratio huius regulæ.*
3 *Sine matre non potest quis dici spurius.*

EX DVOBVS. *Sarmatia.* Nomen est proprium. *Patris originem*, &c. Sed nónne partus sequitur matris conditionem, vt s. de rei vendi. partum. quid est ergo quod hîc dicit de patre? Dic quòd bene verum est, quia 1 †partus sequitur semper matris conditionem quo ad libertatem: sed quoad ad honores vel talia sequitur conditionem patris. Dicitur enim quis filius senatoris, vt ff. de senat. l. 1. & l. fœminæ. & de statu hominum, l. cùm legitimè. *Iure proprio.* Quia capta non fuit, & postliminium est ius amissæ rei recipiendæ, vt Digestis, eodem: lege, postliminium. vnde impropriè dicitur hîc habere ius postliminii. *Tamen parentum restitutio.* Non L. 1.

intelligas de illa restitutione de qua loquitur s. de in integ. restitut. mino. sed vt notaui s. de restitut. milit. r. quod tempore: restituitur enim in omnia iura quæ prius habebat, sed nónne poterit vendicare hæreditatem patris sic defuncti apud hostes, ita nata reuersa in ciuitatem? Dicas quòd non, quia cùm pater fingatur decessisse in ipsa captiuitatis hora, fing tur decessisse antequam eam genuerat, & ita non est pater, nec ipsa poterit succedere ei: reputatur enim pro spuria, vt in hac lege, libera tamen est, vt ff. eod. l. diuus. & intellige l. istam in filio vel filia qui ibi conceptus est: si enim non esset conceptus apud hostes, sed ante reuersus, haberet restitutionem tàquam captus, in omnibus, ita succederet, vt ff. ex quibus causis ma. l. ab hostibus. & s. quib. ex causis ma. l. vlt. Patet ergo quòd si pater moriatur † apud hostes, & ipsa cum matre tantùm reuertatur in ciuitatem Romanam, quòd matris sequitur conditionem, non patris, & ita quoad matrem haberetur pro libera, & ei succedit: nam etiam qui spurij sunt succedunt matri, vt inst. de succes. cog. Pro nulla autem habetur quoad patrem, cùm fingatur non eam genuisse. Et hoc est quod ibi dicit, qui cùm ab hostibus, &c. ibi enim mutat casum: superius autem loquitur quando ipsa cum patre & matre reuertitur in ciuitatem, quia ex persona eorum vel ex altera restituitur, & eis succedit: secus si cum matre tantùm, vt dixi in casu sequẽti. Si verò reuertatur cum solo patre, matre apud hostes defuncta, non videtur quòd ei succedat, cùm sine † matre non possit dici quis spurius, sic & sine patre. Io. contra, quia imò potest, sicut & adoptiuus quis dicitur sine matre, vt habuimus s. de adopt. & ita succedit patri, licèt sine matre fingatur fuisse.

L. 2. AB HOSTIBVS. *Magis constituti.* Aliàs siue magis, sed melior est alia litera. *Quàm in seruilem conditionem.* Ideo dicit, quia tenetur seruire per quinquennium, vt j. eod. l. vlt. non intelligas quòd sint serui, quia redemptio facultatem redeundi præbet, non ius postliminij mutat, vt ff. eo. si captiuus in fi. *Si nummi.* i. nummorum. *Expensi.* i. expensorum, vt ita ponatur collectiuè, sicut, multus piscis est Romæ, vt ff. de verb. sig. in vsu. *Post dissolutum.* Subaudi maximè.

1 *In bonis absentis quando curator constitui debeat.*

L. 3. CVM COGNATOS. *Prouiderit eum.* Scilicet curatorem, qui agere & conueniri poterit nomine illius captiui: & est bonum quòd detur ei curator propter bona quæ dissipabantur, & propter alios quibus ille captiuus erat obligatus, poterunt enim illum curatorem conuenire. Sed si aliquis sit absens quia iuit in peregrinationem, & diu moratur, & sic dissipentur sua bona, poteritne dari curator? Videtur quòd sic, sicut hic. & ille aget nomine ipsius, & custodiet bona: sed videretur quòd non intentaret actiones illi competentes, nisi quæ tempore expirant, vt ff. de administ. tut. l. inter. Lex tamen videtur generaliter loqui † de bonis absentis, vt cõstituatur eis curator, vt ff. de mun. & honor l. 1. & ff. qu b. ex cau. ma. ab hostib. in prin. *Satis idoneè dederit.* Rem captiui saluam fore, sicut dicitur in pupillo cùm datur ei tutor qui debet satisdare rem pupilli saluam fore.

1 *Adiri*

1 *Adiri vel repudiari non potest hæreditas viuentis.*
2 *Is habet potestatem repudiandi, qui adeundi.*

NEc *nos præterit.* Id est, non tradidimus obliuioni. *A filio adiri non potuisse.* Non enim adiri vel repudiari † potest hæreditas viuentis: idem & si putet viuere, & sit mortuus, vt ff. de acqu. hæres institutus. Idem & si dubitet vtrum mortuus sit, an viuat, vt ff. de acqu. hær. is qui hæres. §. si quis dubitet. & sic dicit lex circa matrimonium, s̄. de diuort. auth. hodie. quid in dote sit, dicit lex prima. Cùm ergo nō possit repudiare, nec adire per consequentiam: is enim habet † potestatem repudiandi, qui adeundi, vt & eo. tit. de acq hær. is potest. *Non officientibus enim,* &c. Ergo si in vita capti hæc fecerit, non ei obstabūt: imò si constet mortuam, agam, vt hîc dicit, & ff. de acq. hær. qui superstitis. Idem etiam dicit in interdicto quorum legatorum, quia si volūtas ab hærede ante aditam hæreditatem accommodetur, legatario nō præiudicat, secus si post, vt ff. quorum legat. l. 1. §. quod ait. *Quando,* pro quia. L. 4.

Cvm *non redemptum. A barbaris.* Qui hostes sunt populi Romani. L. 5.

CV M *& postliminij. Accepto pretio.* Sed etsi nō acceperint pretium, nec etiam eos ingenuitati restituunt, nihilominus erit: non tamē quoad omnia reputatur ingenuus, quia tenetur in vinculo pignoris, & necesse habebit seruire. *Et recepto eo.* Vel etiam eo nolente accipere, assignato & deposito. L. 6.

FOedissimæ. *Etiam si pretium compensatum.* Cum seruitio quinquēnali, vt j. eo. l. vlt. L. 7.

PRæses. *Ne vlterius.* sc. post solutionem pretii. Vel dic, postquam seruierit per quinquennium. *Parum ignorat.* i. non ignorat, hoc est, bene scit. *Nullis auctoribus.* Abundat ista negatio, cùm alia præcesserit: licèt dicatur aliàs quòd duæ negationes faciūt vnam affirmationem, ff. de verb. sig. duobus verbis. Aliud in mancipiis, quoniam si mancipia fuerint obligata, tenētur nati ex his, vt ff. de pig l. grege. §. si mancipia. & l. Paulus respon. L. 8.

CAptvm *ab hostibus. Lex Cornelia.* Imò videtur quòd ius postliminii, vt ff. de hær. inst. illa institutio. Ex iure postliminii succedit aliquis patri vel matri reuersus à captiuitate, vt j. eod. ius postliminii. Lex autem Cornelia fingit captum ab hostibus, si ibi moriatur, à principio mortuum esse: & ideo videretur quòd locum non haberet. Vnde voluerunt quidam glossare, lex Cornelia, i. ius postliminii: sed non videtur bona talis glossa, cùm diuersa sint ius postliminii, & lex Cornelia, & ad diuersa inducuntur: vnde dic quòd iure postliminii fit suus hæres, & sententia legis Corneliæ, non directis verbis. L. 9.

SIcvt *liberis status pristinus restituitur.* Sed fallit in quibusdam liberis, qui non habent beneficium restitutionis, & si fuerint reuersi, vt puta propter arma vel alia quæ turpiter in bello amiserunt, vt ff. eod. l. 2. Præterea in seruis sciendum est quòd si redeant in domini potestatem, & ei seruiant, habent beneficium postliminii, alioquin contra, vt ff. eod. l. vlt. *Nec commercio redempta est.* Sed si redem pta est, protinus redimentis facta est, licèt scienti alienam fuisse: sed tunc dominus in perpetuum potest pretium offerre. Aliàs pretium quod dedit L. 10.

intra triennium offerens, iure postliminii eam recipiet, vt ff. eod. in bello. § si quis seruum.

L.11. Si *liberum*. Planum est.

L.12. Ab *hostibus*. Planum est.

L.13. Si *is qui*. Planum est.

L.14. Ius *postliminij*. Et scientia legis Corn. vt not. s. eo. captum ab hostibus. *Euentus*. i. seruitutis. *Purgato vigore*, sc. per reuersionem. *Medij temporis*, i. antequam restituatur pretium redemptionis, & post redẽptionem suam.

L.15. Is *qui liber. Etiam antequam restituatur*. Et ideo si non soluit, nihilominus potest succedere, quia liber est & ingenuus, licèt seruire deberet.

L.16. Commercio. *Quæ benignè placuerunt*. Etiam si superiori l. quia antequàm restituatur pretium, potest alii succedere ex testamento & ab intestato.

L.17. Liber *captus statum pristinum*. Scilicet, per omnia, vt duabus legibus superioribus.

L.18. Ab hostibvs. *Pro huiusmodi casu amissa, quæ in eadem causa*, &c. Quomodo potest esse quòd sint amissa, & in eadem causa durent? videtur sibi ista litera contraria: sed non intelligas amissa per vsucapionem vel præscriptionem, sed non habeo possessionem vel detentationem, & tunc bene durare, & in eadem causa si non sunt vsucapta vel præscripta, quia habeo dominium vel proprietatem. *Omnino directa*. Vendicatione, vt s. de rei vend. & ita potest dici dominium directum vel vtile. *Quæ verò per vsucapionem*. Citra rei vendicat. *Vel liberationem*. Fortè à debitore liberato aliqua personali actione. *Vel non vtendo*. Vt in seruitutibus. *Actione rescissoria*. Sc. vtili rei vindic. rescissa vsucapione, & ita illud nomen ponetur adiectiuè, vt ff. de actio. & oblig. l. in honorariis. non autem potest dari directa, quia illa datur quando res durat in eadem causa, sed re vsucapta dabitur vtilis, & rescinditur vsucapio, vt hîc dicit, & not. s. eo. l. 1.

1 *Transfugæ non habent ius postliminij.*
2 *Qui solam habet possessionem etiam restituitur.*
3 *Post quinquennium propter mariti absentiam nubere licet.*
4 *Aurum subtili ingenio extorquendum.*

L.19. Si qvos. *Si non transierint*. Scilicet, spontanea voluntate sua, quales sunt transfugæ, hi ius † postliminii non habent, vt ff. eod. postliminium. § transfugæ. & captos vbicunque tanquam hostes licet occidere, vt ff. de pœn. si quis aliquid. § transfugæ. & ad l. Cornel. de sicar. l. 3. in fine. Si verò hostilis irruptionis necessitate traducti sunt, ad proprias terras festinare debent: nam recipere possunt ius postliminii, vt hîc dicit, & hoc si redeant tempore guerræ: secus si cum treuga est, vt ff. eod. l. non dubito. & l. postliminium. § induciæ. *Ante tenuerunt*. Non accipias ita nudè sicut hic ponit. Si enim ante tenuerit tanquam commodatarius vel depositarius, vel similis persona, non poterit agere, & si reuersus fuerit de captiuitate: nam & antequam transductus esset, non poterat intentare rei vendicat. vel actionem de iure com-

communi nisi contra furem. Intellige ergo de his qui ante tenuerũt, 2 & in quibus habent dominium vel possessionem: restituitur enim † & ille qui tantùm habet possessionem: vt ff. quib. ex cau ma. l. ait prætor. §. item eum. si verò tantùm detineret, non restituitur, vt s. dixi. Vel si hoc non admittas, durum erit. & intellige de his quæ ante tenuit inanimatis, idem in animatis, vt in seruis & filiis. Reuocantur enim filii in patriam potestatem, vt inst. quib. mod. sol. pat. pot. §. si ab hostibus. Quid si antè habuit vxorem? videtur aliud in ea, vt sc. non recuperet eam iure postliminii: imò distinguendum est, maritata fuerit alii elapso legitimo 3 † tempore, sc. quinquennio, vt ff. de repud. vxores, an nõ. Primo casu non recuperat eam: si verò non fuerit maritata, si velit reuerti, bene est. Si non poterit rehabere eam iure postliminii, sed si ipsa præstitit causam diuortii, & ita pœnam patietur, vt ff. eo. l. non vt à patre. iure postliminii non est actio, sicut in hæreditate, quæ actio non est, pro ea tamen competit. *Nec hoc solùm requirendum sit.* Sed si antè bonus miles fuit, & reuersus se captiuum fuisse dicat, & non transfugisse, soli verbo suo credendum est: aliud si antè fuit emansor, vt ff. de re milit. non solùm §. à barbaris. *Vtrum aliquis cum barbaris.* Qui hostes erant populi Romani, & de talibus loquitur in l. seq. & habuimus 4 s. de commer. & merca. l. 2. à quibus dicit extorquendum † aurum subtili ingenio: non enim distinguitur dolo quid an virtute aduersus fiat, nisi essent quidam barbari qui erant subiecti vel subingati populo Rom. in quibus dolus non debet committi, & de talibus loquitur auth. s. de nupt. maximus.

1 *Animo cupienti nihil satis festinatur.*
2 *Quando deportatus retinet libertatem & ciuitatem.*

L. 20.

DIVERSARVM. *Sed ad propria redire cupientibus.* Quia cupienti a- 1 nimo nihil † satis festinatur. *Decet*, i. necesse est, & ita importat necessitatem, aliàs opportunitatem quandam, vt j. de rap. virg. §. nec sit facultas. *Quibus iure postliminij.* Alia lex videtur dicere beneficio legis Corneliæ, vt s. eo. captum. sed resp. vt ibi notaui. *Dari se metallis*, &c. Not. quòd aliquis damnatur in metallum, aliàs enim deportari 2 in metallum dicitur, & in insulam, retinet libertatem & † ciuitatem: hîc autem neutrum retinet, vt not. s. vt nemo priu. l. vlt.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS, LIBERIS, & seruis, & de his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt. TIT. LII.

1 *Seruus quando venalis dicitur.*
2 *Filius conditionem adscriptitiam sequitur.*

L. 1.

SI INVITO. *Si non à fure.* Si enim à fure vendicaret, non restitueret expensas, vt s. de rei vendic. l. 1. Alii ergo quàm furi restituentur expensæ, vt hîc dicit: sed videtur contra. ff. de rei vendic. sin autem. §. vlt. & l. seq. Respon. Illud

quod ibi dicit,generale est,fallit hîc:vel ibi, quis suscepit aliquem expositum ad mortem.Fauorabilior enim est causa illius qui ita accepit, quàm alterius bon.fid.poss unde habet doli except.ad expensas, vt hîc dicit. Vel illud intelligendum quando vtitur operis ipsius , hîc autem non , quia infans erat, & talis cuius nulla poterat esse opera, vel illud locũ habet quando † seruus erat venalis , vel quia facta denunciatione dissimulauit seruum esse , vel sine aliqua distinctione potest dici istum fauorabiliorem esse,vt s̃.dixi.Habes enim hîc auth. *Antiqua lex, &c.* Hæc auth.non multùm videtur facere ad leges istas , & posset legi in seq.l.vlt. *Adscriptitiam sequi conat.* Hoc est , siue pater siue mater sit adscriptitiæ conditionis , filius sequebatur semper † conditionem adscriptitij. *Quod per Iustinianum.* Non per auth.sed per legem Iustiniani per quam sequebatur conditionẽ matris,non patris,vt s̃.de S.C.Claudiano §.sed ne serui.& j̃.de agric & cens.l. vlt. hoc autem solùm adiicit auth.vt in naturali filio tantùm locum habeat.

L.2. VNVSQVISQVE *sobolem suam.* Naturalem & legitimam,vel naturalem tantùm,vel legitimam tantùm.Aliud in eo qui neque naturalis est neque legitimus,vt s̃.de inutilib.nupt.ex complexu. *Ammaduersioni.* i.extraordinariæ,vt s̃.de pat.nec filium,naturalem quidem , & dic capitali , vt ff.de lib.agnos. necare. *Nec enim dicere suum poterit,&c.* Ita est,cùm ipso volente fuerit expositus:si verò non exposuit, nec fecit exponi,sed eo inuito expositus est,obtinet lex superior.

L.3. SANCIMVS. *Puer paruulus.* Puer dicitur minor xii.annis fœmina,masculus minor xiiii.sed hic sumitur pro infante,cùm dicat,puer par uulus , & ita continetur in rubrica de infantibus expositis , & istum eundem appellat j̃ in eadem l.infantem.ibi, neque enim oportet eos, &c.Si verò esset maior infante,& expelleretur,non ob hoc haberet libertatem,nisi esset infirmus,vt s̃. de lat. libert. l.vna.§. sed tamen scimus.Sin autem puero vel infanti denegentur alimenta,non videretur quòd liber sit,sed eum videretur habere pro derelicto,vt ff.pro derelicto.l.vlt.& occupare conceditur. Vel fortè illa ratione , quia ibi dicit patri naturali ancillam restituendam, vbi autem non exponitur puer, non est ideo liber, quia habuit eum pro derelicto , nam nec esset contra.Idem esset propter delictum suum, & libertatis fauore. *Patribus & defensoribus.* Quia sicut patres defendunt ciuitatem,vel dicuntur patres conscripti.

QVÆ SIT LONGA CONSVETVDO.

TIT. LIII.

1 *Qui allegat consuetudinem,probare debet.*
2 *Omnia præsumuntur concessa,nisi probentur prohibita.*
3 *Binus vel trinus actus inducit consuetudinem.*
4 *Consuetudo ex tribus dignoscitur.*
5 *Binus actus inducit frequentiam.*
6 *De similibus ad similia procedendum.*
7 *Consuetudo restringenda ad casum suum.*

8 *Qua*

8 *Quæ sunt contra ius commune trahi non debent ad consequentiam.*
9 *Animæ præferendæ sunt rebus.*

PRÆSES PROVINCIÆ. Non facias vim in eo quod dicit præses prouinciæ, nam idem in quolibet iudice ad quē pertinet iudicare de causa illa. est enim ius ciuile, quia vnaquæque ciuitas sibi constituit. vt inst. de iu. nat. *Probatis* L. 1.
1 *bis*. Debet enim probare † qui allegat consuetudinem, aliàs ei qui contradicit & affirmat, incumbit probatio. Licet in iure scripto qui dicit aliquid prohibitum esse iure aliquo, debeat probare, quia omnia præ-
2 sumuntur concessa, nisi probentur † prohibita, vt ff. de prob. ab ea parte, secus est in eo qui dicit non ita esse de iure non scripto, vt s. dictum est. *In oppido*. De oppido dicit, quia minus in eo videbatur, quàm in ciuitate vel prouincia, sed tamen siue sit oppidum. i. castrum, siue villa, siue quælibet vniuersitas, quæ per se consules habebant, idem est. *Fre-*
3 *quenter*. i. bis ad minus, & quòd binus vel trinus actus inducat † consuetudinem, probatur s. de episc. aud. l. 3. in fi. Sed videtur lex contradicere, quia non exemplis, sed legibus est iudicandum, vt s. de sent. & interlo. iud. nemo. & j. de accu. singuli. *Resp*. Quòd dixit binum actum inducere consuetudinem, exaudiendum est, si populo vel præsidi placuerit, vel alij cuilibet iudici, vt s dixi, ita iudicare in futurum, i. vt sic de cætero semper fieret, & sic fiet consuetudo, aliter non: & in eo casu quando per longū tempus ita bis vel etiam ter obtentum est, locū habet lex de episc. aud. Si verò non ita versum sit in consuetudinem, sc. quia non agebatur à iudice, vt ita in futurum obtineret, non est exemplis illis iudicandum, vt dicunt aliæ leges: & quidem dignoscitur cō-
4 suetudo † ex tribus. Primum est, quia sic est obtentum sine contradi-
5 ctione frequenter, i. bis vel ter: & quòd binus actus inducat † frequentiam, probatur j. auth. de defen. ciui. §. vlt. & præterea necesse est quòd voluerunt ita obtinere in futurū. Secundum est, si contradiceretur, nō esse consuetudinem, & reprobata contradictione iudicatum est esse consuetudinem, vt ff. de legib. & senatusc. cùm de consuetudine, & ll. duab. seq. tertium addidit Io. quia libelli querimoniarum de re tali nō recipiebantur, vt si aliquis ædificauit in publico, & de hoc faceret libellum conquerens super hoc, non debet recipi sed expediri, & videri per procuratorem. Sic ergo viso de consuetudine qualiter fiat, dicit quòd id quod consuetum est ita fieri, in oppido trahendum est ad idē
6 genus causæ. & sic in iure non scripto procedemus de similibus † ad similia, sicut in iure scripto: & quòd ita sit, in iure scripto legitur, ff. de leg. & senatusc. non possunt, & duab. ll. seq. & pone exemplum in monachis, qui non succedunt in feudo, quia non possunt cum domino ambulare: idem enim dicendum est in canonicis. Vel si consuetudo est ne filius monachus succedat in feudum, & aliàs contracta est manus vel debilitata, ad idem trahetur, ne sc. succedat. Vel exemplum poni potest in eo qui defert mihi vinum, & consuetudo est quòd si dominus posuerit manum ad currū, & ita effusum sit, quòd nō teneatur rusticus. Si verò non ipse apposuit, & aliàs effundatur, teneatur rusticus. Idē enim trahendū est ad idem genus causæ, vt s. ad oleum vel similem

liquorem,& est arg.lex ista quibusdam qui dixerunt quòd consuetudo restringenda † est ad casum suum in quem inuenta est,nec vltra de ea vel pro ea possumus progredi:& ita in consuetudine dixerunt non esse procedendum de similibus ad similia, maximè cùm inducta sit ad iuris rationem , vt ff. de legib. & S.C. quòd verò.Respon. Verum est quòd ea quæ sunt contra iuris communis rationem,non sunt trahenda † ad consequentiam:sicut potest poni in exceptione Velleiani S.C. quæ inducta est in priuilegium mulierum de non intercedendo. Si enim vult aliquis trahere ad consequentiam , idem diceres in aliquo masculo qui intercessit, quòd iuuandus est , cùm sit simplex homo & fœmininus,vt sunt quidam:non potest,vt ibi dicit,quia non est eadem ratio quare prohiberetur,& certè non video. Vnde licèt prohibeatur res ecclesiasticas alienari nisi in casibus specialibus, vt s.de sacrosanct. eccles. auth. hoc ius. Idem tamen dici posset, licèt non sit expressum, si pauperes fame morerentur , & etiam multò magis quia aliàs dicit lex quòd animæ † præferendæ sunt rebus, vt s. de sacrosanct. eccles. sancimus. Et ita cùm sit ibi eadem ratio, vel multò maior , idem dicendum est quod in aliis casibus specialibus : & ita non mirum quòd consuetudo non generet ex se aliquid sicut mulus, vt ipsi dixerunt , non tamen nisi in euidentibus , idem per consuetudinem iudicatur.

7
8
9

1 *Consuetudo quo tempore inducatur.*
2 *Legis non est vilis auctoritas.*
3 *Vbi pactum contra legem valet,sic & consuetudo.*
7 *Consuetudo legem scriptam abrogare nunquam potest.*
5 *Emphyteuta quando propter cessationem pensionis cadat suo iure.*
6 *Quando consuetudo non derogat legi.*
7 *Delinquentium conditio melior esse non debet.*

L.2. CONSVETVDINIS *vsusque longaeui*.Potes glossare, que, pro id est, & tunc faciet lex ista pro opinione aliorum qui dixerunt consuetudinem induci ex longæuo tempore, cuius non extat † memoria , vt infrà plenius patebit: sed dic quòd ad maiorem euidentiam dicit , non quòd ita sit necessarium de re. Vel glossa (quia) pro (&) idem esset in longa,scil.x.vel xx.ann.vt s.de long.temp.præscript.scil.x.vel xx. ann. & ita secundùm nos dicitur longa x. ann. vel xx. non solùm temporis cuius non extat memoria , sicut alij dixerunt:& induxerunt in arg. ff. de aqua plu. arc. l. 2. §.idem Labeo, & de prob. arbiter , sed leges illæ loquuntur in specialib. casibus,cùm aliquis non vtendo vult sibi acquirere seruitutem:non enim quæritur nisi tempore, cuius non extat memoria, vt dicit. Sed quæret aliquis de qua consuetudine hìc loquitur , an de ea quæ est secundùm legem , vel de ea quæ est contra? si de ea quæ est secundùm legem , quare diceret in fine non vincere rationem ? si secundùm legem esset consuetudo? Si dicas de ea quæ est contra legem,quare dicit, non vilis est † auctoritas?imò vilis est: & ideò dicit B quòd l ista in nulla speciali consuetudine loquitur.nam ad genus ipsum quod hic dicitur referebat.ibi autem,*verum,&c.* Dixit q

1
2

descen-

descendit ad speciem, alij principium exaudiunt in ea quæ est secundùm legem, siue in ea quæ est contra legem, & ita secundùm eos lex ista specialiter loquitur de consuetudine. Io. verò in ea quæ contra legem, cuius non est vilis auctoritas, cùm in eo loco teneat, vnde processit. Sed videtur huic legi assignari posse contra. quia dicit lex quòd per desuetudinem & tacitum consensum populi lex abrogatur, vt ff. de legib. & senatusc. de quibus P. dixit l. illam loqui secundùm vetera iura, in quibus populus habebat potestatē legis condendæ, & ita abrogādæ per desuetudinē, hodie translata est omnis potestas & omne ius in Imperatorē, vt J. insti. de iu. nat. §. sed & quod principi. sed nec est ita trāslata quin sibi retinuerit. Vnde non est maioris potestatis Imperator quàm totus populus, sed quàm quilibet de populo: & ideo non valet eius solutio. Vel aliter ibi loquitur in tali re, vbi potest quis sibi derogare per pactū. Et hoc est ferè in omnibus, quia etiam derogare mihi possum per pactum in his quæ pro me introducta sunt, etiā renūciare fori priuilegio: sed quandoque non licet pacisci, vt de pignore non vendēdo, & in aliis casibus quos not. s. de pact. l. pen. & in istis casibus loquitur hîc, & sic parificant legē cum pacto, cùm sit tacitus consensus, vt dicit l. superior, de quib. in fi. Sed hoc non placet Io. quia secūdùm hoc furiosis vel similib. qui expressim consentire non possunt, consuetudo non obiiceretur, vt ff. locati. quod ad ad certū tēpus. nisi respondeas: imò obiiceretur, quia maior pars vniuersitatis consentit, vt ff. ad municip. quod maior. Sed Io. dixit regulā veram esse in electionibus. Dic vt in summa circa finem, & probaut illi opinionem suam, quòd vbi pactū 3 contra † legem valet, & consuetudo valebit, vel è contrario. per l. s. de vsuris. eos qui §. cæteros & per primam l. ff. de vsur. Ibi enim dicitur q consuetudo efficere non potest vt vsuræ maiores præstētur, quod ideo esse dicunt. quòd nec pactum ibi valeret. Sed hæc sententia manifestè reprobatur, vt s. dixi, & adhuc dico, quia vbi pactum non valet, quandoque consuetudo valet: inde enim pacisci nemo potest vt aliquid in publico fiat Imperatore excepto: consuetudo tamen id efficere potest, vt ff. quod vi aut clàm. l. 3. §. planè. quandoque pacisci. non autem ibi valet consuetudo, vt ff. de aqu. plu. arcend. l. prius. §. 1. de pactis. pacisci. Item consuetudine efficitur vt apud duumuiros fieri possit emancipatio, vt s. de emancipationibus. l. 1. & vltim. quòd pactum efficere non posset, cùm sint alij maiores iudices necessarij, vel sacrum rescriptum, vt in l. vltim. dicitur. Item pactum efficere non posset, vt quis lapides in alieno cæderet domino inuito. efficit tamen consuetudo, vt ff. communia præd. vrban. & rust. venditor fundi Geroniani. §. 1. P. au-4 tem dixit quòd nunquam potest consuetudo † legem scriptam abrogare, vt ff. de sepulc. vio. l. 3. §. diuus. & per l. ff. ad l. Rhod. de iactu. de precio. sed & eius sententia manifestè reprobratur, ff. de veteri iure enucl. l. 1. §. nullo itaque. & auth. collat. 7. quib. mod. nat. §. vltim. Alij dixerunt, quia si lex vallata est consuetudine, non derogat consuetudini: si non, potest, vt in emptione, quia re integra per contrarium consensum potest rescindi, re autem tradita non potest, vt s. quando liceat ab empt. recedere. Sed vt melius dicas & verius, dic secundùm Io. qui distinxit vtrum esset generalis consuetudo qua vtitur

populus Rom. vel Imperator, an specialis, vt illa qua vtitur ciuitas aliqua, burgus vel oppidum. Si generalis, abrogat legem: si specialis, aut per errorem est introducta contra legem: aut ex certa populi scientia. Verbi gratia exemplum satis familiare occurrit in terra ista, præcipuè tamen Mutinæ & Rauennæ. Laïci enim qui accipiunt prædia ecclesiastica in emphyteusim, cessando† per biennium in solutione pensionis, 5 non cadunt à iure suo, quod est contra legem illam, s. de iure emphyteu. l. 2. sed quia consuetudo illa introducta est ex certa scientia, abrogat legem in eo loco vbi status est. Sin autē ex errore introducta esset, puta nesciebant inuentores consuetudinis legem esse, quæ in tali casu 6 † loqueretur, legi non derogat, vt ff. de legib. & senat. con. quod verò. & l. de consuetudine. & l. quod non ratione. Sed si lex præcedat talem specialem cōsuetudinem, benè potest illi derogare per contrariā consuetudinem, si sit econuerso quòd consuetudo contraria præcedat legem, non potest derogare legi, vt probatur ff. de leg. 3. l. 3. & hanc opinionem Ioannis P. reprobat, quia delinquentium † melior non debet 7 esse conditio, vt ff. de donat. inter vir. & vxo. l. 3. §. 1. Sed hoc delictum non est mortale, sed veniale, quia ius ciuile per aliud ius ciuile tolli potest: secus in iure naturali, quod est immutabile: vnde ibi esset mortale peccatum, seruatur ergo tanquam lex consuetudo. Vnde & si secundùm leges, prout melius ei visum fuerit iudex iuret se iudicaturum, non peierat si secundùm consuetudinem iudicat in eo loco vbi est. *Momento*. Hic ponitur pro tali spatio, aliàs pro breuiori, vt pro die, s. de fer. l. 2. Aliàs pro breuissimo, vt dicunt illi qui multum sciunt de horis. *Legem*, id est, verba legis & sententiam. *Rationem*. id est legis sententiam, vt ff. si quadru. pau. fec. dic. l. 1. §. pen. & instit. de leg. pat. §. sed dicas.

L. 3. LEGES QVOQVE. *Et quod*. Hic est §. *Officiis*. Id est, officialibus vel collegiis, s. per consuetudinē longam alicui ciuitati, vel marchioni, vel alicui magno viro tenetur emēdare in perpetuū, & ita erit arg. quòd debeant eis facere exercitum vel tale quid si facere consueuerunt. Vel dic præstituta, subaudi in scriptis à domino Imperatore, quia dedit eis aliquod priuilegium: si postea moriatur ille Imperator, non oportet quærere confirmationem illius iurisdictionis ab alio Imperatore succedēte in locum primi, quia illud quod primus fecit perpetuæ legis vicem obtinet.

DE DONATIONIBVS.

TIT. LIIII.

1 *Dominium sine traditione mancipij quando acquiratur.*
2 *Vtrum per traditionem clauium acquiratur dominium.*
3 *Plus operatur traditio instrumentorum quàm clauium.*

L. 1. *In cod. leguntur Emptionū, & ita est legendum.*

EMANCIPATIONVM. *Et ipsorum mancip. dona. factam*. Mirabile est quod hic dicit, quòd per solam traditionem instrumentorum in quibus continebatur de emptione seruorum, videantur tra-

tradita mancipia traditis & donatis instrumentis,& sic quod in traditione obseruatur. idem statuit in casu simili, vt not. s. de cond.ind.l.1. 1 & ita speciale erit hic vt quæratur dominium† sine traditione mancipiorum,aliud est vt j.eo.quisquis.ff.de leg.1.seruum.§.ei qui chirographum.sed & si res videatur,licet non sit in præsentia, acquiritur dominium,vt ff.de acq poss.l.1.§.pen.& l.quod meo.§. si venditorem. idem 2 & aliàs ff.de contrah.emp.l. clauibus. & fortè de † traditione clauium posset dubitari: quia oportet quòd apud horrea fiat traditio ad hoc quòd acquiratur dominium merciũ. non autem idem puto in traditione instrumentorum, quòd oporteat præsentia esse mancipia. plus 3 ergo operatur traditio instrumentorum † quàm traditio clauium, & posset quæri,si vendidi,& traditur instrumentũ emptionis, vel in quo continetur rem illam esse venditam:vtrum esset idem, quòd acquiretur dominium sine rei traditione solummodo traditis instrumentis,& idem puto in aliis contractibus, quòd traditione instrumentorum acquiritur dominium rei & possessio.aliàs autẽ in contractib.inter viuos oportet rem tradi,& in vacuã poss.deduci.vt s de probat.cùm res.& de distrac.pig.qui prædiũ.& ideo ante agi nõ posset:vt s.de rei vẽdic.seruũ.& inst.de rer.diuis.§.per traditionẽ.& aliàs etiã in illis ll.secus in l. vlt.volun. quia legatarius agere ab hereditate adita potest,;licèt non tradatur:vt ff.de furt.à Titio. *Actiones sibi mandatas.* Idẽ & si cesserit. & ita siue donauit actionem,satis est,non exigitur aliud. secus est si delegauerit,quia idem exigitur voluntas testatoris:vt s.de noua.l.1. *In manusc. deest lex secunda.*

SPEM. *Plena intercedente dona.volun. &c.* Si purè obligatur, & plena intercederet voluntas, statim transferret actionẽ. si verò in diem quidem transfertur sed inefficax. statim enim cedit dies, sed nondum venit.si verò sub conditione, neque cedit neque venit dies:& ideo nõ potest statim transferre:vt ff.de verb.sig. cedere diem,idem est in trãslatione vltimæ voluntatis.s.defuncti in heredem:vt j.de verb.oblig. §. ex conuentionali oblig. transfertur enim spes, vt ibi dicit.si quis ergo subtiliter consideret,dicet quòd transfertur spes qualis habetur, vt si pura vel in diem potest sicut habet,vt s.dixi.si verò ita se habet ad esse,sic ad non esse,quia conditionalis transfertur spes fundata in euentum conditionis,& videretur quòd non possit dici spes, quia fortè nihil dabitur.posset enim sperare se esse papam eodem modo, quia fortè erit,fortè non erit:sed nimis remota est spes illa. vnde potius hic dicitur spes quàm ibi,cùm fuerit præcedens persona: & ideo quodammodo dicitur spes conditionalis,vt s.dixi. L.3.

SI FVNCTIONES. *Tibi obesse non potest.* Vt j.eo.censualis:vt ff.de acquir.rer.do.quæ quisque.s.de rei vendica.solemnibus. L.4.

1 *Donationis definitio.*
2 *Nemo in necessitatibus liberalis existit.*

SI DONATIO. *Verba tamẽ testamẽti.* Talia erãt verba testamẽti,sciatis me donasse fundũ Sempronianum Titio per epistolam quã ei misi cùm esset Parisijs: & hanc donationẽ hoc testamento meo confirmo. *Liberalitas.* Bene appellat donationem liberalitatem, quia ita definitur, donatio † est mera liberalitas quæ nullo cogente conceditur: vt L.5.
1

videtur definire regula iuris: ff. de reg.iur.donari videtur.aliàs enim non esset donatio:quia nemo in † necessitatibus liberalis existit: vt ff. de adim.leg.l.rem legatã.sed nónne præsumitur donatio per verba quę cõtinentur in testamẽto?hîc videretur innuere cõtra.Si enim appareat esse donationẽ,per epistolam erit donatio.si verò non appareat, habebit rem ex causa legati vel fideicomm.vt dicit. quid autem sit in dubio præsumendũ,non dicit. quid ergo in dubio erit? videretur quòd præsumatur donatio:vt probatur.ff.de leg.3.vxori in fi.l. ex eo enim quòd continet in testamento se legare quod maritus pro vxore concessit eius creditoribus,præsumitur donatio,nisi contra probetur ab herede vt ibi dicit.licèt aliàs præsumatur aliter in donatione quæ fit inter vir. & vxo.ex modo.§.& ex genere impensæ.ff.de don.inter vir.& vxo.l.vtrum. Respon. cùm ita continetur in testamento, relinquo c. vxori meæ.quæ concessi eius creditoribus:quia vxor domina mea est,& pars corporis mei: charitas & vinculum affectionis facit vt mihi credatur. sc.mę pro ea donasse. in extraneo verò si contineatur, sciatis me tali dedisse c. & confirmo donationem, non præsumitur donasse, imò si non appareat factam donationem per epist. in qua dicit se donasse, erit leg. si appareat,erit donatio.vt hîc dicit.& ff.eo.ex hac script.

L. 6. NEC *ambigi. Maximè.* Ideo dicit, quia & si non nanciscerentur possessionem,valeret donatio, sed nõ diceretur completa donec res tradatur:vt not.s.de euict.si post perfectam.

L. 7. CENSVALIS.*Præiudicare non soles*:vt s.eod.si functiones.

L. 8. SI *præses*.Planum est.

1 *In obligatione facti succedit interesse.*

L.9. LEGEM.i.conuentionem,vt notaui.s.de pact.legem & sic ponitur ff. de aq.plu.arc.l,2.*Ex stipulatu*.Si incertum est in obligatione. aliud si certum:vt instit.de verb.obliga..in prin.*Siue non*. Subaudi.prospexisti stipulatione,si pactum incontinenti fuit appositum.*Incerto iudicio*. i.nomine speciali non nominato, vel i. incerta actione præscriptis verbis quæ competit ad interesse, quod à principio est incertum, post certificatur per iudicis sententiam.tenetur ergo ad id quod conuenit,vel ad interesse.& generale est,vt vbi factum continetur † in stipulatione,quòd ad illud agatur: & si non fecerit,ad interesse: vt ff. de re iudic. si quis ab alio. de verb. obl. quotiens quis alium. & ita agetur ad factum actione præscript.verb.vt hîc,& ff de præsc.ver.ob eam. tamen aliàs videretur quòd per eam tantùm petatur interesse: vt j. de præscrip.verb.& notaui s.de rer.permut.

1 *Quandoq; maiorem vim obtinet scriptum, quàm veritas.*

L. 10. NEC IGNORANS. *Quisquam donat*.Hoc exaudi,In vera donatione. aliud in alia.i.ficta:vt si aliquis in aliena area,sciens alienã,ędificaret, videretur enim donare, licèt inuitus: vt instit.de rer.diuis.§.ex diuerso. idem aliàs, quia impropriè & per similitudinem dicitur quis donare inuitus,vt ff.ad l.Aquil.si seruus seruum §. Viuianus.quod ergo hîc continetur, intellige in propria donatione. illa enim donatio non fit ex voluntate, sed imperitia temeratij. *Maiores vires*. Et fallit hoc

1 hoc quod hîc dicit: quia quandoque † maiorem vim obtinet scriptum quàm veritas: vt s. de non nu. pec. generaliter. & ad Velleia. antiquæ. & si minor se maior. l. pen. & arb. tut. l. vlt. sed quod dixi obtinet in Aquil. stipul. & ita assignatur pro concordantia. ff. de transact. cum Aquiliana, & l. qui cum tuto. §. vlt. idem etiam est in rebus venditis: vt ff. de contrah. emp. in lege fundi ven. lapidicinæ.

Cum de bonis. *Peruenisse.* Et ita dicitur de inoff. dona. si patet. L. 11.

Portionem. *Nemo prohibetur.* nisi lite contestata: vt s. communi diuid. l. 1. vel nisi ex necessitate fiat: vt ff. famil. erciscund. alienationes. L. 12.

Si aliqvid. Planum est. L. 13.

Si filivs. *Transferre non potuit.* Vt ff. de acq. rer. dom. traditio. L. 14.

Eris. *Totius iuris.* i. vniuersalis. *Vel eius creditores.* Istud locum habet quando in fraudem creditoris donatum non est. & hoc debet præsumi quando bona omnia alienantur: vt ff. quæ in frau. cred. omnes. § Lucius. L. 15.

Senectvs. *Sola.* quia si sensum abstulisset, contra. esset. L. 16.

Sive emancipatis. *Blandiri tibi.* i. non te decipias, & ita hoc ipso quòd pater non adimit, videtur consentire. hoc est propter scientiam & patientiam, & quia pater, nec idem in extraneo, nisi steterit per x. vel xx. annos. L. 17.

Si donationis, &c. Dubitatio erat, quia remissa erat actio furti, & non interueniēte tabellione, vel acceptilatione: vnde videtur quòd non esset sublata. sed hæc actio sic tollitur ipso iure, licèt in aliis contra esset: vt ff. de pact. si tibi x. & si vnus. §. pactus. L. 18.

Si avia, Planum est. L. 19.

Vice *donatricis.* Plana est hæc lex. L. 20.

Constante *matrimonio, Non potuit, &c.* Actionem tamen donare potest, vt ff. eod. spem, & ideo dici potest si vxor debeat decem, nec habeat vnde soluat, quòd creditor potest postulare vt mittatur in possessionem. L. 21.

Cvm res. *Sed aduersus te competit, &c.* Sic ergo aget contra donatorem non contra filium emancipatum ex pacto patris, & ita per hæc determinatur quod legitur. ff. de verb. obli. stipulatio ista. §. alteri. L. 22.

Si *ea actio seq. nihil obesse pot. &c.* nouissima enim pacta debent seruari, vt ff. de pac. l. pac. nouiss. L. 23.

Si patri. Planum est. L. 24.

1 *Donatio directa, cur ita dicatur.*
2 *Turpis conditio non valet.*

Donatio *Siue directa.* Scilicet inter viuos constituta, siue mortis causa. & hoc dicitur in directa ea ratione, quia cùm donatur, habetur respectus ad heredem, cùm plerunque ab eo compleatur. in alia autem quæ non est causa mortis, non habetur respectus ad heredem. 1 non enim cogitat donator de herede, imò de se solo, & ideo † dicitur directa. *Quantum ius sciuit.* Scilicet, vt non excedat summam quingentorum solidorum. *Conditiones.* Ideo dicit, quia si apponatur turpis 2 † conditio, non valebit: vt ff. de verbor. obligat. generaliter, & infra L. 25.

instit.de inutil.stipulat.§.quod turpi.*Nomen donatoris.* Subaudi, & donatarij. *Ius.* Scilicet quod donatur, si detur actio vel seruus. *Ac rem notari oportet.* prætereа annus domini poni debet, vt in authen.vt nomē imperat.præpo.& alia quæ apponunt tabelliones: vt videre potes tota die,& dicitur in authen.de tabul.& protocol.*Tabula.* Vel tabulis, aut in alio quocunque,&c.

1 *Per seruum acquiritur directum dominium, per tutorem vtile.*

L.26. SI QVIS *in emancipatum.Instrumentis ante præmiss.* Sed quare dicit de scriptura? fortè ad maiorem euidentiam & consilij causa. si enim probetur alio modo, quamuis sine scriptis, valet. vel dic speciale quòd exigatur, sicut quando donatio excedit summam quingentorū solidorū. *Quod per seruum.* Consilij causa dicit de seruo. nam & per tutorem potest fieri: sed & per seruum directum dominium ei † acquiritur, per tutorem vtile:& ideo dicit de seruo: vt ff.de procurat.mutus. & rē pupil.sal.fo.l.2.& 3.per se autem non potuit fieri: vnde videtur cōtra s̄.de acqui. poss.donatarium. Solutio: lex illa intelligitur in rebus in quibus infans habet affectum, vt in castaneis & in vno denario: secus si datur ei castrum vel simile, vel illud quando dedit tutori vel ipsi infanti tutoris auctoritate, secus si sine tutore. cùm non habeat intellectum: vt hic,& ff.de acq.poss.l.1.§.si pupillus.& l.quamuis.§.vlt. 1

1 *Insinuatio quando necessaria.*
2 *Nulla pestis maior quam familiaris inimicus.*

L.27. LATA *iampridem lege.* s̄.eo.donatio. siue insi. actis etiam adnectendis,&c. *Maximè inter necessarias.* Istud prauè intelligi posset, & ita prauè intellectum fuit à domino P. quia sicut in l.donatio, statutum est in quibusdam personis vt necessaria † sit insinuatio, etiamsi non excedat summam legitimā, maximè idem intelligendū est in coniunctissimis personis & necessariis: sed non ita dicas. imò ideo dicit, quia lex quam fecit de insinuatione quādo donatio excedit legitimam summā, maximè debet custodiri inter necessarias coniunctásq; personas. *Domesticis fraudibus.* Vnde dicitur. Nulla † pestis peior quàm familiaris inimicus. *Vbicunq; sufficit.* Non enim exigitur præsentia rei, sicut dicitur in venditione. s̄.de contrah.empt.l.1. 1 2

1 *Ex retentione vsusfructus transfertur dominium.*

L.28. QVISQVIS, *Sed omnimodo idem sit in huiusmodi casu vsum retinere, &c.* Sed nonne sibi possidet iste qui ita retinet vsumfr.? imò, & ideo datur ei interdictum vnde vi: vt ff.de vi & vi arm.l.3.§.vnde vi. si enim sibi non possidet, sed alij, non esset mirum si transferretur dominium: vt si fundum donasset,& post conduxisset: vt ff. de rei vindic. quædam mulier. sed hic cùm sibi possideat, & non alij, qualiter acquiritur alij dominium per retentionem vsusfructus? Respon. quia quadam necessitate inspecta acquiritur. cùm enim isti domino vellet vendere rem suam liceat aliquod ius in ea retinere, si velit retinere vsumfructum, ex ipsa retentione vsusfructus † transfert dominium: cùm proprietas & vsusfructus non compatiuntur se in eodem respectu eiusdem: quia nemi- 1

nemini re: ua seruit: vt ff. de ser. vr. præd. in re communi. & hac subti li ratione considerata transfertur dominium sine aliqua traditione corporali.

L.29. IN *extraneos & sæpe ignotos.* Si enim esset coniuncta persona, necessaria essent instrumenta, pro P. Io. tam in extraneis quàm coniunctis dixit non esse necessaria, nisi excedat donatio legitimam quantitatem: vt notaui s. eod. l. lata.

1 *Propter præsentiam maioris, non diminuitur iurisdictio minoris.*

L.30. IN *hac sacratissima vrbe. Apud magistrum census.* Alioquin pœna imponitur: vt j. eod. secundùm diui Leonis. *Siue præsens,* &c. Notabile est quod dicit: quia etsi præsens sit præses, licèt donatori publicate donationem rerum suarum apud magistrum census: nec diminuitur aliquid de iurisdictione sua propter præsentiam ipsius. & ita propter [1] † præsentiam maioris non diminuitur iurisdictio minoris. & facit ad quæstionem illam, vtrum iudices Lombardiæ vel consules possint exercere iurisdictionem suam præsente domino imperatore. videtur e[illegible] quòd sic inter subiectos suos: vt hic dicit, aliud tamen credo de iure canonum, quia presbyter, non potest incipere præsente episcopo. *Magistratus.* i. consules. *Et defensor.* Aliquis homo sicut potestas.

L.31. IN *donationibus, quæ actis insinuantur.* Vt illæ sc. quæ summam quingentorum solidorum excedunt. *Quas gestis non est necess. alligari.* Vt quando s. non excedunt quingentos solidos, vt quando non est dictũ de scriptura. *Subnotatione,* i. subscriptione cùm debeant interesse testes: quia soli tabellioni, nisi testes scripserit, non est credendum: vt j. authen. de hære. & Falc. & de fide instrum. *Secundùm constit.* Theod. vt s. eod. in extraneos.

L.32. SECVNDVM *diui Leonis.* Vt s. eod. in hac sacra. *Tantummodò.* Non enim apud alios debent insinuari nisi apud illum magistrum census: vt s. de testa. consulta.

1 *Morte mandantis finitur mandatum.*

L.33. ILLAM. *Nam sic vendit. tit. cess. act.* &c. Videtur contra. s. de act. & oblig. si quidem. sed dic quòd hæc corrigit illam. vel hîc speciale est in donatione. vel meliùs, quia ibi neque fuit actio cessa, neque mandata: sed tamen mandaui procuratori vt daret tibi pecuniam: & ideo [1] † morte mandantis finitur mandatum, si procurator non tradiderit pecuniam, vt ibi d. cir. Secus est quando cessa vel mandata est actio, & moritur illa cui cessa est vel mandata actio, licèt res non fuerint traditæ, vel lis contestata, vt hîc dicit. quòd si moriatur ille qui cessit, videtur contra vt s. de act. & oblig. l. 1. sed illud locum habet in contractu innominato, aliud in donatione: vel illud hîc inducitur nouum, vt aliquo constituto procuratore in rem suam, si moriatur donatarius, nihilominus percipiant heredes, vel distingue in morte donatarii & donantis, sed tamen eadem videtur ratio hinc inde. alii voluerunt distinguere inter cedere & mandare vt ibi notaui.

1 *Ex parte mulieris non desideratur insinuatio.*
2 *Vtile non vitiatur per inutile.*
3 *Communio discordias excitare solet.*

4 *Ei qui maiorem partem habet detur electio auferendi.*
5 *Insinuatio quando non necessaria.*
6 *Ratione dubitationis aliquando valet aliquid.*

L.34. SANCIMUS. *Sed communem formam habere.* Hodie valet usq; ad quingentos solidos: vt j. eod. l. pen. *Non usque ad ducentorum.* Antiquissimo enim tempore vsque ad CC. solidos valebat. *Quàm autem nupt. donatio.* Sed quare desideratur hîc insinuatio, cùm non sit simplex donatio? Respond. quia fit plerunque pactum de ea lucranda. sed hodie ad ius commune redactum est ex parte viri, vt sc. desideretur insinuatio secus † ex parte mulieris, vt s. de don. ante nupt. authen. eodem cursum. *In suo robore perdurare.* Et ita vtile † non vitiatur per inutile, vt hîc, & arg. ff. de reb. cred. certi condictio. *Tam imperialibus,* i. quas facit imperator in aliquem priuatum. idem si priuatus imperatori: vt hîc, habes in authent. *Item & à priuatis,* &c. Præterea quod dicit de donationibus quæ ad pietatem respiciunt, videtur hodie exæquatum ad ius commune per l. pen. j. eo. & hic sed tamen in piis causis videtur optimus modus, non modus, in quibus, *Immensitas est,* Mensura: vt j. auth. de non alien. reb. eccles. §. finimus igitur. Vel illud fortè referendum est tantùm ad imperialem donationē: *Sin autem non in auro,* &c. Si esset aurum, non deberet æstimari, sed computari. potest tamē dari in specie & quantitate. si in specie æstimabitur, aliqua oritur contentio. solet enim materia communionis † excitare discordias: vt ff. de leg. 2. cùm pater. §. dulcissimis. *Prælectionem damus ei qui ampliorem,* &c. Notabile est quod hîc dicit, quòd sc. detur electio offerendi ei qui † maiorem partem habuit. si verò nolit offerre, transit electio ab vno in alium: vt s. de solut. l. 1. Idem voluerunt quidam dicere in legato in genere relicto, vt ibi notaui. & ita videtur ratione dignitatis & maioris emolumenti debeat quis habere maiorem vocem in electione & similibus. *Vel dantis.* Vel pro et. *Vel accipientis.* Vel pro et. i. & dantis & accipientis. & ita fuerit personalis ex vtraque parte, & fit disiunctio legis. vel est disiunctio paciscentium. *Amplioris temporis metas,* Subaudi per. *Superuenire.* Aliàs superuiuere. *Sin autem hæredum ex vtraque parte,* &c. s. contra. Solutio. s. loquitur quādo donatio erat personalis ex vtraque parte: & tunc censentur plures donationes, nec † exigitur insinuatio. hîc autem loquitur quando realis est ex vtraque parte, vel personalis ex vna parte tantùm, vel adiicitur tempus vitæ, hoc est c. annorum, quia promisit ei dare annuatim per c. annos. & quòd c. an. dicantur tempus vitæ, probatur s. de sac. san. eccl. vt inter. ff. de vsufr. In his autem casibus vna censetur donatio, & ita indiget insinuatione, quia excedit legitimam quantitatem. & est ratio diuersitatis, quia s. mori poterat etiam. j. annum. & ita finiebatur donatio, & sic nō excedebat legitimam quantitatē: vel etiam poterat tantùm viuere, quòd excedat. sed quia incertum erat, ideo ita cōstituit. & ita valet † aliquid ratione dubitationis: vt notatur s. de petit. hæred. si putas. hîc autem certum erat quòd excederet legitimam quantitatem cùm transiret ad hæredes, vel duraret per c. annos: & ideo non est opus fictione, vel cōiectura: vt ff. de verb. oblig. continuus. quare secundùm statutum ius procedemus: vt j. eo. l. pen. quia dicit quòd necessaria est insinuatio. & quod

Immensitas est mēsura.

Margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6

quod dixi s̄.in donatione,quòd plures censeantur,dicit lex in legato. ff.de donat.cau.mort.senatus.§.vlt.sed tamen hîc dicit,donatio,plures vel vna quantum ad insinuationem faciendam vel non, vt suprà dictum est.

1 *Aliud pro alio solui non potest.*
2 *Mitiùs agitur cum donatore quàm cum debitore.*
3 *Genus nunquam perire potest.*
4 *Mediocritas spectanda.*

SI *quis argento do.certúmque pon.no.* Pone v.marcas vel x. & dicit ideo de certo pondere,quia si donasset id quod constat in pondere,numero vel mensura sine additione ponderis numerī vel mensuræ:dicendo ita,Promitto argentum tibi,non valeret:vt ff.de verb.oblig.ita stipulatus. *Vel generaliter*,veluti dicendo,vas.*Vel specialiter*,vt scyphum. *Necessitatem ei*,&c.Recordare de eo quod legitur.ff.de ver. oblig.vbi. *Siue in ipsa æstimatione*,&c. Ergo videtur quòd pro argento promisso in pondere Bononii vel alia moneta possit solui: quod falsum est,quia aliud pro alio † solui non potest:vt ff.si certum pet.l.2. de solut.Paulus respondit.nisi in casu:vt s̄.de solut.authent.hoc nisi. sed dic quòd hîc loquimur de æstimatione argentea,non ænea in qua est aliquid argenti:vt in Bononinis dabuntur Bononi Colonienses vel Sterlini,aut denarii alii argentei.Vel dic priuilegium esse in donatore,quòd soluendo Bononinos liberetur. sed aliàs mitiùs agitur cum eo quàm † cum alio debitore:vt ff.de re iudic. inter eos. *In illis locis*, sc.in quibus facta fuit promissio,ita videretur dicendum: non in locis vbi agitur sic,& dicit l.in vsuris.l.1.in princ.*Tantùm reditum*,&c. Sed nónne videtur hic iniustè agi cum donatario,quia in redactione fructuum oportebit ipsum laborare,& præterea expensas facere. & ita semper minùs habere videbitur quàm fuerit promissum. sed intellige quòd tantum reditus inferre valeant. sc. detractis expensis, vt s̄. de fruct.& lit.expen.& ita necesse est quòd fructus inferãt id quod promissum est,& præterea ampliùs id quod pro labore & expensis deducitur.Item alia ratione videtur quòd iniustè cum donatario agatur: quia cùm promisit c.corbes,videtur quòd siue nascantur ex prædiis, siue non,quòd semper debeat habere:hic autem dicit contra.quia dicit quòd de prædiis suis ei debet tradere.ergo si nõ nascantur de suis, nõ debet.at resp.quia hic loquitur quando promisit c.corbes de prædiis suis.nunc enim expectare debeo donec nascantur. & si natum sine culpa promissoris consumptum sit, rursus expectare debet donec nascatur & dari possit.& sic aut cessabit aut valebit stipulatio: vt probatur ff.de verb.obl.inter stipulantem.§.sacram.& de cond. & dem. l. 1.Si verò c.corbes in genere promittantur, non demonstrabo fundo, licèt de prædiis suis nihil percepit,debet tamẽ:quia genus † nunquam potest perire:vt ff.ad l.Fal.in ratione.2.§.prorsus.ita est cùm tradita est poss.fundi.idẽ si tradidit possessionẽ,sed stetit tantùm in promissione redituum.& est arg.quod s̄.dixi.quando quis vendidit & castalatas de fructibus vineæ suæ,& accepit pecuniam.si.n.tot de vinea accipiãtur, dabit.si nil, nõ cogitur:sed vel emptor pecuniã suam recuperabit,vel

expectabit vsque ad alium annum quo percipiendi sunt fructus. *Sed statua mediocris inueniuntur.* Notabile est quod hic dicit, propter quoddam generale quod dicit mediocritatem † spectandam: & habuimus s. de sac. san. eccle. authen. hoc ius. ad idem ff. de leg. 1. legato in genere. aliàs dando pessimum potuit qu's liberari. ff. mandati. fideiussorem si sine, sed illud verum est quando contentus erat pessimo. tunc enim non potest fideiussor optimum ab illo pro quo intercessit. Si quæras vtrum liberetur. Respond. quòd sic, dando mediocrem. præterea quod dicit de seruis vt singuli æstimentur pro xv. solidis, intellige. 1. aureis: vt probatur instit. de pœn. te. litig. & ff. de in ius voc. l pen. & vlt. & ita benigniùs agitur hîc in æstimatione seruorum contra donatorem, quàm aliàs: vt s. de con. ser. manu. l. 1. §. ne auté. & de cond. insert. l vlt. Prætetea quare dicit de xv. annis circa æstimationem redituum? aliàs enim relictis alimentis aliter fit æstimatio. vt ff ad l. Fal. hereditatu cōputatio. illa enim quantum ad detractioné Falcidiç aliam habet considerationem. sed hic loquitur quando reditus est promissus ex pacto inter viuos dum vixerit, vel quoad vixerit. tunc enim in xv. ann. æstimationem præstabit, quia nimis laboriosum esset quolibet anno litem contestari. & quia verisimile est quòd moriatur. & ideo cùm aliquorū prædictorum modorum præsumit, præsumit lex quòd J. xv. an. moriatur, vel capite minuatur. si enim nullo prædictorum modorum promisisset, non morte donatarij finiretur, sed perpetuū esset. vt ff. de verb. oblig. si Stichum, aut Pamphilum. secus est in alimentis legatis in annos singulos. etsi enim nullus modus adiiciatur, morte legatarij finiuntur, & contingit liberatio per excep. nō ipso iure, vt dicit lex prædicta, & probatur. ff. de transact. cùm hi. §. modus. inst. de verb. ob. §. omnes autem. nec etiam tollitur cap. demin. vt ff. de cap. demin. legatum in annos. & inde non est mirum si alio modo fiat æstimatio & diuersimodè in tempore quàm ista. & intellige quòd præstetur reditus cuiuslibet anni per xv. an. si enim incontinenti pro xv. an. detrahetur interusuriū medij temporis. Si verò non moriatur intra xv. ann. interdum fiet aliorum xv. annorum æstimatio. Si verò ante quintumdecimum moriatur, pro eo tempore quo non vixit, redditur æstimatio. *Secundùm quod prædiximus, æstimatio detur.* Secundùm quòd frequentatur in eo loco: vt s. in prin. *Secundùm nostram legem.* s. eo. sancimus *Sine bessis.* Octo vnciarū. *Et tradi tionem iure intelligi fieri.* vt s. eo. quisquis. *Nihilominus ex l. nostra, &c.* Et ita speciale est hîc quòd agatur ex nudo pacto. & aliàs notaui casus. s. de pact. in bonæ fidei.

L. 36. SI QVIS PRO *redemptione. Vel prima vice.* In tempore donationis. *Sed tantùm sacramentum præstare.* Arg. pro commissariis qui eliguntur ad pecunias dandas pro anima & hospitalariis quòd non debeant inquietari pro pecunia quam pro anima defuncti iurauerint esse distributam nostra lege s. eod. sancimus.

L. 37. VERBA. *Sestertij.* Sestertium est moneta de qua fecit mentionem instit. de success. libert. § prodesse. *Penitus esse reiecten.* Si tamen in donatione illa superflua apponantur, nihilominus valet: vt ff. de verb. oblig. quæ extrinsecus. est enim generale, quòd vtile non vitiatur per inutile.

DE

DE DONATIONIBVS QVÆ SVB MODO vel conditione, vel certo tempore conficiuntur.

TIT. LV.

SI *doceas, vt certa tibi*, &c. Vel quia ad certum tempus, vel quia certa & determinata erant alimenta quæ debebat tibi dare. *Impetrare*. Hodie non est necesse petere. vel decennii, sed lex ipsa mihi porrigit actionem. *Restituitur*. Imò meliùs vendicatur: vt s. vt in rem ac. l. 1. sed ibi loquitur de directa, hic de vtili. i. in personam actione: vt inst. de act. §. appellamus. & videtur quòd condictio tantùm daretur, non rei vendic. vt s. de cond. ob cau. l. ea lege. at hîc datur personalis vel rei vindic. fauore alimentorum. L. 1. *In vtil. vo. legum. Si rerum suarum.*

SI *prædiorum*. Planum est. L. 2.

QVOTIENS. Planum est. L. 3.

PERFECTA, stipulatione, vel traditione. L. 4.

SI *quid mater. Licèt hoc mat. volunt. non tenuit*. i. non processit voluntate eius interueniente. *Firmiter habere vel vendicare potest*. Et sic cùm duo sint æquipollentia, non refert quod eorum fiat: vt s. de instit. vel substit. sin autem. L. 5.

DE DONATIONIBVS REVOCANDIS.

TIT. LVI.

ETSI perfectis. *Cùm cœperint obsequia negligere*. Aliud in libertate, quia solutio officii non præstiti velamento rescindi non potest: vt s. de lib. cau. l. solo. & ita speciale est hîc in donatione collata à patrono in libertũ, quòd propter negligentiam obsequii reuocatur. præterea aliud etiam est speciale circa libertum, vt j. eod. si vnquam. Sunt autem causæ ingratitudinis, vt j. eod. l. vlt. *Caeterùm neque filij eorum*. Quia actio ista prodita est ad vindictam. Idem in actione iniuriarum, & in actione in factum, quæ datur contra libertum temerè vocantem patronum in ius. *In diem vitæ suæ non retractauit*. Et solet notari in argum. quod hîc dicitur, quando vasallus facit aliquam ingratitudinem contra dominum suum, quia filii non possunt agere post mortem patris, si ipse tacuit in vita. L. 1.

SI APVD. Planum est. L. 2.

POSSESSIONEM. Emancipatos. ideo dicit de emancipatis: quia si esset in potestate patris mariti sui, non posset, cùm videretur patri donare, cui non est licitum: vt ff. de donat. inter vir. & vxorem l. 3. L. 3.

CVM *profitearis. Alterius*. Creditoris pone. *Ex memorata allegatione*. Quia allegat turpitudinem suam: vt s. de transact. transactione. & de scr. pign. da. si creditoribus. quandoque tamen licet contra eum qui in eadem est turpitudine: vt ff. de liber. cau. filium. & de fide instrum. repetita. L. 4.

SI *donationem. Hanc auctoritate rescript*. &c. Quia in iniuriam alterius non debet tribui beneficium: vt s. de emancipat. nec alius. L. 5.

nec etiam debet lædere in totum ius alterius: vt s. de precib. imperat. quotiens.

L.6. VILLES. *Necne filio tuo*, Intellige in filiis emancipatis: vt s. de donat. inter vir. & vx. si constante. vel natis ex alio viro.

L.7. HIs *solis. Secundi matrimonij fœdus.* Sunt enim fœdera inter virum & vxorem, ne vnquam diuidantur. *Minimè reuocamus.* Etiam ex ingratitudine: ergo oportet quòd possideat tempore litis côtest. vt notauimus s. ad exhiben. non ignorabit. *Ita personalem.* Conditionem ex lege. quidam dixerunt quòd habeat vtilem rei vindic. & sicut pactum dicitur personale, & extinguitur cum persona: vt ff. de pact. idē. §. personale. ita hæc actio. & est similitudo istius actionis ad rei vendicat. quia sicut in rei vendicatione oportet quòd teneat aduersarius, ita in hac reuocatione. *Vt vindic. tan. habeat effect.* Est vindicationis effectus, vt hæredi detur non tanquam hæredi, sed tanquam domino: & præterea datur in hæredem non tanquam in successorem, sed tanquā in quem libet possessorem: vt ff. ad exhibend. de ea. *Portentosi. vilitatis.* Fortè quia habebat amasium suum. *Tributum esse velimus?* Quasi dicat, nullus. & ita filios de ingratitudine accusare non poterit, & reuocare quod dedit, cùm id non posset facere ea quæ castè viuit, & ad secundas peruenit nuptias. aliàs enim plus haberet castitate luxuria: quod non debet esse. j. auth. de test. & ea quæ parit. §. vlt. vnde & dicit lex, quòd si aliquis contrahat cum ea cum qua licet, non valet inter eos donatio quid si ipso iure nullum fuit matrimonium, & dedit? valet quidem donatio, sed non debet rata haberi: ne melior sit conditio eius qui deliquit: vt ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 3. §. 1. ad idem. ff. de noxal. non solùm hæres. authen. hoc quoque, &c.

L.8. SI *vnquam. Totum quicquid*, &c. Sed videtur quòd non nisi id quod remoueat inoff. quetela. vnde assignatur contra. s. de inoff. test. si totas. Respon. ibi loquitur quando dedit filiis emancipatis: hìc autem in liberto in quo est speciale quòd totum retractetur, sicut & alia notaui specialia. s. eod. l. 1.

L.9. DONATIONES. *Manifestissimis causis.* (quæ dicuntur in l. seq.

L.10. GENERALITER. *Ex insidiis suis ingerat.* Fortè quia interfuit consilio vt conueniatur rei vendicat. vel petit. hæred. & ita vel bona sua amitat, vel maiorem partem. *Hoc tamen vsque*, &c. intellige de his quæ ad vindictam fiunt. in aliis enim vbi apponitur aliqua conditio, si non steterint illi conditioni, vel etiam hæredes agere poterunt.

DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS.

TIT. LVII.

L.1. SI *donatione.* Duobus facta. *Vt altero defuncto ad alterum*, &c. Et hoc scilicet promittat ei ille cui donatum est, quia promissio necessaria est. secus in substitutione legati: vt ff. eod. si cui mortis. & de leg. 2. hæredibus. *Si*, prò quamuis. *Mortis causa donatio perficiatur*, Tamen. *Fideicommissi actio competit.*

Ex

Ex substitutione, vel glossa fideicommissi. i. donationis causa mortis, quæ comparatur legatis.

INTESTATA. *Non prohibetur postulare.* Sed videtur quòd de tali donatione non trahatur Falcidia: vt ff ad l. Falc. l. 1. item si ita. & l. acceptis. Respon. verum est illud in mortis causa capione, vt ibi dicit. secus in donatione causa mortis, quia de ea Falcidia detrahi potest: vt hîc, & s. ad l. Fal. l. penult. vel ibi poterat imputari culpa hæredi, & ideo non detrahit, hîc autem non. Item contra. ff. ad l. Falcid. l. acceptis. dicas quòd ibi hæres non dabit, imò ei dabitur causa mortis. L.2.

NEC *fratris factam donationem.* Ab ipso factam vel à patre, cui mortis causa filio dare licet: vt ff. eod. mortis causa filij. L.3.

CVM DE MORTIS. *Absimilis eis intelligatur.* In multis enim sunt similia: vt ff. eod. in quibusdam tamen differunt: quia si legatum esset singulis annis multa essent legata. non ita si donatum esset causa mortis: vt ff. eod. senatus. §. vlt. Item sunt dissimilia in substitutione, quia hîc exigitur promissio: vt notaui s. eod. l. 1. præterea obligatur ille, qui donat & tradit. non ita est in legato. Item legatum traditur ab hærede, donatio causa mortis & ab hærede & à defuncto. Item si accuso testamentum vt falsum, amitto legatum, non donationem: vt ff. quib. vt indig. post legatum. §. qui mortis. Quidam & aliam differentiam notant, quòd in legato locum habet interdictum quorum legatorum, non in donatione. sed litera Pisana contradicit. ff. quorum legatorum, l. 1. §. si quis. L.4.

DE INFIRMANDIS POENIS COELIBATVS.

TIT. LVIII.

QVI IVRE. *Vet. cœlibes.* Quia non habebat vxorem, vel nolebat habere. L.1.

INTER *virum. Decimarum.* Quia decima pars hæreditatis auferebatur marito succedenti vxori, & applicabatur fisco. *Lex alia.* Puta Falcid. *Quantum superstitis amor.* i. quantum voluerint. L.2.

DE IVRE LIBERTORVM.

TIT. LIX.

In vul. co. legitur liberorũ, & rectè.

NEMO *posthac à nobis ius liberorum.* Olim enim non habebant aliqui filios in potestate, nisi impetraretur ab imperatore: hodie contra, dummodò ex legitimis fuerint nuptiis procreati: vt inst. de pat. pot vel ideo dicit, quia antiquitus filius non poterat succedere nisi emancipatus esset contracta fiducia. hodie contrà: vt instit. de legit. agnat. suc. § vlt. L.1.

Finis libri octaui.

INCIPIT LIBER NONVS.

DE HIS QVI ACCVSARE POSSVNT, VEL NON.

TIT. I.

SVMMÆ.

1 *Exceptio rei iudicatæ quando locum habet.*
2 *Calumniatores quomodo puniri debeant.*
3 *Verba cum effectu sunt recipienda.*
4 *Libelli oblatio perpetuat actionem.*

L. I. PRIVS EST. *Tametsi prior inscriptionem deposuisti.* Videtur contra regulam.ff.de iudic. qui prior. sed illud generale est.fallit in crimine,quando prima accusatio minor est secunda,vt hîc dicit,idem si persequatur iniuriã suam vel suorum:vt j. eo. neganda. fallit in ciuili causa, vt si vna sit præiudicialis,alia non, quia conuenies me rei vendic. & ego dico te esse seruum meum,fallit in multis aliis,vt notatur in summa de ordine iudiciorum.Item videtur contra, quia exceptio rei iudicatæ † habet locum cùm eadem est res,eadem causa : eædem personæ:vt ff.de excep.rei iudic.cùm quæritur.hîc autem alia erat res,& crimen.sed dic quòd impossibile est si vincat in ista , quòd alius supersit vnde habetur pro eadem re.item videtur contra. ff. de public. iud.is qui reus.in princip. dicit enim quòd primò debet se purgare. & ita videtur quòd ille qui accusatur, priusquam accuset debeat se purgare. Respond. per positionem casus habes quòd ille purgat. obicit enim tale crimen , quòd si probat,purgatur. sed nónne & si par sit crimen? videtur quòd de eo priùs cognoscatur: vt j. de calumnia. l. j. & ita videtur contradicere lex illa : quia & si non sit maius crimen , prius tamen de eo cognoscitur.& quòd sit par,probatur,calumniantes autem ad vindictam † poscit similitudo supplicij:vt j.de accusat. l.vlt.sed dic quòd hic accusatur quis,& ipse aliam referebat quæstionem solemniter oblato libello , & mense & consule comprehenso: quod in criminalibus causis seruari oportet: vt ff.de accusat.libellorum. in his enim non debet quis dubitatiuè respondere,nec debet ignorare vtrum acciderit. aliud in ciuilibus. cùm de omnibus habere memoriam non possimus. ibi autem implorando iudicis officium cùm iudicatur,de calumnia agitur, & hoc voluerunt quidam intelligere, fortè decretistæ,cùm lex illa sit in decretis antequam sit iudicatum,destinatum tamen erat quòd reus absolueretur. & sic exposuerunt.ff.ad Turpill. l. 1. §.1.vel dic reo absoluto incontinenti : quia aliàs dicimus quòd illa videtur

detur interesse. aliud si ex interuallo. & ita intelliges, iudicatur. i. iudicatum est. ꝗ. de calumniatoribus. per l. ad Turpill. *Ex euentu.* Sed nónne si absolutus est, licet accusare; vel si fuerit damnatus, licet inchoatam perficere accusationem: vt ff. de publ. iud. is qui reus in fin. quid est ergo quod hîc dicit? Respond. quòd idem dicit, quasi dicat quòd lata sententia apparebit an tibi debeam dare facultatem accusandi vel non: non ob hoc quòd succubuisti vel viceris, non detur facultas, siue enim succubuit siue vicerit, datur facultas, vt dicit lex prædicta, sed non datur nisi ex euentu causæ, at si ita dicas, non bene concordat literæ, quia dicit quòd iudex æstimat, &c. vnde puto intelligendum quod in lege ista dicit, quando accusatio secunda erat talis, in qua si victus quis fuerit, omnino prima tollitur. verbi gratia, accusasti me quòd subripui seruum tuum tali die. ego accuso te, & dico te ipsum occidisse præcedenti die. si in causa cædis victus fueris, aliam non poteris perficere. cùm per illam omnimodo tollatur alia. si verò obtinueris, potes, vt hîc dicit, vbi verò secunda nullo modo derogat primæ, quia omnino de alio facto est, nec vna aliam respicit, non tollitur prima per secundam, vt ibi dicit. Vel dic quòd contradicit. ibi enim loquitur quando inchoata fuerit accusatio, & verba cum † effectu, sunt recipienda, & ita dicitur inchoata lit. contest. vt not. ff. de procur. ante litem. solum obtulit libellum, quod est initiolum, non initium causæ, quia siue in eo non potuit inchoari, non per illud dicitur inchoata, vt vides in ædificio. primò enim facit quis fossam vbi lapides proiiciat. non tamen dicitur ædificare. quandoque tamen oblatio libelli † potest dici initium, cùm perpetuet actionem: vt s. quando libel. prin. Sed & hoc quod dixi, videtur falsum: quia si aliquis condemnatur, & amiserit ciuitatem & libertatem, videtur infamis, & ita non licet accusare, nec inchoatam perficere accusationem, sed illud verum est, si non accusatorem suum velit accusare, sed alium. contra suum enim accusatorem admittitur, vt si condemnatus est perficiat persequendo iniuriam suam: vt ff. de accusat. l. 4. sed & hoc videtur falsum: vt ff. de accusat. si cui. §. idem respon. lex illa loquitur in accusatione calumniosè, cui si condemnatus fuerit, non licet accusare licet in resistêre. siue enim fuerit calumniatus, siue amisit ciuitatem & libertatem per cõdemnationem. indistinctè licet inchoatam perficere, vt dictum est. *Sic in vet.*

SI CAVTIONES. *Cùm non liceat alieno.* Videtur contra s. de his quib. L. 2. vt indig. Polla. & ff. de his quib. vt indig. tutorem. Sed quod ibi dicit, nomine alieno, intellige, id est ad vtilitatem alienam, non quòd aliorum nomine accusaret. hoc enim non posset, vt hîc dicit. sed suo nomine instituere debet. *Nisi euidens.* Excipit ab eo quod proximè dixit, eos scilicet non notari. & ita specialiter istæ personæ excipiuntur, quòd non præsumetur calumniari, nec euidenter appareat. vnde generaliter loquitur lex contra s. de aduoca. diuer. iu. l. j. hîc loquitur in his quos non est verisimile calumniari, vt tutoribus & talibus: vel hôc ipso quòd quis non probat, non est necessarium arg. quod videatur calumniari: vt ff. ad Turpill. l. j. est tamen probabile, potest tamen ita esse vel non, propter personas quas hic enumerat.

L.3. QVI CRIMEN. *Nisi prius inscriptionum.* Fallit quod hîc dicitur in crimine abigeatus, vbi & sine inscriptione procedit accusatio: vt j. de abigeis.l.vlt.nedum autem sine subscriptione quando fit accusatio, sed & sine accusatore suspecto, & in crimine lenocinij, & charta suspecta: vt in summa. §. j. sin autem adesset accusator, debet afferri libellus, nisi in casibus supradictis. *Edicto admonendi.* scilicet per tres dies, secundùm quosdam: vt ff. de pub.iud. inter. aliud secundùm lo. quia dixit faciendam admonitionem secundùm l. properandum. vel authent.qui semel.nec enim lex de pub. iud. dicit quod ita debeat citari si non condemnetur reus per triduum per singulos dies ter vocatus. *Extra ordinem.* Videtur contra, vt j.certum tempus.l.j.& ij. sed dic quod hîc loquitur quando conueniebatur criminaliter: aliud si ciuiliter. vt ibi: vel ibi facit contra legem, & ideo punitur in corpore, & etiã in qua parte bonorum.hîc contra ministrum legis: quare punitur extra ordinem, & in sumptibus.

L.4. VXOR TVA. Plana est lex ista.

L.5. SENATVSCONSVLTO, *Liboniano. Nisi res ad eam.* Vel ad suos: vt ff. ad Tertull.l.j.§ accusationem, intellige ergo quod hîc dicitur, quãdo non admittit ad accusationẽ falsorum instrumentorum propter filios suos, qui alij præcedebant eam in hoc, scilicet tutores & curatores, ad quos principaliter hoc pertinet: vt ff.de accusa.si plures.alioquin si isti non essent: ipsi admitterentur, vt s.dixi.

L.6. ACCVSATIONEM. Planum est quod hîc continetur.

L.7. SI EA. *Renunciasse causæ intelligitur.* Videtur ergo hoc ipso quod ad iudicium non venit ad præfixum tempus, causæ renunciasse. & sic contra est s.eo.qui crimen.vnde quòd si venerit accusator, citari debet.sicut in ciuilibus dicit l. properandum. & authent.qui semel. non ter per singulos tres dies, vt dicunt quidam, arg.ff.de pub.iud.inter. vt in summa sequentis tit.in fi. sin autem non venerit, sed fuerit contumax, absoluetur alius à iudicij obseruationibus: vt ff.de re iudic.contumaciam.de reg.iur.l.iij.§.si ad diem s.de remis.pig.si eo tempore.

L.8. NON PROHIBENTVR, &c. Planum est quod hîc dicitur.

L.10. SI CRIMEN. *Solemnibus te inscript. adstringe.* Licèt sit miles, cùm hîc nõ sit remissum nisi mulieribus: vt j.eo.l.ij.& officialib.vt j. tit. proxi. ea quidem.quare patet quod hic loquitur in muliere.

In veteri deest l. non ignorat 9.

DATA, &c. Planum est quod hic dicitur.

L.11.

1 *Inscriptio quid.*

L.12. DE CRIMINE. *Accusare non permittitur.* Fallit in l.Iulia de annona, & in l.Cornel.testamentaria, & in l.Iul.maiesta.vt ff. de accusat. l.ij.& ad l.Iul.ma.in quæstionibus.& ad l.Iul.de annona.l.vlt. & in crimine suspecti: vt instit.de suspect.tuto.aliàs non admittitur, nisi persequeretur suam iniuriam vel suorum, vt hic, & s.eo senatuscon.& præterea secundùm antiqua statuta, de quibus specialiter eis concessum est, *Non exacta subscriptione.* vt sc.in crimine abigeatus, suspecti tutoris, & quando imponitur pœna sine accusatore, vt not. s.eo.qui crimẽ, & est inscriptio † quando profitetur in fine libelli se passurum eandẽ pœnam quam pateretur is qui accusatur si vinceretur.alij dicũt quòd 1

scri-

scribat, ego talis deposui libellum accusationis.

SI MAGNVM. *Ac non leue.* Secus si leue: vt ĵ. eo. si sororem. L. 13.

PROPTER *insidias, &c.* Planum est quod hic dicitur. L. 14.

CRIMINIS. *Cum periculo.* vt ĵ. de accusat. l. vlt. L. 15.

CVM *rationibus, &c.* Hic distingue, quia quandoq; vnus accusat vnum, quandoque vnus plures, quandoq; plures plures, quandoq; plures vnum: vt in summa tit. sequen. §. sed interim. & §§. sequentib. L. 16.

INIQVVM, &c. *Symmacho.* id est contra Symmachum. L. 17.

SI SOROREM, &c. Planum est quod hic continetur. L. 18.

NEGANDA. *In pari vel minori.* In maiori præferretur, vt notaui ŝ. eod. l. j. sed in pari vel minori non, nisi suam suorúmque iniuriam persequatur, aliàs si non hæc subesset causa...... essent crimina, prior tempore præferretur. *Pendente accusatione.* Post cuius condemnationē prius inchoatas accusationes permittitur adimplere: vt ff. de pub. iud. is qui reus. L. 19. *Sic in vet.*

SI QVIS *ex familiaribus.* id est liber, qui in alicuius familia manet. *Eius existimationi caput atq; fortu. pertinet.* id est accusaturus ex tali crimine ex quo infamis efficeretur, vel caput, vel fortunas, id est patrimonium amittat. *Maiestatis autem crimen excipimus.* id est si velit accusare dominum crimine maiestatis, audiri debet. vt ĵ. ad l. Iul. maiest. L. 20.

SI LIBERTI, &c. in suas suorúmque iniurias persequantur: vt ff. de accus. l. hi tamen. L. 21.

DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIPTIONIBVS. TIT. II.

1 *Pœna infligi debet secundùm causæ qualitatem.*
2 *Item quis secundùm qualitatem delicti castigari debet.*

HOS QVI. *Extraordinaria animaduersione.* Videtur contra cùm aliquis eleuat vel mouet terminum vel lapidem illū, non per hoc videtur puniendus: sed cùm hominē occidit, vel similia fecit, hic tamen dicit lex contra, quia extraordinariè debet coerceri. debet enim considerari vel vt haberet occasionē occupandi alienum solum, vel vt litem moueret inter vicinos: vel quia lapis ille bonus erat ad murum suum. considerata ergo causa imponet 1 † pœnam secundùm causæ qualitatem: vt ff. eo. l. pen. & vlt. & ita extra ordinem dicetur puniri. sed & hoc videtur falsum, quod in hoc casu à Cæsare Aug. statuta est pœna L. aureorum: vt ff. eo. agraria. Resp. hæc lex respicit antiquum tempus, hodie enim contra statuitur, vt ibi. vel pœna illa imponitur quantum ad pecuniam: sed in corpore secundùm 2 † qualitatem delicti castigatur, vt hic dicit. L. 1.

SI CVIDAM. *Dominus eum defendere.* Non quòd in eum transferatur iudicium: sed ob hoc defendit, vt allegationes competentes pro eo inducat, vt dicit, si tamē hoc non fecerit: ideo non priuatur seruo suo: vt ff. de stat. ho. seruus. L. 2.

L.3. REOS CAPITALIVM. *Etiam per procuratorem.* Videtur contra ff. de pub.iud.l pen.§.ad crimen.Resp. hic non loquitur de procuratore in principali crimine. licèt M. distinxerit interueniat in criminali causa procurator à principio ante litem contest.vt not. s. de procura. nihil.sed de eo procuratore qui causas absentiæ allegabit.hoc enim licet facere & in criminalibus:vt ff.de procurat.absens reus.& l.seruum quoque §.publicè. & etiam quoque per procuratorem causas principalis negotij licet allegare,vt si fuerit leue crimen in quibus non imponitur maior pœna,nec remouetur quis ab ordine:vt ff.an per alium test.ap.l.j.& in talibus non imponitur maior pœna criminibus, & pronunciari non poterit in absentem:vt ff.de pœnis,absentem.

1 *Querimonia dicitur ante litem contest.*
2 *Quando infirmatur iudicis sententia, ipse non potest iterum cognoscere.*

L.4. SI ACCVSATORIBVS.Ergo plures erant qui accusabant. & vnus accusabatur, vt ibi ex vna stipulatione,& de vno etiam crimine, vt ibi causa intentata criminali. & si hoc videtur falsum: quia vbi plures accusant vnum,vnus debet eligi qui crimen intentet. & ita assignatur contra ff.eo.si plures.& de ho.lib.exhi. quod & lex. §.hoc interdictum. Respond.leges illæ loquuntur de iure.ita enim de iure debet fieri. hic autem non dicit quòd ita debeat fieri vel non:sed quod ita factum erat,malè tamen,subaudi. non omnia enim quæ Romæ fiunt,secundùm Deum sunt.vnde respond.non quærendum quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat:vt ff.de off.præsidis.sed licet. & sic recitat hic quid fiat, nō quid fieri deberet.vel dic quòd ille qui accusabatur,non opposuit hoc scilicet quòd plures accusatores contra eum non deberent admitti, nec iudex fortè propter ignorantiam iuris vel multitudinem negotiorum hoc dixit:& sic potuit procedere.vel dic quòd ille accusatus huic beneficio renunciauerit.dixit enim,consideret de iure suo.non tamen vni,sed etiam omnibus hominibus paratum se respondere de illo crimine:& tunc omnes admittuntur. *Querimoniam.* Querimonia dicitur † ante litem contestatam,controuersia ante & post.secundùm diuersa 1 ista tempora diuersimodè ponunt nomina ista iudices in sententia. *Liberandum existimauit.* Accusauerunt quidam bonum virum & honestum: & ita statim putauit istum esse absoluendum: & vocauit tabelliōē,& proferendo sententiam fecit eam sic scribi.nec statim credere debuisset ipsum nocentē vel innocentē:vt j.eo.l.vlt.*Criminatione.* .i. accusatione apud eundē.videtur falsum,cùm enim nō valet † sentē- 2 tia ab aliquo iudice lata, ad alium debet remitti. non ipsum iterum agnoscere:vt s. quomodo & quando iu. l. iiij.Respond.ibidem legatus erat qui tulit sententiam, hic ordinarius. sic enim dicit, aditus præses prouinciæ, &c.erat ergo præses. & ita ordinarius, cuius examen non poterat declinari.secus in delegato, quia reccurritur ad delegantem. nec est contra.ff.de re iudi.iudex.lex enim illa loquitur quando tenuit sententia,quia ab eodem nec corrigi nec mutari poterit,vt dicit,secus si ipso iure non tenuit:vt hic quia ipsemet iterum de eodem cognoscere poterit,vt hic dicit.

NON

NON IDEO *iniustam*. aliàs in istam. *Quod dicat se, &c.* vbi talis fuerit, cui tenetur parere, vt seruus domino in non atrocibus. alioquin tenetur vterque: vt ff ad l. Aquil. liber homo. L. 5.

ABSENTEM. *Accusari non posse*. Quantum ad hoc vt procedatur, sed tantùm offerri potest libellus: vt j. de exhib. reis. l. ij. *Adnotari*. ille enim contra quem datur libellus, requiritur, & eius bona adnotantur, quia ponitur in banno interdum etiam requiritur, & datur anni spatium. & quod ita sit, probatur, ff. de requir. re. l. iiij. *Nouo iure*, id est noua consuetudine. L. 6.

EA QVIDEM. *Et circa solemnia*. Quia non est necessarius libellus nec inscriptio in notoriis criminibus. sed & dicit lex in leuioribus: vt ff. eo. leuia. sed in non notoriis criminibus exigitur inscriptio, vt j. & officiales qui denunciant, debent probare, vt j. lib. xij. de curiosis. l. j. præsumptionem tamen facit eorum pronuntiatio: vt ff. de off. præfec. vt. l. j. §. vlt. si solit. nuntiationi in criminibus non creditur nisi probet: vt dictum est. L. 7.

SI QVIS SE. *Non ad stationarios*. Publicos quibus locatæ erant stationes, vel stationarios appellant procuratorem Cæsaris vel fisci qui præerant stationibus. *Aut libellos offerens*. instituta accusatione. *Aut querelas*. sine libello, quia olim non erat necessarius libellus. L. 8.

QVI DE CRIMINE. *Deferri non potest*. Dum causa pendet. secus enim si esset absolutus probato de præuaricatione primi accusatoris: vt j. eod. si quis homicidij. *Ex eodem facto*. Puta quia commisit adulterium cognoscendo cognatam suam. tenetur enim lege Iul. de adult. & eadem l. ratione incestus commissi. si vnus intentet accusationem de adulterio, alius de incestu, possunt: & licèt ab alio accusetur, tamen iudex simul pronuntiabit. sed si ille idem qui accusauit de adulterio, accuset de incestu, videtur à contrario sensu huius l. quòd non possit, & vt pleniùs scias quid obtineat circa materiã istam, distingue, si enim vnus accusat alium de vno crimine, potest hoc facere, & etiam vna lege: vt ff. eo. senatusscon. censuit. si verò vnus accusat vnum nõ de vno, sed de pluribus criminibus, si ex diuersis factis, descendunt, poterit, vt puta l. Corn. de Fals. & de sica. si ex vno facto, non videtur quòd plurium criminum accusationes possint intentare, vt per contrarium sensum istius l. Si autem vnus accuset plures, & de vno crimine, potest de vno eodem. Si verò non de vno, sed de diuersis descendentibus ex diuersis factis vel vno, videtur quod possit: vt j. si reus vel accusa. l. j. est tamen speciale in crimine adulterij: vt ff. ad l. Iul. de adult. denunciasse. vel ibi enim contra duos, si lis de eadẽ crimine, agi non potest, vt dicit. si verò agat vno libello de diuersis criminibus contra plures non potest, nisi causa suarum iniuriarum, si diuersis libellis contra duos, potest, non contra tres: vt s. tit. j. cum rationibus. Si plures crimẽ intentant contra vnum de vno, non possunt, vt ff. eo. si plures. si tamen vellet ille vnus, admittere posset, vt s. eo. si accusatoribus. L. 9.

QVI EXPLICANDI, *Quam qui ad huiusmodi promiss*. Vterque ergo in pari versantur crimine, & sic pari pœna sunt puniendi: vt ff. ad l. Iul. rep. l. in comites. est ergo lex ista bona ad talem fraudem quæ posset fieri vitandam. considerauit enim aliquis qui dicit se familiarem L. 10.

iudici, casum fortuitum, & vocauit alteram partium, & dixit ei, dabis mihi c. solidos si ego fecero quòd pro te feratur sententia: & si non fecero, nihil volo quòd des mihi, alius dixit quòd sic. & ita pacti sunt. post in secreto vocauit tertiam partem, & eodem modo cum ea paciscitur, & ita non potest esse quin ab altero percipiat aliquid, & certè non valent tales pactiones: imò si fecerint, vterque pœnam patitur, vt hîc dicit.

L. 11. SI QVIS HOMICIDII. *Existimat persequendum.* scilicet aduersus eum qui iam fuerat accusatus eodem crimine, & absolutus, non enim eodem potest, nisi probauerit de præuaricatione primi accusatoris, vt hîc. & ff. de præuaricatoribus, præuaricationis, si de aliis vult intendere accusationem, quia plura proposuerat in eodem libello, ad alia sequentia crimina potest venire. *Ad sequens.* quod consequenter proponitur in libello de rapina, iniuria, & similia. *Pastorum.* i. abigeatus, quod crimen pastores consueuerunt committere. *Latronum.* fortè quod dicit latrocinio ademptas sibi res.

L. 12. FACTVM. *Sponte se præcipitantis.* Fortè propter nimiam philosophiam, non intellige propter crimen: vt j. de bonis mor. l. j.

L. 13. SI QVIS *seruos.* Planum est.

L. 14. SINGVLI. *decretorum.* id est iudicatorum ab aliis. non enim exemplis sed legibus est iudicandum: vt s. de senten. & interlocu. nemo.

L. 15. TVNC *conuenit. Per procurato. lit. sustin.* Subaudi, necessario: vt s. de procurat. l. penult. sed in crimine iniuriarum speciale est quod per procuratorem debeant respondere: vt j. de iniuriis l. vlt. licèt criminaliter intentetur.

L. 16. IN CAVSIS. *tempus.* id est annum vel mensem, non enim cogitur diē neque horam comprehendere: vt ff. eo. libellorum. *Ex officio.* id est officiales qui recipiunt libellos accusatorios.

L. 17. ACCVSATIONIS. *Vinculum inscriptionis arripiat.* Vt profiteatur se eandem pœnam pati, vel hoc ipso quod proponit, videtur profiteri, secùdùm quod videbatur Io. *Habita tamen dignitatis æstimatione.* sic ff. de custo. re. l. j & ij. *Nec interrogari quidem de aliorum conscientia.* fallit j. de maleficiis, l. vlt. & s. de fer. prouinciarum. & de custod. reo. diuus.

DE EXHIBENDIS ET TRANSMITTENDIS REIS. TIT. III.

L. 1. SI MILES. *Ad magistrum militum referat.* Imò videtur quòd præses cognoscat, vt ff. de off. præs. l. ij. sed illud quando priuatus deliquit. aliud si miles, remittitur enim ad magistrū militum, vt dicit. sed tamen in milite delinquente distingue: vt not. s. de iurisd. om. iu. l. magisteriæ.

L. 2. NVLLVS OMNINO. *Vinciatur.* vt scilicet crucietur. *Quàm solemni.* quod patierur eandem pœnam. *Ei qui.* hîc est §. *Componendósque mœstos penates.* id est rem familiarem componendam. *Non minus tamen xxx.* & ita datur xxx. dierum spatium. & sic allegabat B. & M. coram imperatore cùm quidam accusati essent, vt not. s. de dilationib. cùm à nobis.

nobis. *Ad exhibendum.* id est vt exhibeatur. *Adhibita aduocatione.* id est aduocatis ei præstitis, ius debebit explorare quare misit pro eo, vel ad quid vult eum. *Retineri.* si talis erat causa quæ exigit. quandoque enim sufficit fideiussor: vt s. de accusat. & ff. eo. l. j. discrimen, id est finem vel sententiam.

NEMINEM. *Nisi de cuius exhibitione iudex pronuntiauerit.* Non enim debet eum trahere auctoritate sua per manicam, fallit quia aliquis sua auctoritate potest aliquem ducere ad iudicium: vt infrà de falsa monet. l. j. s. quando liceat vnicuique se vindi. l. j. & ij. & j. de raptu virg. L. 3.

DE CVSTODIA REORVM.

TIT. IIII.

IN QVACVNQVE *causa. Ne pœnis carceris perimatur.* Carcer enim ad homines continendos, non ad puniendos est inuentus: vt ff. de pœnis. aut damna. §. solent. *Suscepta.* quia sæpe. L. 1.

SI QVIS *in ea.* Plana est lex ista. L. 2.

QVONIAM *vnum car. conclaue.* Locus est qui clauditur vna claue, & ibidem continentur multæ accusatæ personæ. sic ergo dicitur quod multos continet sub vna claue. *Sexu tamen dispares.* Quia masculi erant & fœminæ. idem dicitur j. authent. de episcopis. & quod hîc dicit de fœminis, correctum est per authentic. hîc positum, sed nouo iure, &c. L. 3.

AD COMMENTARIENSEM. Plana est lex ista. L. 4.

DE HIS. *Intra tricesimum diem.* id est singulis triginta diebus. L. 5.

DE PRIVATIS CARCERIBVS INHIBENDIS.

TIT. V.

IVBEMVS, &c. contra legem istam dicuntur facere Lombardi cùm quidam priuatos habebant carceres, & ibi suffocabant peregrinos. L. 1.

SI REVS VEL ACCVSATOR MORTVVS fuerit.

TIT. VI.

ET SI *Marcellus cùm tam vxorem eius quàm te, &c.* Et ita tres erant accusati de vno crimine. si plures de diuersis criminibus, non possunt in eodem libello: vt not. s. qui accusa. non possunt, cum rationibus. L. 1.

SI IS QVEM. *Cum pœna.* scilicet S. C. Turpilliani: vt j. ad Turpill. l. j. *Ac per hoc tibi adempta est.* nisi in casibus: vt s. de aposta. si quis defunctum. & ff. de accus. ex iudiciorum. L. 2.

SI VT *proponis, vti cœpit.* Heres Aniani. L. 3.

L. 4. DEFVNCTIS *re. publicorum criminum.* ideo dicit, quia secus esset in priuatis: quia etiã si mortẽ sibi consciuerunt, non deferuntur bona fisco: vt ff. de bonis eod. qui ante senten. l. iij. ergo necessarium est quòd sit publicum crimen, & quòd sibi mortem consciuerint metu illius: vt j. de bonis eo. qui mor. sibi.

L. 5. SI QVIS *cum capitali. Sin autem relega. pœ. sustin.* Et sic non sunt bona adempta tacitè: vt ff. de interdic. & releg. relegatorum. distinguit ergo lex illa an sententia tacitè vel expressim contineat bonorum ademptionem: vt s. si pendente appel. si is, & facit ad quæstionem ibi notatam.

SI QVIS IMPERATORI MALEDIXERIT.

TIT. VII.

L. 1. SI QVIS. *Ac temulentia.* id est ebrietate. inde dicitur temulentus ebrius. & temetum temeti genus est optimi vini. *Ex leuitate.* Lubricum enim linguæ ad pœnam facilè trahendũ non est: vt ff. ad l. Iul. maiest. famosi. *Remittendum.* ad nos.

AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS.

TIT. VIII.

L. 1. ETIAM. *Maiestatis crimina.* Sed agitur in factum in quantum iudici bonum & æquum videbitur.

L. 2. ALIENAM *sectæ meæ.* id est sentẽtiæ. *Quod,* id est vt perseueres iratus. *Inconsultè iuraueris.* scilicet per principis salutem: quia tale sacramentum non habuit in se discretionem, vt dicunt decretistæ.

L. 3. SI QVIS. *Conuictus.* Per probationem semiplenam, vt probatur per sequentem literam, si aliis manifest. indic. &c. intellige ergo quod non plenè probauerit per aliquod iudicium. si enim plenè probasset, non esset veniendum ad quæstionem tormentorum. alij exponunt cõuictus, præsumptione hoc ipso quòd accusatur. sed contra. est arg. s. de accusa. l. vltim. nam nonnulli proteruè accusant: vt j. ad l. Iul. de adult. quamuis adulterij. *Cum eo, &c.* hîc est §.

L. 4. NVLLVS. *Fidicularum.* Quia ponuntur chordæ in capite quæ findunt frontem acsi finderetur gladio: quod vulgo dicitur *basart.* *Omnibus conditio equa est.* secus in aliis quæstionibus: vt j. de quæstionibus. diuo. & l. milites.

1 *Affectus sine effectu non punitur.*
2 *Quando statim commisso crimine interdicatur alienatio.*

L. 5. QVISQVIS. *Nam & ipsi.* Hîc est interpositio. *Cogitauerit.* Sacramentum. dando vel accipiendo, & ita processit quodammodo ad actum. secus si non processisset aliquo modo: vt ff. de pœnis. l. cogitatio- idem est ff. de extraordi. cri. l. j. §. de episcopis. si quis non dicam. si [illegible] prouinciæ. quædam crimina non sunt ita enormia. licet enim perue-

1 peteniatur ad actum, si † non perfecit non punitur: vt ff. ad leg. Cor. de fal. qui falsa. *Filij verò*, &c. Consonat ff. eo. l. vlt. sed videtur contrà ff. de iure patro. l. 4. & ff. eo. eorum. sed illud speciale est in iure patronatus. quoad alia enim non succedunt, vt notaui s. de bo. lib. l. 1. & de in ius voc. venia. alia omnia quæ in hac l. dicuntur, sunt specialia. *Exempla metuentur.* Ad hoc facit ff. de ædil. edic. quod si nolit. §. qui mancipia. *Nullus statuimus esse momenti.* Speciale est hîc, quod statim commisso crimine † interdicatur alienatio: vt ff. de donation. post contractum. *Titulo donatio*, &c. Nam donationes inter viuos ante commis-
2 sum collatæ in vxorem non infirmantur damnato viro ex hoc crimine, imò confirmantur: vt s. de donat. inter vir. l. res. restituit tamen eas mulier cùm nubit secūdo: vt s. de secun. nup. l. 3. *Et premio*, quo, nescio.

Constitutio Græca.

MEMINISSE. Nec eis soluere iure debitorem qui sciebat crimen commissum. & si decesserit quis, & diceretur crimen admisisse. *Arguatur*, id est, argutè accusetur. L. 6.

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIIS & stupro. TIT. IX.

1 *Non idem habet mulier priuilegium quàm masculus.*

PVBLICO. *Quamuis de matrimonio*, &c. Et ita etiam si de matrimonio suo violato queri velint mulieres, lex Iulia de adulteriis hoc non concedit eis, vt hîc dicit. inde videtur innuere quòd altera de thoro violato non possit accusare, nec etiam maritum suum qui cum ea adulteratus est. vel etiā si velit intentare accusationem de thoro alterius violato, non licet, cùm accusare non possit mulier, nisi suam vel suorum iniuriam persequatur: vt ff. de accusat. hi tantùm. sed & licet hîc suam persequatur iniuriam, & de thoro suo queri velit, non tamen admittitur, vt dicit. nec enim eadem est ratio in masculo & fœmina: quia fœmina dicitur corrumpi, sed in masculo non. adultera enim dici potest propter partum
1 ex altero conceptum: sed masculus non: & ideo non idem habet † priuilegium mulier quod masculus: quia non sicut masculus accusare de adulterio poterit, tamen aliam habet prærogatiuam, vt possit diuertere, vt maritus amittat donationes propter nupt. vt s. de diuort. consensu. L. I.

1 *Vxor in adulterio deprehensa in monasterio poni debet.*

CRIMEN LENOCINII. *In matrimonio detinuerunt.* Idem est si contrahat cum aliqua quæ sit de adulterio damnata, vel pretium pro adulterio accepit, vel summisit adulterum: vt ff. de minor. auxilium. §. vlt. & videtur hoc habere locum secundùm leges istas vel veteres. aliud de iure Dei vel canonum, vel etiam authēticorum: vt j. authent.
1 vt nulli iud. liceat ha. lo. si enim † vxor deprehendatur in adulterio, debet poni in monasterio: & intra biennium licet reconciliari: & ita de iure nouo nihilominus licet eam habere: sed tamen non compel- L. 2.

leretur. vnde per authent. videtur quòd pœna lenocinii hodie locum non habeat. *Non quòd suspectum.* Et hoc cùm potest ignominiam suam obumbrare, cæterùm si non possit, aliud est: vt ff. eod. l. mariti. si enim sciuit tota nocte aliquem cum vxore sua esse in camera, non tamen vidit factum, ignominiam suam non potest excusare: & ideo punitur si post eam in matrimonio detinuerit.

L.3. *In vul. co. legitur, nō solùm.*

VERBA. Subaudi, non solùm. *Id est mulieris & patris non naturalis tantum, sed iusti.* id est naturalis & legitimi. torquebuntur ergo serui mulieris & patris eius, siue fuerint in ministerio, siue non, sed in agro vel in prouincia, licèt nihil scierint vel potuerint scire: quod quidem perquàm durum est: sed ita lex scripta est: vt ff. qui & à quibus, prospexit. *Intra sexagesimum diem.* quandoque & post, si tam breui spatio non potuerit expediri. *Ex dissol. matrimo.* Constante enim matrimonio crimen adulterii non intentatur: vt j. eo. crimen adulterii. hodie tamen contra est: vt j. authent. *Et quorum dominis caueri,* in simplum. secùs si ipse seruus accusetur. tunc enim cauetur in duplum: vt ff. eod. si postulauerit, §. vlt. & l. seq. & publicantur isti serui: ne si ad dominū reuerterint, obdurent in quæstionem: vt ff. eo. si postulauerit. §. iubet lex. & §. ratio. vnde posset quæri quare cauetur pro deterioratione, cù siue sint defuncti absolutione facta, siue deteriores facti, publicentur, vt per legem superiorem, si postulauerit. Respond. cum aliquo accusato quæstio de seruo habetur, æstimatur seruus accusati: vt si fuerit defunctus accusans, medietatem accusato præstet, & pro se aliam computet, cùm vtriusque gratia seruus torqueatur: vt ff. eo. si postulauerit, §. responso. sed si fuerit deterior, accusans medietatem damni præstat accusato, aliam sibi computat: sed æstimationem deterioris serui consequetur à fisco ita demum si fuerit absolutus.

1 *Quod factum est secundùm legem, non meretur pœnam.*
2 *Difficilimum est iustum dolorem temperare.*

L.4. GRACCHVS. Maximus adulter. *Numerius.* Proprium nomen. & habebat iste Numerius pulchram vxorem. *Quod legitimè factum est, nullam pœnam promeretur.* Nota quia quod † factum est secundùm legem, pœnam non meretur: sicut s. de administrat. tut. l. constitutionem. *Dolor iustus.* Difficillimum † est iustum dolorem temperare: vt ff. eo. si adulterium, §. imperator. sic ergo patet quòd per calorem mitigatur pœna: vt ff. de repud. quicquid. præterea quandoque rescinditur contractus: vt ff. de publica. licitatio. distingue ergo an fecerit habita deliberatione, an ex calore. vt habuimus s. si quis impera. maledixerit, l. vna. 1 2

ADVLTER. *Auferri non oportet.* Imò possunt eam opponere, sed antequam inter reas recipiantur: vt ff. eo. si maritus sit. §. præscriptiones. præterea dantur sex menses vtiles ad accusandum à tempore solut. matrimonii, nisi v. annus præterierit à die, scilicet commissi criminis. tunc enim sopitum crimen non poterit excitari, licèt lx. dies sint à tempore soluti matrimonii, & nedum sex menses: vt ff. eo. mariti. §. sex mensium.

IVRE

IVRE MARITI. *Dies isti utiles,agere potest* ǰ.quatuor menses:vt ff.eo. L.6. l.4. *Calumniæ notam timere non debet*.ex sola enim suspicione licet marito ream coniugem facere:vt ǰ.eo.quamuis. & ita si non probauerit,non patietur pœnam calumniæ,secus hodie,quia patietur, vt ǰ.authent.sed nouo iure.

PROPTER *violatam.Iustus accusator non est*. De adulterio. de stupro potest.sic & quilibet alius. *Sponsa eius fuerat*. sed & si sponsa fuerat,nec matrimonium cum ea contrahat,sed cum alio,non erit iustus accusator:vt ff eo.miles, §.quærebatur. L.7.

REOS. *Lex Iulia de pudicitia vetat*. Aliud enim in crimine incesti:vt ff.eo.si adulterium.cum incestu.ibi enim simul mas & fœmina de crimine incesti accusari possunt. *Sed ordine peragi*,&c.& quòd ita ordo peragatur,& ab vno debeat incipere, cùm & mas & fœmina sunt adulteri,legitur ff.eo.denuntiasse.& ǰ.eo.ita nobis. L.8.

CASTITATI. *Sciens vxorem duxit*.Cùm aliquando nō fuit vxor sua. *Vel reduxit*.cùm aliquando fuit,ex causa lenocinii punietur. restitui tamē poterit in integrum à principe vel à senatu.vt ff. de postul. l.1.§.penult. L.9.

DE *crimine adul.pacisci non licet*.sed cùm irroget pœnam sanguinis,vt ǰ.eo.quamuis adulterii.videtur quòd possit:vt s̄.de transact.transigere.sed hic cōtradicit. *Et par delictum*,si ita intelligas, quòd siue desistat ab accusatione,siue præuaricetur,quòd par delictum sit, videtur alii legi contradicere.ff.de præuaric.præuaricationis.ergo nō est comparatio facienda de præuaricatore accusante ad eum qui desistit propterea quòd desistat,sed propterea quòd transigit. *Tenetur*. tenetur enim de lenocinio. L.10.

CRIMEN *adulterij.Nemini dubium est*. Nisi in casu: vt ff eod.l con stan.habes hic authent.SED nouo iure,&c. *Si accusatio approbata fuisset*.Immutatur ergo ex hac authent.quod dicitur ǰ.eo. quamuis.quia hodie tenetur vt pœna calumniæ si non probauerit, sicut dicit lex in quolibet accusatore:s̄.de aduoca.diuer.iudic.l.1. L.11.

SI *dum in tuo.Si denuntiatio erit*.&c. Dubitasti enim denuntiare , vt ǰ. eo.ita nobis.& plenè tractat de hac materia:s̄.eo.denuntiasse. L.12.

SI *in crimine.Nec pœnæ infamiæ subiici potuit*. Lata ergo sententia contra adulterum non præiudicat alteri.secus si pro eo: vt ff.eo.denuntiasse.§.quæritur. L.13.

In vul. ead. hac l. cum se præponitur l. Si du intuo.

ADVLTERAM.*Contra eam prolatum est*.Id est,inchoata criminis accusatione contra eam:& ita lis erat contestata: statim absentauit se.quod ei præiudicat quoad præscriptionem vel exceptionē,quia inter eos connumeratur : vt ff.eod.si maritus, §. præscript.& intellige quando absens erat non probabili vel necessaria causa. si enim iustè abesset,inter eos non connumeraretur:vt ff.eo. si maritus sit in magi. §.1.Habes hic authent.Si verò criminis,&c. *Legibus sunt definita*,vt sc. aduocetur,& eius bona publicentur:vt ǰ.de requirendis. L.14.

1 *Sanctius est impunitum relinquere,quàm innocentem condemnare.* L.15.

SI *quondam.Neque absens accusari potest*.vt si procedatur. sanctius enim est †impunitū relinquere,quàm innocentē cōdemnare:vt ff de pœnis,absentē.accusari tamē poterit quoad hoc vt offeratur libellus.

vt s.de accusa.absentem.& de exhiben.re.l.ij.si tamen est causa militiæ absens,nec liceat ob hoc accusare solemniter,poterit accusare, licet etiam decesserit continuum quinquennium,aliàs autem non agetur.sed hic restituitur:vt s.eo.adulter:& ff. ex quib. cau. maio. si qua militi.

L.16. ABOLITIONEM. *Adire debes.* Allegando errorem:vt j.de abolitio. l.ij.*Senatuscon.* quod imponit pœnam desistenti: vt j. ad Turp. & in ff. sed videtur contra , quia non tenetur pœna calumniæ : vt j. eod. quamuis.ergo non incidit in senatusc.Turpil. vt ff. ad Turpil. in senatuscon.§ eos.Respond. illud locum habet in patrono , de cuius calumnia non agitur.in marito autem distinguendum est, quia si euidenter calumnietur,tenetur:vt ff.eo.is cuius.§.vlt.maximè per authent.s. eo. sed nouo iure.

L.17. SINE METV. *Cùm nihil amplius quàm libellos, &c.* Non litem contestatus es. *Is enim committit, &c.* Hodie aliter per auth.j.eo.sed hodie quia licet retinere,vt not.s.eo.l.ij.

1 *Quando quis ab vxore reuocatur à monasterio, res quoq; simul cum eo reuocantur.*

L.18. EVM QVI *duas simul habuit vxores.* Vel duas sponsas, vel vnam spõsatam,aliam nuptam:vt ff.de his qui not.infa.l. j. *Sed animi destinatio cogit.* id est,id quod dixi de eo qui duas simul habet vxores, intelligendum est de facto, non de iure. *Crimen etiam stupri*, non adulterij: quia cùm cognouerit honestam mulierem non maritatam,non de adulterio,sed de stupro tenetur.sed ipsa non poterit accusari, cùm dolo non fecerit:vt s.de tepu. *Restitutus tibi.* Idem in eo qui fecit conuersionẽ in monasterium,post reuocatur ab vxore.res enim simul cum eo † reuocantur,nisi expressim fuerint datæ.licèt aliud sit secũdùm decretistas. 1 *Vt sponsa.* id est,quia in veritate esset sponsa, & non fuit, vnde si promisit,non potest petere cùm sciuit se non esse sponsam , aliud si ignorauit:vt s.de donat.ante nup.ea quæ.& ff.de donat.int.vir.& vxo.cùm hic status.§.vlt.inest enim illa conditio,si matrimonium fuerit cõtractum:vt s.de donat.ante nup.cùm veterum.hic autem non fuerunt nuptiæ secutæ:quare & repeteret:vt not.s.de condic.ob causam.l.j. *Quasi sponsa.* istud quasi non denotat similitudinem,sed veritatem, sic instit. de iure natura.§.lex est.

L.19. QVAMVIS. *Materiam.* Proprium nomen mulieris accusatæ. *Confecto.* id est patefacto per testes & instrumenta, ac si esset in iudicio commissum. *Ab excubiis limitis reuocandum.* Sed nõnne dicit lex quòd in absentẽ non debet ferri sententia:vt ff.de pœnis,absentem? Sed distingue,quia si antequam absit, plenè probetur de crimine , bene potest,& priùs citatur,vt dicit l.properandum.& dantur dilationes si iustè petantur : vt ff.de dilat. l.j. ibi autem non erat certum de crimine. vel hic loquitur in accusatore absente,non in accusato,vt ibi.

L.20. FOEDISSIMAM. *Alienis libidinibus prosternunt.* Intellige quãdo prostituunt se spontanea voluntate:vel vt quidã dixerunt,quãdo mulier habet rẽ cum muliere,nescio quomodo.sicut enim improbatus est coitus viri cum viro:vt j.eo.cùm vir.ita mulieris cum muliere,vt hic.

On

OB *commissa certa tempora*, scilicet sexaginta dierum, vel sex mensium: vt s. eod. iure mariti. aliud est in quinquennio, quod computatur continuum à tempore commissi criminis: vt s. eo. adulter. & ff. eo. quinquennium. & l. mariti. tamen eximitur id tempus quod per postulationem consumptum est, vt j. l. quinquennium. *Praescripta sunt.* accusatori, vel reo, si habeas in litera sicut dominus meus, reo certa tempora. erat ergo idem accusator & reus, quia obiiciebatur accusatori crimen lenocinii, de quo priùs est cognoscendum, vt j. eo. quoniá Alexandrum, & ff. eo. l. 1. §. 1. L. 11.

SI *ea quæ tibi. Passim* Id est, sine dilectu. non enim distinguebat paruum à maiore, cautum à minore: vt ff. de ritu nupt. palàm. *Adulterij*. Id est, stupri. Si enim maritata esset, licèt meretricio more vulgò se præbuerit, nihilominus teneretur de adulterio: vt ff. eod. si vxor. intellige ergo de stupro, licèt hîc ponat de adulterio: nam sæpe ponitur in hoc titulo vnum pro alio. L. 12.

1 *Cum ancillis non potest esse connubium.*
2 *Lex Iulia inter liberos tantùm locum habet.*

SERVI. *Contubernium*. Cum ancills enim non potest esse connubiũ: 1 vt s. de incest. nupt. & inutil. cum † ancillis. *Adult. accus. non poss.* 2 Sed iniuriam. vel sic, quia lex Iulia. † inter liberos tantùm locum habet: vt ff. eo. inter liberós. *Is autem*. Paragraphus est. *Post dissolutum matrimonium.* Contractum cum alio viro. *Ex euidentibus iuris placitis.* Tenetur enim actione in factum ex illo edicto de calumniatoribus: vt ff. de calumn. l. 1. præterea tenebitur ad l. Iuliam repetundarum: vt ff. ad l. Iul. repet. eadem lege. ex his ergo legibus sententiam suam formare debet. *Aduersus senatusconsult.* Scilicet Turpiliani: vt ff. ad Turpill. ab accusatione. quæ autem sit pœna huius S. C. j. ad Turpill. l. 1. *Cũ fœdissimo flagitio.* Quia nunquam debuit desistere. *Puniri iubebit.* Sed videtur contra. ff. de præuaricat. l. vlt. sed quod ibi dicit, præterquam in sanguine, referendum est ad alia crimina quæ pœnam sanguinis ingerunt, & si enim hoc crimen sanguinis pœnam inferat, tamen non licet transigere: vt s. de transact. transigere. L. 13.

1 *Priùs est pronuntiandum in incidenti quàm in principali.*
2 *De crimine agi potest ciuiliter & criminaliter.*

QVONIAM *Alexandrum, qui in crimen vocatur.* Id est, accusatur de crimine adulterii. *Etiam præscriptionem*, obiiciendam marito. dixit enim Alexander homo maximi ingenii & subtilitatis, Ego promitto tibi, quòd si accusaueris me de adulterio, ego dicam quòd tu es leno. *Et de statu suo.* Scilicet Alexandri. *Ita ordo quæstionis.* Et ita exponitur illa rub. de ordine iudiciorum, id est, de ordinandis quæstionibus in iudicio. *Vt in primis de statu Alexandri.* Quia quæstio illa præiudicialis est: vt instit. de act. §. præiudiciales. quare de illa ante alias debet cognosci: quia ideo dicuntur prɇiudiciales. & per hoc videretur quòd lex ista poni deberet sub tit. illo de ordine iudiciorum. *Præscriptionis*, 1 id est, exceptionis de lenocinio. & ita priùs pronunciatur in † incidenti quàm in principali: quod est sicut videbatur B. vbi ciuilis quæstio L. 14.

incidit criminali.alibi non ita dicebat. vel distingue inter incidentes & emergentes:vt notaui s̃.de ordine iudiciorum. *Remotis prescriptionis impedimentis*.Sed quare non licet si competat exceptio se defendere ad minùs ciuiliter,si non potest criminaliter? videretur, quia de crimine potest agi ciuiliter †& criminaliter: & dicit lex quòd etsi falsi crimen moueri non possit contra matrem ,ea res pecuniarium commodum non aufert,quin de eo ciuiliter cognoscatur :vt hæc omnia probantur ,j̃.ad l.Corn.de fal falsi crimen,& l.vbi falsi. & l. sequenti: & ita licèt iste fuerit seruus,videtur quòd quoquomodo cognoscatur de exceptione sua,vt ibi dicit in illis exceptio. Respon.quia quod dixi,verum est in aliis exceptionibus, sed in exceptione lenocinii non licet si seruus est.licet tamen dicere se non adulterum,vt dicit : quia illa exceptione punitur quis,& alius liberatur. & ita prodest ad hoc quòd alius pœnæ subiiciatur , & opponens absoluatur. aliud in aliis: quia etsi probatum fuerit,non ob hoc aliquis punitur vel absoluitur, vt in legibus illis dicit, & hoc si opponat eam antequam numeretur inter reos:vt ff.eo.l.1.§.si publico.accusat ergo qui sic accipit,quod nō licet seruo capere:quia tunc vix certis ex causis,&c.vt ff.de iudic. vix. & dicitur s̃.eod.de ord.cog.l.v.

In vul hæc l.preponitur superiori. deest que in vet. lex Si eius 24.

ETSI *libidine manifestum est*,&c. lex enim Iulia locum habet tantùm in liberas personas stuprum vel adulterium passas:vt ff.eod.l.inter.

L.25. L.26. COMMISSVM. *Velamento matrimonij non extinguitur*. Sed ab eo cum quo contraxit,accusari non poterit, cùm eius mores approbasse videatur:vt ff.eod.si vxor.§.vlt.credo tamen improbatum de iure canonum,ne quis cum ea contrahat, quam priùs adulterio polluit.

1 *Prestigium quid.*
2 *Versuti qui dicantur.*

L.27. ITA *nobis cordi pudor*.Id est,castitas.*Prisci iuris ambages*. In solemnitate accusationis circa verba.*In adulterij accusatione*.Scilicet , fidem criminis nosci,vt inferiùs ante denuntiationem : quia si diuerterent propter adulterium commissum , & antequam cum alio contraheret vxor non denuntiauit ei,post ab ea non poterit incipere:vt ff. eo. denuntiasse.& notaui s̃.eo.si dum in tuo. *Prestigia*.Præstigia † dicuntur[1] auguria eorum qui nefandam artem exercent,scilicet,incantatorum. vnde per similitudinem dictum est: quia sicut per illa perstringitur acies oculorum,& obumbratur veritas,& ita hic per huiusmodi exceptiones.*Versutis*.Ideo dicitur versutum,quia † erat inductum per versutias & machinationes quasdam: vel vt M. dixit , versutum dicitur,[2] sicut & vestimentum dicitur versutum,quia qui deberet absolui,condemnatur:vel qui condemnari,absoluitur. sed domino Io. videbatur quòd vestimentum non ita dicitur versutum sicut hic sutum.

1 *Stuprum & adulterium lex Iulia confundit.*
2 *Boni mores faciunt matremfam.*

QVÆ

QVÆ *adulterium*. Assignetur contra. ſ. eo. ſi vxor. §. 1. dic quòd ibi loquitur in coniugata: hîc non: vel ſi erat, non conſtabat, gloſſa et go adulterium, id eſt ſtuprum: quia ſtuprum † & adulterium lex Iulia promiſcuè vocat: vt ff. eo. mariti lenocinium lex coercet. *Et matrisfamilias*. Quam boni mores faciunt. nam † materfamil. ea eſt, quæ non inhoneſtè vixit: eámque à cæteris fœminis mores diſtingunt & ſeparant: vt ff. de verb. ſign pronunciatum & ſtatutum. §. materfam. aliàs dicitur materfam. notæ auctoritatis fœmina: vt ff. de lib. exhib. deinde. §. vlt. quandoque dicitur materfam. quælibet quæ non in poteſtate eſt. *Stupri &c*. Et, pro id eſt adulterii, &c. L. 29.

1 *Marito quemlibet in adulterio deprehenſum occidere non licet.*
2 *Adulter pœna capitis punitur.*
3 *Pactum de dote lucranda quando ſeruandum.*
4 *Vxor propter adulterium dotem amittit.*

QVAMVIS. *Solummodo*. Ergo videtur quòd extraneus repellatur. ſed contra. eſt ff. eo. l. 3. ſed intellige quòd primò iſtis deferatur accuſatio: poſt eos admittuntur extranei. *Vt crimen*, id eſt, accuſatio criminis. *Abolitione*. Aliàs incideret in Turpillia. vt ſ. eo. abolitionem. *In primis maritum*. Eſt enim præferendus: vt ff. eo. l. 2. §. vlt. *Ex ſuſpicione*. Sed nunquid ex ſola ſuſpicione conuincitur? P. ſic intellexit, quando certa erat ſuſpicio, habebat ſuſpicionem certam: ſed tunc non eſt ſuſpicio. vnde non intellige quòd condemnetur, ſed quòd dicit ream coniugem facere, expone, id eſt, accuſare. & ita dicitur reus accuſatus: vt ff. ad Silan. propter. & licèt non probauerit, non patietur pœnam, niſi euidens eſſet calumnia. & ita intelligendum eſt ff. eod. is cuius. §. vltimo. ibi enim conſtabat de eius calumnia. ſi verò non conſtaret, ſi non probat, non punitur. ſed hoc immutatum eſt iure authent. ſ. eod. ſed nouo. quædam tamen ſunt ſuſpiciones adeo violentæ, vt ex eis ſolis quis condemnetur. vnde habent hic quidam authentic. ſi quis ei, &c. vel poſſet poni j. eod. ſi qui. *Aut in ſuburbanis*. Id eſt, hortis & ſimilibus. *Sine periculo eum perimat*. Non tamen licet 1 marito † quemlibet occidere, ſicut patri hoc licet, vt bene dicitur ff. eod. quod ait lex, & leg. ſequenti. nec hic dicit, quòd liceat occidere vxorem: hoc enim non licet ſi tamen fecerit, minor ei pœna imponitur quàm aliàs fieret: vt ff. eod. ſi adulterium. §. imperatores. *Penes ſe retinere non prohibetur*. Non niſi non potuerit obumbrare conſcientiam ſuam, vt notaui ſuprà, eod. l. *Sacrilegos*. Subaudi, quaſi ergo multò magis in monacha. *Gladio puniri oportet*. Et ita imponitur pœna ca- 2 pitis in † adultero, ſecus in adultera. & ita lege authenticam. *Sed hodie*. Quia debet tonderi, &c. ſed ibi dicit quòd intra biennium. *Viro recipere licet*. Ergo multo magis ſi antequam in monaſterium mittatur, velit ei remittere illam pœnam, & eam recipere ſine pœna poteſt: nec erat contra Deum, quia pœna illa in fauorem mariti inducta eſt. vnde ſi non accuſatur vxor ab aliquo non patietur pœnam: & maritus ſi vult retinebit: quum poſt biennium quàm in monaſterium mittitur poſſit. & ideo hîc hodie non habebit L. 30.

locum pœna lenocinij. *Pactis dotalium instrumentorum, &c.* Ideo dicit, quia si maritus pactus est† de dote lucranda, seruatur illud pactum: & 3 ita dos non applicatur monasterio, & quod s. dictum est, intelligitur in alia substantia, non in dote, vel ideò dicit, quia licèt vir non fuerit pactus si vxor † commisit adulterium, dotem amittit: vt s. de diuor. & 4 repu. consensu, vel forte illud locum habet quando reportauit pœnam criminis pecuniariam. si verò corporalem, diuiditur substantia, vt hîc. sicut ergo aliàs ex pacto lucratur maritus dotem, ita hîc propter crimen. vel illud verum est quando commisit & non erat damnata, & si erat, non habet dotem nisi pactum intercedat. nec contradicit auth. si qua mulier, de episcopis, &c. quia ingressa erat ibi ex spontanea voluntate: hîc coacta propter crimen commissum.

1 *Pro stupro imponitur pœna capitalis.*

L. 31. CVM VIR, &c. Dominus Imperator inseruit legem istam sub tit. de adulte. & de stupro, licèt enim alia stupra sint sordida & inhonesta, hîc de nefandissimo loquitur. & quamuis inhonesta sit materia, hîc tractat ornatè & per pulchra verba de ea, & licèt ordo sit naturæ vt mas agat in fœminam, hîc tamen masculus in modum fœminæ se supponit. *Quid cupiat facere, non proficit scire, &c. Nubit.* Quòd propriè mulierum est. *In fœminam.* Id est, in similitudinem fœminæ, vel in officium eius, & hoc est quod dicit Apostolus, Masculi cum masculis turpitudinem operantes. nam masculi relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis, vt ait Paulus. similiter & fœminæ naturalem vsum mutauerunt in eum qui est contra naturam, vt ait ibidem. *Vires porrecturam.* Vt enim fœmina in opere naturæ secundùm naturam porrigit vires, ita mas in opere naturæ contra naturam porrigit vires. *Vbi sexus.* Subaudi, in eo opere vbi, id est, in quo sexus perdidit locum. & vbi, id est, in quo. *Scelus est id.* Id est, tale. *Quod non proficit scire.* Et eodem modo exponuntur sequentia. & videntur quatuor rationes induci ad hoc quòd non proficiat scire quid cupiat, quasi dicat, quia ex tali luxuria filios vel aliquid vtile reportare non potest quod sit contra naturam: quia subiectum fungi debet vice prædicati, quia ibi quæritur corporaliter, quod nō videtur. *Vbi Venus mutatur in aliam formam.* Quia quod ponitur ex parte subiecti, deberet poni ex parte prædicati. *Iubemus insurgere leges.* Vt allegentur. *Armari iura.* Id est, iuris peritos. *Gladio vltore.* Id est, vlciscente. imponitur ergo hîc † pro stupro pœna 1 capitalis, aliàs mitior imponitur: vt instit. de pub. iud. §. item lex Iulia. sic & maior imponitur pœna pro stupro quàm alibi: vt j. tit. prox. Idem dicendum & si fœmina in fœminam agat. *Vt exquisitis pœnis.* Patefacto facinore. *Subdantur infames.* Ipso iure, multò magis quàm hi qui enumerantur. ff. de his qui not. infa. l. 1. nisi per iura fiat, vt ff. de postu. l. 1 §. remouet, & arg. s. eod. fœdissima. erubescant ergo Sodomitæ, fleant Gomorrhæi.

L. 32. IN ADVLTERII. *Domi fuerit.* Quia ea quæ domi geruntur, &c. vt s. de diuor. & repu. circa fi. sed & si in agro sint, nec manumittantur intra xl. dies, vt ff. qui & quibus manumi. prospexit.

ADVL-

ADVLTERII. *Præscriptiones*. Id est, petitiones, quas obiicit mulier viro se accusanti, vt obtentu earum excludat & præscribat accusationem adulterij, abolentur enim præter exceptas à lege: vt s. eo. ita nobis. *Examinis*. Id est, examinationi illius criminis. *Sequestrari*. Ab hac quæstione, vel apud alium. *Obice*. id est, obiectione. sed accusatione fundata, id est, lite contestata. vt patet per sequentia. *Discutiatur crimẽ, &c. Qua magnitudine superantur*. Vt s. de ordine iudic. quoniam. *Postponatur*. Subaudi si locum habere potest: quia si condemnetur in crimine, agere ad dotem non posset: vt j. eod. liberta, secus si fuerit absoluta. L.33.

SI QVI ADVLTERII. *Et obtentu proximitatis*. Dicendo se proximos cognatos illis cum quibus crimen commisisse dicuntur. vnde dicitur, cognato poterit nomine culpa tegi, confessumque puniri. sed cùm fuerit absolutus de crimine, quia se purgauit: ergo non potest accusari nisi doceatur de præuaricatione prioris accusatoris: vt s. de accusa. si quis homi. & ff. de præuaric. præuaricationis. Respon. non fuit hîc sententia lata de crimine: sed iudex, quia non probatur crimen, agnoscere & audire de eo destitit. vel quod dicitur primò accusatorem priorem accusari de præuaricatione, est cùm dubitatur sit crimen absolutè cõmissum, an non. sed hîc erat certum per præsumptionem legis, vnde non habet locum exceptio illa. & est notandum quod hîc dicitur, quia aliàs quis ex suspicione non damnatur, vt ff. de pœnis, absentem. sed hic non est suspicio sed, præsumptio legis. L.34.

SI MVLIER ACCVSATIONEM, &c. Etiamsi tanquam meretrix viuat, propter odium libelli non legitimè dati: vt j. authent. vt lit. mat. & au. §. quia verò quædam. & not. s. eo. si ea. L.35.

LIBERTATEM. Planum est quod hîc continetur. L.36.

SI QVIS EAM CVIVS TVTOR FVERIT, corruperit. TIT. X.

SI TVTOR. *Deportationi, &c.* Sicut hîc maior pœna imponitur pro stupro quàm aliàs, ita s. tit. 1. cùm vir. L. 1.

DE MVLIERIBVS QVÆ SERVIS PROPRIIS se iunxerunt. TIT. XI.

SI QVA CVM SERVO. *Capitali sententiæ subiugetur*. Et ita maior imponitur pœna pro stupro, quàm aliàs: vt habuimus. s. ad l. Iul. de adult. cùm vir. *Liber ad dabitur*. Et ita præstabitur pretium à fisco: vt s. pro quib. cau. ser. pro præ. l. 2. Neque per se, &c. Et licèt alij spurij succedant matri, hîc non ita est. *Cognatisq. defferatur*. Aliàs fisco deferuntur, vt j. de bo. damna. l. vltim. & ideò hîc speciale est. *In sua videtur habuisse substantia*. id est, in suo peculio. L. 1.

AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA VEL priuata. Tit. XII.

L.1. OB DEBITVM. *Vim contrahere videntur.* Et ideò tenentur l. Iul. de vi priuata vel pub. nisi in casu ob primipilarem administrationem: vt s. in qui. cau. pi. ta. contra. satis.

L.2. TVTORIS. *Si tertia pars bonorum.* Quod est pœna istius legis, vt pleniùs dicitur. ff. eo. l. 1. & 2. *Pro oneribus pert. sua respon.* Vt not. s. de fideicom. sententia.

L.3. SI CONFIDIS. Planum est.

L.4. SI CRIMINIS. *A fa. inulo.* Domino serui. coactis, id est, congregatis sine armis. si cum armis, teneretur de vi publica etiam non solùm ciuiliter agendo vi bonorum raptorum pro rapina serui: vt ff. de vi bo. rap. l. 2. §. si quis non homines, & l. 3.

L.5. IN POSSESSIONEM. *Deferri non potest.* Si faciat sine pacto. alioquin vim facere non videtur, vt s. de pig. creditores. & de pignoraticia, pignoris.

L.6. QVONIAM MVLTA. *In eum supplicium, &c.* Ex hac l. dicebat Iacobus quòd non est eius nomine accusatio qui occisus fuerit ab eo quem est aggressus: culpa enim fuit penes aggredientem. sed Io. distinguit vtrum aliter se tueri poterat: vt ff. ad l. Aquil. l. scientiam. §. qui cùm aliter. & l. si ex pla. §. tabernarius. *Qui vim facere tentauit.* No. specialissimum, quòd quis tenetur de homicidio licèt nō interfecit, nec habuit voluntatem interficiendi: quod est vbi ex parte aggressoris aliquis est interfectus vel ex parte aggressi, sed non ab aggrediente, simile, ff. ad l. Cor. de sic. l. 1. §. 1. Item de termino moto tenetur qui ignorans terminum ipsum amouerit, vt ff de termino moto. l. 2. in fi. nec est contra. quia ita non loquitur ibi de violentia. *Et non iam relegatione.* Cùm sine armis admissa est violentia. *Aut deportatione.* Cum armis admissa est ipsa violentia. *Sed supplicium capitale.* Patitur ergo supplicium capitale. sed & tenetur interdicto vnde vi. eodem dicit lex cùm boues & arietes commiscuerunt se, & alterum occidit. pro aggrediēte enim fit condemnatio: vt ff. si quadru. paup. fecis. dic. l. 1. §. cùm arietes. quid si dubitetur quis alium aggressurus fuerit? quæstio facti est. & circa hāc materiam videtur lex dicere quòd neuter tenetur: vt ff. ad l. Aquil. §. cùm stramenta.

1. *Nihil de solemnitatibus est omittendum.*
2. *Calumniatores qua pœna puniendi.*
3. *Prius est pronunciandum super causâ possessionis, quàm violentiæ.*
4. *Clariores in criminalibus, quàm in ciuilibus probationes exiguntur.*

L.7. SI QVIS AD SE. *Asserit pertinere.* Verbum istud latissimè patet, & extenditur ad res quæ in dominio nostro sunt, vel non: vt ff. de ver. sig. verbum pertinere. sed hîc non ita largè sumitur, vt j. patet. *Aut ciuiliter.*

tiliter. Super possidendo, id est, possessione vel re possessa, vel dicas super eo quod debuit possideri. *Agat*. Scilicet, rei vindica. vel Publiciana, aut interdicto unde vi. vel constitutione, si quis in tantam. simile est consilium, ff. de rei vindic. is qui desti. *Aut imple. solem. iur.* Quia debet offerri libellus, & ea obseruare si agat criminaliter quæ dicũtur ff. de accusat. l. 1. vel si ciuiliter. s. de lit. coutest. authent. offeratur. nihil 1 † enim de solemnitatibus est omittendum: vt ff. de in integ. rest. l. pen. aliàs solemnitas est sublata, sed circa verba non quòd sententia non feratur in scriptis, vel offeratur libellus. *Non ignarus eam senten. &c.* Ca-2 lumniantes enim ad vindictam poscit similitudo † supplicij: vt s. de accusa. l. vlt. & j. de calumn. l. 1. *Non potueris comprobare*. Nota quòd eo ipso quòd non probat, videtur calumniari: vt s. de aduoca. di. iudic. l. 1. sed videtur contra. ff. ad Turpill. l. 1. & respond. vt notaui in l. de aduocat. diuers. iudicior. *Quòd si omissa, &c.* Suprà locutus est quando solemniter agebat ciuiliter, vel criminaliter: hic autem loquitur quando sua auctoritate congregatis hominibus sine aliqua interpellatione voluit eum expellere. *Intulerit*. id est, dicitur intulisse, quia non constabat quis intulerit, si enim constaret, non inquireretur, sed statim condemnaretur, & quòd etiam non constet, potest probari per literam sequentem, dicit enim requiri quis ad quem, &c. Vel dic quòd cõstabat ipsum intulisse violentiam, sed erat quæstio de violentia: quia bene concedebat eam esse factam, sed incontinenti tamen fuit expulsus: & sic bene permittitur: vt ff. de vi & vi arm. l. 3. alius autem hoc negabat. *Ante omnia*. Id est, antequam quæratur de dominio rei, vel de iure pignoris, non dicas ante omnia, id est, antequam causa possessionis excutiatur: quia sic contradiceret. s. de appell. l. 1. debet ergo prius co-3 gnosci & pronunciari super causa † possessionis quàm violentiæ. & quòd ita sit, probatur per literam sequentem, ibi, vt ei quem constiterit expul. amis. poss. &c. *Iura reparentur*. Debet enim restitui damnum, & omnia quæ erant in fundo: vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. item fundus §. rectissimè. *Non immeritò*. Quia admisit violentiam. *Destinatus*. Quia condemnatus de violentia ciuiliter interdicto vndè vi, vel constitutione, si quis in tantam, tunc destinatus est pœnæ, & malo suo. *Differatur*. Quantum ad subeundam pœnam. *Si contra eum, &c.* Si de violẽtia in criminali accusatione, nec sequitur quòd si in ciuili fuerit pronunciatum quòd ideò in criminali contra eum debeat iudicari, non 4 enim sufficiunt illæ probationes, imò clariores in † criminalibus quàm ciuilibus exiguntur: vt s. de probat. l. vlt. licèt prima facie videtur hic dicere contra. & ita primò actio ciuiliter de possessione, & eo obtento vel non, agi poterit criminaliter de violentia, vt hic, & s aut ciuiliter super possiden. &c. & dicitur j. ad l. Cornel. de fal. damus. & l. seq. & quando ciui. act. præiud. crimina. nec admittitur compensatio istius violentiæ primæ cum secunda, sicut in interdicto quod vi aut clam: vt ff. quod vi aut clam. si alius. §. bellissimè. quia in interdicto licet vim inferre etiam ex interuallo quæsitis amicis, hîc autem non, vt dicit, sed incontinenti potest: vt s. dixi. & quòd admitteretur compensatio, videtur per l. ff. de dolo, si duo. Sed quidam intellexerũt quod dicitur in l. quod vi aut clam, nisi fuerit causa necessaria, quia

non habebat copiam iudicis, alioquin non admitteretur, ficut aliàs fecunda mora damnosa eft: vt ff. de peric. & commodo. l. illud. fed dicendum eft, quia ibi ædificauerat vi. vnde fi vi demoliatur, circa idem admittitur compenfatio, fecus cùm quis vi de poffeffione violenta deiiciatur, & ex interuallo vi recuperat, vt hîc dicit. fi quæras vtrum interrumpatur vfucapio fi incontinenti recuperata fuerit poffeffio, videtur, cùm continua videatur hæc poffeffio quæ incontinenti habetur eadem cum prima. fed negari non poteft quin interrupta fit poffeffio, & ideo naturaliter interrumpitur vfucapio: vt ff. de vfucap. naturaliter. *Bonis omnibus abrog.* Tacitè, vt in fuperiori lege vbi decapitatur. alibi non tanta imponitur pœna: vt s̄. eo. l. 2. & j̄. inft. de pub. iud. §. item lex Iulia. hodie circa bona aliter obferuatur, vt in crimine læfæ maieftatis, vt j̄. de bo. damna. authen. bona damnatorum.

L. 8. SERVOS. *Aut propriis.* Et fi quidem perfiftant in confeffione, debent condemnari, aliud fi non perfiftant: vt ff. de quæftionib. l. 1. §. fi quis vltro. & §. diuus. *Poftremo fupplicio.* id eft, morte. *Viles autem infaméfq., &c.* De vilibus & infamibus perfonis ideo dicit, quia maiores noftri in omni fupplicio feueriùs famofos quam integræ famæ puniunt: vt ff. de pœnis capitalium, §. vlt. *Et hi qui bis.* Ideo dicit, quia licèt aliàs pro vi priuata auferatur tertia pars bonorum, vt notauimus. s̄. eo. l. 2. hîc tamen ex iteratione delicti maior imponitur pœna, fcilicet diualium conftitutionum, quæ eft capitalis: vt s̄. de epifco. audientia. nemo deinceps. *Diftulerit.* id eft, quia fecit gratiam, in dilatione danda omiferit, & tunc grauiùs punitur: quia propter negligentiam remouetur iudex à dignitate vel officio iudicandi. *Aut molliorem.* Non enim molliorem ferre fententiam quàm in lege fit ftatuta, nifi caufa cognita, vt s̄. de his qui not. infa. & fi feuerior.

L. 9. CRIMEN. Sic conftrue, aliqua facta fuppletione, vt omnis ceffet garrientium importunitas. Si mihi ponas aliquem rapere, & aliũ fcientem delictum feruare raptam ei qui rapuit, aliquod crimen iftorum non eft alteri diffimile. *Non diffimile eft.* Meliùs dixiffet, non funt diffimilia crimina, fed fic ponitur vt illud, Factum eft vefpere & mane dies vnus, & ita cùm par fit delictum, rapere, & fcientem delictum feruare raptam ei qui rapuerit, eadem pœna vtrique eft imponenda: vt s̄. de epifcopis & cler. fi quemquam.

L. 10. OMNIBVS. *Buccellarios.* id eft, latrones, quia à re minima effe cœperunt, vel quia ora eorum quos capiunt, implent buccellis, ne clamare poffint. *Vel Ifauros.* Latrones qui maximæ funt perfidiæ. illis non conceditur aliquod feriatum tempus: vt notauimus s̄. de feriis.

DE RAPTV VIRGINVM SEV VIDVARVM, necnon fanctimonialium. TIT. XIII.

L. 1. RAPTORES. *Virginum honeftarum.* Ideo dicit, quia in meretrice non haberet locum pœna huius legis, vt ff. de furtis, verum eft fi meretricem. *Dei reuerentiam.* Scilicet, infringendam. vel fi habes irreuerentiam; quæ melior eft litera,

litera, glossa, id est, contra reuerentiam. *Restitui non potest.* Vnde Augustinus. Cùm Deus omnia possit, de corrupta incorruptam facere non potest. *Flagrante.* Id est, ardente: vnde versus. Fla. facit ardorem: sed fra. largitur odorem. *Aut earum consanguineis aut tuto.* Quid si extraneus fuerit, cum ea nolebat rapi? & certè consueuerunt eas defendere. aliàs villania, vel vilitas diceretur. sed de his dicit maximè, idem tamen esset in aliis. sic & in latrone publico: vt s. vt liceat vnicuique se vindic. *Eum etiam qui saltem sponsam*, sed nónne sua est, & ita videtur quòd nō fuerit rapina. sed ob hoc quòd facta est mentio futurarum nuptiarum, non dicitur sua, quin renunciare ei possit: vt s. de sponsa. l. 1. & ideò rapere videtur. *Sine fori præscrip.* Licet enim aliàs habeat priuilegium, vt sub alio conueniatur iudice, omne tamen priuilegium talis reatus excludit: vt s. vbi sena. vel cla. l. 1. *Sed antiqua Const. inimana leges.* Distinguit enim vtrum tales raptores fuerint confessi & conuicti & tunc non appellatur, an conuicti & non confessi, & tunc appellatur, vt s. quorum appel. non recip. obseruare. *Substantiis earum, &c.* Nota quòd capite damnatus non amittit bona. aliàs enim amitteret: vt de bon. damna. l. vltim. *Si maritum, &c.* Et si ei nupserint, amittunt dona. vt s. auth. de mulier. quæ rapto, se iunxe. *Oportet.* Id est, decet. *Siue volentibus, siue nolentibus.* Aliud in actione iniuriarum, quia nulla iniuria est quæ in volentem fiat: vt ff. de iniur. l. 1. §. vsque adeò. *Odiosis artibus.* Vt quòd fecit ei comedere pomum, & scripsit ibi nescio quid. *Ac dolorem remiserint.* Precio, aliud fortè si gratia: vt ff. ad l. Iul. de vi pub. qui cœtu. §. qui vacantem. licèt enim aliàs in crimine quod irrogat pœnam sanguinis, possit quis transigere, hîc contra est, sicut in adulterio: vt s. de transact. transigere. *Cum hoc etiam Constantiniana lege.* Suprà de mulier. quæ seruis.

DE EMENDATIONE SERVORVM.

Tit. XIIII.

SI VIRGIS. *Dierum distinctione.* Quia non distinguitur fiat die sabbathi vel dominico, aut ictu lapidis occiderit, distinguitur, quia si iusta causa fecit, bene licet occidere: vt ff. de verb. ob. l. seruú. & de leg. t. quid ergo si sine causa, aut voluntate sua, & tunc tenetur de homicidio, vt hoc casu. & tunc etiam si fuerit in culpa, non tenetur l. Cornel. de sica. vt ff. ad l. Corn. de sic. l. in lege, si verò fame vel verberibus eum nimium affligat, licet ad statuas confugere, & præses iubebit vendi. vt instit. quibus ex causis ma. §. vltim. & ff. de his qui sui vel alieni iuris. l. 2. *Aut veneni virus infuderit.* Virus est species veneni. *Vel exurendo.* Sicut factum fuit beato Laurentio. *Aut tabescentes artus, &c.* Id est, artus atro sanguine defluentes permixta sanie adegerit, id est, coegerit. *Immanium barbarorum.* Quia barbari immanes, id est, crudeles consueuerunt tales pœnas infligere.

L. vnic.

DE EMENDATIONE PROPINQVORVM.

TIT. XV.

L.I. IN CORRIGENDIS. *Domestica laudis exempla.* Suorum parentum, quia nolunt eos in bonis imitari. *Sed iure pat.* Quia enim pater est, habet modum. *Quòd si atrocitas facti.* Vt quia eum claua percussit in capite, & occidit.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

TIT. XVI.

1 *Factum negantis nulla est probatio.*
2 *Qui animum iurandi non habet, iniuriarum non tenetur.*
3 *Crimen ita demum contrahitur si nocendi voluntas interueniat.*
4 *In actione l. Aquilia venit leuissima culpa.*

L.I. FRATER *vester rectius fecerit si se. &c.* Cùm ita accusaretur coram præside de homicidio, & à præside ad iudiciū vocatus dixit se non venire, quia sub eo non debeat conueniri, sed sub magistro militum, & ita non venit, dixit quidam sapiens quòd rectius fecerit, id est, rectè. si enim se non præsentaret, non rectè faceret, imò puniretur licèt fuerit miles: vt notauimus & habuimus. s. de iurisd. om. iu. magis, sic & de exh. reis. l. 1. *Non occidendi animo, &c.* Sed hoc qualiter probari, cùm negantis † factum per rerum 1 naturam nulla sit probatio: vt s. de probat. actor. Resp. regula illa cessat hîc propter præsumptionem legis. ex ipsa enim atrocitate facti præsumit lex quòd fecerit voluntariè, nisi probetur contra. vnde & dicit lex quòd si vocaui aliquem latronem vel homicidam, quòd non † teneor 2 iniuriarum, si probaui me dixisse non animo iniuriandi: vt j. de iniuriis, & si non conuicij præterea aliàs dicitur quòd si intuli damnum, non iure sed culpa præsumitur factum: vt ff. ad l. Aquil. si quis fu §. 1. *Crimen enim, &c.* Nota quòd crimen ita demum† contrahitur, si volun- 3 tas nocendi intercedat, & ita dolus. culpa autem committitur sine dolo. Ioanni tamen visum fuit quòd siue dolo fiat, siue sine, culpa dici possit, & quòd cum dolo culpa fiat. probatur ff. de mi. si ex causa. §. si mulier. si enim ibi fecisset sine dolo, habet restitutionem: vt not. §. superiori. nunc videndum, sine dolo committitur, vt s. de adminis t. tut. si liberti. & hæc solent notari ff ad l. Aquil. qui occidit. §. in hoc quoque. *Plerumque.* Hoc dicit propter commentariensem: vt ff. de custo. reo. carceri. vel propter iudicem qui propter negligentiam remouetur: vt ff. de off. præ. si quos iudi. vel propter l. Aquil. in qua venit † leuissima 4 culpa, non autem in l. Cor. de sica. sed dolus tantùm: vt ff. eod. in lege. & ideo si fecit non occidendi animo, non ea lege tenebitur, sed mitiùs punietur: vt ff. ad l. Corn. de sica. l. 1. §. diuus Adrianus.

Is

IS QVI AGGRESSOREM. *Nullam ob id factum, &c.* Vt §. quando liceat vnicuique, &c. & hoc est contra quosdam qui dixerunt debere expectari donec alius percusserit: vt not. §. vnde vi. l. 1. L. 2. *In veteri deest lex si quis. 3.*

SI VT ALLEGAS. *Dubium non est, &c.* Ita est in latrone qui publicus est, & moratur in itinere, in fure distinguendum, est vtrum nocturnus, an diurnus: & vtrum se telo defendere voluerit, an non: vt ff. ad l. Aquil. l. 4. L. 4.

EVM QVI. *Cum caleis ictu.* Et ita ludendo, sicut faciunt Hispani. *Volumus liberari.* Nec enim tenetur, cùm non fecerit ex proposito. L. 5.

SI QVIS. *Te reum fec.* Id est, accusauerit lege illa. *Non adulta ætate.* Secus in infante vel furioso: vt ff. eo. infans vel furiosus. L. 6.

IS QVI CVM TELO. Planum est quod hîc dicitur. L. 7.

SI QVIS. *Necandi piaculum.* Id est, crimen sanguine piandum vel purgandum. L. 8.

SI FORTE. Plana est lex ista. L. 9.

DE HIS QVI PARENTES VEL LIBEROS occiderunt. TIT. XVII.

SI QVIS IN PARENTIS. Assignatur contra. ff. eod. l. 1. Solutio. tenetur pœna corporali: sed tamen non accusatur. sed dic quòd imponitur pœna capitalis hîc & ibi. sed aliter hîc quàm ibi. quia hîc cum maiori crudelitate. *Qua nuncupatione.* Vt socrus & nurus, &c. vt ff. eo. l. 1. *Sed insutus, &c.* Primò tamen virgis sanguineis debet verberari: vt ff. eo. l. vlt. *Culleo.* Id est, corio bouino. *Et gallo gallinaceo.* Quid est gallus gallinaceus? quidam dixerũt gallum gallinaceum caponatum. alij eum qui sequitur gallinas, qui magis est audax, & ideò ponitur cum eo qui tale crimen committit. *Vel in vicinum mare, vel amnem.* Si verò non fuerit vicinum mare vel amnis, bestiis debet subiici: vt ff. eod. l. vlt. *Vt omnium elementorum vsu.* Præter vsum aquæ, qui magis est ad damnum suum quàm ad vtilitatem. *Et ei cœlum,* id est, aer. L. 1.

DE MALEFICIIS ET MATHEMATICIS. TIT. XVIII.

PLVS EST. Id est, atrocius: & ita maior pœna debet imponi, quia comburetur, aliàs quandoque deportatur, quandoque damnatur in metallum, quandoque amputatur ei caput secundùm qualitatem personæ. L. 1.

ARTEM GEOMETRIÆ. *Ars autem mathematica.* Scire facit matesis, sed diuinare mathesis. L. 2.

NVLLVS ARVSPEX. Ab aura, quia seruat ventum. *Nullus sacerdos.* Ideò dicitur sacerdos, quia solet sacrificare diabolo. *Qui eum euocauit.* Ideò est, quia non loquitur ei de euangelio, si peccauerit in te frater tuus: sed de arte sua magica. L. 3.

L.4. EORVM EST SCIENTIA. Plana est hæc lex.

L.5. NEMO ARVSPICEM. *Ariolum.* A ris dæmonum deseruientem. *Sileat omnibus perpe.di.* Sic enim dicit dominus, Non est vestrum noscere tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate.

L.6. MVLTI MAGICIS. *Vitam insontium labefactare.* Scil. tangendo statuā ceream, & pungendo acubus. sicut enim pungunt eam, ita dicunt quòd pungitur inimicus. *Et manibus.* Id est, dæmonibus.

L.7. ET SI EXCEPTA. *Prater illa videlicet, &c.* Vt crimen maiestatis de falsa moneta: vt j. de quæstionib. *Humani generis inimici cred. sunt.* Et ita non videtur quòd in eis speciale tanquam inimicis imperatoris tantùm, sed humani generis totius. vt hìc dicit. *Aut enarrandu som.* Quia diceret tibi quid esset illud quod somniasti. *Vel Cæsaris.* Vel, pro, id est, vel dic futuri imperatoris.

L.8. CVLPA SIMILIS. Non tamen eadem imponitur pœna, vt s̄. de hæret. quicunque, in fi. vel solue & assigna contra, vt ibi.

L.9. QVICVNQVE. *Ne facinoris socios, &c.* Et ita torquentur pro sociis, vt eos manifestent, quod est contra regulam generalem: vt s̄. de accusa. l. vlt.

DE SEPVLCHRO VIOLATO,

TIT. XIX.

L.1. RES RELIGIONI DEST. *Quinimò.* Correctiuè ponitur, quia res destinatæ religioni non sunt religiosæ. *In crimen incidunt.* Videbatur contra, quia vēditio fuit ipso iure nulla, & ideo nulla pœna videretur imponenda, sed contra est. idem dicitur aliàs, quia licèt non teneat matrimonium ipso iure, nihilominus qui contraxit, notatur infamia: vt s̄. de excusa. tuto. amplissimi.

L.2. SI SERVVS. *Relegatione plectetur.* Nota quòd auctoritas maioris excusat & si non in totum, tamen in aliquo, in quo aliàs non excusetur.

1 *Sepulchorum violatores quomodo puniri debent.*

L.3. SI QVIS SEPVLCHRVM. *Quàm viginti librarum.* Videtur contra. lex prox. quia ibi dicit quòd sepulchrorum violatores † debent puniri in x. pondo auri. nunquam intellexerunt de x. pōdo. i. xx. libris, vt pōdo duas faciat libras. nos tamen dicimus quòd pondo ponitur tātùm pro libra: vt ff. de lega. l. 1. si ex toto. §. vlt. ergo vel illa corrigit hanc, statuendo minorem pœnam: vel dicas quòd ista pœna iudici imponitur: violatori autem imponitur x. pondo auri præter alias pœnas: vt in sequenti lege. & tunc ita expone, vindicare neglexerint statuta. s. pœna in sepulchrorum violatores non minus nota, &c.

L.4. QVI SEPVLCHRA. *Et viuos polluunt.* Quia oportet ædificare. *Priscæ veritati accedit.* Non enim per hanc tollitur pœna antiqua, sed ei accedit, viliores occidi, honestiores in insulam deportari verum est. alij verò relegantur, vel in metallum dantur: vt ff. eo. l. vlt.

PERGIT *audacia*. Id est, pergunt audaces ad busta. *Diem functorum*. Vel defunctorum. antiquitus enim corpora defunctorũ comburebantur. theutonici decoquunt. *Et cespitem euellere*. Quia arbor erat fortè posita iuxta sepulchrum. *Ne in piaculum*. Id est, crimen sanguine piandum, vel puniendum pœna sacrilegii: vt ff. ad l. Iul. pecula. l. sacrilegii. 1. respon. dic quòd hæc corrigit, quia non imponitur minor sacrilegio, imò æqualis, vt hîc dicitur. L. 5.

CVM *sit iniustum principale negotium*. Hoc corrigit per finem illius auth. item qui domum. & alia, sed nec antè, &c. L. 6.

AD LEGEM IVLIAM DE PLAGIARIIS.

TIT. XX.

1 *Plagium quid.*
2 *Actor rei forum sequi debet.*
3 *Clariores in criminali probationes exiguntur.*

PATER *tuus sollicitatam*. Multis modis sollicitare potest, & facere quòd contra eum detur actio de seruo corrupto, vt dicitur ff. de seru. corrupt. l. 1. §. vlt. *Plagio quoque*, &c. 1 Plagium † est quando deportatur seruus de vno loco in alium, vel quando vendo seruum alienum, vel si vinctum habuit: multa enim sunt capita huius legis, vt ff. eod. l. 1. & 2. Et dicitur plagium à plango, vel à plaga: maxima enim plaga & maximus plangor generatur parentibus vel domino, si filius vel seruus exportetur, vel in vinculis teneatur. *Apud suum iudicem*, non referas ad patrem, sed ad eum 2 qui deliquit: actor enim forum rei semper sequi † debet, vt s. de iurisdict. omn. iud. tam de iure ciuili, quàm canonico, & ita intelliges de iu dice rei. *Ciuiliter in rem actione*. Quæ est ista in rem actio? rei vindicat. vtilis Publiciana, vel de seru. corru. sed illa personalissima est. *Tenuit*. Id est, obtinuit. Ergo cùm agitur causa ciuilis, in criminali non est au diendus, quia prorsus diuersa sunt, vt dicemus j. quando ciuilis act. præiud. crimin. Licet enim ciuiliter intentato negotio non præiudicetur in criminali: dum tamen vnum intentatur in alio, non debet admitti. Sed ponamus quòd intentauit rei vindic. vel actionem de seru. corrup. & succubuit in causa, nónne licet de plagio agere? videtur quòd non, à contrario sensu huius l. & arg. à contrario sensu fortè videtur, vt ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 1. sed istud argum. non videtur mihi quòd hîc habeat locum: quòd si contrariam sententiam reportauit, in ciuili, quòd ob hoc repellatur in criminali, non enim tantùm ex eo generatur præiudicium, quòd debeat repelli: clariores 3 enim † probationes exiguntur in criminali, vt s. de prob. l. vlt. Et videtur alia ratione, quia cùm ago rei vendic. non ago nisi ratione dominii, & cùm de plagio accusatur, videtur quòd de re sua restituenda quæratur. Sed contra est, quia ad aliud ago ibi, ad aliud hîc: hîc enim ad pœnam corporalem, & ideo si contra me iudicetur in ciuili, non dabitur exceptio rei iudicatæ si crimen plagii intẽtauero, vt ff. de ex-

cept.rei iudic.cùm quæritur. Præterea est alia ratio, quia si succubui in rei vendic.vel actione de seru.corr.& satisfeci, non præiudicatur in crimine plagii. Ergo si tantùm intentetur & damnetur, similiter non nocebit,quasi tantùm faciat victoria cum satisfactione,quantum & cum sola amissione,vt ff.de except.rei iudic. si quis cùm totum. §. planè.Subaudi ergo,in causa tenuit, maximè: nam etsi succubuerit, non repelletur in accusatione,vt s.probaui. *Accusationem eius*, id est, violentiam.

L.2. SI *ab Æliano. Per procurator. tu. persε.potes.* Quia in ciuilibus per procuratorem agere possumus,vt s.de procur.l.vlt.

L.3. VT *legis f.s.pœna debeatur.* Id est,necessarium sit ipsam imponi:hoc enim ipso quòd aliquid debetur,sed remotè multùm: quia subscribi debet & accusari, vt de his dicitur,ff.de accus.libellorum.Et his seruatis debetur non remotiuè,vt hic dicit,& ita necessaria est subscriptio. Aliud in pœna abigeatus, quia & illa subscriptione imponitur, vt j.de abigeis.Et est hysteron proteron,quia præcedere debet accusatio,postea subscriptio sequi: debet enim se obligare ad talionem, cùm calumniantes ad vindictam,&c.vt s.de accus.l.vlt. ergo videtur necessaria subscriptio.Io.tamen dixit quòd etsi non fiat, nihilominus pœnam patietur si non probauerit:& dixit hoc ad maiorem euidentiam,vt sciat impunitam fore licentiam mentiendi. Loquimur ergo hîc de subscriptione,qua quis se ad eandem pœnam obligat sustinendam,quam reus pateretur si non probauerit: aliàs aliter sumitur, vt cùm tractatur de subscriptione testamenti,vt ff.de testa.l.vlt.

L.4. NON *vales, si vicem præsidis non tuetur.* Et quando tuetur vicem præsidis?quando sub eo scientes eum incongruum litigauerunt, vt s.vbi cau.fis.l.1. Vel quando aliquo defuncto præside imperator eligit eum vt tueatur vicem suam,donec peruenerit ad tempus, vt s. de off.eius qui vic.alt.ge.l.2.

L.5. SI *fratrem debes.* Id est,potes,quia publica est accusatio.

L.6. IN *fuga Seruum constitutum.* Non dicit de fugitiuo, sed de eo qui est in fuga constitutus:fugitiuus enim est & qui in fuga est, & etiam si redierit,quia nemo tali pœna desinit esse nocens, vt ff.de ædilitio edicto.quid sit fugitiuus.vnde & pro eo daretur redhibitoria, vt dicit l. illa:secundùm istam autem non, quia dicit quòd valet venditio si sit fugitiuus:secus si sit in fuga constitutus, vt hic, & ff. de contr. empt. quod sæpe.§.2. vel 3.& nota diligenter quod hic dicitur, quia per l.istam dicitur,quòd quidam scholaris nouiter veniens de scholis delusus fuit à veteranis iudicibus de ciuitate sua qui multùm niti consueuerunt ad eorum reprehensionem, supposuerunt quendam qui quæreret ab eo vtrum valeret venditio serui in fuga constituti, & ipse dixit quòd sic & ita deriserunt eum. Ipse propter hoc rediuit ad scholas,& bene studuit,ita quòd postea in multis eos delusit. *Certam pœnam.* Olim statuta erat pœna,sed tamen hodie non habet locum, vt ff. eod.l.vlt.

L.7. QVONIAM *seruos.* Planum est.

L.8. PRÆSES *prouinciæ, & criminis causam audiet.* Et ita hîc præiudicatur criminali per ciuilem,quia priùs de ea cognoscitur & pronuntiatur,

tur, quod est contra regulam, s. de off. rect. prou. l. & s. de ord. iud. quoniam sæpe.

EVM *qui celat*. Celare dicitur qui velit latere eum ad quem spectat L.9. alicuius emolumenti sui causa, & licèt non faciat causa sui emolumenti, si tamen vt alii noceat, nihilominus credo quòd teneatur.

COMPARANTEM *Nullo crimine teneri conuenit*. Vitium est actoris: L.10. non enim debet ei nocere, vt probatur ff. de diu. temp. præs. an vitium. licet loquatur l. ista in alia materia, & ita dicit s. de peric. & commo. dolum.

ABDVCTI. Serui vel liberi. *Sollicitatione*. Potest legi actiuè vel L.11. passiuè, i. fuerit libera persona sollicitata, vel si sollicitauerit.

SI *quis seruum*. Furans domino suo. L.12.

PLAGII. *Publici sit iudicij*. P. dixit quòd accusatio plagii criminis pro L.13. seruo vel filio non competit nisi domino vel parentibus, aliàs pro libero publici est iudicii: sed magis puto quòd vtrumque publicum sit, sicut in sum. fuit. Io.

PLAGII. *Vel liberos*. i. filios, vel nepotes, vel pronepotes. *Iusta ducti* L.14. *ratione*. Aliud si non iusta secundùm P. Io. contra. Nam cùm in l. Cor. de sic. lata culpa dolo non comparetur, vt ff. ad l. Cornel. de sic. in lege. & in ea sicut hic punitur quis capitaliter: ergo hic non imponetur pœna huius l. nisi dolo fiat, & ita subaudi maximè, nam idem etsi non iusta.

LIBERVM. Planum est. L.15.

PLAGIARII. Intellige nobiles: nam de aliis dicit j. si quis tamē, &c. L.16. *Metalli pœna*. Hic potest subaudiri, licet, & erit sensus, licet metalli pœna cum cæteris ante cogn. sup. ten. pla qui viuen. si quis tamē, &c. sed & sine licet, legi potest. *Teneantur*. Ita dicit ff. eod. l. vlt.

AD LEGEM VISCELLIAM.

TIT. XXI.

LEX VISCELLIA. *Vel decurionatum arripere*. Si tamen asse- L.1. rant se libertinos, & penuria sit aliorum hominum, poterit eligi, arg. ff. de decu. eos qui. vt est in si. tūc enim quoad viuunt: nam in morte habet patronus bon. poss. cōtra tab. vt ff. de bo. lib. etiam si ius. *Se dicit ingenuum*. Aspirando ad honores vel decurionatum. *Criminaliter*. sc. extra ordinem pro qualitate admissi, vt ff. ad l. Corn. de fals. eos qui. §. qui se. Sed videtur quòd hodie non habeat locum pœna huius l. cùm liberti ingenui reputentur quātum ad omnia præterquā ad patronū, vt j. auth. liberti de cætero. col. 6. i. resp. quā habes s. de iu. aur. anul. *Muneribus verò person*. Puta tutela & cura.

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS.

TIT. XXII.

1 *Quæstio de partu supposito non differtur ob pubertatem pueri.*
2 *Item nec in crimine adulterij propter eius ætatem.*

SI *partus*, &c. Non solùm dicitur instrumentum falsum, sed etiam L.1. partus quandoque. pone enim quòd quædā mulier fecit se ac si esset prægnans, cum pannis, vel alio modo: postea quādo venit ad tēpus

pariendi, supponit infantem aliquem non suum. Si accusatur de partu supposito, & ipsa dicat causam differri † in tempus pubertatis pueri, non differtur quæstio. *Diuersæ parti.* Id est, mulieri, non intellige de puero, tunc enim debet differri quæstio in tempus pubertatis, vt s. de Carbon. edicto. & ff. de Carbon. edicto. l. 1. Sed sic videtur contra. ff. de vent. in possessio. mittend. l. antepenult. Sed ibi accusabatur mulier de crimine adulterij: ergo loquitur in alia materia, & ita non contradicit: sed & in crimine adulterij non † differretur quæstio propter ætatem pueri, vt ff. ad leg. Iul. de adult. miles. §. defuncto. quòd benè potest esse quòd illa est adultera, & iste filius defuncti. Vel illud intellige quòd ita imperator rescripsit, sed malè. vel personale fuit beneficium, & ideo non transgreditur personam, vt inst. de iu. nat. §. planè. Caue tamen tibi de eo quod dicitur ff. de Carbo. edict. l. 1. §. vltim. quia quod ibi dicit post euen. cog. intellige contra puerum, si contra matrem, non per hoc præiudicatur puero, vt qualequale diceres fieri præiudicium.

1 *Præsumptio violenta quando obtinet.*

L. 2. SATIS APERTE, &c. Pone quòd aliquis conuenit debitorem suum ad debitum reddendum, & ostendit publicum instrumentum: debitor illud dicit instrumentum falsum. Creditor ostendit fidelem tabellionem qui illud scripsit, sed tamen nihilominus debitor causa morandæ solutionis dicit se probaturum falsum, dicit lex ista quòd iudex cùm quoquo modo præsumat animum malignandi contra debitorem, potest iubere ei vt soluat, salua de crimine quæstione. Nec enim illa præsumptio est † adeò violenta, quòd ei omnino sit standum, alioquin contradiceret, ff. de accusat. alij. Erat enim ibi suspicio ita violenta, quòd subornati dixerunt testimonium per pecuniam, sed tamen videtur calumniari, & ideo sic præcipere potest in ciuili quæstione, vt j. de cal. l. 1. *Alia manente integra.* Fortè quòd diceret falsum instrumentum, non tamen accusabat, & ita de foro volebat agere ciuiliter non criminaliter: tunc enim aliud esset, quia præferretur, vt s. de ordi. iud. quoniam. *Obiicitur.* Excipiendo.

1 *Qui voluntatem defuncti agnouit, de inofficioso agere non potest.*

L. 3. LICET. *Impletus solemnibus instituere.* Videbatur te amplius non posse accusare testamentum, quia qui legatum ex testamento accepit vel alio modo voluntatem defuncti agnouit, agere non potest † de inoff. vt s. de inoffic. testament. parentibus. & ff. de his quib. vt indig. post legatum.

L. 4. MAIOREM. Quàm aliud falsum. Vel dic, i. magnam, vt ff. eod. l. vlt. *Merita.* i. delicta quibus merentur pœnas. *Digna pœna, &c.* Si nititur falsis constitutionibus, interdicitur aqua & igni, vt ff. eod. si quis falsis si falsis rescriptionibus, seuerissima pœna; hoc est, mortis coerceb tur: vt ff. eodem. si quis obiecerit. sed pro falso deportatur, si liber est: si seruus, debet mori. *Se liberat.* Ab accusatione instituta vel instituenda.

1 Qui

1 *Qui excipit, non accusat.*

FALSI. *Secta mea.* Tēporum meorum, quia ita sequauit pater meus & auus, & ego adhuc obseruo. *Non auferet.* Et ita de crimine isto ciuiliter potest excipere contra matrem, non tamen accusare: qui † enim excipit, non accusat, vt ff. de accus. hi tamen. Aliud in exceptione lenocinii, quia excipiendo ibi quis accusat, vt s. de crim. adul. quoniā Alexandrum. Et ita ratione consanguinitatis non potest de crimine isto maximo & capitali accusare, sic s. qui accus. non poss. si sororem. Aliud si parens vitæ suę insidietur, vt s. qui accu. non possunt propter insidias. *Etiam sine metu,* &c. Ipsa tamen punietur à iudice & sine accusatore, vt s. de prob. l. pen. & ff. ad l. Iul. de adul. l. 1. §. si publico. L. 5.

QVI *falsas nec tenuerit.* Non intellige quòd nullam sententiam reportauerit, imò contra se fuit iudicatum, & ita fiscus in partem suam succedit, vt s. de his quib. vt ind. alia causa. Sic ergo non tenuit, i. contrariam sententiam reportauit, quare si non contrariam sententiam reportauerit, videtur obtinuisse, & ita erit arg. pro aduocatis qui faciunt pactum cum clientulo, vt si obtinuerit, det ei c. si non, det L. Si post fiat transactio, videbatur quòd nec succubuerit nec obtinuerit: sed contra. est hic arg. quoniam cùm contrariam sententiam non reportauerit, videtur obtinuisse, & ita poterit petere tota c. L. 6.

IPSE *significas difficile.* id est, impossibile. *Tibi accusare permittat.* Ergo si habuit instrumenta suspecta, & transegit, videtur & de re, & de falsitate transegisse: secus si nesciuit vel non credidit falsa, quia & transactio ex talibus instrumētis facta poterit retractari: vt s. de transact. si ex falsis. Idem tamen est si accusatur de falso ante sententiam. Lata enim sententia si non fuerit appellatum, de crimine videtur sopita quæstio, vt s. de fid. inst. l. vlt. L. 7.

SI *falsos, quòd se illis negent vti.* In falsa autem moneta si aliquis eam percussit, non tamen formauit, ex pœnitentia absoluitur, vt s. eod. qui falsam. sic & s. ne tuto. vel cur vecti. condu. l. 1. L. 8.

SI *docueris interuentu indulgentiæ.* Sc. quia filius natus erat imperatori, vel quia hostes suos deuicerat: aboleuit enim omnes accusationes tunc factas, licèt criminalis quæstio sublata sit, ciuiliter tamen agi poterit: nec intellige quòd impetrata fuerit abolitio, quia tunc secus esset, vt j. de abol. l. 1. & 2. L. 9.

CVM *suppositi partus.* Et quantum ad hoc pertinet, priuata est accusatio, aliàs publica, vt ff. eo. l. lege. & in summa. *Apud rectorem prouinciæ.* Hoc enim pertinet ad merum imperium, nec magistratus de morte cognoscit, vt ff. de iurisd. omn. iud. l. magistratus municipalis. *Instituta accusatione.* Sine temporis præfinitione, vt ff. eod. qui falsam. §. vltim. L. 10.

SI *lis pecuniaria.* Principalis. *Ciuiliter.* Criminaliter enim non possent, quia apud eum tantùm possunt qui habet merum imperium: hi autem non habent, quia pedanei sunt iudices qui humiliora negotia disceptant, vt s. de pedan. iud. l. vlt. fortè magistratus municipalis, vel defensor ciuitatis, qui pœnam istius legis non possunt imponere, vt ff. de iurisd. omn. iud. magistratus. L. 11.

L.12. QVERELA. *Sicut cætera quoque ferè crimina.* Non tolluntur, sed imperiali præscriptione. Vel dic tolluntur præscriptione xx.ann.& tunc generale erit quod hîc dicit Fallit tamen in crimine adulterii, quia quandoque post quinquennium tollitur, quandoque post sex menses, vt s. ad l.Iul.de adult.ita nobis.& l.adulter. & in aliis legibus illius tit. Fallit etiã in crimine peculatus, vt j. ad l.Iul peculatus.l. peculatus. Præterea hæres extraneus post quinquennium nõ potest accusari quòd aduersus S.C. testamentum aperuit eius qui à familia occisus dicebatur, vt ff. ad Silan.in cognitione. Fallit etiam in actione iniuriarum, quia ibi sufficit: & hoc est cùm scit falsum, & non accusauit: si verò falsum ignorauit,& ideo non accusaret, nõ currit præscriptio, nisi negligentia possit ei imputari, vt s. de anna. except. l. vlt. Et certè si velim de falso criminaliter agere, habet locum quod hîc dicit: si verò ciuiliter excipiendo, non finitur aliquo tempore, vt ff. de dol.exc.purè.§.vlt. si verò velit agere de falso ciuiliter actione in factum, vt ff. eo. qui nomine prætoris. tollitur vsque ad xxx.ann. vsque ad quem terminum omnes personales actiones positæ sunt, vt s. de constit.pec.l.2.

L.13. *In vul. co. hæc l. est 14* EVM *qui celauit vel amouit.* Vt ff. eo. qui testamentum. *Testamentũ.* Quid si aliud instrumentum? videtur quòd non teneatur, l. Corn. de fal. Si tamen corrupit vel deleuit, ita quòd non appareat veritas, siue sit testamentum, siue aliud instrumentum, locum habet lex Corn. & accusari poterit, vt ff. eo. Paulus. Ergo si subripiatur quodlibet instrumentum, non habet locum ista accusatio, sed pro quolibet delicto locum habet.

L.14. QVI *veluti.* Planum est.

L.15. SI *creditor,* &c. Quidam voluerunt ponere casum huius l. per l. ff. de fid.instrum.repetita.sc. quando posterior creditor fecit scribi vt esset prior, & ita posset vendere: domino tamen meo videtur ponendus è conuerso, quando sc. prior creditor collusit cum debitore in perniciem emptoris, & ita fecit se scribi posteriorem, hoc enim non præiudicat emptori quasi esset posterior, quia veritas debet præualere. Creditor verò qui hoc fecit, obligat se l. Cor. de fal. vt dicit, & ideo sic ponit, vt bene sedeat quod dicitur in litera, & tibi nihil officit, &c. Si enim alio modo poneres, quomodo per ea quæ dixi, vellet nocere emptori? imò potiùs proficere.

L.16. DE FIDE. *Duplex.* Quia habet quis potestatẽ exercendi vtranque viam. *Persequi non potes.* Vt ff. de publ. iudic. l. pen. *Disceptatione tamẽ priuata.* Quare dicitur priuata? quia accusatio falsi publica est & cuilibet competit: aliud in ista priuata, quia hæreditatis petitio datur mihi soli.

1 *Fides ex quibus firmatur.*
2 *Vsucapio quid.*

L.17. SICVT FALSI. *Firmari non potest.* i. institui, ex quibusdam tamen firmatur fides, ex auctoritate, diuitiis, bona fama, quia 1 nulli inimicus, vt ff de testib.l.2.& 3. Sed si aliquis electus fuerit decurio, & non rectè, perceptione salarii vel similibus, non fit decurio: vt ff. de decurio. Modestinus. Idem si quis non rectè prætor fuerit factus, non enim

solo

solo tempore firmari potuit,vt ff.de off.prӕt.Barbarius. & regula iuris dicit,quia quod ab initio non valet, tractu temporis conualescere non potest:& alia quӕ à principio fuit inutilis stipulatio, tractu temporis non conualescit.Tempus tamen cum aliis bene operatur quòd aliquis remoueatur exceptione , vt in prӕscriptionibus quӕ inductӕ sunt contra negligentes. Prӕterea tempus non operatur quòd habeã dominium nisi cum titu.& bona fide.vnde ita definitur vsucapio : V-2 sucapio † est adiectio vel acquisitio dominii per continuationem possessionis tempore lege definito.*Non euanescit.* Quia quod semel est verum,semper erit verum:si semel fuisti hӕres,semper eris,nisi negligẽtia repellaris.*Si priùs cӕteris indiciis*,&c. Et sic à quӕstionibus non est incipiẽdum,nisi prӕcesserint indicia:vt j.de quӕstionibus. l.1. & peruenitur ad quӕstiones in pecuniaria causa si prӕcedant indicia, vt dixi,& aliter veritas inuestigari non possit, vt ff.de quӕstio.diuus.

EX *initio iusta possessio non paratur.*Nec obstat s.eod. querela. vt per ea quӕ ibi notaui,videre potes,quòd obstat prӕscriptio in accusatione,non in actione,vt ibi sciebat,hìc ignorabat, & desidibus currit prӕscriptio. L.18.

ETsi *ad te*,&c.Quӕdam mulier prӕdia donauit, postea Seius falsum instrumentum fecit,in quo continebatur quòd Titius ei donasset,vel etiam ipsa mulier primò quàm Titio: postea instigauit mulierem,vt sibi subscriberet,quӕ ignara subscripsit:ipsa mulier non accusat,quia in rem suam non est,sed Titius.*Etiam atque etiam*.i.Iterum atque iterum. L.19.

NEC *exemplum ed.precum.* Exemplum enim precum continebatur in rescripto sic,Insinuauit nobis talis,&c.Vnde si sic rescribendo erratum sit in nomine petentis rescriptum, non ob hoc moratur cognitio iudicis,nec accusari poterit de falso, cùm non dolo fecerit, debet enim iudex pro tenore veritatis procedere, etiamsi in scripto ponatur falsum,vt s.si contra ius vel vtil. prӕscriptione. & l. & si non cognitio. L.20.

1 *Decurio non subiicitur tormentis.*
2 *Difficile est vnum hominem vicem duorum sustinere.*

SI *quis decurio scripserit voluntatem.*Tunc erat tabellio, postea factus fuit decurio. *Si falsi quӕstio.*De instrumento quod fecit decurio. 1 *Honore seposito.* Aliàs decurio habet priuilegium ne †subiiciatur tormentis,vt j.de quӕstio.nihil.& decurio. *Sed non statim desinit esse decurio.*Er ita fungitur vice duarum personarum,licèt difficile sit†vt vnus 2 homo vicem duorum sustineat,vt ff.de pact.si plures.*Si ita res poposcerit*.i.si non habeat testes qui declarent veritatẽ, tunc enim torquetur tabellio.*Per ipsum debet probari auctorem.* Sed ad hoc videtur contradicere quod dicitur j.auth.de hӕre.& Falc.§.1. dicit enim tabulariis solis non esse credendum:sed illud intellige si adsit testium prӕsentia, sin autem non adsit,vt hìc,bene creditur ei, & declarabitur per eum veritas instrumenti,vnde dum superest,non est locus comparationi literarum,vt j.auth.de instrumentorum cau.in fine. L.21.

1 *Actori solum incumbit probatio.*
2 *Iudex quaedam in iudicando ponderare debet.*
3 *Relationes quaedam voluntariae, quaedam necessariae.*

L.23. VBI *falsi examen inciderit.* B. voluit inhærere significationi huius, & posuit quando ciuilis erat causa principalis, & producebatur instrumentum quod dicitur falsum, & ita incidebat quæstio hæc principalis, sed domino meo non videbatur esse facienda vis in verbo: si enim esset incidens, ad quid diceret, acerrima fiat indagatio, & multa alia quæ sequuntur in litera, nec enim esset ibi pronunciandum nisi per consequens, vt s. de ord. iud. vnde propter hoc non videtur ei incidēs. *Acerrima.* Quia fit per torturam, vt s. eo. si quis decurio. *Testibus.* Quia fortè aliquis accusabatur de falso, & dicebatur quòd falsum scripsit, aut fecit scribi instrumentum tali die & loco. Alius fortè in eodē die vidit eum in alia prouincia: & ita inducuntur pro eo isti testes, ne falsum sit instrumentum. *Scripturarum collatione.* Si enim dicatur falsum, quia notarius de quo continetur ibi, non fecit, respiciuntur alia instrumenta de quibus certum est quod ille notarius fecit, & ita fiet collatio, i. comparatio literarum, sed tunc habet locum quando non superest tabellio, vt in summa illius tituli si certum petatur, & notaui in lege superiori prox. *Aliisq; vestigiis.* De priuatis instrumentis: inducuntur enim priuata instrumenta ad hoc quòd instrumentum scriptum sit in alia prouincia, quā in ea de qua dicit accusator, sicut de talib. priuatis scripturis habuimus. s. de prob. instrumenta. Vestigium quandoq; ponitur pro exemplo, quandoque pro semita, pro exemplo, vt ff. de acq. pos. l. 1. *Nec accusatori, &c.* Videtur hoc contra regulam. s. de edend. qui accusare, vbi actori † solùm incumbit probatio. Sed regula illa fallit in 1 crimine læsæ maiestatis, oppugnatæ patriæ & peculatus, vt j. de abolit. fallaciter. Fallit & hic in crimine falsi, vbi accusatori & reo, quòd vnus affirmat & alius negat, incumbit probatio, sed priùs actori quàm reo, vt j. eo. l. vlt. *Diuulget quæ sentiat.* Sicut faciunt quidam leues iudices, & etiam alij homines, qui quicquid venit ad os, proferunt: quod in iudice reprehendendū est, non enim ad quamlibet rationē debet dicere, benè videtur iste absoluendus vel condemnandus. id enim nō est constantis & recti iudicis, vt ff. de offic. præ. obseruare. §. vlt. debet enim omnia diligenter auscultare, & æquè † ponderare in animo suo, 2 nec interloquuta citò, vel diffinire aliquid, sed in principio debet esse tanquam iudex cui mandata est sola causæ cognitio. & cognito de causa in principio, in medio, & in fine, vt s. de iudic. authent. ad hæc. refert ad delegantem, vt in eo pronunciet. sicut enim ille non debet aliquid dicere, ita nec iste in princip. sed audire solùm, vt dixi: & post in fine ferre sententiam. Præterea potest esse quòd nedum voluntaria sit relatio, sed etiam necessaria, vt facit legatus proconsulis cùm res maiorē exigit † animaduersionem, vt s. de offi. proc. solent. & l. si quid. *Compen-* 3 *dioso spatio.* scil. biennij, vt j. vt intra cert. temp. l. vlt. hoc quoad instantiam iudicij, sicut dicit lex in causa ciuili, s. de iudic. properandum, in princip. & in fin. *Quem.* Finem. *Cuius.* scil. spatij vel finis. *Auspicio.* id est, initio. *Contest. accus.* id est, lite contestata apud iudicem compe-

tentem, qui scilicet, habeat merum imperium. *Capitali, &c.* Si sit seruus: sin autem sit liber, debet deportari, vt ff. eod. l. 1. §. vltim. Vel fortè restringendum est quod dicit de capitali supplicio ad rescripta, vt §. eod. maiorem.

DAMVS. *An ciuiliter.* Et ita est contra quosdam qui dixerunt, cùm agitur de falso, quòd priùs criminalis quæstio agitetur & finiatur, post ciuilis, vt notaui. §. de fid. instrum. l. 2. *Per sententiam terminata.* Vt differatur, vel fortè loquitur quando obiiciebatur crimen falsi causa morandæ solutionis: tunc enim prius ciuili quæstione terminata, salua remanet criminis indagatio, vt §. eod. satis. *Instituere.* i. opponere. *Legibus.* i. secundùm leges. *Possit vlcisci.* Lenior ergo procedet examinatio in quæstione ciuili quàm in criminali, quia in criminali grauior pœna imponitur. L. 23.

1 *Instrumenti fides quibus rationibus suspecta redditur.*

PRÆBEMVS. *Qui scripturam obtulit.* Ipse enim debet probare verum instrumentum, vt §. de probat. iubemus. Si suspectum fuit instrumentum, quia aliquid est deletum in eo, vel fortè quia is qui cum obtulit, erat homo malæ vitæ & conuersationis, & talis de quo esset credendum facilè quòd tale crimen committeret, vnde faciebat dubium instrumentum, vt ff. de edendo. si quis ex §. 1. aliàs enim præsumeretur pro instrumento, nisi probaretur contra, sicut dicitur in edicto D. Adriani, si testamentum appareat non cancellatum, non vitiatum, aut in aliqua parte sui abolitum, vt §. de edict. D. Adr. l. vlt. & præterea in alio instrumento loquitur §. de probat. cum precibus. L. 24.

DE HIS QVI SIBI ASCRIBVNT IN testamento. TIT. XXIII.

QVANQVAM. *Functus dulci officio* Quia omnia quæ acquirimus eo voto, &c. vt ff. de inof. test. non sicut vnde liberi scripto, secus est in patrono: non enim ita debetur ei hæreditas liberti, sicut filio patris, vt ff. ad l. Corn. de fals. si quis. §. si patronus. L. 1.

SI TESTATOR. *Non videris in pœnas.* Distinguit tamẽ lex vtrum filius vel seruus an extraneus scripserit testamentum: si extraneus, & specialiter subscriptio facta, pœna cessat, & capi potest quod scriptum est, si sit filius vel seruus, siue generaliter, siue specialiter subscribat testator, cessabit pœna, & capi poterit quod relictum est, vt ff. ad l. Corn. de fal. l. 1. §. inter filium & seruum. Sed & filius excusatur à pœna propter iussum: caret tamen legato, extraneus autem non excusatur propter iussum, nisi ignorantia, aut rusticitate, aut malitia, vt §. eo. *Dictasse & scripsisse.* Aliàs solum dictamen non auferret, vt §. de testamentis. l. dictantibus. L. 2. L. 3.

In veteribus deest lex Qua in constantio. 4.

SENATVSCON. Planum est.

QVOD. Pro quia. *Magis errore quàm malitia.* Et ita ex qualitate personarum præsumitur dolus, vt ff. de tralact. cùm hi. §. in persona. L. 4.

SI LIBERTATEM. Planum est.

DE FALSA MONETA.

TIT. XXIIII.

1 *Nemo exhiberi debet, nisi iussu præsidis.*
2 *Ignorantia excusat à pœna.*

L.I. QVONIAM NONNVLLI. *Huiusmodi homines inquirendi.* Et ita speciale est, quia aliàs non requiritur quis † nec debet exhiberi nisi iussu præsidis, vt s. de exhib. l. vlt. *Facti conscios.* Speciale est hic, quia aliàs non interrogatur quis de socus: vt s. de accusa. l. vlt. *Immunitatem permit.* Quia non tenetur de calumnia in hoc crimine, & ita speciale est. *Appellandi etiam, &c.* Speciale est hic quòd non licet appellare. *Ad competentes iudices.* Ad magistrum militum, vel si clericus est, ad episcopum. *Ante ignorans.* Et ita ignorantia † excusat à pœna, sic s. de incest. nupt. l. qui contra legum. *Supplicio capitali.* s. ea. l. pen. dicit quòd debet comburi. *Fuerat inferendū.* Si esset maior, & eius esset possessio.

1 *Capitalis pœna quæ dicatur.*

L.2. SI QVIS NVMMOS. *Et præmio accusatoribus, &c.* Remunerabitur enim liber in pecunia pro arbitrio iudicantis, arg. ff. de iure fis. edicto. §. extat. Si verò fuerit seruus, libertati dabitur, vt s. quib. cau. ser. pro præ. l. pen. *Solidorum aureorum.* XII. enim continebant aureum. *Flammarum exustionibus.* Secus si partim abrasit aurum, partim tinxit, tunc enim non imponitur tanta pœna, sed deportationis, vt ff. ad l. Cornel. de falsis. quicunque. Sed videtur contra. s. eod. l. I. sed siue caput amputetur, siue comburatur, siue deportetur, est † capitalis pœna. Vnde cùm fabricatus esset falsos Bononinos, dixit Io. quòd mollis esset circa pœnas magis quàm asper: dixit enim eum deportandum, & ita intellexit legem primam: alij quòd combureretur, vt hic dicit. Sed ipse intelligebat legem istam in moneta Imperatoris quæ aurea est: vel dic quòd comburatur, sed magis durum videbitur.

L.3. SI QVIS. Scil. priuatus, quia vniuersitati rescripto imperatoris permittitur, vt in quibusdam priuilegiatis ciuitatibus in quibus fit moneta, maximè si dicat, non obstante tali lege.

DE MVTATIONE NOMINIS.

TIT. XXV.

L.I. SICVT LIBERA EST. Quia potest imponere nomen quod velit, Petrum vel Ioannem. *Innocentibus.* Si autē fraudulenter mutauit, vt s. creditores sui non possint eum conuenire, vel simili de causa, punitur tanquam falsarius, si sit liber, vt ff. ad l. Cor. de fals. l. falsi nominis. In seruo autem semper præsumi-

sumitur fraus: vnde nullo modo licet ei nomen mutare. *Periculosa non est.* Quia poterunt mutare, vt vocetur sic Henricus, vel sic.

AD LEGEM IVLIAM DE AMBITV.

TIT. XXVI.

NVLLVS. *Semel gesta sufficiant.* Excipit de defenso. ciuita. circa fi. quia si eligatur quis ad officiũ in quo prius fuerat, omnibus consentientibus toleratur: fallit etiam in assessore, vt s. de assesso. liceat. Item fallit ff. de offi. proc. l. antepen. Vel intellige sex fascibus, i. sed mensibus durat eius imperium. L. 1.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

TIT. XXVII.

1 *Vnius pœna, multis metus esse potest.*
2 *Manipula quid, & cur ita dicatur.*

VT *vnius pœna metus possit esse multorum.* Et ita exacerbabitur pœna hîc, vt quibusdam nimium grassantibus metus possit esse multorum, vt ff. de pœn. aut facta. §. vlt. nec cōtra. est s. de pœn. sancimus. Ibi enim dicit quòd non vltra debet progredi metus, quàm reperiatur delictum. Sed glossa, metus, i. pœna quę debet timeri: illa enim vltra progredi non debet, &c. metus tamen 1 quandoque vltra progreditur, nã pœna vnius † multis potest esse metus. *Ad prouinciam quam, &c.* Ibi enim punitur crimen vbi quis deliquit, vt s. vbi de cri. agi opor. & tit. vt om. iu. tam ciui. quàm milit. & vbi rat. pub. ag. *Cum custodia compet.* Hoc intellige quando conuenitur elapso tempore l. dierum. Intra enim illud tempus caperetur tanquam vilissimum mancipium, vt j. auth. vt iudic. sine quoquo suffra. §. si quis. & notatur in tit. vt omnes tam ciui. quàm milit. intellige ergo elapso tempore. Vel dicas hoc emendari per auth. quia non cum custodia cōpetenti ibit ad illam prouinciam, imò capietur tanquam vilissimũ mā- 2 cipium, vt dictũm est. *Manipula.* Ideò ita dicta, quia † ipse colligit, & iudex accipit quasi manipulos, sicut in agris fieri consueuit. *In quadruplum.* Vt duplum spoliatus accipiat, duplum fiscus, vt s. de assess. l. 2. & hoc cùm non poterat imputari ei qui dedit, sua turpitudo: si enim posset, totum amitteret, & fisco applicaretur. L. 1.

SCIANT. *Aut ab hæredibus suis.* In eo quod ad eos peruenit. aliter nõ teneretur nisi lis priùs contestata fuerit cum defuncto, vt tunc in solidum teneretur infra annum: vt s. ex delict. def. in quantum hæredes: & ff. eod. l. 2. quidam tamen dixerunt quòd intra annum tenetur, etiamsi nihil ad eũm peruenit. Io. contra, imò tantùm tenetur de eo quòd ad eum peruenit intra annum, cùm molliores debeamus esse circa pœnas. L. 2.

L.3. OMNES. *Etenim priuatarum quoq; litium.* i. priuatorum, non dicit ad differentiam publicarum litium. *Subire sacturam.* In quadruplum, vt s.l.1. Præterea poterit accusari, & ita subibit pœnam capitalem pro qualitate delicti, vt ff. eo. l. pen. & antepen.

L.4. IVBEMVS. Videtur contra regulam generalem, vt nemo inuitus agere vel accu. sed ista iussio potius continet hortamen quàm necessitatem: vnde expone atque pro, id est. *Concussus.* Quia fecit ei timorem si præstiterit ei pretium. *Vel administrante eo.* Videtur contra. ff. de in ius vocand. l.2. Dic quòd illud generale fallit quando deliquit quis in officio suo opprimendo subiectos, vel simile faciendo, vt hic dicit. Fallit & in alio casu, vt quando pro furto conuenitur magistratus, vt in auth. vt iud. sine quoquo suffr. §. si quis. Si verò aliàs conueniretur, vel quia detinet rem tuam, rei vindic. vel aliter, non posset, vt in illa l. dicitur: ita etiam si maior sit magistratus: minor autem etiam dum est in officio potest, vt ff. de iniuriis. nec magistratus. & ff. de iud. in græco, pars literarum.

In illa lege græca, Pars literarum.

L.5. VNVSQVISQVE. *Gynecio.* i. cœtui mulierum quæ destinatæ erant ad sericum, vel aliud propter vtilitatem publicam.

L.6. SANCIMVS. *Et licèt neminem diuini timoris, &c.* Nota quia neminẽ arbitramur diuinum timorem contemnere, & ita de quolibet credẽdum est quòd verum iuret: sed credulitas ista est talis, qualem debet habere quilibet bonus vir de alio, non secundùm quam debet iudicari, nam & si sacramento semper traderetur, omnes decurrerent ad sacramentum, & oneribus actionum se liberarent: vt ff. de iureiur. l.3.

DE CRIMINE PECVLATVS.

TIT. XXVIII.

L.1. IVDICES. *Publicas pecunias.* Intellige ciuitatis Romanæ: nam publica appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit, vt ff. de verb. sig. eum qui vectigal. Si verò esset subtracta ciuitati, aliud esset, quia teneretur fur ti, non crimine peculatus, vt ff. de furt. l. ob. pecuniam. *Capitalis animaduersione.* Non intellige de deportatione, sed de pœna grauiori, s. capitis, & hoc potest probari per hoc quod dicitur inst. de pub. iud. §. pen. nam ibi dicit quòd iudex qui pecuniam publicam subtraxit, capitali animaduersioni debet subdi: alij verò debent deportari, & per hoc videtur quòd pœna quam imponit iudici, non sit deportatio.

DE CRIMINE SACRILEGII.

TIT. XXIX.

L.1. QVI DIVINÆ LEGIS. Restringe ad articulos fidei, si ita intelligeres, quia in lege diuina prohibetur ne quis furtum vel adulteriũ committat, vnde si aliquis fecerit contra, tenebitur de crimine sacrilegij, videretur secũdùm verba

istius

istius legis, sed non ita est, vt s. dixi. *Sacrilegium committunt.* Et ita accusantur de sacrilegio, est autem sacrilegium, quando sacrum de sacro aufertur. non autem si non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro secundùm nos: aliàs secundùm Decretistas, vt ff. ad l. Iul. pecul. diuus. & de pœnis, aut facta. §. locus.

DISPVTARI. *Quem elegerit imperator.* Nam quod facit imperator, praesumitur bene factum, licèt aliàs non ita posset stare: vt ff. de re iudic. quidam. & not. s. de inoff. test. si quando. L. 2.

NE QVIS. *Sine sacril. &c.* Fallit quod hîc dicitur, in assessore procuratoris Cæsaris, quia eiusdem ciuitatis bene potest fieri, vt ff. de assess. l. vlt. secus in assessoribus praesidis. vt ff. quib. ex causis ma. si cui. item fallit in praetore, vt s. de off. praesid. l. vlt. L. 3.

DE SEDITIOSIS ET HIS QVI PVBLICE, &c.

TIT. XXX.

SI QVIS. *Sus ipere plebem.* Vel castrum, vel villam. *Multam grauissimam.* Quam mortem interpretamur, vt ff. de pœnis, vltimum. L. 1.

IN NVLLIS. *Subdendos autem hos pœnis.* Scil. capitalibus, vt s. de his qui ad eccl. denunciamus. ita est cùm fit in aliis ciuitatibus quàm Roma. si verò fiat Romæ seditio, crimen læsæ maiestatis committitur, vt ff. ad l. Iul. maiest. l. 1. L. 2.

QVANDO CIVILIS ACTIO CRIMINALI praeiudicet. TIT. XXXI.

1 *Quoties vna via pro iniuria agitur, ad aliam non datur regressus.*
2 *Quando post ciuile iudicium criminale intentari potest, & econuerso.*
3 *Satisfacto ciuiliter, criminali praeiudicatur.*

APLERISQVE *prudentium gene. definitum est.* Et ita obseruatur pro lege: vt instit. de iure naturali. & j. ea. l. dicit hoc seruandum quotiens de re familiari agitur. i. propter rem familiarem: quia si aliquis mihi subripuit, actio furti competit ad pœnam quadrupli vel dupli, furti manifesti vel non manifesti, quæ s. pœna non est de re familiari. i. de re quæ mea fuerit: & ita non est de re familiari. i. ad rem familiarem, sed propter rem familiarem quæ mihi abest vel abfuit, datur actio furti, & ita intellige de re familiari sine occasione rei familiaris. aliud est quando datur actio non de re familiari, quòd aliquid absit de patrimonio, sed quia fit iniuria. si enim ibi agat vna via, scilicet ciuiliter vel † criminaliter de iniuria, non superest alia, vt si dicatur homo iniuria occisus, post priuatū iudicium non debet dari actio: vt ff. de iniur. praetor. §. 1. & l. post senatusc. idem in actione quæ competit contra libertum temerè vocantem patronum in ius. ergo ista regula locum habet in actione rei familiaris. secus in ea quæ prodita est ad vindictam, vt dixi. habet etiam locū L. 1.

in aliis quæ hic ponit per exempla, sed ei quod dicit de actione furti, videtur contra.ff de fur.interdum.§.qui furem deducit. P. dixit quòd regula ista locum habet cùm agitur criminaliter publico iudicio. potest enim † post intentari ciuile, vel econuerso.vnde & si agatur.l.Flauia de plagiariis pro seruo subrepto vel exportato, non præiudicatur ciuili actioni, vt hic dicit.secus si criminaliter agatur priuato iudicio, vt ibi.Io.contra, quia siue de priuato agatur siue de publico crimine, locum habet regula, loquitur enim simpliciter, si obiiciatur lex de furtis, respon.sicut fecit R.quia ille qui furem deduxit ad præfectum, extraordinariè voluit eum puniri.si ordinariè, nō prohiberetur ciuiliter vel criminaliter agere. sed cùm extra ordinem fuerit pœna imposita, non potest vltra procedere. licèt ergo locum habeat in priuatis delictis vel publicis, speciale tamen est in quibusdam, vt satisfacto ciuiliter, criminali † præiudicatur: vt j. de crimine stellionatus, s. ne tutor vel curator, vt ff.ad l.Iul.de adult.si adulterium.§ idem. *Et ciuilis & criminalis competit actio.* & ita dictione, semel posita, tenetur propriè & impropriè: vt notari consueuit. ff. de offic. procon.l.2. *Nec si ciuiliter, &c.* Videtur contra.s.de ap.l.1.Respond.quia ibi non erat quæstio an præiudicetur ciuili per criminalem: sed erat quæstio vtrum primò criminaliter ageretur, an non.hoc est verum primò debeat cognosci de possessione per interdictum vti possideris, quàm de violentia. & dicit quòd de possessione. nec obstat. s. ad l. Iul. de vi pub.si quis.quoniam quod dicit ante omnia, intelligendum est antequā de dominio agatur. non dicit ꝙ ante debeat ciuiliter vel criminaliter agi. *Criminalem posse cōsum.* Ideo dicit, quia si actū est ciuiliter, nihilominus criminaliter poterit accusare, vel econuerso.sed tamē dum vnū intentatur, de alio agi non poterit, vt sic simul vtrunque exerceretur iudicium: vt ff.de pub. iud.l.4.& vi bon.rap.l.2.§.1. *Et suppresso.* hìc est.§. *Et cùm libertus.* hìc est. §. *Quam etiam lege Visell.* Ista tamen accusatio non habet hodie locū. locū.vt not.s.ad l.Visell. *Quo in genere.* hìc est.§. *Non possunt facilè.* vt ff. de verb.sig.nepos Proculo. *Retractari.* i. iterum tractari.non intellige rescindi.

DE CRIMINE EXPILATÆ HEREDITATIS.

Tit. XXXII.

1. *Crimen expilatæ hereditatis, quando locum habet.*
2. *Possessio quandoque solo visu apprehenditur.*
3. *Compensatio in quibus locum habet.*

L. 1. EXPILATÆ *quidem. Quando.* Aliàs quoniam.& potest esse illud quoniam ratio quæstionis, vel etiam responsionis. quæstionis, quia ipse respexerat arcam communem. & viderat quæ in ea erant, & tradidit cohæredi suo claues. per hoc videtur quòd agi non possit expilatæ hereditatis. vel meliùs dic ꝙ est ratio responsionis, quia crimen expilatæ † hereditatis locum habet nondum adita hereditate, vel adita, nondum tamen possessione apprehensa: vt ff.eo.l.2.sed hìc erat adita, & possessio fuerat apprehensa, quæ solo

2 solo visu + quandoque apprehenditur: vt ff. de acqu. poss. l. 1. §. pen. & l. quod meo. §. si vendi. & not. s. de dona. l. 1. præterea alia potest esse ratio, quia illud crimen locum habet deficiente alia actione. hic competebat actio famil. ercisc. vel communi diuid. vt s. famil. ercisc. aduersus.

3 *Non oportuit.* i. non erat opportunum, quia compensatio † non habet locum nisi in his quę pondere, numero vel mensura consistunt. dicitur enim compensatio quasi communis hinc inde pẽsatio. sed in his, cùm sint species quæ ponderari non consueuerunt, non admittitur compensatio. generale est enim quòd quantitatis ad quantitatem fiat compensatio: vt ff. de pig. si conuenerit, nec obstat. s. de compensat. l. vltim. quia illud intelligitur quando desiit res esse. si enim posset præstari res nunquam fieret compensatio speciei ad quantitatem.

EXPILATÆ *hereditatis. Aduersus vitricum.* Nec enim est iste pater nisi vitricus. L. 2.

SI AVI. *Aduersus nouercam.* s. vxorem patris tui. secus si vxor esset aui. nam contra eum furti agi non potest, vt prox. l. sequente. ergo nec crimine isto. L. 3.

ADVERSVS. *Socia rei humanæ.* Quoad promiscuum vsum. & ita distinguitur matrimonium, & quia sortitur forum ex persona mariti: vt ff. ad municip. de iure. *Atque diuinæ domus.* Ideo dicit, quia si vnus esset Iudæus, alius Christianus, non posset esse matrimonium inter eos: vt s. de Iudæis, ne quis. *Intendere non possunt.* Vt s. de furt. quamuis. L. 4.

OSTENTV. Planum est. L. 5.

EXPILATÆ *hereditatis. Loco deficientis act.* Pro crimine competentis, aliud in aliis quæ alia ratione competunt, quia sic nunquam posset intentari, cùm semper competat rei vendicatio, vel ad exhiben. vt notauimus. s. famil. ercisc. aduersus. & s. eo. l. 1. patet ergo quòd pro crimine isto competit actio, cùm dicat, loco deficien. act. & ita agi poterit ciuiliter & criminaliter: & punitur quis pro isto crimine extra ordinẽ: vt ff. eo. l. diuus. nec habet locum actio furti: vt ff. de furt. hereditariæ. neque constitutio, cùm quærebatur, quia loquitur quando quis alicuius possessionem vacantem ingreditur. hic nullius erat. Item bene videtur quòd istud crimen competat ad restitutionem rerum faciendã, licèt P. dixerit ad pœnam tantùm. L. 6.

DE VI BONORVM RAPTORVM.

TIT. XXXIII.

VI BONORVM. *Potius.* Electiuè ponitur, non comparatiuè. *Ad mobilia.* Quid in immobilibus? præstò est interdictum vnde vi: vt ff. de vi & viarm. l. 1. constitutio autem, si quis in tantam. locum habet in vtrisque: vt instit. eo. §. quæ non solùm. & s. vnde vi. si quis in tantam. L. 1.

SI RES. *In quadruplum.* Et in eo quadruplo cõtinetur persecutio rei: vt inst. eo. in prin. L. 2.

RES OBLIGATAS. *Non rem licitam.* Aliud si conuenisset: vt s. de pig. l. 3. L. 3.

L.4. De his. Planum est.

L.5. Sive negotiorum. Planum est.

DE CRIMINE STELLIONATVS.

Tit. xxxiiii.

L.1. Improbum. *Si oblato omnibus debito, &c.* Aliud est in lege Cor. de fal. quia si quis falsos cōposuerit codicillos, & pœniteat dicens se eis nolle vti, nihilominus poterit accusari, vt s. ad l. Cor. de fal. si falsos. secus tamen est in quibusdam criminibus: quia si quis velit satisfacere ante accusationem, post non poterit accusari, vt hîc. & ad idem induci posset lex illa, si falsos, in eo qui falsum non est machinatus. ad idem est. s. ne tut. vel cura. vectigal. & ff. ad l. Iul. de adult. si adulterium. §. idem. vnde generale est quod s. dicitur quando ciuilis actio, vt licèt agatur ciuiliter, nihilominus criminalis intentetur. fallit hîc & in aliis casibus, sed tamen hîc non erat actum, nec enim voluit expectare donec ageret, imò ante soluit. & ideò tali pœna definit esse obnoxius.

L.2. Si pater. Planum est.

1 *Stellionatus vnde dicatur.*

L.3. Stellionatvs. Sicut actio de dolo datur deficiente ciuili auxilio, ita crimen stellionatus deficiente accusatione. & dicitur † stellionatus ab animali vario, vt in summa, in princ. ita enim huiusmodi deceptores varia promittunt, vnde tenentur hoc crimine: vt ff. eo. l. 3. Publica non habetur. tunc enim cuilibet de populo permitteretur accusare, si esset publica, vt inst. de pub. iudic. l. te spond. 1

L. 4. Ignominia. *Quasi anteriorem.* Quia facit scribi in instrumento quòd alius erat prior qui est posterior. *Sententiam relaturum.* In primo casu ad crimen stellionatus, in secundo, ad l. Corn. de fal. vt s. ad l. Corn. de fal. si creditor. & ff. de fide instru. repetita.

DE INIVRIIS.

Tit. xxxv.

L.1. Nec servis *quidem, &c.* Potest legi, vel ipsi faciant, vel quòd fiat eis. & si fiat nomine eorum, dabitur actio iniuriarum: & infamis erat ille qui iniuriam fecit, si sit condēnatus: vt s. de his qui not. infa. l. iniuriarum. videbatur contra, quia serui quoad ius ciuile pro mortuis reputantur, vt ff. de reg. iu. quod attinet, & possent hîc notari omnia quæ continentur in summa in illo §. item patimur.

L.2. Iniuriarvm. *Duplici ex causa.* Id est nomine tui, & vxoris, maritus enim pro iniuria facta vxori agere potest, licèt non econuerso, vt instit. de iniur. præterea pater pro filio, vt hîc dicit. nam & patris procurator præfertur filio, vt ff. eodem. sed si vnius. §. procuratorem. ita est

est cùm filius inuitus passus est iniuriam, secus si volens. nam tunc habet nomine suo tantùm, non filii: quia nulla fit iniuria in volentem: vt ff. eod. l. 1. §. vsque adeo.

SI *non es nuntiator.* Verborum. si esset nunciator, non videtur iniuria facta: & ideo agi non posset iniuriarum: vt ff. eod. eum qui nomine. L. 3.

ATROCEM. Planum est. L. 4.

1 *Qui calore accensus est, non habet animum delinquendi.*

2 *Actio iniuriarum vtrum anno tollatur.*

SI *non conuitij probare potes.* Vt quia ludebat ad scacos, & dixit ei verbum quòd aliàs esset iniuriosum, sicut fieri consueuit in ludis talibus. tunc enim cùm non fecerit animo iniuriandi, à calumnia defenditur. & sic hoc modo probatur negatiua: vt habuimus & notauimus s. ad leg. Corn. de sic. l. 1. *Si in rixam.*. Hic est §. vel versiculus. *Inconsulto calore.* Tenetur ergo si aliquid dixit iniuriosum inconsulto calore: anno verò transacto conueniri non potest, vt hîc dicit, sed videtur cõtrà, quia dum calore accensus † est, non facit vel dicit animo delinquendi, & ideo non tenetur, nisi perseuerauerit: vt ff. de reg. iur. quicquid calore. sed dic quòd perseuerauit in calore, vel illud locum habet in aliis, non in iniuria. licèt enim fiat calore iracundiæ, nihilominus tenetur quis iniuriarum, arg. ff. de pœnis, aut facta. §. causa. *Annuo tempore,* M. dixit hanc † actionem quandoque non tolli anno: vt cùm competit ex leg. Corn. vt ff. eo. l. lex Corn. quia tunc ciuilis est, & sic perpetua, cùm ex lege descendat: vt instit. de perpet. & temp. act. in princ. Al. dixit eam tolli exemplo aliarum prætoriarum anno, vt annũ computemus continuum, nisi vbi facta est iniuria per metum. tunc enim exquiritur vtilis annus ad abolendam iniuriam: vt ff. quod metus causa. si cum. §. satis. sed nostri doctores dixerũt semper eam annalem esse, & anno continuo tolli, nisi vbi sit per metum, vt dixi. & quod dicit instit. de perpet. & temp. act. generale est: hîc speciale: ergo derogat illi regulæ generali quæ dicit actiones ex l. descendentes esse perpetuas. L. 5.

CVM NEC *patronos.* Planum est. L. 6.

INIVRIARVM, *nec publici iudicij.* Nisi in casu, cùm per famosum libellum fit iniuria: vt j. tit. seq. L. 7.

1 *Quando iniuriarum damni habetur ratio.*

DOMINI. *Qua damni,* &c. Ergo in actione iniuriarum ratio damni habetur. sed contra. est ff. eod. item apud. §. si quis. & ad leg. Aqu. sed & si quemcunque. §. 1. sed non dic qua. sc. actione iniuriarum: sed qua. i. propter quam iniuriam. in præcedenti enim litera dixit pro atroci iniuria seruo illata dari actionem iniuriarum. qua. id est propter quam iniuriam damni † habetur ratio. sc. in l. Aquil. vel aliter quia non vt damni habetur æstimatio, sed vt contumeliæ. magis enim æstimatur quàm si non esset atrox, & ita haberetur ratio damni in hac actione, & sic qua, refertur ad actionem. L. 8.

QVI LIBEROS. *Iniuriarum conue. posse.* Nisi fecerint vt conseruent sibi euictionem, vt ff. eod. si quis de libertate. L. 9.

L.10. SI *quidem facultatem habens agendi.* Fortè quia syndicus est illius ciuitatis. *Fuerit pronuntiata.* Quia debet expectari sententia libertatis & seruitutis: vt s̄. de liber. causa, si tibi seruitutis.

L.11. SI *quando per procuratorem criminaliter*, &c. Speciale est in istis illustribus quòd in criminali causa possunt agere per procuratorem. aliis enim non licet: vt s̄. de accusat. tunc conuenit. in pecuniariis autem causis necesse habent suscipere vel mouere per procuratorem: vt s̄. de procurat. l. penult. & authen. ibidem. Et nota quod hîc dicitur, quia in causa criminali fertur sententia contra dominum, vt contra procuratorem: secus in ciuili, vt notaui s̄. de sentent. & interlocut. l. 1.

DE FAMOSIS LIBELLIS.

Tit. xxxvi.

L.1. SI *quis famosum.* Aut corrump. sed & si infamandi alterius causa aliquid pònatur in publicis monumentis, tolli debet: nec in inuidiam quis portare debet imaginem imperatoris. ff. eod. senatus. & l. præcedenti. salutis publicæ. expedit enim reip. vt maleficia puniantur.

DE ABIGEIS.

Tit. xxxvii.

L.1. ABACTI. Quid sit abigeus, dicitur j. authent. de nupt. §. mitiores. *Sed etiam sine ea.* Et ita speciale est quòd sine libello fiat accusatio. alibi necessarius est libellus accusationis: vt s̄. de accusat. l. vlt.

DE AGGERIBVS NILI NON RVMPENDIS. Tit. xxxviii.

L.1. SI *quis posthac.* Planum est.

DE HIS QVI LATRONES, &c.

Tit. xxxix.

L.1. EOS *qui secum iudicis æstimatione.* Hoc refertur ad eum qui voluit offerre: vt dicit lex sequens, quam vide per te.

DE REQVIRENDIS REIS.

Tit. xl.

1 *In absentem non fertur sententia diffinitiua.*
2 *Morte extinguitur crimen.*

CVM

CVM ABSENTI. *Sententia festinari non solet.* Imò dantur ei primùm spatia xxx. dierũ: vt s̃. de exhib. re. vlt. sed huic legi videtur contra s̃. de accusat. absentem. Resp. quia hîc non proceditur in accusatione. sed absens bene potest accusari, vt offeratur libellus, & debeat citari, vt hîc dicit. non tamen vltra procedi debet, vt ibi, nec intellige quod hîc dicit, de diffinitiua sententia, quia illa neque debet festinari, neque tardari, cùm in absentem non feratur sententia † definitiua: vt ff. de pœnis, absentem. videtur ergo loqui de ea quæ continet ademptionem bonorum si non venerit infra annum. sequitur in litera, & dicitur j̃. eod. l. vlt. *Adnotari*. i. scribi. & debet in bando, & omnia bona sua, vt j̃. l. vlt. *Requirendum*. Ideo sic appellatur, quia antequam bona adnotentur, requirendus est, & etiam post. *Signatas*. Signantur ergo bona sua omnia, non tamen statim capiuntur vel publicantur, sed si non veniat infra annum. & quòd ita sit, dicitur hîc, & ff. eod. l. vlt. & penult. Si verò intra annum redierit, & moriatur, crimen extinguitur, † sicut & de eo dicitur qui appellatione pendente decesserit: bona tamen ad hæredes suos transferũntur: vt s̃. si pendente appell. l. 2. & s̃. si reus vel accusat. mor. fue. l. penult. & vlt.

L. 1.

QVICVNQVE *petitus*. Et aduocatus. *Fisco vindicentur.* j̃. xxx. annos: vt ff. de iure fisc. l. 1. pen. *Remaneãt*. Scilicet post annum. nam si intra annum redisset, eius esset purgata innocentia, & præterea recuperaret patrimonium suum.

L. 2.

1 *Sine sententia diffinitiua non fit quis infamis.*

IN *pecuniariis causis, programmatis*. Quid sit programma, dic vt notaui s̃. commina. epist. & program. *Debeat transferre*. Scilicet anno elapso vel dic quòd eo ipso quòd aliquis est adnotatus, trãsfertur eius patrimonium, sed non statim vel simpliciter, imò sub conditione, si nõ redierit vsque ad annum: vt notaui in l. 1. *Existimationem lædere.* Quia grauatur eius opinio, & fit infamis de facto, & non de iure, cùm sine 1 sententia † definitiua non fiat quis infamis: vt ff. de his qui not. infa. l. 1. hîc autem non fuit definitiua, sed interlocutoria: & ideo bene dicit quòd famæ existimatio læditur. sic & dicitur quòd grauatur eius opinio, qui damnatur interdicto vnde vi: non tamen fit infamis: vt ff. de obsequiis. l. licet. & l. honori.

L. 3.

DE QVÆSTIONIBVS.

TIT. XLI.

QVÆSTIONEM. Quid contineatur verbo quæstionis, legitur. ff. de iniuriis. l. item apud. §. quæstionis. *Exceptis adult. eri.* &c. Excipiuntur hîc tres casus in quibus seruus torquetur contra dominum. sed & crimen homicidii excipi posset in casu, vt cùm mulier vitæ mariti insidiatur, vel è cõuerso: vt s̃. ad legem Corn. de sicar. l. vlt. *Et crimine maiest.* Vt s̃. ad legem Iul. maiest. l. vltima. *Indicaturi*. Aliàs indicatoris, & bona est litera. *Præsen-*

L. 1.

ptionis inuidia.Ideo dicit,quia illa præscriptio vel exceptio, ne seruus contra dominum torqueatur,nô habet hic locum. bene enim torquebitur,si alia præcedant indicia,vt dicit.in pecuniariis verò causis, nec in inopia probationum cõtra dominos torqueri possunt, etiam si præcedant indicia:nisi pro facto suo torqueantur, vt cùm per eos dicitur quid commodatum vel depositum,vt ĵ. eod. interrogari. secus in criminali,quia contra quemlibet, si præcedant indicia,poterunt interrogari:vt s̃. dixi.sed & contra extraneum in pecuniaria causa torqueri poterunt si aliter veritas aperiri non possit:vt ff.eod.diuus.& voluerũt quidam dicere quòd vnus homo non faciat indicium:vt ff.eo.l.vlt.sed ibi non torquetur propter hoc,quòd non præcedant indicia, sed quia etiam si præcederet indicium,non debet torqueri contra dominum in pecuniaria causa.

L.2. INSOLITVM EST. *Aduersus tutorem*. Quia dominus habetur,vt ff.de furt.interdum.*Nisi tutela agatur*.Vt ff.de adminiſt.tut.l. 1. nam viri boni,&c.

L.3. PRIMVM. Non intelligas ante indicia,sed antequam tu torquearis. *Extinxit*.i.dicitur extinxisse.sicut contigit in terra ista de quodam scholari,qui apposuit argentum viuum in cibo alterius: & cùm comedisset,fuit extinctus.

1 *In pari vel minori crimine non præfertur aliquis.*

L. 4. *Alias Si non conuictus cõfessusque.* SI CVM CONVICTVS *confessúsque*.Ergo loquitur hîc cùm primò conuictus & confessus est de crimine. post enim accusare potuerunt socios de eodem crimine:si verò à principio antequam conuictus vel confessus fuisset, accusarent, non audirentur,cùm sint in eodem crimine,vt s̃.de lib.cau.si filium.& ff.de fid.instru.repetita.sed & videtur quòd nô possint,quia in pari vel minori crimine † non præfertur quis: [1] vt s̃.qui accusa. non poss. neganda: in maiori autem præferetur, antequam non recipiantur inter reos:vt ĵ. eo. tit.l.1.sed hîc vocabat socios in pari vel minori crimine:& ita videtur quòd non possit: & præterea quia amisit ciuitatem & libertatem. Resp. quia persequitur suam vel suorum iniuriam, & sic permittitur, vt ff.de accusat. qui iudicio. vel cùm faciat hoc contra accusatorem suum,magis permittendum est quàm contra extraneum,vt ff.de pub.iud.is qui reus.

L. 5. NEC SI MORS.*Indiscretè*.Ideò dicit,quia distingui debet vtrũ fuerit maior xiiij.annis,an minor.impubes enim non subiiceretur. vel distinguendum est vtrum præcedant indicia vel non, vel vtrum fuerit particeps eiusdem sceleris: vt ff.ad Silan.excipiuntur. & l. 1. §. sit in eo.

L.6. PRIDEM.*Vt neq; pro his neq; aduersus*.Fallit quod hîc dicitur.s̃.eo.l.1. præterea illud quòd neque pro his neque aduersus sit ex necessitate quadam vel consequentia.quia testis interrogari debet pro vtraque parte,& ita est in huiusmodi quæstionibus.non tamen ita fieri debet interrogatio,nônne fecit ille hoc? quia videtur suggeri vt respondeat ad nutum interrogantis.fiet ergo sic,quis fecit?vt ff.eod. l.1.

L.7. SERVOS. *Tantùm abest*. i.adeò remotum est à corde meo vel à iure.

MILI-

MILITES. *Si personarum conditio.* Quia neque decuriones torquantur: vt j. eod. decuriones. *Etiam vniuersi prouinciales.* Milites maximè, qui dicuntur prouinciales, quia optimi milites sunt. L.8.

SVPER *statu audeant subrogari.* Secus est in causa liberali, quia non haberetur quæstio illius personæ de cuius statu dubitabatur: vt ff. eod. de min. §. vlt. sed hîc erat quæstio de ingenuitate & suppositione partus. L.9.

CVM *testamentum.* Planum est. L.10.

DIVO MARCO. *Perfectissimorum.* Illustrium & superillustrium. *Nulla violati pudo. macu. aspergit.* Ergo si pręcedens macula asper gatur, sequens non habet prærogatiuam. sed videretur contra. ff. de senato. emancipatum. §. vlt. & de in ius voc. adoptiuum. §. vlt. Respon. quòd non dirigitur priuilegium præcedentis ad sequentem, si postquàm præcedens amiserit priuilegium, alius nascatur, vt hîc. si verò dum habeat prærogatiuam nascatur, non præiudicatur ei etiam si ille postea amittat: vt ff. de senat. filiam senatoris. & ita intelliguntur leges illæ. *Ad perennem scientiam,* &c. Vt ff. de pœnis, moris. §. istæ. L.11.

QVOTIENS. *Iuris auctores probant.* Ita est cùm quęritur de dominio seruorum: & ita habuimus s. de rei vendic. cùm super vernis. aliud in liberali causa: vt ff. eod. de minore. §. vlt. L.12.

HOC, *quod placet, si hæreditate.* Vel corporibus hæreditariis: vt j. eod. l. vlt. *Qui non occidisse,* &c. Præterea causa communis negotii: vt ff communi diuidundo, de communi seruo. & videtur contra, j. eod. l. vlt. sed ista corrigitur per illam. L.13.

SERVOS. *Sed nec pro his,* &c. Ita dicit lex in decurionibus. ff. de decurionib. l. vlt. L.14.

INTERROGARI *de facto suo.* vt notaui s. l. 1. L.15.

DECVRIONES *maneat,* id est, expectet. L.16.

NIHIL. *Et idem est & si mu. decu. quis deposuerit.* Nisi ex causa falsi: vt s. ad legem Corn. de fal. si quis decurio. L.17.

DE *tormentis, siue de iure hæreditatis.* Puta de vsufruct. vel de iure quod est hæreditas: vt sit intransitiua constructio. *A mbis flatuto præstando.* Quòd non odio seruorum, vel propter offensas cohæredum ad hoc venerunt: vt s. de iureiuran. propter calum. l. 1. & ita corrigit lex ista superiorem, hoc quod placet, & ff. eod. diuus. §. penult. L.18.

DE ABOLITIONIBVS.

TIT. XLII.

PRÆSES *reuocari potest.* Intra tricesimum diem: vt ff. eodem l. aut. §. 2. l. mulier. §. vlt. L.1.

ABOLITIO *explanans,* sc. se prosiluisse ad accusationem per errorem. *Omnimodo.* Quidam dixerunt etiam per calumniam. Io. nô, imò quando iustè accusauit cognatos. tunc enim non prohibetur. L.2.

FALLACITER *tormentis.* Non dico à tormentis, quia à tormentis non est incipiendum: vt s. tit. 1. l. milites. vel dic quòd tormentis agi cœperat, cùm iam esset agitatum quibusdam iudiciis. L.3.

DE GENERALI ABOLITIONE.

Tit. xliii.

L. 1. QVI *potentatus*, i. ratione potentiæ. *Et vis*. i. violentiæ. *Reum fecit*. id est, accusauit. *Intra diem statutum*. sc. xxx. dies: vt ff. ad S.C. Turpill. aut.

L. 2. CVM *eo tempore*. Crimina sc. omnia generaliter propter natiuitatem filii. *Instituta non fuerit*, sed minata. *Publica abolit. præscript.* sc. xxx. dierum. *Cessat*. Infertur enim ad institutas tantùm accusationes, non instituendas. & ita cùm lex aliquid indulget in præteritum, in futurum vetat: vt ff. de legibus, cùm lex. hoc enim quod hic in præteritum indulgetur, ad futura non extenditur.

1 *Pœna sublata, non tollitur infamia.*
2 *Patres conscripti cur ita dicantur.*
3 *Infamia quando remissa videtur.*

L. 3. INDVLGENTIA. Lex ista videtur diuertere à præsenti materia. tractant enim aliæ leges de indulgentia quæ fit in accusatione, hæc autem de ea quæ est circa pœnam. dicit enim quòd patres conscripti quæsiuerunt à domino imperatore, vtrum si aliquem liberaret à pœna, videretur abolita infamia, si esset infamia notatus. & respondet quòd †non tollitur infamia, sed pœna. *Indulgentia*, sc. imperialis circa 1 remissionem pœnæ. *Patres conscripti*, sc. in diademate capitis sui. & vocat eos patres, sc. quia maiores erant ætate quàm imperator: vel quia sicut †patres prouident, & diligenter administrant res filiorum, ita 2 isti amabant rempub. & diligentes erant circa ipsam. *Quos liberat*, sc. à pœna. *Notat*, i. notatos relinquit: & hoc est quod postea dicit, nec infamiam criminis, &c. sed videtur contra. ff. de posthum. l. 1 §. pen. quidam voluerunt distinguere, quia si imperator dicat, Restituo te in integrum, vel ad omnia: tunc † videtur remissa infamia: vt ibi, & instit. 3 quib. mod. ius pat. pot. §. cùm autem. aliud si simpliciter dicat, Restituo te. Fecerunt enim ibi punctum. restituti fuerunt per omnia. nos ita punctamus, imò si restituti fuerint per omnia, recipiunt pristinum statum. & ideo aliter distinguendum: quia si vtatur imperator verbo restitutionis, siue dicat, Restituo, siue restituo ad omnia, vel in integrũ, videtur & infamiam remisisse, vt ibi. & instit. aliud vbi indulget pœnam corporalem. ibi enim non id etur remisisse infamiam. vt hic. & dixi j. de sent. pass. l. 1.

VT INTRA CERTVM TEMPVS, &c.

Tit. xliv.

L. 1. QVISQVIS *accusator*. *Aculeos*. i. pœnas. sed quæ erat pœna? quidam voluerunt dicere quia amittat quartam partem bonorum, & de infamia notatur, vt hîc dicit. præterea punitur extraordinariè: vt s. qui accusare non poss. qui crimen. vel alter potest dici, quia ibi loquitur quando accusator offendit mini-

ministrum legis, quia vocatus erat, & noluit venire. si verò destitit, vel distulit persequi accusationem, nec vt dixi, offendat legis ministrum, punitur in quarta parte bonorum, & prӕterea infamatur, & hoc est quod dicit.

1 *Propter vnum impedimentum ter datur dilatio.*
2 *Vtrum quis semel est infamis per aliam sententiam infamari possit.* L. 2.

NOVERINT. *Dilationibus non negatis.* Sed tamen accusato tres, accusatori duӕ: vt ff. de feriis. l. vlt. in pecuniaria causa necessaria causa interueniente datur dilatio, & totiens quotiens iusta causa probatur interuenisse. in criminalibus verò propter vnum impedimentum ter † datur dilatio. & si post primā nō probauerit iustam causam interuenire, vt hӕc pleniùs in illa l. notantur: lex tamen ista videtur dicere quòd in criminali causa non detur dilatio nisi necessaria causa interueniente: & hoc si persona vilior fuerit, id est humilis: de quibus dicitur s. de incest. & nut. nup. humilem. *Non sit iniuria.* i. qui non timeat esse in infamia, *Pœnam patiatur exily*: sed nunquid infamis semel per aliam sententiam, vel alio modo infamari potest, vel excommunicatus † excommunicari? quod videtur, arg. ff. de ritu nup. palam. §. quӕ in adulterio. *Abolitionem poposcit.* Potest enim petere abolitionem, si non fallaciter accusationem instituerit: vt s. de abolit. fallaciter.

CRIMINALES. *Accusatum absolui* Non ab accusatione, sed ab obseruatione & instantia iudicii: vt s. de iudic. properandum, habuimus in ciuili. sed ibi vide. L. 3.

AD SENAT. CONS. TVRPILLIANVM.

TIT. XLV.

IS DEMVM. *Qui crimen publici iudicij.* Ideo dicit, quia si crimen esset priuatum, non incideret in S. C. Tur. sed extraordinariè culpa eius coerceretur: vt ff. eo. si quis repetere, § vlt. & causa ordinata. si enim non esset ordinata, & destitisset quis, non contineretur verbis senatusc. vt ff. eo. quӕsitum. nec enim accusaui, sed accusare volui: vt ff. rem rat. hab. ampliùs. Sed quare dicitur fortè ordinata sit cont. hoc secundùm dominum meum. Io. satis dixit si libellus fuerit oblatus, & reus vocatus. multùm enim facit vocatio, sicut & in ciuili not. s. quomodo & quando. auth. qui semel. & in criminali videtur dicere lex ff. eod. in senatuscons. §. qui post. & fideiussorem, &c. debet enim dare fideiussorem pro accusatione exercenda & ad finem deducenda, sicut actor facit in ciuili causa, s. de episcopis. authen. generaliter. & de litis contest. libellum. *Sub custodia.* Vt cùm suspecta est persona quòd recederet, non autem talis erat accusator, imò nobilis & diues. si verò ambo essent eiusdem cōditionis, in pari custodia deberet seruari. & sic intelligitur s. de accusat. l. vlt. si verò ambo essent nobiles & diuites, committeretur vterque fideiussoribus ff. de custo. reo. l. 1. *Abolitione.* Vbi necessarium est quòd prӕtendat errorem: vt s. de abolit. fallaciter. L. 1.

L.2. SI PRO EO. *Non vltra quantitatem, &c.* Si certa est quantitas, tenetur alioquin de modo pecuniæ præses statuit: vt ff. de custod. reo. l. 4. & damnari debet qui destitit in v. lib. auri, vt ff. de præuaricat. l. 3. in fine.

L. 3. QVAMVIS. *Instaura. accusa. minimè potes.* Aliud in ciuili: vt s. de transact. siue apud.

L. 4. SI IS. *Poteris opponi.* Idem in lege Iul. de adult. vt s. ad l. Iul. de adult. abolitionem.

L. 5. SI FOEMINA, &c. Assignatur contra. ff. eod. l. 1. §. accusationem. Solutio, mulier potest desistere ab accusatione sine pœna senatusconsulti, si sine pacto destiterit accusare, sed si cum pacto, est econuerso, vt hic. quidam distinxerunt an de iure amittatur, vt tunc non incidat. vel non, vt ibi, sed hæc distinctio reprobatur per l. istam, quia distingui solet vtrum pacta fuerit vel non.

L. 6. IN EXECVTIONIBVS. *Super aliquantulo silentio.* Quod nec à lege nec à iudice statutum excedat tempus: vt s. tit. 1. l. 2. & 3. & s. de his qui accu. non poss. si ea.

DE CALVMNIATORIBVS.

TIT. XLVI.

L. 1. CALVMNIA. *Iudicatur.* Vt sit præsentis temporis, & in ipsa sententia imponat pœnam, vel intellige. i. iudicatum est. *Coercere solet.* Incontinenti tamen. nam ea quæ incontinenti fiunt, videntur inesse. & videretur quòd ex interuallo posset: vt ff ad Turpil. l. 1. §. 1. sed illud intelligendum est reo absoluto. s. destinatione, non enim pronunciauerat, vel si pronunciauit, incontinenti coercebitur pœna calumniæ: nec ex interuallo posset, vt hic dicit. & imponitur pœna ista lege Remmia officio iudicis sine aliquo accusatore, vt ff. ad Turpill. sicut & dictum est, s. de accusat. in quarta, & teste suspecto & similibus casibus.

L. 2. MATER. *A calumnia excusatur est.* Ne alioquin amittat hereditatem, vt s. ad Silan. cùm inter voluntariam, &c. vt s. de neg. gest. tutor *Et officij necessita.* q. d. f. cit ex necessitate, & ideo debet excusari.

1 *Calumniari videtur, qui non probat.*

L. 3. QVI NON PROBASSE. *Calumniator credendus est.* Aliàs calumniari videtur quòd † non probat: vt s. de aduocatis diuersorum iudic. 1 l. 1. & ff. de te. ibus. l. 3. §. penult. sed contra videtur. ff. ad Turpill. at illud intelligendum, quasi dicat, non est necessarium, argum. quòd ipso quòd non probat, calumniari videtur, probabile tamen est, sed alio modo esse potest, quia excusatur quis ratione officij & necessitatis, vt s. l. 2. quando autem videatur quis damnatus calumnia, ex verbis ipsius pronunciationis paret: vt ff. ad Turpill. l. 1.

L. 4. CALVMNIÆ. *Cessat.* Propter intimum dolorem.

L. 5. QVI CALVMNIATORES. *Non etiam in liberalibus, &c.* Ergo in ciuilibus non habet locum, sed in pub. iudiciis, & etiam in priuatis: vt ff.

vt ff. ad Turpill. si quis repetere. §. si stellionatus. intellige ergo publicorum. i. in criminibus quæ publicè puniri interest.

L. 6. DOMINIS *seruorum, &c.* Refert cùm seruus torquetur, scilicet an ex suo facto tormentis subiiciatur, cùm scilicet accusatur, an ex alieno. superiore quidem casu duplum præstatur, si seruus moriatur. posteriori in simplum, vt præsenti l. notatur. & ff. ad l. Iul. de adult. si postulauerit. §. vlt.

L. 7. NON PRIVS. Planum est.

L. 8. NOSTRIS. Planum est.

L. 9. FALLACITER. *Maximè post.* Ergo & ante. *Veluti deriuata excusa.* Quia quæret, quis es tu? & dicet, non credebam esse talem. *Non publica abolitio.* Scilicet imperatoris. *Non priuata.* Iudicis.

L. 10. QVISQVIS. *Licentiam.* Facti est licentia ista, non iuris. *Piscat similitudo supplicij.* si erat crimen ordinarium. si extraordinarium, extraordinaria imponetur pœna: vt s. de accusa. l. vlt.

DE POENIS.

TIT. XLVII.

L. 1. ETIAM IN OPVS. *Non dissimilis.* Quia quilibet eorum est sine ciuitate: vt ff. eo. quidam. si verò ad tempus essent damnati, non amitterent: vt ff. eo. capitalium.

L. 2. PROCVRATOR. Planum est.

L. 3. DECVRIONES. Planum est.

L. 4. HONOR. Planum est.

L. 5. INCREDIBILE. Planum est.

L. 6. *In vulg. co. hæc l. est 4.* SI ANTE. Si verò postea esset conceptus, fisci esset mancipium, non pœnæ: vt mater: vt ff. de fideicom. liber. generaliter. §. ex damnata. *Conceptus.* quia tempus conceptionis hîc sicut in filio senatoris spectatur: vt ff. de senatoribus l. senatoris, & de decur. l. ij. §. penultim.

L. 7. IMPVNITAS *del. propter ætatem, &c.* Si minor sit xiiij. annis mas, vel mulier xij. non committit adulterium: vt ff. ad l. Iul. de adul. si minor. omne enim delictum cadit in eos, præter carnis, vt dixit Augustinus: vnde tenentur, nisi quatenus miseratio ætatis, &c. vt ff. de mino. auxilium §. vlt. & s. diximus si aduersus delictum. *Si modò in ea fit, &c.* Infans enim non teneretur, vt ff. de rei vindica. quod infans.

L. 8. DEPORTATORVM. *Ab eo cui id ius, &c.* Scilicet præfecto prætorio, & qui vice eius cognoscit, & qui mandato principis: ff. de lega. iij. l. j. Item præfectus vrbis: vt ff. eo. l. ij. Præses verò principi rescribit: vt ff. de iniusto rup. test. si quis ex. §. sed si decu. *Bona.* tacitè adempta: vt j. de senten. pass. l. vlt. in fi. *Specialiter adempta.* Quod fieri non debet: vt ff. de interdic. & releg. relegatorum. §. ad tempus in fi. nisi specialiter aliud lex inducat. vt s. de postu. l. vlt. hodie aliud est de iure authent. vt j. de bo. damna. authent. bona damna. nisi in quibusdam criminibus læsæ maiestatis, & aliis.

L. 9. SI MATREM. *Nec in opus metalli.* Aliud est cùm quis dānatur in metallum: vt ff. eo. aut facta. §. inter.

L. 10. SERVVS. *Sine temporis præfinitione.* Et sine præfinitione in metallum data imperitia dantis decennij tempora finiri iubentur: vt ff. eo. sine præfinitione, sed cùm sub pœna vinculorum sine temporis præfinitione domino reddi iussus est, perpetuò debet esse vinctus: vt hîc, sic & aliàs. ff. de euict. si rem, §. vlt.

L. 11. METALLI. Planum est.

L. 12. DECVRIONVM. *Exclamatum.* Vt non habeat priuilegium. *Iterum dixerunt.* imperatores.

L. 13. SERVO. *Amputatum non sit.* Quia damnatus est in perpetua vincula vel temporalia: vt ff. eo. aut facta. §. imperator. *Par est.* id est iustum est vel æquum est.

L. 14. SI OPERIS. Planum est.

L. 15. POENAM. *Reuocare non licet.* Sed tamen si videatur ei malè pronunciatum, & contra legem, non tamen expressim, rescribere potest imperatori: vt ff. eo. motis, & de quæstionibus l j. §. vlt.

L. 16. QVI SENTENTIAM. *Quàm in adulterij, &c.* Maximè. nam idem & in aliis. *Aut suâ confessione.* Ergo in criminali causa non est quæstio quin feratur sententia post talem confessionem. quid in ciuili? hic dissentiunt: vt notaui plenè s. de confessis. *Conspirantes.* sume in bona significatione, non quòd veniant præmed. tati. tunc enim essent suspecti, & non crederetur eis: vel crederetur sicut videretur iudici faciendum: vt ff de testib. l. iij.

L. 17. SI QVIS IN METALLVM. Minimè in eius facie. hoc non conseruatur de consuetudine, vel secundùm Lombardam. *Et in suris.* id est tibiis secundùm quosdam, vt in libro in sidoneis crura suris fulca turgentibus, & ita ponitur pro pulpa cruris, vel ponitur pro balchio. nam in libro Regum ita dicitur, vt obstupescentes suram femori imponerent.

L. 18. CVM REIS. Planum est.

L. 19. NE QVIS. *Cum alterius sit corporis addicatur.* Videtur tamen contra authen. s. de episcopis. sed neque. Respond. quia in illis speciale est, & contra regulam præsentis legis. vel hic non addicitur quis ad emolumentum suum, sed ad onus: vt ff. de interdic. & relega. relegatorum, §. vlt. & in seq. l.

L. 20. SI VENDICARI. Planum est.

L. 21. NE DIV. *etiam in absentes, &c.* Et ita speciale est hîc vt in absentem feratur sententia. alias enim non fereretur: vt ff. de pœnis, absentē: vel hic lis fuerat contesta. & cognitum vel clarum de causa.

L. 22. SANCIMVS. s. ad l. I ul. rep. vt vnius. contra. solue vt ibi. *Vbi noxa.* meliùs dicitur noxia: vt instit. de noxali. *Procul à calumnia.* id est ab accusatione, quæ fieret, esset calumniosa. *Suos teneant auctores*: nō tamen in omni loco. vt ff. de postu. ex eo.

L. 23. OMNES. *Semel luisse, &c.* Nota quod dicit semel, quia non est addēda afflictio affl. cto, vt ff de offi. præ. diuus.

L. 24. RECTORES. Exacto, id est transacto.

L. 25. HIS QVI. Contra l. istam fecerunt Ianuenses, Pisani, & alij marini,

NE

NE SINE IVSSV PRINCIPIS CERTIS IVDIcibus liceat confiscare. TIT. XLVIII.

NVLLI IVDICVM. *Aliquem percellere.* intellige motu animi sui. si enim statuta esset à lege pœna, posset quilibet magistratus cognoscere, etiam si non haberet merum imperium. aliàs non potest extraordinariè, nisi habeat merum imperium, vel nisi hoc fecerit ex auctoritate principis, vt hic, & in summa. L.1.

DE BONIS PROSCRIPTORVM SEV damnatorum. TIT. XLIX.

SERVORVM. *Memineris.* Non enim in vsu, vel meminisse. L.1.

DEPORTATI *nec earum quidem rerum, &c.* Sed quare non. cùm retinuerit ciuitatem, vt ff. de l. ga. 3. si deportati. Respon. quia est de illis qui vetantur testari. Si ergo instituat heredem, reputatur indignus, vt hoc pleniùs notatur. s. de his quib. vt indig. hereditas. L.2.

SI FILIVS. Planum est. L.3.

IN METALLVM. *Liberatum.* à pœna corporali, non ab illa, ne sit fisci. per hoc enim non videtur restitutus ad omnia. secus si simpliciter restituisset, vt notatur s. de generali abolit. l. vlt. nec intellige de bonis quæsitis post condictionem, imò ante, quia post pœnam fisco non posset quærere: vt ff. de iure fisci, si in metalli. L. 4.

SI VT PROPONIS. *Procuratorem nostrum.* scil. Cæsaris, qui cognoscit inter fiscum & priuatum: vt s. si aduersus fisc. l. j. de peda. iudic. l. j. de iurisd. om. iudi. l. j. L. 5.

DE BONIS *matris deportata.* Licèt de bonis patris deportati certa pars filio seruetur: vt j. eo. l. vlt. & pen. & ff. eo. l. vlt. vel dic quòd hæc lex loquitur de stricto iure: aliàs de æquitate, vt ibi. L.6.

1. *Stilus pro diffinitiua sententia sumitur.*
2. *Appellatione extinguitur pronunciatum.*
3. *Sententia excommunicationis secum trahit executionem.*
4. *Vtrum qui cessit bonis iurare teneatur quid fuerit in bonis.*
5. *Censuarij dicuntur qui præstant censum.*
6. *Prædia quomodo instructa dicantur.*

SI QVIS *intra prouinciam.* Nomen prouinciæ largè sumitur hìc, scil. pro qualibet prouincia, siue Italia, siue alia, vt notauimus s. vbi de crimi. agitur. authen. qua in prouincia. *Pro qualitate delicti.* vt quia non commisit crimen stellionatus, vel rapuit virginem, vt s. de raptu virg. vel mulier proprio seruo se coniunxit, & similia. propter hoc bona omnia publicantur. *Nec incurrit quis stilum præscriptionis.* Hìc sumitur stilus vel † penna pro diffinitiua sententia. alibi pro vltima volūtate s. de sacrosl. eccle. l. j. *Bonorum ademptorum.* expressim, vel etiam tacitè, & per L.7.

L. 1. IVBEMVS *quinos*. Id est, bis quinque. h. ¶*Aliàs lustraris*. Sic s. qui mu. excusantur. h. ¶Qui a tutela & cura vacationem habent, nisi à minoribus sui corporis: vt s. de excu. tu. l. penult. §. qui seruientes annonæ vrbis, immunitatem ab administrationibus publicis consequuntur, quandiu in huiusmodi actu sunt: vt ff. de iure immunit. l. v. §. ne. & §. diuus. h. ¶Quorum immunitas ipsis solis datur, non etiam liberis & libertis eorum vt ff. de iure immun. l. 5. §. 3. ¶Hi erant viri Romani vel prouinciales, qui species annonarias in prouinciis colligebant, & à collatoribus delegati Romam afferebant, vel ad castra in quibus erant Romani. secundùm P.

Finis libri decimi.

INCI-

INCIPIT LIBER VNDECIMVS.

DE NAVICVLARIIS, &c.

TIT. I.

NVLLAM OPORTET. Suprà, præter pœnam iniuriæ nauiculariis præstandam secundùm P. de qua dicitur ĵ. eod. l. 3. h. facit ad l. istam. ff. de mu. & ho. nauicularii. ff. de va. mu. his. ff. de iure immu. l. 5 §. immunitati. §. diuus. & §. licet. h. ff. ad l. Iul. de vi pri. l. 1. de litorum & itinerũ custodia. h. L. 1.

COMPERIMVS. *Inferant.* Sc. romanis. h. *Et securitates.* Id est, apochas. h. reportant de nostro. h. *Quæ.* Securitates secundùm P. h. *Eis reddantur.* Vt tanto tempore redeant, quanto venerunt, facit ad l. istam. ĵ. tit. prox. l. 3. L. 2.

AB *his deprehensus.* Quod non totum pœna est: sed in eo rei est persecutio: vt instit. vi bo. rap. in princ. secundùm P. *Deprehensus.* Per actio. vbi bo. rap. quæ intra vtilem annum tantùm persequitur, post non simplum duntaxat, vel in hoc casu vi bo. ra. actio competit in quadruplum, & totum quadruplum pœna est: sicut & al. in quodam casu in duplum intenditur: vt s̄. de pign. l. penult. sed hoc dicere non placet. h. *Quadrupli.* Præter militiam s̄. l. 1. impositam secundùm Py. h. facit ad l. istam. ĵ. de naufra. l. 2. ff. vi bonor. rap. l. 1. ff. vi bon. rap. l. 2. in prin. ff. de incen. rui. nau. l. si quis ex. & l. 1. in princ. ff. ad leg. Iul. de vi pri. l. 1. in prin. h. L. 3.

CVM *nauarchorum.* Al. naucleorum. h. *Summates.* Al. elinssi suum suma es. h. *Conditis.* Id est, horreis, sic dictis à condendo, id est, reponendo secundùm Py. h. *Cognitionis,* Tuæ sc. h. *Limauit.* Al. limabit. facit ad l. istam, si ar. s̄. de iure fisci, l. penult. h. *Sic in vet.* L. 4.

QVI *fiscales capitali.* id est, deportationis: vt ĵ. l. prox. secundùm P. h. facit ad l. istam. s̄. de nautico fœ. l. 3. s̄. quæ res venire non possunt. l. fi. & quia auertendo, id est, interuertendo, vel aduer. id est, in aduersionem, quo ipso minoris distrahuntur. & secundùm hanc lectionem subauditur maximè. h. L. 5.

IVDICES. *Prosperior.* Al. posterior. h. flatus, id est, ventus. h. *Municipibus.* Al. municipiis incorporatis. L. 6.

DE PRÆDIIS ET OMNIBVS REBVS nauiculariorum.

TIT. II.

L.1. DOMVM ETIAM. Quæ successit in ius vel in rem nauicularij.h. *Agnoscere*. Sicut conferte ad emptionem specierum: vt s. vt nemini liceat in emp. specierum se excusare.h. & facit ad l.istam j.tit.1.l.1.s.quibus al.non.l.1.h.

L.2. IN HIS QVÆ. Scilicet, obnoxiis nauiculariæ. *Intercipere*. Id est, cassare secundùm Py.h. *Prohibet*.ff.pro socio. idem erit. *Comparationes*. Al.portionis comparatæ.h.addicta.ff.de publica.imperator. h. *Nec enim*. Al. nec. non enim. *Exiguè*. Cum hodierno cultu & industria sua multò meliùs factum sit vel est: vt in fi.l.istius dicitur.h. *Mutarent*. Al. mutuaretur.al.permutaretur.al.compararetur. h. mutaretur. s. de solut.l.vlt.s.de alluuio.l.vlt.h. *Aut*. Al.deest aut.h. *Nolumus*.j.de omni agro deserto.l.vlt.h.

1 *Debitoris pacto non tollitur petitio creditoris.*

L.3. HI QVI. Secundùm agri opinionem. i. censualem professionem. quæ ideo dicitur opinio, quia ita opinari debemus verum esse sicut scriptura perhibet secundùm P. h. *Opinionem*, i. æstimationem: quæ ideò dicitur opinio, quia opinari nos facit cùm de ipsa dubitabatur. nam & vulgari modo sic loquimur, quid opinaris hanc rationem valere? secundùm P.h. *Functionem*. Al.ad portionem vel pensionē. *Idoneus*. Scil. quia pacto debitoris, creditoris petitio† nec tollitur nec mutatur: vt s.de pactis, debitorum. sed licet quoad creditorem non teneat, valeat tamen inter ipsos paciscentes: vt s.de pact. pacto suo, & s. de hæred, vel act.vend.l.2.& vt s.de pact. epistola.§. 2. inter debitores. h. *Idoneum*. Quid si eo tempore quando alienauit, erat idoneus: sed postea lapsus est facultatibus? & fortè dicendum est ei alienantem excusari: vt argum. ff. de negot. gest. litis contesta.§. 1. & ff. de admi. rerum ad ciuita. perti. l.2. §. si eo tempore. secundùm Py. h. *Obnoxij*. infrà, de fun.rei priua.l.3. j. auth.de man.prin. §. nuper. non sequi.§. non permit.h. *Ab idoneis*. Al.deest ab.facit ad l.istam s.fine censu.contra.l. vlt. h. §. de anno. & trib. l. 1. h. & no. ex hoc tit. pactis priuatorum iuri publico non derogari. & no. de prædiis fiscalibus primò consuli ab idoneis.

DE NAVIBVS NON EXCVSANDIS.

TIT. III.

L.1. MVLTI, &c. *Titulis*. Subscribendo nomina potentū, quorum dicerent esse nauem.h. *Priuatos*. Nam senatores nauē habere ex l.Iul.rep.non est permissum: vt ff.de vac. mu.l.3. h.facit ad l.istam.s.quib.mun.vel præst.ne lic.se.s.ti.prox. l.1.s.vt nemo.pri.s.de anno.& trib.obsistere.j. de nautis Tiberinis. h. & no. omnes in commune publicis necessitatibus obedire compelli. Item facit ad l.istam.s.de operis pub.adpor.h.

L.2. IVBEMVS MODIA. Al.modiorum. h. *Ante felicem*. Sic dictam quia munus sustinet secundùm P. h. *Felicem*. Id est, muneris participem. h. *Felicem*. Vulgari sermone loquitur, vtpote non euades ante istum. h.fa-

h.facit ad l. istam. s. de sacrosan.eccle.iubemus.s. de pe.bon.sub.l.1.ff de public. imperator. suprà, de cohortal. vel vtili. p.l. vltim.suprà de pollic.imperator.suprà,de leg.non est dubium.s.de precib. impera.off. rescripta.h.

NE QVID ONERI PVBLICO IMPONATVR.

Tit. IIII.

ONERI. A dominio natus,ex alterius attestatione domini,cuius effet puniendus.§.ad excusantem tamen periculum redundabit, qui de propriis resarciet eodem. L.1.

DE NAVFRAGIIS.

Tit. v.

SI QVANDO,&c.Facit ad hoc s.de incen.rui.nau.ne quid, & l.vlt. s. de nauicula.l.3.h. L.1.

SI QVIS. *Dispositio.* Inserta.l. prox. h. *Negligentiam.*Petentis.aliud si per iudicis negligentiam,vbi erit biennium:vt j. eo. l. pen. vel ibi loquitur in criminali causa,hìc in ciuili.h. *Non admitti.*scilicet,ad pœnam quadrupli,sed ad simplum petendum, & post annum auditur: vt ff.de incendio,l.1.nequid.s.de furtis:meam.contra.vel loquitur hoc de instantia iudicij siue causa ex quo incepta est,quòd debet anno terminari.h.& not.superuacuas interpellationes non admitti.h. L.2.

QVOTIENS,&c. *Nautarum.* Al.naufragium.*Numerum.*ff.de testibus, vbi numerus. *Iudicia.* Al. indicia. *Ex Kalendis.* Quippe secundùm Romanos non sunt nisi duo tempora, hyems à Kalen. Octobris vsque ad Kalend. Apriles, & æstas ab Aprili vsque Octobrem: quo tempore nauigandum est,non postea:secundùm P. & no. ex hac l. ad veritatem eruendam duorum vel trium nautarum quæstionem haberi.h. L.3.

PRO HIS. *Perierunt.* Vitio nauclerorum. tunc tamen in omnes redundabit damnum:vt j.l.3.h. L.4.

DE SVBMERSIS. *Leuato.* Id est, deposito. h. leuato.ff. de incendio, ruina,naufr.melius.s. vt intra c.tempus.l.vlt.*Detegitur.* Siue dum naufragium fit,vbi est actio.j.annum vtilem quadrupli, post annum simpli.siue post naufragium: vt ff. de incendio,ruina,naufr.l.1.§.fin.& l.si in prin.& l.si quid.& l.nequid. *Nudantur.*Id est, denudati sunt, debent querelæ insistere:vt s.eo.si quis.*Interpellatione.* Sic j. authent. vt clerici apud proprios episcopos.h.*Biennij.*ff.de iudiciis, properandum. in prin.contra.Solutio.hìc cùm criminaliter agitur contra naucleros. h. *Audire.* Hodie nonnisi per libelli oblationem:vt C. de litis contest. auth. offeratur.h. *Absoluto.*Nauicularium propter iudicis vitium absolui. L.5.

SVPER.*Quæstione.*Post mortem parentis:vt s.cùm de hereditate curialis,vel speciale sit, vt alter alterius hìc portet delictum. P. *Cal-* L.6.

culus.Id est,numerus.h. *Modiationis*.Publici frumēti.h. *Deperisse*. Nautæ vitio secundùm P. deperisse. quid tamen si sine vitio nauclerorum naufragium contigerit secundùm Pi. tunc non tenebuntur naucleri. tamen liberatus est possessor qui soluerat canonem qui periit in naui, vt ad l. Rho. de iactu. l. fi. §. 1. & s̄. eod. pro his. h. *Feratur acceptus*. Id est, non feras apocham conscriptam de eo accepto. h. *Consilium*. Post mortem eius vitio acciderit, quia eius hæreditas ad eos spectat: vt s̄. de hæred. decurionum l. 1. & secundum vel speciale est vt hîc, vt alterius alter portet delictum. sic. j̄. de fabricen. iure. & s̄. de commodati uñ est.

DE METALLARIIS ET METALLIS, ET procuratoribus metallorum.

TIT. VI.

L. 1. PERPENSA. *Exercituum*.Id est,exercitum metallorum affluentiam habere.aliàs exercitium.h. *Metallorum*.Scilicet cæterorum,non auri:vt j̄.eo.per.vel loquitur hîc de his qui pro ingressu officij præstant.h.*Octonos*.Id est XIIII.vncias: vt j̄.eod.l.proxim.h. *Scripulos*. Al. scrupulos. al. scropulos. h. *Balluca*. Balluca, id est lucem baiulans, vel lancem secundùm R.nota. XIIII. vncias, quas supra VIII. scrupulos appellauit. vnde appatet scrupulum tanto sescuncia fore maiorem, id est siliquo vno quando sit sextante minor secundùm R. h. potuerit. al. potuerint, distrahat. al. *Distrahant*.

L. 2. OB METALLICVM. *Consuetudo*. Arg. ff. communia prædiorum, venditor.§.fi. & nota consuetudinem retinendam.h.vncias.*Surgulis*.Id est,à singulis.h.

L. 3. CVNCTI. Facit ad l.istam.s̄.de thesaur.§.in alienis.contra.instit.de re.diui.§.thesau.contra.dicas aliud esse in thesauro.

L. 4. CVM PROCVRATORES.Hoc tangit vltimam partem rubricæ.*Dardanariam*.Aliàs Dardaniam.h.*Onus*.Aliàs munus.facit ad l.istam. s̄.de re sacra.h.*Deuotione*.Aliàs exactione.h.

L. 5. PER ANNOS.*Septem*.Al.septem.h.*Per hominem*. Vulgari sermone loquitur,quasi dicat quilibet aurilegulus dabit.VII. scrupulos secundùm Py. *Scrupuli*. Qui faciunt à se plus silicum in XII. vncias cùm semunciæ dimidia,quæ est vnciæ pars quarta.h.facit ad l.istam. j̄. de agri.& cen.cùm antea.j̄.de capita.contra.j̄.de colo. Thracen.contra. j̄. de prætoribus & ho.præfecturæ.l.2.cont.

L. 6. QVOSDAM.*Accepta*.Id est,abscondita.al.operta.facit ad l.istam. ff. de dam.infec.fluminum.§.vlt.ff.de aqua plu.ar.l.1.§.de vi.ff. communia præd. venditor. §.1.& no. saxa propriè marmora appellari.nota etiam marmora fiscalia sub ædificiis latentia perquirere.h.

L. 7. METALLARII.Hîc tangit primā partem rubricæ.facit ad l.istam.j̄. de agri.& cen.cùm satis in prin.& omnes omnino. §.fi.s̄. de ser. fug.l.pen.& fi.s̄.de præsc.xxx.an.præscriptionem.h. & no. metallarios sine temporis præfinitione ad proprium larem reuocari.h.

DE

DE MVRILEGVLIS ET GYNÆCIAR. &c.

Tit. VII.

1 *Murilegulus quis dicatur.*

Expositvm est. s. de aurilegulis constitutis ab imperatore, qui per annos singulos per hominem septenos scrupulos largitionibus inferebant: vt s. de tit. 1. per annos, nunc audi de murilegulis qui officiũ habent ad mures legendos. h. Murilegulus dicitur † qui habebat officium ad mures legendos: quibus piscibus & decocto conchilio purpura intingebatur: vt j. dicitur, si quis ita. Sic dictis à muribus quorum legendorum gerebant officium. h.

Qui serui erant palatij. item qui gerunt curam ganeorum, faciendi auro intextas paragaudas, vt j. tit. prox. l. 1. h.

¶ Quoddam corpus hominum erat constitutum in palatio, quos credo seruos esse, quorum officium erat contexere & conficere auratas ac sericas paragaudas. h. *Bastangarii.* Hi sunt qui agitant rusticos ad quintam bestiam principi præstandam.

¶ Qui præsunt publicis vestibus bastangariis, bastangarij dicuntur, quasi bestiangarij: eo quòd rusticos angariabant. i. agebant ad quintã bestiam præstandam: vt j. eo. quòd. h.

¶ Infrà, de legentibus murices: vt j. eod. si quis, & l. vlt. Hi sunt qui ad opus imperatoris gynecium exercent: vt j. eo. l. 3. & v. antepenult. & vlt. & j. tit. 1. l. 1. & vlt. h.

Monetarios. Infrà de fugitiuis colonis. l. 1. & j. de mendi. vali. j. de dignitatibus. l. vi. h. L. 1.

Baphii. Id est, tinctores secundùm P. Bathij. baphios græcè, latinè tingere. h. Bathij, hi sunt qui pannos tingunt & lauant: vt j tit. 1. l. 1. & j. eo. lotas. h. & thinegij. al. cinegij. *Tenentur.* Al. teneatur. h. *Cinegiis.* Al. gynecijs. *Adducit.* Al. aducta. *Per quæ.* Al. per quem. h. L. 2.

Ingenvæ. Vtilitatis. al. vili. al. veluti vtilitati. h. *Maritorum.* Si tamen maritales sunt, qui iure nostro. i. Romano possint esse mariti, tales sint. *Teneantur.* Secus si libera iunxerit se adscriptitio: vt s. de se. con. Claud. contra. j. de agri. & cen. l. vltim. contra. facit ad l. istam s. de seruis fug. l. vlt. & not. quorum vxores teneantur conditionibus maritorum. h. L. 3.

Qvod ad, &c. Remedium scilicet, dominici vel fiscalis gregis, velut opimorum corporis. bastangarij. al. bastecariis. præbeatur à rusticis. h. L. 4.

Qvi aliqvem. Facit ad l. istam. s. de seruis fu. l. penult. j. de mend. validis. j. de fugitiuis colonis. l. 1. cont. L. 5.

Qvi textrini. Hi textrini dicuntur gynæciarij, quia simul cum mulieribus operantur. h. *Mancipia.* Inuita. ne sit contraria constitu. s. de ser. fugit. summa. & l. si quis secundùm P. h. *Mancip.* Quæ est in his qui sunt inuiti: vt ff. de fur. *Celauerit.* s. quondam, sed nunc non, vt superior l. h. L. 6.

L. 7. EDICIMVS. *Cohibentia*. i. Consensu. Facit ad l. istam. j. de agricolis. l. vlt. muli. j. de agri. & man. l. 3. j. auth. de nup. §. si verò. s. de libertis & eorū lib. l. 2. s. de moratis. libertis. j. de cohortalib. si cohor. j. de agricolis, cùm satis. §. cùm. s. de liberali causa. l. 3. contra.

L. 8. AETERNAM. Bastigariis. al. bastigariis. & facit ad l. istam. s. tit. 1. l. fi. secundùm I. de fabricen. stigmata. s. de assesso. nemo. ff. ad municip. libertus. §. quæstionibus. Incola.

L. 9. SI QVIS. *Muricis*. Quos puto muribus assimilari secundùm P. *Conchylia*, Genera piscium sunt ex quibus encaustum regium conficiebatur, & purpura tingebatur: vt s. de diuersis rescrip. sacri. & s. quæ res ve. non pos. l. 1. secundùm P.

L. 10. LOTAS. *In posterum*. Interdictis nundinis: vt j. tit. prox. l. vlt. *Sericoblatta*. Id est. vestimenta quæ inferuntur, id est texuntur & feruntur. Et metaxæ, id est purpuræ: vt s. quæ res expor. non debent. *Inferri*. Ad comitem commerciorum: vt s. quæ res ven. non poss. l. 2. facit ad l. istam. q. quæ res veu. poss. l. 1. facit ad l. istam s. de diuer. re sacri affatus. h.

L. 11. MVRILEGVLI. *Restituantur*. s. de prædiis curialium sine decreto. l. 1. j. de agricolis quemadmodum. h. & de. *Præterito*. ff. de ædil. edic. l. etiam. ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. hæres. s. de censibus, cum poss. §. fi. s. de fideicommiss. l. 1. s. de publicanis, imperatores. h.

L. 12. HI QVI. Idem est si nascatur ex patre decurione, & inquilina domus principis: vt sup. de decurionibus. nati. j. de agric. & na. ex inge.

L. 13. SI QVIS. *Lintceariorum*. A lympha, quod est aqua, quia eam custodiebant. lintea. j. pro aqua siue plouia arcenda, secundùm P. al. lintceariorū, qui faciunt lintea secundùm P. *Lintceariorum*. Al. lymphariorū. h. lymphariorū. i. hi qui deferebāt aquā, dicūtur lymphariј, vel custodiebant. h. linteariorū qui faciunt marcella pro lympha. P. linteariorū. al. lenteariorum. h. *Approbauerit*. Al. approbauerint. approba. ff. de decur. eos. qui s. de profess. & me. magistr. j. de profess. qui in vrbe Constant. j. de agentibus in rebus. l. 1. sic suprà de seruis reip. ma. l. 1. sup. de off. mag. of. l. 1. *Cœlitus*. Id est, à principe. *Prosapiam*. i. generationem siue familiam. h.

L. 14. PRIVATÆ. Id est, purpuræ, quæ dicuntur priuatæ vestes. qui ab vsu sui priuatos seruant. nempe solis principibus conuenit, porro vestis lintea omnibus permittitur: vt j. tit. 1. l. 4. secundùm P. *Parciorum*. Al. pasiorum. *Amministratio*. Hi autem quibus committitur erogatio militaris annonæ iuratoriæ cautioni subiiciantur: vt j. de erog. milita. anno. per hanc. H. *Amministratio*. Scilicet, prærerita: vt ff. de mun. & ho. rescripto. §. debi. vel futura: vt j. de fund. patri. quicunque. *Nec pro se*. Scilicet litteras. nam & al. literæ dicuntur delegatoriæ: vt s. de exact. trib. missi. facit ad l. istam. j. de omni agro deser. quicunque. j. de fund. pat. quicunque ad h.

L. 15. QVI AVT. Geniti. al. progeniti. facit ad l. istam. sup. de seruis fug. l. fin. sup. de rei vindic. per totum titul. infrà, de agri. & cens. diffinimus. h.

DE

DE VESTIBVS, &c.

TIT. VIII.

Superiùs tractauit de murilegulis qui nauiculam deputatam habēt ad pisces illos legendos,nunc audi de intinctione eorum piscium.h.

¶ Olon, id est totum inde dicuntur oloberæ, id est totæ deauratæ, secundùm P.

¶ Infra,inauratis auro optimò,quod obrizum dicitur:vt j.tit. 3.l.3. secundùm P.

¶ Al. eleboris.h.§.de auro quolibet secundùm Py.§.de auratis.secundùm Py.hoc aurum vulgò dicitur folliatum.h.

NEMO. Auratas paragaudas,id est broftas,quæ in gaudis vestimētorum seu clamydum poni solent para græcè, latinè iuxta, gaudas,id est gaude inter paragaudes iuxta gandes,h. L.1.

AVRATAS. Genus vestium regalium est. facit ad l.istam. j. nulli lic.in fre.& equestrib.sel.h. L.2.

VELLERA. *Muricis*.Piscis quidam est,vt dicitur.s.de diuer.rescri. l.sacri. *Rhodino*.. Aliàs crodino. facit ad l.istam.s. quæ res ven. non pos.l.t.h. L.3.

TEMPERENT. *Speciei*. Quia ergo huius speciei commercium non est alij nisi comiti commerciotum,vt s.quę res ven.non pos. l.1.& 2. ergo si quis alius stipulatur has species, non tenebit stipulatio, vt instit.de inutilib.stipul.in prin. *Contexter*. Aliàs contexet. *Conchylio*. A conchilio dicitur coccum,id est purpura quædam,quæ nihil natiui coloris continet,& purpuræ appellatione non continetur, & est vani coloris,vt ff.de leg.3.cur lana.§.quæsitum est.§.coccum.h. *Conchylio*.Scil. fuerint, & nullius, &c. secundùm P.& satis potest legi litera sine hac adiectione.*Hæredibus*. Scilicet.priuatorum tradantur principibus secundùm P. *Stamina*. De hoc quid sit dixi, ff.de lega.3.cui lana.po.R.h. *Subtexantur*.Ab aliquo priuato.h.*Decurrant*. Per manus alicuius priuati,vel in domo alicuius priuati.h. *Offerantur*. A priuatis personis. h. abiurato, id est, pretium priuatis quod dedit pro huiusmodi rebus emendis,amittit,licet iuramento se pretium dedisse affirmet: quia satis est sibi quòd non punitur qui contra legem fecit, quia commercium in his rebus fecit.h. *Ne quis*. Corrigit se.h. *Ne quis*.Id est,non, id est, nullus.h. & nota ex hac l.impunitatem legis calcatæ.h. L.4.

1 *Vlpianus vnde originem habuit*.

PVRPVRÆ, &c.Suprà,quæ res ven.pos.l.1.& j. tit.prox. leuis. s.tit. l.lotas.h.*Quartum*.Aliàs quintum.h.*Ad baphia Phœnices*. prouincia est Syriæ fenis,in qua est splendidissima Tyriorum colonia, ex qua 1 originem habuit † Vlpianus:vt ff.de censib.l.j. & s. qui ætate se excu. l.1.*Solertia*.Id est,prudentia,& ingenio siue astutia.h.*Commercium*.Pœnam huius l.*Scitis*.Id est,statutis. h. *Careant*. Supradictæ personæ quæ mittuntur ad supradictam prouinciam.h.*Proposita*.in eos qui fecerint contra l.istam h. L.5.

DE FABRICENSIBVS.

Tit. IX.

Scilicet, quia arma reip. conficiunt.

L. 1. OMNIBVS, &c. *Venerabiles*. Al. vorabiles. facit ad l. istam. ff. de leg. 3. l. xi. §. vlt. arg. ff. de aur. & ar. leg. l. 1. §. fi. cui certum. s. de excu. mu. illud. h.

L. 2. PRIMICERIVM, &c. *Vacatione*. Munerum. vel hoc officio siue munere. h. tut. aliàs vt protector eiusdem, &c. *Æternitatem*. impropriè. nihil enim æternum. nihil adorari debet nisi deus. sic. j. de vete. numis. pot. l. fin. & s. de seruit. vrb. prædicum debere. h.

L. 3. STIGMATA, &c. Hæc erant instrumenta quibus fœlici nomine nostræ pietatis impresso eorum brachia signabantur. sic dicitur & de aquariis: vt j. de aquæductu. l. pen. h. *Nota*. Plurale vertit in singulare secundùm P. h. *Brachiis*. Bene dixit in brachiis, nimirum facies quæ diuini numinis effigiem repræsentat, maculanda non est: vt s. de pœnis. si quis. secundùm Py. *Infligatur*. j. de aquæductu. l. pen. h. *Vel eorum*. Meritò hic hæc coniunctio disiunctiua ponitur. non enim liberos suscipientium nisi eis assensum præbuerint, dico huic conditioni subiugãdos, arg. vt s. de libertis & eorum liberis. l. 2. & s. de liberali causa. l. vlt. & s. de pœnis. si ante. secundùm Py. h. *Liberis*. Suprà, si vel ipsi eos susceperint. secundùm P. & qui. & his similiter fabricæ vendicandis. h. & facit ad l. istam s. de decurio. fabricenses. s. de murileg. æternam. h. & no. fabricensium brachiis stigmata infliguntur. h.

L. 4. SI QVIS, &c. *Curiæ*. Aliàs ciui. h. accesserit. al. obrepserit. h. vt nulla. j. de aquæductu, diligenter. s. de præscrip. xxx. an. omnes præscriptiones comperit. s. de decur. fabricenses. h. stipendiorum. j. de fugiti. colo. l. 1. facit ad l. istam. s. de decurio. omnes. & suprà de murileg. l. pr. h. & no. qualiter ordinetur Fabricensis. h.

L. 5. IVRE PROVISVM, &c. *Exhaustis*. Per antiphrasin, id est, inexhaustis, nam & fames auri dicitur sacra, id est, exsecrata. vel adeò debent laborare, vt se exhauriãt, secundum illud. h. *Nominationibus*. His qui eos nominauerunt qui pro eis fisco responderent. h. *Cœtibus*. Al. artibus. h. *Damnum*. i. quod ab vno illatum est secundùm P. *Damnum*. Vel dicat vnius damnum, id est, paupertas ad omnium transit dispendium, scilicet, quia reliqui pro parte eius tenerentur secundùm P. h. *Transit*. Propter quod introductum est, vt vno ex fabricensibus deficiente reliqui ei collegæ ab intestato succedant: vt s. de her. curial. & coar. l. vlt. secundùm P. h. *Transit*. Eo tamen prius excutiendo qui hoc intulerit, secundùm P. sic j. quo quis or. con. l. 1. & 3. s. de conue. fis. deb. quoniam. h. *Vbi ita*. Al. si ita. facit ad l. istam. s. de decurio. fabricen. & s. de hære. decur. l. fi. s. de naufragiis. l. fi. h. s. arbit. tutel. omnes. h.

L. 6. EOS QVI, &c. Facit ad l. istam. j. de agen. in re. l. vlt. secundùm Py. ar. j. de silentiariis. ne. s. de decurio. si quis suprà, de excu. mu. eos qui. h. j. de auctorita. mu. eos. j. de mag. scriniorum. j. de manci. & coll. l. vlt. h.

NVL-

NVLLVS,&c. *Conductioni.* Al.conditioni. *Scientes.* p.1.ff. locati.sic ignorans.h.quotiens.j.de cursu pu.l.cursus. *Destinendis.* Scilicet, moderatoribus prouinciarum,vt s.dictum est,secundùm P.h. *Autoribus.* Id est,literis quæ auctoritates dicuntur, quia præstant auctoritatem eas deferenti. *Autoribus.* Al.auctoritatibus. *Intercessent.* ff.de aur & ar.leg.Quintus 2.§.pen.sic s.de fabricen.l.2.h. *Officij.* Al. munerarium pro tempore officij eiusdem amplissimæ sedis.al.munerarium amplissimæ sedis, &c. *Apparitoribus.* Al.apparitionibus. facit ad leg. istam. s.de decurio.si quis fabricen. s. de euict.si quis, s.de hæreticis, si quis suprà,loc.l.vltim. s. de decurio. si quis procurator suprà, de vsufruct. numismatum. L.7.

DE VETERIS NVMISMATIS POTESTATE.

TIT. X.

1 *Solidi vnde dicti.*

SOLIDOS. Id est,nummos aureos,siue simpliciter aureos: vt s.de suscep.l.v.secundùm P. *Solidos.* id est, aureos,sic dictos 1 à soliditate,quia solidi erant auro.h. *Refragatio.* Quæ apud Lombardos dicitur refutatio.h. *Proba.* Id est,boni & puri auri.secundùm.P. *Haud.* Pro non,sic s. quibus muneribus excusantur.l.1. *Vindicandum.* Al.diiudicandum.h. L.1.

PRO IMMINVTIONE. *Æstimatione.* Fortè argentea secundùm P. L.2.

VNIVERSOS. *Obridiam.* Al.obrizatorum.al.obridia.quorum.h. *Æternales.* i.principes,quorum imago aureis debet insculpi: vt ff.de aur.& ar.le.l.Quintus.2.§ pen. qui æternales dicuntur propter imperium,quod est indeficiens. obtinet enim reip.locum qui æternalis est, non quòd al quis imperator sit æternus, quia nec esse potest, cùm omnis homo sit mortalis: sed quia in æternum imperator esse debet,sc. vt vno deficiente alius subrogetur, vt ff.de seruit. vrb.præd.eum debere.P.sic s.de fabricensibus.l.2. *Violare.* Al.viliores. L.3.

NVLLI LICERE IN FRENIS ET EQVEstribus sellis & in balteis margaritas & smaragdos, & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis.

TIT. XI.

EQVESTRIBVS. Sic ab equis deriuatis,secundùm P. *Marg. & smar.* Ex his apparet hos lapides aliis laboribus pretiosiores esse. *Et hyacinthos.* Aliàs deest,& hyacinthos.

1 *Quod specialiter maiori conceditur,minori denegatur.*
2 *Chlamis quid.*

NVLLI,&c. *Et equestribus.* Multò fortiùs nec in aliis,cùm equestres digniores sint,quàm mulier,vt ita dicam,siue etiam asininæ, secundùm P. & equest. s. de quibus magis videbatur secundùm P. *De* L.1.

eucurniis.f.quæ comis apponunt & incuruantur secundùm R.Item hic fortè posset per contrarium argumentari.non enim si licet hoc in maiore ideo in minori.imò quod specialiter maiori † conceditur, minori denegatur,vt proximè.H. *De cucurniis*.Cucurnia ea est pars freni quæ ponitur in ore equi,& vulgariter vocatur morsum freni. h. *In chlamydibus*.Chlamys † dicitur militum,purpura regum, stola clericorum vel sacerdotum,toga aduocatorum,bireus rusticorum, cuculla monachorum secundùm P.h.*Pietas*.Al.pietati meæ huiusmodi dona non expedit.h.*Adoptabile*.Al.deest ad. *Ab his qui*.Al.per.h. *Officium*.in libro M. est emendatum per h. *Palatinorum*. Id est, viris vel negotiis. *Palatinorum*.Gerunt vel habent subaudi,sed si habes per,non est aliquid subaudiendum.h.facit ad l.istam.s̄.de vestibus auratis.l.2.s̄. de auro coronario.s̄.tit.l.1.& penul.j̄.qui mi.non pos.l.vlt. & no. ex hac l. pietatem regiam dona talia à priuatis non debere petere,& no. ornamenta regia intra aulam meam fieri.Y.

DE CLASSICIS.

Tit. xii.

L.1. Classem. *Purgandi*.j̄.de Alexandriæ primatibus.h.

DE DECVRIALIBVS VRBIS ROMÆ.

Tit. xiii.

Pvtari posset curiales non esse nisi in municipiis secundùm P. h.

L.1. Si qvis cvrial. Al.decurialem. facit ad l. istam. s̄. de euict.curialem.s̄.de decurio.omnes iudi.l.vlt.

L.2. Leges,&c.Facit ad l.istam s̄.de pœnis,si matrem decurio.s̄.ex quibus cauf.infa.l.v.s̄.de decu.l.vlt.s̄. de decurionib.omnium curiales vltra.curiales omnes iudices,curiales qui se, curiales, qui ho. omnes qui cu.omnes omnino.& no. ex hac l.corporalibus iniuriis decuriones non atterendos.& nota etiam antiquam consuetudinem priuilegij seruandam.

DE PRIVILEGIIS CORPOR. VRB. ROM.

Tit. xiiii.

L.1. Nvlli, &c. *Nouum*. Puta vt capias tributum. in plebe vbi sunt incolæ, non præstent : vt j̄. de capitatione ciuium. h. *Indulta*.De nouo puta pro incolatu. *Corporati*.Sic deriuati à corporibus in quibus erant constituti. dicitur enim corporatus,id est in corpore constitutus,vnde quælibet hominum membra corporata dicuntur secundùm Py.h.*Solennitas*. Infrà,de pascuis.p. l.1.h. facit ad l.istam j̄.de Alexan. primatibus. j̄.de agricolis cum satis in prin.& §.pen.& fi.

DE

DE PISTORIBVS.
TIT. XV.

QVICVNQVE. De mancipiis.id est, pistoribus. sic ponitur j.de frumento vrb.Constan.l.1. vel, id est custodibus. h. *Horreorum*. Scilicet publicorum. secundùm Al. vel penuum.s.de episcopis,&c.si quenquam.s.ad l.Iul. repet. l. vlt.j.in authent.vt senten.fine quoquo suff. §.1. j. authent.iusiurand. quod præstatur ab his qui ad h. *Dignitatem*. Vel dignitate.h. *Alio*. Minùs probabili.vel fortè dicendum est quòd huiusmodi mancipes ad dignitatem vel officiũ nullatenus peruenire possunt, secundùm P.h. L. 1.

DE SVARIIS,&c.
TIT. XVI.

Qui apud Italos porcarii vulgari sermone appellantur, sic dicti, quia porcos custodiunt. *Susceptoribus*. De istis non tractat hîc in nigro.sed dic quòd tractat in Græco.sic s.ad Trebel.& s. de aleæ vsu & alea.H.

PORCINARII. *Sordidis*. Quæ enumerantur s.de excu. mu.maximarum. L.1.

QVICVNQVE,&c. *Præstoletur*. Al.postuletur.h. L.2.

DE COLLEGIATIS,&c.
TIT. XVII.

SIC dicti à collegiis in quibus sunt constituti, dicitur enim collegiatus,id est,in collegio constitutus,sicut & priuilegiatus à priuilegio deriuatus,secundùm P.h. *Chartopatri*. id est, secundùm Græcos, qui gaudent in patria,apud Græcos dicitur charta, apud Latinos dicitur patria.h. *In charta patris*. Id est,in charta alicuius patriæ.iure scriptus erat qui se excusare poterat:sed supra numerum qui continetur in charta,nemo se poterat excusare à munere.h. Charropratæ sunt qui per chartæ emptionem à quopiam qui in charta vel in matricula est collegiatorum vel consulum, acquirere voluit vt in eius locum subrogetur,vt in fine huius l.innuitur,id est,vt alludam nomini, non id agunt emendo chartam,id est,locum cuiuscunque per chartam assignatum,vt patriæ fiant incorporati secundùm P.h.al. Catopatris.al. deest &.

QVISVB,&c. Habes hanc l.s.de sacrosan.ec.qui sub. *Vendit o*. al. iudicio. *Supplicum*.id est, subiectorum. *Constitutionis*. Al. dispositionis præceptum.h. *Adiecta*. Al.adita.h.facit ad l.istam ar. s.de aduocat.di.iu.nemini.ar.s.de nauibus excu.l 1.s.de coll.do.vel te.l.1.h. L.1.

DE STVDIIS LIBERALIBVS VRBIS ROMÆ & Constantinopolitanæ. TIT. XVIII.

1 *Oratores cæteris præferuntur.*
2 *Cicero eloquij Romani maximus auctor.*
3 *Græci sapientes & dolosi.*

L.I. VNIVERSOS. *Constitutionis.* Al. sanctionis h. *Mandamus.* Al. damnamus. ff. in proœmio Digest. in constit. illa, omnem nostræ reip. §. hæc autem tria. h. Primùm no. quòd oratores †præferuntur cæteris. i. grammaticis, dialecticis, philosophis, iurisperitis, secundùm Pi. h. *Eloquentiæ.* Cuius flos & tuba fuit Tullius, eloquij †Romani maximus auctor. *Grammaticos.* Al. Grãmatici. h. *Decem.* Alius numerus videtur statui de aliis ciuitatibus, hîc tantùm de Romana & Constantinopoli. h. *Græcitati.* Aliàs, atrocitatis. al. grauitati. al. grauitatis. h *Græcita* ff. de excusat. tut. si duas. §. I. Sed dicas illud hîc immutari, vel ibi loquitur. h. *Pollere*, i. fallaciæ. In sophismatibus quippe Græci †sapientes & dolosi secundùm Pi. *Grammatici.* Dicas hoc fuisse vitium scriptoris: nam hoc & s. dixerat, sic s. de excusationibus artificum. h. adolescentiam. has enim artes non discere, sed didicisse iubemur, vt ait Seneca, P. h. *Profundioris.* Quæ legitur in philosophis, & in legibus, de diuina scientia quæ est domina, nihil dicitur secundùm Pi. h. *Timetur.* Al. Rimetur. *Quorundam.* Eorum maximè, scil. qui nimis lectionibus intenti, quandoque in pannis, quandoque in castris conficiendis, quandoque in regulis scholæ immutandis curam & animum suum extendunt, secundùm Pi. h. *A studio.* Al. ob studium. h. facit ad l. istam. j. de professoribus qui in vrbe Constantinop s. de profess. & medic. magistros.

DE HONORATORVM VEHICVLIS.

TIT. XIX.

L.I. OMNES. *Vel honore.* Al. deest vel. Al omnes honorati. seu ciuilium, &c. *Vel.* Pro saltem. *Ciuilium.* Virorum, vel dignitatum, h. *Vtantur.* Si velint, & liceat eis vti.

DE PRIVILEGIIS VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

TIT. XX.

L.I. VRBS *Constantinopolitana. Iuris.* Quod autem sit illud, dixi de censib. l. I. & vlt. h. facit ad l. istam. s. de sacrosanct. eccles. omnium. h.

DE METROPOLI BERYTO.

TIT. XXI.

L.I. PROPTER, &c. *causas.* Scil. maximè hanc, quia legum nutrix esse conuincitur. vt & in constitutione illa Digest. Omnem reipub. nostræ sanctionem. §. hæc autem tria. h. *Berytum.* Berytus est ciuitas prouinciæ Phœnicis, vt s. qui ætate

te

te se excu.l.1. *Metropoli.* Nomen ciuitatis.h. *Tyro.* Datiuus est nominis secundæ declinationis, facit ad l.istam, ff de censibus.l.1.& vlt.h.

DE CANONE FRVMENTARIO VRBIS ROMÆ. TIT. XXII.

L.1. NAVTICI. *Apud præsidem.* Al.præsidum. *Deponitur.* Al.ponitur. *Vitij ex.* Al.quod. *Præfecturam.* i.præfectum annonæ. nam et loquitur Imperator in hac lege. *Igitur.* Al. iugiter. facit ad l.istam, s.de suscep.& præpo.susceptores.h.

L.2. SI QVID, &c. *Data.* Al.deest data, &c.h. facit ad l.istam, j.auth.vt nulli iudic.§.ex hoc vero.ff de transactio.præscs.j.eod.l.prox. s.de anno.& tribu.l.3. de pistoribus. suprà, de precibus imper. offer. nec damnosa rescripta. j. de fun. reip. l.vlt.s.si contra ius vel vtilit. publ.l. fin.h.

L.3. NEMINEM, &c.s.eod.l.prox.j.authent.vt nulli iudic. §. & hoc verò.s.de precibus imperat.offer.nec damnosa rescripta. s. si contra ius vel vtilitat. public.l.fin j.de fund.reipub.l.fin.h.

DE FRVMENTO VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ. TIT. XXIII.

L.1. NVLLI NE. Ne, pro nec.& subaudi etiam, id est, dicere nulli priuato, nec etiam diuinæ, &c.Al.nec.h. *Mancipibus*, sc.Comitis horreorum, quæ mancipia ad nullam dignitatem debent aspirare, vt s.de pistoribus.in pane.infr.de erogat.milit.ann.l.1. *Præstitus.* Al. præstitutus.h.

L.2. AVRI.&c. *Postea.* Al.post administrationem vrbicariæ potestatis perceptam, h. *Præcepta*, Al.ex.vel per h. *Mancipib.* Comitis horreorum, vt dixi s.l.prox. *Post.* Al.deest post.h. *Mutui.* s. de his qui ex pu.ra.mu.pec.l.1.& 2.contra Pi. Hic loquitur cùm mutuatur ob publicam vtilitatem. s pro pane faciendo, & domibus exhibendo, vt s. eo.l.1. At ibi loquitur cùm ob priuatam aliquam vtilitatem fit, h. facit ad l.istam, s.vt nemini liceat in empt.spe. s.tit.1.l.vlt.s.de admin.re.ad ciu.pertin.l.2.§.1.3.& 4.h. *Incidi.* i.scribi & imprimi, siue sculpi.h.

DE ANNONIS CIVILIBVS. TIT. XXIIII.

¶ Al.de canonibus ciuilibus.h.

L.1. ANNONAS. *Singulorum.* aliàs virorum. al.singulorum virorũ merito attributas.h. *Meritis.* i.immeritis viris singulorũ, h. *Præceptorum.* aliàs.per. *Hæreditatis.* id est, nec in diuisionem veniet, nec à patre filio auferetur, vt infrà, de silent.lege vltima, secundùm Py.& suprà de inoffic.testam.omnimodo. §.fin.facit ad l.istam. infrà de erogat. milit. anno. hi.& not. annonas

ciuiles quæ dabatur alicui propter dignitatem vel meritum, quædam etiam ab hæredibus præstabantur,h.

L.2. CENTVM. *Perisseumatis*.Græcum nomen est. *Maticis*.Al.deest cis. *De horreis*.Al.de canone ciuili. *Apicibus*.i. nostris literis. Vel hoc dicit quia apud præfectum siue iuridicum Alexandriæ hæc donatio erit insinuanda,vt s.de offi.iuridici Alexand.sed certè donatio principis non eget insinuatione, vt C. de donat. sancimus.in fi. primi resp. h.*Tribuimus*.Singulis annis.h.

DE MENDICANTIBVS VALIDIS.

Tit. xxv.

¶ Sic dictis à valeo vales,secundùm Pi. hos vulgus Spanaldos vocat,secundùm Pi. *Validis*. i. robustis: robusti enim mendicare non debent,ne verè inualidis & miseris panem auferant,& est ad hoc,s. q.5. non omnis.& 83.ca.1. & dicit glosa super Matth.Iustiùs feceris si iniustè petentem correxeris,quàm si ei dederis,h.

L.1. CVNCTIS,&c.*Inertibus*.i.cùm fortè artifices sint,h.*Miserandis*.Sicut se exhibent,simulantes se arte carere,quia nolũt laborare, sed mendicando sine labore viuere.*Plenitudinem*. Al.lenitudinem. h. *Præstiterunt*.s.cùm al.serui.tamen mendicaturi non essent,vt arg.ff. de ser. cor.l.1.& ad idem est,instit.de obligat.quæ ex delict.nasc.§.ope.& ff.de verb.sig.sæpe. §. fin.& ff. man.l.2.§.fin.actione.ff.de seruo.corrup.l.1.s. de murileg.qui aliquam.ff.de seruis fug.l.1.quicunque. j. de agricolis. omnes profu. s. de fabricensib. nullus. est huic contraria. j. auth. de quæstore.§.si verò.contra.h.

DE NAVTIS TIBERINIS.

Tit. xxvii.

L.1. QVI NAVEM, &c. *Vendicetur*. i.separetur vel remoueatur.h.

DE FRVMENTO ALEXANDRINO.

Tit. xxvi.

L.1. IN ÆSTIMATIONE.*Conuehitur*.i. congregatur,secundùm Pi.h.*Elogij*.In libro M.est emendatum decreto elogij, &c. *Ergostasii*. Nomina sunt virorum secundùm Pi. h. Cosua.*Ciuitas*.Alexandri,pueri magni merito sua ciuitas pro alimoniis copiosam largitionem consecuta est, nam & iuridicum habebat Pi. vt suprà, de offic. iurid.Alex.h.h.*Vt nemo*.sci.priuatus.Pi.h. *Percepit*. Al. perceperit. h. *Perissoco*. Per, id est iuxta, inde est perissagos. regis Perissigo regia dicitur, id est qui iuxta regem manet, secundùm Pi. h. *Designentur*. scilicet, frumentariæ, vt ff. de iud. sed & si.§.1.h.

In veteri deest l. duae, 2.

DE

DE ALEXANDRIÆ PRIMATIBVS.
TIT. XXVIII.

1 *Dinummius quid.*

CORPORATOS. *Fluminis.*Sc.Nili, quem expedit purgare, quia non pluit in Ægypto,h. *Dinummio.* Sc.dinummium, i.duos nummos Alexandriæ ciues dabant pro purgando Nilo.& al. dispẽdio ciuitatis dinummio sic deriuato à di-1 numero,dinumeras.Est autem †dinummius locus nummis reponendis destinatus,sicut sacrarium,vbi res sacræ reponuntur, vt ff.de rer. diui.sacrà loca.§.1.h.facit ad l.istam,s̄.de priuil.corporatorum.h.*Ex titulo.*i.redditu. L.1.

DE IVRE REIPVBLICÆ.
TIT. XXIX.

¶ Cuiuslibet ciuitatis,non Romanæ: aliàs enim superfluus esset prior titulus de iure fisci,h.

SI *quid aduersus*,&c.*Nihil.*Sc.ipso iure,vel per rest.quod melius est: quippe contra fiscum sententiæ retractari possunt iure singulari, si contra rempub.alterius ciuitatis pronuntiatæ,vt s̄.de sententiis cõtra fiscum,l.1.Pi. *Nihil.*Scil.ipso iure. Si verò haberet legitimum defensorem,læderetur quidem,sed ad instar pupilli iuuaretur,vt s̄.si aduersus rem iudic.l.vlt.secundùm Py.*Est praeud.*Sc.per sententiam dif. nam bona eius possideri,sicut & minoris poterunt, vt ff. quod cuiusque vniuer.cùm ita.contra.l.1.§.quod.h. facit ad l.istam. ff. de re iud. contra pup.s̄.si aduersus rem iud.cùm s̄.qui le.per.l.1. s̄.quomodo & quando.j.si vt proponis,præses.h.ff.vt in poss.le.is cui. L.1.

AN *respub.id iu.*Vt Antiochia,vt ff.de priuil.Antiochiæ. *Separatur.*Non datur ei tacitum pignus,licèt in personalibus actionibus priuatis creditoribus anteponatur,vt s̄.de priu l.c.l.pen.h. *Separatur.* sc. hoc solùm non sufficit debito nos satisfecisse re p. nisi etiam specialiter ius eius in nos transferri postulastis, & etiam impetrastis, vt s̄.de priuil.fisci.l.3.& vlt.Vel fortè dicas quòd in fisco & repub.speciale sit vt ex sola satisfactione ius eius in soluentem transferatur, præterquàm contra cum eodem fisco contrahentem, vel eundem fiscum,vt in l.prædicta.s̄.de fide iuss.cùm alter.secundùm Py.h.facit ad l.istam,ff.qui po.in pig.si pigno.l.vlt.in prin.& ff. de iure fis. res. §.1.si quis.ff.de priuil.cre.l.pen.§.1.contra.Solut.Ibi de repub.Romana, hîc de alia cuiusl bet ciuitatis. Vel hîc loquitur de hypothecaria actione, ibi de priuilegio personali,h.s̄.de priuil.fisc.l 3.h. L.2.

REMPVBLICAM,&c. *Non Romanam.* Nempe respub. Romanorum non iuuatur,quia non labitur, & sic debere intelligi, tam duæ præcedentes leges,quàm quarta sequens videtur innuere: ciuitatis tamen actor non cauet,licèt tutor vel à tutore datus actor caueat, vt ff. rem ratam hab. actor.& s̄.de officio eius qui vicem alterius iudi- L.3.

cis,Py.& ff.de admin.tut.vulg.h. *Extra ordinem.* Scilicet per in integ rest.t.secundùm P.h. *Extra ordinem.* Idem dicitur & in ecclesia, vt j. auth de non alie.aut permut.e.r.§.vlt.& §.finimus.& s.de sacros. eccles.vt inter diuinum.h.a. *Pupillam.* Ergo non.j.terminum solum, sed perpetuò iuuatur secundùm quosdam,facit ad l.istam,arg. s.de emãcip.l.1.arg ff.de testib.l.3.§.vlt.arg.s.locati.circa arg.ff.de inspic.vent. l.1.in fin.arg j.tit 2.l.1.s ne de statu def.si mater.s.ex quibus causis ma numir.l.4.s.de offic.eius qui vicem alicuius iu.ob.in causa.h.

L.4. SI *secundùm legem*,&c. Non consuetudinem,quæ lex appellatur, & pro lege seruatur,vt inst.de iur.nat.§.non ex scripto,secundùm Pi. h. *Legem.* i.Lege municipali,secundùm R. *Legem.* i.priuilegium , vt j. de vendend.reb.ciuitat.l.1.secundùm Cy.& P.& sic non obstat s. quæ sit longa consuet.l.2.sed nos aliter dicimus,prout ibi nota.h. *Tenorem.* id est,sine decreto factum,secundùm Pi. h. facit ad l.istam, s. de ædif. pri.singularium.s.de offic.proconl.si in aliquam.s.de offic. præsidis. præses.ff.de damn.infect.ad curatoris.in princ.arg.in decr.dist.32.placuit.Pi.arg.s.de long.consuet.consuetudinis.contra h.

DE ADMINISTRATIONE RERVM PVB.

Tit. xxx.

1 *Fundi vectigales qui dicantur.*
2 *Vectigalis fundus inuito possessore auferri non potest.*

L.1. FVNDVM *vectigalem.* Agri siue fundi vectigales dicuntur, qui à rep.in perpetuum †locantur,j.hac l.vt quamdiu vectigal pro his pendatur,tamdiu neque ipsis qui conduxerunt,neque qui in eorum iura per in rem vel vniuersitatem succedentibus auferre liceat , imò tunc quemlibet possidentem & etiam contra ipsam remp. horum conductores quandiu vectigal præstant,in rem actionem vtilem intendunt,vt ff.si ager vectig.l.1.& not.ex hac l. fundum vectigalem † non posse inuito possessore auferri.h. 1 2

L.2. CONTRA EOS, &c. *Relicti.* Ciuitati.h. *Actionem.* Vtilem action. negor.gest.vel act in factum,vt s.vt in poss.leg.l.vlt. & 1. h. & est huic l.simile.ff.ad municip.simile.Lucius.§.vlt. j.de priu. præ. vt.eos. ff.de priuil. cre.l.antepen.Sed est s.tit.1.l.pen.contra. Sol. Electionem habet resp. sicut pupillus vel restitui,vel administratorum damna sequi,vt s.si tut.vel cu.inter l.vlt.secundùm Pi.h.

DE VENDENDIS REBVS CIVITATIS.

Tit. xxxi.

L.1. SI SINE, &c. *Perfecta.* Scilicet cùm dedit & cauit solemniter secundùm h. *Ne adiectione*,scilicet ab illo,secundùm Pi.h. *Adiectioni-*

bus. Quibus non est locus nisi semel, vt j. de loc. fundorum ciuilium, l. 2. h. *Ad causas*. i. ad res fiscales à fisco venditas, vt s. de iure hastæ fisca. si tempora. secundùm Pi. h.

QVAMVIS, &c. *Publici*. i. ciuitatis, vt etiam fisci, secundùm Pi. vel ciuitatis & non fisci, vel etiam patrimonii, nisi cùm locatio est temporalis, vt j. de fun. patr. quicunque. j. de loca. fundorum patr. l. fin. h. *Additamenti*. Ea sc. ratione, quia nonnisi in fiscalibus venditionibus locum habet adiectio, sicque neque in locationibus, nedum à ciuitate, sed neque à fisco locum habet adiectio: nam neque ædiles de locationibus licèt de venditionibus edixerunt, P. vt ff. de ædil. ed. sciendú. h. *Specie*. i. prætextu, h. *Finem*. s. vt s. in venditione. p. e. t. l. 1. h. facit ad l. istam, s. de allu. & pa. l. vlt. & s. locati. si olei. ff. de iu. fis. non intelligitur. §. diuus etiam Adria. ff. de publicanis. cæteræ. §. fi. h. L. 2.

1 *Annona computantur inter immobilia.*

SI QVÆ, &c. *Fideicommissi*. Sc. specialis, vel etiam vniuersitatis: & hoc præcipiente S C. Aproniano, ita vt per Trebell. actionibus ei & in eam translatis actorem eligat ad agendum & actiones excipiendas, vt ff. ad Trebel. omnibus. qui si de decreto dubitetur, cautionem ratihabitionis præbere debebit, vt ff. quod cuiusque vniu. no. item. §. si actor. ergo cùm procuratoris partibus fungatur, non ipse, sed vniuersitas, vel maior pars, vel idonea sacramentum calumniæ præstabit, vt s. de iureiu. propter cal. l. 2. § hoc etiam. secundùm Pi. quod dicere non placet, vt ibi plenè not h. *Annona*. Nam hæ inter immobilia 1 computantur, vt j. auth. de non alie. aut per. cc. tit. §. 1. secundùm Pi. h. *Collecta*. Al. collata. h. plurima. s. de legationibus. si quod ff. ad municip. quod ma. & s. de præd. cur. l. 2. h. *Vnumquemque*. j. auth. vt iud. non expectent sa. iussiones. §. 1. designare. j. authen. de alie. & emph. §. si verò quod de prædictis. s. de seruis reip. ma. l. 1. & 2. h. facit ad h. istam. s. de hær. inst. apud collegium. j. de alien. & emph. §. emph. ff. de iur. si quid ciuitatibus. si quis. §. fi. si hæres. §. 1. h. ad Treb. S. C. omnibus. ita. s. de hær. inst. hæreditatis. s. nit. eo. l. vlt. h. & nota ex hac l. ædificia pertinẽtia ad inclitam vrbem non posse vendi, nisi imperiali auctoritate, h. & not. etiam sententiam, &c. L. 3.

DE DEBITORIBVS CIVITATVM.

TIT. XXXII.

NON *prius debitorem*. Scilicet præsertim ex administratione, & non ex mutua pecunia, vt ff. de muneribu. l. 6. §. debitores. h. *Exsoluerit*. Quibus debitoribus nondum competit liberatio nisi apud acta totius ordinis vel maioris par. & intercedente decreto dissoluendæ obligationis causa probetur, vt s. de præd. cu. sine dec. non alie. l. 2. *Exsoluerit*. Aut caueat pignoribus, seu fideiussoribus idoneis, quod vice solutionis sufficit, vt ff. de muneribus. l. 6. § debitores. h. facit ad l. istam. ff. de le. sciendum. in prin. ff. de iure immu. l. pen. §. cóductores. ff. de public. & vectig. §. debitores. h. L. 1.

L.2. APVD EOS, &c. *Obnoxiis*. i. obligatis expressim ciuitati, vel ex beneficio sibi concesso, vt s. ff. de iure reip. l. 2. secúdùm Pi. *Pro rata*. ff. ne quid in frau. pat. l. 1. §. si pluribus. h. *Conueniantur*. Condictione ex hac l. Item speciale est ciuitatem conuenire possidentem res debitoris sui, sibi non obligatam, cùm alius creditor non posset, nisi in fraudem suam alienatam esse probaret, vt s. de reuoc. his quæ in frau. cred. vel loquitur in reb. obligatis, h. *Conueniantur*. Hæc fortè etiam hodie locũ habent in debitoribus ciuitatum. Vel dicas emendatum per auth. vt prius excutiatur debitor, & fideiussores siue sponsores, & mandatores eius quàm perueniatur ad rerum detentatores, vt j. auth. de fideiuss. §. sed neque, secundùm Pi. h. *Actionem*. s. negotiorum gest. secundùm P. *Liberatur*. s. de euict. si ob causam. ff. de solutionib. Stichum. §. dolo. ff. de fideiuss. tutor. ff. de euictio. si plus. §. 1. ff. de distract. pign. rescriptum. §. 1. h. *Oportebit*. Sed nunquid gratis, an pretio? *Oportebit*. sc. vt sic idoneus solidum debitum agnoscat. h. *Locum*. j. successit fiscus aliquo modo in bonis suis, vel in aliquam rem suam h. *Sustinere*. s. si aduersus fiscum. l. vltim. j. de fun. pat. l. 1. j. de quadr. præsc. l. 1. 2. & 3. inst. de vsucap. §. vlt. ff. de petit. hæred. nec vllam. ¶ Item contra. s. de capien. & distr. pig. l. 1. h. *Possideat*. Et fecerat locum fisco debitor: nam ad eum casum videtur hæc clausula referri vsque in fin. l. h. *Reip*. i. ci. *Patris*. i. curatoris vel defensoris. *Idoneos*. Defensores. s. *Vel*. Pro saltem. h. *Pecunia*. Ciuitatis. h. facit ad l. istam, ff. de public. l 3. §. fi. si multi. in prin. l. 1. de omni agro deser. l. 2. ff. de iur. fisc. moris. in prin. ff. de censib. cùm possessor. in princ. j. quo quisque ord. con. l. 1. s. de suscep. præpo. l. 2. s. con. fi. de. l. 1. contra. & not. ex hac l. possidentes facultates debitoris pro rata rerum quas possident singulos conueniendos esse.

DE PERICVLO NOMINATORVM.

TIT. XXXIII.

1 *Nominatores tutorum quando conueniri possunt*.
2 *Ex præsenti existentia sumitur præsumptio*.

L.1. SI QVI A TE. *Exegisti*. Secus in nominatoribus tutorum, hi enim ex eo solo conueniuntur, quia † caueri non curauerunt: vt s. de mag. conn. l. 3. secundùm Pi. sed certè, imò idem & in eis est, vt ff. de mag. conue. l. 1. §. si magistratus. h. *Soluendo*. Cuius existentiæ vobis probatio iniũgitur ex eo, quòd tunc non soluendo reperiuntur, sumpta cõtra vos præsumptione † ex præsenti existentia, vt arg. j. auth. de rest. & ea quæ pa. §. vnum. & s. de prob. ex persona. & l. cùm te. secundùm Pi. M. sed hoc dicere non placet, vt notaui in illa lege de probationib. ex persona. h. damna. & tãtùm in damnum sortis, non etiam in vsuras, vt ff. ad municipa. Lucius Paul. & l. constitutionibus. & ff. de administrat. rerum ad ciuitat. pertinent. l. fin. in princ. facit ad l. istam, ff. de diuid. tut. l. 1 ff. ad municip. imperator ordine. §. 1. ff. de magistr. conuen. l. 1. §. si magistratus qui ad hæred. s. de probatio. ex persona. ff. de administrat. rerum ad ciuitat. pertinent.

l.2.§.si eo.s̃.de susceptor.præpo.l.2.h.ff.ad municipa.Lucius Titius.§. Paulus.h.

1 *Successoris successor non est decedentis successor.*
2 *Litera meretrix est,& occidit.*

SI SUCCESSORIS. *Nominauerit.* Al.denominauit,ergo ad magistratum pertinet sibi successores nominare,secundùm Pi.sic 8.q.1.§.1. & c.1.§.his omnibus.Sed non eligitur,vt j.auth.de defen.ciu.§.fin.h. *Nominati.*A se.s.& construas illa duo, nominati successoris intransitiuè.h.*Successoris.* Ergo successoris successor † non est decedentis successor iuris,secus autem in successoribus iuris,vt ff.de reg.iu.l. qui per successionem.secundùm Pi.M.h. *Nominatorem.* Ergo nec etiam ad patrem tuum in hoc casu, vel fideiussorem tuum, quia nominatoris est nominator:sed opponitur.ff.ad munic.l.2.& j.tit.2.l.vlt.contr. Sol.Litera meretrix † est,& occidit,sec.Pi. M. non enim verum est quod pater tuus, vel fideiussor tuus sit nominatoris nominator: non enim te nominat pater vel fideiussor,sed tibi consentit,siue tuæ nominationi, siue pro te fideiubet:& ideo patrem obstringis, si malos nominas successores tibi,vt ibi dicit,sed non obstringis fideiussorem: vt ff.ad municip.libertus.§.pen.& fi.Vel idem dic in fideiussore.h.facit ad l.istã,arg. contra.ff.quod vi aut clam.si ego.j.quo quis or.conue.si ita.s̃.de suscep.præpo.l.2.exactores.s̃.de conuenien.fi.deb.quoniam.h.

L.2.

DE PERICVLO EORVM QVI PRO MAgistratibus interuenerunt.

TIT. XXXIIII.

DE PRÆDIIS TAMIACIS. Id est,prædiis in quibus sunt cellulæ. inde tamiacus,id est cellarius.nam tama græcè,latinè cellarium. Vel aliter,prædia scripta erant,vt canonem redderent, tamen in cellulis, vel inter cellas.*Tamiacis*.Credo debere dici de prædiis dominicis,non tamiacis,in hac rubrica.& hoc ex eo probatur, quia subditur, & de his quæ colonis dominicis,ergo in lege,id est dicatur dominico vel dominicæ,non tamiaco vel tamiacæ, & in vltima fundos dominici iuris, nō tamiaci,quod nihil est,secundùm P.i.h. *Annectentur*. Suprà de seruis fugit.l.vlt.s.de seruis reip.manu.l.2.h.*Dominicam*.Sed per hoc probatur tamiacum non debere scribi secundùm P.h. *Dominico*.Per hoc quoque probatur similiter. *Sancimus*. Vt sequatur matris conditionem, quod supra non contingit,scilicet,in primo casu legis.

L.1. MEMINIMVS.*Italici*.Al.tamiaci.*Conatrici*. Al.gomanici, id est, saltus laboribus ad fertilitatem perducti.gomos enim græcè, latinè labor dicitur. alij habent conatici, quòd sic glosa, conatici, id est, præstantis ordinarium canonem.canon græcè,latinè dicitur ordo,quia ordine nominatorum ibi positi sunt. inde dicta est canonica, vt s. de sacrosanc.eccl.placet.*Canone*.Scilicet,sicut memini.s.de col donat. vel reuelatorum aut translatorum. *Distrahi*.Sibi subaudi,aliud obseruatur in his patrimonialibus qui per tractum orientis positi sunt: vt s. de fund. patri. nulli, & faciunt ad l.istam.j.de locat.præd.ciuil.l.vlt.s. de fun.rei pri.l.1.j.tit.1.eos.& l.si quis.

DE

DE DIVERSIS PRÆDIIS VRBANIS ET RUSticis templorum,& ciuitatum,& omni reditu ciuili.

TIT. LXIX.

PRO ÆDIBVS. *Cogantur.* Si satius est vectigal in eis imponi,quàm eas in publico vindicare. quod autem magis expediat,curabit præses prouinciæ:vt ff.de operib. pub.legatum,in fi.& faciunt ad legem istam.ff.ne quid in loco pu.l. 2.§.si quis neminem. L.1.

ETIAM ALIÆ. Personæ vt villæ, adquirant,iustè tamen. & faciunt ad l.istam.s.de hæred instit.l.hæres.s.de leg. 1.ciuitatib. s. de fun. re.pri.l.1.s.ad Treb.omnibus. L.2. *Alias Philiae*...

RESTAVRATIONI. Et faciũt ad l.in authent.de colla.§.iubemus eos qui firmum,quia non est locus adiectionibus in patrimonialibus seu possessionibus templorum,sed solùm in causis fiscalibus,vel potest dici quòd in patrimonialibus locus sit adiectioni, sed non nisi semel. & hoc colige ex eo quod dixi prima actione. & ad hoc est.s. de vendic.rer.ci.l.1.& j.tit.prox.l.2.s.de fun.rei pri.l.1. L.3. *In veteri deest l. eos* 4.

SI QVIS. *Agonotheticas.* Suprà,tit.1.l. vlt. & faciunt ad leg. istam s. de fun.patri.l.vlt.s.de fun.rei.pri.l.vlt.j.de loc.piæ.ci.l.vlt.s. de fund. rei pri.l.1. L.5.

HAC IN. *Nicenensium.* Ciuitas est in prouincia secundùm P. *Eporio.* Nomen viri proprium. *Ipsa.* Apametra ciuitate quæ erat subdita Nicenæ. *Ciuitatibus.* s. præfatis duabus.& facit ad l.istam. s. de precib.imper.offe.rescripta. *Refringere.* Al.distinguere. L.6.

DE LOCATIONE PRÆDIORVM CIVILIVM vel fiscalium,seu templorum,siue rei priuatæ vel dominicæ.

TIT. LXX.

1 *Episcopi in quod tempus locationes facere possunt.*
2 *Prædia fiscalia minoribus* XXV. *annis non locanda.*

DE LOCATIONE. Ex hoc tit. & ex his legibus videtur posse colligi quòd sicut prædia rei publicæ vel dominicæ in perpetuum locantur, ita & templorum, quod prohibitum est noua constitutione posita in authent. tit. de aliena. & emphy. §. locari. in illo.§.si verò aliquis. qua sancitur posse fieri locationes ab episco. venerabilibus domibus in 1 quantoscunque annos voluerint. dummodo † tempus XXX. annorum non transcendant. sed dic vt notaui in auth. de reb.non alie. §. neque illud. *Ciuilium.* Scilicet, cuiuslibet ciuitatis. *Fiscalium.* Quæ prædia fisca-2 lia †minoribus XXV. annis non sunt locanda. Item vectigalia, ne aduersus supradicta beneficio ætatis vtantur, vt ff. de iure fisci. infra. §. fin. Item quorum conductores nihil ex prædio fiscali transferre possunt, nec cupressi materiam vendere, vel oliuæ non substitutis aliis: nec

cæteras arbores pomiferas cædere. alioquin facta eius rei æstimatione in quadruplum conueniuntur, vt ff. de iure fisci, in fraudem. §. pen.

L. 1. DIVI. *Perpetuarii*. Colonis. iudiciaria. qui hoc discutit, appellatur discussor. *Munita*. Scilicet, fideiussoribus præfatis, vel fundis patrimonij sui vtilibus obligatis: vt s. de communi agro descr. l. 3. sup. de fun. patr. quicunque. *Seruentur*. sup. de fun. rei pri. quicunque. facit ad l. istam. ff. de adminiſt. tut. cura. auth. de sanctiss. episc. § aliena.

L. 2. FVNDI. *Reddiderunt*. Al. rint. *Auferantur*. Sancimus sup. vel prohibemus. *Semel tantùm*. Sicut & deliberatio non petitur nisi semel: vt s. de iure delib. scimus. §. sed quia. *Adiectionis*. Id est, ante locationem cõtractam, secundùm P. imò etiam post secundùm P. vt ff. eo. l. vlt. & hic faciunt ad l. istam. ff. ad mun. Lucius. § vlt. s. de fide instr. quicunque.

L. 3. LOCA. Et hic facit ad l. istam. sup. de fide instru. quicunque.

L. 4. CONGRVIT. Et faciunt ad legem istam. s. de manc. & col. l. 3. s. de in diem addic. nec æs. ff. de iure fis. non intelligitur. §. diuus, & j. eo. l. 2. in fi. ff. de in diem addic. licet.

1 *Ius emphyteuticum cur dicitur perpetuum.*
2 *Res in perpetuum locatæ, ab eo cui locatæ sunt, vendi vel donari possunt.*
3 *Vbi res perpetuò locatur, emphyteusis concedi & fieri iubetur.*

L. 5. PRÆDIA. *Perpetuo*. Iure emphyteutico, quod ideo dicitur perpetuum, quia quamdiu † soluatur, perpetuò durat, vt instit. loc. & cond. §. adeo. & ff. si ager vectig. l. 1. *Non oportet*. Sicut nec debet aliquid extra ordinem sustinere. vt s. de exc. mun. l. priuatæ. nec sordidis debet grauari muneribus: vt s. eod. tit. euidenter. *Cogatur*. ff. ad Sila. si quis §. si quis eo. contra. ff. de pec. si quis ali. §. testamẽtum, firmitatem. s. de petit. bo. sub. l. 1. in fi. j. de cohortal. l. vlt. ff. quod quisque iur. l. 1. § vlt. s. de leg. & const. l. 2. *Alteri*. Non solùm vbi venditur res domus nostræ iure emphyteutico data, sed, &c. *Intelligat*. Non ideo dicit quòd imperator possessionem suam alij in perpetuum locatam non possit in alium deliberare, alienare: nam & priuatus hoc potest, sed non debet auferre ne iniuriarum nascatur actio, vnde iura nasci debent: vt s. vnde vi, meminerint. *Siue*. No. res in perpetuum locatas vendi † & donari posse ab eo cui locatæ sunt. *Retrahendam*. Nec adiectis sæpius ac præter primũ delegationis canonem postulantis afficient impendiis. nihil enim extra ordinem sustinebunt: vt s. de excu. mu. priuatæ. §. ex hoc colligitur quòd vbi res perpetuò locatur, emphyteusis † concedi & fieri iubetur. *In arbitrio*. Suprà, de fide hastæ fisca. si te i pora. s. eod. congruit. ff. de in diem addict. licet. facit ad l. istam. s. de publican. §. agri. contra. Solutio. hic loquitur vbi dederat imperator vel comes rerum priuatarum qui rei priuatæ potestatem habet sibi commissam à principe: ibi cùm actor possessionis. vel subauditur ibi maximè. vel quod forsitan est verius, vel ibi loquitur de agris publicis, hîc de illis qui sunt domus priuatæ secundùm P. concordat huic l. s. de off. sacri pala. l. 1. s. de off. rect. si quis eo. s. de colo. & cens. emptores. s. de cõmuni agro deser. l. vlt. ff. de iniur. itẽ apud. s. de fun. rei pri. l. vlt. s. locat. & cõd. emptorem. s. locati, viam. firmitatem. ff. de publican. locatio. contra.

Solu-

Solutio,ibi in locatione vectigalium,hic in aliis conductionibus. vel illa trahitur ad hanc secundùm quosdam. *In arburio*. Nam inuitus retineri non potest in locatione,nisi maximos fructus consecutus sit, & postea locari tanti non potest. nam tunc prioribus pensionibus conducere compellitur,vt ff.de publica.& vectig.conte §.fi.secundùm quosdam.sed certè illud immutatur,vt ff. de iure fis. non intelligitur. §. diuus,& ff. de publica. & vectig. licitatio. §. ad conducendum, & debet lustro peracto finiri locatio:vt ff.de iure fis.nō intelligitur.§.cùm quinquennium.vel peracto triennio:vt ꝰ.de vectig.& con.penes.& impleto tempore conductionis alloquendi sunt licitatores, & ad iterandam conductionem antequam superiori conductioni satisfiat, admittendus quis non est:vt ff.de publica.& vectigal.l.citatio. §.ad conducendum & §.fi.

DE CONDVCTORIBVS ET PROCVRATORIbus,siue exactoribus prædiorum domus Augustæ.

Tit. LXXI.

CONDVCTORES. *Homines*.Qui apud rationalem summæ rei L.1. conueniendi sunt, vt ꝰ. vbi fisca. cen. domini colo. vel ad præpositum sacri cubiculi.vt eo.tit.l. fi. vel apud rectorem prouinciæ: vt eo. tit.vniuersi. *Hominum genus*.ꝰ.de iud. & cælic. Iudæi. ꝰ.de agrico. & man.l.2.ꝰ. de leg. & const.leges, *Grauior*. quàm in alios.*Nostri iuris*.Suprà,vnde vi.meminerint. *Et nostra*. Suprà, de episc.& cler.præsbyteri.in fi.l.& hîc faciunt ad l.istam.ff. de adminis t.tut.l.2.§.1.& 3.ꝰ.de loca.milites.

QVIBVS AD CONDVCTIONEM FISCAlium prædiorum accedere licet.

Tit. LXXII.

NVLLVS. *Habeat*.Si tamen hæredes extiterint conductores,rema- L.1. neant in eadem conductione:vt ff.de dec.decurio.& ff.de re mil. miles.§.fi.& hîc faciunt ad l.istam.ff. de contr. empt. non licet, qui ex officio.in prin. ff. pro emptore.l. 2.§ tutor.ff. de re mili. multos.ꝰ.de agricol.& manci.l.fi.in auth.de alien.& emphyt.§.œconomus.coll.ix.ꝰ. quod metus causa,si per impressionem.ff. loca. & condu. milites. ff. de administ.rer.ad ciui.perti.l.2.§ 1.ꝰ.de decur.si quis procurator.

DE COLLATIONE FVNDORVM FISCALIVM, vel rei priuatæ,vel dominicæ,vel ciuitatis vel templi.

Tit. LXXIII.

ORDINARIORVM.Hîc faciunt ad l.istam. ꝰ.vbi causæ fisca.l.1.ꝰ.de L.1. fund.rei priua.vniuersi fundi.ꝰ.de exac.tribut.actiones.ff. de iure immunit.semper.

L. 2. PALATINOS. *Si temerè*. Puta in conueniendo cōductores. non enim possessionibus eos priuare debent, sed potius iudices, vel eorum officiales: vt ī. de off. rect. prouinciæ: nullus. sup. de exact. tribut. l. fi.

L. 3. OMNIA. *Submoueantur*. Supra, de coll. fun. patrim. l. 2. j. tit. 1. l. 1. ff. de iure immuni. semper. §. conductores. *Opinionem*. Quid sit opinio, dixi sup. de præd. & reb. nauicul. l. fi. facit ad l. istam. sup. exac. trib. l. vlt.

DE PRIVILEGIIS DOMVS AVGVSTÆ, VEL REI PRIVATÆ, &c.

TIT. LXXIIII.

L. 1. PRIVATAS. Et hìc faciunt ad l. istam. sup. de agric. l. 1. colonos. sup. de colla. fund. pat. l. 1. & 2. sup. vt rustici ad mu. l. 1. sup. de agrico. vnam. dominicos. sup. de pasc. l. vlt. sup. de excusat. mun. euidenter. l. fi.

L. 2. REM. *Leuandorum*. Indicat hæc constitutio quòd soli prouinciales præstabant tributa, eorum enim leuandorum causa istud asserit, secundùm Cy. *Leuandorum*. Leuantur enim, quia minus conferunt, ideóque magis onus portabile quanto à pluribus collatum. *Conditione*. Al. conductione. *Remeante*. Al. remanente. & hic faciunt ad l. istam. sup. de fun. limitro. l. 1. sup. de iudic. l. 1. sup. de anno. & trib. modi. sup. de exact. tribut. actiones.

L. 3. *Aliâs pro tyronibus.* PORTIONIBVS. *Pretia*. Sed quæ pro pensione inferuntur, non enim extra ordinem aliqu d sustinere debet, neque adiectis sæpiùs ac præter primum delegationis canonem afficietur impendiis, vt sup de excusa. mun. priuatæ. *Conferri*. p. ad alimenta, vel ad ea quæ sunt eis necessaria.

L. 4. ABSIT. *Numeremus*. Sed construere publicas vel sacras ædes seu reparare. inter munera sordida numerantur: vt sup. de excusa. mun. maximarum. *Ascribimus*. sed & ea quæ nauiculario nomine sunt obnoxia: vt sup. de præd. naucula. l. 1. sicut. etiam non excusatur vtraque domus ad comparationem specierum: vt sup. vt nemini liceat in emptione specierum se excusa. l. 1. nullus. nisi præstita sit eis vacatio muneris: vt ff. de mune. & hon. l cui. & faciunt ad l. istam sup. de oper. p. ad portus. sup. de sacros. eccle. adici. sup. de coll. fund. pat. l. 1. sup. de immuni. nemini con. l. 2. sup. de exact. tribut. l. vlt. ff. de veteran. l. penult.

L. 5. EXCEPTO. *Patrimonio*. Quod neque superindicto, nec sordidis oneratur muneribus: vt sup. eo. l. 1. & hic faciunt ad legem istam. sup. sine censu vel reli. l. vlt. j. de exact. l. 2. sup. de coll. fun. pat. l. 3. sup. de excusa. mune. l. priuatæ.

DE GREGE DOMINICO.

TIT. LXXV.

L. 1. PROPOSITIS. *Maximeq;*. Personæ, subaudi. al. minimi & maximi, & tunc subaudi homines. *Equis*. Refert occupauerit quis equos ex grege dominico, an ipsos ex aliis gregibus.

DE

DE PALATIIS, ET DOMIBVS DOMINICIS.

TIT. LXXVI.

PRIVATORVM. Non iudicum: vt suprà, de offi. rect. prouin. l. vltim. contra. & faciunt ad l. istam suprà, de oper. p. quicunque. sic suprà, de Iud. in synagoga. L. I. *In veteri deest initiũ legis.*

DE CVPRESSIS EX LVCO DAPHNENSI VEL Perseidis per Ægyptum non exigendis vel vendendis.

TIT. LXXVII. *In veteri deest lex prima.*

De cypressis. Al. cupressis.
Daphnensi. Al. defensis. al. da. *Persidis.* Al. perseis.
OMNES. *Antiochena.* Id est, nemorex. *A luco.* Al. alitarco. L. 2.

Finis libri vndecimi.

INCIPIT LIBER DVODECIMVS.

DE DIGNITATIBVS.

TIT. I.

DE DIGNITATIBVS. Dictum est. s. de iure publico: sed quia ius publicum non potest expediri nisi per eos qui in dignitate eliguntur, ideo de dignitatibus tractat. videndũ ergo qui ad dignitates amittantur, quíve reiiciantur, quàm magna eis competunt priuilegia, quanto etiam tempore debeant durare.

SI VT. *Consularem.* Consulares enim clarissima dignitate perfruuntur, vt j. de domest. l. 2. & facit ad l. istam. ff. de senat. l. 1. fœminæ. L. 1.

NEQVE FAMOSIS. *Et ad.* Al. deest ad. *Notatu.* vt ff. de pig. act. si quis in pi. & ff. de obseq. liber. honori. licèt pares. & ff. pro soc. l. nec quicquam. *Patebunt.* licèt Arbitri fiant: vt ff. ad l. Iul. de vi. pri. l. 1. & s. de arb. l. vl. & faciunt ad l. istam ff. de iud. cùm prætor. §. non autem. ff. de off. asses. l. liberti. s. de postulan. l. 2. s. de decur. nequis. L. 2.

MAIOR. *Priores* Al. priorum. & faciunt ad l. istam. s. de excus. mun. eos. j. de primic. l. 1. j. de silentiar. l. 3. j. de prox. sac. scrin. l. 2. L. 3.

L.4. SENATORVM. *Atemonarus*.Forsan à temonibus,id est plaustris. sic dictis vel quia minora,id est ad tempus, scilicet, cùm potantur tenentur secundùm Py. *Vilioribus*.i.in vilibus & minimis.'& facit ad l. istam.s̄.de excus.mu.maximarum.

L.5. NEMO.*Praefectus*.Ergo nec senatores, qui sunt magna pars corporis imperij:vt s̄.de crimine maiest.quisquis.*Pulsos*.In libro regū. in manipulis & iniuria.§.1.in manualibus ministeriis:vt s̄.ad l.Iul. repet.l.1.in mani.id est,ministris.& facit ad l.s̄.vbi senat.vel claris.l.2.& j̄.eo.praecipimus.*Dignitas*.Scilicet,munus illud.*Dignitas*.Quam hodie sustinent consules in ciuitatibus,& est eorum dignitas.

L.6. NE QVIS.*Negotiatoribus*. Id est, negotiatores ne militent. *Monetarius*.s̄.de murile.l.1.*Adiectis*.Pistorum fortè, vt s̄. de pistoribus. *Adiectis*.Al.abiectis,id est vilibus. *Pactis*. Annualium militum vel priuatorum,& facit ad l.istam.s̄.de professo.& medic.s̄. de tabu.scri.l.vlt. s̄.de libert.

L.7. QVONIAM.Et faciunt ad l.istam. s̄.de exac.mu.maximarum.s̄.de oper.pub.inter.& l.omnes.contra.& l.nemo.s̄.de liber.

L.8. IVS QVOQVE. Suprà, ad l.Iul.ma. quisquis,& facit ad l.istam.sup.de libertinis.

L.9. LIBERTORVM.Secus de ipsis libertis:vt sup.ad l.Iul.Viscellam.facit ad l.istam.sup.de postul.l.2.sup.de off.assess.liberti. sup.de liber.& eorum lib.l.vlt.sup.de libertin.

L.10. SEVERAM.Nisi in crimine laesae maiest. vt sup.ad l.Iul.ma.nullus.& sup.de quaest.decuriones.sup.de liber.& eorum libe. l. 2. & sup. de quaestionib.diuo Marco.

L.11. SENATOR.ff.de sena.sed cōtra.Solutio,refert vtrum ante sena. dig. procreatur,& in senato.dig.postea editur,nécne.si ante concipitur & in sena.dig.editus est,verum est quod dicit lex illa de sena.hîc quādo concipitur & nascitur. s̄.de natural. lib.communium rerum.s̄. de liber.& eorum lib.l 2.priuatos, sed cùm per dignitatem quis eximitur à coartali condit.& ante & post suscepti liberi cum patre eximuntur: vt s̄.de aduo.diuer.iud.cum aduo.in prin. *Priuatos*. Non omnino, qui clarissimi sunt:vt in fi.l. vel aliter potest intelligi quod dicit in fin. *Priuatos*. Aliud seruatur in filiis eorum qui sponte se ciues cuiuscunque ciuitatis obtulerunt.nam nati post talem deditionem, paternae non erunt succidanei functionis:vt s̄.de his qui sponte mune.sub.l.fin circa prin.*Susceptum*.Ante dignitatem susceptam.& postea dicit, in clarissimatus.subaudi tantùm,& non senatoris,& sic non obstabit contra.ff. de senat.senatoris filiam.vel dic susceptam, ante dignitatem susceptā, & ita postea non erit aliquid subaudiendum, & solues contra, alio modo,vt s̄.dixi in alia solutione.

L.12. IVDICES.*Furtis*.Al.furtis & sceleribus.*Codicillorum*.Id est,dignitatū. facit ad l.istam.s̄.de off.prae.si quis.s̄.de suscep.si aliquid.s̄.de decu. infamia.s̄.de mune.reus est.d.l.qui semel.in auth.de sanc. episc. presbyteris.§.reuerendissimis.j̄.de pala.sacra.larg.l.2.

L.13. MVLIERES. L. ista ponitur. s̄. de incol.l. vlt. si dicas fuisse vitium scriptoris.sicut notaui.s̄.de nouo Cod.fac.vel quare hoc fit,dic vt dicitur.s̄.de veteri iure enucl. l. 2. si quid autem.*Priuatae*. Nam quae

priorum

priorum oblita est,rursus ex prioribus non adiuuatur vt j.authent.de nupt.§.non tantùm.nisi à principe impetrauerit:vt ff. de senato. l. fin. in prin.& faciunt ad l.istam.in auth.de consul.§.sin autem. ff.de senator.fœminæ.& l.vlt.ff.ad municip.l.pen.& vlt.§.item.& l.ea.ff.de iudi. exigere.s.de nupt.cùm te.in auth.de nupt.non tantùm.s.eo.nemo. L.15.

CLARISSIMIS.Præcipimus.facit ad l.istam.s.eo.nemo.& hîc faciũt ad l.istam s.de operis liber.l.pen.ff.ad municip. filii. §. pen. j. de consul.sancimus.j.de præposi.sacri cubicil.vlt.j.tit.3.L.1. *In veteri deest lex Præcipimus.14.*

SI GRAVES.Quæritur si hoc sit innouatum per auth. vt iud. non expectent sa.iuss.dico non,quia est in istis speciale: vt s. de off. proc. si quid erit.& plenè distinxi s.de leg.& constit.prin.l.2.*Carceramine*.al. carceralem.*Substitutione*.Al.sub tuitione.al.sub fideiussione.*Referri*,s. de off.procon.siquid erit. *Substituit*.Id est,sub custodia militari.vel executor:vt ff.de custod.re.l.1.carceralem.j.de præpo.sacri scri. in sacris. in prin.facit ad l.istam s.de pœnis.omnes.ff. de pœnis. diui fratres. §. penult.& vlt.s.vbi senatus con.quotiens. L.16. *Al. fignatura.*

QVOTIENS.*Fideiussio*. Suprà,qui satisd. eog. sciendum. *Iuratoria*. Suprà,de episc.& cleric.§.1.instit.de satisd.§. sed ho. j. de priuil. schol.l.vlt.circa. fi.j.de castren.l.vlt.*Adfuerint*. Alibi.vel si habes absfuerint,planum est,sic s de episc.audien.si qui.*Super*.Al.super possessionem.*Ordinabis*.In authen.de exhib. §. si verò. ordinabis. j. de iud. properandum.§.sin autem.*Priuatos*.Aliàs esset vt s.eo. si grauius. & s. vbi senat.l.vlt.*Priuatos*.Ergo erunt infames secũdùm R.vt s.de decur. infamia.& s.de tractat.si quis maior.*Liceat*.j.de lucris aduoc.§. rerũ. j.de curios.l.3. *Quibus*.al.illæsis.*Ex cuiuslibet*.al.ciuilibus iudic.sentẽtia commonitoria.*Scriptis*.s.de senten.ex peric.reci.hac. j de proxi.sacro.scrin.l.pen.s.de mand.prin.j.de princ.agen.l.vlt.j. de castren.1.l. 4. & facit ad l.istam.suprà de murileg.l.penult. L.17.

IVBEMVS.Faciunt ad l.istam.suprà de mand.prin.j.de silen.l.3.suprà de relat.l.1.suprà de off.rect.prouin.nullus.suprà.eo.clarissimis. L.18.

DE PRÆTORIBVS, ET HONORE PRÆTVRÆ, & collatione,& gleba,& claui, & folli,& septem solidorum functione sublata.

TIT. II.

De prætoribus.Scilicet,sublat.*Glebæ*.In lib. M.de prætoribus , & de honore prætor.& claui & folli,&c.aliàs claue,folle,pro eodem. *Functione*.al.successione.

NEMO. Deuocetur, suprà de off. præto. tres. *Securus*.ff.de reg.iur.nemo.ff.de in ius voc.l.plerisque.ff.de iniur.is qui dem.*Iisdem AA.ad Senatum.* In lib.M. idem Augustus ad senatum.*Glebam vel follem*.*Siue quemlibet*.Aliam censuram capitis,& iugationem terrarum,vt suprà de colo Thracen. l. 1. & hic faciunt ad l.istam ff.de cens.l.vlt.in fi.suprà fine censu. omnes cõtra.supr.de capit. ci.censi.eximenda.l.1.supr.de alluuion.hi qui. suprà de metall.l.antepen.supr.de colon.Thracen.l.1. L.1.

DE CONSVLIBVS, ET NON SPARGENDIS ab his pecuniis, & de præfectis & magistris militum, & patriciis.

TIT. III.

L.1. ANTIQVITVS. *Trabea.* Trabeæ, id est, vestis consularis, qua plerumque imperatores vestiebantur, vnde etiam ipsi dicebantur: & hoc est quod dicitur in auth de consulib. in fi. Aduenit autem cùm ipsi amittunt trabeam secundùm. al. *Pares.* al patres in filiis. *Antiere.* j. de primic. l. fin. j. tit. 3. l. 1. j. tit. prox. l. 1. & 2. j. de prox sacr. scrin. vnicuique. supr. ad l. Iul. de adul. l. 1. contra. *Infulis.* al. consules. *Eodémque.* Non ergo dicuntur habere per imperium, sed idem: vt notaui. ff. de off procon. l. 2. *Fasces.* i. dignitates. *Sæpe,* Er, subau. *Merita.* i. eius qui sæpe meruit dignitatem consulatus. *Quod.* sc. senat. consulrum. al. consuli. *Habitus.* A collega consule posteriore. *Habitus,* sc. postpositus secundùm Al. *Oportet.* habetur enim posterior prior consul, si posterior sit effectus patricius. *Qui.* ab eo, subaud. qui prior, &c. *Patriciatum.* sed posterior consulatum meruit secun. Al.

L.2. ORDINEM. *Rapiendi.* al. percipiendi. *Sectentur.* al. sequentur. al sequantur. *Affectu.* i. voluntate, vel desiderio. *Abstineant.* Noua verò constitutione Consules pecuniam spargere non compelluntur, nec si voluerint, prohibentur, vt in auth. 1. §. spargere, excepto auro, quod soli principi tribuitur spargere, vt ibi dicit. *Errore.* al. honore. *Perdendi.* al. spargendi, vel proiiciendi. *Restaurationem.* j. eo. nemini. sancimus. *Nouerit,* Esse. *Et data.* Ad restaurationem aquæductus, & facit ad l. istã. in au. h. tit. eo. col. 6. § sparge. e. inst. de re. diu. §. hoc amplius, contra.

L. 3. NEMINI. *Omnibus.* supr. de off. præf. vrb. præfectus. contra. ff. de offi. vic. l. 1. contra. ff. Sol. Ibi loquitur de dignitatibus quę potestatem tantùm intra vrbem habent, hic de his qui & intra & extra. *In actu* j. *vt dig. ord.* seru. l. 2. *Dignitatem.* Sed illustribus viris permittebatur patriciatus codicillos accipere, quamuis his dignitatibus non fuerint primò decorati, vt nouel. contra ta. de ord. sena. vbi etiam dicunt præfectum vrbis præesse patricio. *Caput orbis.* ff. de leg. & se. con. de quib. insti de satisdat. § vlt. supr. de vet. iu. enucl. l. 1. §. sed etsi quæ ad reficiẽdum. supr. eod. l. prox. j. eod. l. prox. *Censemus.* Separato arcario hoc aurum suscipiente & custodiente ne in alios vsus conuertatur, vt suprà de aquæductu. hac lege. *Sustentata.* al. sustẽretur. supr. honorarium, &c.

L.4. SANCIMVS. *Procedendi.* j. auth. eod. tit. 26. constit. supr. de dignit. clariss. *Re ipsa.* i. ipso actu, secundùm Cy *Legitimam.* al. lege ipsa. *Consularitas.* al. consularia. *Processionis.* In libro meo deiulerat processionis &c. & postea in litera erit, videatur. *Processionis.* al processio: & tunc subaudi, tempore, j. de præp. sa. cubic. l. 1. supr. eo. l. 1. sacræ. suprà eo. l. prox.

L.5. SANCIMVS *viris. Eximere.* In auth. const quæ dignitate. coll. 6. in princ. & §. 1. instit. quibus mod. ius par. potest. sol. §. filius. & faciunt ad l. istam, in auth. de consulib.

DE

DE PRÆFECTIS PRÆTORIO SIVE VRBI, & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis. Tit. IIII.

PRæceptum. *Vſqueadeo.* Hoc verum eſt. *Volumus.* al. velimus. & hic faciunt ad l.iſtam,in nouellis vt præfectura dig. curialis liberet,ſ.tit.prox.l.3.& ȷ.tit.1.l.1.ſ.qui pot.in pig.l.2.ſi fundum. ſ. de colla.præd.ciuil.congruit. L. 1.

QVisquis. *Ingeſſerit.* Sic eſt in lib.M. *Et geſſerint.* i. & geſtionem compleuerint,antequàm præfectura caperetur ab aliquo. *Erit.* Poſt adminiſtrationem expletam ab eo. *Prouecti fuerint.* ſc.etiam iterata vice,vt ſupr.tit.1.l 1.§.al. *Ex præfectis.* al.probatius. facit ad l. iſtam,ſ. tit.prox.l.1.ȷ.tit.1.l.1 de primic.l.fi. L.2.

DE PRÆPOSITIS SACRI CVBICVLI, & de omnibus cubiculariis,& priuilegiis eorum.

Tit. v.

SAcri. *Cubili.* al.ſacri cubiculi. *Nulla.* ſ.tit.1.l.2. ȷ.de conſul. l. 4. ſ tit.1.l.1.ſ tit.4.clariſſ.ſ.de aduoc.diu.iud.petitionem.§.1.ſup.de excuſ.mun eum.contra.ff.de iud.l.2.§.legatis.§.plane.ȷ. de ſilentiariis.l. vlt.in fi.ȷ.de mag.ſcriniorum. *Solemnes.* i. feſti conuentus qui fiebant in Maio,& dicebantur conuiuia f.maiuma,vt ſupr.de ſacrif pag.in tẽplis.l.vt prophanos.& ſupr.tit prox.l.fin.ſupr.de conſul.b.& nõ ſparg. l.1. *Et cætus.* ſc.ciuium,vel etiam ſenatorum:vel ciuem,vt ſupr.de maiuma.al. *Salutationes.* ſc.iudicum,vt ȷ.de prox.ſacrorum.l.2. & ſupr.de off.diu.iud.l.fi. *In conſeſſu.* ſc.ſacri palatii,vt ȷ.de priuil.eorum qui mil. in ſac.pal.l.2.al.& f. *Præceſſerit.* ſupr.tit.prox.l.fi.ſ.de conſu. & nõ ſpar. l.1.facit ad hanc l.ff.de excuſ.mun.maximarum.ſupr.de ſuſpect.nemo. L.1.

HAc *noſtra exeunt.* Supr.de adu.diu.iud. petitione.§.1. non ſolùm enim quandiu militant,ſed quandiu vixerint,his debent vti priuilegiis,vt hic dicitur,& ſupr.de exact.mun.eum.ſecundùm Pi. *Parauered.* ȷ.de decur.& ſilentiar.l.3.ff.de mun.& ho.l.fin. §. patrimoniorum.& §.penult. *Vindicamus.* i. excipimus. & faciunt ad l. iſtam.ȷ.de prox.ſacrorum.in ſacris noſtris ſcriniis, & lex al. in ſacris. in fin. & ſ. de exact.mun.maximarum.& l.eum. L.2.

CVbicularios. *Penetralibus.* Hęc meritò dicũtur penetralia, quia nullus audet penetrare,ſecundùm Pi. *Obedire.* i.ſubire, ſecũdùm Al.& hæc faciunt ad l.iſtam,ȷ.de ſilentiar.ne ad.ſupr.vbi ſenat.vel clariſſ.quotiens.ȷ.de agentib.in reb.l.4.contra.ȷ.de priuil. ſchol.l.2.ſic.ȷ. de caſtrenſianis.l.3. L.3.

IVbemus. *Dabitur.* Supr.de bon.vac.l.vacantia. *Iudicium.* Magiſtris officiorum,ſupr.eo.cubicularios. *Probauerit.* Infr.de monac.authen.§. huic. *Probauerit.* Probat eo ipſo quòd dicit ſe nolle, ſicut & quod dicit ſe voluiſſe,vt ſupr.de milit.teſtam.l.probauerit. hoc ideo hic probat, L.4.

quia cùm eo sciente seruus cubiculum intrasse dicatur, presumebatur quòd voluerit, vt hîc. vt s. de probatio, cum precibus. & s. de sol. quod ergo. Nam qui dicit aliquando voluisse, probare debet: ex regula enim ei qui dicit incumbit probatio, vt s. de prob. ei qui dicit. *Probaueris.* Arg. contra. s. de pact. & commo. tut. & cur. si tutor. s. de admin. tut. & fisci. j. qui milit. pos. super seruis. contra. hoc speciale est. ff. de admi. tut. hoc autem contra ff. de iud. si prætor. & d. l. proposuisti. circa fi. contra. s. prob. cum precibus. in auth. de episc. §. seruus. contra. & 1. qu. 1. si quis à simoniacis. *Calumniam.* ff. de accusat. & inscrip. si adi. *Calumniam.* In lib. M. calumniam pati. *Quinquennij.* Sup. de tab. l. 1. s. ne de statu defun. post quinquennium quæratur.

L.5. IVBEMVS. *Cingulo.* i. vehiculo dignitatis suæ. i. carruca, secundùm Al. vt s. de vehiculis honoratorum. & faciunt ad l. istam, ff. de senat. l. fi. in prin. s. de dignit. clariss. s. de precib. imper. offer. l. rescripta.

DE QVÆSTORIBVS, ET MAGISTRIS OFFIciorum, & comitibus sacrarum largitionum, & rei priuatæ.

TIT. VI.

L. 1. QVI EX. *Ingruerunt.* Al. viguerunt. *Clamationem.* Præconũ, vt sup. de offi. rect. prouinciæ. l. 3. *Clamationem.* Al. acclamatione excipiantur solita. *Prætereantur.* Sup. de off. diuer. iud. l. vlt.

DE PRIMICERIO, ET SECVNDICERIO, & notariis.

TIT. VII.

De primicerio. & pro. j. al. secundicerio. sed certè alius erat secundicerius, & alius primicerius, vt probatur. j. de domest. & protect. l. fin.

L. 1. PRÆCIPVA. *Posuerint.* i. deposuerint. *Prioris.* i. eo quod primus scriptus est in matricula notariorum, & quòd primum locum obtinet, vt j. de silent. l. 3. *Ascensus.* Al. ad sensus. al. accensus. *Vllam.* Imponendo, subaudi. *Vel leuis.* Pro etiam vel saltem. *Offensionem.* Sup. de lib. r. & eorum lib. l. 2. s. de hæretic. l. 2. in fi. *Extincta.* Al. extincto auctore. *Minuendum.* Al. minuendo.

L. 2. PRÆCLARAM. *Spectabilium.* Spectabiles. *Nihil.* i. aliquid siue multum. *Biennales.* s. de off. præf. vrb. *Primicerius.* j. de numerar. l. 2. contra. & l. officio. contra. in auth. de defen. ciuit. §. 1. *Quamuis.* j. de commeatu. l. vlt. C. de episco. aud. nemo. j. de domest. l. 3. *Duorum.* Iacturam subire volumus. *Spem.* Sic est in libro M. al. spe publicarum. *Dudum.* j. de prin. agen. in reb. l. 4. s. de consu. l. 1. j. de prox. sacr. scrin. vnicuique. j. de remi. contra primam. j. de tyron. l. 3. s. de off. ma. off. nemo. *Anteferri.* No. graduum seriem nulli licere probare, & temporum ratione calcata dudum militantibus auferri. *Proponendus.* Al. præponendus. facit ad l. istam. j. de comc. & protect. si quis.

VT DIGNITATVM ORDO SERVETVR. Tit. VIII.

L. 1. SI QVIS *vsurpauerit*. Sup. qui petant tut. l. vlt. §. vnde vi. l. si quis. *Sacrilegij*. Supr. de crimine sacril. l. 1. §. de diu. rescr. sacri. ʒ. de proxim. qui in sacro palatio militant, l. fin. & faciunt ad l. istam, in a de non alien. imp. § ne illud. ʒ. de palatin. & do. l. 5. ʒ. de prox. sacro. 7.

L. 2. OMNES. *Secundo*. Supr. de senten. ex peric. reci. l. 2. in auth. vt ordin. præfect. col. 5 *Vacantes*. Quorum causa criminalis potest condemnatoria sententia terminari, nisi per principem aliter, ria, & per vicarium, vt s. vbi sena. vel cla. l. 3. §. viros. *Cingulū* ignia illustratus, vt in auth. vt ordin. præfe. col. 5. *Muniatur*. Vel mitt Codicillos. In auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. pen. *Ministrauerit*. tit. l. l. vlt. §. fin. *Vacantes*. Supr. de fabric. eos. *Dignitatem*. Al. vt pictus prætorio non quæstoris præfectorio præponatur: parique in quæstorius vacans habens cingulum, quæstorio honorario habe. odicillos sine cingulo. *Ex magistro*. i. qui quondam fuit magister, est vna pars, & dicitur magister. *Cura*. No. quis dicatur magister tum. *Germanus*. prænomen. *Pentadius*. Proprium nomen. *Cuius*. Ladii. *Cincti*. al. cinctis. al. cunctis. al. cuncti. *Copia*. Nominatiui casus. i. sc. annonæ.

DE MAGISTRIS SACRORVM scriniorum. Tit. IX.

L. 1. VIRIS. *Depositum*. Sup. de excus. mun. eos. ʒ. de fabri. eos. supra ad noc. diu. iud. l. 1. ʒ. de agent. in reb. l. vlt. ʒ. de priuil. eorum qui in sacr. l. 2. §. de præpo. sac. cubic. l. 2. §. de assess. non parum. ʒ. de prox. sacr. scri. l. 4. *Immunes*. Priuilegia enim dignitatis causa non tantum tempore militiæ, sed postea debēt durare, vt s. de excus. mun. eam. *Ex proximis*. Sc. natos, vt ʒ. de prox. sacr. in sacris.

DE COMITIBVS CONSISTORIANIS. Tit. X.

L. 1. EOS *qui tran*. Planum est.

L. 2. VIROS. *Zenonis*. Infr. de princ. agen. l. vlt. & faciunt ad l. istam, ʒ. de priuil. schol. l. 3. ʒ. de castren. non omnia. ʒ. de præp. sacr. scrin. in sacris. supr. de profess. & med. l. vlt.

DE COMITIBVS ET TRIBVNIS SCHOLARVM. Tit. XI.

De comitibus. &c. al. præpositis comitum. ac. De præpositis & tribunis, &c. h.

re.ex eo.j.de prox.fac.scr.in sacris.s.de præpo.sac.cub.l.2. *Senatores.* Not.senatores viros illustres,sic ff.de senat. l. fi.in fi.sed contra. s. de his qui ven.ætatis impe.l.2.in fi. *Laetitia.* al.licentia. *Solam.* Nam & senator quis esse potest,& tamen honores non petere,vt ff.de interd.& releg.l.pen. §.his.§.solet. *Numero.* al.numerata priuilegia, & facit ad l. istam,j.eo.iubemus.

NE *ad diuersa.* Faciunt ad l.istam,s.de fabric.eos. j. de præp.sacr. scr.in sacris.j.de decanis.l.2.j de priu.scho.hac.s.de iurisd.omn. iud.l.fi.j.de agen.in re.ex eo.j.de pala.viros.s.de profess.l.fin. L.4.

IVBEMVS. *Deducere.* Supr.de col.bo.l.1.§.2 s.de coll illud. s. de inoff. test.omnimodo.§.fi.& l.fi.j.de castr.pec.omnium.s. de assess. velut. s.de aduoc.l.4. *Ipsam.* Ergo & al.militia ipsa imputatur, vt s. de inoff. test.omnimodo.§.fi.& l.fi. *Deducere.* Idem est in militibus & aduocatis,vt s.de aduo.diu.of.l.4.& ff.de assess.velut.sancimus.s.de excus.tut. l.vlt.ff.de excus.tut.iuris peritos.in prin. *Compellantur.* Sup.de assess.l. vlt. *Quam.* sup.de excu.mu.eum.j.de agen.in reb.l.vlt.s.de præp.sacri cub.l.2. *Imputari.* sc.in legitima portione. *Imputari,* sc. in quartam, vt s. de inoff.test.omnimodo.§.vlt. L.5.

DE DOMESTICIS ET PROTECTORIBVS.

Tit. XVII.

DOMESTICI. *Osculandi.* Sic fit cùm aditur Papa vel Cardinalis. *Sacrilegij.* supr.de diuim.sacril.l.2. supr.vt digni.ordo ser.l.1.digni.supr.de aduo.diu.iud. restituendæ. in ff. ff. de re iud.quidam.& hic facit ad l.istam,supr. de prox. sacr. si quis.j.tit.1.l.1.j.tit 2.l 2.supr.de offi.diu.iud.l.vlt. L.1.

PRIMICERIVS.al.primicerii. *Et protectorum.* al.deest,&. *Potiantur.* al. potiatur. *Alij verò.* al.ab numero. *Decem vsque.* al. decémque numero. *Clarissimatus.* Not. quæ sit dignitas clarissima. *Decémque.* Vna pars est decem.j.de commeat.l.2.supr.de aduo.diu.iud.l.vlt. L.2.

SI QVIS. *Nouissimus.* i.in nouissimum locum. *Deuocatus.* al.demoratus. *Aberrantes.* Supr.de pet.hær.nec vllam.§.item numerari.ff. de rit.nupt.qui in proprium.§.vlt. *Numerari.* i. haberi, & retinere in dignitatibus suis,vel locis.al.honorari. *Numerari.* j.de commeatu. l. vlt. & facit ad l.istam,s.de primic.l.vlt. L.3.

LEGE. *Vectura.* i.duratura. *Indeptus.* i.electus,immissus. *Eius.* Not.hæredes melioris conditionis,quàm is cuius sunt successores. sic ff. de mag.conue.non similiter.& inst.de vsuc.§.diutina.& §.vlt.arg. cōtra.s.de pet.hær.nec vllum.§.item. *Eius.* Mortuis salaria debentur honorum etiam futuri temporis,vt j.tit.2.l.si quis. & faciunt ad l.istam, j.de prox.sacr.si quis.supr.de dignit.l.3.supr.de off.præf.præt.l.3.supr. de fun.rei pri.l.1.& 2.& 3.supr.de mag.conu.l.1.j.de adu.diu.iud. prædii.§.fi.j.de agen.in reb.l.3.ff.ad munic.impe.Lucius.in princ. supr.de prob.ex persona. L.4.

DE PRÆPOSITIS LABARVM.

TIT. XVIII.

A labiis.vel dic labrorum,& planum eſt.

L.1. QVI *labarum*.Al.labrorum.*Sint*.Sup.tit.1.l.2.*Immunitate*.Munerum, vt ſ.de excu.mun.l.inductis,& facit ad l.ii.am,j.tit.1.l.3.

DE PROXIMIS SACRORVM SCRINIORVM, cætetiſque qui in ſacris ſcriniis militant.

TIT. XIX.

De proximis.Sic dicti quia principi ſe proximant.*Scriniorum*.Hi ſunt quibus arcana principis meritò committuntur, vt in hoc tit. l. magiſtros.eſt etiam dignitas quæ vocatur proximatus,vt j.eo.ſi qui ſunt.& alij,qui dicuntur melloproximi,vt j.eo.l.peculiari.

L.1. PRoximos.*Diocesis*.Al.dioceſes.*Indeptis*.i. iniuncti vel adepti. *Inſequentibus*.Illud in ſequentibus, in quibuſdam l bris eſt cancellatum, ſed non in l bro M. *Poſtea*. Sup. de commer. & ar.ſac.pal.ſup.de præf.præt.l.2.*Deſcriptionis*.Alicuius.

L.2. IN sacris.Faciunt ad l.iſtam,ſup.de ſilentia,l.3.ſup.de domeſtic.l.1. ſup.de ſenten.il.l.1.ſup.de off.diuerſ.iudic.l.vlt.j.de palatin. tricli.j. eo.peculiari.*Si reuerentia*.Al.aut reuerentia.

L.3. IN scriniis.*Electos*.Al.allectos.*Ex conſularibus*.Vna dictio eſt, & eſt ad hoc ſup.de domeſt.l.2.ſup. de ſilentiar. l.1. ſup. de profeſſ. qui in vrbe Romana.ſup.tit.1.l.1.ſup.de præpo.ſac.cubic.l.2.j. eod.in ſacris. in fin.& l.prox.

L.4. IVbemus.*Canonicè*.Secus autem eſt ſi non ſit canonica, vt ſupra, de mag.ſcrin.*Vllam*.Al.temonis.ſup.de pala.ſac.larg.l.1.& l. palatinos. ſup.de dign.l.4.non patimur.ſup.de ſilen.l.vlt.in fin.ſup.de dignit.l.3. ſup.de excuſ.eos.j.de pala.ſac. larg.l.vlt.ſup.de primicer.l.1. ſup. de ſilentiar.decurio.

L.5. PEculiari.*Conſenſum*.Al.confeſſumque,& faciunt ad l.iſtam, ſup. eo.l.2.ſup.de offic.di.iud.l.fin.

L.6. PRo *biennio*.Hic facit ad l.iſtam.j.de palatin.l.ad ſimi.ſup. de conſul l.pen.ſup.de ſuſcep.præpoſ.nemi.

L.7. VNicviqve.*Ambire*.Sup.de præf.præt.l.1.& 2.&LX.diſtinct.ſtatuimus.& diſt.LXXXIX.ſi officia.& LXXV c.vlt.j.de prin.agen.in reb.agentibus.ſ.de adiu.diu.iud.contra. petitionem. iubemus. *Quindecim*. Teſtes in hac cauſa ſunt neceſſarij.xv.al.non x.eſſe neceſſarios, vt j. de erog.mil.l.per hanc.§.hoc etiam.*Sequentis ſtatutorum*.Al. Statos. inſt. de bo.poſ.§.liberis,facultatem.ſ.de condit. inſertis.l. pen. ſ. quis ord. in bo.poſſ.ſer.l.4 & 7.quæſt.1.eos. j. de numerariis & actuariis. nulli. Et faciunt ad l.iſtam.j.de palatin.l.5.j.de agentib.in reb.l.1.ff. de in inte. reſtit.in princ.vt gradatim.ſ.de conſul l.2.j.de palatin.l.vlt.ſ.vt iudic. ord.ſer.l.1.j.de tyronib.l.vlt.ſup.de reſtitut.l.iuris.

MAGI-

MAGISTRI. Al. incipit, magistros prox. *Quod fides*.i.quia priuilegiis.s.de adu.di.iud.aduocatos.ff.de re iud.miles.s.eo.l.3. L. 8. *Al. proximos.*

IN SACRIS.Faciunt.ad l.istam.s de silent.l.4.sup.de excus. mu. *Eam.* Sup.tit.1.l.1.j.de priu.eorum qui in sacr.palat.l.1.& 2.s.eo.iubemus. s.de præp.sacri.cubi.l.2.j.de agent.in reb.l.hac.s.de silent.l.3. L. 9.

HAC PARTE.*Tutos*.Sc.scrinio.*Memoriales*.sc.sacri palatij.In aliorum scriniis aliter obseruatur,vt j.eo.comperimus.contra.LX.j.eo.comperimus.contra. *Duplici*.ff.ad municip.l.libertus.§ præscriptio. j.tit.1.agentes.sup.de postul.quisquis.in princ.sup.de assess.l. vlt. ff. de off.assess.l.pen.j.qui mil.pos.eis quidem.in auth.vt iudic.sine quoquo suffr.§.illud.sup.qui pot.in pig.eos qui.*Non occupentur*.Ita construe, vt collaturi in vnum,sc.officium commoda,non occupentur a le in diuerso officio , collati dico nihil relicturi curæ vel solicitudinis reliquis,s. officiis qui se volunt implicare. L 10.

SI QVIS. *Vltimus*.Al. vltimus.*Constitutioni*.Quæ est sup.eo. vnicuique. *Fœnus*.al.fœdus,& hæc est vera litera,& facit ad l.istam,sup.de domest.l.vlt.j.tit.1.l.3.j.de primipilo.l.1.sup.de dona.l.vlt sup.tit.1.l.3.sup. de pign.l.vlt.j.de agen.in re.l.1.sup. de adu. diu.iud. duos. §. 1. sup. de inoff.test.omni.in fin.in auth.de exhiben.& intro.§.optimum.ff.de va. & extraord.cog.l.1.§.pen.j.de erog.mili.per hanc.in fi. sup. de domest. l.vlt.j.de primipilo.l.1 j.tit.prox.l.3. L.11.

IN SACRIS. *Parentésq;*.ff.de senat.l.1.contra.*Ex statutis*.Innumeris,vt sup.eod.hac.arbitrium,i.déleg.itum: vel intellige propriè. *Maiore*. Al.in maiore quidem iudicio eminentiæ tuæ dependeret eius si sunt, & alia desunt. *Deposuerunt*. j. qui m lit. pos. eos quidem.sup.de silenti ar.l.vlt.in fine.æqualitatem.sup.de postulan.prouidendum.in princ. ff.de re iudic.l.non tantùm.ff.pro socio.si socius pro filia.sup.de fruct. & lit.expen.l.vlt.sup.communi diui.l.pen.j.de re milit.l.vlt.*Gradu*. Al. Gradus solutos.*Prouinciam*.j.de agent.in reb.l.penult.contra.j. de palat.viros.sup.de præpo.sacri cubic.l.2. *Fouere*. Al. finire, & facit ad l.istam,sup.de comit.consistor.l.2. j. de silentiar. ne ad. sup. de dignitat. quotiens,in auth.de litigios.ad ex. j.de castrens.l.vltim. j. de princ. agent. in re. multis. in authent. de iudic. vt nulla.§.appellatores.& §. ne autem.& §. hæc autem. j. de priuileg. scholarum.l.vltim. in instit. de satisdat.§.sed hæc.j.de agent.in rebus.l. vltim. j. de priuileg. scholarum.l.2. L.12.

COMPERIMVS.*Diutius*.Aliàs, diuinitus. *In multitudine*.Aliàs,deest in.*Requiescere*. Aliàs decrescere,*Vetita*.Alias, Inueterata. *Subnixum*. Aliàs,Subnixam. *Non iniustitiæ congruum*. Al. merere permissum, &c.Al. subrogat. merere permissum est, &c. *Matricula*. Subaudi,in. *Quidam aberat*.i.recedat.& facit ad l.ist.m,j.eo.l.vlt. in auth. vt determinatus sit numerus cleric. sanctæ maioris in auth. de referendariis sacri palatij.j.eo.l.vlt.j.de priuil.eorum qui in sac.pal.vlt. L.13.

HAC.*Vnius*. Nomen.*Vnius*.Al. vnus. *Prouocationibus*. Pro citationibus.& sunt duæ partes,s. quibus homines vocantur ad iudiciū secundùm Al. *Eligunt*. Al. degant. *Prodem*.Al.per quamcunque ambitionem. Al. pro quacunque ambitione. *Posterum*. i. pro diminutione quæ in præteritum fiet.*Posterum*.Al.post eorum diminutionem.& hæc L.14.

faciunt ad legem istam.sup.de dignit.l.pen.sup. eo. l. prox. in princ. j. eod.l.prox.

L.15. CERTÆ. *Prima.* Sup. eod. comperimus. sup. eo. hac lege. §.ad hoc. *Eorum.* Al.numerorum. *Alteram.* Fortè græcam. *Adici.* Al. addici competeremus. *Nulli danda.* j. tit. 1.l.pen.contra.j.de assess.nullus in auth.vt iud.sine quoquo suffr.§.nulli.non te.in auth.de defens.ciui. §. in tantùm.in auth.de man.prin.§.illud.§.eos autem.*Addatur.*Sup.eod. comperimus.& l.hac lege.§.ad hoc.

DE AGENTIBVS IN REBVS.

TIT. XX.

De agentibus. Hi sunt quibus euectionum cura mandatur, vt j.tit.3. l.fi.secundùm P.

L. 1. NVLLVS *de schola.* Cui non est sociandus qui militauerit in officiis spectabilium ducum, vt s.de off.mil.iud.l.pen. *Et laborum.* Al.morum.& faciunt ad l.istam in authen.de mona.§.ordina.j. de castrens.l. 1.sup.de prox. sac.scr. vnicuique. sup.de off.mag. of.nemo. sup.de off. magist.l.1.&2.sup.de adu.diu.iud.peti.§.fin.j.de tyronib.l.vlt.& in decret.dist.40.statu.sup.de aduo.di.iud.per hanc. j.de murileg si qui ex. s.de profess.& medic.magistros.ff.de off.comit.rei pri.si quis.s. de off. præfect.iubemus.l.vlt.j.de diu.offic.& appa.l.1.

L.2. NVLLVS. *Nulli.* Al.nulla excusandi. *Eximendi.* Si matriculæ eximitur nomen alicuius propter delictum, vt j.de commeatu.l.vlt.& s.de primicerio.l.vlt.facit ad l.istam, sup.de off.magist.offic.l.2. *In singulis.* Sc.matriculis monachorum, vnde biarchia dicitur, vt sup.de off. magist.off l.1. *Circitorum.* Circitores dicuntur quibus vestiarij vel lintearij dant vestem circumferendam & distrahendam, vt ff. de institut. cuicunque. §. 2. *Circiter.* Suprà, de offi.magi. off. iubemus. *Probatoria.* Sup.de diu.off. & appa. l.probato.& faciunt ad legem istam, supra, de præp.sac.scrin.si quis.sup.de aduoc.diu.iudic.post.§.1. sup.de domesticis & protect.l.vlt.

L. 3. EX EO. *Gradum.* Ad quem non suffragio sed labore quisque perueniat, vt ff.de off.mag.off.l.1.& 2.& sup.eo.l.1. *Gradum.* ff.de off.præf. vrb.l.1.§.fi. *Absurdum.* Est enim absurdum, aliquem de salute iudicare, de cuius causa pecuniaria non possit. *Absurdum.* ff.de senat. qui indignus. *Hanc.* Prærogatiuam. *Memoratur.* Al.siue. Al.si non. *In prouincias.* j.de appar.præfect.præt.l.vlt.& faciunt ad l.istam, s.de iurisd.omn.iudi.magisteriæ.contra.j.de palat.viros.sup.de silen.ne ad.j. de castrensianis.l.vlt.j.de diuer.off.& ap.l.viros.j.de decur.l.2.ff.de pœnis. capitalium. §. & vt. j. de veter.l. vlt.ff.de pen.moris.capitalium.j.de priu. schol.l.2.ff.de iud.solemus.§.latrunculator.

DE PRÆPOSITIS AGENTIVM IN REBVS.

TIT. XXI.

AGEN-

AGENTES. *Ordinem*. Sc. matriculæ decurrentem, vt sup. de off. mag off. l. 1. *Ordinem*. Sc. post palmam laboris emeriti, vt j. tit. 1. l. 1. barbarorum. j. tit. 1. principes. *Negotiatoribus*. Sup. de dignit. ne quis. *Negotiatoribus*. Negotiatores prohibentur ad militiam accedere. *Possessionem*. Conductores rei alienæ prohibentur militare. *Et duobus*. j. de exec. & exact. l. vlt. sup. de asses. l. vlt. si morbo. ff. de proc. Fertariæ. j. tit. 1. l. 4. *Substitutum*. ff. de pollic. pollicitationib. s. de decur. nullus. & l. neminem. & s. de episc. & cler. quisquis. ad similitudinem. s. ad tit. 1. certè. *Periculo*. Sup. de suscep. præp. exactores. ff. ad municip. imperator. quid ergo. ff. de administrat. tut. decreto. & facit ad l. istam, ff. de re militari. l. 3. §. isque. ff. de constit. pec. quod autem. §. sed &. L. 1.

HAC SALVBERRIMA. *Procuratores*. Sup. de procur. l. pen. & in auth. vt ab illust. & qui suprà. s. tit. 1. l. vlt. arg. contra. per diuinam. s. de prox. sac. scr. in sacris. j. tit. 1. l. vlt. *Fideiussorem*. Iudicio sisti. *Extraneum*. Sup. tit. 1. in sacris. *Nostra*. Al. nostræ. *Augmentum*. ff. de constit. princ. l. vlt. *Militiam*. Al. malitiam. *Ita*. j. de palat. viros. contra. narrare. s. tit. 1. in sacris. j. tit. 1. l. fin. violauerint. C. de leg. & constit. prin. l. 2. & faciunt ad l. istam, j. tit. prox. multas. j. de priu. schol. quotiens. s. de silentia. l. vlt. s. de excu. mun. eos. qui. j. qui mi. pos. is quidem. j. de priu. eorum qui in sacro. l. 2. j. de numera. & actua. scriniarios. j. de castren. l. 3. & l. vlt. ff. de senat. l. 1. contra. j. tit. 1. ex agentibus. ff. de libe. agnos. si quis. §. vlt. s. de fabricen. eos qui. j. de priu. schol. hac lege. L. 2.

DE PRINCIPIBVS AGENTIVM IN REBVS.

TIT. XXII.

AGENTES. *Laboris*. Labore etenim non suffragio matricula decurrente defertur principatus: vt s. de offi. magist. off. l. 1. *Officialis*. Aliquis. *Mittatur*. Ad istos qui meruerunt habere principatum. vel ad quemcunque lite pulsatum coram principe: & dicas à principe, agentium, scilicet, in rebus, vt innuit lex sequens. *Ipso*. Principe, vel eo qui meruit principatum. *Cuiquam*. De his qui meruêre principatum agentibus in rebus, vel cuiquã alij, & hoc innuit lex sequens. *Etiam si iam*. Al. deest, iam. *Degentis*. sc. conuenti. *Conuentos*. i. admoneri eos volumus. *Ducant*. Contra supradictas personas, vel contra aliquam coram principe. *Quadam*. Al. deest quadam. *Quod*. Al. quæ. *Definitio*. Huius legis, & facit ad l. istam, j. de re mil. nemo. s. de prox. sac. scrin. in sacris. L. 1.

OMNIA *citatoria*. Quæ habent fieri coram principe. *Ad principes*. Agentium in rebus. *Aliquid*. Al. aliquod præiudicium, & faciunt ad legem istam. s. de dignitat. nemo. s. de prec. impet. offe. rescripta. s. tit. 1. agentes. L. 2.

PROCONSVLARIS. Igitur spectabilis, arg. j. eo. l. fi. in prin. dicit eos esse clarissimæ dignitatis. L. 3.

EX *agentibus*. *Et si sæpè*. Quod non est in domesticis rectorũ prouinciarum, vt s. de assess. nemo. & facit ad l. istam. s. de assess. l. nemo. L. 4.

contra.& liceat.§.tit.1.agentes.§.quòd si.j.de re milit.milites.§.1.& 2. ff.de infam.l.2.§.1.& 2.s.de consol.l.1.s.tit.1.l.vlt.s.de præpo.sa.cub.l.1. contra.s.de præp.præ.l.si.contra.s.de silen.l.1.contra.j.de palat.palatinos.j.de priu.eorum qui in sacro palat.l.vlt.s.de prox.sacr.scri.vnicuique.in sacris.in fi s.de præpo.sac.cub.l.2.

L.5. EOs. *Principiis.* Al.principatus.& facit ad l.istam,s.de comit.rei milit.qui contemplatione.

L.6. PRINCIPES. *à periculo. Barbarum.* Siue barbarorum, vt s.tit.1.agentes.& faciunt ad l.istam j.de pala.ad similitudinem.& j.de priuil.eorum qui in sac.pal.de cubiculis.sup.de silent.l.vlt.in fine.

L.7. QVICVNQVE.Faciunt ad l.istam,sup.de decurio.l.vlt.sup.de dignit.senator.ff.de senat.senator.ff.de senat.emancipatum.sup.de natural.lib.l.vlt.ff.de pœnis.moris.§.parentes.sup.tit.1.l.vlt.§.simili.ff.de decur.l.2.§.1.

L.8. MVLTIS. *Solidum.* Not.vnum solidum nomine sportularum executoribus præbendum.*Compelli.* Sancimus. *Fideiussores.* Adiutores.scilicet vt sup.de prox.sacr.scrin.in sacris.§.fidei.sup.tit.1.l. fin. §.fideiussorem. *Ex sententia.* No. prædictas personas nunquam nisi ex sententia in scriptis conseruari.*Pulsantur.*His omnibus priuilegiis potiuntur comites consistoriani, vt sup.de comitib.consistor.l.fin. & facit ad l.istam.j.de priuil.schol.hac lege. sup. de episc. & cler. omnes.§. executoribus.sup.de sport.l.2.sup.ti.1.l.vlt.sup.de dignit.l.pen.sup.qui satisd.cog. sciendum. s. de prox.sac. scri. in sacris. contra. sed non est cõtra. quia siue possideat immobilem substantiã,siue non,iuratoriam, exponat cautionem,vt ibi:nisi velit dare fideiussorem , vt hic. Non enim cogitur dare fideiussorem , & si non possideat immobilem substãtiam , licèt aliàs teneretur nisi iuraret se dare non posse,vt in auth. de exhib.§.sancimus.in auth.de litit.§.ad excludendas.inst.de satisd.§.sed hoc hodie in auth.de nupt.§.quæ.s.tit.1.in factis,in fi.j.de castrens.& minist.ante,&c.

DE CVRIOSIS ET STATIONARIIS.

TIT. XXIII.

